144

Suma Antonina - 1.ª parte

REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL - PALENCIA

Eximij Doctoris.

B. ANTONINI

ARCHIEPISCOPI FLORENTINI.

ORDINIS PRAEDICATORVM.

SVMMAE

Sacræ Theologiæ, Iuris Pontificij, & Cæsarei,

SECVNDA PARS.

Nunc demum ad veterum exemplariorum diligentissimè recognita. Decisionibus etiam sacrosancti Concilii Tridentini, ad matrimonii Sacramentum pertinentibus, necnon Euaristi Papæ decretis, & nouis Annotationibus nuper aucta & locupletata.

Accedunt Summæ totius, ad Materiarum prædicabilium de B. Virgine, Auctoritatum expositarum ex Biblia, Epistolarum & Euangeliorum propriorum, & communium Sanctorum totius anni.

INDICES COPIOSISSIMI.

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD
PALENCIA

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D LXXXII.



INCIPIT PROLOGVS SECVNDAE PARTIS

Summæ B. Antonini Archiepiſcopi Florentini, Ordinis Prædicatorum.

QV cõtribulaſti capita draconũ in aquis, tũ confregiſti capita draconis, pſ. 73. Dicit dñs Ezech. 18. Anima q̃ peccauerit ipſa morietur. De anima quidẽ & eius nobilitate, & de potentiis eius q̃bus operatur, & quomodo homo debeat eas exercere, de paſſionibus quoq; ipſius quę sũt principia peccatorum, ac etiam de peccato in genere quod occidit animam, per quod homines tranſgrediuntur leges quę ponuntur in ſeptemplici genere dictum eſt i prima parte præcedenti. Nunc autem quia in materia morali ſermones particulares ſunt vtiliores, ideò in hac ſecunda parte agetur de ſingulis vitiis in particulari, primo per modum prędicationis, deinde per modum doctrinę. Et draco quidem eſt diabolus, qui ut dicitur Iob penult. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbię vt ipſa ſuperbia ſit uxor eius, quę regina & mater ponitur a Greg. 31. moral. omnium uitiorum. Capita draconum ſunt ſeptem vitia capitalia quę oriuntur ex ea. ſ. Auaritia. Inanis gloria. Luxuria, Gula, Ira, Inuidia, & Accidia, quorũ quodlibet habet ſuas filias. Quodlibet horũ eſt caput draconis, & ſic ſunt plura capita draconum. Vnde dicitur contribulaſti capita draconum. Sed ab vno dracone diabolo, & eius vxore ſuperbia procedunt, & ideo in ſingulari poſtea dicitur. Tu confregiſti capita draconis. Iſtæ ẽ ille draco magnus & rufus de quo dicitur Apoc. 12 q̃ manebat paratus ad deuorandum filium mulieris amictæ ſole &c. qui draco habebat capita ſeptem, & cornua decem. Draco eſt diabolus uenenatus multa malicia magnus naturali potentia. Rufus. 1. ſanguinolẽtus ſeuitia, q̃ circuit quærens quem deuoret. Nam & filium virginis, q̃ eſt mulier amicta ſole. i. Chriſtum qui recturus erat mundum, deuorare quęſiuit, ſed non ualuit. Et quæmlibet bonum fidelem, qui eſt filius eccleſię deſignatæ etiam per illam mulierem, quia & unitum cũ Chriſto quærit deuorare, ſed deo cooperante non ualet. Sed demum proijcitur ille draco diabolus in terram infernalem in fine mundi, ut amplius nõ noceat. Capita ſeptem ſunt ſeptem uitia capitalia, quæ dicuntur mortalia, quæ occidunt animam cum filiabus ſuis, & ad ipſa reducuntur tranſgreſſiones decem præceptorum ſignata per cornua decem. His capitibus mordet, his cornibus uulnerat. ¶ Et quia quodlibet horũ uitiorum eſt quædã lepra ſpiritualis, quæ inficit & maculat animam. ſ. tollendo decorẽ gratiæ ideò in ſacra ſcriptura deſignatur per ſeptem leproſos. Nam lepra ſuperbiæ quæ aliquando ponitur quaſi pro eodem cum uana gloria propter magnam ſimilitudinem, figuratur in lepra Oziæ qui propter ſuperbiam & præſumptionem cum eſſet rex uoluit officium ſacerdotum uſurpare. ſ. incenſum offerendo in templo propter quod leproſus effectus eſt. 2. Paralip. 26. Lepra auaritię figuratur per lepram Giezi qui propter auaritiam effectus eſt leproſus, ut patet. 4. Reg. 5. & 1. q. 1. cũ ordinaretur. Lepra luxuriæ ſignificatur in lepra quæ impręcata fuit Ioab a Dauid, dicente. Non deficiet de domo Ioab parẽs fluxum ſeminis, leproſus & tenens fuſum cadens gladio indigens pane. 2. Reg. 3. Poteſt etiã ſignificari per decem leprosos. Luc. 17. quia decem ſunt ſpecies eius ut dictũ eſt eis. Ite & oſtendite uos ſacerdotibus: quia nullũ uitium ita abſconditur ab hominibus ſacerdotibus ſicut iſtud. Lepra inuidiæ ſignificatur per lepram Mariæ ſororis Aaron, quæ quia ex inuidia murmurauit contra Moyſen, facta eſt leproſa ut Num. 12. Lepra accidiæ ſignificatur per lepram Moiſi, qui tenens manum in ſinu effecta eſt leproſa. Exo. 4. Sic accidioſus manum tenet in ſinu. i. non operatur. Lepra irę ſignatur per lepram Naaman, cui cum miſiſſet Heliſęus dictum ut lauaretur in Iordane & mundaretur a lepra, abijt indignans & iratus, ut habeẽ 4. Reg. 5. Vnde nõ eſt mundatus niſi poſt depoſitam iram. Lepra gulæ figuratur

Peccata mortalia ſignãtur p ſeptem leproſos.

per quatuor leprosos qui manebãt iuxta portam Samariæ qui accesserunt ad tentoria inimicorum ad comedendum & bibendum. 4. Reg. 7. quia quatuor sunt modi gulæ scdm Io. Cassianũ. Et quia genus humanum erat infectum omni ista lepra sed per Deũ mundatũ ideò in figuram descendente Iesu de mõte. i. de cælo, primo occurrit ei leprosus quẽ sanauit. Et hoc est quod dicitur. Cõtribulasti. s. tu Deus incarnatus, de quo dixerat. Operatus est salutem in medio terræ tu cõfirmasti iuuirtute tua mare. i. tu genus humanum profundissimi cordis tua auctoritate firmasti, dãdo ei legem ne transiret terminos eius vt dicit prouerb. 8. Sed draconis suggestione cõturbatum est mare, & legem fregit Sed tu capita draconum contribulasti i. ista vitia capitalia debilitasti in aquis sapientiæ & doctrinę scripturarum, de qua aqua Eccl. 15. dicitur Aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Hæ docent quomodo debemus cauere vitia, & ex nocumentis eorum dimittere, prout in hac secũda parte ostenditur. Vel in aquis sacramentalibus, quorum primum est aqua batismatis, & post baptismum aqua pœnitẽtiæ, de quibus dicitur Ezech. 36. Effundam super uos aquã mundam & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis uestris. Et de hoc agitur in tertia parte. s. de sacramentis & de diuersis statibus populorum qui significantur per has aquas, & figurantur per aquas, quia aquę multę sunt populi multi Apo. 19. Vel in aquis gratiæ & uirtutibus procedentibus ab ea, de qua aqua dixit Christus Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitã ęternam. Ioan. 4. Et in his aquis non solum contribulantur. i. debilitantur vitia, sed etiam confringuntur ex toto, de quibus aquis. i. gratia & virtutibus in quarta parte agitur. Vñ in figuram in aquis Iordanis leprosus Naaman septies lotus fuit mundatus. 4. Regũ. 5. ¶ Insuper quia peccatum quodlibet excęcat mentem, secundum illud Soph. 1. Ambulabunt cæci, quia domino peccauerunt. Et figurantur septem uitia per septem cæcos. Superbia per cæcitatem Sauli qui cadens in terra nihil videbat. Superbia. n. persequebatur christianos. Act. 9. Auaritia per cęcitatẽ Thobiæ qui excæcatus est a stercore hyrũdinum. Ita talia bona vt stercora reputat Apostolus Phil. 3. Luxuria per cæcitatem Sansonis qui propter amorem ad mulierẽ Dalidam excæcatus est a Philisteis. Iudicum 16. Inuidia p cęcitatem Hely qui videre non poterat lucernã dominipriusquã extingueretur. i. Reg. 2.

Diuisio tertius libri.

Per septem cęcos figurãtur septẽ pctã.

Sic inuidus non potest videre bona proximi, nisi extincta vel diminuta. Accidia quasi per cęcitatem Isaac, cuius oculi caligauerũt & videre non poterat p̃ senectute. Ge. 27. Sic accidiosus ut senex, & debilis nil operatur. Ira significat per cæcum qui clamabat in uia, nec poterat compesci a turba. Luc. 18 Sic rixosus clamat nec potest quiescere. Gula per cęcum natum. Ioan. 9. Nã istud vitium adducimus a natiuitate nobiscum. Et Christus cęcos illuminauit Matth. 11. Cæci uidẽt. Et sic tu cõtribulasti capita draconis in aquis. Vnde in figuram cæcus natus ad aquas Siloe fuit illuminat⁹ Ioã. 9. ¶ Per peccatum etiam homo efficitur similis bestiis, secũdum illud ps. 48. Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et per superbiam efficit similis Leoni. Vnde propheta Leo rugit quis non timebit. Per inanem gloriam efficitur similis Pauoni. Per luxuriam Porco. 2. Petri. 2. Quasi Sus lota in volutabro luti. Per auaritia Serpenti, qui comedit iram. Gen. 3. Terrã comedes omnibus diebus, dictũ fuit primo Serpenti. Per iram Cani, q̃ crudelis est, & latrat, & mordet, ps. 21. Erue de manu canis vnicam meam. Dicuntur iudęi canes propter crudelitatem erga Christum. Per accidiam Asino. Vnde propheta Ezechiel 23. Quorũ carnes sunt, ut carnes Asinorum, quòd est animal pigrum & tardum. Per gulam Vrso, qui ꝓpter auiditatem ad mel occiditur, vel Lupo q̃ est animal vorax. Matth. 7. Veniunt ad uos in uestimentis Ouium, intrinsecus autem. i. occulte sunt Lupi rapaces. Sed cõtribulat & cõfringit Deus capita draconũ. i. vitiorũ per quæ efficitur homo peccator bestialis, quia peccatores vt bestia traduntur deuorandi in escã populis Ethiopum. i. dæmonũ. Sed Christus in aquis de bestijs facit non solum homines sed similes angelis Luc. 20. ęquales sunt iusti angelis Dei. Et ad motũ aquæ p scinæ ꝓangelum sanabatur vnus infirmus in eã intrãs Ioan. 5. qui infirmus figurat peccatorẽ, bestiæ lem post peccatum. ¶ Per peccatum quodlibet horũ darur homo in potestate diaboli, & seruũ. 2. Pe. 2. A quo q̃s superatus est, seruus eius est. Vnde & figuratur per septem dæmoniacos in sacra scriptura. Inuidus per Saulẽ inuidũ vexatum a dæmonio 1. Reg. 14. Auarus per lunaticum, quem diabolus proijciebat in ignem, & aquam. Matth. 9. quia auarus per mare & per ignem calorum discurrit ad congregãdum vsque ad pericula mortis. Luxuriosus per filiam Chananeę, q̃ male vexabatur. Matth. 15. Iuuenes. n. maximè uexan-

Pctm cõparatur septẽ bẽstiis.

Peccata mortalia figurãtur p septem dęmones.

tur

tur a luxuria. Accidiosus per hominem mutum Luc.11.qui etiam erat surdus, quia accidia facit hominem tacere a laude Dei, & confessione peccatorum, & nō audire verba Dei, & corrigentium. Gulosus per illos dęmoniacos qui habitabant in monumentis. Math.8. quia gula facit hominem pauperem, & fętidum, & sæpe dirigit ad sepulchrum per inordinationē vitæ. Vnde Eccl.37. Propter crapulam multi obierunt. Iracundus per illum qui clamabat in tęplo, quia tu es filius Dei. Luc. 4. Nam talis clamat contra Deū blasphemando. Superbus per illos filios septem sacerdotis Sceuæ, qui præsumętes adiurare dęmones in nomine Iesu, quem prædicabat Paulus. Dæmon exiens intrauit in eos vt habetur Act.19. Sed vt dicit Ioā. in canonica. Venit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Et ideò benè dicit. Tu contribulasti capita draconum in aquis sapientiæ tuæ, & sacramentalis medicinæ quæ tanquam tyriaca extinguit venenum draconis, & virtualis gratiæ quæ ut contraria expellunt contraria, ita virtutes, & dona expellunt a mente vitia omnia. In cuius figuram Pharao cum exercitu suo, significans diabolū in aquis submersus est. Exo.14. Sed ut dicit August. Qui fecit te sine te non saluabit te sine te. Et ideò principaliter operante cooperari debemus eundo ad aquas sermonum sacrarū virtutū, vt confringantur capita draconum. Vnde dī Esa.55. Oēs sitientes supple æternā salutem, venite ad aquas &c. aliàs diceret peccatorib. in fine. Ite maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Math. 25. Et ibi qa superbi fuerūt Deo rebelles sem per puntentur in inferno. Apoc.19. Ascendit fumus tormentorum eius in sęcula sęculorū. Et qa auaritia insatiabilis fuit appetitus semper eos cruciabit ignis inextinguibilis. Esa. 33. Quis poterit ex vobis habitare cum ardoribus sempiternis? Et quia fuerunt fętentes luxuria ignis, sulphur, & spiritus procellarū pars calicis eorū, ps. 10. Qui gulosi fuerunt (ut diues epulo, nec quidē vnam guttā aquæ habere poterunt. Inuidi quia non lætanter voluerunt videre bona aliorū, non poterunt vnquam videre summum bonum Deum, & sanctos. Esa.26. Tollatur impius ne uideat gloriā Dei iracundi, quia ex ira lingua sua blasphemauerūt Deum, linguas suas mordebunt ſm illud Apoc.16. Commanducauerunt linguas suas & blasphemauerunt viuentem in sęcula sęculorum, qui habent potestatem super has plagas. Accidiosi qa vermis tarli tristitiæ corrodit eos consumens vigorem gratiæ. Iō (ut dicitur Esa.vlt.) ¶ Vermis eorū s. conscientię non morietur, remordens qꝺ nō egerint bona quæ potuerunt, & manus & pedes ligabuntur vt operari non valeant. Illi igitur peccatores bestiales & immundi vt Porci, obsessi a dęmonibus per vitia, qui aquis sapientiæ sacramentalis medicinæ & gratiæ noluerunt hæc liberari, & mūdari, demū in aquis infernalib. contribulabuntur, & submergentur, sicut in figuram dæmones intrantes Porcos eos pręcipitantes in aquis submerserunt (ut habetur Matth.8.c.) ¶ Insuper quod dictum est. Tu cō tribulasti capita draconum in aquis, pōt exponi de vergine gloriosa in qua Deus contribuluit vitia omnia in se confirmando eam virtutem sanctificationis. Vnde præmittit. Tu cō firmasti in virtute tua mare. i. Mariam, deriuatum nomen a mari propter plenitudinē aquarum gratiæ. Vnde in figuram dicitur Gen.1. Congregationes aquarum appellauit maria, idem nomen est, sed diuerso accentu prolatū. Et Eccli.1. dicitur. Omnia flumina. s. gratiarū in mare intrant. s. Mariam, & mare non redūdat. s. per superbiam extra se exeundo vltra regulam a Deo sibi præfixam. Et Hiero. dicit, qꝺ in Maria gratiæ plenitudo se infudit. In aqs ergo gratiarum Mariæ capita draconum fuerūt contribulata & confracta quo ad seipsum, & quo ad nos, ad hoc nos inducens exemplo uitæ suæ, & protectione suorum meritorum & præcum. Hoc autem Deus prēnunciauerat eū dixit serpenti antiquo draconi isti. Ipsa conteret caput tuum. Gen.3. Nullam inuenimus mulierem ait. Sigilbertus in sermone quæ caput draconis. s. principia vitiorū cōtriuerit, & ex toto confregerit nisi Mariam. Et propterea aptissimè eam salutando dixit ei archangelus Gabriel. Aue gratia plena. Aue componitur ab a quod est sine, & veh, quod importat punitionem. Veh veh veh habitantibus interra. Apoc.8. Scribitur veh. s. priuationis diuinę visionis propter peccatum originale, veh cruciationis æterni ignis propter peccatum mortale, veh temporalis punitionis propter peccatum veniale, & hęc sunt inhabitantibus super terram, ideſt viatoribus. Sed virgo Maria sine ueh originalis nata, ab omni mortali immaculata, a veniali præseruata. Et ideò aue, ideſt sine ueh aliquo. De veh originali potest illud intelligi. Veh eis, ideſt primis parentibus, quia recesserunt a me, scilicet per inobedientiam mei præcepti. Et illud veh trāsfunditur in oēs descendentes ab eo per peccatum originale excepto Christo. Sed virginē constat ab originali esse mundatā in vtero

Pœnæ peccatis mortalibus debitæ.

Beata Maria cōtriuit oia peccata.

ait Bern. quæ ſancta fuit antequam nata. De veh peccati mortalis dicitur Iſa. 1. Veh genti peccatrici populo graui iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis, dereliquerunt Deum blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, ab alienati ſunt retrorſum. ¶ Vbi nota ſeptem vitia capitalia, quę ſunt ſeptem capita draconum quibus paratur veh dānationis. ¶ Primū eſt vitiū gulæ & huic dedita gens dr̄ gens peccatrix, quod importat habitum permanentem. Nullum enim vitiū ita ꝑmanet, & habituatum eſt in nobis, vt gula, & quæ citius exerceatur, nam puer totus eſt deditus gulæ & ſi ab aliis abſtineat. Et quis eſt ille (ait Aug. in li. cōfeſ.) qui vltra metas neceſſitatis non rapiatur aliquando ſcilicet comedendo, & bibendo, vel plus debito vel ardentiori auiditare? Et cum mortaliter in eo offenditur, quia hoc non eſt ſemper, tunc veh æternæ cruciationis ſequit non pēnitentis. Eſa. 5. Veh qui cōſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam &c. Sed Maria ab hoc uitio libera fuit. Vnde Ambr. in li. de virginibus de ea ait. Quis explicare valeat ciborum eius parſimoniam, officiorum redundantiam, & cum reficiendi neceſſitas erat, cibus eius obuius erat qui mortem arceret nō qui delitias miniſtraret. ¶ Secundum caput draconis eſt accidia, & hoc eſt populus grauis iniquitate, quia accidia ſecundum Damaſce. aggrauat animū ut nil boni agere libeat. Sed veh diſſolutis corde dicitur Eccl 2. Maria aūt fuit ſine hoc veh accidiæ. Vnde audito ꝙ cognata Elyſabeth erat grauida abiit in montana cum feſtinatione ad eam, ut ſibi ſeruiret Lu. 1. ¶ Tertiū caput draconis eſt luxuria, & hoc eſt ſemen nequā, quia nequiter effundit ſemen. Sed vt dicitur Naum. 3. Veh ciuitas ſanguinū. i. aia dedita luxurijs, vniuerſa mendacij dilatione plena. Maria aūt virgo ante partum in partu & poſt partum, ipſa eſt porta in domo domini per quam dominus exiuit ſolus, ſemper clauſa, vt vidit in viſione Ezechiel propheta Ezech. 43. c. ¶ Quartum caput eſt auaritia & iſti vitio dediti ſunt filii ſceleratiEccl. 10. Auaro nil eſt ſceleſtius. Hic enim aiam ſuam venalē habet, ſed veh his qui congregant auaritiam &c. Abacuch. 2. Maria vero ita liberalis fuit vt aurum ſibi præſentatū a Magis cito pauperibus diſtribueret, ita ut agnū in die purificationis offerre non poſſet, ſed ut paupercula par turturum aut duos pullos columbarum Lu. 2. ¶ Quintum caput eſt ſuperbia cum inani gloria, & hi ſunt qui dereliquerunt Deum. Per nullum enim vitium ita receditur a Deo & bellatur contra Deum, ſicut per ſuperbiam. Sed veh coronæ ſuperbię dr̄ Eſa. 28. Nam detracta eſt ad inferos ſuperbia tua. Eſa. 24. Singulariter autem Maria de humilitate commendatur Hiero. Prima Mariæ virtus fundamentum omnium virtutum humilitas. Et ipſa ait. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Luc. 1. ¶ Sextum caput eſt ira per quam homines peſſimi blaſphemauerunt ſanctum Iſrael. Sed veh eis qui perdiderunt ſuſtinentiā Eccl. 2. i. patientia. ſ. uicti ab ira. Virgo ſingularis inter oēs mitis nos culpis ſolutos mites fac & caſtos, canit eccleſia de glorioſa virgine Maria. Reuolue ſcripturā, nunquam inuenies aliquid durum vel aſperum ex ore uirginis proceſſiſſe, vel in opere, ſed tota pulchra & ſuauis, ut dicitur Can. 4. ¶ Septimum caput eſt inuidia, & hi alienati ſunt retrorſum a Deo, qui omnia bona ſua cōicat. Inuido aūt dupliciter ꝙ aliquis hēat bona, & ſic alienus eſt a conditionibus Dei. Sed vt dicitur in epiſtola Iudæ. j. Veh his qui adierunt in viam Cayn, & Choreę &c. hi per inuidiam moti, primus occidit Abel, alius fecit coniurationem contra Aaron & malè perierunt. O quam ardēter virgo Maria cōicat, & procurat hominibus bona. Omnibus (ait Ber.) ſinum miſericordiæ ſuę aperit, & de plenitudine eius accipiunt, æger curationem, triſtis conſolationem, captiuus redemptionem, peccator veniam, iuſtus gratiam, angeli gloriam, Dei filius carnis ſubſtantiam. Bene ergo dictum fuit ei Aue, ideſt ſine veh alicuius capitalis uitii. Et ſic in aquis ſuæ gratiæ contribulaſti tu Deus capita draconum ideſt uitia. Tertium vt plene, ſcilicet ꝑalis incurrit per peccatū veniale. Deus enim (ut ait Gre.) delictum hominis ſine vltione non patitur, aut enim homo punit per ſeipſum, ſcilicet ꝑ ſufficientē contritionē, aut Deus cum hoie, de pę. diſt. 1. ſi peccatum. Deus cum hoīe punit qñ per pēnas in præſenti vel in purgatorio patienter toleratas purgat ſcilicet venialia. De quo veh poteſt intelligi illud Mich. 2. Veh qui cogitatis inutile quod de ſe vr̄ venia le. Sed uirgo Maria ſola ab hmōi veh fuit immunis. Vnde Aug. Si omnes ſancti, & ſanctæ dum hic uiuerent interrogati fuiſſent ſi peccatum haberent omnes vna voce reſponderent. Si dixerimus, quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus, excepta ſancta virgine Maria. Et ſic caput draconis ideſt primos motus peccatorum, contriuit & confregit in aquis gratiæ ſuæ.

Septem capita draconis ſunt ſeptem mortalia.

Virginis Marię miri tas.

Nota liberalitatem virginis Mariæ.

¶ Explicit prologus.

INCIPIT TABVLA SECVNDAE PARTIS

Summæ B. Antonini, quæ habet titulos xij. quorum quilibet habet capitula multa, quæ capitula habent plures §.

TITVLVS PRIMVS.
De auaritia.

CAPITVLVM 1. ſub forma ſermonis tractans de deteſtatione ipſius auaritiæ, de iuſdem auaritiæ quidditate, de ſui criminis pōderoſitate, & de eius effectu alitate ſub ſeptem filiabus.

Cap. 2. ſub forma ſermonis de auaritię inſatiabili cupiditate, de culpabili cæcitate, & de miſerabili fælicitate quia Theſauriza auarus & ignorat cui congregabit ea.

Cap. 3. De ſex prauitatibus ipſius auaritię, uidelicet anguſtia cordis opprobrio vitę, illa queatione diaboli, certitudine damnationis malo impœnitentiæ, & horribilitate mortis. Quare ad eorum effugationem Dauid exorabat. Inclina cor meū in teſtimonia tua, & non in auaritiam.

Cap. 4. De ſymonię triplici proceſſu, videlicet de materia inductiua, de pœna conſecutiua, & deſententia expræſſiua. in forma ſermonis ſub Themate. Pecunia tua tecum ſit in perditionem.

Cap. 5. Deſpēbus ſymoniæ, quēadmodū cōmittit circa bñficia cōferenda aut cōſequēda, eccleſtica officia miniſtranda, & religionis ingreſſu & eſſentialia profitenda, & hęc diffuſè multū cū eius pœna deducta.

Cap. 6. De uſura ſub forma ſermonis declarat ipſius continuationem periculoſiſſimam, extenſionem copioſiſſimam, &c.

Cap. 7. agit de multiplici mō vſuratum quēadmodū committitur in mutuis expræſſis in pignoribus depoſitis, in ſocietatibus & ſocidis aīalium atq; i cambijs diffuſè multum eo quod exigit delictum intricatum.

Cap. 8 De contractibus vſurarijs, puta uēditione atque emptione ad terminum. Vere beati qui terminum poſitum trāsgreſſi nō ſunt neq; conuerſi opire terram.

Cap. 9. De participatione & cooperatione vſuræ nomine tutorum, notariorum, prælatorum conſentientium atque famulorum.

Cap. 10. De manifeſtis vſurariis an recipi poſſint ad eccleſiaſticam ſepulturam.

Cap. 11. De materia montis in Florētia, de inprę ſtitis. Venetiis ſup uictaliciis aut cęnſibus perpetuis quid cænſendum.

Cap. 12. De rapina prohibet confidentiā circa opulentiam temporalem, excludit violentiam contra ſubſtantiam tpalem, & abiicit concupiſcentiam quantum ad inhærentiam finalem dicens cum proph. Nolite ſperare in iniqtate, & rapinas nolite cōcupiſcer diuitię ſi affluāt nolite cor apponer.

Cap. 13. De taleis & præſtantijs & exactionibus, in debitis, pedagijs & gabellis a principibus communitatibus aut officialibus eo tum impoſitis & exactis.

Cap. 14. De furto & alienorum vſurpatione atq; vſurpatorum participatione. Iuxta lamentum proph. Proieciſti ſermones meos retrorſum, ſi uidebas furē currebas cū eo.

Cap. 15. De ſpēbus furti, de inuētis quæ ſibi retinentur de cōmodato, de depoſito, de locatione & conductione, de prę ſcriptione.

Cap. 16. De negociatione mundiali fceleſta, ideò cauenda, ſecus de negociatione ſpirituali honeſta licite exercenda, & de negotiatione temporali modeſta permittenda. Qm̄ nō cognoui negociationem, introibo in potentias dñi, Dñe me morabor &c.

Cap. 17. De fraudibus variis negociatorū uidelicet aſtutia in modos ad decipiendum, de fraudulentia in excogitatos exequendo & de malicia in decipiendo intendo. Nota. n. die iniuſtitiam cogitauit lingua tua, & ſicut nouacula acuta feciſti dolum in rei quidditate, qualitate quantitate, mutabilitate, & prauitate.

Cap. 18. De multiplici falſificatione menſurarum, ponderum, monetarum, ſcripturarū bullarum, inſtrōrū, & fætibus filiorū &c.

Capitu. 19. De iniuſtitia quæ fit in iudicijs quo ad iudicem, quo ad actorem, quo ad reum quo ad teſtem, aduocatum, & procur. Secundum illud proph. Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis.

Cap. 20. De acceptione perſonarum in officiis & beneficiis conferendis, in iudicijs exercendis & in honoribus exhibendis.

Cap. 21.

Cap.21. De sacrilegis detinentibus legata ecclesijs. Abusione sacramentorum, uiolatione sacrorum locorum, & vsurpatione bonorum ecclesiasticorum.
Cap.22. De proditione criminali exorta ex coniunctione familiari & offensione personali.
Cap.23. De turpi lucro ex artificio prohibite atq; de vario ludo proueniente ex mala dedotione, humana recreatione aut ex diabolica suggestione.
Cap.24. De obduratione atq; humanitate eradicanda per rationabilis eleemosynæ erogationem, crudelitate eliminanda propter horribilis snīæ euasionē, & de iniqta te effuganda.
Cap.25. De inquietudine mentis & sollicitudine nimia, ne videlicet finem ponamus in his temporalia, sed sollicitudinē nostram proiiciamus in Deum, quoniam ipsi est cura de nobis.

TITVLVS SECVNDVS
De restitutionibus.

Cap.1. De restitutione in genere sub centum articulis viginti manuum repræsentantiū tot modos restitutionis. Hoc mare magnū & spacioſum manibus, illic reptilia quorū non est numerus impedientia restitutionem & vtilitates eius.
Cap.2. quid & q̄tum sit restituēdum de qua druplici eius dānoillato, tum quo ad animam auferendo ei virtutes infusas, tū quo ad corpus inferendo lęsiones. corpales, tū quo ad honorem & famam per vituperationes verbales, tum deniq; quo ad substā tiam per acceptiones criminales.
Cap.3. vbi sit restituendum & quibus expensis a nobis remotis præsentandum.
Cap.4. per quos fieri debeat restitutio in differentia tutorum & pupillorum, immo per quos certorum & incertorum.
Cap.5. cui sit restitutio facienda iuxta triplicem diuersitatem illicitè acquisitorū sub exemplis furto, ludo, & meretricio.
Cap.6. cur faciēda sit restitutio sub determinatione si remissio aut compositio aut trā factio tollat obligationem, materia multū subtiliter decisa.
Cap.7. De modo & ordine restituendi. Certa prius integraliter sunt restituenda ratione succeſſionis, obligationis, & similitudinis, & & prius debita quam legata, immo cæteris paribus qui prior est tempore potior est iure. Præfertur etiam vxor qua cē setur hypothecā habere. Annectitur notabilis casus de concepto extra mr̄imoniū quo fieri debet restitutio.
Cap.8. quo facienda sit restitutio, Cito cæteris paribus, quia periculum est in mora, & nō relinquēdum hęredibus in testamēto.

TITVLVS TERTIVS
De superbia.

Cap.1. De superbia primorum parentum & eius punitione, Et quia dicitur maximum delictum, cōcurrit in eodem principale remedium ex quo superbi inique agebant vsq; quaq; a lege aūt tua non declinaui.
Cap.2. De quatuor spēbus superbię. Vētus. n. cō trarius ē nauigātibus in hoc sæculi pelago.
Cap.3. De. 12. gradibus superbię. Nam superbia eorum qui te oderunt ascendit semp.
Cap.4. De quadruplici superbia in quadruplici genere hominum prælatorum, religiosorum, clericorum & laicorum. Et q d lamentabilius, quia non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam.
Cap.5. De ambitione, appetentibus uel procurantibus dignitatem, officia, beneficia curata, aut insignia doctoralia. Vbiq; beatus qui non abijt in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.
Cap.6. De præsumptiōe prout est cōtraria pusillanimitati, oppositā uirtuti magnanimitati; exurgens de propria iustitia, aut de sua scientia, siue de iniusta potentia.
Cap.7. De curiositate, spectaculis ob uanum aspectū, & de studio secularium litterarū.
Cap.8. De temerario iudicio quo quis insufficienter quæ Dei, quæ proximi, siue q̄ sua sunt cognoscens iudicare præsumit.
Ca 9. De ingratitudine oblatorū diuinaliū, collatorū sacramētaliū, sublatorū infernaliū, donatorū naturaliū, allatorū tēporaliū, & reseruatorū naturaliū. Nā e contrario concessa bona aufert, dimissa peccā refert, grauissima mala cōfert, & promissa bnficia differt. Bndic ergo. aīa mea dño, & noli obliuisci oēs retributiones eius. Qui propriatur oīb. iniquitatibus tuis, qui sanat oēs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu uitam tuam, qui coronata te in mia & nī rationibus &c.
Cap. 10. De tentatione qua homo tentat Deū de sua ptāte, spīa atq; bonitate, spernens humana subsidia, exhibens prohibita iudicia, scilicet ferri igniti, aut de sera pnīa.

Cap. 11. De ſchiſmate vbi tractaꝫ de duob. generibus ſe pro ſummo pontifice quid agendum ſit pro ſerenitate conſcientiæ.

TITVLVS QVARTVS.

De inani gloria.

Ca. 1. De inani gl̃ia primogenita ſup̃bię filia. Vnde Vhe ipſis quæ cõſidũt in virtute ſua ꝓpter cauſam ex qua oritur, ꝓp materiã qua exercet ur, & in multitudine diuiciarum ſuarũ gloriantur, et ꝓp pænã qua punitur. Qui a fr̃ non reddimit, reddimet homo, nó dabit Deo placationẽ ſuã.

Cap. 2. De inobedientia prima inanis gloriæ filia quantum ad punitionem ſuę rebellionis, expræſſionem inobeditionis, & plurificationem transgreſſionis. Maledicti vtiq; qui declinant a mandatis tuis.

Cap. 3. De retentione decimarum ſi aliqua ſit excuſatio non tribuentium ſpiritualẽ, temporalem, & ſubſtantialem. Contra illud. Sumite pſalmum & date tympanum ſpalterium iocundum cum cithara.

Cap. 4. De ſecunda filia uidelicet inanis gloriæ iactantia triplici per irroneitatem, per uanitatem, & propter falſitatem. Diſperdet proculdubio dñs uniuerſa labia dolosa &c.

Cap. 5. De tertia inanis gloriæ filia ſcilicet pręſumptione nouitatum quantum ad ornatum quo innituntur mulieres exceſſiuè. Filiæ. n. eorum compoſitę circum ornatę ut ſimilitudo templi.

Cap. 6. De quarta inanis gloriæ filia ſcilicet pertinacia ſui ſenſus Furor n. illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis &c.

Cap. 7. De quinta inanis gloriæ filia ſcilicet hypocriſi eccleſiæ multum nociua in tertia beſtia Danielis figurata, uidelicet pardo. Contra quã prophęta ait. Quare tu enarras iuſtitias meas & aſſumis teſt. nu. p. o. t. &c.

Capitulum. 8. De ſexta inanis gloriæ alia. videlicet diſcordia partialitatum Guelfi & Gebellini. Quia iniquitatẽ & contradictionem in ciuitate, &c.

Capitulum. 9. De ſeptima inanis gloriæ filia videlicet contentione æmulationis effuſa ab inferioribus contra ſuperiores diſputationis præſumpta a ſcholaribus contra doctores, & litigationis intenta a diſceptantibus contra pręſidentes & rectores. Effuſa prho dolor eſt cõtẽtio ſup̃ principes &c.

TITVLVS QVINTVS.

De luxuria.

Cap. 1. De ſeptẽ occaſionibus, de ſeptẽ gradibus & de totidem nocumentis luxuriæ.

Ca. 2. De fornicatione ſimplici & eius enormitate perdidiſti (inquit propheta) omnes qui fornicantur abſte.

Cap. 3. De adulterio & eius criminoſitate. Ex quo cũ adulteris portionẽ tuã ponebas &c.

Cap. 4. De quadruplici vitio contra naturã & eius inhumanitate. Diſperierũt in Endor facti ſunt ut ſtercus terræ.

Cap. 5. de inceſtu & eius irrationabilitate. Iuxta illud. Nollite fieri ſicut equ⁹ & mull⁹ &c.

Cap. 6. De ſtupro & eius ſatisfactione in foro conſcientiæ & prophano.

Cap. 7. De raptu & eius pæna legali.

Cap. 8. De ſacrilegio exęcato quantũ ad perſonas Deo dicatas uilipẽdẽtes traditũ ſibi honorẽ deificę ſponſalitatis, dominicę poteſtatis, & ãgelicę miniſterialitatis. Hõ cũin honor̃ eẽt nõ intellexit cõparatus eſt &c.

Cap. 9. De filiabus luxuriæ. Et primo de cæcitate mentis ſupernalia nõ intuẽdo, neceſſaria neſciẽdo, & ſalutaria nõ eligendo. Nũquid cæcus cæco ducatum pręſtans ambo in ſoueam cadunt.

Cap. 10. De præcipitatione ſcda filia luxurię & eius temeritate in ſnijs proferendis in dubiis decidẽdis, & in ſecretis edicendis.

Cap. 11. De tertia filia luxurie .ſ. de inconſideratione ꝓpriæ defectiõis, diuinę operationis, & alienę conuerſationis.

Cap. 12. De inconſtantia Quarta filia luxurię proueniente ex ordinatiõe affectiõis, horror̃ tribulatiõis, & ſubtractiõe delectatiõis

Cap. 13. De amore ſui Quinta filia luxuriæ propter quem Deo inimicantur, proximo iniuriantur, & in vitiis multiplicanr̃. Ideo incenſa igni & ſuffoſa, ab increpatiõe uultus tui peribunt.

Cap. 14. De amore præſentis ſæculi Sexta filia luxuriæ nó aduertẽtes defectibilitatem mundialitatis, uilitatem entitatis, nec nullitatem probitatis. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis, &c.

Cap. 15. De Septima filia luxuriæ ſtultitia. ſ. non illa ſpirituali & gratioſa, ſed ſpeciali ac criminoſa & generali atq; opprobrioſa. Stultorum nempẽ infinitus eſt numerus.

TITVLVS SEXTVS.

De gula.

Cap. 1. De gulæ ſpeciebus pœnã & remedijs.

Cap. 2. De omiſſione ieiunij cõtra legem diuinalẽ, naturalem & humanalem, præter redemptionem aut legitimam excuſationẽ, adiuncta ieiunij uitiatione. Nunquid hoc eſt ieiunium quod elegi &c.

Cap. 3.

Cap.3. De ebrietate nõ vino diuinali, sed materiali criminali. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius & omnis s.e.d.e.

Cap.4 De quinq; filiabus gulæ, hebetudine qua inficitur intellectus, inepta lætitia qua dissoluitur affectus, multiloquio quo destruit affectus, scurrilitate qua incomponitur gestus, & immunditia qua corrumpit corpus. Sepulchrũ parẽs ẽ Guttur eorũ &.

Cap. 5 De pollutione & caussis eius corporali ul' interiori aiali, aut extrinseca spiritu ali.

Cap. 6. De chorearum intenso cruciatu, ap præhenso tripudiatu, & expræsso reatu. Inflammabit. n. incircuitu inimicos eius.

Cap. 7. De derisionis generalitate, illusionem recipiẽtis dignitate, & illusionis uarietate. Oẽs vidẽtes me derisẽrũt me locuti sũt. &c.

Cap. 8. De prodigalitatis proprietate, varietate, & noxietate. In diluuio aquarũ multarum ad Deum non approximabunt.

TITVLVS SEPTIMVS
De ira.

Cap. 1. De diuersis iræ modis nocumentis atq; remedijs. Rõe quorum quisq; dicere habet. Miserẽ mei Deus quoniã tribulor, conturbatus est in ira oculus meus & uenter meus.

Cap. 2. De indignatione prima filia iræ & uariis murmurationibus quę fiunt contra Deum & platum proprium. Nã murmuraverunt in tabernaculis suis & non exaudierunt uocem domini &c.

Cap. 3. De secunda filia iræ. s. clamore nõ intensæ deuotionis, sed indefensæ offensionis, & cõsuę perturbationis excitãtis scãdalizatione, & puocãtis cęlestẽ punitionẽ.

Cap. 4 De tertia filiæ irę. s. multiplici scandalo, actiuo aut passiuo realiter dato, aut accidentaliter occasionato Pax multa diligẽtibus legẽ tuã & non est illis scandalum.

Cap. 5. De quarta filia irę. s. blasphemia, inquantũ est maledictio uitiosa, siue affectio pernitiosa immo consecutio angustiosa. Quorũ os maledictione & amaritudine plenum est. &c.

Cap. 6. De Quinta filia iræ. s. contumelia illata & eius pęna inde caussata atque congruentia seruata. Tu scis improperiũ meũ confusionem & reuerentiam meam.

Cap. 7. De Sexta filia irę. s. rixa seu bello internali & angustioso, particulari & fixoso, popular & periculoso.

Cap. 8. De Septima filia iræ. s. homicidio uitioso & eius pæna. Viri sanguinum & dolosi non denunciabunt dies &c.

TITVLVS OCTAVVS.
De inuidia.

Cap. 1. De inuidiæ origine, nocumentis & remediis eius. Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium &c.

Cap. 2. De prima filia inuidię, quę est afflictio in prosperis proximi occasio agẽdæ cupiditatis & defectu omnis bonę conditionis & uirtutis.

Cap. 3. De secunda filia inuidię. s. odio multiplici cum uariis nocumentis & modis eius & pœnis suis. Iuxta illud. Posuerunt aduersum me mala pro bonis & odium pro dilectione &c.

Cap. 4 De Tertia filia inuidiæ. s. detractione & grauitate immo de eius pæna. Nam in duantur qui detrahunt mihi pudore &c.

Cap. 5. De Quarta filia inuidiæ. s. susurratio, excludens beneuolentiam diuinalem, tollens amicitiam humanalem, & includẽs nequitiam mortalem. Deniq; aduersũ me susurrabãt omnes inimici mei &c.

Cap. 6 De Quinta filia inidię quæ est exultatio in aduersis proximi, amica crudelitatis, quæ euitari debet ne circa subditos exerceatur, circa propinquos non habeatur, & circa afflictos non exhibeatur.

Cap. 7. De blasphemia prout ortum habet ex odio Dei, agens aliquando contra Dei prouidentiam, aliquando cõtra Dei potentiam, & aliquando contra Dei iustitiam. Nolite (inquit propheta) Extollere in altum cornu uestrum &c.

Cap. 8. De blasphemia & sex spẽbus eius peccati in spiritum sanctum, attendendo eiusdem nimiam grauitatem, malitię præparabilitatem, & ueniæ remissibilitatem. Dixit. n. dns ex Basan conuertã, conuertam in profundum maris.

Cap. 9. De duritia siue obstinatione Nam cor durum male habebit in nouissimo.

TITVLVS NONVS.
De acidia.

Cap. 1. De quidditate acidiæ & filiabus eius. Non timebis ab incursu eius & dæmonio meridiano.

Capitu. 2. De acidiæ tedio & remediis eius Dormitauit. n. anima mea p̃ tedio, ideo cõfirma me in uerbis suis.

Cap. 3. De negligentia in genere quantum ad proprietatem significati, ueritatẽ principij. & grauitatem peccati.

Capitulum.4. De negligentia benè operandi quo ad omissionem boni præteriti debiti modi,& præsentis boni oēs utique declinauerunt simul inutiles facti sunt &c.

Capitulum.5. De negligentia prælatorū quatenus ignorantiam ab animo remoueant, obedientiam Deo exhibeant, & negligentiam in officio excludant. Excitante ps. Erudimini qui iudicatis terram &c.

Capitulum 6. De omissione fraternæ correctionis: quemadmodum cōtingit fieri defectuosa atque culpabilis, ex correctionis irrationabili omissione ex corrigentis criminali dispositione, siue ex indebiti modi processione. Iuxta illud. Corripiet me iustus in misericordia &c.

Capitulum.7. De negligētia circa obseruationem festorum,& quemadmodū festa celebrari debeant cauendo a defectibus criminalibus, inhærendo actibus spiritualibus, & abstinendo ab operibus manualibus. Nā & Caldei dixerunt in corde suo cognatio eorum simul quiescere faciamus oēs dies festos Dei a terra.

Capitulum.8. De negligentia sumptionis sacramentorum;& secundum statum ecclesiæ,& præcipue de annuali confessione: ipsam prætermittendo, indebitè peragendo, & pœnitentiam iniunctam non implendo. Nam declinantes in obligationes adducet dñs cū operantib. iniquitatē pax sup Israel.

Capitulum.9. De negligentia circa sacramentum eucharistiæ obmittendo indebitè eius sumptionem, accedendo indignè ad cōionem,& exhibendo se tepidè post acceptionem. Fiat mensa eorū corā ipsis in laqueū & in retributiones: & in scandalum.

Capitulum. 10. De omissione circa diuina, videlicet missę auditionem. Iuxta illud, introite portas eius in confessione atria eius in hymnis &c.

Capitulum. 11. De negligentia prædicationi non intendendo: prædicationem non attēdendo, nec secundum eam faciendo.

Capitulum.12. De negligentia horarum canonicarum in insufficientia debita, in intētione recta,& in caussa motiua. Iuxta illud Septies in die laudē dixi tibi super iud. &c.

Capitulū. 13. De pigritia videlicet tarditate cōuersionis cōfessionis,& bonæ operationis.

Capitulum.14. De ociositate tāquam uitium insinuandum: Inferni supplitium ei reseruandum,& malum plurimum inde generandum. Ex quo in labore horum nō sunt: & cum horibus non flagellabuntur, &c.

Capitulum.15. De desperatione quantum ad gloriam adipiscendam: veniam consequēdam: & miseriam euadendam. Non.n. speraverunt in Deo salutari suo.

Capitulum.16. De pusillanimitate trepidante: opera spiritualia non posse perficere, bona tēporalia posse amittere & corpora mortalia deficere. Trepidauerunt etenim timore pusillanimes, vbi non erat timor.

¶ TITVLVS DECIMVS.
De mendatio & periurio.

Capitulum.1. De multiplici mendatio & punitione eius. Perdes oēs qui loquuntur mēdatium, protestatur Dauid propheta.

Capitulum.2. De adulatione quantum ad cōditionem malitiæ adulatoris infectionem conscientiæ blanditoris,& exclusionem cōplacentiæ laudatoris. Molliti sunt sermones eius super oleū, & ipsi sunt iacula &c.

Capitulum.3. De iuramento in quantum sit actus licitus religionis: modus cōgruus locutionis : & effectus necessarius eiusdem actionis. Et iurabunt in nomine meo : sm Hiere. Viuit dominus in veritate: iudicio, & iustitia.

Capitulum.4. De iuramento per mēbra Deī, vel per creaturas, vel per falsos Deos.

Capitulum.5. De formis iuramentorum: quē admodum Imperator papæ: & episcopi q. sunt exempti, aut curati episcopis suis, va falli dominis facere habent.

Capitulum.6. De iuramento promissorio, de cem casus dubii si idem obseruandum fit, aut licitè transgredi, immo si commutari, aut in toto irritari, aut de arbitris reduci possit.

Capitulum.7. De periurio sumopere vitādo, quia ex eo Deus inhonoratur, quia omni lege vetatur, quia ipso proximus damnificatur, & quia pœna multiplici castigatur.

Capitulum. 8. De adiuratione si licita sit etiā in leuibus caussis.

TITVLVS VNDECIMVS.
De uoto & uoti transgressione.

Capitulum 1. De uoto inquantum eo exhortamur ad meliorum promissionem, necessitamur ad promissorum solutionē: Et regulamur circa votorum intentionem. Iuxta illud. Vouete & reddite dño Deo vro.

Capitulum 2. De materia voti, & ipsius diuisione, transgressione, vtilitate, obligatione, redem-

redemptione,commutatione, & diſpenſatione.

TITVLVS DVODECIMVS.
De infidelitate.

Capitulum. 1. De ſupſtitionibus idololatria, multis generibus diuinationum,necromātia,aſtronomia ſiue mathematica, auguriis,ſortibus, obſeruantiis, incantationib. adiurationibus & temporum qualitatib.

Capitulum. 2. De triplici infidelitate in genere,ſi ad fidem ſint cogendi, ſi eorum pueri inuitis parentibus ſint baptizandi, ſi cum ipſis ſit diſputandum, aut cum illis conuerſandum.

Capitulum. 3. De infidelitate Iudęorum & ritibus,participationibus exactionibus & ſeruientibus eorum.

Capitulum. 4. De hæreſi & pęnis hæreticorū.

Capitulum. 5. De quadam remiſſione & materia hæreſis:qui hæretici dicantur.

Capitulum. 6. De apoſtaſia multiplici.

Capitulum. 7. De infidelitatis uigoroſa defenſione:odioſa congregatione, & pernitioſa locutione. Iuxta illa prophetæ. Protexiſti me Deus a conuentu malignantium &c.

Capitulum. 8. De ſuperſtitionum grauitate, multiformitate:& inutilitate. Iuxta illud propheticū. Odiſti omnes obſeruantes vanitates ſuperuacuè.

Capitulum. 9. De fortuna quantum inſania falſa: etiam defectu ſuę impermiſcibilitatis,æquitatis,veritatis,ſtabilitatis, fidelitatis,& perfectibilitatis.

Capitulum. 10. De conſtellationibus: videlicet ſtella quæ dicitur cometes:ſtellis erraticis:ſiue planetis, & ſtella mirifica quæ eſt ſingularis. Videmus (inquiunt Magi) Stellam eius in oriente &c.

Cap. 11. De fato ſi quid ſit:& de eius effectu. Beatus cuius eſt nomen domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates: & inſanias falſas.

¶Finit tabula generalis huius ſecūdę partis.

INCIPIT SECVNDA PARS SVMMAE BEATI ANTONINI ARCHIEPISCOPI Florentini Ordinis Prędicatorum in qua agitur.

ET PRIMO DE AVARITIA, & eſt titulus primus de auaritia diuiſus per plura capitula.

Per modum prędicationis. Cap. I.

FILII hominum uſque quo graui corde, ut q̃d diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. Pſal. 4. Greg. 14. moral. c. 19. ſuper verbo plumbi lamina &c. dicit q̃d contra auaros quos auaritiæ pondus grauat, pſal. inuehit, & increpat dicens hoc. Filii hominum &c. non filiis Dei ideſt electis qui ex Deo nati ſunt, ſcilicet per gratiam contemnentibus terrena loquitur pſal. ſed filiis hominum, ideſt terrenorũ Homo enim ab humo deriuatur qui filii ſunt nõ ſolum generatione, ſed imitatione, hi ſunt graui corde. Inter omnia elementa terra eſt grauius, & inter metalla, quæ pertinent ad diuitias aurum, & argentum ſunt grauiora. Grauium autem locus proprius ad quem inclinantur grauia eſt centrum, ubi eſt infernus. Inter vitia illud quod deprimit cor ad terrenas diuitias eſt auaritia, cuius locus eſt infernus ſcilicet æternæ damnationis. Vnde ſerpenti antiquo dictum fuit. Terram comedes cunctis diebus uitæ tuæ. Gen. 3. ideſt ad te pertinebunt quos deceperis terrena cupiditate. Ego ex quo damnatio incurritur, filii hominum vſquequo permanetis in hoc uitio, ut diligatis uanitatem, ideſt iſta temporalia, quę vana ſunt, ideſt cito tranſitoria. Vnde in inferno dicunt diuites. Quid nobis profuit ſuperbia, aut quid contulit nobis iactantia diuitiarum? Ecce omnia tranſierunt velut vmbra. Sapien. 5. Vana ſunt, quia faciunt homines vanos, cum per hoc fruſtrentur fine ſuo ideſt æterna vita. Et hoc eſt accipere in uanũ animam ſuam ſecundum pſal. 23. ideſt non operari ea tantũ vnde ſaluentur, ſicut medicina dicitur vana, quæ non inducit ſanitatẽ, ad quam ordinatur. Et quæritis mẽdacium, ideſt ipſa terrena quæ ſunt mendoſa, quia promittunt quietem, & dant inquietudinem, promittunt ſufficientiam & dant miſeriam. Filii hominum &c. Vbi ſciendum quod cum auaritia ſit inordinatus amor habendi, hæc immoderantia poteſt eſſe tripliciter, ſecundũ b. Tho. 2. 2. qõ. 118. ar. 3. Primo in affectione. Secundo in retentione. Tertio in acquiſitione. Et ſecundum hæc tria erunt tres ſermones de auaritia in genere. Et quantum ad primum ſcilicet de nimia affectione ad res tẽporales hoc repræhenditur in dicto verſu. Filii hominum. Vbi tria notari poſſunt de auaritia. Et primo eius mali quidditas, ibi, vt q̃d diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. Secundo eius peccati ponderoſitas, ibi, filii hominum. Tertio eius effectualitas, ibi, & quæritis mendacium.

Auaritia conſiſtit in tribus

Inter terrena metalla aurũ & argentum ſunt graviora.

¶ Quantum ad primum. Sciẽdum quod auaritia vel cupiditas ſumitur tripliciter. Vno modo prout eſt non peccatũ, ſed pœna vel radix peccati, & ſecundum hanc acceptionem auaritia nõ eſt aliud quã quædã inordinatio naturæ corruptę ad bona corruptibilia, & tẽporalia inordinatè appetẽdo. Vñ Apoſtolus 1. ad Thi. 6. Radix oĩum malorũ eſt cupiditas ideſt auaritia, eo uidelicet q̃ ex auaritia frequentius alia peccata oriantur ad ſimilitudinem radicis, quia ſicut radix toti arbori alimentũ præſtat, ſic hõ per diuitias acqrit fa-

§. 1. Auaritia eſt triplex.

cultatem ad quodcunque peccatum desiderandum,& perpetrandum. Et ut dicit Leo papa Clericum, vel virum catholicum,& præcipuè sacerdotem domini,sicut nullo errore implicari, ita nulla cupiditate violari oportet. dist.47.clericum,vel virum. Implicari,ideſt detineri, & impediri a spiritualibus. ¶Secundo modo sumitur auaritia, seu cupiditas prout est generale peccatū seu genus ad omne peccatum.Et sic diffinitur a Greg. in quadam homi.l.quod auaritia est appetitus, inordinatus non solum pecuniæ: sed scientiæ,& altitudinis, & cuiuscunque boni temporalis, vt cum supra modum ambitur potestas.Et de hac videtur loqui August. cum dicit,quia radix omnium malorum est cupiditas,& radix omnium bonorum est charitas. Et nisi fuerit vna penitus euulsa, non potest alia plantari de pœ.distin.2. quia radix. Quodlibet peccatum mortale est contra charitatem secundū beatum Thom. & quodlibet peccatum pertinet isto modo ad cupiditatem. Et si obiiciatur quòd ex hoc sequi videtur quòd auaritia, & superbia sint idem, nam superbia dicitur inordinatus appetitus scientiæ,altitudinis,& honoris, quod comprehenditur in diffinitione auaritiæ (ut dictum est) Respondetur quòd hoc non sequitur, sed sunt vtique diuersa peccata superbia, & auaritia etiam generaliter sumpta. Nam superbia est inordinatus appetitus circa scientiam potentiam ,pecuniam, & alia quæ ad excellentiam quā suis consequitur ex illis. Sed auaritia est inordinatus appetitus circa prædicta quo ad sufficientiam, quæ intenditur in illis in acquirendo, vel retinendo ipsa temporalia. Differunt etiā in hoc , quia superbia respicit peccatum ex parte auersionis a Deo,cuius præcepto superbus recusat subiici.Auaritia verò respicit peccatum ex parte conuersionis ad bonum commutabile, quòd pecuniam, scilicet inordinatè diligit.¶Tertio modo sumitur auaritia ,prout est speciale peccatum distinctum a cæteris. Et sic diffinitur auaritia, quòd est inordinatus amor,vel appetitus pecuniæ. Vnde Isido. lib.1.ethymo.dicit quod auarus dicitur quasi æris auidus. De his.b.Thom. 2.2.qō. 18.art. 2.& in quæstionibus de malo, & Alexander in secunda parte summæ.q.42. Et de hac auaritia quæ est speciale peccatum dicit Ambro. Sicut hi qui per insaniam mente translati sunt,non iā rem ipsam,sed passionis suę phātasiam vident,ita etiam mēs auari semel vinculis cupiditatis astricta semper aurum videt,semper argētum videt, semper redditus cōputat, gratius aurū quàm solem intuetur. Ipsa eius oratio & deprecatio a domino petit aurū, nec finis, nec satietas aderit cupiditati. di.47.sicut hi.Et hoc est quod dicit Salomon Eccl. 5. Auarus non implebitur pecunia,& qui amat diuitias non capiet fructum ex eis. ¶Vbi sciendū, q̄ aliud est diuitias amare & non habere, aliud habere & nō amare, aliud nec habere nec amare,aliud habere & amare. Amare & non habere, est vanū & infructuosum. Nam neq; habet cōmoditatē ex vsu earū cum eas nō possideat,nec fructū ex patientia in defectu earū, ex quo amat & cupit habere per oēm modū quē possit, licitū & illicitū, impatienter inuoluntariè sustinens paupertatem. Vnde Apostolus.1.Thi.6. Qui uolunt diuites fieri,incidunt in tentationem , & in laqueum magnū diaboli , & in desideria multa inutilia, quæ vergunt hoiem in interitū. Nā propter hoc aliquādo desiderant furari,sęnerari,decipere,& alia mala facere, ut habeant diuitias quas inordinatè amant. Secundum. s.habere diuitias,& nō amare est laboriosum. Vnde dicitur Eccl. 31. Beatus uir.s.diues qui inuentus est sine macula.s.inordinati amoris, & qui post aurū nō abiit.s.mente,& corpore, vt auari qui vbiq; terrarū sequuntur aurū ēt sub terra. Sed quis est hic,& laudabimus eū quasi dicat pauciſſimi . Talis fuit Abrahā, de quo scribitur Geneſis.13. q̄ erat diues in possessione auri,& argenti. Sic & Iob ut patet.1. c.Quod non habuerit inordinatū amorē,patuit ex amissione ipsarū rerū in qua perturbatus nō fuit. Tertiū. s.nec habere nec amare, hoc est perfectū. Vnde proue. 30.dicitur.Duo rogaui te, ne deneges mihi antequā moriar. Diuitias,& paupertates ne dederis mihi, sed tantū tribue victui meo necessaria.Diuitiæ.n. frequēter peruertunt possessores suos. Iuxta illud Deut.32. Incrassatus est dilectus,& recalcitrauit.Sen.Non est pauper,cui quantuncunque parū est, satis est. Et subdit superfluè habere cupiditatis est, necessaria infirmitatis est,omnia relinquere perfectionis est, sicut fecerunt apostoli. Vnde Petrus in persona omnium dicebat.Ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te &c.Math.19.Et Hiero.Crates ille hebanus cū ad philosophandū pergeret magnum auri pondus abiecit, nec æstimauit se diuitias simul & virtutes posse possidere &c.12.q.2.gloria. Quartum, scilicet habere & amare.Si amentur plus quam Deus , uel contra Deum,ita scilicet ut habens eas paratus sit facere cōtra Dei mandata ne amittat, vel non subuenire in magnis necessitatibus sibi

Differet amare & habere diuitias

Idē hī. ff. de vaca. mu.ī honoribus. §. vlt.

sibi notis, periculosum est, & pernitiosum. Vnde ps.61. Diuitiæ si affluant nolite corapponere, scilicet inordinatè amando. ¶ Ratio autem quare auaritia est peccatum est ista secundũ b. Tho. 2.2.q.118.art.2. Eorũ quę ordinantur ad aliquẽ finem, bonum eorum cõsistit in proportione seu debita commensuratione ad illum finem bonum, ideſt in tali mensura, seu quantitate, quod pertingant ad finem. Sicut medicina quę ordinatur ad finẽ sanitatis corporis, tunc est bona quando sumitur in tali mensura, & qualitate quæ ducat sanitatem. Malum aũt eorum quæ ordinantur ad finem, consistit in excessu, vel defectu ad debitum finem. Sicut medicina purgatiua, tunc est mala quando non euacuat sufficienter malos humores, vel quando nimis euacuat, ita quod etiam bonos aufert. Tẽporalia aut bona sunt ordinata a Deo ad sustentationẽ hoim. Quęrere igitur ea, & tenere, uel desiderare non solum ad sustentationem sui & suorum, sed ad superfluitatem, & vanitatem vitiosum est, & malum, quia excessus fit a debita eorum mensura. Sed quia etiam non licet uti indebitis mediis, ut ad debitum finem perueniatur, secundum b. Tho. quia secundum Apostol. ad Ro. 3. Non sunt faciẽda mala, vt ueniant bona, hinc est quod non licet quęrere, vel desiderare temporalia etiam propter sui sustẽtationem per indebitos modos, ut per furtum, vsuram, fraudulentiam, & huiusmodi.

Auaritia qua re ẽ peccatum.

§.2. Auaritia grauat hominem.

¶ Quantum ad secundum principale sciendũ quod vitium auaritię præcipue aggrauat hominem. Et graue inclinatur ad centrum, ita auaritia præ cæteris ad centrum inferni deijcit. Communiter enim auari sunt obligati restitutionibus, & dediti iniustis lucris, & cũ raluari non possint, & centrum inferni desere nisi alleuiarentur per restitutionem, & dimissionem illicitorum lucrorum potius cũ pondere peccatorum uolunt ad inferna descendere, quam consueta mala relinquere, Quinimmo secundum Hiero. Cętera vitia homine inueterascente senescunt, sola auaritia iuuenescit. Et ratio naturalis est secũdum Tho. vbi supra, quod senes propter defectum naturalem auidius exteriorum rerum requirunt subsidia, sicut omnis indigẽs quærit suæ indigentiæ supplementum. Nec tamen excusatur a peccato si contra rationem appetat, & pręcipue cũ ipsa natura doceat, quia omne quod antiquatur, & senescit prope interitum est secundum Apost. ad Hæbr. 4 Et cum interierit, non sume omnia, secundum psa. ideſt aliquid suorum bonorum. Ideo de facili debet contemnere omnia, cogitando in breui esse moriturũ. Igitur filij hominum vsq. quo graui corde, ideſt in auaritia, quæ uos grauat permanetis. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum (ait Christus Matth. 19.) Vbi Hier. Rectè diuites camelis coparantur, quia sicut cameli cum deposuerint gibbum, & grauem sarcinam ponderum per erumnã acus, ideſt per angustam, & arctam viam intrare, & transire possunt, ita superbus, & dives si dimittunt gibbum, ideſt amorem inordinatum diuitiarum, & sarcinarum peccatorum de facili intrabunt per arctam uiam in regnum cælorum. Hæc Hiero. Secundum magistrum historiarum acus erat quędam porta ciuitatis Hierosolymæ valdè arcta, p quã non poterant intrare cameli nisi deposita sarcina. Ostenditur autem hoc peccatum esse graue, quia est contra Deum, contra proximum, & contra seipsum secũdum Thom. 2. 2. quęst. 118. artic. 1. ¶ Peccat auarus contra Deum in quantum propter bonum temporale diuitiarum, contẽnit bonum æternum. Vnde & auaritiam dicit Apostolus ad Ephes. 5. idolorum seruitutem, quia affectum, quem fidelis exhibet Deo & sollicitudinem, auarus exhibet pecunię. Et sicut idolatra subiicit se creaturæ exteriori, ita auarus licèt non eodẽ modo, quia idololatra subiicit se creaturæ quo ad cultũ, ut exhibeat ei cultum diuinum, sed auarus subiicit se pecuniæ inordinatè concupiscendo eam quo ad usum. Et ideo & si graue peccatum, non tantum quantum idololatria. ¶ Item secundum Chrysosto. auaritia assimilatur idololatriæ, quia sicut idololatre uenerantur reliquas & idola, nec prę reuerentia audent ea tangere, ita multi uenerantur pecunias, & eis vti nesciunt sed ut sacra deponunt, & filiis & nepotibus intactas conseruant. ¶ Item secundum Ambros. comparatur auaritia idolatrię, quia sicut idololatria nititur auferre gloriam Deo, ne solus Deus no mẽ deitatis obtineat, ita auarus in Dei res se extendit, ut solus usurpet, quæ Deus omnibus fecit. Vtraque sunt inimica Deo, quia negant Deo quæ sunt eius. ¶ Item auarus peccat in proximum, cum scilicet plus debito accipit, & conseruat pecunias, & bona alia temporalia in damnum, & nocumentum proximorum. Cum enim bona temporalia non possint simul possideri a multis, non potest unus homo in bonis temporalibus superabundare

Acus.

Auarus peccat contra Deum.

Auaritia comparatur Idololatriæ.

nisi alteri deficiat, & sic auaritia est directè contra proximum. Vnde Ambros. Esurientium est panis quem tu detines, nudorum uestimentum quod recludis, miserorum pecunia, quam in terra defodis. Tantorum ergo te scias inuadere bona quantis possis dare quod uelis, ideſt quod debes uelle. 47. dist. si cut hi. ¶ Tertio peccat auarus i seipsum, quia per hoc inordinatur affectus eius licèt non deordinetur corpus sicut per uitia carnalia Sustinet etiam corpus multa incõmoda contra rationem Vnde Grego. Omnes huius sęculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt; in cęlestibus debiles. Et infra Nam sæpe famen, nuditatẽ, defectionem sustinent, & earũ rerum se perabstinentiam cruciant, ad quas adipiscendas festinant 47. distinct. omnes. Et eccles. 6. dicitur. Est aliud malũ quod uidi sub sole, & hoc frequens apud homines, uir scilicet auarus cui dedit deus diuitias, scilicet quo ad mobilia, & substantiam scilicet immobilium, & honorem scilicet dignitatis, & potestatis, nec de est animę, ideſt sensualitati, & uitæ corporali ex his quæ desiderat in hoc mundo, nec ei dedit deus potestatem, ideſt usum potestatis, ut comedat, sed alius uorabit eas. ¶ Est autem auaritia mortale tripliciter, & tunc grauat, & deiicit ad infernum Primo ratione æquitatis quam offendit. Secundo ratione charitatis, quam excludit. Tertio ratione finis, quem peruertit.

Tertio.

Auaritia est mortale primo.

¶ Primo quidẽ auaritia offendit æquitatem, quando nocet proximo per iniustam acquisitionem, furando, fraudando, & huiusmodi, quæ sunt mortalia ex genere suo quia uertũtur in nocumẽtum notabile proximo, & sunt contra iustitiam, Et non solum ista perpetrare, sed ista desiderare, scilicet appetere res per illicitas acquisitiones, quod pertinet ad auaritiam est mortale. Et de his intelligitur illud Abacuc. 2. Veh qui congregant non sua. Secundo quando quis ita amat ista temporalia, quod & si uideret extremas necessitates, & subleuare posset, non faceret, ne minueretur in temporalibus. Et de his. Iacob. 5. Agite nunc diuites, plorate, & ululate in miseriis, quæ aduenient uobis, diuitiæ uestrę putrefactę sunt, aurum & argentum uestrum eruginauit, & erugo eorum erit uobis in testimonium, & manducabit carnes uestras. ¶ Secundo auaritia est mortale ratione charitatis quam excludit. Si enim tantum amor diuitiarum crescat quod præferatur charitati Dei uel proximi, quod contingit quando facit, uel quando paratus est facere contra Deũ uel proximum, ut habeat diuitias, uel nõ minuat, uel non amittat, puta periurat, uel festa uiolat, aut decipit proximum, aut habet animum paratum ad ista huiusmodi facere, ut lucretur, aut non lędatur in temporalibus, uel etiam de superfluo non uult dare necessitatem patientibus, tunc est mortale. Vnde 1. Iob. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo quomodo charitas Dei est in eo? Quasi dicat. Non habet talis charitatem Dei, quia facit contra charitatem proximi manifestè. Et Deus diligi nõ põt uerè, & salubriter si non diligitur proximus, cum hoc ipse præceperit. Si qs diligit me (ait Christus) sermones meos seruabit. Et econtra. Qui non diligit me sermones meos non seruat. Ioan. 14. Dicuntur autem diuitiæ substantia, uel a substando, quia debent substare rationi non dominari. Matth. 6, Non potestis Deo seruire & mãmonæ, ideſt diuitiis. Non dicit ibi (inquit Hiero.) Non potestis habere, sed seruire. Qui enim seruus est diuitiarum eas custodit ut seruus. Et sic non substant diuitiæ, sed præsunt, & dominantur talibus. Vel dicuntur diuitiæ substantia, a sustentando, quia debent diligi ad sustentationem non ad superfluitatem, uel uoluptatem. Et subditur. Et uiderit fratrem suum necesse habere, ideſt sciuerit, non. n. tenetur subuenire necessitatibus, quas non nouit, & clauserit uiscera. s. misericordiæ, non dando cum potest & debet uel non compatiendo si dare non põt, nõ est charitas Dei in huiusmodi. ¶ Tertio auaritia est mortale ratione finis quem peruertit, qđ sic probatur. Amor est boni. Sicut autem duplex est bonum, scilicet bonum propriè, & principaliter dictũ, & sic est bonum qđ est finis, & bonũ quod non est principale, scilicet quod est ad finẽ. Ita debet esse duplex amor s. principaliter, & per se bonĩ quod est finis. Et amor secundariò & consequẽs boni quod est ad finem. Auaritia igitur prout est inordinatus amor tpaliũ rerũ ita qꝺ in eis finis constituatur semper est peccatũ mortale. Cuius rõ est, quia auertit ab incomutabili bono est peccatũ mortale, sed cõuerti ad quodcũq; cõmutabile bonũ creatũ sicut ad finẽ, facere auersionẽ ab incõmutabili bono, qđ dẽt esse ultimus finis, eo qꝺ non pñt esse plures ultimi fines, ergo auaritia inquãtũ fruitur tpalibus, bonis sp est mortale Hęc Thomas in qõne de malo. Et hoc modo dicit Apostolus ad Eph. 5. quod oĩs auarus non hẽt hæreditatẽ in regno Christi & Dei, ideſt nullus auarus, qui. s. con

Secũdo. Auaritia exludit charitatem.

Tertio.

stituit

ſtituit finem in diuitijs. Veniale autem eſſet quando quis inordinatè diligeret temporalia, ſed citra deum, nec ex hoc tranſgreditur, uel paratus eſt trangredi aliquod præceptorum. ¶ Quod autem ſit nõ ſolum mortale, ſed ualde graue oſtenditur ex hoc quia cõtra nobiliſsimas virtutes, vt puta contra pietatem, & miſericordiã, quæ eſt maxima inter eas q̃ ſunt ad proximũ. Vnde Amb. Oĩs ſumma chriſtianæ religionis in miſericordia, & pietate cõſiſtit. Eſt cõtraria iuſtitiæ quæ eſt oĩs virt⁹, & neq; hęſperus neq; ſtella, neq; Lucifer eſt ita clarus, ut dicit philoſophus. Iuſtitia enim tenet medium inter ſuperfluum, & diminutum. Auaritia autem excedit in accipiendo, & deficit in dando, quia accipit plus q̃ debet ab alijs, furando, rapiendo, fęnerando, fraudando, & huiuſmodi, & minus dat quam debet, ſibi & aliorum neceſſitatibus cum poteſt non ſubueniendo. Eſt etiam contraria uirtuti liberalitatis quæ facit hominem aliis gratum. Vnde Boetius. Largitas claros. i. famoſos facit, auaritia verò odioſos. Cũ enim virtus liberalitatis medium teneat circa acceptionẽ, & dationẽ pecuniarum, liberale utrũ que facit ſicut oportet. Nam ad decentem dationem ſequitur q̃ ſit decens acceptio. Liberalis enim primo rectè ſe habet in datione, eo q̃ ipſæ in dando obſeruat regulã rationis, in quãtũ ipſę dat quibus oportet, & quando oportet, & quid oportet, & quantum oportet, & qũo oportet obſeruãdo ſemper debitas circunſtantias quę ad rectã dationẽ exigunt. ¶ Secundo liberalis ſe rectè habet in acceptione, & pręcipuè quatuor modis. Primo quia accipit vnde oportet, quia a proprijs poſſeſſoribus. Secundo accipit quantũ oportet, quia minus ſibi relinquit quam aliis det, eo quod paucis ipſæ eſt contentus. Tertio accipit quo modo oportet, quia pauca, & in neceſſitate, libenter autem dat, & propterea interdum minora dans, liberalior iudicatur. Quarto accipit eo fine quomodo oportet. Non enim liberalis appręciatur diuitias propter ipſas, ſed ſolum propter dationẽ. Auarus uero inordinatè ſe habet in his duobus ſcilicet in acceptione, & datione pecuniarũ ut patet diſcurrendo per ſingula. Hęc Tho. 2.2.q. 118.ar.3. & inſcriptis ethicorum lib.4.c.2. ¶ Et quãuis auaritia ſit ualde graue peccatum, non tamen maximum omniũ. Nã magnitudo peccati põt attẽdi ex tribus. Primo ex parte boni q̃ offenditur, uel cõtemnitur. Et ſecundũ hoc tantũ peccatum eſt grauius, quanto bonũ q̃ p̃ peccatũ offenditur, cõtẽnitur, vel corrumpitur eſt nobilius uel maius, & ſic peccatũ contra Deũ eſt grauiſſimum, quia per hoc cõtemnitur ſũmũ bonũ. Scdo attẽditur magnitudo peccati ex parte dãni q̃ infertur, & ſic inter peccata, quæ in proximũ cõmittuntur, tanto pc̃tm̃ eſt grauius, quãto dãnũ eſt grauius proximo illatũ. Vnde homicidiũ eſt grauius adulterio, & adulterium grauius furto. Tertio põt attendi magnitudo peccati ex parte boni cui quis inordinatè ſubiicitur. Quãto. n. bonum eſt minus, tãto peccatũ deformius. Cũ aũt inter bona humana tpalia ſunt minima, quia minora quam bona corporis, & bona corporis quã bona aię ideò quia inordinatus appetitus auari ſubiicitur minimo bono. ſ. rerũ exteriorũ, ıõ ſm hoc auaritia eſt turpius, & deformius. Et propter hoc dicitur Ecc. x. Auaro nihil ẽ ſceleſtius. l. ad pc̃tm̃ pronius, quia ad oĩa uitia auarus inclinatur. Vel ſceleſtius. i. turpius, uel vilius, quia præfert bonum commutabile minimum, bono incommutabili ſummo. Et ſubditur ibi. Nihil iniquius quam amare pecuniã quod intelligitur tripliciter. Iniquius, i. æquitati naturali magis contrarium, quam amare pecuniã. ſ. plus debito acquirendo, vel retinendo, quia ſm legem cõem naturæ omnia erant communia. Secundo modo dicitur iniquius. i. inſatiabilius, quã amare pecuniam ſcilicet inordinate, quia nunqua ſatiatur Io. 4. Qui biberit ex aqua ſitiet iterum. Tertio modo dicitur iniquius. i. inæqualius, quia auarus dat, & contemnit bonũ ęternũ pro tẽporali. Vnde ſubdit. Hic. n. aiam ſuã uenalem habet ideſt uitã ſuã naturalẽ exponẽs ſe periculis, uel animam. i. ſpiritum ſuũ. Et ſubditur. Proiecit enim intima ſua. i. uitam corporalem non curando de ea ut lucretur, vel intima ſua ideſt uirtutes omnes abijciens ut lucretur, intima, i. intimos amicos, quia auarus nullum habet amicum, uel intima. i. uiſcera pietatis, & miſericordiæ. Vnde Tullius in li. de offi. Nihil tam anguſti animi, nec tam praui quã amare pecuniam. ſ. inordinate. Hæc B. Thom. 2.2. q. qua ſupra, & Alex. in 2. par. q. 42.

¶ Quantũ ad tertium. ſ. de effectu eius. Sciendum quod multa uitia, & quaſi omnia procedunt aliquando ex auaria. Vnde ſubditur. Quæritis mendacium ideſt diligendo inordinatè tẽporalia, q̃ pertinet ad auaritiã, quæritur mendacium ideſt peccatum. Dicitur autem peccatum mendacium iuxta illud. Omnis homo mẽdax. i. peccator ex eo quod peccatum eſt contra ueritatẽ uitæ tũ quia nõ adęquatur intellectui diuino, nec humano actus peccati, ſed cõtra lumẽ naturale ẽ, tũ quia pec-

Auaritia ẽ grue peccatum.

Liberalis qũo ſe hẽat.

Non eſt tãmaximũ peccatum auaritia.

§. 3. Ex auaritia oriuntur alia peccata.

catum ſub ſpecie boni decipit hominem trahendo ad malum. Procedit nanque ex auaritia ſuperbia, cum ex diuitijs homo ſuperbiat, & videtur ſibi omnia debere ſubijci Auguſt. Vermis diuitū ſuperbia. Oritur & luxuria. Vnde Chriſtus diuitijs adiunxit voluptates dicens. A diuitiis voluptatibus euntes ſuffocantur. Luc. 8. Hinc ira flāmeſcit ſi impedium tur eius lucra. Tabeſcit inuidia ſi alius ſit ditior eo. Deiicit accidia ſi non lucretur, vel amittat quæſita. Triſtatur ſupra modum & ſic de aliis. Præcipue tamen procedunt ex ea illa quæ dicuntur filiæ eius, ratione quorum dicitur vitium capitale, ſcilicet ſeptem quæ ponit Gre. in mor. ¶ Dicitur. n. aliquod vitiū capitale, ſm Tho. 2. 2. q. 118. ar. 7. illud ex quo oriuntur alia ſecundum rationem finis. Finis enim cum ſit multum appetibilis, per eius appetitum homo procedit ad multa faciendo bona, vel mala, finis autem maxime appetibilis eſt beatitudo, ſeu fœlicitas, quæ eſt ultimus finis humanæ uitæ. Et ideò quanto magis aliquid participat conditiones fœlicitatis, tanto magis eſt appetibile. Eſt autem una de conditionibus fœlicitatis ut ſit per ſe ſufficiens, alioquin non quietaret appetitum tanquam ultimus finis. Sed per ſe ſufficiētiā maximè repromittūt diuitiæ vt Boetius ait in 3. de conſolatione. Cuius ratio eſt, quia denario vtimur quaſi fideiuſſore ad omnia habenda, vt dicit philoſophus in 5. Ethi. Et ad idem dicitur Eccleſ. 10. Pecuniæ obediunt omnia. Et ideò auaritia quæ conſiſtit in appetitu pecuniæ ponitur vitium capitale. ¶ Nec ob. quod liberalitas quę opponitur auaritiæ non eſt principalis uirtus. Non enim oportet quòd principale uitium opponatur principali virtuti. Nam virtus perficitur ſecundum rationem, vitium autem ſecundum inclinationem appetitus ſenſualis. Non autem ad idem genus Principaliter reſpicit ratio, & appetitus ſenſitiuus. Item non obſtat quòd auaritia ipſa ex alio vitio aliquando oriatur, cum dicat Gregor. q̄ aliquando oritur ex elatione, aliquando ex timore, quia nihil prohibet vitium capitale ex aliis interdum oriri, dum tamen alia uitia ſoleant ex eo plerumque naſci. Item non obſtat q̄ diuitiæ circa quas eſt auaritia non habent rationem finis, ſed magis rationem eius quod eſt ad finem, quia inquantum pecunia eſt utilis ad omnia ſenſibilia conquirenda cōtinet quodammodo uirtute omnia, & ideò habet quandam ſimilitudinem fœlicitatis. B. Tho. 2. 2. q. ubi ſupra. Item cum peccata carnalia dicantur illa quæ perficiuntur in delectationibus carnalibus, quæ ſcilicet ſenſu carnis complentur, vt delectario ciborum, & venereorum. ¶ Spiritualia autem peccata dicuntur quę perficiuntur delectationibus ſpiritualibus abſque carnis delectatione, ut quæ complentur in ſola animæ apprehenſione. Et quia auaritia eſt huius (delectatur enim auarus in eo, quod cōſiderat ſe poſſeſſorem diuitiarū) & ideò eſt ſpirituale peccatū ſecundum Grego. Quantuis enim ſit circa obiectum corporale, ſcilicet diuitiarum, non quærit tamen delectationem corporalem, ſed ſolùm animalem, ſcilicet prout delectatur in hac conſideratione quod diuitias poſſideat ratione tamen obiecti quod eſt materiale. B. Thom.

¶ Sunt autem hæ filiæ auaritiæ ſeptem. ¶ Prima eſt obduratio contra miſericordiam quæ alio modo dicitur inhumanitas, & per hoc auarus excedit modum in retinendo. Secundo excedit auarus modum in accipiendo. Et hoc tripliciter. In corde, opere, & ſermone. In corde quidem excedit modum acquitendi, quia auaritia ingerit homini ſollicitudines, & curas ſuperfluas, & ſic ponitur filia auaritiæ inquietudo mentis. Secundo excedit auarus modum acquirendi in opere & ſic ex ea oritur uiolentia, ad quam pertinet rapina. Tertio excedit modum in ſermone. Et quantum ad hoc quatuor facit. Primo utitur fallacia. Secundo addit aliquando iuramentum. Et perpetratur periurium, vt poſſit lucrari. Tertio fraude decipiendo in contractibus. Quarto proditione prodendo perſonas ad acquirendum lucrum. Iſid. autem ponit nouem filias auaritiæ, ſcilicet mendacium, & falſum teſtimonium, fraus, furtum, periurium, turpis lucri appetitus, uiolentia, inhumanitas, obduratio, & rapacitas quæ reducuntur ad ſeptem quæ ponit Greg. Nam mendacium, & falſum teſtimonium comprehenduntur ſub fallacia, & furtum eſt quædam ſpecies fraudis. Turpe lucrum ad inquietudinem reduci tur. Rapacitas ſub uiolentia. Inhumanitas & obduratio idem ſunt. Iſta enim ſeptem genera uitiorum dicunt filiæ auaritiæ, quia ex ea oriuntur ſicut filiæ ex matre. ¶ Notandum eſt etiam quòd ſecundum Ariſt. 4. Ethico. ſeptē ſunt ſpecies ſeu differentiæ auaritiæ tenacitas, parcitas, chynibilis, ſeruitus, meretriciū, aleatores, & mortuorum ſpoliatores, quorum numerus uel ſufficientia ſic diſtinguitur, quia auarus peccat in generali duobus modis, ſcilicet in dando & in accipiendo. In dando peccat tribus modis, quia aliquando nihil dat, & talis,

Auaritia ē ſpirituale peccatū.

Vitium capitale dicitur.

§. 4. Prima filia auaritiæ.

Denarius eſt fideiuſſor.

talis dicitur tenax, ſecundo peccat quia parum dat, & talis dicitur parcus, tertio quia ſi dat cum magna difficultate dat, & tunc parum, & talis uocatur chynibilis quaſi animi uenditor, quia de paruis magnam uim facit. Secundo auarus peccat in accipiendo, & hoc quatuor modis, quia ſcilicet lucratur uiliter, turpiter, illiberaliter & uiolentes. Primo auarus lucratur uiliter, aliquando ſeruiliter puta ſi aliqua uilia ſeruitia facit, & talis uocatur ſeruitus. Secundo peccat quia aliquando lucratur turpiter. puta de aliquibus actibus, & uitioſis, ut meretricio & huius modi. Tertio lucrat illiberaliter, ut de eo quod gratis oportet concedere, ut faciunt uſurarij, & aleatores ab amicis auferendo. Quarto lucratur uioléter, ſcilicet uim inferēdo alijs ſicut faciūt latrones, uel mortuorū ſpoliatores. §.5. b. Tho. ſe.ſe. q.118.arti.8. & in q.de malo.

¶ Quod peccatum auaritiæ aggrauet (ut dictum eſt ſupra.§.2.) & plurima mala ex ea oriantur ut hic dicitur, oſtendit Greg. in 14. mora.c. 19. ubi exponit prophetiam Zachariæ dicentis ſibi dictum. Leua oculos tuos & uide. Quid é hoc quod egreditur. Et dixi. Quid nam hoc eſt? Et ait. Hæc eſt amphora egrediens. Et dixit, hæc eſt oculus eorū i uniuerſa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur. Et ecce mulier una ſedés in medio amphoræ & dixit. Hæc eſt impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ & miſit maſſam plūbeā i os eius. Et leuaui oculos meos, & uidi. Et ecce duæ mulieres egrediētes, & ſpiritus in alis earū, & habebant alas quaſi milui, & leuauerunt amphoram inter cœlum & terram. Et dixi angelo qui loquebatur in me. Qui iſti deferunt amphorā? Et dixit. Vt ædificetur ei domus in terra Senaar. Super quibus uerbis, Greg. ibi ſic ait. Volens deus prophetæ oſtēdere humanum genus ex quo ab eo maximè culpa dilabatur, per imaginé amphoræ, quaſi patens os auaritiæ deſignauit.

Figura tur auaritia.

¶ Auaritia quippe uelut amphora eſt, quę os cordis in ambitu terræ, ideſt appetitu terrenorum apertū tenet. Quod autem ſubditur. Hæc oculus eorum in uniuerſa terra intelligitur: quia auaritia deſignata p amphoram eſt ad quam ſumma uigilantia & intentio eſt omnium. Quia (ut dicitur Hier. 1.) A maiori uſque ad minorem omnes auaritiæ ſtudent, qui ad bona cognoſcenda hebetes ſunt & quaſi cęci, circa temporalia acquirenda, & poſſidenda, nimium ſunt acuti, ſecundum illud Hiere. 4. Sapiētes ſunt, ut faciant mala, bona autem facere neſcierunt. Et ecce talētum plumbi portabatur. Per plumbum, & in magna quantitate, quia talentum deſignatur magna grauitas peccati, quæ ad inferiora deprimit. Et ecce mulier una ſedens in medio amphoræ, de qua dicitur quòd eſt impietas. Grego. Impietas in medio amphoræ proiicitur, quia nimirum ſemper in auaritia impietas tenetur. Et hoc ſiue ſumatur impietas pro infidelitate, ſecundum quòd pietas ei contraria dicitur cultus dei, ſiue ſumatur pro crudelitate ſecundum quod pietas dicitur miſericordia. Nam & auaritia dicitur idolorum ſeruitus ab Apoſtolo ad Ephe. 5. quia ſolicitudinem quam debet deo exibere, nūmo apponit & auarus eſt crudeliſſimus, & ad pauperes, & ſibi, & ſuis in neceſſarijs. Et miſit maſſam plumbi in os eius. Maſſa plumbi eſt pondus peccati, quando obſtruit ita os eius, ſcilicet auaritiam ſectantis, ut nec dominum laudare ualeat, nec confiteri peccata ſua. Nullum enim peccatum ita retrahit hominē à confeſſione ſicut auaritia, quia nouit auarus quòd abſolui non poteſt niſi reſtituat alienum, & in futurum abſtineat ab illicitis lucris, quod neceſſarium eſt (ut dicitur de pę. di. 5. negocium & c. falſas.) Et leuaui oculos meos, & uidi. Et ecce duæ mulieres egredientes. In his duabus mulieribus duo principalia uitia accipimus, ſuperbiam uidelicet, & inanem gloriam, quæ impietati ſine dubio coniuncta ſunt. Nam & uermis diuitum ſuperbia, ut dicit Auguſt. Et communiter diuites ſunt auari. Et ſecundū pſalm. 48. In multitudine diuitiarū ſuarum gloriātur. Et ſpiritus erat in alis earum. Alæ autem harū mulierum ſunt actiones procedentes ex ipſis uitijs, ſuperbia, ſcilicet & inanis gloria. Spiritus autem dicitur eſſe in ipſis alis, quia per actiones horum uitiorum Sathanæ uolūtati deſeruiunt. De quo ſpiritu loquitur. Lu. 11. Cum immundus ſpiritus exierit abhomine ambulat p loca arida, ideſt deuotione priuata. Et habebant alas quaſi alas milui. Miluus inſidiari ſtudet ſemper naturæ pullorum, quia ſcilicet actiones ꝓuenientes ex ſuperbia, & inani gloria diabolo ſunt ſimiles, quia inſidiantur ſemper uitę paruulorum ſiue ſibi, ſiue alijs paruis ſenſu, & intellectu quos fraudibus decipiunt. Milui etiam uox eſt meum meum, per hoc deſignans quòd auaritia, ſuperbia, & inanis gloria, quærunt proprium commodum. Et leuauerūt amphoram inter cęlum, & terram. Superbia & inanis gloria habent hic proprium, ut eū quem fecerint in cogitatione ſua euaneſcere ſuper

Auaritia retrahit hominem à cōfeſſione

cæteros extollant, & modo per ambitum rerum, modo per desiderium dignitatum, quę captum tenęt quasi in honoris altitudine eleuant. Qui autem est inter cęlum, & terram, & ima deserit, & tamen superiora non attingit, quia uidelicet superbia & inanis gloria mentem per auaritiam captam ita eleuant, ut quosque proximos despiciętes quasi deserant & alta quasi gloriantes petāt. Et tamen dum superbiunt, ciuibus superioribus, ideſt angelis non iunguntur. Et cum interrogaret ppheta quo deferetur amphora, fuit responsum ei, ut ædificetur ei domus in terra Senaar. Senaar interpretatāt fætor eorum Sicut autem bonus odor, scilicet ædificationis est in uirtute iuxta illud Apostoli. Christi bonus odor sumus deo, ita econtrario ex uitio fætor. Quia ergo quodlibet malum per auaritiam gignitur, secundum illud. 1. ad Thimo. 6. Radix omnium malorum est cupiditas, dignum est ut domus auaritiæ in fætore construatur. Sciendumq; quod Senaar latissima uallis est in qua turris a superbientibus ædificari cęperat, quæ linguarum facta diuersitate destructa ē, quæ turris Babylon dicta est ex ipsa uidelicet confusione gentium atque linguarum. Ibi ergo amphora auaritiæ ponitur ubi Babylon. id est confusio ædificatur, quia per auaritiæ impietatem certum est omnia mala exurgere, & demum ad Babilonem infernalem summæ confusionis adducit.

Senaar.

Senaar dicta fuit Turis Babylon,

Per modum prædicationis. Cap. 2.

THesaurizat & ignorat cui cōgregabit ea psalm. 38. Et quantum malum sequitur ex hoc ostendit Ambros. dicens, omnes cupidi, omnes auari Gyezi lepram cum diuitijs suis possident, & mala quæsita mercede non tam patrimonij facultatem, quam thesaurum criminum congregauerunt æterno supplicio, & breui fructu. 1. quæstio. 1. cito turpem. Et ideò Christus signanter admouuit dicens. Nolite thesaurizare uobis thesauros super terram &c. Matth. 6. ¶Notandum aūt q̄ thesaurizare, uel thesauros recōdere potest fieri triplici ex causa, dicitur i compendio theologiæ lib. tertio. cap. decimo nono. Primo potest quis thesaurizare ex prouidentia, & consideratione necessitatis, & sic conceditur parentibus secularibus ob necessitatem filiorum educandorum, & filiarum coniugio tradendarum, non dimittendarum, seruato modo, & statu personæ. Vnde Apostolus. Debent parentes filijs thesaurizare non filii parentibus. ¶Secundo potest quis thesaurizare ex consideratione publicæ utilitatis, scilicet regni defendendi, cultus dei ampliandi, & sic etiam ut licitum conceditur principibus, (seruatis tamen debitis circunstantijs) ut scilicet per hoc non dimittatur subuentio extremarum necessitatum occurrentium, quæ sciuntur. Vnde & Dauid præparauit, & seruauit magnum thesaurum Salomoni pro cōstructione templi, ut patet. 3. Reg. Personis autem ecclesiasticis non licet intentione seruandi. Vnde Ambros. Aurum habet ecclesia, non ut seruet, sed ut eroget & det pauperibus. 12. quæstio. secunda. aurum. ¶Tertio ex affectu auaritiæ, absque omni intentione prouidendi suæ necessitati, uel alienæ. Et hoc modo thesaurizare est prohibitum, & mortale. Ad quod facit uerbum Hieronymi dicentis. Accepisse pauperibus erogandum, & egentibus plurimis reseruasse, aut timidum est, aut cautum, aut certe quod apertissimi est sceleris, omnium prædonum uincit cupiditatem. 12. qnæstio. secunda. Gloria. Contra hoc præceptum facit auarus prout dicit psalmus thesaurizat, & ignorat &c. ubi ostenditur auari triplex mala conditio. ¶Prima insatiabilis cupiditas, quia thesaurizat. ¶Secunda culpabilis cęcitas quia ignorat. ¶Tertia miserabilis infœlicitas: cui congregabit ea. ¶Primum pertinet ad cupiditatem effectus, secundum ad cęcitatem intellectus, tertium ad facultatem effectus, & sic totam eius uitam condemnat.

Thesaurizamus pp tria.

Auari tia triplex cō ditio.

¶Prima ergo prauitas est terrenorum inextinguibilis appetitus, & ideò dicit, thesaurizat, ideſt cōgregare non cessat propter sitim inextinguibilem suam. Generat enim auaritia infinitum ardorem, & insatiabilem sitim. ¶Vnde Ambros. distinctio. 47. sicut hi. dicit. Nec finis unquam, nec satietas aderit cupiditatibus. Et hoc triplici ratione primo ratione desiderij, secundo ratione modi, tertio ratione termini. ¶Quantum ad primum, quanto plus auarus habet, tanto plus similia concupiscit. Vnde prouerb. 30. Ignis, scilicet auaritiæ nunquàm dicit sufficit. Ignis etiam non extinguitur ex appositione lignorū siccorum, sed augetur, unde uersus. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Item. Nunquā pecunia tritis satiatur auarus. Ratio huius est, quia potus pecuniæ non ibi ponitur ubi est sitis auari. Vnde sicut uinum in dolio nō

Insatiabilis sitis auari.

sed

sedat corporalem sitim, sic pecunia in bursa uel archa sitim mentis sedare non pōt. Quāto ergo magis hæc concupiscentia crescit, tā to etiā minus habet quod ei sufficiere possit. Talis ergo sufficientia rerum, maiorem esuriem, & amorem rerum tempotalium gignit. Vnde est similis Hydropico, qui quanto plus bibit tanto amplius sitit, sic auarus quanto amplius lucratur, tanto magis desiderat lucrari. Proinde Ber. ait Auarus terrena esurit ut mendicus. ¶ Secundo ratione modi. Quanto enim modus augendi pecunias est facilior certior, atque securior, & lucrum maius, tanto inhianti ad incrementum illius delectabilior, & suauior fit, nisi à tali excessu mentis uirtute homo cohibeatur, sed modus ipsæ augendi pecunias, & specialiter per usuram, præ ceteris habet prædictas tres conditiones quia facilior, certior, & securior, per cōsequēs lucrum maius est, & propterea ad effectum succendendum ad cupiditatem efficacissimè operatur. Hic ecclesia 14. Insatiabilis oculus cupidi. Talis sanguisuguæ assimilari, potest quæ membro tumido delectabiliter applicatur, sanguinem infectum insatiabiliter sugit. Et dum infirmum membrum à putredine sanat, sibijpsi necem sugendo procurat. Sic insatiabilis auarus dum uenenosam pecuniam p auaritiam bibit insatiabilem alium infirmum quasi sanat dum sanitate indigentem aliquando subleuat, sed ipsæ seipsum occidit per peccatum. Vnde prouerb. penult. Duæ sunt sanguisugæ, quæ semper dicunt affer affer, scilicet cupiditas, & luxuria. Sepeque contingit quod dicitur Eccle. 4. Vnus est, & secundum non habet, non filium non fratrem, &c. & tamen laborare non cessat, nec tamen satiātur oculi eius diuitijs &c. ¶ Tertio rōne termini. Secundum enim Aristo. 1. polliticorum finis auari est augmentatio pecuniæ. Appetitus autem finis secundum eum est infinitus, propter quod beatitudinem appetimus quasi infinitum, quanto magis possumus cogitare, & quanto fortius, & intensius nos ualemus. Et hinc est quod sicut ipsæ ait. Pecuniæ amatores totam suam substantiam, & industriam & potentiam ordinant ad pecuniæ lucrum. Præterea creatura rationalis ad imaginem Dei facta, creaturis omnibus occupari potest, repleri autem omnino non potest, quia capacem Dei quicquid minus est Deo implere non potest. Insuper ullum corpus in spirituali contineri impossibile est. Nam sicut sapientia non potest impleri archa, sic nec pecunia potest impleri anima. Vnde Ber. Non plus satiabitur cor hominis auro quam corpus aura, & auarus non implebitur pecunia. Eccle. 5. Hinc enim in figuram thesauri Hierico fuerunt anathematizati. Et quia Achan tulit aliquid ex eis contra domini mandatum lapidatus fuit ut habetur Iosue 7. ad figuram dū ut exponit uenerabilis Gratianus prima q. quarta, ecclesia, §. sequenti, quod thesauri huius mundi non debent transire in sortem fidelium ideſt non debent fideles thesaurizare. Hierico enim interprætatur luna, & significat mundum, qui mutatur ut luna crescendo decrescendo in hominibus quo ad temporalia. Israelitæ interpretantur uidentes, & significant fideles Achan significat auarum qui contra uoluntatē Dei congregat, & ipsæ sententia dilapidatur damnationis. ¶ Quidam auarus cum proposuisset implere archam per phas, & nephas deinde à laborare cessare cœpit parcè uiuere, deindè ad archæ impletionē multiplici uitio scilicet mendacij, periurij, fraudis & huiusmodi laborare. Cumque non dum archam implesset timens diabolus ne archa repleta amitteret eum, ei taliter guttur constrinxit quod quicquam non poterat deglutire. Deniq; allatis uarijs cibis cœpit æger clamare dicens. Crucior, crucior, heu morior fame: sed quia à diabolo strangulor manducare non possum. Quo dictum cum diabolo spiritum exalauit.

Cupiditas, & luxuria æquiparantur sanguisugæ.

Exemplum.

¶ Secunda prauitas est cæcitas mentis, & ideò dicit ignorat. Ignorantia autem est quædam cæcitas mentis præcipuè circa salutifera. Nempe quāto magis corporalis oculus ad infima inclinatur, terræque propior fit, tanto magis restringitur corporeus uisus. Et econtra si ad superiora eleuatur. Proinde si oculi unius hominis essent in cœlo, tota terra quę nobis tam immēsa uidetur quasi breuissimus punctus ei appareret. Sic nempe cordi diuino amore suspenso atque Deo coniuncto, terrena cuncta nihil esse uidentur. Sed ab his qui spirituales oculos statuerunt declinare in terram, magis æstimantur, qui spirituali lumine priuati sunt. Vnde de hoc propheta Dauid ait in psam. quadragesimo sexta uus'. Non uidebit interitum cum uiderit sapientes, morientes, simul insipiens, & stultus peribunt, & relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra illorum domus eorum in æternum. ¶ In quibus uerbis propheta tres cæcitates ostendit in tali homine. ¶ Prima damnationis. ¶ Secunda derelictionis. ¶ Tertia habitationis. ¶ Quantum ad primam considerat auarus quod sicut & pau-

Triplex cœcitas auari.

peres

peres iusti, sic & mali alij moriuntur, & excęcatus puluere terrenorum aliam uitam non credit, ac per hoc damnationem suam non uidet. Et quantum ad hoc dicit psalmus. Non uidebit &c. scilicet oculo fieri interitum suũ scilicet æternum. Et causam huius subdit. Cum uiderit sapientes morientes ideſt uirtuosos. Hic Eccles. secundo. Oculi sapientis uirtuosi in capite eius scilicet oculi mentales sunt eleuati, & locati in capite ideſt Christo non in his transitorijs. Et sequitur stultus, ideſt auarus in tenebris ambulat, id est in terrenis quæ tenebrosa sunt ut terra. Et subdit psalm. Simul insipiens, & stultus peribunt. Insipiens qui furta non intelligit nec credit, stultus qui negligit ea scire. Corpore & anima simul peribunt tales auari. ¶ Secunda est cęcitas derelictionis, quia derelinquęt alienis diuitias suas, nec enim secum asportabunt teste Iob qui 27. ait, dives cum dormierit nihil secum affert aperit oculos suos, & nilul inuenit Ambr. Non sunt hominis bona quæ secum afferre non ualet. Sępe quoque ad literam contingere solet, quod alienis diuitias suas relinquunt. Eccle. 6. Est aliud malum quod uidi sub sole, & quidem frequęs apud homines, uir cui dedit Deus diuitias scilicet permissiue, & substantiam, & honorem &c. quæ sequuntur ibi uide quia ad propositum. Insuper & cõsanguinei sępe alieni sunt dum auari mortem desiderant ut habeant illa bona quod dominus insinuare uolens aut Matth. 10 Inimici hominis domestici eius. Et uerè inimici illi sunt cum sępe contingat, quod filij, & cęteri consanguinei ne auarus qui acquisiuit per furtum, rapinam, & fraudes, & usuras, & ludos, & huiusmodi restituat aliena. Malitia, aut uiolentia, impediunt ne conficiant testamenta, & cautiones, quod dei iusto iudicio euenit, ut non possunt cum uolunt, quando cum poterant noluerunt. ¶ Tertia cœcitas est habitationis q.a quasi opinari tales uidentur quod in sepulchris suis debeant habitare semper, cum scilicet ita fastuose ea ornant, & in locis sacris collocant illa. Et de hoc subditur. Sepulchra illorum domus eorum in æternum. Proinde ad tales per Esa. 22. Quid tu hic scilicet in ecclesia, aut quis hic, quia excidisti tibi hic sepulchrum Excidisti in excelso memoriale diligenter in petra tabernaculum tibi. Ecce dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinacius &c. Exemplum in libro dyal de sepulto in loco sacro malo homine. Item in canone Grego. Quos peccata grauia deprimunt ad maiorem cumulum damnationis potius quam ad absolutionem eorum corpora in ecclesijs ponuntur, in c. cum grauia 13. q. 2. Et hoc propter præsumptionem commissam ab eis in uita ordinando de huiusmodi sepultura propter fastum mundi.

Diuitiæ deserũt possessorem.

¶ Communiter accidit auaro quod dicitur Hiere. 22. Sepultura asini sepelieť. De asino mortuo tres partes fiunt, una pars est pellis, & hæc est eius q. pollidebat, & ex hoc corio fit tympanum unde homines gaudent, & tripudiant ad sonitum eius. Secunda pars scilicet caro est uermiũ. Tertia sunt ossa quę exponuntur uentis frigoribus, & caloribus duratura, sic de auaro fiunt tres partes. Nam tẽporalia quæ sunt pellis remanent suis consanguineis unde gaudent, & tripudiant corpora liter, corpus uerò efficitur esca uermium, anima cum potentijs suis quæ sunt ut ossa permanentia exponuntur frigori, & calori inferni. Iuxta illud Iob 24. Tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Ita diuiti illi qui intendebat thesaurizare sibi dicens. Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, fuit dictum. Stulte hac nocte animam tuam repetẽt à te. i. dęmones auferent, quæ autem parasti cuius erunt? Et addit dominus Iesus post istud exemplum dicendum. Sic est omnis qui sibi thesaurizat, & nõ est in Deũ dives Lu. 12. ¶ Legitur in cronica Martiniana quòd quidam dives deditus auaritiæ emebat blada tpe messium multa, ea seruans ut caristiam induceret, sed Dei iusto iudicio miserabiliter mortuus est. Nam cum esset in quodam portu in terra ad ista tractandum, subito mures innumeri de terra egredientes coram omnibus ascenderunt super corpus eius ad rodendum eum, & cum non possent eum multi à muribus defendere, portauerunt eum in nauim. Sed de naui tot exierunt ibi mures quod nec eum ibi potuerunt defendere. Sed demum à muribus occisus, & corosus est, sicut ipse potius permittebat blada marcescere, & à muribus consumi quam congruo pręcio uendere.

Exẽplũ notatu dignũ.

¶ Tertia prauitas est seruitus miseranda. Et ideò dicit psal. cui congregabit ea, ut sit interrogatiua locutio q.d. non sibi, quia omnia dimittet, sed alijs, qui male utentur eis, & propter quam congregationem tradetur in manus dęmoniorum, & eis seruet in inferno. Et certe ista est miserabilis seruitus, & infelicitas, ut faciat se seruũ diuitiarũ ad congregandum, unde efficitur seruus diaboli ad cruciandum. Auarus seruus est diuitiarũ, q manifeſtè

§. 3.

ſtè declarat propheta in Pſ.75.dicens. Dormierunt ſomnum ſuum & nihil inue. oēs.6. diui.in manibus ſuis. Ordo quidem cōgruus eſt quando diuitiæ ſunt uirorum, nō autē qñ uiri ſunt diuitiarum,quem ordinem peruertit auaritia,vt viri diuitiarum ſint, & nō econuerſo. ¶ Triplex enim ſeruile officium ſub dominio diuitiarum auari habent. Primum eſt ad obediendum, quod pertinet ad nummos multiplicandum. Secundum eſt ad cuſtodiendum, q̄ pertinet ad conſeruandum. Tertium ad conformandum,quod pertinet ad illos ad conformandum. ¶ Quantum ad primum officium, ſcilicet ad obediendum. Tanto nempè flagranti deſiderio atque uoto,tantaq; ſeruitute,atque ſubiectione cordis,oris, & operis dedicatus eſt auarus obedire nummis ad numos ſeu ad pecuniam multiplicandum, quod ad præceptum eius cogitat impia, & iniqua. In corde enim frequenter uerſantur ſtudioſæ cogitationes paratæ ad decipiendum, circunueniendum fallendum. Fabricantur cauillationes, iniuſtitiæ, ſi ulationes, calliditates, peruerſitates, malitię,proditiones & hmōi. Ad iuſſionem illius multiplicat auarus mendacia,periuria,ſophiſtica uerba,frangit promiſſa & cætera ſimilia. Præcipiente illo abſtinet à delicatis cibis, à veſtibus præcioſis, à ſolatiis, à quiete, & à ſomno, parat quoque crudelitates, iniuſtitias,nequitias,& ſimilia. In ſuper ad imperiū eius exponit ſe laboribus,& erumnis. Itineribus ſæpe pericul.fluminum,pericul.latronū &c.in fame, & ſiti, &c. quæ nominat Apoſtol.ſecundo ad Corinth. undecimo. Sed Apoſtolus propter Deum, auarus propter numum.Et quod eſt mirabilis, quia numus per obedientiam cogit animam ſuam dare in manibus dæmonum, quod ipſæ facit libenter ut uerificetur illud.Eccle.10. Pecuniæ obediūt omnia, ſcilicet locutiones, operationes, & cogitationes. ¶ Secundum ſeruile officium eſt in cuſtodiendo, quæ ſcilicet iam male ac quiſita ſunt. Vnde ſuper Lu.16. Non poteſtis Deo ſeruire,& mammone.Glo.Seruit diuitijs qui cuſtodit ut ſeruꝰ,ſed qui ſeruitutis excuſſit iuſtum, eas diſtribuit ut Dominus. In hoc autem manifeſtiſſimum ſignum eſt quod auarus non ſit Dominus diuitiarum, nec poſſeſſor, ſed tantummodo cuſtos, quia de eis non poteſt facere quicquid uult, etiam bonum, quod iudicat eſſe faciendum. Vnde Bern.ſuper Cant.Quære à quouis eorū quis lucris temporalibus inhiant inſatiabili corde, quid ſentiant de illis qui ſua uendentes, & pauperibus erogantes, regna cœlorum pro terrena ſubſtantia mercantur, ſapienter ne agant? Reſpondebit proculdubio ſapienter. Quære iterum. Cur quod approbat non facit? Non poſſum inquit, quia domina auaritia, non permittit. Non eſt ergo auarus Dominus eorum quæ habere uidetur niſi eo modo loquēdi quo quis Dominus eſt cōpedum quibus compeditus tenetur, qui tamen potius illi dominatur quam ſeruant ei, & dum quodammodo uidetur cuſtodire omnes cuſtoditur ab eis. Sic auarus cum ipſos denarios uidetur cuſtodire, mammonæ iuſſu in cuſtodia retinetur ab eis,demum in p̄ncto mortis tradendus in manus dęmonum. ¶ Tertiū officium ſeruile eſt ad conformandum, ſcilicet marſupio ſuo ſiue in proſperis, ſiue in aduerſis. Hinc Bern.loquitur auaro di.Conformaris burſæ tuæ tanquam ſeruus Domino ſuo, dum quando ille neceſſariò congaudet illi gaudenti, condolet dolenti. Tu quoque creſcente in marſupio tuo, creſcis pariter & animo,& decreſcente,pariter decreſcis.Nam contraheris triſtitia dum illud euacuatur, & ſolueris lætitia aut inflaris ſuperbia, cū illud impletur.

Triplex ſeruitiū Auari habent.

¶ Quæritur. Cum tempore famis ſint multi pauperes,& aliquis theologus prædicator habet plures libros in quibus ſtudet, ut poſſit prædicare,& conſulere utrum debeat in hac neceſſitate, cum ſcilicet ab alijs non ſubueniatur libros ſuos uendere, & præcium pauperibus erogare & conſilia & prædicationes dimitare? Reſpondeo ſecundum. Alex. de Ales, 2.parte ſummæ quæſt.43.ſic.Licet enim prædicare ex genere ſuo ſit maius bonū quā dare eleęmoſynas,eo quod eleæmoſyna ſpiritualis ſit melior corporali, tamen imminente neceſſitate melius eſt eleæmoſynam dare quam prædicare. Vnde & philoſophus dicit quod ægenti melius eſt ditari,ideſt ſubueniri quam philoſophari. Et hoc duplici ratione probatur. Primo,quia ſine libris uel cum paucis,poteſt quis prædicare. Secunda quia pręſuppoſito ita quod ignarus eſſet quod neſciret ſine libris prædicare, deberet ad tempus à prædicatione abſtinere, ut pauperibus ſubueniret niſi ſciret quod propter defectū prędicationis homines irent in perditionē. Tunc enim in tali caſu debet libros retinere, & nō uendere,cum eum moueret zelus animarū, & non cupiditas librorum. Et intelligitur hoc de magnis neceſſitatibus. Tunc enim habet locum Paſce fame morientem ſi non pauiſti occidiſti.di.86.& c.non ſatis.Item ſecundum

§.4. qō.

Alex.

Adde. ff. ad l. Rhodiã. de iactu. l. 2. §. idem etiam.

Alex. ubi supra. Quãto auarus plus superflua congregat, tanto plus peccat, quam minus cõgregans. Et hoc tum quia magis recedit à uirtute quæ consistit in medio, tum quia plus damnificat proximum, tum quia maior cupiditas est in eo.

De sex prauitatibus Auaritiæ per modum prædicationis.
Cap. 3.

INclina cor meum Deus in testimonia tua. i. in affectum diuinorum eloquiorum, quæ te stificãtur de Deo, & non in auaritiã. Ps. 118.

Auaritia ẽ Hydropisi similis.

Auarus dicitur quasi æris. i. pecuniæ auidus. ¶ Assimilatur aũt hydropisi quæ facit hominem sitire, qui quãto plus bibit tãto plus abũdat inordinato humore. Sic auarus quãto plꝰ habet tanto plus appetit habere. Vnde Aug. Fideli totus mundus dimitię sunt, infideli aũt etiam nec obolus 14. q. 4. Quid dicam. i. bono Christiano quelibet pars minima mundi. i. rerum temporalium est sibi ad diuitias & cõtẽtus est sed infideli. i. auaro, qui dicitur (ydolatria, vnde & infidelis per similitudiné ut dictum est) sit totum mundum haberet nec obolum sibi uidetur habere. Communiter autem hydropisis nõ sanatur, & præcipue in senibus propter defectum caloris naturalis, nisi miraculosa. Vnde in euange. dicitur de hydropico posito ante Christum quod apprehensũ sanauit eum. Lu. 14. Genus. n. humanũ quod reperit auaritiæ deditum, per maximè secundum illud Hiere. 6. Omnes auaritiæ studẽt, sanauit exemplo, dum pauper uixit, & gratiã attulit, & doctrinam mũdo dicens. Lu. 12. At tendite uobis. i. cauere ab omni auaritia per maximè. Auaritia est peccatum graue, & periculosum ad dimittendum illa quæ cõmittuntur in malè acquirẽdo, & precipuè in casibus in quibus oportet facere restitutionem, quia raro ad istam faciendam se disponunt. Et de hac Ezech. 22. dicitur. Principes eius in medio eius quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem, & auarè lucra sectando. Et secundum hoc auaritia ex genere suo. i. ex materia est mortale secundum B. Th. 2. 2. q. 118. Pertinet. n. isto modo ad auaritiam iniustè per furtum, rapinam, usuram, fraudulẽtiam, symoniam, turpe lucrũ, & alia huiusmodi acquirere, quæ de se sunt mortalia, & non solum opere, sed etiam appetitu deliberato solùm. Et in huiusmodi figuram declarauit Dominus quędam animalia esse immũda, nec debere eis nesci, quæ significant rapinas, & iniustas acquisitiones secundũ Th. 1. 2. q. 102. ar. 6. ut Griphũ, qui æquestribus hominibus est infestus, & significat crudelitatem potentum opprimentium. Altum qui pascitur minutis auibus & signat molestos pauperibus. Miluum qui maxime insidijs utitur, & signat fraudulentos. Vulturem qui sequitur exercitum expectans comedere cadauera mortuorum, & significat eos qui mortes, & seditiones hominum affectãt, ut. s. inde acquirãt. Strutionem, quæ cum sit auis, uolare non potest, & signat Deo militantes, & clericos, & religiosos se negocijs secularibus implicãtes. Nycticoracem, quę est in nocte acuti uisus, & in die non uidet, & significat eos qui in temporalibus sunt astuti & in spirirualibus hebetes. Accipitrem, qui seruit hominibus ad prædam, & significat eos qui ministrant potentibus uel usurarij ad prędandum. Cignum qui est coloris multum candidi, & longo collo, & profunditate aquæ uel terræ cibum quærit, & significat hypocritas, qui per iustitiæ exterioris candorem, terrena lucra quærunt & dignitates & huiusmodi. Onocrotulũ, quę est auis in partibus orientis, quæ habet in faucibus folliculos in quibus primo cibum ponit post horam in uentrem mittit, & signat eos qui sunt nimis solliti ad temporalia uesci. His præfatis moraliter est in corporale sibi tales mores, & eis uti, quod non licet. Vnde Apostolus ad Hæbre. vlt. Sint mores in uobis sine auaritia. Notandum quod sex sunt prauitates quæ reperiuntur in auaritia.

¶ Prima est angustia cordis.
¶ Secunda est opprobrium uitæ.
¶ Tertia illaqueatio dyaboli.
¶ Quarta certitudo damnationis.
¶ Quinta impęnitens malum.
¶ Sexta horribilitas mortis.

Hydropisis nõ sanatur in sene.

Animalia prohibita uesci significatio peccata.

¶ Prima ergo prauitas est angustia cordis. In mira quidem angustia uiuit cor auari vt dicere posset illud Daniel. 13. Angustię mihi sunt undique. ¶ Triplicem angustiam dolorosam experitur auarus miser circa diuitias temporales.

Triplex angustia auari.

¶ Primam in eas acquirendo.
¶ Secundam in eas expendendo.
¶ Tertiam in eas amittendo.
¶ Primam quidem angustiam experitur in diuitias acquirẽdo. Nam nocte, & die quietem reperire nõ potest. Sero quidem antequàm inquietam quietem dormitans sumat, pergit remidere denarios suos. Illos numerat, remouet, speculatur, & contemplatur, osculatur & amplexatur, & tanquam uictima

& animæ

& animæ ſuæ medelam apponit cordi. O qui ſpecularetur clam geſtus modos, & actus & verba, quæ circa denarios ſolus in ſecreto ſeruat, non abſque admiratione repleretur riſu. Denique poſt locatos denarios in loco tuto, reliquam circuit domum ſcrutatur minima, rimatur cuncta, reuidet reliqua, conſiderat cętera, & nihil de tota ſuppellectili domus ſuæ inexaminatum & indiſcuſſum relinquit. Tandem dormitum pergens, ſobrio ſeu parco ſomno illo quo dormit ſomniat quod concupiſcit, vel timet. Nunc apparet ei ſe reperiſſe theſaurum magnum, nunc maiorem, ei fuiſſe ablatum, & illo lætatur, iocundatur, & dormiendo exultando ridet, ex alio triſtatur, & lamentatur, lachrymatur, plorat, clamat & dolet, conquæritur & ſuſpirat, & vix abſque conſimili ſomno tranſit ſomnū. Qua lingua exprimi poſſet quanta mæſticia obruitur, cum euigilando defraudatum ſe reperit de theſauro, nunc in ſomno tam certè reperto. Proinde contingit ei ſicut. Eſaia. 29. ait. Sicut ſomniat eſuriens, & commedit, cum autē fuerit expergefactus uacuat eſt anima eius, & ſicut ſomniat ſitiēs, & bibit, & poſtquā fuerit expergefactus laſſus adhuc ſitit, & anima eius eſt vacua, ſic ſcilicet contingit his auaris. Quis etiam de promere poſſet lętitia cordis eius cum comperit expergefactus non extitiſſe verum quod ablatus fuiſſet ei theſaurus quemadmodum ſomniauerat pauloante. De die quoq; etiam minorem quietē habet. Nam ſummo mane domum egrediens, plateas & loca publica uiſitat animo inquieto circumueniens, & quærens quem deuoret anima eius, & tanquam leo egreſſus de antro non reuertitur donec appræhenſa præda eſcā paruulis catulis ideſt natis ſuis ferat, ſicut teſtatur. Ezech. 22. Leo rugiens, capienſque prędam deuorat animam pauperis. Primus auarus in mundus fuit reprobus. Cayn, qui ob auariciam obtulit Deo de frugib deſtructis, & corroſis non de bonis, ut dicunt ębrei, & ideo non reſpexit dominus ad munera eius. Hic primus ędificauit ciuitatem, vt ſcilicet poſſet congregare filiis ſuis, & filij oblata ab aliis retinere, ſed uagus, & profugus exiit a facie Dei, & demum occiſus & deſperatus eſt. Sic auarus vagus per mundum acquirendo aliquando occiditur, & deſperationem incurrit. ¶ Secundam quidem anguſtiam experitur in diuitias expendendo. Tanta enim miſeria pręmitur, tanta auaricia, atque tenacitate conſtringitur, quod quandocunque de ſua ſubſtantia diminui cernit, oculum ſibi cecidiſſe videtur, & propter hoc quidem totam familiam ſuam in amaritudine tenet. Subtiliſſimè enim diſcutit, & uumerat expenſas panis, uini, olei, carnium ſolitarum, ouorū, gallinarum, & quarumcunque minutarum rerum, Figit frenum arctiſſimum expenſarum. Et ſiquid ultra diminutum in domo reperit, defraudatum ſe dicit. De guloſitate, & ebrietate, & latrocinio omnes de familia ſua monet ad abſtinentiam parcamque uitam ſuadet eis. Obſeruat, & numerat comedentium bolos, & potuum vices, continuè interim amaritudine vritur, & turbatur. Sæpe conquæritur dicens. In domo hac non ſunt niſi latrones, & lupi, ac lamentabiliter ſæpius ait. Vos roditis mihi oſſa. Ex his, & ſimilibus clareſcere poteſt quod nec ipſę in propria domo aliquo tempore pacem habet nec familia ſua cum eo quietem reperire poteſt, ut verificetur quod de talibus Eſaia. 48. cap. ait. Non eſt pax impiis, dicit dominus. Et iterum proueṛb. 15. Conturbat domum ſuam, qui ſectatur auaritiam. Similis eſt talis auarus cani, qui cum paleas ſuper quas cubat, & dormit, nec ipſæ commedit nec ipſę aliis ſinit aſportare, immo ſiquis eas inde aſportare uelle ſe monſtrat, non ceſſet latrare, & quandoq; mordere. Sic talis miſerabilis homo auarus, nec utitur diuitijs quibus prę eſt, nec alijs ſine latratu, & morſu canino permittit uti. Talis vtique non eſt aptus ad prę lium tentationum contra inimicos populi Dei, ideſt dæmones, quia ſubito proſternitur a diabolo in omnia uicia. Vnde Beda. Quęcunq; arripuerit humana cupiditas, mox in oium proſternitima viciorū, de pę. di. 4. In huius figurā legitur Iudi. 7. q. qui erāt cū Gedeone bellaturi contra Madianitas, illi qui de fluuio inclinati ſumpſerunt aquā manu proijcientes ad os, illi fuerunt electi ad prælū, q. verò proſtrauerunt ſe totos mittētes os in fluuium ut inepti fuerunt repudiati, ad ſignificādum q. illi qui tm̄ neceſſaria accipiunt de rebus tranſitoriis quæ fluunt vt aqua, ſunt apti ad vincendū diabolū & vicia. Sed qui totaliter ſe immergunt vt auari, nō ſunt ad vicendum. ¶ Tertia anguſtia talis experitur in diuitias amittēdo. Quæ lingua dicere poſſet quā to dolore torquet, quāta amaritudine crucia tur, q̄toq; męrore afficiat, qñ aliqd de ſuba ſua caſu amittitur & in mari periclitatur ſeu præda, vel furto ſeu alio modo ſubripitur & fraudat? Hinc Eccle. 5. ait. Eſt alia infirmitas peſſima, quā vidi ſub ſole, diuitiæ congregatæ in malū domini ſui, pereunt enim in afflictione

Primus Auarus qs fuit.

Auarus ęquiparatur Cani.

flictione peſſima. Admiranda ergo ſapientia ſaluatoris, qui reſpiciens, quod cupiditatis uia duceret ad hoſpicium infernale, ſi eam dimitteret aptam, facilem & planã, fecit ſicut agricola prudens qui viam per quam neminem vult tranſire, foſſatis præcidit ac palis in terra confixis applicatis pũgnentibus ſpinis, illam obſtruit atque munit. Sic Dei ſapiẽtia. In itinere diuitiarum poſuit anguſtias multas in acquirendo timores & ſollicitudines in conſeruando, & dolores plurimos in amittendo, vt ſic ſaltem homines impediren tur per talem viam cateruatim ad infernum currere. Vnde Oſeæ. 2. Sepiam vias tuas ſpinis &c. & ſequitur, & dicet Reuertar ad uirũ meum priorem &c. ideſt Chriſtum per medium tribulationis.

§ 2. ¶ Secunda prauitas eſt opprobrium vitę. Tota nempè auari vita opprobrijs plena eſt. Tria inter alia ſunt opprobria vitæ eius.

Auari ſunt op probria.

¶ Primum eſt inertia. ¶ Secundum malicia. ¶ Tertium infamia. ¶ Primum opprobrium vitæ eius eſt inertia. Per auaritiam enim tollit ſibi operoſitatem omnis debiti modi procurandi ſibi licita, & ſalubria lucra, & pro tanto efficitur deſidioſus, accidioſus, otioſus. Ex hoc etiam auaritiam ne ceſſitat hominem ad indebitos modos lucrandi contra legem, quam dedit dominus. Gene. 3. diſt. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Sed tales ſicut propheta ait. pſ. 72. in labore hominum nõ ſunt, & cum hominib. nõ flagellabuntur ſcilicet quandoq; in vita, ſed poſt mortem cum dæmonibus ſemp flagellandi ſunt. ¶ Secundum opprobrium eſt malitia quæ ſequitur ex præcedenti inertia. Nam ſicut. Eccle. 33. ſcriptum eſt. Multam malitiam docuit otioſitas ideſt iners vita ad tantam malitiam ſcelerum tales ducit, quod animam ſuam pro quolibet uili nummo venalem præbent. Maximum vtique ſcelus eſt animam in tanta ſublimitate creatam, ideſt ad imaginem Dei formatam, tanto precio, ideſt ſanguine Chriſti redemptam, ad tãtam gloriam ordinatam, pro tam vili precio venundari. Hic Eccle. 10. Auaro nil eſt ſceleſtius, habet enim animam ſuam venalem, ex quo manifeſtè apparet quod pro nummo talis præcipitaret ſe in infernalem voraginem omnium ſcelerum, & flagitiorum, niſi forte aliquo mundano timore refrenatur. ¶ Tertium eius opprobrium eſt infamia. Ita auaritiæ ſcelus reddit hominem infamem per vſuram, quod aliquando nullus niſi infidelis eã audet publicè exercere. Hi quidem ſunt illi, de quibus prouerb. 2. Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas, qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis, quorum viæ peruerſæ & infames greſſus eorum

§. 3. Auarus triplici ter ſe illaqueat.

¶ Tertia prauitas eſt illaqueatio diaboli. Tanta eſt poteſtas quam ex gẽte hoc ſcelere, & domino pmittẽte ſuſcipit diabolus ſuper tales eo ꝙ operante auaritia. Primo ſe illaqueat. Secundo ſe intricat. Tertio præſumptuosè ſperat. ¶ Et primo illaqueat ſe. Vnde Iob. 18. de cupido loquens ait. Immiſit in rhete pedes ſuos & in maculis eius. ſ. dęmonis ambulat, tenebitur planta eius laqueo, plantam enim extremitatem viræ vocat. Quando enim cupidus propinquior fit fini vitæ ſuę tanto maiori cupidine inardeſcit. Hic Hiero. ait. Cum alia vitia cum homine ſeneſcant, ſola auaritia iuueneſcit. Et iterum 1. Thi. 6. Qui volũt diuites fieri incidunt in temptationem, & in laqueum magnum diaboli. Propterea quanto homo magis ſeneſcit, tanto difficilius ab ea ſe ſoluit. ¶ Secundo ſe intricat. Cum enim auis in rhete volando cecíderit, tanto magis ſe intricat quanto plus ſe extricare cõtendit. Sic auaro contingit ſæpe, quia cũ per aliquod tempus intendit vacare vſuris vel alijs illicitis acquiſitionibus, & demum ceſſare ab eis, omni die, omni menſe, & omni anno magis ſe reperit intricatum atque a propoſito ceſſandi ab iniuſtis lucris elongatũ. Hinc prouer. 5. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum conſtringitur. ¶ Tertio prę ſumptuosè ſperat, quia credit ſe pęnitere in fine, & reſtituere aliena, ſed ignorat quod Chrs Matth. 25. cõminatus eſt dicens. Qui habet dabitur ei & abundabit, ei autem qui non habet, & qđ vł habere auferetur ab eo. Habet nempe theſaurum magnũ, qui tempus ei conceſſum virtuosè expendit, & ideo multa merita cumulat, & huic dabitur ſcilicet in fine vitę tempus ſcilicet melius ſe diſponendi, & prępparandi. Vnde & tunc maiori gratia abundabit. Qui autem non habet ſcilicet in præterito tempore merita cumulata, quia ſemper malè uixit, id quod videtur habere ſcilicet pœnitentiæ tempus in fine auferetur ab eo ſcilicet iuſto iudicio Dei, eo qđ in illo præſumptuosè cõfiſus eſt. Vnde Augu. de pæ. diſt. 7. Multos ſolet decipere ſerotina pęnitentia. Vnde in figuram huius coruus q viuit de rapina, & cadaueribus & vociferat crocitando, egreſſus de archa non eſt reuerſus ad eam. Sic auarus qui differt pœnitentiam, nunquã reuertitur ad eccleſiã per pęni

Sola Auaritię interoa uitia iu ueneſcit

tentiam

tentiam veram. Sed columba cuius victus est innocens. Quod accidit vni auaro, qui in puncto mortis alta voce clamauit. O pœnitẽtia o pœnia vbi es ? quo dicto spiritum exalauit, ut aperte clarescere t, quòd quia quando illam recipere poterat non quæsiuit, merito eam recipere non posset cum vellet. Vnde de talibus Iob ait. Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum. Ambulabunt in vanum & peribunt.

§.4. ¶Quarta prauitas est certitudo damnationis. Miro nãque modo inter alia scelera peccatorum certificatur auarus de sua æterna dãnatione. Nam ad hoc habet tria testimonia credibilia facta nimis, vt in duorum vel triũ stet huius veritatis verbum.

¶Primum testimonium sunt euangelia.

¶Secundum priuilegia.

¶Tertium manifesta iudicia.

¶Quantum ad primum dominus Lu. 6. Mẽsura qua mensi fueritis remetietur vobis. Cũ auarus non det aliquid nisi ut recipiat amplius, ex hoc certificat seipsum de damnatione æterna, quia si volet acquirere a iusto iudice qui prædictam constituit legem, non dabitur ei nisi aliquid det amplius, & melius paradiso. Et quia hoc nunquam poterit obseruare, necessariò sequitur quòd nunquam poterit acquirere gloriam quam sempiternam.

Testes damnationis auari.

¶Primum testimonium sunt priuilegia & autentica instrumenta. Nullum equidem crimẽ est, quod tam patenter, & aperte deferat lachrimas æternæ mortis sicut auaritia. Nam in quolibet instrumento, & particula librorũ in quibus contractus vsurarii uel alii iniusti, & fraudulenti conscribuntur, particulariter priuilegium auarus habet, quod cum obligat ad supplitia sempiterna. Et hoc patet, quia de hoc tot priuilegia habet, quod iniustos contractus. Propterea multum certificatus est de damnatione æterna. Verum si restituit aliena, abraduntur, & cassantur priuilegia supradicta. Nec creditur eis, sicut nec creditur cassato libro, & abrasis cartis seu incisis in iudicio seculari. ¶Tertium sunt inditia manifesta: Et inter alia unum potissimum est, quia in usurario contractu fenerator fit socius dæmonis infernalis. Fieri enim consueuit quòd quando mercator facit forum cum venditore, arrhasque soluit de re empta, & si superueniens alius apponat de arrha, & dicat, in hac mercantia particeps esse volo, & ille annuat, tunc facti sunt socii in lucro pariter, & damno. Sic contingere videtur auaro, & dæmoni infernali. Nam inter iniusta lucra per furtũ, rapinam, symoniam, fraudulẽtiam, proditionem, vsuram, & huiusmodi auaris apponit, diabolus aliquid impiè acquisitum, & dicit se esse socium partemque habere in illa mercatione.

Fenerator fit socius dæmonis.

¶Hoc probatur quodam exemplo, Exẽplũ. quòd quidam prædiues homo magnam habebat pecuniæ summam licitè acquisitam, infra quam apposuit duos denarios quos illicitè acquisierat, & totam illam pecuniam collo cauit in archam. Cumque altera die aperiret archam, reperit super denarios diabolum ibi sedentem, qui prohibuit ei ne cõtingeret eos nisi expendere vellet eos cum consensu suo eo quòd socii simul essent in pecunia illa. Ex his patet quod manifestum indicium est auaros esse damnandos, nisi restituant aliena, eo quòd sicut sunt in præsenti uita socii peccatorum, ita etunt in alia socii tormentorum. Ex hac igitur contracta societate, intantum auarus cum diabolo confœderatur, tantumque in dœmone transformatur, quòd quodammodo induit similitudinem eius. Nam sicut diabolus peccati numum, quem libenter sub spe lucri mutuat peccatori, sibi nunquam restitui velletur demum illius corpus & animam lucrari posset. Sic auarus per usuram datum ab eo mutuum restitui nollet, vt posset totam substantiam pauperis deuorare. Propterea de tali Iob. 20. ad literam scriptum est. Iuxta multitudinem adinuentionem suarum sic & sustinebit, quoniam confringens nudauit domum pauperis, domum rapuit, & non ædificauit eam, nec est satiatus venter eius. Et cũ habuit quod cupiebat. possidere non potuit, quia scilicet vel rapietur ei in uita, vel saltem relinquet illud.

§.5. Auarus raro pœnitet & confiteꝝ.

¶Quinta prauitas est impœnitens malũ. Triplex quidem causa est quare auarus præcipue raro confitetur, & cum magna difficultate ad pœnitentiam veram reduci potest.

¶Prima causa est indispositio.

¶Secunda est induratio.

¶Tertia est obstinatio, ut sint hi tres gradus ad descensum damnationis æternæ. ¶Prima causa est indispositio. Indispositus. n. est auarus qui malè acquisiuit veraciter pœnitere. Nam aut tenax, si prodigus non habet vnde reddat, si tenax non vult reddere. Denique ad impossibile nemo tenetur. Nam inanis est actio, quam excludit inopia debitoris. Auarus. n. nisi rarissimè in mortis articulo satisfacere vult similis vasello illi terreno, in quo pueri denarios ponunt, cum iam cupido nũmi incipit blandiri eis, de quo vase nisi frangatur extrahi minime possunt. Sic auarus nũ quam restituit nisi in motis articulo quando

denarios

denarios illos secum ferre non potest vt verificetur illud Eccl.29. Multi quasi inuentionē, idest ex ingenio hominis adinuentum non ex natura prohibitum æstimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiam his qui se adiuuerunt. ¶Secunda causa est induratio. Cum enim auarus consideret ad statum salutis nō posse venire nisi pro posse restituat aliena, nec per consequens nisi filios, & filias suas in multa paupertate & inhonorabilitate relinquat, propterea hoc abhorrens, & per fidem non intelligens statum suum periculosum, potius deliberat in peccato perseuerare, quam debito modo se emendare; sic diu perseuerando induratur cor eius. Et licèt huiusmodi vitii prędicationes audiat, licèt timens Deum ad pœnitentiam eum inducat, licet exhortatus ad hoc, & obiurgatus circa hoc frequentius sentiat, nihilominus cor eius semper amplius induratur, sicut de eo Iob.41. scribitur. Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringet quasi malleatoris incus, quæ quanto plus malleo feritur, tanto durior fieri solet. ¶Tertia causa in pœnitentiæ eius est obstinatio. Signū quippe manifestæ obstinationis auari est contemptus diuini verbi, & exhortationum, & reprehensionum sceleris sui. Hinc Salomon prouerbio. 18. ait. Peccator cum in profundum iniquitatum venerit contemnet resurgere, s. per prædicta. Mira namq; est obstinatio contemptoris, & quodammodo excedere uidet obstinationem Iudæ. Iudam enim penituit de scelere perpetrato, licèt non debito modo. Propterea inquit. Peccaui. Secundo suum peccatum confessus est, cum ait, tradens sanguinem iustum. Tertio restituit pretium, quod receperat pro Christi proditione resignās pecuniam. Veruntamen veniam non meruit, quia illam nō requisiuit. Sed quid dicere possumus de auaro obstinato, quem primo non pœnitet de iniustè acquisitis, nisi fortè quòd modicum lucratus sit, secundo si pœnitet, nō confitetur, ne scilicet a confessore ad satisfactionem cogatur, tertio si confitetur, quærit aliquem confessorem, qui non habeat scientiam, neque conscientiam, ne per cautionem debitam satisfacere cogatur, sed simplici uerbo promittit confessori ignaro restituere aliena. Quarto si hoc in confessione promittit, promissionem non seruat, sed ut dicitur de re iudic. lib. 6. Non dimittitur peccatum nisi &c.

Signum obstinationis.

§. 6. ¶Sexta prauitas est, horribilitas mortis. Inter cuncta scelera quæ diuino iudicio pònunt impiis finem per horribilem mortem, auaritia de maioribus est, cum mirabilia & terribilia signa sæpius appareant in auarorū præcipue raptorum & usurariorum fine. Hoc autem accidere potest triplici ratione. ¶Primo ratione derelictionis. ¶Secundo ratione desperationis. ¶Tertio ratione persecutionis. ¶Primo quidem accidit hoc ratione derelictionis. Cum enim auarus per usuram lucrari non cessat in quolibet sacro die non parcit diei pascatis, non dominico, non diei sanctissimæ passionis, in qualibet solemnitate sanctissimæ virginis non cessat a tali lucro, nec in diebus apostolorum, nec in diebus martyrum, & aliorum sanctorum angelorum. Meritò ergo nō solùm a Deo verum etiam a beata uirgine, ab angelis vniuersis, & ab omni multitudine beatorum iusto iudicio in ultimo fine uitæ ita derelinqui meretur, quòd nec Deum habeat gratiæ donatorem, nec alī quem beatum inuenit gratiæ pro eo impetratorem, seu supplicatorem. Vnde Michee. 3. Abscondet dominus faciem suam ab eis in illo scilicet extremo, sicut nequiter fecerunt in adinuentionibus suis. ¶Secundo accidit eis hoc ratione desperationis. Quando enim infœlix peccator a Deo, & a tota cœlesti curia derelictus est, facile est dęmonibus in baratrum desperationis eum præcipitare, qua quidem liberare eis concessa, opere cōplent, ostendentes eis multitudinem scelerū suorū & oblitam esse illius misericordiā sicut Iob. 24. ait. Obliuiscitur illius misericordia. Et iterum. Auferetur ab eo omnis spes fiduciæ scilicet veniæ, gratiæ, & gloriæ, vnde ipsæ in tali desperatione ultima derelictus ait illud Iob 7. Desperaui & nequaquam ultra iam viuam, scilicet nec uita corporali, nec uita spirituali, nec uita æternali. ¶Vnde legitur de quodam auaro, quòd cum infirmaretur ad mortem, & noti & uicini hortarentur eū ad contritionem, & confessionem. Respondit. Ego non possum, quia non habeo mecū cor. Cui illi. Tu deliras. Quid est enim quòd dicis? Quomodo enim viueres, si non haberes cor? Et quis tibi extraxit? At ille. Non deliro, sed verum est quod dico. Vt sciatis verum esse quod dico, ite ad capsam ubi sunt pecuniæ meæ in quibus spem, & fidem meam posui, & ibi inuenietis. Sicque desperatus decessit. Cumque illi ad capsam accessissent & aperuissent, inuenerunt, quòd ille dixerat, ibi videlicet inter pecunias cor illius miraculosè factum ad innuendum quòd ibi erat affectus eius, iuxta illud Christi. Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. ¶Tertio ratione

Auari horribilis mors

Exēplū.

tione persecutionis. Cum enim auarus sicut ex superioribus patet non solum offenderit Deum quemadmodum ceteri peccatore, uerum etiã cum uendiderit tempus ut per usurã qđ est cõmune cunctarum creaturarum, & sic offenderit omnes creaturas quæ creatæ sunt, & in omnibus creaturis male vsus sit, ꝓpter auaritiam radicem omniũ malorum. Audita sententia a domino prolata contra eum, omnis creatura persecutione contra eum armat. Proinde omnes beati, & omnes angeli paradisi clamabunt cõtra eũ. Ad infernũ, ad infernum. Elementa quoque contra eum seruiunt, & clamant. Ad tormenta ad tormenta æterna. Domus quoque in qua iacet infirmus atque parietes, & lingua contra eum uindictam clamare nõ cessant. Sic Abacuc 2. ait. Lapis de pariete clamabit, &c. ut in his omnibus uerificetur illud Sap. 5. Pugnabit ꝓ eo orbis terrarum contra insensatos, & accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturarum ad ultionem inimicorum.

Vltio rerum in auaros.

De specie auaritiæ quæ dicitur simoniæ per modum prædicationis. Cap. 4.

DEus deorum dominus locutus est, & uocauit terram ps. 44. Deus deorum dñs locutus est. Deus uerus, qui est dñs sanctorũ, qui dij aliquando in scriptura dicũtur, & creaturarum aliarum, quæ pro dijs à gentibus sunt adoratæ. Et locutus est mundo in prophetis, nouissimè locutus est nobis in filio dicẽs per eum. Nolite facere domũ patris mei domum negociationis. Iob 2. Et per hæc uerba, & alia ac gesta, & exẽpla uitæ eius, uocauit terrã in homines cupidos, & auaros, vt cum lõge fint ab eo per auaritiam, appropinquent per pœnitentiam. Dicuntur. n. auari terra, non solum quia originaliter de terra facit sunt in Adam, sed quia terrena summè diligunt aurum, & argentum, & ẽs, & diuitia quæ de terra sunt in eis finem suum constituentes. Et de hac terra dixit dominus antiquo serpenti. Ge. 3. Terrã comedes cunctis diebus. 1. ad te pertinebunt quos terrena cupiditate deceperis, vt exponit Aug. super Gen. ad literam. Specialiter. n. do ctrina, & prædicatio Christi fuit contra auaros, & ad inducendum ad contemptum terrenorum. Vnde & primum uerbum quod dixit discipulis in sermone sancto in monte, fuit. Beati pauperes. Matth. 5. Sciebat enim quòd radix omnium malorum est cupiditas, idest auaritia, quod postea declarauit Apostolus, 1. ad Thi. 6. hæc dicens. Nullum enim peccatum est quod ex auaritia deriuari non ualeat. Ipsæ quoq; pauperrimè uixit. Omnia (inquit Aug.) terrena cõtempsit homo Christus, vt contenenda esse monstraret. Et quia multæ sunt ſpecies auaritiæ quæ omnes uitãdæ sunt, ideo ipsę ait Lu. 12. Attendite uobis idest cauete ab omni auaritia. Principalior autem, & detestabilior cunctis est symonia. Ad hanc remouendam, & cauendam uocauit terra, loquens in ueteri testamento per Micheam prophetam prænuncians malum ni mis graue uenturum dicens. Iudices eius in muneribus iudicabant. Sacerdotes eius in mercede respondebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant. E paulopost subdit. Idcir co Syon, quasi ager arabitur, & Hieruſ. quasi custodia pomerij erit. Micha. 3. ubi Hieron. Nemo ambigat Hierusalem propter huiusmodi scelera fuisse subuersam 1. q. 1. iudices. Et loquitur ibi de symonia. Locutus est per seipsum cõtra symoniacos di. Nolite facere domum. p. m. domum negociationis. Domum, sui patris ecclesiam uocat, & templum, quæ fit domus negociationis per symoniam dum spiritualia quæ traduntur in ea, uenduntur, vel emunt. Nec Christus, unquàm aliquid uitium ita seuerè correxit sicut hoc peccatum sibi uerberans eo flagello, & eijciens de templo in principio suæ prædicationis, ut recitat Ioh. euang. Et iterum circa finem, scilicet dominica in ramis ante suam passionem, ut narrãt Matth. 21. c. & Mar. & Lu. Locut' est mũdo ꝓ apostolos, ꝓcipue per principem eorum Petrũ cum dixit symonia a quo ortũ habuit symonia prius in nouo testõ, plenius, & detestabilius, & manifestiꝰ, scilicet qñ obtulit multã pecuniã Petro, & ceteris, ut sibi concederet ptãtẽ conferendi spiritũ sanctũ. Intendebat. n. emere ut postea uẽderet illã gratiã, ꝙ abhorrens Petrus dixit sibi pecunia tua tecũ sit in perditionem, quia existimasti donũ Dei pecunia possideri. Act. 8. Sicque Deus decorũ locutus est per eos Petri. Per hanc increpationẽ factã Symoni, unde symonia hoc pessimum scelus denominat, uocat terrenã, i. Symoniacos terrena impijssimè querentes, i. reuocat a tãto malo terrore tãti iudicij. Ex qua auctoritate. Petri tria possunt notari circa symoniacos facientes domum patris, domum negociationis. ¶ Primũ est materiam inductiua huius criminis ibi pecunia tua. ¶ Secundũ est pœna cõsecutiua huius operis ibi tecum sit in perditionẽ. ¶ Tertiũ est sententia expressiua uel declaratiua huius sceleris ibi quia existima. do. dei. pe. possideri.

Hierim fuit destructa propter Symoniam.

§.1. ¶Incipiendo a tertio vt ordinarius procedatur ex hac sententia Petri qui ait, existimasti donum Dei pecunia possideri, declaratur magnitudo peccato symoniæ. Donum Dei est Spiritussanctus, quia procedit a patre, & filio per modum doni. Donum Dei est gratia sua, & sacramenta, & omnia spiritualia quæ dant gratis ex dono à Deo non ex meritis nostris. Vnde Vrba. Papa. Donum Dei est non solum Spiritussanctus, sed & res ecclesiæ, scilicet, spirituales, de quibus ibi loquitur 1.q. 3. saluator. ¶Dicunt autem doc. q̃ symonia non est aliud quàm emere uel uendere, uel aliũ contractum non gratuitum facere pro spiritualibus habendis prẽcio rei tẽporalis, vt patet, infra, §. fe. ex diffinitione eius. Qui autẽ emit, vel uendit aliquid existimat illud posse pecunia possideri. Cum ergo symoniacus uendat uel emat spiritualia quæ sunt dona Dei & pmaxima uidetur secundum apparentiã actus existimare donum Dei posse pecunia possideri. Vnde sic agit de eis, ac si esset, uel esse uelit dominꝰ spiritussancti, & donorum eius. Et hic magnus error, & permaxima irreuerentia. ¶Quod autem sit illicita talis emptio, uel uenditio probat B. Thom. 2.2. quæst. c. triplici ratione, prima est ex parte ementis, secunda est ex parte uendentis, tertia ex parte uenditionis ipsius. ¶ Prima ergo ratio est ista. Ille qui emit aliquam rem multo minori prætio quã ualeat iniuste emit, sed spiritualia sunt tantæ nobilitatis, & perfectionis, & per consequens ualoris, quod nulli prẽcio tẽporalium rerum possunt adẽquari. Vnde de sapientia quæ est res spiritualis dicitur Prouer. 3. Prẽciosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur, s. tẽporalia huic non ualẽt cõparari. Iniustissime ergo emit symoniacus cum donum Dei seu spiritualia quæ sunt im prætiabilia pp eorum excellentiam minimo prẽcio emit, aliquãdo. n. uno floreno immo, & uno bononeno emet missam, seu eucharistiam, vel pœnitentiam. Sed & si essent mille floreni minimũ est respectu ualoris rerum spiritualium. Sicut iniustissimum esset qui topazion, uel anulum aureum gẽmatum maximi ualoris emeret uno nummo, nec eum excusat, q̃ uendens scienter est contẽtus illo prẽcio, quia ille non est dominus illius rei. ¶ Et hæc est secunda ratio qua probatur huiusmodi emptio, & venditio iniusta. Nam qui uẽdit rẽ cuius dñs non est tanquã suam, fur est & latro, quia contrectat rẽ alienã multo dño, & ille, qui emit ei cooperatur ad malum cum sciat uel scire debeat illum non esse dominũ eius rei, sed qui uẽdit spiritualia, ut sacramenta, & alia huiusmodi, non est dñs eorum, sed dispensator, iuxta illud Apostoli. 1. Cori. 4. c. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores misteriorũ Dei. Prohibet. n. dñs talia emi, vel uendi. ¶ Et hoc & iã pertinet ad tertiã rationẽ, quia hoc. s. contrariatur origini collationis eorum. Qui. n. utit aliquo actu ad aliud seu alio modo quã ordinauerit Deus inique facit, & tanto peius quãto illud est in se dignius. Ordinauit ãt Deus spũalia gratis debere hoibus conferri per ministros eius quod Christus declarauit di. Matth. 10. Gratis accepistis, gratis date, s. sacramenta, & alia spiritualia. Vnde in cõcilio generali Tol. dicitur. Quicquid inuisibilis gratiæ cõsolatione tribuit, nunquam uenundari ullis quæstibus, uel præmijs debet, dicẽte domino. Gratis accepistis gratis date 1.q. 2. quicquid. ¶ Et q̃ sit mortale patet, quia nullus excommunicari debet nisi pro mortali peccato sed B. Th. in 4. cum excõicatio sit grauissima pœna ecclesiæ secundũ Aug. 24.q. 3. corripiantur, sed pro symonia debet quis excommunicari. Vnde dicitur de symoniacis Anathema danti, s. sit anathema accipienti 1.q. 1. quæcunq; sacros, sit. i. fiat secundũ gl. hoc aperte ostendit Greg. Nazãzenus sic di. Spiritussancti donũ prẽcio cõparari, quid aliud est, quam capitale crimẽ, & symoniaca hæresis? Et paulo post. Dominus, vt ementes, & vẽdentes gratiæ huius expertes ostenderet, cunctos alios peccatores in tẽplo dimisit, & singulariter uendentes, & emẽtes increpans, & flagellans de templo eiecit. In quo emptores, & uẽditores gratia spiritussancti ostẽdit esse destitutos, & vacuos 1.q. 1. qui studet. ¶ Dicunt autẽ spiritualia, sacramenta ut baptismus, crisma, eucharistia, pnia, extrema unctio, bñdictio nuptiarũ, & ordo pro quibus dare pecuniam, uel recipere, ut prẽcium eorum est prohibitum, quia symonia. Dicuntur spũalia uel annexa spiritualibus dedicatio ecclesiarũ, consecratio uirginũ, & aliarũ rerum ad cultum diuinum pertinentium, benedictio abbatũ, absolutio ab excõmunicatione, uel alijs cẽsuris ecclesiasticis, electio prælatorũ ecclesiasticorũ, cõfirmatio eorũ, renunciatio, uisitatio ipsorũ prælatorum, correctio criminũ, uel desistere a correctione in iudicio ecclesiæ, prædicatio, orõ, officiatio ecclesiæ, cura animarum, ingressus monasterij uel religionis, ecclesia seu bñficiũ simplex vel curatum, præbenda, dignitas ecclesiastica, ut archidiaconatus, præpositura, episcopatus, & huiusmodi. Officium sepultu-

Symonia q̃d sit.

Symoniaca uẽditio est illicita.

Adde & habetur, ff. d̃ fur. l. 1. instit. e. §. 2.

Symonia est mortale.

Spũalia bona, q̃ dicant̃.

ræ,vel locus eccleſiæ conſecratus ad ſepulturam,vel vbi iam eſt ſepultus aliquis. Capellę iuſpatronatus,ius præcipiendi decimas, officia eccleſiaſtica, vbi eſt aliquid iuriſdictionis ſpiritualis,ut yconomus,uice dominus & huiuſmodi, ferre ſniam in iudicio eccleſiaſtico,& alia hmõi,permutatio dignitatis uel beneficiorũ eccleſiaſticorum pro commodo tẽporali. ¶Igitur exigere, uel exactus ſoluere, aut promittere aut paciſci pro aliquo prædictorũ ſpirituali conſequendo pro pecunia ſeu re,quæ præcio poteſt extimari, alias ipſum ſpũale habere non poſſet, expreſſa ſymonia eſt,quæ per eccleſiam puniri põt. Vnde dicitur. 1. q. 2. c. q̃ pio. Ceſſet omnis pactio, ceſſet omnis conuentio. Sed & ſine pactione ex præſſa,uel exactione ſi quis conferat aliquod ſpirituale principaliter hac intentione,ut pp illud recipiat tẽporale,puta audiuit cõfeſſionẽ,vel dicit miſſam,uel confert ordinẽ,uel beneficiũ principaliter,quia ſperat propter hoc ſe habiturũ pecuniam,vel aliquod præciabile. Et ſimiliter qui dat aliquid tẽporale principaliter ut recipiat ſpũale ut euchariſtiam, ordinem ſacrum,beneficiũ & hmõi,ſymoniã commitit mentalem quæ mortale eſt ſecundum Tho. Ray. Inno. Hoſt. & Alb. Sed pœnitentia tollitur mentalis ſymonia, extra de ſym. mandato. Vbi autem non fit pactio, uel exactio, nec principalis intentio ad temporalia in collatione ſpiritualiũ,uel receptione, ſed gratis & eleæmoſinaliter detur & accipiatur ad ſuſtentationẽ naturæ, uel ob reuerentiam ſacramentorum,uel ad cõſeruandum laudabilẽ conſuetudinem locorum, licitè, & ſine ſymonia dari, & accipi poteſt. Vnde dicitur à Greg. Eius oblatio nullam culpę maculam in gerit,quæ nõ ex ambientis petitione proceſſit. 1. q. 2. ſicut eſt. Qui etiam mediatores in huiuſmodi ſunt,ſymoniaci ſunt. Vnde & per eccleſiam grauiter puniuntur. 1. q. 1. ſi quis epiſcopus. De his omnibus ſupradictis quæ dicuntur ſpiritualia,habes infra. in §. ſeq.

¶Reuertendo ad primum membrum diuiſionis cum ſcilicet dicitur. Pecunia tua. Ibi notat illud quod inducit ad tantum flagitium. Quid enim eſt aliud hoc niſi pecunia. ¶Sed aduertendum quòd ut dicit Aug. Totũ quic quid habent hoies in terra,quorum ſunt dñi pecunia uocatur,ſeruus,ager,vas,arbor,pec⁹, & hmõi, ideo pecunia uocata quaſi à pecu. quia quicquid antiqui habebãt, in pecoribus habebãt. 1. q. 3. totũ. Põt ét pecuniã dici, quicquid præcio tpali æſtimari ſeu mẽſurari põt, nõ ſolũ pecunia numerata in monẽtis auri,& argenti,& eris,uel ea, quę cõiter cõſueuerũt vendi,& emi,ut uaſa aurea,& argentea, animalia,agri, & hmõi ſed etiam præces ex quibus acquiritur fauor popularis, & obſequia corporaliter præſtita. Vnde dicit B. Grego. in homil. prophetã. ſ. Eſa. 33. c. cum deſcriberet uirum iuſtum ait. Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. Non dixit tantũ à munere,ſed ab omni munere, quia aliud eſt munus à manu, aliud ab obſequio, aliud a lingua. ¶Munus à manu eſt pecunia, ſ. numerata uel ſimile. Munus ab obſequio, eſt ſeruitus indebitè impenſa. Munus à lingua eſt fauor. ſ. mundanus. Hæc Greg. 1. q. 1. ſunt nonnulli. Et per quodlibet eorum munerum cũ interuenit in ſpiritualibus cõmittitur ſymonia,ut idem Greg. dicit. Et apertius Vrba. papa. Quicunque(inquit)res eccleſiaſticas. i. ſpiritualia,quæ dona Dei ſunt, nõ ad hoc quod inſtitutæ ſunt,ſed ad propria lucra, munere linguæ, uel indebiti obſequij, uel pecuniæ largitur uel adipiſcitur ſymoniacus eſt. j. q. 3. ſaluator. ¶Et quantũ ad munus à lingua ſciẽdũ q̃ ſi quis prælatus confert beneficiũ eccleſiaſticum ſeu dignitatem eccleſiaſticam, uel aliquod ſacramentum ad præces alicuius hac intentione principali,ut eius precibus conferenti laus,uel fama acquiratur,uel contrariũ euitetur,ſymoniã cõmittit. Et ſic præces porriguntur pro indigno ab alio de beneficio curato,vel ſimplici,& ille qui porrigit & qui ex audiuit, ſymoniã cõmittit ſi ad præces factas principaliter mouetur. Si pro digno, & ad idoneitatem reſpicitur,non ad præces principaliter,nec rogans, nec conferens malefacit, nec ſymoniã cõmittit. Si uerò quis pro ſe præces porrigat de beneficio ſimplici,non reputatur ſymonia,ſi aliàs eſt dignus. Nã ſi indignus ſymoniac⁹ reputatur. Et ſimiliter ſymonia inducunt præces pro ſe porrectę de beneficio curato,etiam ſi aliàs ſit dignus,quia ratione ambitionis, & præſumptionis reputatur eo ipſo indignus ſecũd. B. Th. in 4. di. 25. & 2. 2. q. c. & Ray. licet quãtum ad iſtud ultimum in contrariũ practicetur, & de hoc. ĵ. in c. 5. §. 4. ¶Quãtum ad munus ab obſequio reputatur ſymonia quando quis ſeruiret alicui prælato obſequio inhoneſto,videlicet pro vtilitate tẽporali ipſius prælati, uel conſanguineorum ipſius,ſed quo ad obſequia honeſta, videlicet ordinata ad utilitatem eccleſiæ, vel prælati rationabilem nõ reputatur ſymonia, ita tñ q̃ nõ principaliter ſeruiens faciat pp illud cõſequẽdũ. Vnde Greg. di. Eccleſiaſticis utilitatibus deſeruiẽtẽ eccleſiaſtica opportet

Exigere uel paci ſci facit ſymoniã

Adde q̃ ita hĩ in c. quære lã. extra de ſym.

§. 11. Quid ſit pecunia

Munus a manu.

Munus a lingua

Munus ab obſequio.

Pecuniã dare p ſpũalib' poſſumus.

remuneratione gaudere. 12.q.2.de hoc infra. c.5. ¶Munus aũt à manu eſt cũ datur pecunia & hmõi. ¶ Vbi tamen ſciendũ q̃ pecunia põt dari & recipi pro re ſpũali, uel circa ſpũalia licitè, & ſine ſymonia quinq; modis. ſ.rõne p̃miationis, ſuſtentationis, prouocationis, punitionis, & uitandæ uexationis. ¶Et primo quidem modo.ſ. præmiationis probatur ſic. Qui vult remiſſionẽ peccatorũ conſequi dẽt ſi põt eleæmoſinas dare pauperibus iuxta illud Dan.4. Peccata tua eleæmoſinis rẽdime. Et Amb. P̃ctis tuis uenundatus es.ſ.diabolo, redime te pecunia tua, de pẽ.diſ.1.medicina. Debet ẽt quis pro adeptione gloriæ tẽpora ĥa dare, iuxta illud Luc.15. facite uobis amicos de mãmona iniquitatis &c. Et Greg. dicit Regnũ cẽlorũ tñ ualet q̃tũ hẽs. ¶ Vbi ẽt eſt notãdũ, q̃ non ſic eſt intelligendum hoc tanquam res magna quæcũq; poſſeſſa q̃ datur, ſit p̃ciũ regni cœlorum ut propriè ematur, ſeu ipſum meritũ, quod ibi acquiritur in dando dr̃ per ſimilitudinẽ quaſi p̃rcium, qa ſicut p̃cio acquiritur res, quæ nõ habebatur, ita eleæmoſinis, & meritis aliorũ bonorũ q̃ fiunt, acquiritur regnũ cœlorũ. ¶ Nõ.n. põt attingere meritũ nr̃m ad perfectã rõnem emptionis triplici ratione. ¶ Primo quia ex hoc merito noſtro, deo qui dat ipſum regnũ nihil accreſcit, quia infinitũ eſt bonũ, & angeri nõ p̃t. Pſ.15. bonorũ meorũ non indiges dñe. ¶ Secundo quia meritũ noſtrũ non ſufficit per ſe ad vitã ẽternã, & ſic non eſt æquale p̃rcium ſecundum illud Ro.8. Non ſunt cõdignæ paſſiones &c. ¶ Tertio quia meritũ noſtrũ principaliter cõſiſtit in affectu interiori, & non in actu exteriori, cuiuſmodi eſt emptio & venditio. B.Th.in 4.di.25. ¶ Secũdo p̃nt dari pecuniæ, & alia hmõi ratione ſuſtentationis ſicut ſacerdos pro miſſa quã dicit, accipit pecuniã uel præbendã, nõ q̃ illã accipiat pro cõſecratione, ſeu confectione euchariſtiæ, uel pro orationibus, & hmõi quaſi preciũ eorum, ſed ut ſtipẽdium ſuæ ſuſtẽtationis, unde Aug. Accipant ſuſtẽtationẽ ſuæ neceſſitatis a populo, mercedẽ miniſtrationis ſuę a deo. Sic & prophetæ antiqui teſtamenti, ſi aliq̃n recipiebãt aliquid in prophetando, accipiebant iſta per modũ eleæmoſinæ ad ſuſtentationẽ nõ ut p̃ciũ prophetiæ ut dicit Hiero. 1.q.1. iudices. ¶ Tertio rõe p̃uocationis & ſic dãtur eleęmoſinę pauperibus ad iudicandũ eos, & excitandũ ad orãdũ pro benefactoribus ſuis ex ipſis eleæmoſinis, nõ ad emẽdũ ơones, pſalteria & hmõi. Vnde ſapiẽs. Abſcõde eleęmoſinã in ſinu pauperis, & ipſa orabit pro te. i. inducet

Quarõe poſſit ſacerdos capere pecuniã pro miſſa.

pauperẽ ad orãdũ. Oratio.n. ſpiritualis eſt, & ideo appreciari nõ põt, tũ ex affectu deuotionis, unde p̃cedit, tũ ex affectu qui intenditur .ſ.ſpũali. B.Th.in 4. ¶ Quarto rõe punitionis, ſicut ſit in abſolutio ab excõicatiõe, aliquãdo exigitur pecunia, non pro ipſa abſolutione, quia hoc eſſet ſymonia, ſed in punitionem, & ſic ẽt in abſolutione a caſibus reſeruatis peccatorũ. Põt.n. imponi pnia pecuniaria quaſi pœna p̃cedentis culpæ, & de hoc extra de ſymo. c. ad aures, ſed quia uñ hoc habere ſpẽm cupiditatis ideo potius ab eis eſt abſtinendũ uel ita manifeſtè & cautè agendũ q̃ ſoluentibus cõſtet nõ ſibi reſeruare abſoluẽtẽ hoc modo talia, ſed & pauperibus dimittere B.Tho. 2.2. vbi ſupra. ¶ Quinto rõe redimẽdæ uexationis. Et anteq̃ ius acquiratur alicui in bñficio, uel dignitate, non licet dare ad redimendã uexationẽ ſuã, aliàs ſymonia eſt. Sed poſt quã fuerit adeptus, & ius ſibi acquiſitũ, uexationẽ ſibi iniuſte factã ſup eccleſia, uel beneficio, uel dignitate licite pecunia redimere, ſed non iuſtã vexationẽ, ut ſi iuſtè accuſaretur, & huiuſmodi, hęc B.Tho. in 4. & 2.2. de his omnib' diffuse habes infra in diuerſis. §. ¶ Quantum ad ſecundum, ideſt de pœna quę ſequitur hoc crimẽ, ibi cõprehenditur, tecum ſit in perditionẽ. ſ. tuã. ¶ Multiplex ãt eſt perditio quæ incurritur per ſymoniã. ¶ Et prima q̃ oẽs innoluit hoc crie irretitos, ẽ pditio grę diuinę p quã puenit ad pditionẽ gehẽnę. Vñ Gre. Nazazenus. Iudas oĩum redẽptorẽ uẽdidit, mox laqueo ſuſpẽſus, eãdẽ gratiã redemtionis nõ obtinuit, & meritò, quia nemo põt retinere qđ uẽdidit. Symõ Magus cũ eãdem ſpũſancti gratiã emere uellẽt, dãnationis ſuę ſniam à Petro audiuit. Pecunia tua tecum ſit in pditionẽ. 1.q.1. qui ſtudet. Fuit i xp̃s Ieſus maximè ſpũalis, & iõ emẽdo, uel vẽdẽdo cũ ſymonia fuit. Ille aũt uẽdidit filiũ dei q̃tũ ad hũanitatẽ, ſed ſymoniaci vñr uẽdere ſpm̃ſcm̃ quãtũ ad ſuã diuinitatẽ. Et ſic vñr oſtendere ſe eſſe dños ſpũſancti. Et p̃pea dr̃ maximi hæretici. 1.q.7. patet. No. q̃ proprie ſint hæretici niſi haberẽt p̃tinaciter hanc opinionẽ in mẽte. ſ. q̃ poſſent emere, vel uẽdere ſpm̃ſancti, ſed large & p ſimilitudinẽ, quia faciunt dãdo tpalia p præcio ſpũalũ ac ſi hoc credẽrẽt. Dicit.n. Aug. q̃ ignis ſacrificij, qui per 70. an. Babilonicę captiuitatis ſub aqua uixerat, extincte eſt ab Anthiocho Iaſoni uendente ſacerdotium, quod ſignificauit ignem ſpiritusſancti non lucere in ſymoniacis ſacramentis. 1.q.1. ſicut. Et hoc intelligendum eſt non quia ſacramenta confecta, uel collata à

§.3. Multiplex pœna ſymoniæ.

ſymo-

ſymoniacis non ſint uera ſacramenta ſicut aliorum, ſed quia carent effectu gratiæ quo ad conficientes & conferentes ea. Non enim in de recipiunt gratiam ut dicit Grati. in §. ſequen. ſed peccant mortaliter, & non ſolum ipſi, ſed & ſcienter recipientes ab illis ſymoniacis, qui ſunt ſuſpenſi propter ſymoniam ipſam, vt diſt. 32. §. verum, ibi officium ſymoniacorum &c. cum glo. eius notabili. Et idem hea. Thom. in 4. Hodie autem per decretum factum in concilio Conſtantien. & Baſil ante quam faceret ſciſſuram, approbatum quantum ad recipientes ſacramenta ab huiuſmodi, eſt aliter modificatum, de quo uide infra in 3. parte diſſusè in tit. 28. de ſuſpenſione. ¶ Secunda perditio ſymoniacorum eſt executionis ordinum, & officiorum ſuorum quo ad ſymoniacos in ordine recepto ſymoniacè uel etiam in dignitate & beneficio curato etiam ſi ſit occultũ vitium, quia ſuſpenſi ſunt quo ad ſe, & quo ad alios. Et ſimiliter notorij ſymoniaci pro collatione ordinum uel beneficiorum ſunt ſuſpenſi. 1. q. 1. ſtatuimus, & c. quiſquis. De hoc vide infra in 3. parte tit. 28. de ſuſpenſione. Et hanc ſuſpenſionem uidetur Amb. uocare excommunicationem in c. reperiuntur. 1. q. 1. ſecundum glo. Et tales ſcilicet conferentes ordines uel beneficia eccleſiaſtica, & iſta etiam recipientes per ſymoniam, ſi ſunt clerici debent deponi, ideſt priuari officio, & beneficio ſimpliciter, ſi conuincantur de hoc in iudicio eccleſiæ ſi ſunt laici ut mediatores ſymoniæ debent excommunicari ut 1. q. 1. ſi quis epiſcopus, & c. ſe. Mediatores ſi ſunt clerici deponũtur ut in dicto c. ſi quis. Efficiuntur etiam infames. Et quilibet etiam criminoſus, admittitur ad accuſationẽ eorum, ut extra de ſymo. c. tanta & c. ſi dominus. ¶ Tertia perditionem ſubſtantiæ temporalis. Nam pecunia per ſymoniam recepta retineri non poteſt, nec tamẽ debet reſtitui cõferenti quia turpiter dedit, ſed dẽt pauperibus erogari, uel illi eccleſiæ in cuius iniuriam data eſt applicari, & hoc in omni ſymonia ſecundum B. Tho. ubi ſupra, de quo vide plenè infra eo. c. Sed quo ad beneficia ſimpli. uel curata per ſimoniam recepta, perdit fructus, quia nõ põt recipere, & receptos tenet reſtituere, deductis expẽſis factis in vtilitatẽ eccleſiæ & gra fructuũ colligẽdorũ ſecundũ B. Tho. & Ray. & Inn. & hoc quia fur eſt & latro in illo bñficio. De his uide plenius in eo. cap. ¶ Quarta perditio eſt aliquãdo ſanitatis, uel uitæ corporalis, ſicut patet exẽplũ in Giezi qui cũ exegiſſet pecuniã à Naamã Siro pp ſanitatẽ receptã. ſ. mundationẽ lepræ per Hẽliſeũ prophetã mgrm ipſius Giezi ad imprecatione ipſius Hẽliſei, percuſſus eſt lepra cũ poſteris eius ut hr 4. Reg. 5. Cõmiſit. n. ſymoniã, quia gra ſanitatis eſt gra ſpũalis, & donũ dei q̃ ille quantum in eo fuit uendidit. ¶ Narrat ẽt in lib. de miraculis B. Hieron. de quodã monaſterio monialiũ q̃ cõmittebat ſymoniã in recipiẽdo moniales cũ pactionẽ ex præſſa de dote p̃ ipſo ingreſſu monaſterij. Super quo exceſſu ſymoniæ B. Hero. cuidã moniali illius monaſterij, q̃ duotionem habebat ad ipſum ſctũ apparuit, mandans ſibi ut cõuocatis monialibus & ablatiſſa in capitulo admoueret eas, ut deſiſterent a tali ſymonia aliàs malè eis eſſet, quòd & fecit, ſed oẽs deriſerunt illã, nec uoluerũt ſe corrigere, & cum pluries hoc factũ eſſet, demũ B. Hiero. reuelauit illi quòd monaſterium debebat ruere, & oẽs occidere, pp q̃ extraxit illã de monaſterio, & ex inde funditus corruit monaſterium & extinxit alias moniales.

Exemplum.

¶ *De materia ſymonię ubi ualde diffuſe tractatur de ſymonia, quę committitur circa ſacramenta ſingula, & circa beneficia, & circa actus ſpirituales, ut confirmare, corrigere, prędicare & huiuſmodi, & circa ſepulturas, & circa ingreſſum religionis, & circa patronatum, & de diuerſis modis ſymonię.* Cap. 5.

QVia radix oium malorũ eſt cupiditas. i. auaritia. 1. ad Thi. 6. quæ niſi radicitus euellatur, bonũ autori inhærere nõ ualemus ut dicit B. Gre. diſt. 47. quia habet difficultatem in uera pœnitẽtia eius pp obligationem reſtitutionis, q̃ habet annexã in pluribus eius ſpẽbus, cũ tñ pctm nõ dimittat niſi reſtituat ablatũ. 14. q. 6. ſi res, ideò ab ea iſta ſcda pars ſumat initiũ. Diffinit aũt ab Augu. Auaricia eſt inordinatus amor hñdi. Nã & quòd aliquis iniuſtè acq rat, ex inordinato amore procedit, & quia inter oẽs ſpẽs auaritiæ uitiũ ſymonię eſt grauius. Vñ & 1. q. 7. c. fin. dr eſſe maximũ pctm, quòd ẽm Th. in quodlibetis in telligẽdũ eſt nõ ſimplr, ſed inter illa maximũ, quæ committunt circa contractus pecuniarios. Hẽt ẽt grauitatẽ ex hoc quòd p ipm irreuerenter ſe habet hõ ad res ſacras, iõ de ſymonia primo tractatur. Hæc aliqñ dr hæreſ. ut 1. q. 1. eos nõ proprie q dẽ, ſed pp ſimilitudinẽ actus, quia ita operãtur ſymoniaci ac ſi exiſtimarẽt donum ſpiritusſancti pecunia poſſideri, eo quod emunt uel uendunt ſacramenta, in quibus datur gra, quaſi ſint dñi ſpiritusſancti. Quam exiſtimationẽ ſi quis hr̃et

Adde quod non tantum legiſtæ in rub. ff. d his quæ notãtur infra.

Symonia graue peccatum.

utique esset hæreticus 1.q.1. cum omnis. Dicitur enim symonia potius à Symone quam à Giezi vel alio qui etiam vendidit spiritualia, quia complectius in ipso Symone Mago reperta fuit ratio simoniæ. Nam emere voluit ab apostolis gratiam, ut postea ipsæ uenderet alijs 1.q.3. saluator. Tho. 2.2.q.100.

§. 1. Diffinitio symoniæ.

¶ Diffinitur autem symonia sic, scilicet quod est studiosa uoluntas emendi & uendẽdi aliquid spirituale uel spirituali annexum. Tho. 2.2.q.c. Voluntas autem ponitur ibi nõ pro potentia: sed pro actu eius. Omne.n. peccatum cõmittitur actu uoluntatis, studiosa dicitur ideſt deliberata. Nam sola deliberatione ratione potest committi istud peccatum, sed nõ punitur in iudicio ecclesiæ quæ nõ iudicat de occultis nisi procedat ad extra. Sed Guil. exponit studiosa, ideſt ad opus exteri' procedens. Ioann. etiam dicit, quod symonia mentalis non punitur scilicet ab ecclesia, nisi cum opere subsecuto. Nomine autẽ emptionis & uenditionis comprehenditur omnis contractus non gratuitus ut transactionis & renunciationis & huiusmodi, excepta permutatione quæ licita est seruatis quibusdam circunstantijs, ut infra dicetur.

Spiritualie dicĩ tripl'r.

¶ Spirituale autem dicitur tripliciter secundum Richar. in 4. scilicet essentialiter vt gratia & uirtutes causaliter ut sacramenta, quæ causant gratiam, actualiter seu effectiue ut prædicare, corrigere, uisitare, orare & huiusmodi, qui sunt actus spirituales.

Annexum spirituali.

¶ Spirituali annexum dicitur dupliciter secundum Tho. in 4. Vno modo sicut ex spiritualibus dependens, ut habere ecclesiastica beneficia, quod dicitur spirituali annexum, quia non competit nisi habenti officium clericale. Alio modo dicitur spirituali annexum quia ad spiritualia ordinatur sicut iuspatronatus, quod ordinatur ad præsentandum clericos ad beneficia, & uasa sacra, quæ ordinantur ad sacramentorum usum. Sub precio autem comprehenditur omne temporale quod pecunia extimari potest. Ponit etiã Greg. triplex genus muneris quo committitur symonia: scilicet a manu ideſt pecunia, a lingua ut præces, & ab obsequio 1.q.1. sunt nõnulli, & q.3. saluator. Et de singulis partibus plenius est uidendum.

§. 2.

¶ Est autem mortale quia & contra iustitiã, & cõtra legẽ diuinam, & naturalem. Et qa papa subditus est prędictis legibus Dei, & naturali, vt alij homines, nec in ille se uel aliũ valet dispensare: sed solũ in puris positiuis ubi habet plenitudiné potestatis. Ideo dicit. Th. in 4. ꝙ illa opinio quæ dicit ꝙ in papã nõ cadit symonia est erroneam. Nam si papa pro aliquo spũali munus acciperet, symoniã committeret sicut & alius homo, quia & in ipso Petro cui papa succedit symonię uicium dã nationem inchoauit in nouo testamẽto. Quãuis.n. res ecclesiæ sint aliquo modo papæ, nõ tamen sunt eius omnibus modis habendi sicut illud ꝙ hẽt ad manũ, unde si reciperet ꝑ aliqua re spirituali pecuniam de redditibus alicuius ecclesiæ, nõ careret uicio symonię & idem si reciperet pecuniam ab aliquo laico non de bonis ecclesiæ pro re spirituali. Idem Th. 2.2.q.100.

In papã non cadit symonia.

¶ Quod autem dicitur in papam non cadere symoniam dicit Ant. de Bu. post Hostien. in his quæ symoniaca sunt: qa prohibita ideſt ex iure positiuo habere locũ: Nam talis constitutio non ligat promulgante uendendo uicariam, castaldionatum, aduocantiam, œconomatum, & huiusmodi 1. quæs. 3. saluator extra eo. ad nostram. Et de hac etiam uidetur intelligendum quod dicit Io. de Lig. extra eo. c. 1. scilicet quod nec papa nec alij degentes in curia committunt symoniam si papa ex certa scientia scit & tolerat. Nam certa scientia principis purgat hoc uicium. Sed & secundum Pet. de Pal. in 4. dist. 25. & in quibusdam; symonijs, & si peccatum non euitet, pœnam tamen iuris positiui, cui non subest semper euadit. Vnde nec suspensionem nec huiusmodi pœnas iuris sui timet, sicut nec est etiam excommunicatus si percutiat clericum. Dicit etiam idem Pet. quod ille qui emeret beneficium, uel ordiné etiam a papa, pœnas iuris non incurreret, quia sicut potest dispensare in pœnis iam in curſis, ita etiam quod non incurrantur, sicut posset priuilegium alicui concedere, quod ꝑ cutiendo clericum non esset excommunicatus, licèt non libenter faciat. Quando autem dat ꝑ pecunia uidetur dispẽsare ꝙ licet retinere, sicut qñ sciẽter dat ordiné irregulari, eo ipso dispensat cũ eo. Vñ q habuit bñficiũ ꝑ symoniã in curia, si hẽt cõsciẽtiã q̃ emanauit de cõscia papæ cõferẽtis, pœnitẽdo de peccato nõ hẽt resignare, ꝫd ꝑt retinẽr. Hęc ille.

¶ Quærẽdũ ergo a clerico uel laico ẽ ꝑ ut uꝫ expedire ſm ꝑsonæ cõditioné si dedit, uel recepit aliq d spũale, uel spũali annexũ, ut sacra bñficia, sepulturas, uel iuspatronat', & huiusmodi ꝑ aliquo tpali, uel pecunia, uel præce, uel obseq o, qa symoniã cõmisit, & ꝑ consequẽs mortal'r peccaui, & q dedit, & q recepit, & qui mediator ad hoc uel cooperator fuit 1.q.1. reperiuntur. Nec in hoc excusat ignorãtia cum sit ignorantia iuris diuini quæ nemi-

nem

minē excusat. Et hoc uerum est si ista præpositio pro, cum dicitur dari pro spirituali importat appræciationem, uel commutationē, ut causam principaliter mouentē, ita. s. quòd illud tēporale fit ut præcium rei spiritualis, uel propter hoc principaliter detur ipsum spirituale. Sed si pro importat causam finalē uel adminiculatiuam, ut scilicet, si detur aliquid temporale in collatione seu receptione spiritualium ob reuerentiam sacramentorum, uel ad sustentationem ministrorum & ad seruandum pias consuetudines in huiusmodi & non ut præcium ipsorum, non est ibi symonia, ita tamen quod cesset omnis pactio & conuentio. 1. q. 2. quampio. Sed & sine pacto etiam cum subtrahuntur talia scilicet spiritualia, & maximè sacramenta à non dantibus pecuniam, vel exiguntur à non ualentibus dare, uel etiam a ualentibus: sed non uolentibus dare extorquētur precipue ante collationem spiritualium, multum præsumitur de symonia, Secus si libere spiritualia traderentur, & post collationem nolentes dare ēt eogerentur ad dandum, non quidem ut præcium, sed ut stipendium & subsidium ratione consuetudinis ibi existētis. Th. in quodlibet. Spontè autem oblata licitè possunt recipi. 1. q. 2. sicut episcopus. Si autem dans sacramentum, uel aliud spirituale intendat recipere pecuniam & huiusmodi aliàs non datur, dās etiam prædicto modo aliquid temporale, ut pecuniam & huiusmodi, non ut præcium sed vt eleemosinam nulla interueniēte pactione siue exactiōe erit symonia, nō quidem in recipiente sacramentum, sed in dante, quæ tamē symonia quia mentalis est sola pœnitētia purgatur, quia nullam censuram ecclesiasticā inducit, extra eo, mandato, & ita ecōuerso quādo dans spirituale intenderet libere dare, & recipiens intenderet, quasi præcio emere ex eo quod temporalia dat. Vnde nota. quòd aliquādo symonia committitur ex parte utriusque, cum scilicet dans ordinem, uel beneficium, uel aliquod spirituale facit pactum cum recipiente, uel utrique habent intentionem ad temporalia pro spiritualibus commutanda. Aliquando ex parte neutriusq; ut consanguineus dat aliquid non episcopo, sed consiliario episcopi, ut conferat beneficium, uel aliud ignorante eo qui recipit, & episcopo. Aliquando ex parte dantis spirituale tantum, ut cum dat principaliter ea intentione quòd habeat temporalia quod non intendit recipiens. Aliquando ex parte recipiētis tantum, ut cum ipsæ dat aliquid tēporale pro spirituali principaliter, uel ordinatori, uel alteri: ipso tamen ordinatore ignorāte, uel hoc non intendente.

Cautio utilis p sacerdotibus.

Symoniæ pulchra distinctio.

¶ De præcibus, quę dicūtur munus à lingua, quando, uel quomodo inducant symoniam. Nota distinctionem quæ fit à doc. Aut enim quia porrigit præces pro se, aut altero, scilicet ut obtineat beneficium, sacramentum, uel aliquid aliud spirituale, & si porrigat præces pro se, pro obtinēda dignitate, uel beneficio seu ecclesia habente curam animarū, tales præces inducunt symoniam secundum Hug. Ray. & Hosti. Tho. 2. 2. & in directorio iuris lib. 3. etiam quantumcunque aliàs esset dignus, quia eo ipso quòd se ingerit præsumptuosus, & ambitiosus uidetur, & per consequēs indignus. Et ratio est secūdū Th. in qd libet, q. a nullū pōt exercere curā animarum extra gratiam, seu cum peccato mortali digne, quia faciendo ea quæ pertinent ad curam peccabit mortaliter, sed nemo scire potest, si est extra mortale peccatū, & sic est p̄sūptuosus, & symoniacus. Vnde & null⁹ dēt sibi assumere honorem: sed qui uocatur à Deo tanquam Aaron, ut dī ad Hæb. 5. & sic uidetur facere contra ius diuinum. 8. q. 1. in scripturis 1. q. 1. ordinationes, extra de elec. qualiter. Multo magis est symonia, si aliàs est indignus, puta quia illiteratus, uel notorius fornicator, & hmōi. Si aūt porrigit præces p̄ se pro beneficio simplici, & indigeat, nec indignus est eo pp aliquod impedimento nō est symoniacus, nec peccat secundū Ray. Tho. & alios, extra de præb. c. 2. Si uerò non indiget peccat. 1. q. 2. clericus, secundū Ray. & multo magis si esset indignus Guil. tamen & Bar. dicunt q hæc opinio est Duran. & credūt q ex quo aliquis est, pmotus ad sacros ordines, cū hmōi ordinatio titulū ecclesiasticū requirat, pōt petere bñficiū ecclesiasticū licet abundet in tēporalibus, & nō solū simplex, sed ēt bñficiū cū cura pōt petere si est dignus, exēplo Esa. qui dixit. Ecce ego mitte me. Tñ istud ultimū dictū nō uidetur tutū, nec tenēdo, cū solēniores doctores cōtrariū dicāt nec exēplū inductū multū valet. Nā Esa. ad p̄dicādū mittebat, nō ad præfidēdū. Vidit ēt prius se purgatū 8. c. 1. in scripturis qd de se nullus pōt scire. Vnde dicit Nic. de Lyra. super illo passu. Ecce ego mitte me. Esa. 6. Se offerēdo nō peccauit, quia ante dispositū sē uidit p̄ purgationē. Et super illud qd sequitur. Vnde &c. s. ad arguendū peccata regni Iudæ. Pro sacramētis uerò, uel alijs spiritualibus non reperitur prohibitū præces porrigere pro se si ē dignus, §. 4. Præces pro se.

gnus excepto tamen religioso, q̃ velle nō habet 12.q.1. non dicatis. Et præcipue ad ordines promoueri nō dēt nisi de volūtate prælati, extra de tēp. or. c.ad aures. ¶ Si āt præces p alio. porrigantur pro alio, tūc aut sūt præces spūales, aut carnales. Si carnales, tunc aut pro digno, aut indigno. Et si quidem p indigno, symonia committitur secūdū oēs doc. j.q.1. de ordinationib. Si uerò præces sint pro digno, puta q̃ illi qui præcātur attēdūt ad parētelā principaliter, si tamen superior non habeat respectum ad præces: sed ad meritū promouēdi. s. ad ordines, uel beneficium, non committit symonia extra de æta. & qua. or. c. tuā. Imo si cōsanguineus dignus est, plus tenet ei p̃latus extraneis ꝓuidere. ar. extra de cohabitatione cleri. & mu. c. 1. Hæc in directorio iuris Th. aūt in 8. dicit. q̃ qñ quis dat aliquid spūale p laude acquirenda, vel p fauore quē expectat ab eo cuius præcibus satisfacit, non est dubiū quin symoniā cōmittat. Et similiter si hoc faceret ad euitādū aliq̃ periculū, uel malū q̃ potest inferre præces porrigēs si nō exauditur, puta, aliquis potēs. Et hęc dñr præces armatæ. Quando ergo præces sūt p indigno satis apparet, q̃ nihil aliud mouerit nisi fauor, & auxilium aut periculū euitādū. Et dicitur fauor ēm Catholicō, auxilium, laus, & assensus. Et iō manifestē symonia cōmittitur si p̃p hoc bñficiū ecclesiasticū detur. Si āt p digno fiāt præces, quātū ad iudiciū hoim, p̃babile uidetur. s. q̃ magis moueatur intuitu dignitatis p̃sonę quā fauore præcum, & ideò non reputāt symonia. Si tñ principaliter moueāt fauore præcū, uel timore rogātis, quātū ad diuinū iudiciū symonia cōmittit, & rogatus & rogās si hoc intēdat, siue aliquis roget pro se, siue p alio. Dicitur aūt in directorio iuris li. 3. q̃ siue p alio roget, siue electores, siue quoscunq; alios ēt pro indigno, siue p dignitate, siue pro bñficio, nō dicitur bñficiū habere symoniacē, licēt iniustas præces funderet, nisi faceret intēdēs obligari collatori beneficij ex præcibus, uel exonerare ipsum, qué rogat ab aliquo seruitio quod ei fecerat p exauditionē præcū. Idē. n. puto remittere Remitte re & da re idē. q̃ dare. 1.q.1. si qui sunt. Et pōt esse ratio, quia ad hoc q̃ sit symoniacus, oportet q̃ interueniat munus. 1.q.1. sunt nonnulli. Hæc, aūt non pro munere dantur secūdū Tācre. & Guil. Si a se, uel ab alijs præces porrigātur prælatus solū Deū in promotione, & nō potētia attēdat, uel diuitias singulares, tūc licēt symoniacus fit, qui ita male rogat, extra eod. ti. c. suā, nō tñ qui rogāt est symoniacus, nisi dās bñficiū, seu dignitatē præces secutus sit, & p̃p præces dederit, ut colligitur a cōtrario sensu de æta. & qual. or. c. tuā. Sed & si præces pro indigno secutus esset, nō tñ renūcia re tenetur, nisi expræsisset, q̃ propter præces fecissent, exrra eod. cap. fin. Quod si dedit pecuniā alteri, vel præces porrexerit alij ex pacto, q̃ propter datā pecuniā, uel præces porrectas, det operam q̃ habeat beneficiū, idem est ac si dedisset collatori beneficij. 1.q.5. ca. præsentium. Nec distinguit q̃ fiant præces pro digno, aut carnaliter aut spiritualiter, cū ex hoc ipso sit indignus, & sint præces carnales q̃ ex pacto uult habere beneficiū. Si uerò adulationem facit, ut beneficium habeat, potest dici munus ab obsequio & reputādus est symoniacus. 1.q.j.c. ordinationes, non tñ tenetur illud beneficiū resignare, ar. extra. e. c. fi. Hæc not. Ber. Inno. & Host. extra. de æta. & qual. or. c. tuā Hęc ibi. Et sic uidetur cōclu Præces inducūt symoniā. sione istæ dicere p̃ præces quandoq; inducūt symoniā, nō tamen ponitur iudicio ecclesiæ, uel cēsura ecclesiastica iuris, nisi fiat pactio, vel aliqua cōuentio. Propter hoc ēt Ant. de Bu. super c. tua nos extra eo, sic dicit inter cęt era. No. q̃ datio tēporalis relatiue ad causam dationē iuris spiritualis, expræssè excusat symoniā mentalē, de qua Deus iudicat non ecclesia. Et si q̃ operatur pactū expræssum quo ad ecclesiā solā, & simplex mens ēt uerbis non expræssa apud deum operatur. Not. ēt quòd simplex rogatio sine promissione tēporalis, & sic simplices præces symoniā non inducunt, de quo extra de æta. & qual. or. c. tuam. Hæc ille, quod uidetur intelligendū ut supra. Vnde in fine dictæ decretalis quærens utrum sola datio siue pactio correlatiua ad inducēdum dationē iuris spūalis inducat symoniā. Recitatis pluribus opinionibus sic cōcludit. Io. An. dicit tenēdū quòd in omnibus sola intentio non inducit symoniā nisi mentalem, hæc aūt sola pœnitentia purgatur extra eo. mandato. Idem sentire uidetur Richar. 4. in simili casu, ut in §. se. ¶ Præces autem spirituales iustę sunt, & ideò in eis non committitur symonia. 1.q.1.c. latorem.

§. 5. De symonia ex obsequio. ¶ De munere ab obsequio. No. distinctionem doc. Ant. n. obsequiū est corporale, & illicitū, aut corporale, & de se licitū, aut spūale. Si obsequium est inhonestū, ut quia seruit prælato in faciendis usuris, mercantijs, uel lenocinijs pro ea aut ēt ad carnalia deputatum, ut quia seruit ad utilitatem consanguineorum suorum uel patrimonij sui, tūc seruiens in hmōi pro habendo ordinem, uel beneficio, uel alio

spiri-

ſpirituali ſymoniã cõmittit, & conferens, propter hoc obſequium aliqđ ad ſpirituale 1. q. 3. c. ſaluator Tho. 2. 2. & Duran. & Richar. Si autem obſequium de ſe ſit honeſtum, uel ad ſpiritualia ordinatum, puta laborat pro eccleſiæ vtilitate eundo Romam, uel aliàs laborat in ſeruiendo prælato in officio aduocandi, vel aliàs dicit Richard. in 4. q̃ ſi ſine pacto aliquo ſeruit ille, qui ſeruitium recipit ſi eum remunerat aliquod beneficium eccleſiaſticum conferendo, ſi tamen aliàs dignus ſit non peccat, niſi principaliter habeat reſpectum ad ſeruitium receptum pro quo ei illud conferat, qa tunc eſſet ſymonia ſecundum ipſum Thom. & Duran. Et ſubdit Richar. Clericus ſeruiẽs epiſcopo in ſpe futuræ tributionis ſymoniam non committit ſi ſine omni pactione, & conditione ſeruiat, & principaliter hac intentione nõ ſeruiat, nec epiſcopus pro hoc directe prębendam ei aſſignat extra de ſymo. cap. cum eſſent, in glo. Si autem ſeruiat principaliter cauſa obtinendi beneficium eccleſiaſticum, ſeu intentione, nullo tñ pacto interueniente, quamuis grauiter peccet & ſymoniã cõmittat mentalem, nõ tamẽ incurrit illam ſymoniam quæ obligat ad reſignationẽ beneficij eccleſiaſtici, quod ſymoniacè adeptum eſt, quod põt probari a ſimili per id quod habetur extra de ſymo. c. mandato. Hæc ille. Si aũt obſequiũ eſt pure ſpirituale quod eſſet impoſitum beneficio ſm Guil. tunc indubitanter ex pacto põt conferri beneficiũ, ita q̃ ille promittant tale obſequium, vtputa celebrando talẽ, uel talem miſſam, extra de præb. c. ſignificatũ. Similiter ſm Hoſt. ſi alicui prębẽdæ, uel beneficio eſſet impoſitum onus, quod qui hẽt tenerur docere, põt fieri pactio ſeu exactio promiſſionis, cũ ei conferẽ de tali obſequio exhibendo abſque ſymonia, ſed & alicui prębendæ cui non eſt annexum hoc onus cũ uacat poſſet hoc onus imponi. Recipere autẽ aliquẽ in canonicum eo pacto, ut doceat ſymonia eſt ſecundũ Hoſ. Itẽ ſm Guil. cũ duo ſacerdotes debent celebrare miſſam, onus maiorẽ alius minorem, ſi ex cã cũ dicũt adinuicem, q̃ unus dicat miſſã quæ alterũ tangit, & econuerſo licitũ eſt, maxime ex cã. Et eum dr̃ iſtæ impedit obſequiũ ſpirituale pro ſpirituali, ly pro, non notat cauſam finalem, aut appręciationem, ſed adminiculationẽ, cũ iſtæ non poſſit dicere loco alterius niſi ipſæ dicat loco eius. Dicit Richar. in 4. q̃ licitũ nõ eſſet, q̃ duo adulti baptizandi hãc pactionẽ inter ſe facerent, ego baptizo te eo pacto, q̃ tu baptizes me, quia in talib. omnis pactio, & cõuentio ceſſare debẽt, extra de ſymo. c. tua. Dare. n. aliquid ex pacto, pro ſacramento quãuis ſpũale, eſt illicitum, & ſi nõ omni eo modo quo & dare tpale, tũ quia res à nõ dño emitur eſt cõtra rõnẽ gratiæ. Dicere aũt orabo pro uobis, & rogo uos ut ẽt oretis, p me, & hmõi, in nullo eſt reprehenſibile, quia hoc nõ emitur, uel uendit ſpirituale cũ nulla ſit pactio. ¶ De munere à manu qđ eſt pecunia large ſumẽdo pecuniã pro reb. mobilib. & immobilib. quę tpaliter poſſidenẽ, 1. q. 3. c. totũ. No. ut dicit Duran. in 4. q̃ munus à manu, uel eſt tale, & tm̃ quod præſumitur inclinare affectum ad collationẽ rei ſpũalis pp ipſum, & tunc præſumit̃ ſymonia. Vel hoc tã parum eſt, q̃ non pſumit̃ inclinare affectum ad collationẽ rei ſpũalis, & tũc non eſt ſymonia. Et hoc quidẽ uerũ quo ad iudiciũ eccleſię quę ex exterioribus hoc pſumit. Sed quo ad Deũ, & cõſciam ſp eſt ſymonia, cũ pp qđcunque tpale, quãtũcũq; ẽt parũ deẽ ſpirituale. Et dicit Ant. de Bu. ſup. c. tua nos extra eo, q̃ dare pecuniam uel aliud tpale correlatiue ad recõpẽſationẽ, uel inductionẽ dationis iuris ſpũalis, ſiue cũ pacto, ſiue ſine pacto, ſiue añ, ſiue poſt, inducit ſymoniã 1. q. 1. emendari. Secus ſi purè, & liberè deẽ nõ hac intẽtionẽ. Dicit tñ Hoſ. ut allegat idẽ Ant. ſup c. uenięs, q̃ datione pecuniæ ſine cõuẽtione non cõmittit̃ niſi ſymonia mentalis, quę p pniam aboletur. Et ſufficit ſola cõuẽtio ad inducẽdũ ſymoniã, dato, q̃ nõ ſeruet̃ promiſſũ. ¶ Ad iudicandum ãt ſymoniã cũ dubitat̃ utrũ quis corrupta mẽte dederit munera, ſm Ray. attendenda ſunt ꝑcipue tria. ¶ Primũ, ſ. dãtis, & recipientis qualitas, utrum, ſ. a paupere diuiti, uel econuerſo. ¶ Secm̃ muneris quãtitas, ut ſi res eſt modici, uel magni præcij. ¶ Tertiũ eſt donationis tẽpus, an. ſ. inſtãte neceſſitate, uel aliàs conferatur. Et ſm hoc pſumit̃ pro, uel contra, extra e. c. & ſi qõnes. Qđ intelligẽdũ eſt in foro cõtẽtioſo, ſed in foro cõſciæ attẽdit̃ intentio, & ſm eã inducãt, q̃uis oẽs pſumptiones eſſent cõtra. Idẽ đđ de enſennis, ſ. q̃ ſine pacto, & ñ corrupta intẽtione dãdo non inducunt ſymoniã aſ's ſecus 1. q. 1. iudices eius. ¶ Th. in quodlibet. ſic dicit. ¶ In diſpenſatione ſacrorũ, uel aliorũ ſpũaliũ cũ aliqua recipiuntur ut ſymonia euitẽ tria ſunt neceſſaria. ¶ Primum ut hoc fiat ex cõceſſione iuris diuini, uel humani uel ſaltẽ ſuæ cõſuetudinis. ¶ Secũdũ eſt ut ſit intẽtio pia, & non corrupta. ¶ Tertium eſt ut ſit forma honeſta, ut. ſ. nõ requiratur ante pij officij exhibitionũ ne pactũ interuenire, uideatur, ſed impleto officio poſſunt exigi. Stigitur iſta tria conueniant ſecurè accipiant. Archi.

Pactum in ſpiritualibus eſt illicitum.

Adde ff. ad l. Iulia. de ambit. l. vnica.

Ad iudicandum de ſymonia cum dubitat̃.

chi. Palafredion. pro installatione abbatis.
¶Nota etiam secundum Ioh. de Lig. & Inno. super c. ad apostolicam, quòd si est consuetudo, quòd pro ordine, uel alio sacramento detur tantum ante receptionem eius, non ualet, immo est corruptela. Et si longo tempore seruata est, q̃ pro ordine tali determinatũ, non potest compelli ad soluẽdum, quia si gratis dedit, non præiudicat sibi, nec nata est obligatio; nec si non gratis dedit ex uigore consuetudinis ualet, quia fuit corruptela. Sed si ex statuto, uel consuetudine detur aliquid pro ordine, uel alijs spiritualibus post receptionem eorum ualet, ut in consuetudine Venetorum ubi quarta omnium mobiliũ morientis datur episcopo. In Britania uerò tertia pars, & possunt ad hoc cogi. Ioa. autem Veneti hoc dant quia nil soluunt pro decima. Hæc ille. Anto. autem de Bu. super capitul. in ordinando extra eo. sic dicit. Pro spiritualib. non est licitum aliquid exigere, nec etiam aliquid sponte offerre, per istud capitulo, quod non solum prohibet in exactis, sed etiã in oblatis. Vbi tamen non datur pro spiritualibus, bene licitum est aliquid gratuitum recipere, dummodo non fiat ex pacto expresso uel tacito ut in cap. & si quæstiones. Quod autem dicit istæ pro spiritualibus non esse licitum etiam sponte offerre intelligendum est prout ly pro importat appræciationem promissam pro eo. ¶Sed si quis per hypocrisim cum prętendit speciem sanctitatis promouetur ad ordines, uel beneficia nulla interposita conditione uel pacto secundum Raynu. resigare non tenetur tale beneficium, uel dispensatione indiget, sed pœnitentia interiori, extra eodem c. mandato, immo secundum Tho. ubi, supra, non est ibi symonia. ¶Item nota quod ille, qui dat præbendam uel aliquod beneficium principaliter ratione consanguinitatis uel propter affectionem alicuius amicitiæ tẽporalis, siquidem intendat solum bonum tẽporale illius cui datur, & non alterius, quamuis grauiter peccet, non tamen symoniam cõmittit, quia non uendit cum nihil accipiat. Sĉ si in hoc intendat aliquod bonum in seipsum, redundans, scilicet quod magnificetur per hoc, & nobilitetur domus sua, uel quod ipsæ in consanguineis sit fortior, uel si hoc pacto uel intentione beneficium concedit ut beneficiatus faciat recompensationem temporalem sibi, uel suis consanguineis, symonia est. Hæc Thom. in 4. & in 2. 2. & in quodlibet. Item qui debitori suo dat aliquod spirituale ut recuperet quod suum est, absque dubio symoniam committit secundum Thomas in 4.

Veneti nihil soluunt de decima.

De hypocrisi.

Consanguinitas non cõmittit symoniã.

¶De pecunia autem symoniacè recepta, siue pro ordine dato, uel beneficio, uel pro sepultura, uel pro ingressu monasterij, uel pro præsentatione quo ad patronos ecclesiarum uel pro mediatione, uel ad hoc ut procuret quis alteri spiritualia, & huiusmodi quid fieri debeat. Nota secundum doct. quod tale pecunia retineri non potest, nec etiam debet reddi ei qui dedit, quia ille turpiter dedit, sed secundum Ber. debet dari illi ecclesię in cuius contumeliam data est, extra eod. de hoc articulo 17. q. 4. si quis in atrio. Vnde sit quis est ordinatus non habens beneficium, pecunia ab eo accepta symoniacè debet dari ecclesiæ cathedrali. Si autem est ordinatus ad titulũ alicuius ecclesiæ uel beneficij, illi ecclesię uel beneficio applicabitur, secundum Guil. & Vl. Si accepta est pecunia uel res alia pro ecclesia, uel beneficio illi ecclesiæ uel beneficio applicabitur, nisi ecclesia fuisset in culpa, quia tunc debet illud pauperibus erogari, ne ecclesia de malo reportet lucrum, puta si totum collegium consensisset symoniæ. Dicit etiam Rayn. quod si talis transiret ad religionem, ex misericordia posset ei reddi ut cum ea transiret, uel etiam si esset pauper, & non sufficerent sua uel etiam si dedisset ex ignorantia secundum Hostiẽ. Idem uidetur dicendum de pecunia symoniacè recepta pro alijs spiritualibus, ut scilicet detur illi ecclesiæ in qua commissa est ita tamen, quod non reportet commodum qui dedit. Si uerò pro ingressu monasterij pecunia symoniacè sit recepta, si capitulum fuit particeps symoniæ, pertransibit, & sic gressus ad aliud monasterium simpliciter cum illa pecunia sibi restituta. Si autem solus prælatus, uel aliqui, & non capitulum, tunc transeundo ad aliud monasterium si est professus, illud secundum monasterium ad quod transit, habebit usumfructum illorum bonorum suorum ipso uiuente. Mortuo autẽ, reuertentur illa bona libere ad primum monasterium, quod uidetur habere locum in his quæ usu non consumuntur uel distrahuntur, ut sunt possessiones. Si uerò dispensetur cum tali quod remaneat in illo eodem monasterio, puto etiam quod poterit dispensari, quod illa pecunia symoniaca remaneat monasterio, ita tamen quod si possibile est quod illi qui fuerunt in uitio non habeant utilitatem. Vel etiam quando non potest pecunia symoniacè recepta commodè applicari loco, ubi uel in cuius contumeliam datam

§. 7.

Non potest retineri pecunia symonialis.

est,

est, puta quia in remotis partibus est, uel cum uideretur inconueniens eam ibi dari. ut cum ecclesia haberetur quasi derelicta pauperib⁹ potest errogari. De fructibus uero beneficiorum symoniacè perceptorum, quid iu

Idem in fra eod. §.9.i. fi.

tis dicetur infra. Si quis autem reciperet pecuniam ut permittat aliquem intrare ad prælatum a quo uult obtinere aliquid spirituale non committit symoniam. Secus si reciperet ut etiam ipsę persuaderet ipsi prælato ut daret illud spirituale quod quęritur, puta beneficium uel ordinē & huiusmodi, hoc. n. esset symoniacum.

§.8. ¶Dicto de triplici munere quod hī loco prę cij, in uicio symoniæ, nunc uidendum est de quibusdam contractibus, uel actibus in quibus aliquando committitur symonia, qui cōpræhenduntur nomine emptōis, & uenditionis. Et primo de permutatione. ¶Nota ergo

De symonia i ꝓmutatiōibus

secundum Guill. quòd permutatio aut est tātum possessionum, aut beneficiorum aut ecclesiarum, uel dignitatum ecclesiasticarum tantum uel mixtum simul cum temporalibus. Et primo modo utique fieri potest absque uicio symonię puta cum prælatus unius ecclesiæ cum alia ecclesia uel laico etiam aliquam possessionem adinuicem permutant. Et si possessio unius plus ualet quam possessio alterius in quam permutatur, potest & debet supplere residuū in pecunia, uel alijs rebus ille alter, quousque perueniatur ad æqualitatem, extra de re. permu. c. & si quæstiones. Sed quia ista est quædā alienatio, extra de re. eccle. non alie. nulli, ideò in hoc seruari debet forma alienationis de qua homines infra in. 3. parte ti. 12. c. 5. Si autem est permutatio beneficiorum cum temporalibus, puta cum beneficia inęqualia in possessionibus permutantur, & ideò habens beneficium plus abundans petit sibi alijci certam summam pecuniæ uel alterius, ut ad æqualitatem ueniatur permutationis, potest hoc fieri auctoritate superioris, & ꝙ nō petatur aliquid temporale ab altera partiū ex eo quod suum beneficium plus habet de iure spirituali quam aliud. In his. n. duobus casibus committeretur symonia, primo ualet si talis permutatio fieret inter partes sic adinuicem pacisscentes, & permutantes sine offō superioris secundo si etiam ex officio superioris fieret talis permutatio etiam aliquid temporale daretur ab eo, qui minus habet de iure spirituali in suo beneficio ei qui plus habet in suo & hac ratione, extra de re. permu. c. ad quæstiones. Sed si plus daretur ex eo ꝙ aliud beneficium in quo fit ꝓmutatio habet plus de temporalibus, & præcisè hoc respectu fieret, & non etiam partim respectu spiritualium iurium, non esset symonia. Si autem fiat permutatio simpliciter de beneficio ad beneficium, uel de ecclesia ad ecclasiam cum suis iuribus, ꝙ possessionibus tunc si fit hoc auctoritate & pactione partium tātum est ſymonia, sed si fiat ex officio episcopi non est symonia. Potest. n. episcopus trāsferre personas, & facere permutationes. Partes autem de hoc adinuicem conferre non dīt, secundū VI. Inno. dicit quod possent dicere episcopo, tali melius competeret ecclesia mea, & mihi sua, & huiusmodi. Idem Hosti. Sed Guil. dicit, quod partes quæ faciunt permutationem possunt sibi inuicem intimare uoluntatem suam absque pacto aliquo. Ioh. autem de Imol. super cle. ne. concessione, de re. permu. dicit quod glo. super illud uerbum cle. uolentibus. arguit quod tractatus de permutando potest inter partes præcedere permutationem. Nec ob. c. quæsitum de re permu. quia ibi non loquitur de tractatu de permutando, sed de ipsa permutatione, quæ non debet expediri per partes, sed ex mero officio iudicis. Et idem notat Pau. Idem etiā dicit gl. dictæ cle. quod in resignatione dicti beneficij, potest exprimi quod illa fiat ex causa permutationis, & ideò fieri potest secūdū Guil. qa ius hoc permittit, ut supra. c. c. unico li. 6. Quamuis. n. de rigore resignatio debeat esse libera, & nulla debeat adiectio. 1. q. 2. ¶ pio, tamen hoc procedit ex ęquitate scripta quæ prænalet rigori ex quo scripta est. C. de iudi. l. placuit. Idem etiam dicit quod quamuis Inno. dicat ꝙ ubi essent præbendæ unius ecclesiæ parochialis & uniformis cōditionis, sola sed esset diuersitas tēporalium, tunc posset canonicus cum alio canonico eiusdem ecclesiæ ꝓmutare ꝓbendā sine auctoritate superioris, & unū tpali cū alio tpali. Nam aliud canonia, aliud præbenda est. Tutius uidetur quod dicit Hosti. scilicet quod non fiat talis permutatio sine auctoritate superioris. Cum .n. præbenda sit de annexis spiritualibus, idē iudicium sicut & de spiritualibus, Dicit autem Ioh. de Imol. ante factum hoc esset tenēdo ut tutius, & ne detur uia fraudibus, & symonijs, & tamen prius factum forte procederet opinio. Inno. ar. no. ī simili de elec. c. nihil. est, super gl. 1. Ioh. autem de Li. dicit hic omnino necessarium, ne dum honestum ꝙ fiat auctoritate superioris mouetur, quia necessarium est in permutatione collatio noua,

extra

extra eo.c.unico.li.6.Et ideò cum præbendę sint annexæ iuribus canonicalibus, sicut ius canonicale non potest de uno in aliud transferri sine auctoritate superioris sic nec præbenda. aliàs separaretur ius canonicale a iure præbendæ, quod fieri non potest per priuatos.

§.9. De symonia p mediatorem.

¶De symonia quę committitur per mediatorem.Nota secundum Host. in sum. quod si quis offerat pecuniam uel præces pro me uel promittat pecuniam, si expręsse contradixi non obest mihi,extra eo.c.sicut tuis. Secus si me sciente,& consentiente, tunc dicor interponere uoluntatem meam,& ideò quantumcunque occultum sit symonia est, & renunciare debeo si animam saluare uolo. Si uerò hoc fit me pęnitus ignorante, & ab inimico meo uolente promotionem meam impedire de qua speratur, nõ committitur symonia quo ad me,ne ex dolo suo reportet quod intendit,extra eo.c.sicut tuis. Si autem amicus meus dedit pecuniam pro promotione mea symoniacè promouetur,sed non sum symoniacus scilicet cum fit me ignorante tamen renunciare teneor extra eo.de symo.c. de regularibus concordant cum eo. Innoc. Sed Guil. dicit quod si me nesciente promissa est pecunia pro mea promotione quam postea solui, uel etiam iam solutam restitui, licèt grauiter peccauerim,& licèt in male factis ratihabitio retrotrahatur & mandato comparetur, pôt tamen episcopus dispensare, quia reuera non fui symoniacus in receptione beneficij sicut notat Tãcre. extra eo. sicut nobis. Concessio talis ut dicitur in directorio iuris,censetur symoniaca, & allegatur ibi ad idem Ber.& Host.Richar. etiam in 4. idem uidetur sentire, & sic tenetur renuncia re.Dicit etiam Inno.super c.tanta, extra eo. quod si quis obtinuerit ordinem uel beneficium alio dante pecuniã non ordinatori, nõ est symonia etiam si sine pecunia nõ erat obtenturus ar.1.q.6.§.fi. Si autem ipsę ordinatus pecuniam dedisset, etiam si sine pecunia habiturus erat ordinem, symonia est ar.1.q. 3.c.ult.& q.6 c.1.Idé Vlri. Qui dat pecuniã alicui ex familiaribus prælati, ut det sibi ingressum ad ipsum cum intendat quid spirituale, ut ordinem uel beneficium obtinere, symoniam neuter committit. Sed si dat ut faciat uerbũ pro eo ad persuadendum,uel consulendum prælato de collatione alicuius spiritualis symoniam uterque committit 1.q.1. quicunque. Pecuniam autem quam recipit mediator simoniæ pro se retinere non potest sed dare debet, ut dicetur in §. sequenti.

§.10. Transactio quid est utrum sint licita.

¶De transactione quę aliquando inducit symoniam in spiritualibus. Nota primo quid sit. Ad quod dicunt doc. quod est de re dubia, lite incerta, necdum finita, non gratuita pactio.ff.eo.l.1.Litem autem intelligas potestatem uel futuram, quia etiam ante litem fieri potest trãsactio.Nota secundo quòd Inno. extra de transac. c. statuimus in glo.dicit sic.Quidam dicunt, quod in spiritualibus potest interuenire compositio, transactio nunquam. Nos licitam esse dicimus transactionem,& permutationem in spiritualibus, dummodo extra utraque parte tantum interueniat spirituale, & nihil temporale,ut in c.statuimus, & c. de cętero,& extra de deci.c.extra multiplici,& de re.permuta. c.ad quæstiones. Idem dicimus de beneficijs si petantur iure potestatis,puta quòd una ecclesia petit ab alia præbendam, quam dicit ad suam collationem pertinere. Sed si aliqs clericus petiti sibi beneficium non est licita transactio etiam si utrique detur spirituale, extra eo.constitutus. Compositio autem interuenire non potest extra eo.c. super eo. talis scilicet quòd ille cleticus, qui ius non habet, uel non habere creditur, penitus iuris suo renunciet, sine aliqua datione, uel etiã quòd aliud ius habens recipiatur in canoni cũ sine datione aliqua. Hæc ille. Si ergo fiat transactio in spiritualibus ubi fieri non potest, ut in casu dicto uel ubi fieri potest, puta inter spiritualia cum mixitione, & interuẽtione temporalium erit symonia. Amicabilis autem compositio ad mittitur, etiam ubi non esset licita transactio, secundum Hosti. quæ si fiat sine auctoritate iudicis,personalis est,& ideò cum personis extinguitur. Si autem auctoritate iudicis realis est nisi per iudicem aliud dictum sit, sic loquit extra eo.statuimus. Quamuis autem amicabilis compositio facta auctoritate superioris teneat mero iure, tamen restituetur ecclesia si ex hoc grauitur lędatur argu. extra de rest.in inte. c.1.

§.11. Renunciatio quid ẽ.

¶De renunciatione.Nota primo quid sit.Dicunt doc. q̃ est iuris proprij spontanea refutatio. Iuris proprij refutatio dicitur: quia iuri alieno renunciari non potest, nisi cum quis esset constitutus procurator pro altero & super hoc haberet speciale mãdatum. Potest.n. quis renuncire sicut per se ipsum,ita per alium nomine suo extra de offi.dele.c. cũ olim. Spontanea dicitur, quia si non esset

spon

Adde quod istud hētur C. de post. l. postq & ff. de ędil.ed. l. Quæritur. §. si uendi tor.

ſpontanea ſed coacta, non obeſſet repetere volenti eo. c.ſuper hoc. ¶Secundo nota q effectus renunciationis eſt, ut qui renunciauit ad id cui renunciaui regreſſum non habeat, niſi ex nouo iure concedatur, uel antiquo ſibi reſtituto iure, extra eo. cum inter, & c. ex tranſmiſſa, & 7.q.1. quam periculoſum. ¶Nota tertio quod fieri debet in manib⁹ ei⁹ à quo habetur inſtitutio, & cōfirmatio extra eo. admonet. Fallit tamen in epiſcopo, qui non poteſt renunciare epiſcopatui, niſi in manibus papæ extra de renun. niſi cum pridem etiam non conſecratus dummodo electus & confirmatus, extra de tranſla. c. inter corporalia. Fit autē communiter renunciatio dēt in ſcriptis 7.q.1. ſicut vir. §. ecce. ¶Nota quarto, quod renunciatio officij, & beneficij eccleſiaſtici, debet eſſe uoluntaria. Nam inuitus non cogitur renunciare, 7.q.1. quamuis, & debet fieri purè & abſolutè, extra de offi. deleg. c. ex parte. Nam ſi quis renunciat alicui beneficio uel rei ſpirituali, uel reſignat aliquod ſpirituale aliquo temporali dato uel promiſſo, ſymonia eſt ſecundum Goff. & Hoſtien. 8.q.3. talia. Quod ſi non procedat datio uel promiſſio, ſed ſit ſola intentio, ut ſcilicet ſolum renunciet beneficio hac intētione ut detur ſibi aliquid temporale, alias non renunciaturus ſymonia mentalis eſt quæ p ſolam pœnitentiam aboletur, extra eo. mandato. Sed ex quo nulla pactio interuenit, ab eccleſia non punitur. Sed ſi quis renunciat beneficio ea intentione, ut detur nepoti uel alteri nulla tamen de hoc facta pactione vel cōuentione, nulla incurrit ſymoniam. Renuncia re autem beneficio ut detur alteri eſt ſymoniacum, quia prohibitum ſcilicet ex iure poſitiuo. Sed non eſt hoc prohibitum ſimpliciter, ſed ſecundum iſtum modum, cum unde licet hoc ducitur in pactum 1.q.2. quam pio. Guil. Vl. Inno. Goff. Si autem quis habet uoluntatem deliberatam renunciandi beneficio cum intentione & propoſito pacíſcendi ut alteri detur, in illo eſt ſymonia mental. Efficatius autem eſt ab eccleſia punienda cū procederet ad actum ipſum pacíſcendi in renunciatione. ¶Nota quinto quod cum quis habet literas à ſede apoſtolica ſuper prouiſione ſibi fienda de aliquo beneficio, ſi renunciet talibus literis pro aliquo temporali, pecunia uel penſione facta pactione, ſymonia cum eſt ſecundum Hoſt. & Inno. Nam ex illis literis habet ius ad petendum ſpirituale. Tale etiam priuatur literis & penſione, ſi p hoc reciperet penſionem. Sed ſi ex officio iudicis, uel bonis uiris mediantibus purè renūciat, & ex altera parte aliquid temporale datur ei, non eſt ſymoniacum, ut colligitur extra de renunc. c. ſane. Similiter ſi renūciet talibus literis ex eo quod aſſignatur ſibi ſpirituale ideſt beneficium, non eſt ſymonia, etiā ſi ex hoc pacto renunciet. Eſt enim quaſi permutatio de ſpirituali ad ſpirituale, ſecundum Hoſt. & Innoc. qui hoc notant extra de reſcrip. c. ad audientiam in glo. ¶Nota ſexto ſecundum Ant. de But. ſuper c. non ſine, de arbi. quòd licēt ualeat compoſitio auctoritate ſuperioris ſit pro beneficio quod dimittitur detur aliquid temporale, extra de præben. niſi tamen ualet ut detur aliquid auctoritate inferioris uel paris in quem compromitti tur. Et ſicut committitur ſymonia per datio nem pecuniæ pro beneficio conſequendo ita in eo, & pro eo cedendo. Et quod non ualet renunciatio litis ſuper beneficiali pecunia ſūſcepta pro renunciatione. Dicit tamen idem Ant. quod ſecundum Inno. ut detur pecunia ſuper renunciatione litis, non eſt ſemper ſymonia, ſed aliquando. Sed quia hoc tenet ſpeciem ſymoniæ ideò hoc reprobatur. Declaro. Nam ſi daretur pecunia non habenti ius, ut cederet liti, hoc non eſſet ſymoniacū nec iniquum. Item ſi daretur pro bono pacis non ex pacto partium: ſed promiſſione arbitrorum non in reſpectu ad beneficium, de tranſac. ſuper eo. Sed ſi daretur ius habenti pro redimenda iuſta lite ab habente ius, & in reſpectu ad ſpirituale, hoc eſſet ſymonia. ¶Nota ſeptimo quod epiſcop⁹ uel alius qui ſymoniace tenet beneficium ueniens ad mortem ſi uult ſaluari, debet renunciare, ſecundum Hoſtien. mente, & in omnibus confeſſoris ſi non poteſt habere eum in cuius manibus ordinarie debet renunciare, & ſub hac conditione renunciabit ſi placuerit papæ uel alteri ad quem ſpectaret collatio eius. Et ſi conualuerit uadat quam citiſſimè ad eum, & pareat ei. Et caueat ne moram præbeat, nec fructus ſibi appropriet ſed fideliter cuſtodiat, uel in utilitatem eccleſiæ expendat. Pōt tamen uitæ neceſſaria ſtrictè recipere diſt. 86. c. paſce.

¶De cautione uel promiſſione in collatione §.11.
ordinis, beneficiorum uel aliorum ſpiritualium. Nota quod omnes doct. in hoc concordant, quod poſt ordinationem factam, uel electionem, poteſt exigi, & fieri cautio & promiſſio ab electo, uel ordinato per ſuperiorē, & per capitulum, ſiue electores abſque uicio ſymoniæ, niſi procederet illa promiſſio ex pactione

ctione facta ante electionem de hoc, quia tic induceret symoniam 8.q.3. Artaldus. Et dñt Host. & Vl. quod post electionem ante confe crationem, & confirmationem possunt superiores requirere ab electis cautiones debitas, & honestas, extra de elec. c. significatum. Et etiam electores secundum Vl. & ratio est quia post electionem nihil speratur ab eis. Et non solùm capitulum & prælatus potest hoc exquirere, sed etiam rex, dummodo hoc nõ fiat ex præcedenti pactione. Potest etiam tã capitulum, quam superior post electionem ex causa inuenire nouas cautiones & promis siones, dummodo sint iustæ & utiles, & eas exigere ante consecrationem, uel etiam uacante beneficio possunt aliquid statuere, & electus tenetur illud seruare. Sed ante electionem uel promotionem an possit requiri cautio uel promissio aliqua Ray. & Goffr. & Vl. dicunt quod possunt à superiori suo, seu prælato absque uicio symonię, sed non ab electoribus. Sed Guil. & Host. dicunt quod nec à prælatis nec ab alijs ante electionem uel promotionem licet requirere cautionem absque symonia. Et ista est tutior opinio. Item nota secundum Richar. quod ille, qui pactum facit & promittit patri adiuuare filium, ut ei conferatur beneficium, uel si ipsę est episcopus promittit patri pro dando beneficio filio suo ipso filio hoc nesciente, si postea pactum obliuioni tradens dat illi filio beneficiũ vel adiuuat eum ut ipsi conferatur, & hoc facit purè & intuitu pietatis, non est irregularis autem symoniacus, quia tale secundum Dei iudicium reputatur recessisse a pacto re integra, & hoc nisi ex prius facto illud quod in pactum positum fuerat scienter recipiat. Nec etiam ille reputatur symoniacus, uel tenetur ad resignationem beneficij, qui beneficium fuit consecutus ex promissione facta patri, quod scilicet daret filio tale beneficium si desisteret a tali uel tali malo.

Non licet ante electionem petere cautionem.

¶De redemptione spiritualium. Nota secundum Ray. quod spiritualia sicut uendi, & emi non possunt, ita nec redimi, extra de symon. c. quærelam, nec aliquo dato, uel promisso, uel retento possideri. Et intellige secundum Guil. quod talia non possunt redimi aliquo dato uel promisso, uidelicet ei qui iustè possidet. Nam dando ei qui iniustè possidet ab eo cui debentur, iustè redimi possunt. Hoc est enim redimere non spiritualia, sed uexationem suam. Illa enim spiritualia iam sua erant. Vnde redimens decimas clericus à laico iniustè detinente, nec uolentre dare nisi pro pecunia, symoniã non cõmittit cm Host. sed bene laicus qui recipit pp hoc pecuniã. ¶Item si alicui clerico uel etiam laico nullũ ius habenti in electione, sed malitiosè uolenti eam impedire quia dat aliquid ne impediat, dicit Ray. quòd si nondum est ei ius acquisitum, puta quia nondum est electus, symonia est. Secus si iam est ei ius acquisitum, extra, eo. cap. dilectus. Dicit autẽ Guil. quòd si tali non habenti aliquod ius electione, & uolenti impedire simpliciter ne fieret electio aliqua, posset totum capitulum dare aliquid & hoc esset redimere uexationem suam. Sed non posset dare, si ille impediret ne de isto uel illo fieret. ¶Item cum quis est iustè excommunicatus, uel suspensus, uel interdictus, si dat aliquid pro sua absolutione uel restitutione symonia est in dante & in recipiente, secundum Hug. Hosti. & Vl. ar. 1.q.j.c. nullus, extra. e. nemo. Sed ubi quis iniustè est excommunicatus, su spensus, uel interdictus si dat aliquid pro sua absolutione uel pro restitutione sui officij, beneficij, uel communis, secundum Hug. 16.q.7. decimas quas in glo. & Hosti. symonia est ex parte recipientis pecuniam, non ex parte dantis. Nam dans nullum ius acquirit, sed dat ut acquisitum retineat, quod licet ar. 1.q.3. quæsitum. Guil. tamen dicit etiam dante esse symoniacum. Debet. n. recurrere ad superiorem. ¶Item si quis dat pecuniam quærenti facere eum remoueri ab officio, & beneficio quod iniustè, & non canonicè obtinuit, uel iniustè detinet ne hoc faciat, symonia est in utroque. Sed si iustè acquisiuit, & tenet, & iniustè qui uult expellere eum, licet redimere uexationem suam. Et in dante quidem non est symonia, sed in recipiente pro hoc pecuniam, secundũ Tho. ¶Item secundum Guil. si ecclesia mea uel prębenda me remoto alteri fuerit assignata, si pro præcio eam recupero, uel redimo, symonia est, siue iustè siue iniustè fuerim ammotus & alius institutus. Sed bene licet ei tueri ius suum, & probare si potest iniustã electionem ut sibi restituat, & etiam ante prinationem liceret, cum iustè tenetur redimere uexationem suam.

Dãs vel accipiẽs aliquid pro absolutione excõmunicationis ẽ symoniacus.

¶De locatione uel cõductione in ecclesijs & beneficijs, & uenditionibus fructuum. ¶Nota primo quòd nec episcopi, nec archidiaconi, nec alij prælati possunt committere uices suas sub annuo cænsu. extra ne præla. ui. su. c. 1. 2. & 3. Cum. n. tale ius sit spirituale, non est dubium quòd pro eo aliquid dare uel recipere symonia est. Sed qp episcopus committat

§. 14.

tat alicui purè,& ſimpliciter uices ſuas,& ta li uicario conſtituat ſalarium,non eſt peccatum,ſed potius ad hoc tenetur. 12.q.2.charitatem.Et ut dicit Hoſti.ſicut pro cõmiſſione iuriſdictionis nõ licet recipere certam pecuniæ quantitatem, ita multo minus licet recipere,quotam.i. partem prouentus. ¶Nota ſecundo ſecundum Hoſtien. quòd prælatus uel rector eccleſiæ præsbyteris illis quos ipſe conducit uel locat fructus eccleſiæ committere poteſt etiam curam animarum dum modo gratis,& ſine pactione aliquia, interueniẽte auctoritate epiſcopi extra de offi.uica.ad hoc. Sine auctoritate epiſcopi imminẽte profectione, neceſſariò poſſet committi ad modicum tempus, unum uidelicet uel paucos dies:ſed non diu. 10.q.1.per totum, quia nec peregrinari põt ſine licentia epiſcopi,de conſe.diſt.5.c.non oportet. Quod ſi p pecunia committeret, uel locaret, ſymonia eſt. ¶Nota tertio quod cum prælatus uendit omnes obuentiones eccleſiæ commodum iuriſdictionis tranſit cum alijs niſi fuerit exempta iuriſdictio: Per ſe tamen iuriſdictio uẽdi non poteſt nec debet hoc ſecundum Hoſti. ¶Nota quarto quod ſecundum gl. ſuper.c. 2.ne præla.ui.ſu.prelatus iuriſdictionem nõ ſolum ſpiritualem. immo & temporalem tantum uendens, ſymoniam committit. Quod dictum gl.ut dicit Anto.de Bu.intelligẽdum eſt de iuriſdictione temporali, quam quis habet ab eccleſia quæ iudicatur quid ſpirituale. Vnde reſpectu eius a quo ipſa iuriſdictio habet depẽdentiam, poteſt iudicari ſpiritualis,uel annexa ſpirituali. Vnde non mirum ſi ipſam uẽdens committit ſymoniam. Quod autem dicunt Inno. & Hoſt.ſupra.c. 1.eo. ti. quòd uẽdens iuriſdictionem temporalem non committit ſymoniam licèt aliàs grauiter peccet,intelligitur de iuriſdictione tẽporali quã quis habet a poteſtate tẽporali, quæ ne reſpectu ſuæ eſſentiæ nec acceſſorie, nec dependẽtiæ poteſt iudicari ſpiritualis,& ideò ibi nõ cõmittitur ſymonia.Vnde prælatus ſi haberet tẽporalem iuriſdictionem in feudum a principe ſeu domino temporali, ſi uenderet non committeret ſymoniam, quamquam grauiter peccarẽt. ¶Nota quinto,quòd cum loco tibi eccleſiam meã & cum ſis præsbyter locas operas tuas, ut ibi officies,non hiturus ibi alias aliquam iuriſdictionem,non committis ſymoniã ar. 12. q.2.c.charitatem.Et ſecundum Guil.hic non habet locum proprie locatio, & conductio. ſed præsbyter debet gratis facere officium, & ille gratis expẽſas. Porro ſecundũ Goffreſi locatio fiat ultra tempus uitæ locantis,non ualet ultra, quia clericus in beneficio comparatur uſufructuario, qui ſcilicet non eſt niſi ad uitam. 16.q.6.illud. ¶Nota ſexto ſecundũ Inn. quòd cum locatio ſit ultra tempus uitę locantis, ſi quidem ſit factam nomine eccleſiæ & utiliter, ſucceſſor tenetur ad illam extra de ſolu.c.1.& 12.q.2.hæc huiuſmodi. Si autem locatio eſt facta nomine ipſius cuius eſt eccleſia, & non intendebat eccleſiam obligare,nõ tenetur ſucceſſor. Sed ſi condutor ſiue empto iam aliquid ſoluit,tunc ſecundũ Hoſti.tenetur ſucceſſor habere ratum inquãtum pecunia uerſa eſſet in utilitatem eccleſię. ¶Nota ſeptimo quòd licèt rector eccleſię poſſit eam quandoque locare ultra tempus uitæ nunquam tamen poteſt canonicus ultra uitã ſuam locare præbendã ſuam. ¶Nota octauo quòd clericus licitè poteſt uendere fructus beneficijs ſui ad modicũ tempus extra ne præla.ui.ſu.c.fi. Ad totum autem tempus quo uenditor tenet beneficium, uendere quamuis nõ ſit honeſtum non tamẽ eſt prohibitum, ita tamen quòd nil ſpirituale interueniat in tali uenditione, extra de re. permu.ad queſtiones. Poteſt tamẽ gratis cura animarum committere, ei cui uendit fructus. ¶Nota nono quòd ſi clericus uel religioſus uendat panem oblatum in altari a populo uel ceram,& alia ſibi data eleęmoſinaliter & fructus decimarum, nõ committit ſymoniam, quia ſpiritualia non ſunt,nec in aliquo peccat ſecundum Archi.in Roſ. dum modo de his uel de alijs ultra ſuam neceſſitatem ſubueniat pauperibus, ut tenetur. 16. q. 1. quoniam. Et caute faciat ad ſcandalum populi remouendum. 11.q.3.inter uerba.Panem autem benedictum uendere ſymoniacũ eſt ſecundum Vl. & multo magis ius percipiendi decimas,quia ſpirituale eſt. 1.q.1.

§.15. ¶Dicto de contractibus compræhenſis ſub nomine emptionis, & uenditionis in quibus ſæpe committitur ſymonia, nunc declarandum eſt quæ ſin illa quæ dicuntur ſpiritualia,& quæ dicuntur annexa ſpiritualibus, in quorum emptione uel uenditione conſiſtit ipſa ſymonia. ¶Sciendum igitur quòd ſpiritualium quædam dicuntur ſpiritualia per cõparationem ad ſpiritumſanctum, & quædam alia per comparationem ad ſpiritum humanum ſecundum Duran. in.4. & Richar. Et ſpiritualiũ in comparationem ad ſpiritumſanctum,aliqua ſunt ſpiritualia per eſſentiã, ut gratia & uirtutes infuſæ alia per cauſam

Spũaliæ ſunt duplicia.

ut ſacra-

ut ſacramenta, alia per effectum ut officio ecclesiastica & huiusmodi. Et ſpiritualia per eſſentiam nec emi nec uēdi poſſunt, nec de iure nec de facto quantum ſcilicet ad efficaciā transferendi, & acquirendi ea, quia non eſt hominis ea transferre uel dare ſed dei. Videtur tamē quòd de facto poſſint uendi & emi quantum ad ſymoniam contrahendam ut dicit Pe. de Palud. in. 4. quia Symon magus uoluit ſimoniacè emere gratiā illam apoſtolorum, quæ erat caracter epiſcopalis, & gratia miraculorum, ſcilicet quod ſpiritusſanctus uiſibiliter deſcendebat. Similiter ſcientia & uirtutes acquiſitæ quæ dicuntur ſpiritualia per eſſentiam per reſpectum ad ſpiritum humanum, nec emi nec uendi poſſunt.

§. 16. ¶ Quædam alia ſunt ſpiritualia per cauſam, ſicut ſunt ſacramenta quæ ſunt cauſa gratiæ quamuis ſecundum Pe. de Palu. in quolibet. ſacramento nouę legis ſit uirtus per efficaciam ſpiritualis ad cauſandum caracterem uel ornatum, eſt tamen corporalis per eſſenciam, quia ſic eſt ſubiectiue in corpore, quod nō eſt nata eſſe in ſpiritu. Et iſta quidem ſpiritualia de facto uendi poſſunt & emi, nunquam autem de iure & licitè ſed cum uicio ſymoniæ in matrimonio autem quod eſt unū de ſacramentis, licite datur, & accipitur pecunia nomine dotis abſque uicio ſymoniæ, non ex eo quidem quòd ex tali ſacramento non conferatur gratia, ut not. gl. 1. q. 1. quic quid, hoc. n. falſum eſt, ſed propterea quia matrimonium non ſolum eſt ſacramentum, ſed etiam naturę officium. Et ſecundum hoc datur pecunia pro matrimonio ad ſubleuandum onera eius, & non inquantum eſt eccleſiæ ſacramentum ſecundum Tho. 2. 2. Vnde & pro benedictione nuptiarum prohibetur aliquid exigere licet ſponte oblatum recipi poſſit extra. e. c. cum in eccleſia. ¶ Dicit tamē Guil. quod ſi ſacerdos aliquis, puta ad quem ſpectet benedictio nuptiarum, non uult dare licentiam alteri ſacerdoti quòd benedicat nuptias niſi pro pecunia ſiquidem non intendat uendere licentiam benedictionis, ſed pro uidere ſibi de portione oblationum eum contingente, non eſt ſymonia. Et tamen ex certa ſcientia maiore exigat ſummam quam præſumatur debere ualeret portio ipſum contingens, merito præſumi poteſt quod ipſam licentiam uendere uoluit. ¶ Pro baptiſmo autem quòd non ſit danda, uel exigenda pecunia expræſſe habes. 1. q. 1. baptizādis. Vnde ſi ſacerdos non uellet baptizare niſi pro pecuniam, in nullo caſu eſt ei danda. Nam ſi baptizandus eſt adultus, ſufficiet ei ad ſalutem baptiſmum flaminis, ſi tunc moriatur. Si eſt paruulus, in tali caſu ipſe offerens, uel quicunque alius poteſt ipſum baptizare, & debet ſi eſſet puer in periculo mortis. Sed etſi uel neſciret, uel nō poſſet alius baptizare niſi talis ſacerdos, debet potius dimittere puerum ſine baptiſmo mori, quam pecuniam dare ſacerdoti pro huiuſmodi. Non. n. facienda ſunt mala ut ueniant bona (ut ait Apoſtolus ad Ro. 3.) Ita tenēt Th. 2. 2. & in. 4. Pe. de Taran. & Pe. de Palu. & glo. 1. q. 1. baptizandis, & Richar. in. 4. q. qui tamen addit. Aliqui dicūt quòd in tali caſu nihilominus poſſet dari pecunia ita tamen quod dans non intenderet cauſa dare pro ſacramēto, ſed pro uitā da damnatione pueri, & ad remouendam inſaniam ſacerdotis. Secus autem eſt de aliis ſacramentis quæ ſine periculo mortis ex cauſa differri poſſunt. Hæc Richar. quæ opinio fuit Guil. Poſſet etiam emi tali ſacerdote aqua qua eſſet puer baptizandus, ſi aqua ipſa erat purum elementum, ſecus autem ſi eſſet iam conſecrata, ut eſt aqua fontium baptiſmalium, tunc. n. ſymoniam eſſe ſecundū Vl. & 1. q. 1. c. dictum. Eodem modo nec pro confirmatione, nec pro criſmate, nec pro extrema unctione licet exigere, ſed ſponte oblata licite recipiuntur. ¶ Dicit. n. Greg. quod eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis proceſſerit petitione. 1. q. 2. ſicut epiſcopum. Et ſi in his uel quibuſcunque alijs ſpiritualibus aliqua conſuetudine exigantur quaſi pręcium rei ſpiritualis cū intentione emendi uel uendendi, manifeſta eſt ſymonia, præcipue ſi ab iniuſto exigātur. Sed ſi accipiantur quaſi quędam ſtipendia per conſuetudinem approbata, non eſt ſymonia: ſi tamen non ſit eius intentio emendi, uel uendendi, ſed intentio referatur ad ſolā conſuetudinis obſeruantiā, & pręcipue quando quis uoluntarie ſoluit. In his tamen ſollicite eſt cauēdum ab eo quòd habet ſpeciem ſymoniæ uel cupiditatis. Hæc Tho. 2. 2. q. c. ar. 2. ad quartum & extra de ui. & hone. cler. c. ab omni. ¶ Item pro euchariſtiæ collatione non licet exigere, uel ex pacto ſeu quaſi pręcium aliquid dare. 1. q. 1. c. dictum. ¶ Pro celebratione aūt miſſę tanquam præcium nunquam licitum eſt accipere uel dare. Sed ſecūdum Ray. ſi ſacerdos teneatur celebrare, puta quia habens eccleſiam, uel beneficium moſtiaie tenetur tunc exigere eſt ſymonia. 1. q. 3. c. uendentes. Si uerò non tenetur, & deficit ei ſumptus poteſt accipere. 1. q. 1. indices.

Nam

Nam & operas suas locare potest siue ad diē siue ad annū, extra ne præla. ui. su. c. fi. Quod si sumptus habet, & ad hoc non tenetur, aut debet facere gratis aut cessare, alias uidetur facere ex auaritia. Et licet forte quando nō teneretur ad ista non esset symonia eo quod non debet suis stipendijs militare 12. q. 2. charitatem, tamen turpe lucrum est quando fit ex auaritia, uel saltem habet speciē mali. Et in quolibet prædictorum intelligas quod ipsæ gratis debet cantare uel dicere missam, licet aliquid pro sumptibus recipiat, & idem intelligas de alijs officijs diuinis quod dictū est de missa, concor. Tho. 2. 2. Richar. in 4. di cit quod pro anniuersario celebrādo non li cet facere pactum de pecunia danda. Si tamen ex deuotione datur ecclesiæ, ecclesia te netur pro illis celebrare pro quibus datur, se cundum quod pro recepto beneficio magis obligatam se uidet, hæc ille. Et seculares qui dant uel dimittunt certam quantitatem pecuniæ promissis seu anniuersarijs fiēdis inni tentes mori patriæ, quamuis in huiusmodi ex simplicitate taliter loquentium ac si uel lent emere, uidetur quod pie fit interpretan dum factum eorum scilicet quod dent per modum eleæmosine. Sunt tamen admonēdi de hoc & ne dent tanquam præcium missæ.

Sacerdos confitēs pp lucrum ē symoniacus.

¶ Item nec pro penitentia, seu confessione debet aliquid exigi 1. q. 1. quicquid. Et sacerdotes qui audiunt confessiones principaliter intendentes lucrum pecuniæ etiam si nō petant, symoniam committunt mentalem. Si autem exigunt alias non audituri, committunt symoniam etiam ab ecclesia puniēda 1. q. 2. quam pio. ¶ Sacerdos etiam qui nō vult dare licentiam suo parochiano alteri confitendi nisi pro pecunia, symoniam committit, secundum Ray. In absolutione autem ab excommunicatione uel suspensione aut interdicto si exigatur pecunia quasi pœna culpæ præcedentis pro qua fuit excommunicatus, suspensus, uel interdictus, factum quidem nō est symoniacum, nisi sub illa specie intentio fit corrupta. Sed si exigatur tanquam præcium absolutionis symoniacum est secūdum Tho. 2. 2. & Pet. & Host. ¶ Item pro sacramēto ordinis per maxime prohibetur exigi pecunia, & exacta persolui 1. q. 1. c. cum ordinaretur & extra de symo. c. in ordinando. Super quo. c. dicit Ant. de But. Nota tres personas quæ in ordinatione requiruntur. 1. episcopus, minister, & notarius. Nota ēt q̄ sicut principalis ordinatio debet esse gratuita, ita & omnes accedens ad ordinationem dēt esse gratuitū. De episcopo clarum est q̄ si recipiat aliquid pro ordinatione per pactionem, cōuentionem, uel exactionem symonia est. j. q. 2. quam pio, & ca. sicut episcopū. Quinimo si detur pecunia epo ne ordinet p̄ symoniā, symonia est ex parte ipsius epi, sed nō ex parte dantis secundum Tancre. & Bar. Brix. 1. q. 1. nullis. Minister autem in ordinatione de quo loquitur decretalis illa, in ordinādo uel est archidiaconus qui habet examinare promouendos, uel est ille qui vocat promouendos secundum docto. uel ille qui respondet in scrutinio ordinandi ſm formā c. 2. de scrutinio, uel est ille minister qui legit euangeliū scilicet cum fit ordinatio secundum Goffr. & quilibet horum si pecuniam reciperet pro illo ministerio symoniā cōmitteret. Sed de notario qui. s. scribit promouēdos & postmodū facit literas ordinis collati an liceat ei exigere uel recipere pecuniam pro tali actu. Circa hoc uariæ sunt opiniones. Quidam dicunt q̄ nō licet, q̄n habet notarius salariū de publico. Lau. dicit q̄ si etiā nihil recipiat de publico, nil tamen debet recipere pro tali scriptura, quia symonia est, uel ex pacto nil dēt recipere. Sed si non hac intentione accedit scilicet ad illud faciendū, credit glo. quòd laicus possit accipere 1. q. 2. sic vt episcopum. In noc. dicit quod notarius potest aliquid accipere pro suo salario dum tamen iustū sit, q̄t percipit, uel aliquid plus proprer facti magnitudinem, uel cum non ualeret instrumentum si alius notarius faceret, tunc notarius habens tale officium non posset accipere, sed extraneus bene posset percipere, & non peccaret. Quilibet tamen habens hoc ex officio sponte ablata bene potest percipere. Recitatis his opinionibus idem Anto. de Butr. in fine sic determinat. Tu dic clarius, quia q̄do aliquid sponte offertur non concurrente aliquo pacto constituto, uel consuetudine, tunc licitum est illud recipere, ut in capit. dilectus 2. eodem titulo. Quando uero aliq̄d accipitur uigore pacti, constitutionis, uel consuetudinis, & tunc si recipiens est salariatus de publico, in tali casu non licitè recipit, ut in capitulo primo de magistris. Si autem non est salariatus de publico, tunc distingue: quia aut officium est de substantia ordinationis, & sic non licet recipere, aut non est de substantia, & tunc si salarium solutum conuenit scribenti considerato labore & negocij qualitate licita est receptio. Ratio est, quia non debet cogi suis stipendijs militare in capitulo, cum

Notarius quādo symoniacus.

In ordinatione tres personæ requiruntur.

ex officij,de præscrip. Si autem salariū quod soluitur non conuenit considerato labore, & qualitate negocij,& tunc est illicita receptio immo recipiens committit symoniam,& hoc secundum docto.tamen pro notarijs facit sti lus curiæ Romanę secundum quam taxata sunt omnia beneficia secundum qualitatem ipsorum.Hæc illæ. ¶Item secundum Rayn. qui non habens titulum, & rogat præsbyterum ut prę̃sentet eum ad ordines ad titulum ecclesiæ suæ promittēs ei quod nunquam in ecclesia sua aliquid patet symoniam commit tit eod.tit.c. per tuas.Item nec pro sacramen talibus licitum est aliquid recipere ut pro benedictione abbatum,& abbatissarum,vel uela tione uirginum,uel pro aqua benedicta,& hu iusmodi, secundum Pet. de Pal. Vtrum autem sacerdos possit uendere officium portandi aquam benedictam per parochiam. Dicit Guil. quod si talis sacerdos hēt de con suetudine,ut possit tale officium retinere & per se,uel per alium exercere & prouentus recipere,non ex symonia si illud quidē mittat ad firmam, alias symonia est uel saltem turpe lucrum.

§.17. ¶Dicuntur quædam alia spiritualia tertio modo scilicet quasi affectiue secundum Ricar.in 4. ex eo uidelicet quia procedunt ex spirituali gratia, & ad eam disponunt, ut prophetare,prædicare, ingressus religionis, & huiusmodi,uel quia sunt de actibus uel ne gocijs spiritualibus, ut docere, iudicare, te stificari,& huiusmodi.Et horum quædam di cuntur spiritualia per comparationem ad spi ritum sanctum ut prima quędam per compa rationem ad spiritum humanum.

Prophe tare. ¶Nota igitur primo quod pro actu prophetandi non licet accipere pecuniam quasi præ cium. Vnde & prophetæ neteris testamenti ueri, rarissime etiam sponte oblata recipiebant,ne uendere uiderentur prophetiam, & si accipiebant aliquando ad sustentationem ipsorum recipiebant,ut dicit Hiero. 1.q.1.iu dices. Vbi dicit quod quærentes pecuniam, qui prophetas se fingunt,ex hoc diuinatores se esse ostendunt ideſt sortilegos. ¶Secundo

Orate. Non est danda eleæmo sina pro oratio-ne. nota quod pauperibus non est danda eleæmosina pro oratione ab eis fienda tanquam ex hoc quis intēdat emere orationē eorū,sed per gratuitū bñficiū debet intēdere prouoca re animos pauperū ad hoc ꝙ gratis,& ex cha ritate ad orādum procedat ſm Tho.2.2.Sed & si detur ex pacto pecunia ꝓ psalterio dicē do,est expresse symonia secūdum Pe.de Pa. Nō aūt si daretur pro uigilādo sup defuncto .s.ratione laboris uigilię esto ꝙ ad uigilias se queretur dicere psalterium, uel alias oratio nes secundum Hosti. Sed cum ordinatio est in ecclesia,quod qui uadit ad talem horā tan tum habet, & aliquis uadit ad illam horam principaliter causa lucrandi illud, grauiter peccat & symoniam quidem mentalem com mittit sed non eam, quæ ab ecclesia punitur cum nulla pactio intercedat,extra eo.c.tua, secundum Archi.nec tamen restituere opor tet pecuniam illam. ¶Nota tertio quod ꝓ prædicatione non licet recipere pecuniam, sed licet prædicanti uictum recipere secūdū Tho.& Pet.de Palu.Vnde illi qui prædicāt principaliter hac intentione, ut recipiant pe cuniam,uel laudem,seu fauorem populare, symoniam mentalem committunt.j.q.3.non solum. Sed si super hoc pacisc̃untur symonia est,quæ etiam per ecclesiā puniri potest. Di cit etiam Th.in quodlibet,ꝙ cum aliqui præ tendentes religionem siue sanctitatem,petūt a sacerdotibus,ꝙ procurent eis pecuniam in parrochia sua,ita ꝙ sacerdos habeat inde cer tam partem,si in hoc interueniat pactum sy moniam committit ipsæ sacerdos, quia per suasio sacerdotis spiritualis est,& creditur ei eo ꝙ sacerdos est,& sacrilegium est respectu illorum religiosorum, quia defraudatio est eleæmosinarum respectu illorum, qui dant, & uterque.s. sacerdos,& religiosi ille tenen tur de symonia. ¶Nota quarto ꝙ pro usu spi ritualis potestatis, siue prælaturæ non licet aliquid accipere cū,n. ille cui cōmittitur spiri tualis potestas ex officio obligetur ad usum potestatis sibi cōmissæ in spiritualium dispē satione,& ét pro sua sustentatione statuta sti pēdia hēat ex redditibus ecclesiasticis, si ali quid acciperet pro usu huius potestatis non intelligeretur locare operas suas quas ex de bito susceptı officij debet impendere, sed in telligeretur uendere ipsum spiritualis gratię usum,& sit esset symonia. Th.2.2.ubi supra.

Ad horas ire. Prędica re. Vsus ptātis. Dispen sare. Corri-gere. Punire. ¶Vnde non licet aliquid accipere pro quacunque dispensatione, nec ét pro hoc quōd cōmittit uices suas, nec pro correctione faciēda, nec pro cessando a correctione,nec ꝓ minus puniendo pēccatum, nec pro crimine celādo iudici ecclesiastico, nec pro eo purgā do,nec pro uisitando, quannis procurationē liceat recipere uisitanti,& dedicanti, nec ut minus digne pœnitentem reconciliet,uel ut digne pęnitentem repellat.In oibus his com mittitur symonia ex parte dantis & recipien tis si fiat ex aliquo tēporali.s.pecunia,præci bus,uel obsequijs secundum Tho.& Pet.de

Pal.

Palu. & extra e.c.nemo. ¶Nota quinto quòd dare, uel accipere aliquid superiori, ut seruet iustitiam in causa spirituali, & iurisdictione ecclesiastica secũdum Pet. de Pal. & Ray. symonia est, quia sunt accessoria spiritualibus. Et idem est dicendum secundum Vl. si agatur super tẽporalibus & persona iudicãs sit ecclesiastica, quæ ratione ecclesiasticæ iurisdictionis tenetur ad tale ius reddẽdũ. Sed si iudex sit laicus, & super tali iudicet, nõ est symonia, licèt alias grauiter peccet. ¶Similiter testificari in causa spirituali sicut est matrimonialis, de decimis, & huiusmodi pro pecunia symonia est. In alijs autem causis & si non symonia tamen iniustum est. ¶Et ex hoc sequitur quod cum sigillum iudicis non sit nisi testimonium iudicij, non apparet quo modo pro sigillo suo iudex possit aliquid petere nisi forte expẽsas certæ, & sigillatoris, & clericorum ad hoc deputatorum. Durand. in 4. Sed non solum hoc est illicitum: sed etiam symoniacum in causa spirituali & iurisdictione ecclesiastica. Sed præstare cõsilium, ut iurisperitus, uel patrociniũ, ut procurator, uel aduocatus, nõ solum in causa temporali, sed etiam spirituali pro pecunia, non est symonia cũ, nec peccatum secundum Pet. de Palu. & Durand. Et ratio est, quia cum non teneatur tales operas ex officio exhibere, nõ cogitur de suo facere beneficium. 10. q. 2. præcariæ. ¶Nota sexto ꝙ pro doctrina potest recipere pecuniam a scolaribus doctor, non quasi uendens ueritatem, uel scientiam: sed quasi operas suas locans, quando uidelicet ad hoc non tenetur ex officio suo. Nam si ad hoc tenere tur ex officio, intelligeretur ipsam uendere ueritatem, unde grauiter peccaret, sicut patet in illis qui instituuntur in aliquibus ecclesiis ad docẽdum clericos ecclesiæ, & alios pauperes ꝓ quo ab ecclesia beneficium recipiunt a quibus non licet eis aliquid accipere. Tho. 2.2. ubi supra. Sed Host. di. ꝙ si magistro est annexum sufficiens beneficium, uel salarium non licet ei a scolaribus aliquid exigere, alias symoniam committit. 1.q. 3. uẽdentes, sponte tamen oblata recipere potest. Sed si non est annexum tale beneficium, uel salarium quod sufficiat ei potest accipere collectam pro laboribus suis. ar. q. 2.c. quicunque. Et uidetur quod nõ solum ab extraneis possit exigere, sed etiam a clericis ecclesiæ. Non tamen a paupere, cum ipsę potius debeat paupertati subuenire. Et talis exactio si debet esse coactoria, ut ꝙ nisi soluant, expellat eos a scol aut retineat res eorum, sed potius inopiam suam exponat. Et multo magis potest exigere magister, uel doctor ubi nullã habet prouisionem a ualẽtibus soluere, quia non tenetur eis gratis seruire. Et hæc omnia intelligenda sunt secundum Hosti. quãdo doctor est sufficiens ad docendũ. Nam si in sufficiens est, non est ei ex debito prouidẽdũ, sed imputet sibi culpã. Concor. satis Ray Inno. & Vl. & pro doctrina theologiæ aliquid accipere dicit Pe. de Pal. in 4. ꝙ uidetur symonia, & si non de alijs sententijs. ¶No. septimo. ꝙ secundum Ray. cũ magister non uult concedere festum alicuius sancti quod est colendum ac celebrandum nisi pro pecunia data symoniã committit, quia uẽdit spirituale ad quod tenetur 1.q. 3. c. vẽdentes, & similiter si festum non celebrandũ uult festare nec uult legere in eo nisi pro pecunia symonia est. ¶Nota octauo, ꝙ secundum Pe. de Palu. pro licentia docendi in quacunque facultate dare, uel recipere etiam gratis oblatum, nisi pro labore non licet. Sed secũdum Ricard. quamuis pro dando talem licentiam exigere sit illicitum, vt extra de magistris, non tamen proprie est ibi symonia. Vnde glo. dicit quòd est quasi symoniacum. Item secundum Franc. de Zan. super elec. Si episcopus pro pecunia dat licentiam eundi ad studium, mortaliter peccat, quia dat pro præcio quod gratis debet 1.q. 3. uendentes, non tamen symonia est ibi sed turpe lucrum. Quod si dat licentiam eundi ad studium: sed non habendi ibi præbendam nisi pro pecunia, similiter turpe lucrum committit, quamuis Hugo dixerit ibi esse symoniam.

¶Pro ingressu autem religionis siue monachorum, siue monalium, non licet aliquid exigere, uel accipere quasi præcium. Sponte tamen oblata quantacunque sint non interueniente aliqua corrupta intentio, licet recipere. Et in hoc omnes, doctor. concor. 1.q. 2. sic episcopum. Licitum est etiam secundum Th. 2.2. si propter deuotionem, quam aliquis ostẽdit ad monasterium largas eleemosyna faciendo, ut facilius in monasterio recipiatur, sicut licitum est econuerso aliquem prouocare ad deuotionem monasterij propter temporalia beneficia, ut ex hoc inclinetur ad monasterij ingressum, licet non sit licitum ex pacto aliquid dare, uel accipere pro ingressu monasterij, ut habetur 1.q. 2. quampio, hæc Thomas. Quod est intelligendum, ita tamen, ꝙ illud temporale, quod datur, non sit principale motiuum ꝓp quod concedatur, uel quæratur religionis ingressus, quia tunc esset symonia,

Iudicare.

Testificari.

Sigillare.

Pro doctrina pôt doctor aliquid a scolaribus recipere.

Accipere aliq̃d pro doctrina Theologiæ symonia est.

Pro ingressu religionis non licet aliquid accipere.

monia, ſecundum Vl. quando per temporalia traderentur ſpiritualia. ¶Sed ſi monaſterium eſt tenue, ita quòd non ſufficiat ſuis, an poſſit haberi intētio a religioſis illis recipiē di temporalia, uel etiam paciſci. Super hoc ſunt uariæ opiniones. Quidā enim dicunt ut Vl. q̄ in tali caſu oblatis ſpiritualibus gratis poſſunt habere intentionem recipiendi temporalia ab ingrediente pro ſuſtentatione uitæ ipſius, & poſſunt etiam exprimere, & paciſci de determinata ſumma temporalium. Et quòd uidetur contrarium extra eo. c. quoniā ſymoniaca. ſub paupertatis prætextu, intelligitur ſecundum Rayn. cum hoc dicebant in fraudem, uel ſecundum Hoſt. quando nō gratis offeruntur ſpiritualia, ſed recipientes faciunt pactum de ſpiritualibus ad temporalia. Iſti enim ponunt duplex ius ex ingreſſu monaſterij competere ingreſſo. Vnum. ſ. ſpirituale, & hoc eſt uox in capitulo, & participatio bonorū quæ ibi fiūt, & hmōi. Aliud eſt quòd ſuſtentetur proportionabiliter de bonis mōſtrarij, & de iſto uidentur iſti ſentire q̄ poſſit fieri pactio, non de primo. Sed iſta opinio non uidetur multum tuta cum dicatur ſimpliciter & ſine diſtinctione 1. q. 2. quampio. Ceſſet omnis pactio, ceſſet omnis conuētio. Et ſic ut dicitur de præbenda, q̄ quanuis tēporale. ſit, tamen quia annexa ſpirituali. ſ. ea noniæ uendi non poteſt, aliàs ipſa uendita, uenditum intelligitur illud ſpirituale cui annexum eſt, ut dicitur. 1. q. 3. c. ſiquis obiecerit. Ita uidetur & de iſto iure accipiendi temporalia, ideſt uictum, & ueſtitum ratione monachatus. ſ. q̄ licēt temporale ſit, unde & ab eo qui non eſt monachus emi poteſt ſecūdū Vl. puta cū quis laicus dat tantum monaſterio, ut inde recipiat ſuſtentionem uitæ: tamen in monacho ſeparari non poteſt a iure ſpirituali, tenetur enim ei monaſterium prouidere in temporalibus ſecundum poſſibilitatem, cum ipſe deſeruiat in ſpiritualibus. Innocē. etiam dicit quòd indiſtinctè etiam prę textu paupertatis, non ualet receptio cum pacto de pecunia, quia nō excuſat paupertas a ſymonia, per decre. quoniam. Et quia pactū quòd non petatur quod de iure cōmuni cōpetit inducit ſymoniam ar. e. tī. ptuas. Et de iure communi eſt quòd canonicus, uel monacus uiuat de communi extra de conſti. c. cum omnes. ¶In libro autem qui dicitur directorium iuris lib. 3. tit. 16. ubi tractatur iſta materia, & quæritur. An cum monaſterium eſt tenue, & nimia paupertate deſpreſſum poſſit pecunia dari & recipi ſine ſymonia ponit duplicem opinionem & concordat eas. Dicit ergo quòd ſecundum Vincen. Tancre. Rayn. Io. & Hoſtien. poſſunt hæc uerba dicere illi qui ſunt de conuentu uolenti intrare. Nos libenter, & gratis recipimus te ad conſortium ſpirituale, ſed cum bona noſtra non ſufficiāt nobis, & tibi, porta tecum unde poſſis uiuere, uel ſic prouideas tibi unde uiuas. Tunc enim ſi ingrediens monaſterium aliqua ſua bona conferat, non committitur ſymonia, dūmodo pure fiat, & hoc in fraudem non dicatur, & ſine aliquo pacto artic. 1. q. 2. §. 1. Nec ob. decreta. quoniam, ubi dicit quia uolentes prætextu paupertatis huiuſmodi uitium palliare. Nam illud intelligendū eſt quando non ſic caute proceditur ſecundū Hoſt. & Goff. Sed ſi recipientes pactum faciunt, & certum forum, & poſtquam commiſerint nituntur ſe prætextu paupertatis excuſare, ſed hoc p̄textum non pareitur delinquenti. Nam eſſet ſacius fame mori. 32. q. 4. ſicut. Sed Bern. Bar. Bri. Inno. & Archi. dicūt quòd nec ante nec poſt poteſt aliquid peti, 1. q. 1. eos. 2. q. 3. ſi quis præbendam. Et ſic dicētes ſymoniam committunt tām recipientes quām recepti etiam ſi ignorent. 1. q. 2. §. 1. & extra eo. quoniam. Et hæc opinio uidetur quantum ad mulieres approbata, extra de ſtat. re. c. periculosè lib. 6. ibi. Diſtrictius mhibemus ne in monaſterio ordinum non mēdicantium mulierum decēreto aliquæ recipiantur in ſorores, niſi quot poterunt de ipſorum monaſteriorum bonis, uel prouentibus abſque penuria ſubſtentari, ſi ſecus factum fuerit, irrirum decernentes, ubi dicunt Ioan. And. & Archid. quia ex hoc multa mala ſequuntur in monaſterijs talibus monialibus, quia propter hoc ſymonia committitur, extra eod. quoniam. Et nota quia non dicit commodè, ſed abſque penuria. Nam poſſet ſuſtentari quis commodè, decentum florenis, & cum xxx. abſque penuria. Secundum enim Papæ penuria dicitur indigentia, & rei familiaris neceſſitas. Et ubi eſſet talis neceſſitas, poſſent recipientes dicere, non poſſumus te recipere, quia ſumus ita pauperes, quod ſine penuria non poſſumus uiuere, & ſi te reciperemus non teneret receptio. Sed ſi haberes unde uiueres & apportares tecum, libenter te reciperemus, dummodo non plus dicant. Nec dicant tantum ſufficeret tibi, aliàs non reciperemus te, quia eſſet pactum, & ſequeretur ſymonia ſi propter hoc mouerentur ad receptionem principaliter,

Diligēter notādum.

Pecunia qua dicat.

cipaliter, extra eo. tua nos. Et in hoc casu vera est prima opinio. Si autem non posset sustentari commodè, sed tamen absque penuria, fortè non possent ista dicere, extra eodē quoniam, & c. non satis. Et sic intelligitur secunda opinio, hæc omnia in dicto libro, scilicet in directorio iuris, ¶ Anto. vero de Bu. super dicto c. quoniam symoniaca, recitat aliam opinionem, & sic concludit, Dic si recipitur allegata paupertate, & non in fraudem, a sed ex acto præcedēti, est symonia. Si pacto non præcedente, sed protestatione promissa tempore receptionis, tunc si conditionant receptionem ad dationem bonorum, est symonia, ut i c. tua nos. Si receptio est simplex sed de pecunia soluenda, ut utuat protestentur, receptio non est symoniaca. Idem & multo fortius si nil dicitur in receptione, & pecunia gratis offertur. Hæc ille. ¶ Ex his omnibus duæ possunt cōclusiones elici. ¶ Prima quòd nulla pactio de temporalibus debet interuenire pro ingressu monasterij, etiam si monasterium sit tenue secundum communiorem, & tutiorem opinionem, & penè secūdum omnes. ¶ Secunda est q̄ si monasterium sit abundans, nullus debet ibi esse tractatus de temporalibus in receptione. Et hoc est contra communem abusionem: quia quanto monasterium est abundantius, tanto uolunt maiores dotes. Sponte tamen oblata possunt recipere. Et siquidem haberent intentionem ad temporalia principaliter, nulla tamen interueniente pactione uel conuentione seu exactione, erit secundum Rayn. symonia mentalis, quæ per solam pœnitentiam aboletur, nec incurrunt pœnas ecclesiasticas. Quod si gratis recepta est puella, & parentes post receptionem nil uolunt dare monasterio cum tamen sit tenue di. Hostien. q̄ possunt monia les agere contra patrem pro alimentis filiæ, uel si est mortuus pater agere possunt ad partē suæ hæreditatis, vt in autē. de san. epi. nulla. col. 9. Non enim priuari potest legitima per ingressum religionis, nisi ipsa sponte iuri suo renunciasset. 19. q. 3. c. penul. Si autē nullum fiat pactum, sed taxatum est quantum ingrediens debeat dare pro ingressu, & secundum hoc dantur symoniacum est, & reprobatur talis taxatio secundum Host. extra eo. c. sicut pro certo. Idem si fiet pactū de seruanda consuetudine, extra eo. ueniens. Idem si gratis recipiatur, & postea compellatur ad seruandum cōsuetudinem extra eo. c. Iacob. ¶ Videndum est etiam de quibusdam promissionibus, vel conuentionibus, quæ aliquando fiunt pro ingressu religionis, uel ingressu monasterij, collegij, uel fraternitatis quando inducunt symoniam. ¶ Vbi nota secundū Gul. quod si quis seruit religiosis propter promissionem sibi factam, scilicet quòd post certum tempus recipietur ad religionem alias non seruiturus symoniam committit utraq; pars. 1. q. 2. quampio. ¶ Item si recipientes exprimunt conditionem de aliquo dando, & recipiendus timens repelli si contradiceret tacet, proponens tamen in mente nil dare secundum Guil. ingressus symoniacus reputatur, quia taciturnitas habetur pro consensu, ex quo non contradixit illicitæ pactioni, de reg. iu. qui tacet lib. 6. ¶ Item cum timens non recipi dicit abbati. Si uelletis me recipere, darem uobis bona mea, & sic habito super hoc consilio, abbas cum consensu conuentus recipit eum, secundum Guil. symonia est saltem ex parte offerentis, etiam si non intuitu promissionis est receptus, sicut notat Tancr. extra eo. nobis. Idem Bernar. & Hostien. nec ibi potest remanere, quod tamen intelligendum est nisi secum dispensetur. Tenetur tamen ad aliud monasterium transire si se religioni obligasset secūdum illos extra de reg. in c. porrectum. Sed si talis hoc simpliciter diceret, non intendens ex hoc per temporalia accipere ingressum religionis, sed declarare intentionem suam, scilicet quod intendit transire cum bonis suis, & recipientes etiam ad bona temporalia principaliter non respiciunt, in foro pœnitentiæ non uideo quare fit symoniacus & si in foro causarum. ¶ Item si quis procurat quòd filius alicuius recipiatur in monasterio non facta aliqua conuentione, & post receptionem talis qui procurauit hoc sollicitat patrem illius, ut conferat aliquid monasterio, secundū Guil. est quidem symonia, quando ille non procurasset aliter illum recipit, nisi quia sperabat eum daturum aliquid monasterio, vel si tunc non hoc spirauit, tamen nunc petit dari aliquid monasterio pro receptione ipsi⁹. Sed si non ex hoc, sed alias solicitat eum ut sit deuotus monasterio ut esse debet, & ex diletione orta ex receptione filij conferat monasterio, non est symonia. ¶ Item monachi qui dāt aliquid abbati, uel episcopo pro prioritatibus habendis, uel etiam ut non remoueantur a prioribus, secundū Guil. si in illis prioritatibus est aliquid spirituale, & ly pro, vel propter dicat appretiationem, vel causam proximam, & principalem, symonia est. ¶ Item si pro receptione alicuius ponatur cō

Prima cōclusio

Secūda.

Qui sñ priuatlegi-ma per ingres-sum religionis.

§. 19.

Notula bona p religiosis.

ditio, seu pactio ex vtraq; parte, ingredientis scilicet ad religionem, & recipientis de aliquo dando, sed antequam recipiatur, vel acceptetur recipi utraque pars reuocat conditionem, & si gratis recipitur secundum Guil. non est symoniaca receptio, sed licita dum tamen non fit corrupta intentio, scilicet quod non obstante reuocatione, principaliter datur ingressus intuitu temporalium, quia tunc est ibi symonia, sed mentalis tantum. Si autem iam receptus est ante reuocationem, ipso facto est indignus eo monasterio, quia symoniacus ingressus. ¶Item si promittatur alicui, quòd post biennium recipietur. si tamen interim didicerit talem artem, vel steterit in scolis, & tunc sic recipitur & non ante secundum Gul. & Vl. non est symonia, quia perindè est ac si diceretur. In duennis te si interim reddideris te idoneum addiscendo tale quid. Puto tamen quòd si haberetur intentio ad lucrum temporale illius artis de qua fit pactum vt addiscat, quòd esset symonia per munus ab obsequio. ¶Item si quis dat bona sua alicui ecclesiæ seculari vt in canonicum recipiatur siquidem hoc facit hac intentione, conditione, & pacto, vt retineat illa bona pro præbenda & ipsæ in canonicum recipiatur, symonia est etiam in foro causarum. Si uerò nullum pactum vel cõuentio fiat: sed simpliciter dat, & si creatur in canonicum assignatis sibi bonis suis pro præbenda, hac videlicet intentione principaliter, vt per illa temporalia accipiat spiritualia symonia mentalis est. Sed si puro deuotionis affectu largitur bono sua ecclesiæ, & rogat in canonicum recipi ex illa sibi bona pro præbẽda retinere, & clerici etiam hoc liberè faciant sine intentione corrupta, non est symonia: sed licitum, hoc extra eo. capit. tua nos, & secundum Hostien. Bernar. & Vl. ¶Item si quis seruit in hospitali, uel ecclesia puta ad pulsandum campanas, faciendam matriculam, & huiusmodi pro pecunia, siqui dem tali officio fit annexum aliquod ius spirituale symonia est. Sed si non est ibi ius spirituale, non est symonia secundum Rayn. sed posset ibi esse turpe lucrum, quando uidelicet non est consuetum talia uendere, uel emere. Sed si consuetudo habet talia locare, & huiusmodi potest fieri. 9. quæst. tertia. cap. conquæstus. ¶Item de confraternitatibus in quibus statutum est, quòd nullus recipiatur nisi promittat, vel iuret se daturum tantam annuatim pro huiusmodi datione non habet locum symonia, quia huiusmodi confraternitates non possunt verè dici, religiones, quod scilicet sint, sed quædam congregationes ad benefaciendum, quinimmo potius, & si talis datio temporalium ab eis imponatur pro eleæmosinis faciendis, ut pro alendis pauperibus, pro redimendis captiuis, & huiusmodi laudabile est, & tales confraternitates bonæ sunt distinctio. 42. si quis despicit. Et similiter si oportet, quòd semel in anno, uel mense conueniant ad tractandum de salute animæ, disponendum de agendis, & propter hoc fiant expensæ iustum est ut ponant inter se aliquam quantitatem. Ideòque propter prædictas causas prædictum statutum uidetur, & licitum, & bonum. Tamen ad omnem ambiguitatem tollendam secundum Vl. tutius esset quòd huiusmodi statuta fierent sub forma affirmatiua, puta si quis dederit tantum recipiatur in confratrem, & non per verba negatiua, scilicet qui non dederit tantum non recipiatur. Sed secundum Rayn. iuramentum in huiusmodi non approbatur propter periculum.

Not. de confraternitatibus.

¶Quid autem agere debeant symoniacè religionem ingressi seu recepti Tho. & Ray. in summa circa huiusmodi sic dicunt. Si symonia commissa fuit scientibus ipsis qui recepti sunt, de suo monasterio dicunt expelli sine spe restitutionis. Et debent ad agendam perpetuam pœnitentiam in locum cum arctioris regulæ detrudi. extra eo. quoniam symoniaca. Et si non inuenitur arctior regula, dicunt mutari i aliud monasterium, & eiusdem regulæ. Quod si non potest commodè fieri, fiat saltem ad tempus articu. 86. distinctio. ualet, & postea recipiantur de nouo. Si autem symonia fuit commissa ipsis ignorantibus, sufficit quod renuncient loco, & postea poterunt de nouo recipi mutatis in prioribus locis, extra eodem ex insinuatione. Et intelligunt Ray. Vl. quod prædictus rigor seruandus est etiam in occultis symonijs, & in foro pœnitentiali, licet non constet de crimine per inquisitionem. vel in forma iudicij argum. in dicto capitulo, quoniam quod nihil loquitur de accusatione, uel inquisitione. Intellige tamen occultam symoniam non mentalem tantum, qui per solam pœnitentiam purgatur, sed ad extra procedentem scilicet per pactionem, conuentionem, uel aliquid simile, & si alijs personis extra eo. occultũ. Cũ talibus autem

§. 20.

Rigor Iuris cõtra symoniacus.

sem secundum Ray. potest dici in fauorem religionis quod episcopus potest dispensare, & in ordine, & in loco. Similiter etiam potest dispensare capitulum, uel prelatus eorum, dum tamen ipsi non fuerint participes symoniæ, quia cum ex hoc sint puniendi non debent ex eodem facto priuilegium obtinere, immo uidentur amisisse potestatem recipiendi talem, & illi qui non peccauerunt ac quisiuisse. ar. extra de ele. c. bone. Tales etiã qui scilicet commiserunt symoniam in huiusmodi, & participes eius, ut consanguinei, qui dant dotes incurrunt excommunicationem secundum extrauagantem Vrbani quam habes in 3. parte tit. 25. c. 67. Nec absolui poterunt nisi a papa. Audini tamen a fide dignis, quod Martinus quintus habuit dicere, quod non vult has personas incurrere censuras ecclesiasticas propter dotes, quæ dantur a monialibus pro ingressu monasteriorũ.

§. 21. De collatione beneficiorum.

¶ Quia circa annexa spiritualibus etiam committitur symonia ut dictum est cum scilicet pro eis datur quodcunque munus. Ideò de eis nunc uidendum est, & primo de beneficijs, & præbendis quæ propter officium dantur. ¶ Vbi primo sciendum est secundum Tho. in sum. & in 4. quod circa collationem beneficiorum, & præbendarum si episcopus antequam alicui beneficium, uel præbendam conferat, ordinauit subtrahere aliquid de beneficio seu prouentu præbendæ pro aliqua iusta causa & non interuenit aliqua cõuentio cum eo, cui dare disposuit, non est symonia. Si autem pactio interueniat, ut ante, uel post receptionem accipiat ab eo, cui beneficium confert, uel aliquid sibi exhiberi de fructibus beneficij, uel præbendæ requirit, non caret uitio symoniæ quia idem est ac si ab eo munus exigeret. ¶ Secundo nota secundum Ant. de But. super c. qui alium eo. tit. quod sicut non licet pecuniam dare immediate pro beneficio consequendo, ita etiã nec pro danda uacatione beneficij ut postea conferatur, quia præambulum est, & uia ad collationem. Item cum dicunt sibi aliqui maiores canonici, canonicemus nepotulos nostros, placeat tibi de meo, & mihi placebit de tuo, uel de eo qui dicit, nunquam me uiuente fiet canonicus in ecclesia nisi fiat talis pro quo rogatu, dicit Ray. quod symoniã committunt in utroque casu. Nam canon dicit. Cessent omnis conuentio 1. q. 2. quam pio. Item si dicat unus canonicus alteri, ut fuisti exauditus in una petitione, ego debeo exaudiri in alia, dicit Rayn. quod si præces sunt spirituales non est symonia ar. distinct. 63. quia facta. Si autem sunt præces carnales, uel ex pacto quondam facto, uel nunc faciendo symonia est. ¶ Item si in fundatione ecclesiæ fiat talis cõstitutio, q̃ qui dederit tãtum in redditibus, uel tantã quãtitatẽ pecuniæ q̃ possint emi possessiones taliũ reddituum recipiatur chanonicum, & qui dederit habeat præbendam. Dicit Guil. quod si fiat ita quod nõ duret in perpetuum: sed ad tempus, nec fiat in fraudem symoniæ, & ea sit intentio constituentis, quod nõ pro rebus datis, sed principaliter propter diuinum cultum augmentandum, & propter deuotionem datis recipiatur ad spiritualia, tolerari potest, dum tamen ille qui recipitur sit dignus. ¶ Item si detur pecunia pro electione alicuius non ab eo, sed ab alio, & iam electio facta est a maiori parte de eo, aliquibus cõtradicentibus eo sciente, & non cõtradicente, licet hoc sit factum de uoluntate eius turbata symonia committitur, & resignare tenetur, extra eo. Matheus. Multo fortius si electio facta non fuisset extra eo. ad nobis, quia licet esset minor pars, tamen si possunt opponere, quia forte fuerunt cõtenti, extra de elect. c. quia propter, uel quia electus erat irregularis, & huiusmodi, & ita ius habẽs unde nihil ei dari debet. Similiter si ante electionem detur pecunia ab aliquo, ut ipsi eligant Petrum eodem Petro ignorãte, & sic postea eligitur, electio tanquam symoniaca repellenda est, nisi constaret illos qui fecerunt promissionem, uel dolo uel fraude hoc fecisse, ideò in dispendium eius, qui erat eligendus. Et quamuis electores illum propter datum non elegerint: sed erant aliàs cum electuri, tamen quia nulla promissio, nullaque pactio debuit interuenire, tunc ab amicis symoniaca reputatur 1. q. 1. placuit, hæc omnia in lib. directorij iuris. Item Ant. de But. super c. Matthæus, eod. tit. qui & ponit exemplum de uoluntate turbata dicens, quia forte amico consulenti respondit, maledicatur ipse da illi pecuniam quæ secum sit in perditionem, uel quia intẽdebat redimere uexationem suam. Sed intentio ex quo pactum interuenit non excusat, uel fuit forte uoluntas turbata, q̃ respondit. Amici quid a me quæris consilium, fac quod uidetur tibi, & id dixit animo turbato. Innoc. etiam dicit, quod siue iusta, siue iniusta esset contradictio, ante confirmationem licitam non fuit datio pecuniæ de elect. c. significasti. Quod si detur pecunia

Darepecuniã ꝓ electione Imperatoris, est turpe lucrũ et non symo.

pro electione alicuius in Imperatorem uel regem, uel rectorem ciuitatis, quamuis Hostien. dixerit esse ibi symoniam, uerius tamẽ dicitur secundum alios quod sit ibi turpe lucrum & non symonia, quia temporale est secundum Tho. se. se. q. 65. ¶ Item, cum datur pecunia a se uel ab alio sciente & consentiente pro confirmatione electionis est symonia secundum Pet. de Pal. nisi quis faceret redimendo uexationem suam. Sicut enim liceret iure ciuili redimere sanguinem suum, sic iure canonico uexationem quod fit quando homo dat pecuniam, non ut aliquod ius acquirat sibi, sed ne acquisitum ius iniuste impediatur, hæc Pet. Si autem pro confirmatione, uel benedictione, uel consecratione daretur pecunia eo nesciente, uel contra uoluntatem, & prohibitionem suam, a qua nunquam recessit, & pecuniam aliquis soluit uel promisit, nihil ei noceret nisi esset consanguineus, uel nisi postea consenserit soluendo pecuniam, uel reddendo solutam extra eo. c. sicut ubi dicunt Ber. & Host. quod si consensisset symoniam commisisset, quia consentire est quandocunque consentire ante uel post, sicut accipere est quandocunque accipere ante, & post 1. q. 1. eos, quia in maleficijs factis nomine eius, ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur extra de re. iu. lib. 6. hæc habentur in directorio iuris lib. 3. ¶ Nota etiam secundum Fran. de Za. super cle. post Paulum, quod si impetrans beneficium petit sibi illud concedi, quamuis uideatur quod non debeat admitti, sed reijci tanquam ambitiosus, tamen in iudicio ecclesiæ non censetur ambitiosus, quia ius suum prosequitur, sicut nominatus in scrutinio q petit eligi, extra de elect. c. publicato, & electus qui petit confirmari, de ele. c. dudum, & consecratus in episcopum qui petit pallium d. c. prisca. Sed in iudicio dei qui uidet cor, ex quo peccata procedunt, ut dicitur Matth. 15. iudicatur secundum intentionem & dispositionem eius. ¶ Item emere, uel uendere officia ecclesiastica symonia est 1. q. 1. si quis episcopus. Vbi concilium Calcedon. iudicat symoniacos esse etiã procuratores rerum ecclesiasticarum, & defensores & regulæ subiectos si per pecuniã ordinantur seu instituuntur, & mediatores. Et sicut dicit Vrbanus 1. q. 3. saluator, nomine procuratoris, intelligitur rerum ecclesiasticarum administrator, ut ꝓpositus, siue œconomus eo q scilicet est ille qui præest rebus canonicorum, & uice dominus qui præest rebus episcopi. Nomine defensoris, intelligitur aduocatus, siue syndicus, ideſt q præest cauſ ecclesiæ siue aduocatus uniuersitatis, & castaldus, siue maiordñs, qui. s. habet curã rerum exteriorũ epi, & iudex epi sicut in ecclesia Bonon. In subiecto regulæ intelligitur archipresbyter, archidiaconus, canonicus, monachus, & quilibet ecclesiastico mãcipatus officio. Et in his omnib. dixerunt quidã ut Hug. & Bar. Brix. semp comitti symoniã si emantur, & hoc q a prohibitũ. Alij ut dicit Ray. inhærentes consuetudini dicũt ꝓbabilius, q tũc est symonia in empta administratione, qñ habet annexũ aliquid spũalitatis, aliter nõ. Idẽ Vl. & addit q aduocatus, castaldus, & iudex pôt esse laicus, & tũc nihil spũalitalis habet. Gul. aũt dicit q semp ẽ illicitũ talia emere, uel uẽdere quia prohibitum. ¶ Et nota q ille qui recipit bñficiũ ecclesiasticum symoniace tenetur ẽm Tho. & Ray. renũciare bñficio. Et si symonia cõmissa est per ipsum, uel aliũ eo sciẽte, & nõ cõtradicẽte, tenetur restituere oẽs fructus ꝓceptos, & q percipi potuissent. 14. q. 6. si res aliena, extra de resti. spo. c. grauis. Generaliter. n. possidẽs sine titulo tenetur ad oĩa damna, & lucra percepta, & percienda. ff. de rebus uẽditis, l. si nauis. Et intellige fructus qui supersũt deductis tñ expẽsis quæ fiũt quærẽdorũ cõseruãdorũq; fructũ gra, q deducũtur tã a bonẽfidei q malẽfidei possessor, & ẽt de ductis fructibus seu expẽsis in seruitiũ, uel utilitatẽ ecclesiæ factis. Et idẽ uidendũ est d illo qui & prius nesciuit tñ postq̃ sciuit non statim renũciauit, ar. extra. co. de symonia, dũ tñ est bonæfidei possessor, non tenetur de illis fructibus quos interim consumit, sed cum scit tenetur tantum de extantibus. C. de rei uẽ. l. certũ. Et ut dicit Ant. de But. eo. ti. c. de regularibus. Si tales sunt episcopi cedere uel renunciare nõ possunt sine licentia pape. Alij inferiores cedere non possunt sine licentia suorum prælatorum, extra de renun. admonet. Si tamen non possunt licentiam habere, debent animo omnino renunciare, quia non possunt pœnitere nisi malum ablatum restituant, & semper sunt in mora sicut fures 14. q. 6. si res. Dicunt docto. quod immo in hoc casu recurritur ad superiores, interim tñ abstineãt de bonis ecclesiæ secundũ Ioannoc. & Hostien. Dicũt etiam doct. quod inferiores prælati, & exempti renuncient in manibus papæ tantum. Sed differunt ab episcopis in hoc, quia episcopi non renunciant in manibus legati, sed sic abbates exempti, hæc ille. Videtur etiam quod cum tali dispensari

ſpenſari poſſit retinente beneficium ſymoniacè, & ſine reſignatione, dummodo ſit diſpoſitus ille renunciare in caſu quod non obtineat diſpenſationem, ſicut dicimus, & de furto, quia & purgari poteſt etiam futuro remanente penes furem ſcilicet cùm petit, & accipit remiſſionem. Debet tamen quàm citiſſimè poteſt huiuſmodi petere diſpenſationem & interim à fructibus eius abſtinere. De renunciatione autem beneficij in extremis quo modo fienda eſt, habes ſupra §. 11. De alijs pœnis huiuſmodi ſymoniæ habes infra §. fi.

§.22. Sepultura.

¶ De ſepultura circa quam aliquando ſymonia committitur. Nota ſecundùm Goffred. ꝙ ſepultura ſumitur multipliciter. ¶ Quandoque enim dicitur ſepultura officium eccleſiaſticum quod impenditur ſepeliẽdis, & hoc quia ſpirituale eſt uendi non poteſt, ut dicitur 1.q.1.dictum 42.queſt.2.præcipiendum. ¶ Quandoque ſepultura dicitur ipſa terra in qua defunctus ſepelitur, & tunc ſi eſt de cœmiterio uendi non poteſt, ſiue ſit ibi aliquis ſepultus ſiue non. ¶ Tertio dicitur ſepultura tumba marmorea uel lapidea. Et hæc uendi poteſt ſi ſit pura, ideſt ſi nullus ſit ibi ſepultus. Si autem aliquis ſit ibi ſepultus, locus factus religioſus, nec poteſt uendi 13. q. 2. queſta. & c. poſtquã. ¶ Quarto dicitur ſepultura terra pura ad uſum ſepulturæ deputanda, & hæc uendi poteſt 12. q. 2. aurum.

Exequæ.

¶ Pro exequijs igitur mortuorum nihil debet exigi, ſed piæ debent conſuetudines obſeruari extra eod. ad noſtram. Quod ſi clerici aliquod corpus ſepelire non uellet, niſi fiat cautio eis ab hæredibus defuncti de redemptione eorum, quæ ueniunt cum funere ſymoniam committunt, & multomagis quando ab ſque pecunia hoc exigunt nolentes aliter ſepelire 13. quæſtione 2. quæſta eſt. Si autem faciunt pactionem de redimendo lectum, pannos, & huiuſmodi, etiam ante portationem ad eccleſiam, per hoc tantum non eſt ſymonia: ſed licitum cum illa ſint temporalia, dummodo per hoc non negatur ſepultura, uel immi ſceatur ius ſepulturæ. Et ſi non uellẽ poſt ſepulturam hæredes facere quod debitum eſt clericus poteſt agere contra eos, extra, eod. cap. ad apoſtolicam. Item circa proceſſiones quas faciunt aliquæ collegiatæ eccleſiæ in obſequijs mortuorum data uel promiſſa pecunia uel alia re temporali aliàs non facturæ.

Proceſſiones.

Nota ſecundum Ray. quod ſi tenentur clerici ad huiuſmodi proceſſiones ex officio, ſic exigere aliquid ſymonia eſt 1. quæſtio. 4. uendẽtes. Si non tenentur non eſt ſymonia exigere, dum tamen non intendant hæc petere uel recipere tanquam præcium officij, ſed ſtipendium ſumptus, aliàs ſymonia eſſet ſi pro ſpirituali temporale acciperent. Item cum eſt ſtatutum in aliqua eccleſia, quod proceſſio fiat pro pecunia, dicit Ray. quod ſi ſtatutum factũ ſit per uerba affirmatiua puta quicunque reliquerit collegio decem, habeat proceſſionem, & aliàs ad eam non tenebatur, non eſt ſymonia. Sed ſi ſtatutum eſt factum pro uerba negatiua, puta quod nulli fiat proceſſio, niſi qui reliquerit tantum ſymonia eſt, quia tollit officium pietatis, ſcilicet, quod proceſſio non fiat gratis uel pro minori præcio ar. extra de iureiurand. Quanto perſonam. Concor. Tho. 2.2. ¶ Item cum apud aliquam eccleſiam ſunt diuerſa cimiteria, & taxatur ꝙ quanta pecunia quis ponatur in tali cœmiterio, dicit Hoſt. quod eſt ſymonia. Et eodem modo ſi crux ſpecialis portetur ad funus extra eo. c. audiuimus.

Cœmiteria.

¶ Vaſa etiam ſacra ut calices, & neſtes ſacræ ut paramenta, pallæ & huiuſmodi ante conſecrationem quidem ſimpliciter uendi poſſunt ut aliæ res, ſed poſt conſecrationem quia ſpiritualibus annexa ſunt ratione cõſecrationis uendi non poſſunt, ſed ratione materiæ referendo intentionem ad temporale non ad ſpirituale uendi poſſunt eccleſijs, & in eadẽ forma, ſed laico ſiue priuato uendi non poteſt calix niſi conflatus uel confractus præmiſſa prius oratione 10. q. 2. §. hoc ius, hæc Vl. Sed & Pet. de Pal. in 4. dicit quod uaſa ſacra laicis uendi non debent niſi conflata, quibus tamen poſſunt obligari. Et ſubdit. Idem eſt de reliquijs quæ gratia auri, & argenti uendi poſſunt, & obligari nõ aliter, quia nemo martyres diſtrahat, nemo mercetur, C. de ſacroſ. eccle. l. nemo.

§.23.

¶ Ius etiam patronatus quia annexum eſt ſpirituali, ideo emi, uel uendi non poteſt, aliàs committitur ſymonia ſecundũ Tho. & alios. Eſt autem ius patronatus ſecundum Hoſt. poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium eccleſiaſticum ſimplex, & uacans. Et prouenit hoc ius patronatus ſecundum Goffr. & Hoſti. & Inno. ex fundatione, ſcilicet eccleſiæ dotatione, ſoli collatione, ut 16. q. 7. filijs, & c. quicunque, & 18. q. 2. abbatem, unde uerſus. Patronum faciunt dos ædificatio fundus. Et dicitur hic patronatus quandoque aduocatio, quandoque uicedominat⁹, quandoque cuſtodia, uel guardia, quandoque ius frequentationis uel proceſſionis, hæc omnia, & ſimiliha pro eodem ſupponunt extra de ſtat. mo.

§.24.

Ius patronat⁹.

Idem infra §. 1. titu. 12. c. 12.

in singulis. §. vl. Exempla habes, quòd dicatur his nominibus in iure. ¶ Et patronatu uerò cõpetit patrono quadruplex ius. ¶ Primũ, q̃ ipsæ põt præsentare instituendum ad præbendas siue ecclesias non collegiatas, extra eo. fere per totum. In collegiatis uerò nõ electioni faciendæ: sed iam factæ postulatur assensus patroni extra eod. nobis. Scẽm est quòd quasi principalis primus in processione procedit 16. q. 7. piæ mentis. ¶ Tertium est quòd defensor præcipuus ecclesiæ est, & ideò tenetur eam defendere ab omnibus oppressoribus 16. q. 7. filijs. ¶ Quartum est quod si uergat ad inopiam alendus est de bonis ecclesiæ vt in dicto cap. filijs. Et potest patronus laicus de consensu episcopi in ipsa fundatione certũ cænsum tenere, extra eo. præterea. Sed nil ultra debet exigere nec ecclesiam grauare in aliquo extra de stat. mona. in singulis. Sed quando patronatus est locus religiosus, vt si aliqui monachi in proprio solo, & proprijs expensis ecclesiam ædificauerunt, hẽnt in ea omnia tẽporalia sicut episcopus omnia spiritualia 16. q. 2. sanè extra de capel. mo. c. 1. & habent nihilominus uiam præsentandi, extra de sup. ne. prælat. sicut. Dare igitur pecuniam vel accipere pro tali præsentatione, quæ competit patronis symonia est. Similiter vendere tale ius, scilicet patronatus per se, vel etiam uendere uillam seu casale ubi est ecclesia cuius quis est patronus, q̃ ratione illius patronatus aliquid plus petere, symonia est. Sed uendere simpliciter uillam talem cũ omni iurisdictione quam ibi habet, quamuis iuspatronatus per iustum modum uenditionis deueniat ad emptorem non est symonia. Vnde, & Abraham qui emit agrum ubi erat spelunca duplex Gen. 23. in quo loco dicuntur fuisse sepulti primi parentes, & per consequens locus erat religiosus effectus 13. q. 2. Ephrõ. si arguitur de symonia, quia respectũ habuit ad agrũ non ad sepulcrum. Sed Ephrõ repræhenditur de hoc 13. q. 2. capitulo postquã, quia intentionem habuit ad sepulcrũ, vt ex eo aliquid plus peteret. Et quãuis Ephrõ gratis ei sepulturam offerret, perpendit tamẽ Abraham, q̃ gratis recipere sine eius offensa non poterat, & propterea pecuniam dedit in hoc redimens uexationem suam, vt dicit Thom. Item iuspatronatus per se in feudũ dari non potest secundum Hosti. sed cum uniuersitate, puta alicuius loci vel iuriũ alicuius dari potest, extra eo cum sæculum. Item nec simpliciter nec cum uniuersitate potest pignori obligari secundum Innocen. De alijs, quæ pertinent ad ius patronatus uide infra, in 3. parte.

Sepultura priorum parẽtũ.

¶ Pœna autem contra symoniacos in iudicio ecclesiastico, & secundum iura, est principaliter triplex. Prima est suspensio ab executione ordinum, de qua quomodo quis incurrat, & quando, vide infra, in 3. parte, titu. 28. cap. 2. & hoc in corpore iuris. Secunda pœna est quia debet puniri si de crimine constiterit in iudicio pœnæ depositionis, & infamiæ 15. q. tertia, sanè, & extra de accu. inquisitionis. Tertia pœna est excommunicationis, & hæc inducta est per extragauantes quo ad quasdã symonias. De pecunia autem symoniacè recepta quid agendum sit, uide supra in ca. 5. §. 7. De fructibus autem beneficiorum, symoniacè receptorum quid agendum habes supra eo dẽ, c. 21. ¶ Et nota ut dicitur in directorio iuris, li. 3. titu. 16. quod si quis ordinatus fuit ad aliquem ordinem ab episcopo de quo audiuit prius ex relatione aliquorum quod commisit uitium symoniæ, & ideo nolebat ab eodem episopo ad superiores ordines promoueri, potest quidem in suscepto ordine securè ministrare: sed contra conscientiam ad superiores ab eodem episcopo non promoueatur nisi deponat conscientiam erroneam, quia graniter peccaret licet in hoc inciderit ex conscientia nimis scrupulosa, extra eodem per tuas. Secundo ubi dicit glos. Ber. quod non constabat illum episcopum esse symoniacum, & ideo papa dicit quod secure ministret in ordine suscepto. Quod enim audiuit ab alijs, credere non debuit. ¶ Vnde & Hosti. super dicto, cap. elicit quinque notabilia. ¶ Primum est, quod ex uarijs dictis in alterius præiudicium non est conscientia informanda. ¶ Secundum est, quod si informata sit taliter etiam ad consilium prælati deponenda est. ¶ Tertium est, q̃ si deponi non potest omnibus modis sequenda est. ¶ Quartum est, quod uirtus animi de scrupulosa conscientia potest facere bonam, & in melius informare, & debilitas animi est etiam nimia simplicitas econuerso. ¶ Quintum est quod indifferentibus potest unusquisque prout sibi placet conscientiam inforre.

§. 25. Nota pœnas contra symoniacos.

Adde extra de symo. c. licet Heli. & cãta 89. dist. no. doc. in l. 1. C. ad legem Iul. maiest.

De conscientia.

De usura per modum prædicationis. Cap. 6.

DE vsura inquit psalmista 54. Nõ deficit de plateis eius vsura, & dolus. Quod uidetur uerificari. & de ciuitate terrestri, & de ciuitate spirituali ecclesiæ. Vix enim est aliqua

qua ciuitas in orbe in qua non sit usura, & dolus, & sic à sinagoga iudeorum transiuit usura ad ecclesiam Christianorum, dico quo ad nomen numerum seu baptisma receptum non autem quo ad meritum & opus fidei verum niuum. Omnis enim uerus fidelis, summoopere se cauet ab vsurarum uoragine, quę substantias exhaurit, & animas deuorat. Propter quod ipsa mater ecclesia ex gentilitate congregata, & ideò in Chananea figurata propter magnitudinem fidei merito clamat. Miserere mei fili Dauid. Filia mea malè à dęmonio uexatur. Filia ecclesiæ est quælibet persona siue anima christiana, quam ipsa generat per aquam baptismi. Sed ista filia uexatur ut in pluribus à dæmonio quod dicitur mammona quod interprætatur diuitiæ, quarum il licitæ acquisitioni super omnes attendit usurarius, & ideò malè uexatur. Et quod malè vexętur ostendit Psalmus in prædicto uersu. Vexatur enim malè, & ualdè malè, tripliciter. ¶ Primo propter continuationem periculosissimam quæ notatur ibi. Non defecit. ¶ Secundo propter extensionem copiosissimam quæ signatur ibi de plateis eius. ¶ Tertio propter palliationem seu excusationem fraudulentam ibi, usura & dolus.

§.1. ¶ Et ab illo ultimo inchoando, dico quòd in usurario est palliatio, & excusatio sui uitij fraudulentissima, & hinc sequitur magna, & mala uexatio dęmonis in eo. Quid enim peius, & damnabilius potest esse in homine quam excusare flagitium suũ? Ad quod ostẽdendum primi parentes post excusationẽ sui peccati immediatè de paradiso fuerũt expulsi. Sed uideamus primo quid sit usura, & exinde quomodo sit falsa, & fraudulenta excusatio eius. ¶ Vsura secundum Goff. est quicquid sorti accidit præcedente intentione uel pacto. Vel secundum alios & clarius. Vsura est lucrum ex mutuo principaliter intentum. Vt si mutuo tibi centum florenos hac principaliter intẽtione, ut aliquid plus ultra centum recipiam. Vel si mutuo tibi certas mensuras frumenti, uini, & olei & huiusmodi, quæ usu consumuntur, & plus ex hoc exquiro quam ipsum capitale in ualore usuram committo, ut dicitur 14. quæst. 3. usura est. Diffinitionem prædictam habes declaratam in c. sequen. §. 1. ¶ Et primam qui dem fraudem & dolum committit usurarius quando ex mutuata pecunia, non quærit plus in pecunia numerata suo capitali, sed in aliquo alio, ut frumento, uino, fructu, domus, uel agri, seruitio aliquo seu operis. quod utique usura est. Vnde Ambr. Esca usura est, & uestis usura est, & quicquid sorti accedit usura est, & quod uelis ei nomen imponas, usura est. 14. q. 3. plerique. Quod intelligitur in mutuo cum scilicet plus recipitur uel speratur quam quod mutuatum est in ualore. Et ponit ibi Amb. plura exempla ostendens ibi fraudem committi. & sic usura & dolus idem fraus simul sunt. Et cum usura contrahatur in mutuo ne detegantur ipsi usurarij de sua prauitate, utuntur fraude multiplici eam excusantes contractibus emptionis uẽditionis, pignorationis, depositionis. Sed in his quoque reperitur usura ex fraude, quia & mutuum implicite, ut declarabitur, in c. 7. §. 5. & sic cum usura nõ deficit dolus. ¶ Sed quod peiunt est uolunt usurarij excusare faci nus suum, & defendere tali ratione. Omne peccatum est contra aliquam legem, sed usura non est contra aliquam legem, nec diuina lem, nec internalem siue naturalem, nec humanalem, quinimmo omnes istæ eam permittunt, & sic apparet non esse peccatum. Nam in lege diuinali, quæ habetur in sacra pagina, dicit dominus, Fęneraberis gentibus multis, Fęnus autẽ uocatur usura. Item Deutero. 3. dicit idẽ Dominus. Non fęneraberis fratri tuo: sed alieno. Ex qua auctoritate uidetur quòd & si non fratribus, saltem alieni genis, & extraneis possit fœnerari & infideli bus. Quantum ad legem naturalem, habet regulam fundatam in ratione naturali, q. null⁹ debet cum damno alterius, uel iactura locupletari, in 6. de re. iu. Cum ergo di. usurari⁹, seruiam proximo in mutuando, nonne & ratio dictat, & ut ipsæ debeat seruire mihi & si cum mea pecunia? Petrus negociando lucratur ipsæ ad rationem. 15. uel 10. pro centenario nonne, & ratio dictat ut sim particeps lucri eius, & mihi saltem. 10. uel. 8. concedat? Nam alias locupleȶabitur ipsæ & cum meo damno, quia cũ ipsa pecunia potuissem & ego lucrari. ¶ Leges quoque ciuiles quæ humanæ dicuntur, quia ab hominibus inuentæ iustæ sunt. Iuxta illud Prouerb. 8. Per me, scilicet sępientiam reges regnant & legum conditores iusta decernunt. Hæ autẽ leges concedunt aliquas usuras præcipue, ut C. de usuris eos. Et sic ex omni lege uidetur usura cõcessa unde nec peccatum. ¶ Sed rei ueritas est secundum determinationem do. quòd usura proprie sumpta ut diffinitũ est semper est peccatũ & mortale, & ualde graue. Vnde & Amb. dicit. Si quis usurã accipit, rapinã facere, uita nõ uiuit scilicet gratiæ in lib. de bo

Vsura qd est.

Adde Ita doc. legist. in rub. ff. de usu Bal. Alexa. in l. 1. C. de usu.

Argumẽtum usurariorum.

Adde & ff. de reg. iur. l. nemo.

Vsura semper est peccatum mortale

no

uo mortis, & transumptiuè. 14. q. 4. si quis usuram. Ex hoc quia ipsa usura est omni lege prohibita, scilicet naturali, diuinali, & humanali. ¶Et ad rationes inductas pro usurario hoc declarando ad singulas respondebitur. Et primo quidem contra legem naturalem, & hoc triplici ratione. ¶Primo ratione inadæquationis. ¶Secundo ratione appropriationis. ¶Tertio ratione fructificationis. ¶Quantum ad primam rationem, clarum est quod illud quod est contra iustitiam (quæ in æqualitate consistit) est contra legem naturalem, sed usura est contra æqualitatem iustitiæ ex eo uidelicet quia uendit quod nō est secūdum B. Th. 2. 2. q. 78. ¶Pro cuius declaratione sciendum secundum eundē, quòd res quæ in usum nostrum ueniunt, quædam sunt quarum usus est ipsarum consumptio, ut frumentum, uinum & oleum, & huiusmodi, quibus homo non utitur, nisi comedendo, uel bibendo & sic ex toto consumendo. Aliæ res sunt quarum usus etsi non sit ipsarum consumpto in se est tamen earum distractio, ut pecunia numerata quæ principaliter est inuenta ad commutationes faciendas, ut dicit Philosophus in primo Politic. & sic utendo distrahitur cum in commutationes expenditur. Sunt & aliæ res quarum usus non est ipsarum consumptio, uel distractio, sicut domus, ager, iumentum, uasa aurea, & argentea & huiusmodi. Vsus enim domus est in habitatio non consumptio, sic usus agri est cultiuatio ad fructificandum non dissipatio, & sic de alijs huiusmodi. Et ex isto tertio genere rerū, usus ipsius rei, seorsum potest cōputari ab ipsa re, & unum concedi sine altero. Potest enim alicui tradi dominium dom⁹, uel agri uel serui, uel iumenti, retento sibi usu, uel fructus ipsius ad uitam, uel ad aliquod tempus, ut fit aliquando in donationibus. Et econuerso potest concedi usus talium rerum retento sibi Dominio, ut fit in locatione agri. uineæ & conductione domus & huiusmodi. Et ideò in huiusmodi licitè recipitur certum prætium seu lucrum pro usu dato ipsius rei retento sibi dominio, & inde ad certum tempus re habita ex integro ipsa re. Sed in rebus primi, & secundi generis quarū scilicet usus est ipsarum consumptio, uel distractio, non potest computari seorsum usus talium rerum ab ipsis rebus, quia inseparabilis est, & cuicunque conceditur usus talium rerum ex hoc ipso conceditur & res, & propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium. Sicut ergo si quis seorsum uel

Vsura ē cōtra legem naturalē.

let uendere uinum, & seorsum usum uini, uē deret eandem rem bis. unde & uenderet id quod non est propter quod manifestè contra æqualitatem iustitiæ est. Simili ratione qui mutuat triticum, uinum, & oleum, & huiusmodi, uel pecuniam numeratam, & ultra suū capitale mutuatum aliquid exigit uel principaliter intēdit habere quo præcio potest extimari, contra æqualitatem iustitiæ agit, quia petit sibi duas recompensationes fieri, unam scilicet restitutionem æqualem rei mutuatæ aliam uerò ut prȩcium usus quod dicitur usura, & sic peccatum est utpotè contra rationē seu legem naturalem contra iustitiam.

¶Quantum ad secundam rationem clarum est quod illud quod gratis natura dat proprium alicui, non debet sibi ab altero uendi, sed natura dat ei cui mutuatur pecunia aliquam industriam ut propriam. Et hanc industriam & actus proprios ipsius recipiētis mutuum sibi uendit dum ultra capitale mutuatum plus exigit ipsæ mutuans, quod est iniustū & cōtra naturam appropriationis, quæ dedit uiro industriam, quod propria industria sibiipsi profit. Pecunia enim inquantum præcium uenalium nullum confert lucrum, nisi per industriam utentis. Vēdere ergo utilitatem prouenientem ex pecuniæ p mercatiuam industriam ei cui mutuata est, nihil est aliud quàm uendere sibi industriam & actus suos, quod est contra naturam siue legem naturalem. Et hæc est rō Scoti super 4. sententiarum dist. 15. Vid etur etiam tempus illi uendere cui mutuauit illud, scilicet quo pecuniam suam detinet, quod est etiam contra naturam, cum non magis sibi sit appropriatum illud tempus, quam illi qui recipit mutuū. Et hæc est ratio Chriſo. di. 78. ejciēs. ¶Quantum ad tertiam rationem, scilicet fructificationis, patet quod per usuram fit ut res mutuata, quæ ex se non generat fructum pariat lucrum, quod est contra naturam. Non enim aliud uidetur esse lucram quam fructus ipsius rei seu per fructum ipsius aliquid acquisitum. Naturale est enim quod res, quæ generat fructum semper crescat in ualore cū ipso fructu, atque maior est cum est sub fructu, quam cum permanet sine fructu. Cum igitur usura, res habentes determinatū ualorem a natura uel arte, quæ in eo excrescere non possunt, & per consequens fructificare non possunt faciat excrescere in ualorē sequitur quod faciat rem non generantem fructum parere lucrum. Vnde secundum Philosophum pri. Polit. usura dicitur à Ra-

Vsurarij uidētur tempus uēdere.

tos

tos quod est partus, quia contra naturam rei mutabilis vult vsurarius, quod pecunia pariat quod miraculosum videtur, sed dyabolicum est. Et hanc rationem tangere videtur Ambr. di. Interdum etiam usuræ arte nequissima, ex ipso auro aurum nascitur distinctio. 47. sicut. ¶ Ad rationem autem usurarij respondetur. Nam cum dicit, quod sicut ratio dictat, quod ipsæ debeat proximum subleuare, & subuenire ei per mutuum, uel alios modos cum potest, ita etiam dictat ratio naturalis, quod ipsę cui mutauit debeat eum adiuuare, & esse gratus ex seruitio impenso dando ei aliquid de suo lucro. ¶ Respond. quod primum dictat ratio, scilicet quod mutuet proximo indigenti si potest, sed gratis sine spe lucri. Secundum etiam dictat ratio, scilicet quod sit gratus recipiens mutuum erga mutuantem, puta recognoscendo beneficium, & cum potest eum adiuuare quando indiget uel uiceuersa remutuando sibi, uel per alia obsequia, sed gratis non ex pactione. Nam etsi ei teneatur ad antidota naturaliter idest recompensandũ beneficium, hoc est ex debito honestatis, non necessitatis scilicet quo posset cogi in iudicio. Et ideò secundum Tho. & alios si quis mutuaret alicui cum hoc pacto, quod ei teneretur remutuare usuram committeret, quia ultra capitalem suum aliquid exigit quod potest prœcio æstimari, illa scilicet obligatio qua scilicet potest eum conuenire in iudicio. ¶ Ad aliam rationem cum scilicet dicit, quod qui recipit mutuum ab eo, locupletatur cum damno suo, & de sua pecunia. Respondet, quod locupletatur seu lucratur ille principaliter per industriam suam, quia pecunia ex se nihil lucratur, vt patet tenendo in capsa. Pecunia etiam illa non est mutuantis, sed eius qui accepit mutuum, quia in eum translatum est dominium, & si perijt, uel perdit in negociando, uel aliud agendo, perit periculo suo non mutuantis. Damnum autem non sustinet, nisi quia cessat ex hoc sibi lucrũ. Sed idem damnum habuisset, si pecuniam in archa seruasset, quia ibi non fructificat. Et si cum ea negociatus fuisset, potuisset amittere, sicut & lucrari. Substabat enim tunc periculo, ubi in mutuo non subsistat. Verum si ex carentia pecuniæ mutuatæ passus fuisset damnum, puta cum oportuisset eum accipere ad usuram uel uendere res suas minus iusto prœcio, uel aliquo simili, tunc mutuum accipiens deberet ei satisfacere de damno ei secuto propter mutuum, etiam si non fecisset pactum de hoc, secundum conscientiam. Non autem de industria sua lucrum factum tenetur communicare cessante damno. ¶ Secundo usura est contra legem diuinalem, & hoc patet ex triplici scriptura, quæ complectitur legem diuinalem. s. Mosaycam, propheticam, & euangelicam. ¶ In euangelio dicit ueritas ipsa, quæ mentiri non potest. Date mutuum nihil inde sperante. Luc. 6. nihil scilicet quod prœcio possit æstimari ultra suam sortem, nam beniuolentia, & amicitia licet sperare quæ non cadunt sub prœcio. Quod verbum est præceptorium quantum scilicet ad hoc, quod non speretur seu expectetur lucrum propter mutuum, quia ibi esset usura, vnde & mortale. Quod apertè declarat Augustin. super psalm. dicens. Si fœneraueris ideſt simul tuũ dederis pecuniam tuam a quo plusquam dedisti expectes accipere, non solum pecuniã, sed quicquid aliud, siue triticum, siue uinum & huiusmodi, fœnerator es ideſt usurarius, & in hoc non laudandus sed improbãdus 14. q. 3. capitul. si fœneraueris. ¶ In prophetis quò que prohibetur ipsa usura. Vnde & psal. 14. describens conditiones necessarias ad requiescendum in monte Dei scilicet supernæ patriæ hanc unam ponit inter cæteras. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Qui ergo dat ad usuram nunquàm ascendet ad montem diuinæ gloriæ nisi pœnituerit plenè. Et Neemię c. 5. Increpaui inquit optimates, & magistratus, & dixi eis, usuras ne exigatis &c. Ezech. 18. inter scelera digna morte æterna ponit usuram dicens. Qui ad usuram non cõmodauerit ideſt amplius quicquàm non acceperit. Vbi dicit Hiero. Putant quidam tantum usuras esse in pecunia, quod prouidens scriptura diuina omnis rei aufert superabundantiam, vt plus non recipias quam dedisti 14. q. 3. cap. putant. Et prouerb. 28. Qui congregat diuitias de usuris, & fœnore liberali, &c. ¶ In lege Mosayca quantum ad partem moralem quæ ad hæc obligat, uidetur Leui. 25. Ne accipias à fratre tuo usuram nec plus quam dediſti. Nomine fratris intelligitur qui libet proximus, & ratione originis quæ una est scilicet à Deo, & ratione finis qui unus est scilicet Deus. ¶ Ad rationem autem usurarij respondet cum. s. dicebat, q; in lege permittebatur usura, quia illa fuit cõparatiua permissio, quæ permittitur minus malũ ne sequatur maius. Permittitur aũt nõ, q; concedatur, ut licitum, sed quia non punitur pœna temporali, sed bene punitur pœna æterna. Permissum ergo fuit iudæis auaris usuram exercere erga alienigenas, ne crudeles existentes à fratribus

Ad argumẽta

Notandus casus.

Vsura ẽ cõtra legem diuinam.

Iudęis quomodo usura permissa.

bus exigerent eos consumendo. ¶Aliam rationem habes infra in §.3.c.se. Ad illam aliã auctoritatem inductam fœneraberis gentibus multis,&c. Respon. secundum Tho. ubi supra quod ibi largè sumitur fœnus pro mutuo tantum, non pro mutuo ad usuram. Et vult dicere Deus quod si populus seruaret legẽ, erit ita abundans, quod poterũt alijs mutuare, & non indigebunt mutuum accipere. ¶Tertio usura est contra legem humanalem. Super omnes humanas leges est ius canonicum, qđ resultat ex Decretis, & Decretalibus, & sanctorum auctoritatibus doct. Ex eo nanq; , & concilij Cartaginensis quod incipit. Seditionarios, prohibentur usurarij ad clericatũ promoueri distin. 46. Nullus autem prohibetur à promotione, nisi pro mortali, uel pro irregularitate, ut 14.q.3.& q.4.in pluribus capit. & extra de usuris per totum præcipue c. quia in omnibus hoc prohibetur ubi excommunicantur publici usurarij quo ad sacramenta percipienda, & quoad oblationes altaris, & quo ad sepulturam ecclesiasticam, his omnibus priuãtur nisi restituant, in 6. libr. de usuris usurarum. Priuantur confectione testamentorum, & alijs multipliciter, nisi faciant cautionem. De his omnibus plene habes infra in diuersis, §. uide ibi. Et de excommunicatione, quam incurrunt sepelientes eos scilicet publicè usurarios nisi fecerint cautionem, habes infra in 4. parte titulo 24. c. 33. Augustin. etiam di. An crudelior est, qui subtrahit aliquid, vel erípit diuiti, quam qui trucidat inopem fœnore 14.q.4. quid dicam. Et Ambr. sine ferro dimicat, qui usuras flagitat 14.q.4. capitul. ab illo. Et Leo Papa. Sicut non suo nomine ita nec alieno licet fœnus exercere. Fœnus hoc solum exercere debemus, vt quod hæc miseri corditer tribuimus, a domino qui multipliciter, & in perpetuum mensuram tribuit, recipere ualeamus, dist. 46. sicut. Et de hac usura spirituali, & licita dicit Salomon. Fœneratur domino qui miseretur proximo, quia centum pro uno accipietis ideſt spiritualia quæ excedunt in centuplo unum, & uitam æternã possidebitis, in euangelio Matth. 19. ¶Ad rationem usurarij respondetur quod leges ciuiles dantur populis, qui sunt pro maiori parte mali uel imperfecti, & intendunt pacificum conuictum ciuium adinuicem. Vnde solum prohibent expræsse uitari quæ sunt magis perturbatiua ciuilitatis, & quietis temporalis, puniendo transgressores. & coercendo ab illis per pœnas, ut adulteria, furta, homicidia, & huiusmodi. Alia permittunt non ut licita concedentes, sed non ut alia uitia prædicta punientes, & hoc ne peiora contingant sicut de meretricibus, & huiusmodi, secundũ Thomam ubi supra. Sed lex diuina prohibet omne peccatum, ostendens puniri in diuino iudicio. Cum ergo lex diuina, & naturalis sit supra omnem legem humanam, ut patet dist. 8. & 9. per totum, & canonicam etiam sit præiudicans ciuili, ut dist. 9. in his, quæ spectant ad conscientiam, & triplex lex scilicet diuina, & naturalis, & canonica prohibeant usuram omnem. Omnis lex ciuilis quæ permitteret etiam concedendo usuras, annulatur quantum ad hoc per legem diuinam, & canonicam. Et si leges illa sint iustæ quo ad ciuilitatem uitæ præsentis, ratione iam dicta, non tamen iustæ sunt quo ad ciuilitatem supernam adipiscẽdam ad quod oportet ab omni uitio esse immunem. Sed & ipse Imperator dicit, quod sacræ leges non dedignantur sacros canones imitari in matrimonio, & usuris, ut in auten. ut cleric. ad proprie. epi. con ue. §. pen. colla. sexta, & secunda quæst. tertia. c. Euph. §. hinc colligitur.

¶Quantum ad secundam partem quæ est extensio seu dilatatio copiosa talis uitijs, hoc notatur ibi, de plateis eius. Platea est locus ubi multi conueniunt, & locus latus, & patens, & lata est uia quæ ducit ad perditionẽ scilicet uia cupiditatis, & multi incedunt per eam dicit saluator. Matthæi 7. & præcipue per usurariam prauitatem patens est, quia semper à christicolis hæc usura habita est pro magno, & enormi scelere. Et ad tollendam omnem excusationem huius maledicti uitij ecclesia statuit, ut si quis pertinaciter hoc assereret ipsam scilicet non esse peccatum, & graue hæreticus habeatur, & contra ipsum ut contra alios hæreticos procedatur de usur. ex graui, in Clemen. Sunt autem in ciuitate plures plateæ. Est platea nobilium, & camporum. Est platea artificum, & mercatorum. Est platea ludentium, & templorum. Et de omnibus his non defecit usura, & dolus. ¶In prima ut est Florentiæ platea dominorum & platea fori in noui sunt nobiles qui nolunt laborare, & ne pecunia eis deficit paulatim consumendo, tradunt eam mercatori uel trapexitæ intendentes principaliter aliquid annuatim recipere ad discretionem eorum saluo tamen capitali. Et quamuis ipsi uocent hoc depositum, tamen clarè usura est 14. quæst. 3. si fœneraueris, ut habes supra. Nec uerè depositum est nec sapit naturam eius. Ipsi etiam, & alij plures qñque mu-

§. 2. Leges subduntur canonibus.

Vsura ẽ cõtra legem humanam.

Vsurarij clericatum nõ possunt promoueri.

Leges ciuiles quibus dantur.

mutuant pecunias diuersis personis, accipientes in pignus domum, vel agrum, uel uineam sub nomine securitatis, sed fructum seu usum dicti pignoris interim volunt habere quousque restituatur eis pecunia non computãdo in sortem & usura est, de usur. c. 1. ¶ Excusatur tamen in hoc casu a uitio vsuræ gener, qui cum sustineat onera matrimonij & nondum habuit dotes recipit socero uel alijs dotantibus mulierem possessionem aliquam in pignus quousque recipiat dotes, hæc licite facit fructus illius pignoris suos, nec tenetur computare in sortem, ut de usuris. c. salubriter. ¶ Campsores cãbia faciunt, quæ uocantur cambia sicca, uel ad libras grossorum, uel per Venetos. Sed quia ibi est mutuum expresse quod est materia in cõtractu usurario, & intentio lucri principaliter q̃ est forma, ideò inde resultat uera vsura, & si dicatur cambium. Nec excusat periculum quod ibi esse potest, & de usu. c. nauiganti.

Cambia ficca dãnantur.

¶ Faciunt etiam alij securitatem pro aliis in mutuis cũ certa scriptura, & pro hoc recipiũt duo pro centenario & huiusmodi, & hoc etiã vsura videtur si nõ est probabile periculum. De hoc tamen & aliis supradictis contractibus habes plenè in §. pluribus. c. se. ¶ In secũda platea, scilicet ubi morantur mercatores, lanifices, retaleatores, & huiusmodi, multæ reperiuntur vsuræ. Nam qui vendit aliquid ad aliquem terminum temporis, & ratione termini seu dilatæ solutionis petit plus iusto pręcio, puta iustum præcium sit. 10. & ipse vendit pro 11. vsuram committit, nisi illud intenderet non tunc uendere, sed seruare vsque ad tempus quo verisimiliter credebat merces illas ualituras quantum uendit, etiam si nunc non tantum ualeant, puta tempore æstiuo vendit bladum ad præces seu instantiam alicuius quod intendebat reseruare ad tempus hiemale quando communiter plus ualet, propter quod uendit pro pluri prącio quam nunc ualeat, ut de usuris. c. in ciuitate. ¶ Similiter si quis emit merces uel uictualia minus iusto præcio pro eo quod anticipat tẽpus in merces uel uictualia per aliquos menses, puta dat præcium tpe ueris, & recipit bladum tpe æstatis, & hoc nisi subsset periculum, ut quia bladum uel aliud potest probabiliter plus uel minus valere dicto præcio quod soluit ut in d.c. in ciuitate. ¶ Sed qui emunt possessiones, uel domos multominus præcio quam ualeant cum pacto quòd infra certum tempus ille uenditor possit reemere, usura reputatur seu fraus usuræ palliatæ sub titulo emptionis. ¶ Qui etiam faciunt societatem cum aliis siue mercatoribus: siue artificibus, siue agricolis circa mercantias, uel artificiata, uel pecora, & alia animalia, volentes saluum esse capitale quo ad pecuniam, seu capita quo ad animalia usura est, & non uera societas 14. q. 3. plerique, cum glo. Sed & diuersis modis committitur fraus & dolus in huiusmodi & iniustitia, de quibus diffusè habes infra, in pluribus. §. se. ¶ In plateis tertijs, quæ sunt cõiter ante ecclesias ibi conuenunt, & diuites, & pauperes, & uiri & mulieres, lusores, prodigi, artifices, ciues, & alij. Et ad omnes quasi extenditur uitium usuræ uel per exercitium eius uel per participationem. ¶ Nam mulieres de quibus minus videtur si sunt uiduæ ne consumentur dotes earum, uel deponunt eas mercatoribus ad discretionem, & usura est secundum prædicta, uel recipiunt ab hæredibus coniugis sui defuncti possessionem usufructuandam quousque reddantur ei dotes, & usura est secundũ Hostien. & alios. Si sunt nuptæ uiris qui sunt obligati ad restitutionem usurarum ad quantum est ualor earum substantiæ in usura participiant uictum, & uestitum de his percipiẽdo. Si sunt puellę nuptui tradendæ & dotes recipiunt de usuris, uiri earum non possunt recipere tales dotes, & si receperint tenentur ad restitutionem illis quibus socer erat obligatus, extra quo omnia illius erant obnoxia restitutioni. Et ipsa mulier soluto matrimonio tenetur ad restitutionem si non restituit uir secundum docto. Ray. & alios. De his omnibus plenè uide infra in §. pluribus. c. se. ¶ Pupilli quoque quorum tutores uel procuratores eorum pecunias posuerunt ad discretionem ubi usura est, secundum prædicta tenetur ad restitutionem quamuis non fecerit ipsi tales contractus, tamen quia lucrum tale ipsi perceperunt. Et si non disponunt se ad restitutionem cũ habent administrationem suorum bonorum, iam sunt in statu damnationis. Sed & ipsi tutores & curatores mortaliter peccant faciendo tales cõtractus & tenentur ad restitutionem, quãuis utilitatem non sint inde consecuti in casu quo ipsi pupilli non uellent uel non possent satisfacere, ut no. Archid. dis. 46. sicut non sua. Idem de quolibet factore uel procuratore, qui exercet negocia aliorum faciente huiusmodi contractus. ¶ Qui etiam mutuant pauperibus hac intentione, uel pacto ut seruiant eis in operis agri, uineæ & huiusmodi, uel in operis boum, uel equorum, vel alio

Pupilli.

seruitio

seruitio corporali, vsuram committunt, de usur.c.consuluit. ¶Filij quoque, & hæredes, & quicunq; usurariorum participes sunt, tenentur ad restitutionē, si bona illa legata obnoxia sunt restitutioni, ut de usuris.cap. Michael. Nisi incerta essent, & locis pijs legata, Publici autem usurarij cum conscientia dicæ cesani, & cautione de talibus debent dispone re, ut de usu. in ut. de q to uide. supra. c. 10. §. 1. ¶Illi etiam qui accipiunt mutuum ad usuram, si faciunt sine legitima causa puta necessitatis, uel vtilitatis rationabilis, sed ad ludē dum, vel prodigaliter expendendum peccāt mortaliter secundum B. Thom. ubi supra, & alios docto. ¶Notarij conficientes instrumēta in fraudem usurarum scientes, & testes, peccant mortaliter. Idem est de mediatoribus, & seruientibus eis in talibus. Aduocati patrocinantes eis in huiusmodi contractibus omnes digni sunt morte æterna, quia cō sentiunt usuræ cooperando ci. 2.q.1. c. notū fit. ¶Facientes quoque statuta super hmōi & iudicantes secundum ea, vt capitanei rectores, & huiusmodi, & prębentes cōsilia ad huiusmodi statuta peccant mortaliter, & sunt excommunicati, de usuris.c.ex graui, in cle. ¶Domini etiam temporales qui permittunt usuras propter unam certam cotam, quam reripiunt inde in eadem sunt damnatione. confessores, qui absoluunt scienter tales non disponentes satisfactionem & emendam. Ecce quod in numeros illaqueant maledictæ usuræ & sic nō deficit de plateis oibus usura, quia uel per unum modum, vel per alium in uoluit, quasi uniuersos.

Oēs in pcto usurę cōsentientes peccant mortalr

§.3. ¶Tertium quòd continetur in uerbis Psalm. quod in primo membro habetur, est continuatio huius uitij quæ est periculosissima cum dicitur. Non deficit ipsa usura, sed usque in finem uitæ communiter perseuerat. Sed ut dicit Hiero. Si usque in finem vitæ in malus perseueramus, assidue peccantium non miseretur deus dis. 93. c. diaconi. Attenditur autem ista cōtinuatio pericolosissima. Quia sine interpolatione. Quia in finali duratione. Quia in plurali successione, In aliis peccatis nunquam homo aliquid eorum continuat. Non. n. gulosus semper actu comedit, nec continuę luxuriatur lasciuus, nec iracundus continue irascitur, sed interpollant actus suos. Sed usura semper rodit, & consumit pauperum ossa, & de die, & de nocte, & in festis, & in ferijs & dormiendo, & vigilando operatur, & nunquam deficit usura. Et cum peccatum suum usuræ menti occurrerit, & non dolet, & proponit usurariam prauitatem dimittere, & restituere, sed ipsa lucra retinere, iterum & de nouo peccat mortaliter, & toties quoties. Tenetur. n. qui libet ad conterendum statim de mortali cum menti occurrit de quo adhuc non habuit cō trionē secundum Bea. Tho. in 4. & Richar. & Bon. & Pe. de Tharan. Præceptoriè enim dicit illud à domino. Conuertimini ad me filij reuertentes, & sanabo anuersiones uestras, Hiere. 3. ¶Non deficit secundo usura, quia durat dum ille viuit, & potest essercere cętera uitia inquit Hiero. cum sceneſcente senescunt, sola auaritia inueneſcit, & super omnes species eius usura. Et ratio est, quia in alijs peccatis si quis uult pœnitere, non habet nisi conteri præponere & abstinere, & sibi iniunctam pœnitentiam facere, quæ modicum quid est. Sed usurarius sicut & aliter qui accepit aliena iniuste, vel detinet, non solum oportet quòd doleat, & proponat abstinere in futurū, sed necesse est quòd restituat aliena si potest. Nam ut alias dicitur in iure. Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, de re. iu. Nec confessor sacerdos nec episcopus, nec alius superior prælatus, potest sibi remittere ius alienum, sed ille cuius est pecunia debita, nimis autem durum uidetur sibi ut reddat, quæ cum tanto labore acquisiuit, & quòd bursam euacuet, & distrahat possessiones, & ubi assuetus est uiuere abundanter cum familia sua, & indui pompatice, redutat se ad tenuem uictum & vestitum, & quòd dimittat filios pauperes, & non considerat miser homo quòd sicut nudus est egressus de uentre matris suæ, ita nudus reuertetur illuc. Iob. 1. ideſt in terram matrem omnium. Non attendit quod ait Psal. Frater nō redimit ideſt Christus frater noster p humanitatem nō liberabit talem mortuum in peccato propter sua legata facta ecclesijs, uel hospitalia facta. Redimet homo quicunque, quasi dicat nō. Nō dabit deo placatione suā &c. Quanto aūt magis perseuerat in usuris, tanto magis aggrauatur peccatum eius, & ut dicitur. Prouer. 18. Impius cum in profundum peccatorum uenerit contemnuit, nec curat de anima sua. Et tanto sunt grauiora peccata, quanto animam infęlicem detinent diutius alligatam. Ait Greg. extra de consue. c. fi. ¶Et communiter tales moriuntur ut animalia bruta, vel aliquo terribili iudicio de his contingente rapti aliquando à dęmoniis notorie. Sicut legitur de quodā usurario quòd cū dormiret in lecto cum vxore subito expergefactus

Vsura ſp durat.

Obcœcatio usurariorum

Exęptū.

factas exiuit de lecto. Cum autem ab uxore sua interrogaretur quid haberet, ait. Modo raptus fui ante iudicium Dei vbi tot & tanta terribilia sunt opposita contra me, quod nescini, nec potui aliqui respondere. Cunque fuerim diu ad pœnitentiam expectatus nec hucusque uolui diuinis inspirationibus, & præceptis, obedire, audiui nunc iudicem contra me sententiam protulisse, neque datum in potestatem dœmonum qui me debẽt hodie ad æterna supplicia asportare. Quo dicto de pertica uili ueste assumpta, domum rapido cursu egressus est, quem sui hinc inde querentes, tãdem i quodam monasterium monachorum matutinas cantantium inuenerunt. Cunctis ergo eum ad pœnitentiam inducentibus, nec proficere ualentibus ratione, aut exhortatione, vel præce custoditus est diligenter usque ad sextam horã. Denique cum cõsanguinei eum ad domum reduncere uellent, & ad quendam fluuium per quem transituri erant peruenissent, uiderunt quandam nauim rapido cursu per fluuium ascendentem à nullo vt uidebatur conducta. Sed ab usurario uisa est pena dœmonijs, qui ait, ideò uenebant ut eum ad supplicia æterna asportarent. Quo dicto. statim de manibus eorum a dœmonibus uiolenter raptus, & in nauim proijcitur, cursu rapido refracto, subito disparuit cum dęmonibus, & præda præfactæ nauis. Sic ut ergo non deficit usuræ uitium in eo dum in hoc sęculo uixit, ita non deficiet punitio gehẽnę in alia uita, & secundum modũ delicti erit, & plagarũ modus, vt dicitur Deu. 25. ¶ Demum est periculosissimum istud uitium, quia transit ad successores, sicut lepra Giezi transfusa est in posteros. Alia peccata non excedunt actores eorum. Vnusquisque in iniquitate sua morietur. Filius non portabit iniquitatem patris. Ezech. 18. nec iræ nec superbiæ, nec inuidiæ nec alia. Sed in usura sicut, & rapina, & omni illicita usurpatione filius, & quilibet alius hæres usurarij, & raptoris, & filij filiorum ad quos deuenerunt bona ipsorum obligata restitutioni, portabunt iniquitatem patris usarij, ideſt pœnam debitã. Non quidem pro peccato quod actu commisit pater: pro illo. n. ipsæ solus pater portabit onus suum, sed pro peccato quod commisit filius eius, uel quicunque hæres ipsius in retinendo bona aliena, in quo imitatur ipsum prauũ patrẽ. Et sic de progenie in progeniẽ in perpetuũ obligatur hæres usurarij, uel alienorum detentores in quantum durant bona ipsorum ad ulterius non tenetur nisi de eo quod peruenit ad eum quousque debitoribus sit satisfactum per solutionem, uel remissionem in foro conscientiæ. ¶ Caueant autem hæredes talium, filij, nepotes, consanguinei, uel extranei ne in huiusmodi laborẽt crassa ignorantia, quia non excusaret eos a dãnatione. Sed illud uerificatur in eis. Ignorans ignorabitur, ideſt reprobabitur. Sola ignorantia inuincibilis eos excusaret. ¶ Legitur de quodam usurario quod cum infirmatus esset, & grauiter ac filius duos haberet, uisitatus à confessore confessus est, & non negauit peccatum suum. Cui declarasset cõfessor quod oportebat eum omnia mala ablata restituere aliàs saluari, & absolui non poterat, & filij ad hoc cum hortarentur ut posset, & sacramenta susçipere, & animam saluam facere. (Sciebant enim usurarios contractus eius.) Respondit ille miser. Ego non possum, quia si superuiuerem non haberem ad manducandum, sed oporteret me mendicare. Si morerer, & uos oportet re ire ad hospitale, nihil enim uobis remanere, quia omnia de usuris sunt. Cui illi. Non curetis de nobis prouideatis saluti uestræ. Tacet (ait ille.) Volo ire potius, & ad misericordiam Dei stare quam mercedem hominum, quia inhumani, & immisericordes sunt, Deus autem clementissimus. Sicque in sua obstinatione migrauit. Quod attendens vnus ex filijs hortatus est germanum ad restituendum ne sequerentur patrem in damnatione. Cui ille. Si pater meus usuras fecit, ego illas non feci. Volo portione mea gaudere dum uiuo, de futuro nescio quid erit. Per manſit ergo in uitio patris detinendo partem suam. Alius uerò restituit certis personis, & incerta pauperibus arrogauit. Cum autem in bonis duceret dies suos ex substantia funebri in puncto ad inferna descendit moriens. Alter uerò qui statum religiosum assumpserat facta restitutione de parte sua, quadam die cum oraret uidit in uisione terram apertam, & in profundum ignem maximum imensam flammam extendentem. Et in profundo inferni inter cæteros uidit patrem suum, & fratrem suum super eum quem pater frequenter maledicebat dicens. Maledictus, & cætera, quia propter te ut diuitem te dimitterem huc deueni. Et filius respondebat, immo tu maledicaris, quia propter te huc ueni. Si enim non dimisisses mihi malè acquisita, ego cauissem me ab alijs uitijs. Et sic stabant in ista alteratione. Quod

§. 5. De mutuo quę usu cõsumũtur.

Vsura vadit ad successores.

Filij usurariorũ portabunt iniquitatẽ patris.

Exemplum.

ille cernens dominum laudauit de sua illuminatione, quia restituerat. Et sic apparet continuatio eius, quia non deficit moriente usurario, sed transit ad alius (vt dictum est) nisi restituatur.

¶ *Vbi agitur de multiplici modo usurarum scilicet & quæ committitur in mutuis expressis, & in pignoribus, & in securitatibus, & in societatibus, & in sociis animalium, & in cambiis.* Cap. 7.

QVia usitatæ uorago quæ animas douorat plurimas multas habet intricamenta propter fraudes adinuentas, & difficulter de seritur propter obligationem restitutionis, ideò post symoniam de ea tractetur, cum habeat etiam conuenientiam cum ea in hoc scilicet quod committi potest per triplex munus à manu, a lingua, & ab obsequio. Et vtrunque sola spe, & intentione committitur. Dicitur autem usura quasi usus rei uel æris seu usu rea. Datur enim ob usum æris idest pecuniæ uel alterius rei quæ usu consumitur, & ob hoc est rea, & mala, quia datur propter illud, propter quod dari non debet, ut declarabitur infra.

§. 1. Diffinitio usuræ.

¶ Diffinitur autem sic usura est lucrum ex mutuo principaliter intentum. Lucrum dicitur proprie incrementum quod quis habet ex uoluntaria commutatione ultra ea quæ prius sua erant. Vnde si muto uni habenti decem de mea substantia ea intentione, vt ultra mutuatum rehabeam ab eo illa 10. cum aliàs habere non possem non committo usuram, quia non intendo hoc lucrum sed tantum, sed tantum quod meum de iure erat retrahere artic. 14. quæstione 4. ab illo. Ex mutuo subditur, quia regulariter usura committitur in mutuo. ¶ Quamuis enim in alijs contractibus sæpe reperiatur usura titulo emptionis, uel uenditionis, uel pignorationis, & huiusmodi palliationis, ibi tamen est implicite mutuum. Nam si cum uendo ibi cannam panni ualentem nunc unum ducatum, ex eo quod uis dilationem unius anni ad soluendum præcium, uolo propter istam expectationem unum solidum plus dicto præcio, ista uenditio resoluitur in mutuum. Ita enim est ac si modo tu mihi dares unum ducatum pro præcio illius panni, quem quia tibi mutuo per annum uolo unum solidum, ecce usura explicita, extra de usur. in ciuitate. Et dicitur mutuum quasi de meo tuum, quia transfertur dominium rei mutuatæ in eum cui mutuatur, & stat periculo eius, vnde proprie locum habet in his quæ usu consumuntur, vt uictualia, uel distrahuntur ut pecunia numerata, & ideò grauari non debet ultra restitutionem capitalis. Secus autem est in locatione, & condutione domorum, & agrorum uel equi, bonis, & huiusmodi. Nam dominium non transfertur in accipientem, sed remanet penes dominum, & eius periculo stat, & ideò licitè speratur, & petitur lucrum pro re locata uel commodata. Intentum additur, quod includit expræssam pactionem. Nam & sine pacto, & locutione sola intentionem committitur vsura sicut symonia. Si enim quis mutuat hac intentione, ut aliquid recipiat ultra sortem temporalem, esto quod nil quærat, usuram committit mente 14. q. 3. si fœneraueris. Sed si nil recipit ultra sortem, sufficit ut pœnitentiã agat de peccato suo mortali, si aliquid habuit restituere oportet nisi sibi remittatur.

Vsura regulariter committitur in mutuo.

Munus gratuitum accipi pôt ex mutuo.

¶ Si uerò quis mutuat principaliter propter Deum, uel amicitiam non propter temporale commodum, & is qui mutuum accipit, ex sua liberalitate, ut gratus non principaliter propter mutuum donat ei aliquid hoc ei declarans quod ei libere donat, usura non est, quia lucrum illud mutuans non intendit ar. 1. q. 2. sicut non enim debet esse factus deterioris conditionis, sed melioris propter obsequium pro ipso factum in mutuando ut scilicet domum ei gratis factum recipere nõ possit qui prius secundum omnes potuisset. Principaliter dicitur proptes secundariam intentionem quæ non inducit usuram. Dicitur autem intentio principalis hæc cum scilicet magis mouetur ad mutuandum propter lucrum q̃ sperat sibi euenire, quàm pp aliud. Sed intentio secundaria dr, q̃n & si spectat aliquid sibi dari ab eo cui mutuauit ex sua liberalitate, tñ nõ illud eũ mouet, sed magis benuolentia ita, q̃ etiã si non crederet sibi aliquid dari ultra sortẽ adhuc tñ mutuaret. Sicut n. principalis spes, & intẽtio ad tẽporale induxit symoniã, & nõ secũdaria in collatione spiritualium, ut habetur expræsse dist. 83. quid. n. prodest, in gl. & dist. 59. si officia, ita. & in mutuo principalis intentio ad lucrum inducit usuram, & non secundaria secundum Laurent. de Ridol. & multos alios. Nec obstat c. 1. 14. q. 3. ubi dicit August. Si mutuo dederis à quo pluſquàm dedisti expectes, fœnerator es, hoc enim intelligitur de expectatione causatiua principaliter mutui. Similiter non obstat c. si. 14. quæst. 3. ad id quod dictum est supra de

date

dato ex liberalitate. Nam dictū.c.loquitur cū aliquid dat vltra sortē ex exactõe actuali vel saltem intentionali mutuantis, & non ex liberalitate mutuū accipientis. ¶Et nota quòd intentio principalis ad lucrum non solum in principio mutuationis: sed etiam habita postea, & si à principio non habuerit, inducit vsuram, puta mutuat quis proximo mere ex charitate, post mensem subintrat cogitatio mentem eius de lucro sibi dando ab eo cui mutuauit, & ita inficitur quod si nõ speraret aliquid recipere vltra sortem repeteret mutuatum, sed propter illud lucrum speratū dimittit, certe talis vsurarius est, ar.1.q.1.fertur.§.vulnerato, & si quid vltra sortem recipit quamuis ille daret non exactus: sed propria sponte tenetur restituere. Et hoc nisi mutuum accipiens in restitutione eius, & sciret vel crederet intentionem illius fuisse deprauatam, tamen ex mera liberalitate aliquid dat per modum doni. & hoc sibi declarat qđ vult omnino quòd sit suum, & per modum doni, tunc enim de peccato pœnitere habet, sed ex quo donatum sibi est non tenetur restituere. Sed si dedisset non ex libera uoluntate, sed ne reputaretur ingratus, & ab illo, vel ab alio non reperire posse mutuum dubitat, si mutuans hoc scit vel probabiliter credit non potest recipere, quamuis ex charitate mutuasset & ipsæ sponte dedisset.i.non ex actus & restituere tenetur acceptum secūdū Lau.de Ridol. Et est semper mortale usura, quia contra iustitiam, & charitatem, & diuinā legem contra illud uidelicet. Non furaberis. Nomine.n.furti intelligitur rapina vel omnis illicita usurpatio rei alienæ quæ ibi prohibetur vt dicit Aug. 14.q.5.c.pœnale.

Nota diligéter.

§.2. Vsura ẽ indispẽsabilis p quiscũque.

¶Et quia contra diuinam naturalemque legẽ in qua per hominem dispensari non potest, ideò nec per papam dispensari posset, ut sine peccato vsura exerceretur, vt etiã expresse dicitur extra de vsu, super eo, vbi Alexander tertius sic ait. Cum usurarum crimen utriusque testamenti pagina detestetur super hoc dispensationem aliquam posse fieri non uidemus. Quia cum scriptura sacra prohibeat pro alterius uita mentiri, multomagis prohibendus est quis ne etiam per redimenda uita captiui usurarum crimen inuoluatur. Posset autem dispensari in exactis quoad incertorum restitutionem secundum docto. quæ tñ si fiat sine ratione quoad conscientiam, nõ puto p ualeat. Nec excusantur iudæi in exactõe vsurarum sicut nec ab alijs pctis. ¶Illud enim p inducunt ad sui excusationem tanq̃ hoc sit eis concessum, malè intelligunt. Nã p dicitur Deu. 23. Non fœneraberis fratri tuo ad vsuram: sed alieno sane est intelligendum, ¶Per alienum enim aut intelliguntur illi qui erant finitimi eorum, quorum terra eis Dominus concesserat, ut Cananei, & ab illis licitè recipiebant vsuras, non vt vsuras: sed vt recuperationem iuris, sui ar.extra eo.ca.1. sic exponit Greg.& Vl. Sicut etiam modo à Christianis licite acciperentur usurę ab eo cõtra quem agitur iustum bellum, cum etiam liceret eum occidere, & ad hoc est textus Ambr.14.q.4.ab illo, ubi dicit, q. vbi est ius belli & vsurę, & ab illo exige vsuras, cui meritò no cere desideras. Et quamuis aliqui hoc exponant negatiuè.i. quia nulli debes velle nocere, ita & nulli fœnerari, tamen alij intelligunt affirmatiuè vt no.ibi Archi. Nec inconueniẽs aliquod sequitur, cum illa nõ sit proprie usura, sed sui iuris recuperatio. Si autem talis, ut usurã peteret, non excusaretur a mortali quãtumcunque ille haberet de suo, sed ad restitutionem non teneretur vsque ad sui satisfactionem. Aut per alienum intelligitur, quilibet, qui non erat de genere Iudæorum, & tũc dicetur q illa fuit comparatiua permissio qua permittitur minus malum ne maius fiat, sicut etiam permissum fuit eis dare libellum repudij, & repudiare vxorem ad uitandum uxoricidium. Sic & vsura fuit permissa eis ergo alie nigenas ne simplicer prohibita maiori crudelitate crassarentur in suos, vt suæ cupiditati satisfacerent. Excusabantur ergo a pœna temporali legis, sed non a pœna gehennali, sicut nec a culpa mortali. Vnde dicit Chryso. 31. q.1.hac ratione, in fi. Quod enim promittim⁹ nolentes, præcipimus idest permittimus secundum glo. quia malas hominum uoluntates ad plenum prohibere non possumus, ar. de hoc dist.4.deniq̃. Et hoc Deus declarauit per prophetas, scilicet sibi displicere, ut Psalm. 14. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Et Ezech.18.dicitur. Ad vsurã nõ commodauerit. Sed & si quis ratione dictæ permissionis uellet eos excusare pro illo tempore quæ tñ excusatio communiter a doc.nõ admittitur, pro nũc tpe gratiæ reuelatæ non excusarẽtur. 31.q.1.§.sed in ueteri. Nã exp̃sse ois usura ex lege canonica & lege euangelica prohibetur quæ leges oẽs astringũt. Dr. n.Luc.6. Mutuũ date nihil inde sperãtes, quæ auctoritas inducit i Decretali, cõsuluit, extra de usuris, vbi prohibentur vsuræ. Et hæc auctoritas habet duas particulas. Prima est mutuum date quod quãtum ad eos qui cõmodè

Differẽtia legis et Euangelij.

possunt mutuare sine notabili detrimento sui status erga eos qui sunt in magnis necessitatibus constituti, & quasi extremis, uidetur esse præceptum quia si hoc dicimus de eleæmosina a fortiori in mutuo ar.dist.86.In singulis,aliàs autem uidetur esse in consilio.

¶ Secunda particula auctoritatis est nihil indè sperantes, & hoc est in præcepto, ita tamen quod intelligatur de primaria specie(ut dictũ est supra,) & nihil referatur ad id quod præcio potest extimari. Nam bene potest, & debet sperari præmium æternum exinde si fiat mutuum ex charitate uel etiam beniuolentia & amicitia personæ inquantum tamen amicitia non inquantum causatiua utilitatis temporalis.

§.3. Vsura i nullo casu licita

¶ Item notandũ q; licèt quidam dixerunt vsuram esse concessam in quibusdam casibus pro prie loquendo,in nullo casu conceditur. Sed quia in illis casibus, quos illi ponunt aliquid recipitur vltra sortẽ,ideò & pp aliquã similitudinẽ largè & impropriè sumendo dicitur vsura ibi permissa,sed non est usura. Illos autẽ casus ponit Host.in uersi.in summa uidelicet. Feuda,fideiussor,pro dote, stipendia cleri. Vẽ ditio fructus, cui uelles iure nocere. Vendens sub dubio præcium post tempora soluens.Pœna ne in fraudem legis commissoriæ gratis. Dans socijs pompam, plus forte modis datur istis. Exempla horum habes in iure. Nam de feudo habes extra eo.conquestº. De fideiussore soluente. s. usuras q; possit repetere habes extra de fideiuss.capitulo constitutus. De dote in fructibus pignoris pro dote habes, extra de usuris salubriter. De stipendio clerici. i.possessionis suæ ab alio detẽtæ & sibi ignorantæ habes extra eo.capit.j.de uenditione fructuum habes extra de loca. & conduc. per totum. De acceptione usuræ ab inimico habes 14.q.4.ab illo.De vẽdente sub dubio, & sine receptione præcij extra de usuris nauiganti. De pœna apposita in contractibus dummodo non in fraudem exacta habes 12.q.2.capitulo in legibus. De gratis oblatis, & sine principali spe recipientis mutui causatiua habes ar.1.quæst.2. sicut.

De mutuatiõe ad pompam.

¶ De mutuata ad pompam seu ostentationem non ad vsum dicit Th.2.2.q.78.puta vult aliquis ostendere se habere multo denarios ad hoc, vt creditores sui non dubitent de eo, & sic aliquis sibi mutuat solùm ad ostentationem, non ad distrahendum fructum, seu emolumentum aliquod percipere potest,sicut posset de uasis argenteis,vel aureis mutuatis,uel alijs iocalibus ex quibus lucrum iustè quærere potest. Apertius declarabuntur ista infra. Dicit enim Bea. Tho.vbi supra, quod quia principalis usus vasorum argenteorum,& huiusmodi non est eorum consumptio, ideò eorum vsus licitè vendi potest seruato sibi dominio eorum. Sed usus principalis pecuniæ est distractio in commutationes, vnde non licet eis vsum vendere cum hoc quod aliquis uelit eius restitutionẽ quod mutuo dedit. Sciendum tamen quòd secundarius usus argenteorum posset esse cõmutatio,& talem vsum eorum uendere nõ liceret. Et similiter posset esse aliquis alius vsus pecuniæ argenteæ vt puta si quis accõmodet pecuniã signatam ad ostentationẽ, uel ad ponendum loco pignoris. Et talem usum pecuniæ homo licitè uendere potest, hęc Thom.

§.4.

¶ Quis autem si iudex competens in causa usurarum Archid.in capitulo quid dicam 14.q.4.ponit diuersas opiniones, vbi approbat opinionem. Lau.Hug.& Goff.quæ habet, quod contra laicum laicus iudex,contra clericum ecclesiasticus, & hoc etiam placet Io. Cal,Sed glo.in capitulo dispendiosam, de iudi. in cle. uidetur sentire contrarium scilicet quid solus iudex ecclesiasticus habet iudicare. Pau.in cle. 1. de vsuris dixit opinionem Lau. & sequentium ueram, vbi non refertur quæstio an id quod petitur sit vsura. Et sic nõ est quæstio de prohibito,& concesso,sed de soluto tãtum, uel non soluto,sed si est quæstio, an id quod petitur sit usura, uel sub nomine usurarum recludatur uel non, tunc uera est opinio alia. Hanc approbat. Io. de Lig. & Fæde. de Senis. Idem uidetur tenere Bal.de Perusio. ¶ Sed quæritur ad quos magis spectet determinatio dubiorum de usuris ad theologos vel canonistas? Ad hoc respondet Pe.de Ancha.in quadam quæstione disputata & tenet quod spectet ad canonistas. Dicit enim quod interpretatio iuris naturalis & diuini quatenus tendit ad moralitatem, & dirigit actus nostros in Deum, pertinet ad canonistas: sed quatenus ius diuinum tendit ad spiritualitatem, & tuitionem fidei contra infideles pertinet ap theologos,& sic concludit, quod magis ad canonistas, & iuristas, quam ad theologos pertinet determinatio de dubijs circa usuram. Sed non solum Beatus Thomas in quodam quodlibet, sed etiam Anto. de But. qui fuit magnus decretista dicit contrarium scilicet quod declarationes materiarum quæ respiciunt ius diuinum, magis spectent ad theologos, & in hoc canonistæ debent ad eos recurere,

Determinatio de dubijs vsurarũ ad Theologos.

usura

vſura autem eſt contra ius diuinum, & ideò magis ad theologos pertinet declarare dubia de vſuris. Præterea ad bonitatem fidei pertinet non ſolum credere, ſed etiam operari ſecundum illam. Si ergo ad theologos ſpectat interpretari ius diuinum in his, quæ ſunt fidei, ut dicit ipſe Pe. cum uſura ſit contra opera fidei, ergo ſpectat ad theologos, ergo &c. Bene eſt uerum, quod quantum ad ea quæ inſtituta ſunt per leges, & canones contra uſurarios, declaratio dubiorum magis ſpectat ad legiſtas & canoniſtas. De manifeſtis uſurariis quod dicantur, & quomodo puniantur habes in principio capituli decimi infra. Quære ergo ſecundum quod uidetur expedire ſi commiſit uſurã uel in mutuo, vel in pignore, uel in depoſito, vel in emptione, & uenditione, uel in ſocietate, & huiuſmodi, & declara per exemplo.

§. 5. De mutuo quę uſu cõſumuntur.

¶ Nota ergo primo quod ſiquis mutuat aliquid eorum, quæ uſu conſumuntur, ut uictualia, uel diſtrahuntur ut pecunia numerata, non ad oſtentationem tantum, ſed ſimpliciter mutuata cum pacto aliquid recipiendi ultra ſortem, ſiue illud ſit munus a manu, ut denarij, fructus, & quicquid aliud quod præcio extimari poteſt, ſiue munus ab obſequio ut ſeruitium hominis in laborando pro eo, & huiuſmodi, ſiue munus à lingua, vtputa mutuat alicui, ut porrigat pro ſe præces pro aliquo officio, vel beneficio temporali obtinendo, in omnibus his caſibus uſuram committit. 14. q. 3. putant, & c. pleriq;. Item Th. 2. 2. q. 87. & tenetur reſtituere ei à quo accipit id quod habuit ultra ſortem, vel ualorem eius. In ultimo tamen caſu cum ſcilicet propter præces porrectas pro eo ratione mutui conſequitur officium aliquod, puto quod debeat pauperibus erogare quod inde emolumenti perciperet deductis tamen expenſis ſui laboris ad arbitrium boni uiri. Idem per omnia dicendum quando quis prædicta mutuat etſi non cum pacto tamen ea intentione principaliter, vt aliquid ultra capitale reciat quod poſſit præcio eſtimari Tho. ubi ſupra & 14. q. 3. ſi fenerateris. Similiter ſi mutuat eo pacto, vel intentione principali ut ſibi impoſterum remutuet eonuerſo uſura eſt ſecundum Tho. & Hoſt. ar. extra eo cõſuluit. Licet tamen ſecundum Tho. mutuum recipere uel aliquod ſimile à mutuãte. Quanuis enim recipiens ſeruitium mutui teneatur naturaliter ad antidota, ideſt ad recompenſandum ſeruitium extra de teſta. c. cum in officiis, non tamen ex hoc ſimpliciter eſt obligatus, quia ad hoc cogi non poſſet. Sed hoc ducit in pactũ promittẽs. 1. remutua re ex hoc inſurgit ciuilis actio, qua mutuans poteſt cogere eum cui mutuauit ad hoc, & ſic recipit ultra ſortem aliud quam illam obligationem Archidi. poſt Pet. Sed & ſi quis ex mutuo quęrat beniuolentiam alterius, eo tamen ſine principali ut amicus effectus ſit ſibi utilis ad acquiſitionem temporalium, uſura eſt ſecũdum Lau. de Ridol. in tractatu quem fecit de uſuris, qui tractatus pluries ellegatur in iſto c. Si autem principaliter beniuolentiã intendit non eſt uſura, quia præcio non æſtimatur Th. & Io. Cal. ¶ Item nota quod cũ quis mutuat uniuerſitatis licèt Speculator dixerit quod ex pacto interueniente in contractu mutui inito cum uniuerſitate poſſit euitare collectas, ad quas interim uniuerſitati tenebatur, tamen Io. An. & Io. de Lig. & Ioã. Cal. concedunt hoc non ſimpliciter, ſed quã do nullæ certæ collectæ ſtatutæ ſunt. Secus autem in collectis certis, quia tunc uſura eſt ar. extra eodem nauiganti.

§. 6. Mutuũ ex beniuolẽtia.

¶ Qui autem ex beniuolentia mutuat nõ propter tẽporale commodũ, ſi is qui mutuũ recipit poſtmodũ aliquid ei gratis, & liberaliter dat nõ eſt uſura, nec peccatum hæc receptio, art. diſtin. 18. de eulogiis, & 1. q. 2. ſicut. ¶ Sed quid ſi facta mutatione ex beniuolentia, de tur aliquid ultra ſortem obtulit non uoluntariè, ſed quaſi coactè puta dubitans ne ſi hoc non faciat indiſcretus indicaretur, ita quòd aliàs nec illum, nec alium inueniret mutuantem uel quauis alia ſimili cauſa, nunquid recipiens illud committit uſuram, & tenetur reſtituere? Reſpon. Lau. in dicto tractatu quod ſi mutuans dixit aliqua uerba ad inducendum illum ad hoc extra quibus ille ſoluit aliquid ultra ſortem vel etiam abſque hoc ſcit uel credit probabiliter illum nõ uoluntariè dare utique uſura eſt & tenetur reſtituere ar. 14. q. 3. uſura. Sed ſi tempore quo recipit mutuans illud purè recipit credens illum dare liberaliter, & animo donandi diſcretione ductum, & non ut vſuram, & non coactè dare, quamuis tutius ſit reſtituere, puto quod non teneatur ad reſtitutionem etiam ſi poſtea ſciat non liberaliter dediſſe, & per ſe patet, quod nec peccauit, & hoc niſi aliter remordeat eum cõſcientia illa, quod nequiret iuri conformare, q; tamen ſcrupuloſum eſt magiſq; laudabile ex quo timetur non timendum. Ratio huius eſt. Nam ex quo tempore donationis, & receptionis bonam fidem habuit, licite re-

Mutuũ ex beniuolẽtia.

ecpit, & licitè eius dominium in ipsum transijt non obstante dubitatione debitoris, qua ductus fuit ad dandum illi mutuanti, horum penitus nescio nec aliquid penitus attè tanti ex quo in tale dubium debitor fuit inductus ar. de re. iu. factum lib. 6. Inducit exèplum de re obtenta per legitimam præscriptionem. Nam mala fides superueniens præscriptioni completæ non facit quempiam ob noxium restitutioni dummodo in cursu præscribèdi semper habuerit bonam fidem, hoc dicit glos. 14. q. si res, & 34. q. 2. si virgo. Hãc dicit Ioann. de Li. esse communem opinionè canonistarum. Sic ad propositum si ille ere dis debitorem libere dare cum dedit aliquid ultra sortem ut domum non ut usuram, licitè retinet quamuis postea audiuerit, uel sciuerit contrarium. Et hoc intelligit ipse Lauren. nisi talis credulitas fuisset crassa, & supina quod ex circunstãtijs uir bonis poterit arbitrati, puta si mutuans erat solitus non dan ti sibi aliquid emolumenti pro mutuo non amplius mutuare, uel repetere mutuatum, & debitor tunc non poterat restituere, & huiusmodi.

Mala fides non obligat.

§. 7. ¶Item quæritur. Vtrum dans aliquid ultra sortem ubi nulla pactio interuenit præsumatur gratis, & liberaliter dare, & nunquid recipiens præsumatur recta conscientia. & nõ de prauata recipere? Respõde. Laur. de Ridol. Et ad primum membrum dicit, quòd si tempore quo aliquid ultra sortem soluitur debitum sortis extinctum erat alio non dato præsumitur gratis dare. Sed si durabat debitum præsumetur metu repetitionis sortis id actũ. ar. de iureiur. c. debitores. Possent tamen tot & talia concurrere, quòd præsumptio talis cessaret. Præsumptio nanque præsumptione retunditur seu eliditur de præsump. c. illud, & multofortius si donantis scriptura cantaret quòd liberè soluit, & non coactis, cum tunc non sit locus coniecturis, & ita iam uidi cõsultum per multos doctores famosissimos. Sed ego id uerum credo nisi per creditorẽ usurarum probaretur tale quid per quod de fraude constaret. Vidi enim sæpe per experientiam, quòd accipientes mutuo pecuniam sunt in tanta, & in tali egestate quod quicquid uolunt creditores faciunt, ut dilati onem habeant in restitutione sortis, & quicquid uolunt scribunt, & confitebuntur. Illa tamen uerba cõfessionis quod liberaliter dedit &c. operabuntur hoc quod onus probandi contrarium in aduersarium transibit, & interim illi stabitur. ¶Ad secundum membrorum dicit, quod utique præsumitur recta cõscientia recipere. Ratio est quiá quilibet præsumitur suæ salutis memor alio non dato 1. q. 7 sancimus. Talia tamen possent contraria probari ex quibus aliud diceretur. Pone enim, quod tale consueuit ad usuram dare. Item quòd consueuit quando sibi nil dabatur ultra sortem mutuatum repetere uel depositum, & dare illis qui aliquid dant, & huiusmodi, quid iudicabis de tali nisi malum, in condemnando tamen non sit iud ex promptus, hæc Laurẽ. In foro tamen pœnitentiali credetur simpliciter uerbis ipsius recipientis in huiusmodi dubijs, sed in primo membro seu casu oportet magis respicere præsumptionem.

§. 8. Mutuũ vt uadat ad ſſum moledinum.

¶Item si quis mutuat alteri ea intẽtione vel pacto ut uadat ad molẽdinum suum, uel furnum, uel ad apothecam suam ad emẽdũ vel ut intret scolas sub eo, & huiusmodi aliàs nõ mutuaturus, usuram committit etiam si nõ maiori præcio sibi uendit propter hoc seu plus ab eo quam ab alijs petit. Ratio est, quia commoditatem seu utilitatem indè recepit quæ præcio æstimari potest artic. 14. quæst. 3. cap. si fœneraueris, & extrà eod. consuluit, & tenetur restituere. Et si rõne mutui plus recepisset ab eo de re uendita uel de opere suo quam ab alijs perciperet illud plus tenetur restituere ei a quo accepit. Si nõ plus accepit propter mutuum tenetur pauperibus erogare non quidem illam mercedẽ seu præcium quia etiam ille alteri dedisset, sed utilitatem quam habet aliter puta quia ex hoc molendinum suum, uel furnus, uel apotheca, uel schola habebunt maiorem cursum psonarum tantum ualet quantum reputat sibi uel reputare debet illud commodum, uel illum honorem propter hoc quòd illi ab eo emerunt res, uel acceperunt operas eius a quo non accepissent si non mutuasset, nec debet præcium illius commodi illi restituere cui mutuauit, quia nil sibi deperijt nihilque dedit mutuanti de suo quo alteri pro mercede non dedisset pauperibus ergo dandum est secundum Ioan. Andr. & Ioannes de Lig. & Ioan. Cald. Si autem molendinarius, uel alius mechanicus dat pecuniam hominibus ut uadant ad molendinum suũ seu apothecam potiusquam uicinorum, & tamen si illi alio iuissent tantundem laboris habuissent, & tantum de pensione soluissent uel opere, secundum Laurent. de Ridolfis usura non committitur quia usura materialiter generatur ex mutuo, hic autem mutuum

tuum non interuenit.

§.9. ¶Item si quis mutuat granum, uel aliud bladum ad renouandum antiquum, ideſt vt nouum pro ueteri recipiat, ſi hoc facit ne ſuum ſibi pereat, & recipienti gratiam faciat, non eſt vſura, ſecundum omnes. Sed ſi facit principaliter vt melius recipiat Ioan. de Lig. dicit etiam tunc non eſſe vſura niſi eſſent circunſtantiæ mentalis uſuræ, puta ſi credit plus valiturum, vel niſi id quod mutuaret eſſet qua ſi putrefactum, & parum ualens. Sed tutior & communior opinio eſt, quod ſit vſura etiã ſine illis exceptionibus, quia utile intẽdit ex mutuo extra eo. conſuluit, & hanc opinionem tenent Rayn. Goff. & Hoſtienſ. in ſummis.

§.10. Mutuũ vt colat agrum. ¶Item ſi dominus alicuius agri mutuat ruſtico certam quantitatem pecuniæ ad hoc vt colat eius poſſeſſionem, ſi ratione mutui vult ſibi reſponderi aliquid plus de fructu uel operarum quam faceret ſi non mutuaret, vſurã committit 14.q.3. putant, & reſtituere illud plus tenetur. Si uerò nil plus recipit ratione mutui non eſt vſura ſecundum Greg. de Ari. Nec obſtat quia dominus intendit ſibi propter mutuum operas præſtari per colonos, & coloni eadem ratione illas operas exhibent aliàs non exhibituri. Nam ſic mutuantibus exhibeantur opere à colonis, ille tamẽ non ſunt eis lucrum cum illas iuſto præcio emant, & ſic non competit hæc diffinitio vſuræ art. 14.q.3.c. vſura. ¶Inducit etiam Greg. tale exemplum. Pone quod dominus conducat colonum ad unum certum tempus pro iuſto præcio, & præcium tradat antequã colonus incipit operari eidem, poſtmodum nolente colono laborare niſi dominus mutuet certam quantitatem pecuniæ, dominus mutuat, vt operetur alias non mutuaturus, pro quo facto colonus operas illas pro quibus ſolutum fuit impendit, equidem non erit vſurarius mutuans, quia nil ex tali mutuo lucratur, ſed recipit operas ſibi debitas ex exẽptione. Patet etiam hoc per caſum decret. extra eod. cap. 2. ¶Lau. de Ridol. ponit aliud exemplum, puta occupaſti rem meam uel per potentiam tuam vim mihi uis facere in rebus meis, uel non reſtituis rem tibi mutuatam, commodatam, uel locatam, nec uis deſiſtere uel reddere niſi mutuem tibi mille quo facto deſiſtis, uel reſtituis eſt ne vſura ex parte mutuantis? Abſit. Nil enim lucratur immo perdit quia fortè cum illis mille lucratus fuiſſet. Redimit enim uexationem ſuam & ſuum recuperat, quod licitũ eſt extra de ſymo. dilectus. ¶Et nota quod quilibet horum debet hoc intendere principaliter ſcilicet recompenſationem ſui iuris. Cautio Vtilis.

§.11. ¶Quæritur vtrum ſit licitum mutuate hoſtibus ad uſuram? Ad quod reſpondet Laur. de Ridol. poſt Grego. de Ari. quod à nullo licitum eſt recipere vſuram ut uſura. Sed ab hoſtibus contra quos geritur iuſtum bellum, licitum eſt ex mutuo recipere uſuram, non quidem ut uſura ideſt ut quærat aliquid ultra capitale mutuatum præcisè ratione mutui hoc enim mortale eſt, quamuis non teneretur ad reſtitutionem talis uſuræ, quia recipit quod ſuum erat. nam tempore belli quicquid capere poteſt ab hoſtibus iuſtè bellans ſuum facit, ſed ab hoſtibus licitè recipitur non ratione mutui ſed iure dominij qđ habet in illos, & iſtę recuperat rem ſuam quam non poteſt ab iniuſto poſſeſſore niſi mediante mutuo recuperare, & ſic intelligitur illud c. ab illo 14.q. 4. Ad hoc faciunt notata per Archid. 23.quæſt. 2. dominus. Sic enim permittitur à iure ſpoliare inimicum immo, & occidere dummodo iuſtè belletur cõtra eũ. Multo magis per hanc uiam ſuum accipere. Et ſi dicitur licitum fuiſſe. Iudæis accipere vſuram ab alijs tantum finitimis nationibus qui occupauerant terram ſuam datam eis a domino tanquàm ab hoſtibus. Nunc autem ipſi Iudæi poſſunt à nullo recipere ſine mortali nec chriſtiani a Iudæi. Nam non ſunt inimici noſtri in ciuili conuerſatione, & parati ſunt ſeruire, ut dicitur, 23.quæſt. 8. diſpar.

Quo autem ad alios infideles ſi uerum eſt, quod ſunt inimici noſtri etiam illis arma inferre poſſumus tanquam occupatoribus rerum noſtrarum, de quo 13.queſt. 7.c. ſi de re bus & c. diſpar. 23.q. .& per Innoc. Hoſtiẽ. extra de uoto quod ſuper his. Reſtat longè fortius chriſtianum ab eis licitè poſſe ultra ſortem accipere, quia ſuum eſt ut dixi quod recipit. Quod autem contra Saracenos, & alios infideles dominia, & terras poſſidentes licitum ſit bellum ultra alias rationes facit, quia ad defenſam, & recuperationem ſit ſub tractorum, ergo licitum iuxta ea quæ ſcribit Innocent. 1.cap. quod ſuper his de voto, ubi dicit, quod ubi terra fuit aliquo tempore chriſtianorum bellum eſt licitum. Occupauerunt enim à Chriſtianis quicquid tenent. Nam ubique terrarum fuit laudatum nomen Chriſti, vnde in pſalm. In omnem terram &c. Et Actis. 1. Eritis mihi teſtes, & in pſal. 71. Adorabũt eum oẽs reges terræ om- ¶Infideli bus arma licet inferre.

nes gentes seruient ei. 23.q.4.c.displicet, per quæ videtur quod in eo quod dixit Innocē. in d.c. quod super his, quòd iurisdictio, & dominium possit esse apud Saracenos nō sit verum, & quòd uerior sit ibi sententia Hostie. qui tenuit contrarium, & eam ibi approbat Ioan. de Lig. & communiter omnes docto. & ita etiam reperio tenuisse Oltra. Laurē. de Ridol. Sed de materia belli habes. in 3. parte diffusè, titu. eod. etiam de bello contra infideles.

§. 12. ¶Item si quis iniuriatur alicui propter qđ recipiens iniuriam ei inimicatur, & ob hoc, qui iniuriam fecit oportet subire certas expensas puta decem florenorum in mense in famulo quos oportet tenere armatis, si is q. fecit iniuriam mutat iniuriam pacto eo pacto, uel illa principali intentione ut remittat iniuriam vt eius gratiam quærat, & per consequens ueniam, qua obtenta cessant expensæ prædictæ, talis secundum Laur. de Ridol. non uidetur usuram committere, quia licitū est cuilibet redimere uexationem suam de symo. c. dilectus, & ita facit istæ. Nec obstat si dicas dedit causam delicto, ego non redemit uexationem suam, quoniam si ille peccauit iniuriam dando, & ille etiam peccabit in uē dicando, quia contra Dei præcepta est uindictam inferre. Istæ etiam non lucratur, sed tantum euitat damnum, quòd subire oporteret 14.q.3. quoniam multi.

§. 13. ¶Sed quid cum mutuās aliquid eorum quæ usu consumuntur, & distrahuntur, ut pecuniam, & uictualia recipit tempore redditionis rem illam maioris æstimationis, puta mutuat unam mensuram frumenti ualentē medium ducatum, & eadem mensura redditur sibi, sed tunc ualet illa mensura plus medio ducato, est ne usura? Respondet Archid. post Vgo. 14.q.4. si quis clericus, & Io. de Lig. extra eo. in ciuitate quòd nō, pro quo bene facit lex, quæ dicit quod restitui debet res eiusdem bonitatis in qualitate intrinseca, sed non est necesse quod sit eiusdem æstimationis, immo si actum fuit quo tempore redderetur illius temporis habebitur ratio quo ad æstimationem, aliàs habetur ratio temporis quo fuit petita, ut not. glos. in d.c. si quis clericus. Si ergo tenetur recipere uiliorem si facta esset uilior quo ad æstimationem, ergo non peccabit recipiendo præciosiorem secundum eum. Et hoc totum uidetur in-

Intētio pura nu mantis quæ fit.

telligendum quando intentio mutuantis est pura, scilicet ad subueniendum proximo principaliter. Nam si intenderet lucrum in mutuo, puta quia sperat quod plus ualebit tempore redditionis res mutata quàm tempore mutui, & ideo mutuat, usura est 14. quæst. 3. c. si fœneraueris, unde ut refert Laud. de Ridol. ¶Circa hunc casum quidā distinguunt sic. Aut est uerisimile, q̄ ipsa res mutuata non erit preciosior tpe solutionis, aut de hoc probabiliter dubitatur, & tunc nullum uitium, & hoc bene probatur, extra eo. c. fina. Aut est uerisimile, quod erit præciosior, & tunc aut creditor non erat seruaturus pecuniam seu uictualia, sed interim eorum sumpturus, seu distracturus, & tūc est usura. Aut erat seruaturus, & tunc aut creditor debitori aufert libertatem se liberandi, & tunc etiam est usura. In huiusmodi enim casu se exonerare voluit, & debitorem onerare. Aut talis non aufert libertatem debitori, & tunc non est usura, immo posset mereri si debitorem bona intentione requireret ante terminum solutionis vt soluat, ne oneretur. Sed si habet corruptam intentionem, quia dicit sibi quod potest retinere usque ad terminum vt se a damno releuet, licet non auferat ei potestatem liberandi, & tunc & si non sit usura peccat tamen. Et hæc distinctio secundum quod dicit Ioan. Cald. innititur magnæ æquitati saltem in foro pœnitentiali. Et hæc faciunt ad materiam cambiorum per Venetias, de quibus infra Laud. de Ridol.

§. 14. ¶Quid si debitor usurarij mutuauerit socio pecuniam eo pacto qđ ipsæ restitueret usu rario sortem, & usuras exinde currentes, est ne talis usurarius? ¶Respon. Quamuis Archidia. in capit. usura 14.q.3. teneat simpliciter hunc posse licitè sic contrahere, ex eo quod non fit stipulatio usurarum, sed ut damnum euitetur quod uidetur esse licitum, ar. de fideiuss. c. constitutus, perfectius loquitur. Ioā. Cald. extra de usur. nauiganti, per hanc distinctionem. Aut talis secundo mutuans socio sub dicto pacto, animo intendebat tunc satisfacere usurario creditori suo de illa pecunia, sic secundo loco dicto socio suo mutuata, aut non. Tunc primo casu non est usurarius, nec peccat ratione iam dicta ab Archid. quia non fit stipulatio ut usurarum, sed vt damnum euitetur, nec sibi aliquid accrescit 14.q.4. si quis oblitus, ibi aliqua incrementa. Non enim tenebatur cum damno suo socio subuenire 24.q.5. si non licet. Solum ergo euitauit damnum, quod erat euitaturus restituendo. Inducit notata per Innocent. de usura cap. 1. scilicet quod si teneris mihi ad centum in certo die, & quia non

Opinio prima.

Secūda.

soluisti, oportuit me accipere sub vsuris ab alio, tu teneris mihi restituere propter dictã rationem, & propter moram debitoris.

¶In secundo verò casu, cum scilicet non intendebat tunc hic secundo mutuans satisfacere suo creditori vsurario primo mutuanti cum cessent iam dictæ rationes, talis peccabit. Et si a socio vsuras accepit, ad restitutionem tenetur. Hæc secundum Ioan. Cald. Quæ quidem distinctio ut æqua summè placet Lau. de Ridol. cum ista tamen declaratione quam subdit, videlicet vt in primo casu illud sit verum, quando debitor erat paratus tunc omnino satisfacere usurario suo creditori, & ille vsurarius erat paratus recipere satisfactionem, & sic poterat debitor volũtatem suam implere. Nã si vsurarius nolebat tunc recipere mutuatam pecuniam, quanuis debitor uellet offerre, & hoc puta quia mutuo ille acceperat pro sex mensibus, & ideò vsurarius non vult recipere ante terminum nisi recipiat vsuras totius temporis, & sic oporteret mutuatam pecuniam remanere penès ipsum debitorem, in hoc casu uidetur idem dicendum quod in secundo casu, scilicet quod sit vsurarius ille secundo mutuas socio cum pacto quod exinde soluat vsuram pro eo primo creditori vsurario.

¶Quid cum haberem pecuniam, & uolebã ire ad nundinas, & ibi merces emere & ad aliũ locũ deferre vel seruare lucri causa certo tempore, uel possessionem emere, tu indigens pecunia illa, recipis eam mutuo a me, offerens paratum te illam restituere cum lucro sperato in termino & loco, est ne usura? Respondet Innocent. in c. fina. eod. tit. dicit quod licet quidam contrarium dicant, ipsæ putat hunc contractum vsurarium, nec scit sic contrahentem excusare. Hostien. uerò in cap. salubriter dicit quod talis est mihi obligatus ad interesse illius lucri quod facturus eram verisimiliter ex pecunia, dũmodo nil fiat in fraudem vsurarum. Ioann. Andr. approbat dictum Innocent. Et quod dicitur de interesse habet locum post moram debitoris. Et contrarium dicendo pararetur uia aperta ad fœnus. Et hoc etiam placet Ioan. Cald. Sed Ioan. de Lign. dicit quod quãuis communiter tenetur cum Innocent, ne uia fraudibus aperiatur, ipsæ tamen credit uerã opinionem Hostien. dummodo fiat nil in fraudem. Tutum tamen est ab hoc abstinere Laurent. de Ridol. Quod etiam dicit Hostien. de lucro, videtur intelligendum deducto etiam dubio lucri, cum scilicet potuisset etiam non lucrari vel perdere. Et ante factum prohibendus est, post factum vero in foro conscientię ubi credẽdum est pro se, sicut contra se, cum asserit sine fraude fecisse, videtur posse pertransire. ¶Quod. n. licitus sic talis contractus simpliciter in tuitu pietatis, factus non in fraudem usuræ tripliciter potest probari. ¶Primo ratione æquitatis & pietatis. Nam equum est & ipsi in necessitate seruire amico. Insuper iniquum non est si ratione capitalis quod iam in expræssa intentione & quasi in facto hẽbat seruetur indemnis. ¶Secundo hoc licet ratione indemnitatis. Nam retentor mutui ultra concessum tempus domino obligatur, quia ille dominus fuisset vsus vt capitali suo, ita quod res talis ex tunc assumit rationem capitalis, quanuis nullus ex mutuo illo meretur, ergo a simili. ¶Tertio licet hoc ratione vtilitatis. Nam extra de vsuris, nauigãti, dicitur, quòd qui per annum granum uel pannum vel alias merces uẽdit amplius quòd valeãt tunc, in certo termino receptus aliquid plus pro eisdem, si tamen eo tẽpore talis contractus nõ erat vẽditurus, sed senaturus vsque ad tempus quę verisimiliter credebatur tantum ualituras quantum uendit non est usurarius. Ratio est, quia pro illo tempore futuro quo intendebat uẽdere habet rationem uendibilis, & non pro tunc, ergo a simili, quia pecunia eius nõ habet rationem capitalis, potest ex ea ratione suæ capitalitatis exigere in præfato casu.

¶Sed si extra casum necessitatis & pietatis præcibus amici hoc facit tunc eo ipso conuincitur, quòd potius vult vti, vt vsurario mutuo, quam in mercationibus vt vero capitali: vnde contractus erit vsurarius, sicut etiam si quis mutuaret alicui pecuniam cum pacto, quòd si in termino concesso non restituit, ex tunc teneatur ad interesse probabilis lucri. Sed si hoc facit quia credit illum non posse in termino reddere vt sic inde lucretur, vsuram committit titulo artic. 14. quæstio tertia plerique, & de regul. iuris. c. certum est lib. sexto. Secus si simpliciter facit ad tollendam moram scilicet debitoris, & se conseruandum indemnem. Sic etiam in proposito, si indignantia amici esset casus extremæ necessitatis, uel quasi, ita quod teneretur ex præcepto hoc sciens ad illi subueniendum, & dandum, tunc nil debet expetere ultra capitale, cum multo magis teneatur ad mutuandum, quam ad dãdũ in casu huius necessitatis, quia ergo homines

Declaratio supradictæ distinctionis.

Triplex probatio contractus prædicti.

Ex capitali quo modo lucrũ recipitur.

mines ſeipſos amantes nimis ſe decipiunt in huiuſmodi, ideò potius ſecundùm Inno. ſunt diſſuadendi iſti contractus quam admittendi etiam cum piam haberent intentionem.

¶ Quid cum quis tradit alteri centum ducatos mox in ſuis neceſſitatibus expendendos ſub hoc pacto, quòd ſicut conſimiles centum ducati apud Titium mercatorem legalem lucrabuntur vel perdent. Sic iſti centum ducati illi traditi lucrentur vel perdant eſt ne cõtractus licitus? ¶ Reſpõ. quòd dubius reputatur & potius vſuram ſapere ſecundùm plures docto. & hoc propter tria. ¶ Primo quia tale pactum in fraudem vſurarum adinuentum uidetur, vt ſub pallio quaſi ſocietatis latitat mutuum cum ſpe lucri. ¶ Secundo quia ut patet 88. diſt. eijciens, pecunia ex ſe ſola minimè eſt lucroſa, nec valet ſeipſam multiplicare, ſed ex induſtria mercantium fit per eorum negociationes lucroſa. ¶ Tertio quod eſt efficacius quia de tribus eſt vnum in dicto contractu. Nam dicta pecunia aut eſt tradita per modũ mutui, aut per modum depoſiti, aut per modum capitalis, vt ſcilicet in perſona tradentis emptionibus, & mercationibus deputetur. Si per modum mutui tunc manifeſta eſt vſura: quia in mutuo transfertur dominium in eũ cui factum eſt mutuum, unde nõ debet lucrari vel perdere niſi ſibi. Si per modum depoſiti tunc ipſa reddi debet abſque omni lucro, quoniã potius qui eam ſeruauit remunerandus eſſet, & tñ ex forma ipſius cõtractus patet quod non eſt data per modum depoſiti, cũ depoſitarius eã expẽdiderit. Si per modũ capitalis ſeu rectæ ſocietatis, tunc in pacto eſſet, q deberet cauſa ſolis mercationibus fideliter deputare. Et hæc ultima rõ fortiter probare vĩ, quòd non ſit tradita dicta pecunia niſi ut mutui rationem habens, in quo ſpes lucri reprobat, quia vſura, vt in c. conſuluit, de vſuris. ¶ Si diceret non eſſe mutuum, nec depoſitum, nec ſocietas, ſed cõtractus inominatus, ſcilicet do vt des: do ſcilicet tibi centum vt des mihi tantum quantum, &c. Reſponderi poteſt quod licèt talis contractus aliquãdo licitè poſſit fieri, ſ. do vt des, non tamen in dicto caſu, ſed in fraudem uidetur eſſe uſurarũ ficut, & fraus etiam committitur in alijs etiã licitis contractibus ex ſe. ut 14. q. 3. plerique, cum gloſ. & huius ſententiæ fuit Innocen. de vſuris c. fi. & Io. An. ibidem.

Pecunia ex ſe ſola nõ eſt lucroſa.

§. 17. ¶ Quid cum aliquis mutuat certam quantitatem pecuniæ, & recipit promiſſionem de rehabitione tãtum ſui capitalis, ſed habens reſteriles, vel debitores, qui nõ poſſunt, uel malè poſſunt ſoluere, uendit illas vel iura illorum debitorũ receptori talis mutui pro certo prẽcio qđ poſtea percipit, & tamen re uera nõ fuiſſet ille contractus uenditionis aliàs celebratus niſi propter mutuum factum nunquid uſura eſt? Reſpon. ſecundum Lau. de Rido. reſcinditur tanquàm uſurarius, & in fraudem uſurarum conceptus talis contractus ut no. per Barto. & Bald. in l. cum allegas, C. de uſura. Et multomagis eſt uſura, cum aliquis mutuans alteri pecuniam ſimul, & uendens aliquid mobile, uel immobile plus petit ab iuſto prætio ratione mutui 14. q. 3. cap. ſi fœneraueris. ¶ Item pone quod unus conducitur ab aliquo ad exercendum opera ſuæ artis puta lanificij, ſerici & huiuſmodi, per annum pro ſalario, l. florenorum quod reputatur iuſtum attenta conditione perſonæ, & artis. Sed ſi ipſe cõductus tali ſalario ponit in exercitio artis illius. c. florenos, de ſuis recipit 60. nunquid licitè poteſt recipere? Reſp. qui aut iſta c. dat magiſtro ſuo ad exercendũ in arte per modum ſocietatis aut per modũ mutui. Si primo modo per modum ſocietatis, ita ſcilicet quod ſubſtet periculo, uidelicet quod ſi magiſter negociando uel laborando cum illis perdat ſuſcipiat partem damni pro rata eum contingente, & ſi nil lucret cum eis, ſit in capite anni remaneat cum illo capitali nil accipiat de lucro, unde nõ 60. Sed 50. tantum pro ſuo ſalario habeat, licitus eſt contractus, vt no. glo. 14. q. 3. c. plerique, ff. pro ſocio. l. uerum. Si ſecundo modo ſcilicet per modum mutui, uſurarius eſt contractus, quia ratione mutui recipit annuatim, 10. extra de vſuris conſuluit. In caſu ergo poſito ut ſic illicitum eſt, ex quo intendit ſalua eſſe ſibi illa, capit. & in omnem euentum uult. 40. pro ſalario. Manifeſtè patet qđ 10. exigit rationem illorum, c. depoſitorum, ſed quod uerius eſt mutuatorum, cum non habuiſſet pro ſalario ſuo niſi l. niſi illa, c. poſuiſſet in apotheca unde uſura eſt 14. q. 3. ſi fœneraueris.

Diſtinctio notanda.

§. 18. ¶ Quid cum ueniente termino redditionis mutui, uel aliàs ſolutionis pecuniæ debitæ creditor non uult concedere debitori prolongationem termini, vel relaxationem iuramenti, ſi iuraſſet ipſe debitor niſi data pecunia uel alio æquipollenti? Reſponde. Si hoc agit ſolum rationem termini prolongati & non ob euitationem damni ſui, uſuram committit etiam ſi non expreſſè exigerat, vt habetur extra de uſuris conſuluit. Sed ſi hoc agit ad ſui indemnitatem, puta quia oportet

cet eum accipere ad usuram, uel uendere rem suam uiliori prætio quam ualet quod non feciſſet ſi recepiſſet pecuniam ſibi debitam, & tunc non eſt uſura illud damnum exigere a debitore quod percipit ex carentia illius pecuniæ ſibi debitæ. Non enim debet grauari ex ſeruitio impenſo ſecũdum Raynu. Sed utrum talis creditor poſſit exigere a debitore ſuo non ſolum damnum habitum, ſed etiam lucrum quod feciſſet cum illa pecunia ſi eam recepiſſet in termino debito. Ad quod reſpondet Petrus de Ancha. ſuper cle. ex graui. de uſu. & dicit. Credo quod non ſolum damnum emergens, ſed etiam lucrum ceſſans poteſt accipere ſi ille erat mercator qui cum pecunijs conſueuit negotiari. Et idem uidetur dicendum etiam ſinon eſſet mercator, ſed tamen intendebat omnino illam pecuniam exponere negociationibus licitis ad lucrandum. Secus autem eſſet ſi perſona eſſet talis quod ipſam pecuniam retinuiſſet in arca. Et remittit ad notata 12.q.2.c.ſi quis de clericis, & in c. conquęſtus, extra de uſu. Idem uidetur ſentire Tho. 2.2.q.62. cum iſta tamen cõſideratione quã ibi ponit uidelicet quod non debet exigere talis creditor, nec illi ſuus debitor teneẽ totum lucrum reſtituere, ſiue dare quod inde ſperabat ſuus creditor cum illa pecunia negotiando acquirere, cum illud lucrum non eſſe certum, quia impediri poterat uel ſorte etiam de capitali amitti, ſed tantum tenetur quantum potuiſſet ualere illud lucrum in illo dubio.

Declaratio remiſſa.

§.19. Vtrum ſit licitũ aliquid pro intereſſe recipere.

¶ Sed quæritur an ſit licitum aliquid ultra ſortem recipere nomine intereſſe. Dicit ſi replementum illius intereſſe uenit applicandum tertio non mutuanti licitum eſt ultra ſortem recipere. Hoc eſt dictum doc. extra de uſur. c. 1. Exemplum quando uſuras ſoluo alteri & has vt intereſſe uolo repetere. Et ad idem facit quod ait Baldus. C. de uſuris, leg. uſuras. Dicit enim. Pone quod emi à Petro lapides ſeu ligna uel alias res ex quibus naturaliter non percipitur aliquis fructus, & ut ſoluerem prętium accepi illud ſub muto ad uſuram ac uendenti ſolui ipſæ autẽ non tradidit mihi lapides ſeu ligna, ſed fuit in mora, nunquid tenetur reddere illas uſuras? Reſpon. dicendum quod ſic tanquam intereſſe damni emergentes. Et de hoc habetur tex. notabilis, ff. de acti. l. Lucius. Idem dicendum in ſimilibus contractibus puta locationis, & conductionis, & huiuſmodi, hæc ille. Quandoque uenit applicandum primo id eſt illi cui ſors principalis eſt ſoluenda, & tunc ſi debitor eſt in mora applicare id eſt cadere illud ad aliquod intereſſe eſt licitum, ex glo. ſuper cap. conquæſtus, & no. Io. Andr. in c. nauiganti. Ex emplum pone in uenditore, & emptore ſi emptor ſit in mora ſoluẽdi prętium. Et hoc credo uerum ſiue intereſſe ſit in damno emergente ſiue i lucro ceſſante dũ tamen illud lucrum ſit certum, & ego ſum paratus uel aptus ad tale lucrum, vt in cap. nauiganti. De hoc etiam vide quod habes poſt §. ſeq. in fi. Pone caſum. Vendo tibi prædium, & tibi trado illud atque inde percipis fructum, & tamen ad terminum conuentum prætium mihi non ſoluis, hoc præſuppoſito potero elapſo termino repetere uſuram cum fructus rei venditæ facias tuos, & tamẽ mihi non ſoluiſti. Et ratio huius eſt, quia non accipio illud vt uſuram: ſed vt intereſſe meũ ar. 14.q.4. quoniam. Si etiam res vendita in pignus daretur mihi poſſem inde recipere fructus eius elapſo termino ſolutionis non factæ, etiam ſi tranſcendat quantitatem intereſſe. Nam licèt talis res à uenditore non poſſit peti, tamen fructus eius percipere poteſt poſtquam contra voluntatem ſuam prætium rei venditæ detinetur tãquam intereſſe. Sed pro mutuo recipiẽdo poſſeſſionem inpignus non licet fructus poſſeſſionis interim accipere niſi pro parte ſortis quia vſura.

Adde q. Bart. & Pau. Caſtrẽſ. am pliſſimè iſtã materiam tractarũt in l. ſeq. Lucius, ff. de acti.

§.20. ¶ Sed quid cum uendo poſſeſſionem meam cum non des mihi prætium eius tecum facio pactum quod quouſque tradas mihi prætiũ recipiam interim fructus eius? Reſpond. Licet Bal. & Pet. de Ancha. dicant licitum eſſe contractum, quia cum poſſeſſio fructificet nõ videtur iuſtum ut emptor habeat utilitatem, & fructum rei emptæ, & venditor non habeat vtilitatem prætij vt poſſit pecunia uti, ita tamen quod quantum emptor ſoluit de prætio in futurum tantum uenditor minus recipiat de fructibus, verbi gratia. Si poſſeſſio empta centum floren. cum inde ad annũ dat ſibi l. ex tunc venditor det ſibi medietatem fructuum, & ſic de alijs. Sed theologi non approbant dictum contractum, quia ratione dilationis de ſoluendo prætio uiderentur haberi dicti fructus, quod ad vſuram pertinet, extra de vſur. in ciuitate. Item poſſeſſio ſubſtat periculo emptoris, & de ſe eſt fructificabilis, non autem pecunia prætij ſoluenda ſubſtat periculo uenditoris, nec de ſe fructificat, & ideò conſulendum eſt abſtinere ab huiuſmodi. Poſſet bene fieri pactum quod ſi infra certum terminum non ſoluat

emptor

emptor pretium ex tūc fructum recipiat uē ditor quousque pretium sit solutum si hoc non fiat in fraudem sed in pœnam.

§. 21. Nota de eo qui recipit aliquid periculo.

¶Quid de eo qui mutuauit nauigāti,uel eunti ad nundinas recepturus aliud ultra sortem pro eo quòd suscipit in se periculum,id est si pecuniam,uel merces inde emptas portauerit saluas, aliàs nihil recepturus etiam de sorte? Resp. per distinctionem secūdū Io. Neap.i quodlib.& Io. Cal.q aut illud ultra sortem recipit ratione mutui tantum & sic est usura non obstante,quòd periculum ipsę suscipiat,& istę est casus etiā.c.nauiganti,extra.eo.Aut recipit illud ultra sortem precisè ratione periculi ut pretiū periculi,& sic non est usura sed licitum. Nam etiam si non mutuaret, & periculum nauigantis in se uellet recipere licitè posset recipere prætium periculi, nec propter hoc quòd ei seruitium faciat in mutuando efficitur deterioris conditionis. Aut aliquid ultra sortem recipit talis mutuans partim ratione periculi, & partim ratione mutui,& tunc usura est quantum ad id quod plus percipit respectu mutui, & illud tale tenetur restituere Io.Neapol.& Io. Cald.

§.22. ¶Quid de pœna appositа in contractu mutui,puta si non restituit inde ad certum tempus soluat tantum recipiens mutuum ultra capitale, nun quid potest peti talis pœna absque usura? Respon.secundum Ray. Si pœna fuit a iudice imposita propter puniendā contumaciam debitoris, quia non soluit in termino cum posset non est usura.art.23.dist.c. quamquam.ff.de iud.l.quæ auctoritate. Si etiā pœna sit de consensu partium in cōtractu apposita ad hoc scilicet ut saltem metu pœnę debitum soluatur, usura non committitur nisi a principio fuerit praua intentio ar.extra de ar.c.dilecti. Sed tamē præsumitur in fraudem si ille aliàs consueuit esse usurarius,uel si per singulos menses, uel annos dicatur pœna committi.ar.c.eo. stabitur tamen in iudicio eius confessioni, & permaximè in foro conscientiæ.Idem Hostien.tamē in omni euentu non uidetur honestum pete re pœnam, immo nec etiam licitum quando debitor sine culpa sua factus est impotēs ad soluēdum,& ideò puniri non debet. Et idē uidetur dicendum de eo quod dictum est supra.§. ante præcedētem quātum ad lucrum cessans, quòd scilicet non debeat illud exigi quando ex impotentia ille non soluit. Vltra prædictas pœnas positas, scilicet iudicialem quæ infertur a iudice,& conuentionalē quæ ponitur in contractu de consensu pārtium, est & tertia pœna quæ dicitur legalis, uel canonica, de qua habetur. 12.q.2.in legibus & in diuersis ciuitatibus ponuntur certę pœnę pecuniarię, sicut uerbi gratia. Cum statutū est alicubi, quòd tutor de pecunijs pupilli quæ peruenium ad munus eius teneatur emere possessionem,uel respondere ei ad rationem quinque pro centenario. Si igitur tutor pecuniam pupilli exponat pro factis suis uel faciat negociationes pro se tenetur utique dare pupillo quinque pro centenario etiam si cum illis nihil est lucratus,ex quo nomine suo nō pupilli est negotiatus cum eis. Iustè enim hoc statutū est ne tutores ex malitia,uel negligentia sint inuidi pupillis, & male tractent substantias eorū sicut frequenter fit, nec potest conqueri tutor si inde nō est lucratus,quia potuit emere de illis pecunijs possessiones, uel nomine pupillorum exponere in iustis & licitis mercantijs, & tunc lucrum,& damnum esset pupillorū fideliter agendo. Sed si nomine pupillorum pecuniam eorum exponant,uel deponant ad usuram pupilli tenentur illas restituere,& tutores insuper tenentur in casu quo pupilli non uellent,uel non possent, ut etiam dicitur infra in c.de cooperatione usuræ.

Triplex pœna declarātur.

§.23. ¶Quid si communitas, uel officiales habentes curam de pupillis accipiant pro communitate ipsas pecunias respondendo eis ad rationē.5.pro centenario? Respon.quòd si eis inuitis fit seu eis ad quos spectat uidetur, q licitè possint illa quinque pro centenario recipere,quia prouidetur per hoc indemnitati eorū ex quo potuerunt emere possessiones uel tradere negociationibus licitis, ut dispositum statutū & non fecerunt ut procurarent per hoc utilitatem communitatis.

§.24. De procuratoribus stipendiariorum. ¶Quid degerentibus seu procurantibus negotia stipendiariorum, scilicet in recipiēdo pagas pro eis & faciendo alia obsequia,& cū hoc mutuando eis in necessitatibus occurrentibus,& pro his recipientibus certum salarium,nūquid est licitum? Respon.secundū Laur.de Ridol. Quantum ad illud quidem quod percipiunt tales propter laborem quē gerunt in procurando eorum negotia non est usura:sed licitum. Sed quantum ad illud quod percipiunt propter mutuum quod impendunt ipsis stipendiarijs,usura est.14.q.3. usura. Quod autem præfatus doctor dicit in primo membro esse licitum uidetur intelligendum cum bellum est iustum. Nam si manifestè sit iniustum, illicitum uidetur cum

coopera-

cooperatur malo, & dat operam rei illicitæ. 86.dist.c.culpam.

§.25. ¶Quærendum est etiam quid iuris sit si quis in mutuando pecuniam recipit aliquid in pignus mobile uel immobile? Ad quod dicendum si hoc fecit ad sui securitatem & nullũ fructum intendit habere ex illo pignore, puta quia est aliquid iocale non est illicitum, sed si intendit recipere utilitatem aliquam ex usu illius pignoris ratione mutui, puta recepit domum in pignus, uel agrum, uel equũ uel uestem, & fructum horum percipit usura est, & tenetur restituere prætium usus illius pignoris ipsi pignoranti, seu in partem sortis computare extra eod.c.1. Nota tamẽ quod si laicus tenet iniustè aliquam possessionem ecclesiæ & impignorat ipsam possessionem rectori ecclesiæ illius licitè & absque uitio usuræ iste rector poterit recipere fructus eiusdem possessionis ultra sortem secundum Ray.& est casus capituli.1.extra eod.& ratio est, quia tunc non recipit clericus illud ut usuram, sed quod sibi debetur. Et idẽ de possesione quam recipit laicus ab ecclesia in feudo. Dicunt etiam Hostien.Ioan. And.& Ioan.de Lig.quod idẽ est de possessione laici, quia scilicet si iniustè retinens pignorat eam domino illius possessionis ille licitè facit fructus suos.

§.16. Adde quod ita tenuit fixo pede Paror. & post eã Ioan.de Imo. qđ not. est.

¶Sed quid cum quis recipit domum in pignus pro centum mutuatis usque ad annum hoc pacto quod si non soluit in termino statuto cadat debitum in commissum, & pignoratio cadat i uenditionem, potest ne iuste tenere domum illam pignori obligatam eo q̃ non soluit in termino cum tamen domus satis plus ualeat? Repon. per distinctionem, quia aut mutuans in illo anno recipit usumfructum domus non computando in sortem, sed pro ipso mutuo, aut non recipit usumfructum, scilicet pensionem. In primo casu il licitum est & usura extra eod.c.1. Vnde restituere tenetur illam pensionem, uel computare in sortem, & etiam domum tenetur restituere nec potest sibi retinere e lapso termino, quia contractus nõ tenuit cũ fuerit usurarius, & radice uitiata nõ potest fructus iusti scilicet lucri oriri.ar.1.q.1.fertur.§. uul nerato. Poterit tamen post terminum petere interesse suum si damnificaretur ex carentia suæ pecuniæ. Similiter si damnificatus est in faciendo illud mutuum, puta quia oportet ipsum accipere ad usuram ad mutuand um amico, uel paratus erat ex pecunia illa emere possessionem inuentam, uel exponere licitis lucris, tunc posset petere interesse suum. In secundo casu cum scilicet creditor non recipit usumfructum domus cum superfluitas ualoris domus cedat in debitoris pœnam supposita utriusque bona fide quando contractus mutui est celebratus licitum erit ut dictum est supra de pœna conuentionali. ar. de arbit. cap. dilecti. Et hoc nisi fieret in fraudem usurarum, puta quia æstimabat mutuans illum non posse in termino restituere, & sic inde illud plus ualoris domus sibi lucrari, tunc enim fraus usuræ est. Secus si hoc facit ad coercendam moram debitoris. Aduertendum etiam quod si a mutuãte sub aliquo prætio, uel lucro ultra terminum detentio mutui concedatur, tunc eo ipso committit usuram, quia ex tali concessione potius sortitur uoluntarij mutui rationem quam iniustæ detentionis, ad hoc de usur. capitu. consuluit. Et hoc nisi illud peteret in compensationẽ damni sui quod inde recepit cum tamen libentius uellet recipere illud mutuatum, sed ille non potest sine notabili iactura restituere. Sed cum socer obligat genero suo possessionem aliquam pro dote filiæ, clarum est & certum, quod non teneatur dictus gener computare fructus possessionis in sortem, ut dicit expræsse.cap. salubriter. extra eo.cum scilicet sustinet gener onera matrimonij, quia scilicet eam ad domum ducit, & nutrit.

§.27. De usuris in dotib.

¶Quæritur etiam utrum gener si non recipiat pignus sed cautionem de numeranda dote certa die, & interim recipit a socero ex pacto certos denarios, puta ad rationem sex pro centenario & huiusmodi nunquid usuram committit? Respondeo de hoc sunt uariæ & contrariæ opinio. Nam Ioannes Andreas super dicto capitulo tenet quod non sit licitum, sed usura. quam opinio. dicit Ioannes de Lign. pro ueriori, & securiori posse defendi. Sed Paulus de Eleazar. tenet contrarium, scilicet, quod non sit usura. Ratio est secundum ipsum, quia ex quo in fauorem matrimonij hoc indultum est ad subleuandum onera eius, ut scilicet gener percipiat fructus possessionis pignoratæ a socero pro dote non computando in sortem si ipsam nutrit, ita etiam debet iuuari ille alius. Et ad rationes quæ possent fieri in contrarium quia scilicet decret. salubriter, solum dicit de possessione & quia possesio ex sui natura est fructifica-

ficabilis non autẽ pecunia. Roſpondetur ad primam quòd Papa quæſitus fuit de poſſeſſione, & de ea reſpondit. Item reſpondiſſet ſi fuiſſet quæſitus de pecunia. Ad aliud reſpondet quòd ſicut nec terra ex ſe fructificat, ſed cum labore hominis, ſic & pecunia ſimul cũ induſtria hominis, & hoc præcipue cum eam intendebat tradere mercatoribus, uel emere poſſeſſionem, uel alio modo cum ea licitè lucrari. Et quamuis etiam fructus poſſeſſionis ſubſtent periculo multiplici & non ſic pecunia tamen ut in pluribus accidit quòd emolumentum ex ipſa poſſeſſione recipitur. Opinionem Pa. uidetur ſequi Io. Cal. & Pe. de Ancha. Sed quia prima opinio tutior eſt, ideò ſecundum. Laur. de Ridol. ſalubrius eſt eam tenere, extra eo. ſal ubriter, & hoc præcipue quando quis hoc uoluntariè agit in ſui maius commodum, uel cum intendebat pecuniam ipſam reſeruare Anto. autem de Bu. dicit quòd poteſt intelligi hic textus, ſcilicet ſalubriter cum illa dilatio data erat ipſi ſocero, & propter hoc dabat pignus. Et hoc caſu puto idem ſi eſſet pecunia exoluẽda ſi nõ eſt in mora, quia ſcilicet ex conuentione differtur ſolutio, tunc non credo quòd poſſit paciſci de intereſſe ſoluendo, quia tale intereſſe debetur propter moram quæ hic ceſſat propter temporis dilationem. Non ego peto poteſt. Guil. dicit quòd quandocunque uolo exigere aliquid pro intereſſe ante meram, utquia facio pactum de ſoluenda ſorte in paſca, ita quòd interim tantum nomine intereſſe ſoluatur, hoc caſu non poteſt dici in mora quia obſtat exceptio ante terminum, ideò non poteſt dici niſi uſura, quia propter dilationem temporis dati uſura eſt. Et propter hoc dico quòd ſi gener feciſſet pactum pro recipienda dote ad certum terminum & interim perciperet fructus, quòd computarentur in ſortem. Idem dico in re pignoratitia cuius fructus ſunt certi, quia forte illa res eſt locata ad uictum, uel penſionem, uel talis res eſt domus quam gener locat & recipit penſionem quòd omnes iſtos fructus gener tenetnr computare in ſortem, & ſic limita hanc decret. quia debet intelligi ubi dos fuiſſet ſimpliciter promiſſa poſtea cum non ſolueretur ad cautelam in eum ſit data poſſeſſio, tunc procedit decretalis, quia ſicut dicit gener ego ſuſtineo onera matrimonij da dotem. Ille ſocer dicit, ego non poſſum certe, ſi dicit gener ſaltem ſuſtineas onera matrimonij, certe ſi tunc datur aliquid loco intereſſe propter onera matrimonij licitè percipitur dummodo illa onera ſint certa, ſic intelligo iſtam materiam, & Anto. de But. ſu per c. ſalubriter.

Nomine intereſſe fit uſura.

¶ Sed quid de hæredibus mariti ipſo mortuo, nunquid habebunt hoc priuilegium quandiu relictam alere tenentur, nec tenentur dotem reſtituere, ſcilicet uſque ad annum poſt mortem mariti? Reſpon. dicit Io. An. & Io. de Lig. poſt Hoſti. in c. ſalubriter, q̃ non. Et ratio ſecundum ipſos, quia hæredes ſtatim poſſunt ſe expedire de muliere reddẽdo ei pignus, uel rem obligatam quod non poteſt maritus, extra de iureiur. tua nos. 2. & quia ſoluto matrimonio definit eſſe dos. §. 28.

¶ Quid ſi ſoluto matrimonio hæredes mariti obligant mulieri prædium pro dote reſtituẽda nunquid mulier poſſit fructus ſuos facere non computando in ſortem? Reſpon. ſecundum Inno. & Hoſti. quod non, nam uſuram committeret. Ceſſat enim ratio quæ excuſat generum ſuſcipientem fructus poſſeſſionis pignoratę ſine computatione in ſortẽ. Sit ergo cauta mulier & non recipiat poſſeſſionem, uel rem aliam in obligationem, ſed uel faciat ipſam diſtrahi, uel repetat inſolutum. ff. de reg. iur. l. ut di. ad mo. alioquin fructus ſortem extenuabunt. Puta tamen quòd ubi uiolẽter detineretur dos ab illis hæredibus nec poteſt ſe iuuare, quia non fieret illi iuſtitia propter potentiam illorum, tunc mulier licitè recipit fructus poſſeſſionis, uel pecuniam ſine extenuatione dotis. Idem uidetur dicendum cum hæredes illi non poſſent ſine magno ſuo detrimẽto reſtituere dotem quæ eſt in pecunia, nec poſſeſſionem habent quam ei aſſignent, & propter hoc mulier ne nimis grauet dimittit penes eos ad tempus, ſi illo interuallo recipit ab eis alimenta cum non habeat unde aliunde uiuat non uidetur illicitum, non enim illud recipit ratione mutui, ſed ratione intereſſe, cum ſi dotes haberet inde uiueret emendo poſſeſſiones, uel exponendo negotiationi. Secus autem dicendum quando hoc fieret ob utilitatem utriuſque illi ut magis poſſent cum illa pecunia lucrari, & illa ex integro ſuo capitali habeat lucrum, non tamen de facili conſulendum ne paretur uia fraudibus uſurarum, factum tamen non condemnandum. §. 29.

Cautio mulierum pro dote.

¶ Sed quid de fructib⁹ quos ex pacto dotali mortuo marito relicta lucratur, nunquid licitè recipit? Reſpon. ſecundum Lau. de Rid. uidetur quòd ſic, ex eo quòd ratione intereſſe conuenti proueniant ex more debitoris dotes non reſtituentis, & ſic in locum pœne, ad §. 30.

hoc glo.

hoc glos. in l. cum allegas, C. eod. tit. quæ vult quod pœna quatinus interest potest peti in quocunque contractu de mundo. Nec obstat si dicatur, quod hoc est interesse extra rē, quia communiter dotes dantur in pecunia, & de talibus intelligo prædicta, sed in pecunia non est dare quod cadit in interesse nisi extra rem propter quod dico hoc esse specia le interesse pecuniæ quod licet non fit intra rem quod nihilominus potest peti ex conuē tione iuxta no. per Bar. & Bald. Potest etiam dici secundum quosdam quod hoc fit interes se damni uitandi, quoniam cum mulieres habeant de dotibus uiuere, si illas non habens oportet quod aliundè sibi uictum quærant, & sic damnum incurrunt ad quod resartiendum & rastaurandum fructus illi ex pacto do tali succedunt. Vel etiam potest dici quod non ut interesse propriè: sed ut pœnam conuentionalem exigunt, quia licitè conuenire potuerunt dummodo non in fraudem usura rum quæ profecto nequaquam hoc casu est præsumenda, vt de se patet. Quod autem prę dicta sint de iure licite probatur apertius. Nam pone quod tu mihi mutues centum cū pacto quod tenear die tali tibi restituere, aliàs verò nomine pœnę do tibi potestatem auctoritate propria intrandi possessionem ta lis mei fundi ita quod lucretis fructus, utiq; fructus qui alias computarentur in sortem in hoc casu non computabuntur in sortem si ue rè purè & non in fraudem usurarum hæc fue runt celebrata, quod enim ultra sortem recipio non ut usuram: sed ut pœnam recipio uel interesse conuentum. Ad hoc faciunt notata per Host. & Innoc. non tamen puto sanam illam conscientiam quę pro mille quæ sibi debentur pro dotibus fructus percipit possessio num longè in gradu excessiuè plus ualentiū maximè aliàs impotens est debitor ad restituendum dotes.

§. 31. ¶ Sed quid si statutū habet quod omnes detinentes dotes mulierum post annum tenean tur dare alimentum uxoribus dotatis, & ma ximè duos denarios pro libra quolibet mense an ualeat statutum? Respon. Io. de Imo. su per cle. ex graui de usur. post Arch. quòd nō tenet, quia in c. salubriter, dicitur quod uir te netur alere mulierem proprer onera matrimonij & ex hoc fructus non computantur in sortem, & sic patet quod si non extat matrimonium non tenetur, & per consequens si non præstat seruitia matrimonialia non debet habere alimenta. Ad quod facit quod no tauit Ray. in sum. eo. tit. & Innoc. in d. c. Et ex hoc sequitur etiam, quod taliter statuentes incidunt in pœnam huius constitutionis ex graui scilicet q; sunt excommunicati. Franc. de Zab. dicit q; tale statutum, uel consuetudo potest tolerari ut debeantur alimenta tan quam interesse post moram in soluendo per hoc quod notatur in regula damnum, de regu. iur. lib. 6. & de fideiuss. c. 2. Non enim potest dici formalis usura ex quo pacto de plus dando non intercessit, & sic consului. Forte posset sic dici quod si mulier potest dotem re habere & non curat, vt consequatur illud lucrum taxatum à statuto salua dote usuram committit ratione quam Ioan. de Imol. assignat, & Ray. Sed si uellet potius dotem: sed non potest quia hæredes mariti cum sint potentes nolunt, uel nō possunt restituere sine notabili detrimento, & hinc mulier quia coacta, uel ex pietate mota non lucro non recipiens dotem percipit illud quod dictat statutum non committit usuram ratione quam assignat Franc. Zab. & præcipuè cum intenderet ex illa pecunia dotis emere possessionem, uel exponere licitis lucris, & multo magis si non habet aliàs vnde viuat. De statuto dicēdum quod si statuentes hoc egerunt per modum pœnæ ad tollendum moram hæredum in dote restituenda non inciderunt in pœnā. cle. ex graui aliàs sic.

§. 32. Adde qua pœna d. cle. punit pertinaciter asserētes usuras nō esse pec catum.

¶ Sed quid si gener possessionem sibi pignoratam pro dote cum omni iure quod ibi habet concedit alij recepta ab eo summa, quæ sibi pro dote debebatur nunquid ille poterit lucrifacere fructꝰ perceptos sicut poterat gener? Respon. secundum Guil. Si gener animo donandi transferat totum ius quod habebat in pignore, & hoc facit non propter pecuniā quam recipit ab eo, sed quia coniunctus, uel amicus eius est, & ille amicus non ut lucretur fructus mutuat pecuniam, sed propter charitatem aut gratiam, absque dubio fructus lucrifacit absque vitio vsuræ, aliàs non. Vnde & dicit Bal. C. de usur. super rubricam format quæstionem in marito, qui indigens pecunia accipit illam mutuo ab amico, & ponit eum in locum suum. Et tenet quod talis non gaudebit priuilegio mariti quo ad fructus, quia matatione personæ mutatur priuilegium quoties persona est immediate causa priuilegij.

¶ Item quæritur cum quis ex statuto ciuitatis, uel consuetudine dictante quod missus in possessionem lucretur fructus possessionis ad rationem quinque pro centenario, an talis ita faciens recta conscientia illos fructus percipiat?

Virtene turalere uxorem suam.

cipiat? Respon. secundum Lau. de Ridol. Bal. determinauit quod sic cum lucretur illos fructus nomine & ratione interesse, & hoc propter nimiam contumaciam potest facere auctoritas prætoris. Sed Bar. dicit quod non est bona, quia contra ius diuinum in fraudem usurarum, quare dicit fructus computandos in sortem. Et subdit idem Lau. de Ridol. si præsupponamus fraudem, uerum dicit Bart. sed si omnino cessat fraus, procedit dictum Bal. Hic autem non uidetur esse fraus, quia in locum pœnæ legalis, ut debitor cogatur ad satisfaciendum, uel loco interesse propter morā uidetur statutum cōsuetudo emanasse. Et hoc intelligo de eo qui iustè missus est in possessionem non tantum ex ordine, sed ex cā. Si enim in ueritate creditor nō foret seu causa non subesset, sicut recta conscientia capitale seu sortem retinere non posset, sic neque fructus nomine interesse.

Adde in Rub. de usu. extra & in l. 1. c. eo.

§. 34. ¶ Quærendum est etiam ab his qui dant pecunias mercatoribus, uel artificibus ut indè aliquid lucrentur quomodo debent? Nam si eam dant per modum depositi ut scilicet penès eos pecunia conseruetur, uel etiam cum ea negotientur ut placeat ita tamē q̄ in omnem euentum, & periculum eis sit capitale saluum ideſt restituendum integraliter ad placitum ipsorum, sed inde aliquid lucri sperant habere, alias non deponerent, sed in capsa seruarent, quanuis nulla pactio interueniat, uel conuentio, uel petitio, usuram committit. 14. q. 3. c. usura, nec excusat eos q̄ ex hoc se exponunt periculo q̄ mercatores penès quos deponunt aliquando deficiunt, & eis male fortunatis, & recedentibus nec capitale aliquando rehabent, non enim illud lucrum sperāt ratione periculi, & sed si dubitarent de periculo non deponerent, sed lucrū ratione mutui sperant ex mutuo ubi interuenit periculum non licet, ut expræsse dicit. c. nauiganti de usur. Tenentur ergo talia lucra sic percepta restituere, nō obstante quod depositarij multum cum ipsa lucrati fuissent. Nam lucrum industriæ fuit non pecuniæ, & periculo sustabat amissionis eius qui mutuū recepat eius deponēs nolebat esse particeps. Frequenter etiam in talibus depositis fiunt contractus usurarij & fraudulenti in quibus tenētur ipsi depositarij ad restitutionem his ad quibus extorserunt, & ideo rationi consonum ut adiuuentur ab his quibus & ipsi usuras dederunt ex depositis pecuniarum, & sic uidetur q̄ ipsi deponentes magis debent talia lucra depositarijs restituere quam pauperibus erogare, pro se enim retinere non possunt cum turpiter acceperint, & usuraria intentione.

¶ Pro maiori huius declaratione. No. q̄ quidam dixerunt usuram animi seu mentalem esse peccatum mortale, sed hanc exercentes ad restitutionem minime teneri, sed sibi licitè posse retineri, puta cū quis deponit pecunias penès mercatorem intendens recipere inde aliquod emolumentum capitale mittit discretioni depositarij, si tamen crederet q̄ nil daret nō deponeret. Istud propriè est mutuum non depositū, & ideò usura, quia principaliter fit propter spem lucri. ar. 14. q. 3. c. si fœnerauerit, & c. plerique, usura igitur mē talis est etsi non pactionalis. Sicut & cū quis mutuat centum principaliter propter spem talis lucri sine aliquo pacto usura est mentalis, & talem usuram receptam ultra sortem dicunt illi non esse de necessitate solutis restituendam. Et hæc opi. fuit Alex. Lōgobardi nō illius de Hales, & Scoti qui dicitur doctor subtilis. Sed certe in hoc non est tenenda eius opinio, quia periculosa animæ cum iura & rationes doc. quasi omnes theologi & canonistę sint contra eum seu hanc opi. Ad illud tamen probandum inducit hanc rationem seu exemplum. Siquis gratis & liberaliter recipit in donum quod affectabat, & intendebat furari, quanuis talis furaretur mente non tamen opere ita tamē quod ad restitutionem meritò obligetur, ergo a simili si quis lucrari intendit ex mutuo quod dedit, & tamen a debitore suo nihil exigit, nec eum per aliquod pactum compellit sed gratis & liberaliter ab eo recipiat aliquid, quanuis sit usurarius mente non tamen opere cōsendus est usurarius ita q̄ satisfacere teneatur, sed ad hoc respondet Io. An. ī mercuriali, super regula pactum, di. q̄ inter casum furti & usuræ mentalis est maxima dissimilitudo. Nam licèt donatarius in casu furti habuerit intentionem corruptam ad furtum nō tamen donatio causatur ab eius furto, nec est annexa illi intentione corruptę, & cuius contrarium in mutuo cadit, quia cum ex bono charitatis debeat fieri gratis fit principaliter ex spe lucri, quam quid em uitiosę spei effectus sequitur quod est lucrum, & ideò talis ad restitotionem tenetur. Potest & alia ratio ad idem assignari, quia scilicet sicut datum quod traditur intentione donandi sortitur ueram rationem doni & amittit ratione mutui, sic si mutuetur ex intentione principaliter lucri, & spe eius amittit eo ipso rationem

§. 35. Vtrum exercens usuram uenialem ad restitutionē teneant.

Mentalis usura declaratur.

mutui

mutui gratuiti, & sortitur ratione mutui usu rarij. Ex quo patet quod lucrum exinde sub tali intentione receptum usurarium est, & restitui debet secundum Io. An. & Innocen. & Archi. & Host. & Ray. Sed & iura indistinctè loquunt, q̃ usuræ restituantur indistinctè, & uniuersaliter non solum pactionales, ut de usu. c. cum tu. & c. consul. ti. 14. q. 4. c. q d dicã, 14. q. 6. si res. Doctores etiam theologi ut B. Thom. Pe. de Richar. & alij simpliciter dicũt, q̃ usuræ debent restitui. Si ergo usura mentalis usura est, & contra euangelicam legem. Luc. 6. Et mutuum date nihil inde sperantes & expresè Aust. testatur 14. q. 3. c. si fœnera ueris & ipsæ Sco. hoc fatetur ergo restituendа, nisi cum nil ultra sortem recepisset, quam uis hoc intenderet in mutuo seu deposito facto, tunc enim peccasset mortaliter, sed nihil haberet restituere.

§. 36. Cui sit usura in talis dã dis.

¶ Sciendum insuper quod quidam dicũt concedentes esse usuram, & non posse sibi retineri usuram, scilicet mentalem, sed pauperibus erogandam assignantes pro ratione, quia ille qui dedit dando ab illa se absoluit. Sed hoc non uidetur uerum, quia qui cępit mutuum aut dedit per modum doni usurario liberaliter, & non principaliter ratione mutui hoc illi declarans præcipue post mutuum restitutum, & tunc non tenetur restituere nec pauperibus dare. Sicut etiam dicit Ægid. de illo qui recipit remissionẽ debiti ex male ablatis à creditore liberaliter, & sine fraude, & ui, quamuis nõ sit paratus restituere exactus ẽt si potest, ualet sibi illa remissio, ut non amplius teneatur, sed tenetur pęnitere de sua in dispositione in qua fuit sic in proposito. Si aũt totaliter uel principaliter datur aliquid ultra sortẽ propter mutuum factum ne si nõ daret ęgreferret, & cõtra cum indignaretur, & forte alias non inueniret mutuantem aua rus, & ingratus iudicaretur, tunc tenetur illi restituere. Regulare enim est quod usura restituenda est ei à quo extorta est dum scitur persona. Quod etiam sonat ipsum uocabulũ restitutionis, dicitur enim restituere rem in statũ pristinum statuere, quod fit dum reddi tur ei a quo data est ar. 14. q. 6. si res. Si enim illam pecuniam mutuatam exercuit in licitis negotijs lucrum illud attribui debet, & deputari industriæ suæ, & labori cum etiam substa re periculis. Si in illicitis, & usurarijs cum ipsę teneatur restituere quod usurarię accepit, pium est ut adiuuetur recipiendo ad his quibus ipsę dedit usuras, uel illis det quibus ille obligatur cum scitu eius, non tamen tenetur illos quærere, sed sufficit illi reddere qui dedit. Sed si simpliciter dedisset pecuniã ad conseruandum non intendens inde lucrũ & mercator sponte, & ex sua liberalitate daret aliquid, qui scilicet cum illa pecunia lucratus est negociando, non esset usura, ar. 1. q. 2. sicut episcopum, ubi dicitur. Eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, scilicet suscipienti, quæ non ex ambientis petitione processit, & hæc usura multum practicatur in partibus. Tusciæ palliata sub nomine depositorũ. Nec propriè ista sunt depositа sed mutua palliata sub nomine depositi. Nam depositum uerum stat periculo deponentis non depositarij nisi ex sua culpa amitteretur, nec lucrũ intendit deponens intendens habere à depositario, sed potius econuerso propter seruitiũ conseruandi, sed in casu nostro stat pecunia (ut dictum est) periculo recipientis in omni casu, & lucrum inde dans reciperet. Sed nec ignorantia excusat à peccato, quia usura est contra ius diuinum, & naturale cuius ignorantia nomen excusat prima, quæstione 4. §. fin. nisi fortè aliquis simplex, uel mulier non crederet esse usuram, nullo modo talia factu rus si scir et ibi esse usuram, uel aliud peccatum talis, & si excusaretur fortè a peccato non tamen ab obligatione restitutionis, sicut pupillus excusatur à peccato usuræ nomine suo factæ à tutore cum nescit esse peccatum quia nondum est capax rationis non tamẽ ex cusatur ab obligatione restitutionis si usuras recipit à tutore.

Vsura à quo extorta est restituẽ da uenit.

§. 37. De usuris diuersarũ societatum.

¶ Inquirendum est etiam de diuersis modis societatum quomodo fiant. Et primo quæritur an dans pecuniam mercatori ad mercandum, uel artifici ad materias emẽdum, ut ex eis artificiata faciat cum pacto, uel etiam sine pacto, sed cum hac intentione principali, quod capitale sit saluum, & partem lucri habeat, non quid talis est usurarius? Respondе. secundum Laurent. de Ridol. Sciendum quod glos. in capitulo plerique 14. quæst. 3. tenet quod talis contractus non sit licitus ex quo periculum spectat ad recipientem, sed si periculum capitale spectaret ad utriunque tunc cum societas contrahatur per talia uerba tunc benè est licitus, licitum est enim q̃d unus socius ponat pecuniam, & alius operam, & sic suppleat labore quod deest in pecunia. Et licet Hosti. in sum. uelit defendere quod etiam si damnum suscipiet in se reciens talis societas est licita, & allegat, ff. pro soc. l. si non fuerit. Et quia in alijs contractibus ualet pactum appositum præter natu-

ram contractus,ut damnum ſpectet ad ſuſcipientem, vt in commodato, & ſimilibus, & ſic tenet ex ui pacti,quia contractus ex cõuẽtione legem accipiunt,de reg.iur.tñ Azo. & Accur.in d.l.tenẽt cõtrarium, quia talis non eſt uera ſocietas cũ ſit cõtra eius naturã. Societas enim eſt quædã fraternitas, ff. pro ſo. l.verum, vnde ſequitur quod tale peccatum non ſit præter ſed cõtra naturam contractus vnde nõ valet,de præca.c.fi.De natura.n. cõtractus ſocietatis eſt, ꝙ partes ſint æquales niſi aliud ſit dictum,non enim negatur quin agi poſſit in contractu quo ad vnum pertineãt duæ partes lucri, ad alium tertia ſi is q plus debet habere plus contulit ſocietati vel pecuniæ uel opere uel cuiuſcunque artis ut in d.l.ſi non fuerit,aliàs ſecus ratione iam dicta, quia ſcilicet ſocietas eſt quoddam in fraternitatis,& hæc eſt ratio ſpecialitatis quare ex vi pacti talis ſocietas non ualebit, quamuis in alijs contractibus pactum appoſitum teneat,vnde opinio Hoſtien. in hoc non eſt tenenda, cum non ſit æqua,ſed opinio contraria quam tenet Goffred. & Io.Cal. Dicit enim Goffred.Vis quod ſit uera ſocietas,fac vt damna, & lucra ſint communia. Intelligenda etiam ſunt prædicta eſſe uera ſecundum Io.Cal. cum mercantia eſt licita, aliàs ſecus,& allegat c.per ueſtras, de dona.inter virum,& vxorem.

Opinio Hoſtiẽ. reijcitur.

§.38. ¶Quid autem cum aliquis tradit pecuniam negotiatoribus vel artificibus ad exercendũ in licitis negociationibus, intendens etiam ſe uelle damnum participare exprimens lucrum, ſed ob ſui ſecuritatem exigit à mercatore uel artifice inſtrumentum de pecunia mutuata aliàs data, non ſub nomine ſocietatis, ſed mutui vel depoſiti, nunquid talis poteſt licitè percipere lucrum? Reſpond. Videtur quod non: quia vitioſus eſt contractus, & periculoſus negotiatori uel artifici. Nam poſſet talis tradens pecuniam ad placitum ſuum mutuare intentionem, & cũ continget mercatorum perdere poterit totum capitale petere tanquàm mutuatum ut cantat inſtrumentum. Poſſet etiam mori in teſtatus,& hæredes exigerent ſecundum tenorem inſtrumenti, quod reperirent. Eſt etiam hoc ſcãdalizatiuum proximorum qui ſciunt illum percipere fructum ex mutuo,un de induceudus eſt talis ad deſtruendum contractũ mutui ſi vult partem lucri. Et de ſic perceptis in præteritum concordet ſe cũ illo reſtituẽdo uel remiſſionẽ petendo,& hmõi. Põt tñ bene quis ob ſui ſecuritatem petere & tenere pignora à mercatore vel artifice ta lia ſcilicet ex quibus non percipit vtilitatem in vtendo. Ad prouidendum ſibi de capitali contra fraudes mercatorum dicẽtium ſe per didiſſe cum non perdunt, poteſt etiam facere pactum,ꝙ vult partẽ damni quod mercator incurreret ſi ſufficienter hoc ei oſtendat, põt etiã facere pactũ, ꝙ exerceat pecuniam ſuã in quibuſdã locis,& non in alijs,& in qbuſdam mercantijs,& non in alijs,& ſi ſecus ille fecerit,& damnum patiatur totum ſuum erit,quia contra pactum uenit.Debet etiam ſibi declarare quod ſolum in negotiationib. licitis pecuniam ſuam commercetur, quòd ſi ſciuerit contrariũ facere poſtquàm ei hoc cõ ſtiterit non participet de lucro: ſed pecuniam ſuam repetat.

Cautio contra fraudẽ.

§.39. De vſura in ſocidis.

¶Interrogandum eſt etiam vbi expedit de traditione animalium ad lucrum quæ cõmuniter ſocida appellatur, licet aliquãdo alius contractus ſit ibi immixtus,& aliquãdo etiã uſura. Nota ergo,ꝙ pecora tradi põt multipliciter. Vno modo ad cuſtodiã, puta cũ alicui danť 20.capita paſcenda ſub certa merce de uel etiam ſub certa participatione de prouẽtu gregis,& tunc ſecũdũ Guil. ſi dñs ipſorum retinet ſibi periculum animaliũ eſt contractus locationis,& de ſe licitus, ſed ſi non retinet ſibi periculũ: ſed imputat cõductori eſt illicitus, niſi forte illud dãnũ procederet merè ex negligẽtia cuſtodiæ. Alio modo põt tradi quaſi per modũ mutui puta cũ quis dat alicui ruſtico 20.capita cũ pacto, ꝙ ſint firma in numero vel in prẽtio ipſorũ in oẽmeuẽtũ, & tunc ſi totũ lucrũ ſic ruſtici ſicut eſt dãnũ licitũ ẽ ſm Vl. qa idẽ eſt acſi mutuaſſet ei pecuniam de qua emiſſet tot capita. Si aũt vult partẽ lucri ſaluo ſuo capitali uſura eſt: quia illud lucrũ vult rõne mutui, ꝙ prohibetur 14. q.3.cap.vſura.Et ſi quis uellet hunc contractum ſocidã vocare erit iniuſta, & obligabitur talis reſtitutionem. Alio modo tradũtur per modum locationis uel quaſi uenditionis modificatæ, puta cum quis tradit certas oues alicui monaſterio ſub hoc pacto, quòd pro qualibet oue accipiat annuatim duos ſolidos cum tñ fructus cuilibet ualeat 5. uel 4. & cum hoc ꝙ etſi oues traditæ moriantur ni hilominus remaneat monaſterium obligatũ toto tempore uitæ tradentis ac ſi omnes uiuerent, ſed poſt mortem eius omnes oues liberæ ſint monaſterij etiam ſi eſſet numerus centuplicatus. Et tunc ſecundum Hoſt. & Io.de Lig.contractus eſt licitus adeò, qđ ſi euentus mortalitatis ſequatur monaſteriũ

ſeu

seu ecclesia non potest petere restitutionem cum non sit læsa in traditione, & hoc nisi iã oues fuissent infectę, & ad mortem paratæ, & monasterium non aduertit. Consulit tamen idem Host. ꝙ in hoc casu sentiat partem dam ni, ne cum iactura monasterij uelit locupleta ri. Aduertat etiã tradens quod si in tali contractu conuentus consensus interueniat, quia si solius abbatis, uel cellerarij non teneretur monasterium stare cõtractui, extra de depo. c. 1. Aliquando traduntur per modum societatis, & hoc etiam uarijs modis, & quandoque iustè & quandoque iniustè. Et iustè quidem, ut cum unus habet 20. capita. alius totidem, uel etiam decem, & communicant ad inuicem eas, & periculum & emolumentum, & expensas communicant æqualiter, si ęqua liter ponunt in societate, vel pro rata secundum quod ponunt, & possunt etiam tales cõ uenire quod de fœtibus recuperentur capita mortua, vel de uelleribus emantur capita ad augendum gregem. Iniustè autem fit huiusmodi societas cum quia dat certa capita ouiũ ęstimata certo prætio hoc pacto quod rusticus non accipiat aliquam utilitatem donec tradens receperit prius totam sortem, hoc enim pactum secundum Vl. est ualde iniquũ, sicut etiam quis paciscatur quod antequam rusticus recipiat aliquia restaurabit de fœtibus omnia mortua, hoc enim pacto est quasi tradere oues immortales. Prædictum casum uidetur formare Lau. de Ridol. in tract. de usur. & latius prosequitur. Quæritur enim utrum licitum sit dare pecora rustico cum pacto quod tradens recipiat omnes fructus pecorum quousque consequatur totum suum capitale, & ex tunc sint pecora communia? Respon. quod Io. de Lig. tenet quod nõ. Ratio est secundum eum, quia talis primo uult capitale certum postea vult lucrum locare. Sed ipse Laur. dicit communiter ꝙ talis contractus licitus reputatur, & credit illum de iure posse multum bene sustineri. Et ad rationem Ioan. Respondet quod ibi non est salnũ capitale cum periculo tantum tradentis pereant, & ideò non mirum si maius emolumẽ tũ percipit ex quo plus periculi sustinet hæc ille. Sed si quis bene considerat casum positum uidetur quod possit intelligi dupliciter, & primo modo erit illicitus si uidelicet intelligatur sic quod tradens dicta pecora uelit capitale suum saluum grege pereunte, & si nõ perit in prȩsenti uult nihilominus prius de fructu pecorũ suũ capitale, & sic uidetur itellexisse Io. de Lig. ut patet ex rõne eius. Secũ

Addẽ ꝙ ẽ rõ qa ex depo sito facto apd clericũ ecclesiæ non tenetur ec clesia ni si in uti litatẽ ec clesię sit uerum. ar. C. qđ cum eo qui i alic. por. est. l. ei qui.

o d modo ꝑ intelligi sic quod pereunte grȩge totus pereat tradẽti ipsa pecora, sed si nõ perit vult prius de fructu trahere capitale, & exinde facere pecora cõia, & ſm istum modum videtur intellexisse Lau. de Ridol. vt patet ex rõnibus eius, & approbat ut licitum. Præsupponit istæ Lau. quod totum periculũ, s. casuum fortuitorum tradentis sit. Sed ubi periculũ esset conductoris totũ est, & vsurã. Si aũt periculũ esset cõe vtriq; tũc etsi nõ sit vsura vĩ tã iniustus, vt intra dicetur. Sed clarius, & tutius esset qđ traderet pro quatuor, uel tribus annis pecora, & in fine tẽporis æqualiter diuiderent fructũ cum capitali, ita ꝙ tradens subiret pericula casuum fortuitorũ, & recipiens pericula seu dãna ex negligentia. In diuersis terris fiũt ista diuersis modis. Sed nota generaliter ſm Doc. ꝙ q̃n cõmunis est conditio in societate, vt æqualiter. s. participent lucrum, & damnũ proportionaliter licitum est, secus ubi melior est condõ unius quã alterius. Vñ, & cũ dãtur oues sub isto pacto, ꝙ ubi perirent pro medietate pereãt tradenti, & pro alia medietate recipienti in omni casu, ubi aũt non pereãt prius debeat tradens ex fructibus suum trahere capitale, & exinde sint cõia qui contractus Cortoni celebrantur, non vĩ licitũ ex eo, quod recipiens pecora nimis grauatur. Nam ubi male fortunẽtur ipsæ amittit duo, s. medietatem prȩcij pecorum, & laborem suæ custodiæ, tradẽs autem amittit vnum, s. medietatem prætij pecorum. Ex quo igitur rusticus recipiens seu conducens pecora substat pluri periculo debet etiam plus participare de lucro.

†Tuiot modus exponitur.

§. 40. ¶Item quæritur quid iuris cum dat Pe. Ioã. oues in socidã per quinquennium, & de consuetudine est quod in capite quinquenij diui dãtur oues cum fructib. interim autem oues naturaliter pereunt, est ne Ioã. rusticus quia accepit oues in socidã ad aliquid obligatus? Pet. Respon. secundum Bald. de Peru. l. 1. C. pro socio. In tali casu potest contingere tale dãnum tripliciter, s. ex natura, secũdo ex fortuna, tertio ex culpa seu incuria. Et cum primo modo contingit tale dãnum. s. ex natura, nõ tenetur Io. aliquid restituere Pe. Et non est, quia si fuissent ẽt penes Pe. erant perituręe. Et si fuissent oẽs oues cũ datæ fuerunt in socidã ęstimatę nõ tenetur, quia in contracti bus non ordinatis ad dñium transferendum ęstimatio emptionẽ nõ facit, ut ff. pro so. l cũ duob. & hoc per regulã traditã, ff. de contrahen. emp. l. cũ manu sata. Si vero cõtingat tale damnũ secũdo modo. s. ex fortuna ut si pe

Damnũ socedæ contingit tripliciter.

rirent fortuito casu cui resisti non potuit, puta ex aliqua guerra subito exorta præter oēm æstimationē. tex. dicit in p̄dicto c. §. dāna, q̄d periculum dēt esse cōe. vnde si oues estimatę erant xx. lib. Ioan. rusticus restituet Pe. x. lib. Nā si nihil restitueret totū dānū esset Pe. q̄d esset cōtra illū tex. §. dāna. qui dicit. q̄d dēt es se cōe dānū, & sic aliter iudicat de casu naturali, aliter de fortuito. Sed si dānū tale ꝓuenit ex culpa Io. rustici tenet ipse Io. ad emendam totius quantitatis, quia ante societatis tempus diuidēdæ omnes oues erāt mere ipsius Pe. licet extimatę traditę fuerint. Facit ad hoc. C. de pac. l. si pascenda, & cū à nobis ff. pro so. Si verò postq̄ oēs oues æqualiter partiri debebāt dānū interuenit rustici culpa ſ. Io. tūc nō tenētur Pe. nisi ad dimidiā partē præcij, quia in plus eū nō damnificauit. Hæc Bal. Sed cū supra dixit q̄d Io. tenet ad emendā totius quātitatis credo intelligēdū de q̄ti tate capitalis seu eius q̄d cōstituerūt, vel ad plures ēt fruct⁹ inde cōsecuti si iā fructus erat secutus quoad medietatē. qa alia medietas Io. debebat esse. Et ex his patet q̄ dānum procedens ex natura spectat ad tradētē ad socidā. Sed ꝓcedēs ex culpa negligētiæ spectat ad recipiētē ad socidā, ꝓcedēs uerò ex fortuna spectat ad vtrūq; q̄tū est ex ipso cōtractu. Secus est si aliter fuerit pactū factū inter partes, qa tūc stabit pactiōi, qa pacta ex conuentione legē accipiūt & pacta seruāda sunt, extra de pac. c. 1. Et hæc si iuxta sunt ut nō grauetur magis una pars quam altera.

§. 41. De traditione boum.

¶ Sed quæritur d̄ bobus. Quid iuris cū Pe. tradit Io. bouē, & vitulū nutriēdū vsq; ad annū hac uidelicet cōuētione q̄ in fine anni uenda tur & Pe. suū trahat capitale, deinde diuidatur lucrū, nūquid est licitus cōtractus? Rn. q̄d ad hoc q̄ sit licitus duo sunt necessaria primū est q̄d Pe. in se retineat periculū fortuitū capitalis, aliter illicitū esset. Sed m est q̄ si aīalia min⁹ uēderētur q̄ fuerint empta, nō tn Io. teneat ipsi Pe. supplēdū pro capitali deficiēte qa tūc esset capitale saluū & p cōsequēs usurarius. Itē pone q̄ Pe. locat Io. duos boues volēs quolibet mēse duas mnas seu sextaria frumēti, & retinet sibi periculum dictorū boū, nūquid est licitū? Rn. Talis cōtractus est locationis, & tūc licitus si tm sit lucrū q̄d respondeat utilitati quæ pōt haberi de bobus, aliter illicitus esset. Nā si nulla utilitas de bobus ad uenire nil dare deberet, uel nō tantū si deductis sextarijs frumēti quæ dat locatori parum quid lucri remaneret conductori, alias iniustus. Itē pone quod Pet. locat Io. duos boues

Casus 2.

as⁹ C3.

æstimatos cum hac conditione, scilicet quod Ioan. laboret sibi in anno 12. bubulcas terræ cum dictis bobus, & in fine anni boues uendi debeant, atque Pet. totum suum capitale prius extrahere debet, postea de residuo Io. debet habere medietatem, nunquid est licitus? Respondeo licitus est si Pet. obseruat duo. Primum est quod retineat sibi periculum dictorum boum. Secundum est quod promittat Pet. satisfacere ipsi Ioan. de labore suo quo laborat terras suas, & hoc ad arbitrium boni uiri, in qua satisfactione computatur hoc, quòd dat sibi medietatē lucri boum. Sed si nullum lucrum fieret de bobus, tunc Pet. recompensare tenetur pro expensis factis à Ioan. de ipsa sorte boum, uno prædictorū deficiente, contractus erit illicitus. Eodem modo licitum est locare boues quartā partem lucri & damni dummodo locans boues laboranti promittat competenter satisfactum pro labore quem sustinuit siue fiat satisfactio ex parte dantis de expensis factis siue de sorte boum si ibi non fuerit lucrum, alioquin contractus illicitus esset.

§. 42.

¶ Itē quæritur quid iuris cum Pe. tradit Io. vnam vaccam estimatam. x. lib. cum tali pacto, quòd ipse Io. teneatur eam & omnē fructum eius & fœtum cum diligentia seruare, & custodire sumptibus suis, fructumque eius & fętum non alienare sine licentia eius Pet. atque de fructibus eius, & fœtibus priorib⁹ tantum dare, & consignare ipsi Pet. donec sit ipsi Pet. de prēcio vaccę integrè satisfactum deinde assignare dimidium in futurū de fructibus, & fœtibus talis uaccæ, & cum conditione adiecta, quòd si uacca, uel fœtus eius culpa ipsius Io. aut nuncij eius quocunq; modo petierint ipse Ioan. integrè restituere teneatur. Si autem diuino iudicio, aut fortuito casu prędicta euenerint, pertineat damnum ad ipsum Pet. Respondetur dicendum, quod talis contractus secūdum quosdam licitos uidetur. Nam licet Pe. prius recipiat sortē suā, tamen inconueniens non uidetur cum in se susciṗiat periculum fortuiti casus, & diuini iudicij. Sed uerior sententia est, quòd cōtract⁹ sit illicitus. Nā euidenter apparet, quòd multo potior est conditio locatoris quam conductoris, quia poterit euenire, & postquam Pe. suam sortem receperit vacca cum omni fœtu, & fructu peribit, & sic de omnibus expensis, & laboribus habitis circa vaccam ipse Ioan. nihil habebit quod iniustum esse videtur, vnde contractus illicitus. ¶ Item quid

Adde tex. no tabi. in l. quæ fortuitis, C. d̄ pig. act. & ibi Bal.

quid si Pet. locat Io. duos boues estimatos 20 floren. isto pacto, quod ubi consuetum est dare pro duobus bobus 12. sextaria frumenti det ipse Io. tantum 8. ita tamen quod §.43. stet ad periculum tertiæ partis boum? Respondetur. Licitus est, aliter autem non.

¶ Quæritur de traditione boum, & primo sic. Dat quis boues rustico cum pacto, quod dare debeat sibi pro eis 20. sextaria seu tumulos grani in anno, nunquid est licitum. Respondet Lau. de Ridol. Si locantur opera boum, & periculum deteriorationis eorum subijt ipse locator licitus est contractus qua boues deteriorantur, sed si uult locator boues recuperare præcio quo fuerant estimati cum tradidit nec uult periculum deteriorationis subire, quamuis periculum mortis naturalis tunc contractus erit illicitus secundum Io. de Lign. qui ad hoc allegat cap. plerique 14. q. 3. Istæ tamen casus plenius declaratur in seq. dubio. ¶ Quæritur ergo secundo cum scilicet quis locat boues alteri cum hoc pacto quod uult secum participare lucrum & damnum, & nihilominus uult decem sextaria uel tumulos grani quolibet anno, est ne licitum? Respon. Lau. de Ridol. Dicendum uidetur quod istæ contractus potest dupliciter intelligi. Vno modo sic celebratur ut locet illi tales boues rustico ut cum illis campum suum araret, uel plaustrum duceret uel aliud opus sibi utile faceret ad placitum, & emolumentum inde proueniens suum foret præcise, sed si boues in fine anni facti essent deterioris conditionis, & sic minoris ualoris pro medietate sibi cederet in damnum. Si uerò melioris conditionis, & sic maioris præcij pro medietate sibi cederet in lucrum, & tunc non obstante quod sextaria decem grani dederit locatori nihilominus licitus erit contractus, hæc ille. Quod uidetur intelligendum, ut ipsemet infra ponit, cum conductor deductis expensis boum remaneat in aliquo lucro communiter, ut sic illi decem sextarij de lucro proueniant. ¶ Probat autem hunc contractum esse licitum per istam rationem dicens. Aut uis quod istæ contractus sit locationis aut societatis, si locationis scilicet operarum, erit licitus ratione deteriorationis, nec obstat quod pro medietate subijt damnum deteriorationis, quia satis est quod pro illa dimidia & illius respectu nihil soluit. Sol uit enim decem, ubi si nihil subiret damni, solueret 20. Item sicut stat ad lucrum, ita debet stare pro eadem parte ad damnum, & sic non pro ea pro qua non stat ad lucrum alio non dato: nec mirum si pro ea isto casu soluit decem, quia potest in pluri lucrari, & sic est uerisimile, cum emolumentum totum ex operibus proueniens suum sit, uidetur enim pro una parte sapere contractum societatis, & pro alia parte contractum locationis operarum sicut in simili dici consuecuit, in capitulo ad quæstiones, de re. permu. Aut uis dicere, quod istæ contractus sit meræ societatis, & tunc idem scilicet quod licitus est, quoniam capitale stat ad lucrum, & damnum utriusque. Ad hoc 14. q. 3. plerique, cum ibi notatis. Nec obstat quod ego habeam præcipua 10. in anno, quia & tu habes omne emolumentum ex operibus boum proueniens. Vnum ergo cum alio compensetur. ar. de furtis capitulo 1. Præterea si plus in societate pono: non irũ si plus percipio. ¶ Alio modo prædictus contractus potest sic celebrari, vt uidelicet nedũ communicemus adinuicem lucrum, & damnum capitalis, sed etiam lucrum, & damnum operarum, & tunc nihilo minus idem uidetur dicendum, sed non semper. Vnde dic, quod aut tu personam operantem, & ego boues, aut ambo ponimus personam operantem, & vltra hoc etiam ego pono boues. In primo casu aut opera personæ præponderant bobus seu eorum ualori, aut econuerso, aut sunt equales. Primo casu presumitur q̃ in fraudem usurarum & tanquam usura illi sextarij dẽtur annuatim, & effectiuè licet nõ ex sui forma, vel natura mutuum celebrabitur. Erit. n. ac si ti bi valorem boum pro dimidia mutuasset pro decem sextarijs, & tu illum in societate posuisses. De usuris c. in ciuitate & c. consuluit, & c. fin. Et idem dico in tertio casu. In secundo autem dico secus, nisi iam ex alijs circunstantijs aliud dicere oporteret ar. eorum quæ leguntur & notantur, de emp. & uendi. c. ad nostram, & de pigno. c. illo uos, & per Io. And. in addi. Spec. c. in ciuitate de usuris. Nõ enim est contra naturam societatis, quod qui plus contulit societati uel pecuniæ uel operæ uel rei, plus de lucro percipiat. ff. pro socio. l. si non fuerit. Inst. eo. §. 4. de illa alias secus. ¶ In secundo autem membro principali quando ultra personam operantem ego pono boues, dic idem, & fortius, & hoc uerum intelligo tam in hoc quàm in præcedenti casu quando tu remanes etiam in aliquo lucro, & sic illi decem sextarij de lucro proueniant. Si enim nullum lucrũ resultasset ex hac societate, & ego nihilominus habuissem a te 10. sextarios grani, iam hic nõ percipere illos ex lu-

De traditione boum uel equorũ.

Add & ibi And. Bar. qui hic locutus est.

cro,ex quo benè licitum est plus conferendo plus percipere. Cum enim de natura contractus societatis sit, qđ partes sint æquales habito respectu ad quotam in societate positam cum sit quoddam ius fraternitatis, ut l. uerum ff. pro socio, quę æqualitas erit, aut quę fraternitas,ut tu nihil lucreris & tu mihi decem de tuis tradas. Resultaret ergo potius ex tali contractu mutuum quam fraternitas in effectu si recte considaretur: Esset enim contractus huiusmodi contra huiusmodi effectus quod pro dimidia ualoré boũ tibi intelligat mutuasse, & propterea uolo 10. & tu in societate illam dimidiam,uel etiam dimidiam operè uel totam operam ponas ad commune lucrum & damnum. ar. eo. cap.in ciuitate,& ibi nota. per Goff. post Io. And. ¶Nota tamen quod dicit Guiel. quod cum locatur ultra illas mensura quas habet bladi apponit pactum, quod in casu mortis conductor teneatur ad medietatem damni. Et hoc facit timens,ne si ad hoc non teneretur nimis & indiscrete grauaret boues, & minus curaret de eis. sed in animo firmiter proponit quod si sine culpa conductoris perirét nil a conductore susciperet de damno, quod credit quod non peccaret nisi propter scandalum eorum,qui ignorarent eius intentionem. Sic etiam possunt dari & asini & equi in societate diuersis modis. Sed ad hoc ut sic licita oportet quod facta computatione expensarum & laboris custodiæ ideſt habito respectu ad quotam, & periculum non reperiatur deterioris conditionis unus quam alius.

Natura cõtract⁹ societatis.

§.44.

¶Item quæritur quid iuris cum Pet. locat Io.duos boues pacisens secum quod det sibi quolibet mense unum sextarium frumenti nulla mentione facta de periculo. Respon. quod si Pet. uult capitale firmum seu hoc intendit,usura est. Sed si intendit, & declarat in se suscipere fortuitum periculum, & diuini iudicij, tunc licitum est, sicut etiam licitum est tradere equum ad uecturam. Insuper tũc si morerentur boues per Io. in curiam, ipsæ Io. tenetur satisfacere. Quod si facit super hoc instrumentum primo modo scilicet periculum fortuiti casus ut in curię sit Ioan. tantum & hac intentione ut Io. habeat maioré diligentiam in custodiendo, sed mente intendens sibi ascribere fortuitos casus ipse Pe. si sufficienter sibi fuerit ostensum, contractus etiam est illicitus secundũ Gilel. quia scandalizatiuus proximorum cum ex forma sit usurarius,& intentionem potest mutare & subito mori,& tamen hæredes ex ui instrumenti petere possent damna casus fortuiti. Sed si pactum fiat, quod in omni casu siue in curię siue fortuiti vterque sustineat medietatem damni, forte tolerari posset: quia cum casus incuriæ propriè debeat imputari conductori, & casus furtuitus locatori fit quædam recompensatio unius cum altero ad vitandum litigia.

§.45. De mutuo in satisdatione.

¶ Quæritur vtrum hoc sit licitus. Accipit Pet.ab aliquo pecuniam mutuo, & pro eo Martinus satisdat seu scriptum securitatis facit,& vult vnum uel duos ducatos pro quolibet centenario? Respon. Si satisdator seu fideiussor est fictus quia scilicet ipsę est mutuatur,& fingit se ab alio facere mutuare, & pro fideiussione illa ficta, unum uel duos ducatos petit,usuram committit,14.q.3.c. usura.Si autem est uerus satisdator, quia scilicet alius est qui mutuat utrum licitè recipiat illa duo uel vnum. Lau. de Ridol. arguit pro & econtra. Nam quod sit usura probatur sic. Paria quidem uidentur mutuare,& ultra sortem tui certum quid recipere, & penes creditorem satisdare & aliquid à debitore recipere. Nam ego constituo me creditoris debitorem propter quod à te debitore percipio illos duos floren. & sic si soluo creditori tu mihi ad restitutionem teneris tanquam debitor meus uere sortis, quod ergo plus das usura uidetur, quia perinde uidetur ac si mutuasset,& si hoc procedit cum pro te tuo creditori soluo, tanto fortius cum non soluo. Non enim debeo esse melioris conditionis cum non soluo, quam cum soluo. Nec obstat cum in casu nostro etiam in me suscipio periculum, quia si tu illi non soluis, ego teneor soluere,quoniam tu mihi remanes obligatus ad reddẽdum,extra de fideiuss.c.2. Sed quod non sit usura videtur quia solum in cõtractu mutui cadit usura, sed hic non est dare contractum mutui, sed contractum innominatum scilicet do ut facias mihi scripturã cautionis,vel do vt des illi pro me si non dedero seu facio ut des. Non enim ad mutuum respectus habetur cum nullum sit pro parte recipiens illos unum vel duos floren. sed ad seruitium scripturæ securitatis quam tibi facio, & sic uidetur potius quædam uenditio crediti mei. Sed fundamentum huius rationis faciliter destrui potest. Nam & si usura ex forma non cadat nisi in contractum mutui expliciti, tamen usura ex fraude bene reperitur in aliis contractibus ubi est implicitũ mutuum,ut patet ex dictis supra. Et sic videtur in proposito casu esse quod præcipue uidetur

detur dicendum scilicet esse usura, cum talis satisdator facit sibi idoneè cauere ab eo pro quo satisdat de indemnitate, uel etiam sine hoc cum reddit se certum inde non posse habere damnum cum aliàs non satisdaret. Concluſiuè prædictum Laur. de tali contractu dicit simpliciter quod tutius est abstinere.

§.46. De missione merciũ p mare.

¶Quid cum tu mittis per mare, uel per terram merces tuas ad aliquas partes, & ego periculum in me suscipio & pro quolibet centenario ualoris ipsarum mercium conuenio, quod mihi tradas certam pecuniæ quantitatem nunquid sum usurarius? Et respondet Lau. de Ridol. quod non. Non enim est istæ casus similis casui decre. nauiganti, quia ibi receptum ultra sortem directe concernit mutuum in quo superabundantia reprobatur. 14.q.4.c. si quis oblitus. Sed in nostro casu non sic, quia concernit factum ideſt securitatem. Detur enim ut faciat. Non enim datur propter mutuum cum nullum interuenerit, sed propter id, quod securat mercatorem de mercibus suis, quas periculo marino, uel terrestri exponit. Præterea nulla sors interuenit, ergo falsum est dicere quod ultra sortem aliquid percipit. Nullum enim est dare ędificia sine fundamento 1.q.1.cum Paulus. Potius autem uidetur esse contractus locationis, quasi ista locet sub suo periculo, & cum tali mercede conductionem harum mertium. Qua enim equitate ductus dices hunc subire pericula sine lucro. Et sic concludit hanc sententiam ueriorem scilicet quod contractus de se sit licitus. Hanc dicit tenuisse magistrum in theolo. fratrem Frã. de Empul. ordinis minorum.

§.47. De cambio in moneta

¶Cambia fiunt tripliciter & de quolibet eorum uidendum est si est licitum. Vno modo fit sic. Campsor cambiendo recipit denarium pro floreno. Dicitur cambium minutum. Est ne usura. Videtur quod sic, quia quæritur fructus de pecunia, quæ non parit. ar. dist. 47. sicut Hi. Io. de Lig. dicit quod non uidetur bene excusabilis nisi attento interesse, quia attento subiecto, pecunia est inuendibilis nisi propter cursum monetæ. Concludit finaliter quod ubi quis plus recipiat non est bene tutus in conscientia. Sed Lau. de Rid. dicit quod si uerum foret huiusmodi cambia non fore licita, nimij damnarentur: Vnde putat talia esse licita, dummodo sine fraude celebrentur. Nec hic interuenit mutuum, unde nec usura, nec insuper quod contra cõscientiam ædificet. Si enim tibi cambio florenum dando tibi monetam, uel dando tibi florenum accipio monetam, & in primo casu recipio mihi unum denarium ueri ualoris, in secundo uolo unum denarium a te ultra uerum ualorem, iam id non retineo uel uolo ut tibi uendens pecuniam, quæ est inuendibilis secundum Archid. 14.q.4.c.1. nec ad pecuniam respectum habeo, sed ad interesse meum ratione laboris operarum, pensionum, salariorum factorum, & discipulorum, quæ pro huiusmodi arte exercenda sub eo, quæ de proprio non est decens ut sub eã nec incassum laborare, uel operari debeo in tui, & aliorum utilitatẽ. Expensarum quippe laboris, & itineris ratio est habenda, extra de uo. c. magne. Et ista uidetur fuisse sententia. Io. de Lig. si recte attendatur. ¶Potest tamen in huiusmodi cambijs committi peccatum multipliciter non solùm cum fit hoc ex auaritia, sed etiam cum dantur monetæ falsæ uel incisæ uel diminutæ mixtę uel, etiam cum nimis capiunt pro huiusmodi cambio. Quantum autem sic summi possit, non põt dari regula generalis determinatæ quantitatis ubique. Fraus monetarum.

§.48. De cambio per literas.

¶Fit & aliud cambium quod dicitur cambium per literas, & fit per istum modum, recipit campsor centum in loco uno, puta Venetijs a Pet. restitui facit ipsi Pet. uel alteri pro eo in alio loco, puta Florentiæ centum sex florenos uel septem secundũ quod plus uel minus ualent, de hoc ergo quæritur utrũ sit licitum. Respondet Lau. de Ridol. quod sic. Non enim uenditur pecunia quæ est inuẽdibilis, sed tantum hic soluitur quantum ibi numeratur. Nam tantum ualet alicubi florenus cum uno denario, quantum alibi sine denario. Cursus enim monetæ operatur excessum in ualore secundum locorum diuersitatem. Plus enim ualet florenus Florentinus Florentiæ quam alibi, & plus ducatus Romanus Romæ quam alibi. Operatur enim hoc monetarum diuersitas. Quandoque enim tantum ualent Venetijs centum ducati, quantum Florentiæ centum sex uel centum septem floreni uel plus uel minus. Non enim plus soluitur sed tantundem. Est & alia ratio scilicet periculi cui subijcitur cãpsor aliquando in missione monetarum de loco ad locum, & ideò si minus aliquid ualet quod recipit à cãpsore in uno loco quam illud quod reddetur in alio illud plus sit ratione periculi, & ut subueniatur salarijs ministrorum, & pensionum, & aliorum in huiusmodi arte necessariorum ut non frustra operas ponat, & sudorem proprium in aliorum

utilitatem. Ad quod benè facit quod scripsit Tho. 2. 2. q. 77. Artic. 4. Non est ergo usura uelc ontra conscientiam.

§. 49. De natura cambij ficci.

¶ Est & tertium genus cambij, quod dicitur cambium per Venetias, siue cambium siccũ, uel cambium ad libras grossorum. Et fit per hunc modum. Ego egens hic Florentiæ. x. libris grossorum recipio a te campsore Florentino ibidem florenos cẽtum sex, uel plus, uel minus, sicut tunc Florentiæ cambia currunt & ualent x. libræ grossorum, & inde ad unũ mensem teneor tibi ad restituendum tãtum quantum infra decem dies computandos a die celebrati contractus ualebunt. x. libræ grossorum in ciuitate Venetiarum quæ aliquando ualent plus aliquando minus. Et sic aliquando perdit aliquando lucratur cambiens licet ut in pluribus lucretur. Et ut intelligas terminum prædictum. x. libræ grossorum intelligunt centum ducati. Quæritur ergo utrum licitus sit talis contractus, Respon. Lau. de Redol. argut pro & cõtra, & dicit sic. Aut uis dicere quod hæc interuenit mutuũ aut permutatio siue cambium. Si dicis q̃ mutuum cum reddatur idem quod mutuatur, scilicet tot libræ grossorum hinc ad mẽsem quot modis mutuantur, restat per consequens quod hic nulla committatur usura. Nam nulla superuenit abundãtia siue incremẽtum 14. q. 3. c. 1. & q. 4. si quis oblitus. Nec obstat immo poterit contingere quod incrementa suscipiat cũ sit hodie q̃ x. libris grossorum centum lex florenos numeret hinc ad decendium, id est ad decem dies forte ualebunt centum septem, & sic inde ad mensem recipiet unum ultra sortem mutuatam. Quoniam etsi unum plus tunc temporis ualebũt dictæ decem libræ grossorum & sic unum recipiet plus, non tamen sequitur quod ultra x. libras grossorum recipiat, immo x. tantum.

Casus de ualore Florenorum.

Tolle exemplum in simili. Tu uides quod ualor floreni alteratur, & uariatur de tempore in tempus ex causis diuersis, nam aliquando ualet tres libras, & sexdecim solidos aliquando plus aliquando minus. Pone ergo q̃ ego hodie tibi mutuem unum florenũ pro quo tibi trado monetam, & sic libras tres, & solidos sexdecim, uel in auro & cambis & p̃cipi, solum libras tres & solidos sexdecim, teque facio debitorem in uno floreno. Inde ad mensem restituis unum florenum in auro, uel in moneta, & quia tunc ualet solidos decem & septem, dicetur ne ille solidus, quem plus percipio de floreno in auro restituto qui ualet tunc decem & septem solidos, uel restituto in moneta ad dictam rationem solidorum decem, & septem usurarius? Absit a seculo, tantum enim percipio quantum mutuaui, scilicet unum florenum, uel eius ualorẽ. Quod autẽ plus ualeat tunc ille florenus nec tibi nocet nec mihi prodest. Nam si emissem de illa pecunia tibi mutuata tempore contractus mutui unum florenum, & usque in hodiernum diem seruassem iam ex illo totidem id est tres libras & decem septem solidos reciperem. Sequererur etiam hoc inconueniens, quod si mutuaui ex charitate, & pure unum modium grani tunc ualentem sex. ho ie ualentem septem, tanto minus de grano restituere tenearis, & sic ex gratitudine, & charitate mea incommodum reportare potero. Volebam enim illud seruare in id tempus quo tu mihi restituis, quod si feci sem illud plus quod tunc ualet uendidissem, & quia seruaui tibi mutuando illud si minusquã tunc ualeat, dabis tunc, me dãnificabis. ¶ Ad prædicta optime facit quod scribit Hug. & Arch. post cum, in c. si quis clericus 14. q. 4. ¶ Si autem uis dicere, quod hic interuenit permutatio, siue cambium, lõge fortius uidetur procedere conclusio memorata, scilicet quod nõ sit usura. Cum enim usura proprię committatur in contractu mutui, cum hic non sit mutuum: sed permutatio uel cãbium, & sic contractus uicinus emptioni ergo non est usura. ¶ Sed contra primum scilicet cum dicitur hic interuenire mutuum, uidetur esse tex. in c. nauiganti, in principio cum ibi; notatis in glo. l. au. Et potest huic addi quod cum dicebatur, quod idem redditur quod mutuatur, scilicet tot libræ grossorum ergo nulla usura. Respon. quod illas decem libras grossorũ sperat campsor recipere in maiori ualore quã dederit, alias non mutuaret, licet quandoque non illum recipiat, & sic ibi usura cum interueniat mutuum cum intentione lucri. 14. q. 3. cap. 1. Exempla etiam quæ ibi subduntur de floreno mutuato, uel modio grani, sunt dissimilia a casu nostro, quia enim mutuans illa ex charitate mouetur ad mutandum, & a casu contingit illum florenum, uel modium grani plus ualere, quando sibi redditur quam cum mutuauit, ideo absque usura percipit cum non intenderet lucrari, sed proximo seruire. Et in tali casu loquuntur Arch. & Hug. superibus allegati. In casu autem nostro lucrum principaliter intendit, & ideò usura. Contra secundum uerò cum scilicet dicitur interuenire cambium & non mutuum facit quia si contractus cambij æquipolet quodam

modo

modo contractui uenditionis, cum pecunia sit inuendibilis nec non & ipsius usus qui non est aliud quam ipsa consumptio ab ipsa pecunia inseparabilis, & sic unum siue alio uendi non potest, nec etiam utrumque simul tanquàm alter per alterum crescat in ualore iuxta notata per Ioan. Andr. super regula peccatum de re. iu. sequitur quod contractus non est licitus. Hæc ille. Ex his potest addi quòd cum arguebatur supra usuram hic non esse, quia usura committitur in contractu mutui, & hic non est mutuum: sed cambium uel permutatio. Respondetur quòd usura ex fraude reperitur etiam in alijs contractibus cum est ibi mutuum implicitum unde quæritur lucrum, & sic est in proposito. ¶Tandem post multa ipse Lauren. hanc quæstionem sic concludit: quia sub spe lucri & intentione plus percipiendi quam sit quod tunc mutuatur, & quia ut plurimum sic contingit, & aliàs non mutuaret ipse mutuans talia perpetrantur, consulo ut omnes abstineant. ar. eo. titu. capit. in ciuitate. Et remittit pro maiori declaratione ad quasdam alias quæstiones ipsius tractatus quæ supra positæ sunt ex quibus satis clare haberi potest, quòd est usurarius contractus.

Conclusio.

§. 50. De cambio Romæ pro expeditione bullarũ.

¶Exercetur insuper in Romana curia alius contractu, à trapezitis seu campsoribus curiæ quem cambium esse nuncupant, sed usura magna est, sit autem sic. Clericus consecutus de nouo beneficium aliquod pro expeditione bullarum ipsius indigens pecunijs perit a campsore sub mutuo certam summam puta mille florenorum restituẽdorũm in patria puta Parisius inde ad sex menses in moneta ibi currenti, ei quem ille statuerit. Mutuat campsor, sed ultra lucrum cambij exurgens ex uarietate ualoris monetarum in diuersis locis, exigit ab eo quinque uel octo pro centenario, sicque ei respondetur. Quæritur utrum sit licitum? Et quòd liceat quærunt aliqui probare ad excusandas excusationes in peccatis tripliciter. ¶Primo ratione moræ, quia tunc ueniunt usuræ soluendæ non ut usuræ. ¶Secundo nomine interesse. Nam habendo illam pecuniam cum ea lucratus fuisset, sed non habendo non potuit eam exercere, & sic consequitur damnũ. artic. 12. q. 2. si quis, de clericis, & extra de fideiusso. peruenit. ¶Tertio ratione periculi, qa potest beneficiatus mori in uia, & sic posset campsor totum amittere, uel cum magnis laboribus & expensis rehabere. ar. de usu. c. nauiganti, ex notatis ibi per Ioan. Cald. Sed fatendum est usuram esse expræssam, quia ibi lucrũ sperabatur ex mutuo, quod pertinet ad rationẽ usuræ ut. 14. q. 3. si fenerueris, & extra de usuris consuluit. ¶Et ad rationes eorum respõdetur, primo quòd in casu dicto nõ est dare moram cum nondum aduenerit terminus solutionis fiendę conuentus. Tunc enim ueniunt soluendæ quando scilicet post terminum datum quis non soluit unde recipit tale damnũ.

Interesse quando soluẽdum.

¶Ad secundum dicendum quod illud habet locum scilicet de interesse quo ad damnum emergens, puta si mutuas ipse acciperet ad usuram secundum Innoc. & Io. Quod si quis dicat habere locum quo ad lucrum cessans, ut Hostien. & Pet. de Ancha. sentiunt. Nec etiam hoc excusat in uitio usuræ talem contractum: quia dicunt præfati hoc esse uerum quando mutuans omnino intendebat ex pecunia mutuata emere unam possessionem iam sibi paratam ad emendam uel exercere in negotiationibus licitis, unde ueri similiter sperabat lucrũ quę hic cessant. Nam campsor non intendebat emere possessionem, nec exercere in negotiatione, sed in similibus mutuis, & huiusmodi. ¶Ad tertium respondeo quod ita cautos se faciunt per diuersas uias quòd sunt quasi securi de capitali. Sed si esset periculum etiã non excusaret cum ratione mutui hoc petant. ar. extra, de usura nauiganti. Est ergo lucrum fœnebre & restitutioni obnoxium. Quod autem propinas faciant, & munera largiantur pro beneficiandis ad instantiam eorum prelatis cum quibus habent amicitiam ipsi campsores ut operentur pro beneficijs obtinẽdis pro eis, hoc iam spectat ad symoniam. 1. q. 1. qui studet, de qua supra dictum est.

De uenditione ad terminum. Cap. 8.

DE uenditione ad terminum potest exponi illud Ps. 103. Terminum posuisti quem non transgredientur neque conuertẽtur operire terram. Idest tu Deus sicut alijs rebus posuisti terminum, ita & ualori rerum quæ sunt uenales terminum prætij prout ratio dictat quem iusti homines non transgrediuntur in augendo prætium. Neque conuertentur. s. in minuendo prætium ipsi iusti in emendo minus iusto prætio opẽpire. i. ad deuorandum & absorbendum terram, idest pauperem. Triplex est terminus. ¶Est igitur primo terminus prætij iustificati, ibi.

Terminus triplex.

Termi-

Terminum posuisti. ¶Est secundo terminus prætij augmentati, ibi, quem non transgredi ter. ¶Est tertio terminus præcij minorati, ibi neque conuertentur operire terram.

§.1. ¶Primum præcium uenditionis dicitur iustificatum, & limitatum. Et circa hoc prænotandū est secundum Scot. in 4. dist. 15. quæst. 2. Pensatio valoris vsualium rerum uix aut nūquam potest à nobis fieri nisi per coniecturalem seu probabilem opinionem. Et hoc quidem non punctualiter, seu sub ratione & mensura indiuisibili in plus & minus, sed sub aliqua latitudine competenti, circa quam etiam diuersa hominū capita, & iudicia in æstimatione differre uidentur. Proinde uarios gradus, & modicam certitudinem, multumque ambiguitatis iuxta opinabilem modum in se includit, quamuis quædam plus & quædam minus. Có cor. in hoc Tho. ¶Proinde aduertendum est quod huiusmodi primi præcij iustificati, & limitati potest etiam distingui triplex limitationis gradus etiam iustus. Primus potest noiari pius. Secundus discretus. Tertius uero rigidus. Primus est præcij minoris. Secundus est mediocris. Tertius est maioris, uerbi gratia. Sint 10. petiæ panni eiusdem uidelicet bonitatis, laboris, artificij atque expensæ Harum tamen 10. petiarum ꝑm uaria capita, & diuersas sententias circa illas à uarijs uaria æstimatio fiet. Et tandem reperientur ipsi æstimatores circa illas tripliciter uariari, ut puta. Quidam æstimabunt quandam illarum præcij 50. ducatorum. Et hoc potest dici præcij limes, & gradus pius. Item alij. l. cum dimidio, & talis potest dici limes & gradus discretus. Quidam uero alij li. Et hæc dici uaret limes & gradus rigidus & seuerus. Propter uarietatem ergo emptorum & uenditorum aliqua istarum petiarum panni pro pecunia numerata uendetur l. ducatis, aliqua. l. cum dimidio, & aliqua dabitur pro li. Nunc aliquis uenit non habens denarios unde præsentialiter soluat, dilationem solutionis posceit: si igitur uenditor tunc non statim soluendus propter huiusmodi prætij expectationem prætium augeat, non tamen ultra ultimum limitem iusti præcij, sed stat in summa. li. ita quòd quancunque solutionem ampliori tempore gratis seu ex pacto expectaret, nunquàm ob hoc ultra illum limitem iusti prætij aliquid acciperet, non est ibi ex ui contractus usura secundum sententiam magnorum doctorum. Ratio huius est, quia talis non uendit terminum, nec propter expectationem recipit aliquid ultra iustum præcium rei quam uendit, quamuis nō faciat gratiam re missionis præcij descendendo ad l. quod quidem libenter faceret si ille soluere stat im. Nā aliud est nō facere gratiā illā ꝓ eo ꝙ facit gratiam expectationis simpliciter excedetur præcium iustū. Stat igitur talis in limite rigidi gradus qui extra iustitiam esse minime potest dici. Sed si istę soluere stat im condescenderet usque ad limitem gradus pij. i. usq; ad l. ¶Notandū insuper ꝙ cū quis uendit merces quascunque, lanam, linum, pannos, uictualia & huiusmodi prętio maiori, quam sit illud quod tunc valent cum uenduntur ex eo quia non intendebat eas uendere, sed seruare usque ad tē pus quo ad probabiliter æstimabat tantum tūc ualituras uel plus quanti nunc uendit, sed ad instantiam alterius uendit, istud est etiam præcium iustificatum, & licitum, ut expressè dicit c. in ciuitate, de usuris. Secus autem si non intendebat ea seruare sed tunc uendere, uel etiā si non est probabile seu verisimile, ꝙ eo tempore quo uolebat in futurum uendere tātum debebant ualere quantum nunc uendit, quia tunc haberetur respectus ad terminum nō ad indemnitatem suam, unde esset usura. ¶Idem dicendum de emptore. s. ꝙ si emptor dat præcium mercium antequàm recipiat merces, & minus dat quam tūc valet cū emit ex eo quia quo recepturus est merces verisimiliter æstimatur ꝙ minus debeant valere quam tunc cū emit vel saltem dubium est utrum plus, uel minus sint ualituræ quam sit prætium datum, prætium est iustificatum, & licitum, puta de mense Martij emit sextarium frumenti ualentem tunc medium florenum dandum sibi de mense Iulij quando æstimatur valiturum. 30. solidos, vel est dubium si ualebit triginta solidos, aut etiam. 25. uel plus, & probabile dubium, emendo. 30. solidis non reputatur illicitum. articul. ad hoc, in capitulo in ciuitate, & capit. nauiganti. Secus si ratione anticipationis solutionis præcij ante receptionem mertiū diminueret præcium tunc currens, uel si ueriſimiliter æstimaret minori præcio non posse ualere merces illas emptas, quam sit illud quod dat sed bene multo pro maior præcio quia tunc esset usura.

¶ Secundum præcium rei uenditæ dicitur augmentatum, seu mulplicatum, quod quidem fit à uenditore, quia emptor de re empta præcium non soluit statim, sed terminum quærit, ideò uenditor præcium petit ultra debitum iustitiæ augmentatum, uerbi gratia. Vult propter terminum sex mensium de qualibet petia prędicti panni.

54. uel

Triplex gradus iusti præcij.

Intēdēs seruare maioti prætio uendit.

54.vel 55.& quandoque ultra,quòd quidem manifesta usura est, sicut per determinationem ecclesiæ patet,ut extra de usuris,c. consuluit. Sed quia mercatores iniusti ad excusandas excusationes in peccatis pro se habere conantur quasdam in hoc defensiones, iō de eis cum responsionibus suis aliqua subiungamus. ¶ Primo quidem dicunt, quòd mercatori licet,ex quo pro communi utilitate laboribus, & expensis, & multiplicibus periculis se exponit,quia iustum est ut inde reportet lucrum competens officio suo hoc quidem facere minime potest,nisi in uendendo merces suas sic precium taxent, quòd pensatis omnibus laboribus,periculis, & expensis circa merces suas factis uel fiendis,lucretur.10.vel 15.pro centenario. Hoc quoque agere non potest nisi pro expectatione solutionis usque ad hoc augeat precium solutionis meritū suarū ut scilicet pensata huiusmodi expectatione cum ceteris circūstantijs, lucretur finaliter 10. vel 11. ¶ Ad quod respondetur quod istud non est uerum scilicet quod in omni casu liceat mercatori plus uendere quam ei constiterit,sed aliquando oportet, quod tantundem uendant, aliquando etiam minus,aliquando etiam plus, secundū quod plus uel minus illo tempore quo uendit ualet illa mercātia, quod procedit ex abūdantia uel penuria eius, & secundum quod plus uel minus reperitur, & hoc probatur tripliciter. Et primo dicendum est quod licet mercator (sicut prædictum est)propter prædictas causas lucrari possit, non tamen modo illicito sicut cōtingit in uendendo ad terim, & obseruando alios illicitos modos. ¶ Item secundo sicut intuentibus patet ex prædictis, sequeretur quod dato, qđ mercator merces ualoris centum ducatorum per mille ducatos emisset,tunc secundum prædictam pōne posset per quemcunque illicitum contractū illas illicite uendere,sic quod ultra mille ducatos lucraretur.10.uel 15.pro cēteario, q̄ quidem patenter irrationabile est. ¶ Sequeretur etiam tertio quod si i terra uel tempore maximæ caristiæ merces suas præcio magno emisset,posset propter hoc in loco uel tēpore,in quo merces ille essent uiles uendere illas etiam præcio maiori quàm emisset saltem propter expectationem solutionis quod quidem absurdissimum manifestè apparet atque iniustum. ¶ Secundo etiam dicunt,quòd non intendūt merces suas carius uēdere propter tempus,sed propter recuperandum dānum, quod ex dilatione solōnis incurritur, q̄a si prædictos denarios statim post mora si uenditionem haberent, possent cum eis interim lucrari,quod facere nō possunt, quia nō statim soluuntur. ¶ Ad quod etiam tripliciter responderi potest. Et primo dicendum, q̄ si talis uenditor inde lucrari possit, possibile etiam foret non lucrari, insuper, & perdere capitale, nunc autem quia non stat in periculo talis damni,nō potest stare in certitudine. talis lucri. Insuper & secundo quia haberet lucrum de re non sua.i.de mutuo dato in emptione.Præterea,& tertio:mercator non potest in pactum deducere recompensationem damni quod consideratur ex hoc,quia sua pecunia non lucratur ut possit uendere quod nondum est,& potest ab habendo multipliciter impediri secundum Tho.2.2.q.78. artic. 2. ¶ Tertio quoque hoc dicunt facere quia frequenter apparet quod debitores non soluunt in tempore assignato,& circa requisitionem talium denariorum oportet eos facere magnas expensas, aliqui etiam nunquàm soluunt,quia recedunt uel fallunt. ¶ Ad quod dupliciter respondetur. Et primo dicendum est, quod multi quibus talis terminus cōcessus est in termino non soluant, multi etiam sunt qui in termino sibi dato soluunt, & tamen præcium quod propter tempus mercibus additum est non minuitur ab his, qui in dato termino soluunt. Quare æque utrisque uēdere terminum inæqualitas, & iniustitia est, quia iustus non debet ferre pœnā iniqui seu mali debitoris. Verum est quod extra de fideiuss.c.peruenit, conceditur ratione interesse si debitor non soluit in termino sibi dato creditor seruari debet indemnis, nec tunc est ibi usura cum usura sit, quia ratione mutui speratur lucrum, hæc autem talis ex cresentia non recipitur nisi ratione damni vitandi non lucri habendi. Ab illis ergo qui in termino non soluunt, exigat recompensationem sui damni non ab alijs. ¶ Quantum ad aliam partem suæ excusationis scilicet de his qui nunquàm soluunt unde damnificantur. Talibus respondendum est, quòd eorum conscientia potest stare merito in quieta, cum & de tali termino dato, culpam habeant, & animam cū substantia perdāt. Nam non coguntur talibus uendere nec illis uenderent si crederent illos non solutoros, & ratione dubij in mutuo quod est ibi implicitū, non licet sperare lucrum extra de usura naūiganti. Nec est iustum, quod in termino soluentes, patiantur pœnam pro non soluentibus,ut dictum est.

¶Tertium

Non semper licet alicui plus uēdere, quàm ei constiterit.

Iustus soluens non debet pari pœnam non soluentis.

§.3. ¶Tertium uero prȩcium rei uendendæ dicitur minoratum, ſicut patet in uendente panum uel equum pro centum florenis cum expectatione temporis, puta unius anni, ei qui ſibi mox eſt reuenditurus pro nonaginta tũc recipiendis. Primus enim dominus panni uel equi tradit illi nonaginta floren. & quandoque octoginta, ſed manualiter tunc. Ille uerò qui primo emit nihil tunc ſoluit primo domino rei, ſed inde ad annum. Patens igitur eſt quòd ideò ſecundus reuendidit primo uendenti pro prȩcio ſatis minori, quia ſub quædam mutui ratione potiuſquàm ſub reali ueritate ſolutionis tradidit ille ſibi nonaginta uel octoginta ab eo debens rehabere centũ quos ipſi primo uendenti non ſoluit tunc, propterea talis cõtractus uſurarius eſt, & omni malignitate ac duplicitate plenus. ar. 14. q. 3. plerique. ¶Aduertendum eſt tamen quòd ſi quis abſque intentione remanendi rem à ſe uendendã, abſque fraude uẽdidiſſet equũ pro centum florenis, & tamen ab emptore ſimpliciter uendẽti ſibi à cuicunq; emere uolenti reuenderet illum pro prȩcio minori nõ eſſet uſura. Poſſet tamen ibi eſſe peccatum in iuſti prȩcij. Poſſet etiam hæc reemptio taliter circunſtentiari, quòd non eſſet ibi peccatum minorationis iniuſtæ. Tamen talis cõtractus fieri ſolet etiam in fraudem uſurarum. Propterea hoc ultimum non eſt utile prædicare niſi cum iſta additione, ſcilicet cum prædicti ementes prȩcio minorato non ſit artiũ legitimarum, & mercationum, & ciuitatum pro proprio commodo deſtructores. ¶Sed quod remedium dabitur lanificibus, & alijs mercatoribus qui ob prȩcium ultra iuſtitiam minoratum nequeunt uendere pannos, uel merces ſuas quin multũ amittãt de capitali ſi ad terminum uendere nolunt dictas merces? quandoque ſi non uendant ad terminum nõ poſſũt reperire emptionem. Inſuper talis eſt quandoque in ciuitate conſuetudo pro communi bono iam longo tempore introducta.

¶Ad hoc dicendum eſt quod ſi talis cõſuetudo de dilatione ſolutionis introducta ſit pro communi bono, & non in fraudem uſurarũ, ſed pro expeditionem mercantiarum, tunc diſtinguendum eſt ſecundum Thomam, ut dicã in §. ſeq. ſcilicet qua aut mercator merces ſuas uendit ad terminum ultra quantitatem iuſti prȩcij, aut non. Si primo modo non eſt dubium, quod contractus uſurarius, eſt cum in eo expectatio temporis ſub prȩcio iniuſto cadit, contra, c. conſuluit, extra de uſuris. Si autem ſecundo modo quia ſecundum quantitatem iuſti prȩcij uendit licèt terminum tradat, & pro termino prȩcio maiori uẽdere uideatur, non tamen eſt ibi uſura. Nec primo obſtat ſi pro minori prȩcio daret ſi ſtatim ſibi pecunia ſolueretur, quod quidem poteſt per ſimile in alijs debitis apparere, quem admodum ſi alicui aliquid debeatur ad certum terminum quando de eo, quod eſt ſibi debitum aliquid dimitteret ſi citius ſolueretur. Conſtat nempè quòd ille dimittere ſibi poſſet, & tamen ab uſura immunis eſſet ille ſcilicet qui dimitteret de debito, & ille etiam cui dimitteretur ſecundum quoſdam. Sed hoc non ſemper credo uerum, ſcilicet quantum ad debitorem ſoluẽtem ante tempus, niſi quando ex anticipatione ſolutionis debiti ille ſoluens ſuſtinet damnum, puta quia oportet accipere ad uſuram uel uendere res ſuas in uiliori prȩcio quas reſeruare uolebat ad tempus cum plus uenduntur uel etiam cum non tam ex anticipatione ſolutionis quã ex quædam liberalitate ſibi remitteret, quod tamen de facili non eſt credendũ niſi ex circũſtantijs ſufficientibus appareat. ¶Secundo etiam non obſtat ſi quis dicat, quòd ad denarios numeratos illa mercantia tantum nõ poſſet uendi quantum cum prædicto termino aſſignato, & res tantum ualet quantum uẽdi põt infra, §. 5. ut, ff. ad Treb. l. 1. §. ſi hæc res. Iteꝝ quòd licet plus cõſiſterit cum tali termino plus uẽdatur quam cum denarijs numeratis uẽdi poſſet, illud plus percipitur ultra ſortem. ¶Ad hoc dicendum quòd prȩſuppoſitis his, quæ ſuperius dicta ſunt quod licet non ex natura contractus, & mercantiæ, ſed malignorum malitia in uendendo illicito modo terminum & minorando iuſtum prætium nõ obſeruetur iuſtæ mercationis uia tamen iuſtis mercatoribus relinquitur ſemita, quam uis obũbrata & arcta quod licito modo mercari poſſunt. Proinde rebus ſic ſtantibus ſi lanifex, & mercator tantum uendit pannos, & merces ſuas ad terminum pro quanto uenderet ad denarios numeratos ſi prædictæ impietates ceſſarent nõ ſibi ędificat ad gehẽnã. Et cum dicebatur quod tãtum res ualet quãtum uendi poteſt, dicendum quod uerũ eſt ſi pro tanto quantum ualet permittitur uendi, & non obſtent malitiæ prædictæ. Cum prædictis concor. Tho. in quadam ſua reſponſione quæ hic ponitur.

Conſuetudo dilationis pro expeditione mercantiarum.

¶Et pro maiori declaratione huius materiæ ſcilicet de uendendo ad terminum. Nota quod B. Tho. requiſitus ſuper hoc à Lectore Florentino. Vtrum ſi in expectatione temporis de §.4. Opuſc. 67.

ris de ſoluendo præcio plus petatur quam ſi tunc ſoluatur præcium cũ res vẽdit̃ ſit vſurarius contractus? Super qũo collatione habita cũ Hoſ. Cardinali, & quodã electio Capuano ſic per lr̃as rn̄dit. Primo dico q̃ ſuppoſito, q̃ conſuetudo de dilatione ſolutionis vſque ad ſpaciũ triũ menſiũ ſicut proponit̃ ſit ad cõe bonũ mercatorũ. ſ. pro expediẽdis mercationibus, & nõ in fraudẽ vſurarũ introducta, uſ eſſe diſtinguendũ. Quia aut venditor uendit ſuas mercantias ad terminũ prædictum ultra quantitatẽ iuſti præcij ꝑꝑ expectationẽ, aut ꝑm iuſti præcij quãtitatẽ. Si primo modo nõ eſt dubiũ eſſe uſurariũ cõtractũ, cum expecta tio tp̃is ſub pr̃cio cadat. Nec põt eſſe excuſa tio ſi venditor ſit ſeruiens pro ſalario ſuo po tior miniſter quã dn̄s apothecæ cũ ob nullã cãm licet pro tpe expectationis pecuniæ ad præciũ augeri. Si aũt ſecundo mõ nõ eſt uſura. Nec obſtat ſi pro minori daret ſi ſtatim ſi bi pecunia ſolueret, q̃ ꝑ ſimile ꝑt probari in alij debitis, quia ſi alicui dẽatur aliq̃d vſq; ad certũ terminum, quãtumcunq; de eo q̃ eſt ſi bi debitũ dimitteret ſi ſibi cititius ſolueret, cõſtat eũ cui dẽtur à peccato uſuræ eſſe immunem, licet. n. plus debito accipere ꝑꝑ dilationẽ tp̃is uſurã ſapiat, minus tñ accipere ut citius ſibi ſoluat uſuram ſapit, maxime ex parte eius qui minus recepit, quamuis ex parte eius qui minus dat uideatur eſſe aliquis modus uſurę cũ & ſpaciũ & tp̃is uẽdat. Vnde & in caſu propoſitio plus eſſet timẽdum de uſura emptori, ut ante tres mẽſes ſoluat ſi min⁹ iuſta æſtimatione pannos emit, quã vẽditori, q̃ minus accipit, ut citius ſibi ſoluatur. ¶ Ex duo ẽt patet q̃d ſit ad ſecũdũ caſum dicẽdũ, quia ſi mercatores Tuſcię portantes pannos de Francia vt de eis uſq; ad tp̃s reſurrectionis præciũ expectarẽt plus vẽdant pãnos ꝑꝑ expectationem prædictã, quã ualeãt ſecundũ cõe forũ, nõ eſt dubiũ eſſe uſurã, ſi aũt nõ pl⁹ quã ualeãt ſed quãtũ valẽt, plus tñ quã acciperent ſi eis ſtatim ſolueretur, nõ eſt uſura. ¶ Itẽ tertiò caſu ẽt ſimiliter dicendũ uidetur q̃ ſi illi, qui pecuniã mutuo accipiũt cum uſuris, illã vſurã recuperare uolunt plus uendẽtes pannos, quam ualeant ꝑꝑ expectationẽ prædictam, nõ eſt dubiũ eſſe uſuram cũ manifeſtè tp̃s uẽdatur. Nec excuſantur ꝑꝑ hoc, q̃ uolunt ſe ſeruare indemnes, quia nullus debet ſe ſeruare indemnem mortaliter peccando. Et licẽt alias expẽſas factas licitè, puta im portatione pannorũ poſſint licite recuperare, nõ tñ uſuras quas dederunt cũ hæc fuerit iniuſta datio, & præſertim etiam cum dando vſuras peccauerint tanquam occaſione peccãdi uſurarijs dantes cum neceſſitas quę ponitur. ſ. ut honorabilius uiuant, & maiores mercationes faciant non ſit tale neceſſitas, quæ ſufficiat ad excuſandum peccatum prædictum. Patet etiam a ſimili, q̃ nõ ꝑñt in uẽditione pannorum expẽſas recuperare quas incautè, & imprudẽter feciſſent, patet etiam ex prædictis quod in quarto caſu quærebatur. Nam ille qui ad certum terminum dare debet ſi ante terminũ ſoluat, ut ei aliquid de debito dimittatur uſurã cõmittere uidetur, quia manifeſtè tẽpus ſolutionis pecuniæ uẽdit, unde ad reſtitutionẽ tenetur. Nec excuſa tur ꝑꝑ hoc, q̃ ſoluendo ante terminũ grauatur, uel q̃ ad hoc à creditore inducitur, quia eadem rõne poſſent oẽs alij uſurarij excuſari, hæc omnia, Bea. Thom.

Roſolutio caſ⁹ alteri⁹.

¶ Quæritur de barocholis. Eſt autẽ huiuſmodi, quidam cõtractus qui ſic fit. Vẽdit lanifex retaleatori 10. pãnos ad terminum unius anni pro præcio floren. quingentorum. Venit ex tranſuerſo Titius ægens pecunia, & conuenit cum retaleatore quòd de ꝑñti ſibi tradat florenos quadringẽtos quinquaginta, & ipſæ contentabit lanificem in die termini de quingẽtis. Modo quæritur an telis cõtractus ſit licitus, & ex qua parte ſeu ex cuius perſona. Iſtã materiã tractat d. Lau. de Floré. in ſuo tractatu de uſuris in 3. parte, & eius dicta de uerbo ad uerbũ hæc ponuntur. Dicit ergo. Ex parte Titij nõ eſt dubiũ q̃ nõ eſt illicitus, niſi quaatenus dicimus licitũ uel illicitũ mutuo recipere ad vſuram, de quo habes infra. Et parte uerò retaleatoris dicas, q̃ aut uẽdit pannos ad rõnem quingentorũ & tunc eſt illicitus, aut ad rõnem quadringentorũ quinquaginta, & tunc ſecus. Ex parte autem lanificis dico quod aut dicti panni ualebant tpe uenditionis quingentos, & quingẽtos habuiſſem uendendo uocabulo alludens ad cõtantos, & tunc cõtractus eſt licitus, aut tũc valebant minus quingentis: ſed propter dilationem ſolutionis cõuenit de quingentis, & tũc dicas quòd aut dubiũ eſt an ſolutionis tpe plus uel minus forẽt ualituri, aut certũ eſt, qđ tũc illud uel plus ſũt ualituri, aut minus quã illud. In ſecũdo caſu nõ eſt dubium, qđ licitus eſt cõtractus, & ſimiliter in tertio q̃ il licitus eſt. In primo uerò dicas quòd eſt licitus ſi alias nõ erat uẽditurus, alias ſecus, ut prædicta omnia ex decretalib⁹, in ciuitate, & c. nauiganti extra eo. Caueat ſibi inſuper ab intentione deprauata in his caſibus in quib⁹ licitũ affirmaui ut in hac noſtra decre. conſuluit.

§. 5. De pœnis uendendis.

ſuluit. Ideo bene cõſuluit Papa in dict. c. in ciuitate in fi. Et in hoc lanificibus meis compatior, quorũ quidã vt percepi ad contantos vẽdere uolunt eo ꝙ minus quã ad terminũ perciperent. Verum quia mihi dicitur, ꝙ ſi vẽderent ad contantos nõ haberent tantum de pãnis, quantũ conſtituerunt, rudis lanę materia & alijs expenſis interuenientibus computatis. ¶ Videndum eſt utrum ſaltẽ quantum eis conſtiterit uel conſtat vendendo ad terminũ percipere ualeant. Et uidetur ꝙ ſic, quia nihil vltra ſortem percipiunt. In contrarium facit, quia tantum res valet quantum vendi põt. ff. ad trebel. l. 1. §. ſi hæres, ff. ad l. falci. l. quærebatur. ff. de furtis. l. ſi quis vxori. §. fi. ad l. rod. de iactu. l. 1. §. porro. nota, extra de reſti. cum cauſam, & in cap. in ciuitate ſupra eo. ergo ſi plus uendunt quam ualeat non obſtante, qđ plus cõſtiterit, illud plus percipiunt ultra ſortem. Dico & attento conſtito rudis lanæ tinctura ac manufacturæ, non eſt ueriſimile, ꝙ lanifer debeat inde pro minori prẽcio uendere pannum quã ſibi conſtiterit quinimmo pluri conſideratis operis perſonæ ipſius lanificis. Si ergo non reperit, qui velit pro tanto emere hoc nõ contingit ex eo ꝙ plus non ualeat pannus, maxime cõſiderato, ꝙ retaleator pro pluri nẽdat, & emptorẽ reperit. Si ergo ex impoſtura retaleatorum uel aliorũ mercantiũ qui ſimul ſe cõponere dicunt ꝙ nemo niſi pro tanto pannos emat niſi terminus cõcedat immo audiui ꝙ ſunt quidam lanifices in pecnuia plurimum abundantes, qui plus curæ in pecunia quam in anima ponentes, ſunt horum cauſa. Nam pecunia non egentes vendunt ad terminum pro maiori quantitate quam ſi venderent ad contantos, propter hoc alij qui vellent vendere ad contantos non reperiunt qui ab eis velint emere niſi ad terminum, vel ſi emunt ad contãtos nolunt emere pro quantitate debita propter quod oportet tales uendere ad terminum ſicut illi potentes. Quamobrem dico rebus ſic ſe ita habentibus, quod lanifex ſi pro tanto uendit pannos ad terminum pro quanto venderent ad contãtos ſi prædicta ceſſarent, quod non ædificat ad gehennam, quia quantum res ualet pro tanto uenditur. Et cum dicebatur quod tantum res valet quãtum vendi poteſt, fateor ſi pro tanto vendi permittitur quantum valet, & ſic defendi poſſunt lanifices prælibati, aliàs autem defendi neque unt. Et quomodo æſtimari, & quomodo probari debeat rei ualor uide notata per glo. in c. cum cauſam, de teſti. & per Dom. Ioan. de Lig. in c. cum cauſa, de emp. & vendi. & per glo. & Bar. in l. 2. C. de reſcin. vend. & in l. Si quos. eod. tit. Et facit etiam quod ipſę Bart. notat in l. continuus. §. cum. ita ff. de verbo. obliga.

Res tantum ualet quãtum uẽdi põt.

¶ Ita nota quod cum aliquis vendi res pro prætio quod nunc currit, & addit pactum ꝙ ſi plus valebunt vſq; ad paſca vult illud plus. Si autem minus valebunt non minus uult, ſe cundum Hoſt. proculdubio vſurarius eſt. Itẽ qui emunt à pauperibus oues, & boues quos illi fortẽ non habent & talia animalia locant eis, tales emptores ſi ſciunt uel credunt hoc ſcilicet quod uendi or ille non habeat, uſuram committunt ſecundum Vl. Sed ſi credũt eos habere & ſine fraude emunt, non eſt uſura. Item qui nunc emunt certos equos tradendos emptori ab ipſo uenditore in certis nundinis, ſi ementur minori prætio quam æſtimentur eos ibi ualere, vſura eſt. Si autẽ de ualore veriſimiliter dubitatur, non eſt uſura ſecundum Vl.

§.6. Conditio inter poſita ſi valeat.

¶ Sed quid cum quis non erat uenditurus res in loco illo in quo quis vult emere ab eo, ſed in alio ubi carius ille res venduntur, nunquid uendendo ſecundum illud prætiũ loci quo volebat deferre uſuram committit. Reſpondet Innoc. poſt Ray. & dicunt quod non, dummodo non accipiat ultra id quod accepturus erat ibi quo portare uolebat, quia quo iure poteſt carius vendere propter dubium temporis, eodem iure poteſt carius vẽdere propter dubium loci, extra eo. in ciuitate. Sed hoc ſimile reprobat Hoſt. tũ quia nõ eſt veriſimile quod aliquis talem emptionem faceret, niſi multum egeret, & ſic uia per talem opinionem paratur figmentis, tum quia laboris & expenſarum itineris habenda eſt ratio, extra de uoto magne. Io. And. cõcor. his opi. di. quod ſi ſtatim ille emptor ſoluit prætium putat ueram opinionem Inno. Sed ſi differatur ſolutio prętij, tunc uidetur procedere ratio. Hoſt. & ceſſare ratio Inno. quia in dubio temporis poteſt commodum proue nire uenditori & emptori, ſed hic nullum commudum emptori. Et hanc diſtinctionem approbat. Io. Cal.

§.7. Regula generalis in cõ tractib⁹.

¶ Quid ſi quis uendit prædium cum tali conditione, quod uſque ad tot annos ſi reddit prætium rehabeat prædium? Reſpon. ſecundum Ray. Hoſt. & Ber. & hic non eſſe mutuũ unde nec vſura ſcilicet ex forma, & emptor facit fructus ſuos, quia uenditio eſt. Et hoc in telligas niſi talis uenditio fuerit facta in fraudem uſurarum, quod poteſt præſumi ſi modicum

§.8. Emptio prædiorum.

dicum est prętium respectu valoris rei, extra de empt.& vend.ad nostram.Item si sit in pacto,quòd restituatur aliquid plus,quam fuerit prętium extra de pign. illo vos . Item si emptor consueuit exercere vsuras , vt in dicto,c.illo.Sed si emptor intędit realiter emere,& iusto prącio , tamen dat illi uenditori illam potestatem reemendi,potius tamę uellet quod sibi remaneret prędium non est usura.

§.9. Emptio segetũ .

¶Sed quid siquis emat fructus siue segetes prouenturas hoc anno de agro seminato?Respond.secũdum Vl. quod nõ est usura ex forma concractus . Potest tamen fieri in fraudẽ vsurarum,quia si verisimiliter scit,quòd fructus colligendi etiam computato dubio, quo possunt impediri ualebunt tunc plusquàm illud quod nunc datur,fraus vsuræ est . Si autem probabiliter dubitatur utrum plus uel minus debeant ualere non est vsura . Idem Hosti.& Vl. & eodẽ modo dicendum si quis emat fructus prouenturos vsque ad tres vel quatuor vel plures annos,

§.10. De contractu Vbbiæ .

¶Quid de contractu quem ubbiam uocant q sic celebratur ? Dant quidam cuidam monasterio centum,cum pacto quod ad vitam suã, & cuiuscunque ex eis ecclesia illa seu monasterium det illis quolibet ann. 16.dictaque cẽtum sua sunt , scilicet monasterij , hoc adiecto quòd si durante uita talium , monasteriũ voluerit contractum rescindere , & dicta cẽtum restituere optionem habeat, & tunc a dicta annua solutione sit liberata , & propter hoc omnia & singula bona sua monasterium obligauit est ne licitus contractus ? Et posset videri quod sic,quia quædam emptio est illius annualis redditus.Hic interuenit prącium hoc est merces , scilicet certus redditus ergo &c.Respond.secundum Lau. de Ridol. credo illicitum casu quo ultra illa centũ aliquid habeatur illudque restitutioni obnoxiũ. Vt enim uides redditus non constituitur in re nec ad rem fit relatio,sed ad personam,licet bona pro obseruatione contractus obliget monasterium, & sic non uenditur ius immo nunc de nouo oritur,& venditur quid in uendibile , scilicet pecunia quæ inuendibilis est,seu uerius contractus innominatus celebratur,scilicet do vt facias, in quo fraus uidetur interuenire de contractu ad contractum maxime attenta maximi lucri quantitate , & adiectione pacti de restituendo cũ uoluerit , ex quibus uidetur in effectu, acsi mutuũ contraxissent coadiuuat , licèt etiam sola de per se non sit efficax ratio ratione incertitudinis quod in paucis annis totum capitale rehabebit.Nec est uerisimile quod in breui omnes moriantur.Hæc Lau.

§.11. Vtrum emptio redditus sit licita.

¶Quid si quis emat redditum unius castri, vel alium redditum ad uitam suam uel suorũ hæredum,uel aliàs ad incertum tempus habendum est ne vsura ? Respond, secundum Lau.de Ridol.& Inno.e.ti.in ciuitate, qui dicunt tangendo hunc passum quod aliqui dicunt,(& fortè bene,)quod si redditus constituatur ante contractum vel uẽditam actionẽ siue fuerit constitutus in re,puta in vino , & possessione vel alijs huiusmodi,siue in persona,puta serui,liberti,uel rustici , uel actione , uel nomine. Item siue sint redditus certi,puta qui reddunt 10.siue incerti,puta qui reddunt quartam partem fructuum , qui percipiũt de aliqua domo, uel de operib. alicuius personæ.Item siue sit contractus perpetuus, puta,qui extenditur ad hęredes cõtrahẽtiũ , siue sit ad uitam hominis siue ad certũ tempus,puta usque ad 5.annos.Item siue sit redditus in pecunia siue in alijs rebus siue in facto,reputant tales cõtractus licitus. Ibi enim est licitus, & purus contractus uenditionis . Est namque prącium, scilicet certæ pecuniæ quantitas,& est merces scilicet certus redditus.C.de sacrosanc.eccle.l.iubemus.¶ Hosti. vero,vt refert.Io.An.in dicto,c.in ciuitate,dicit simpliciter tenendum , quod huiusmodi contractus,siue sint in perpetuũ, siue ad certum censum, regulariter sunt permissi dummodo nõ celebrentur in fraudem vsurarum, & vltra dimidium neuter decipiatur,alias secus,de emp.& uend.c.ad nostram , licèt certum sit quod usque ad.20.30. uel 40. annos plus accipiat de redditu quam sit prącium , quod dat,tamen hæc certitudo non facit illicitum contractum uenditionis , cum & hoc idem fit dare in uenditione alicuius possessionis,vbi certum est secundum causas inferiores quod plus acciperet infra dictum tẽpus de certis fructibus eius quam sit prącium, q datur pro ea,& sine expensis , uel labore dando ad fictum certum,vel emphitheosim.Nec obstãt,capitulo in ciuitate,& cap. nauiganti. Nam ibi reprąhenditur tantum, quando carius uẽditur merces propter terminum quẽ dat prolixum emptori ad soluendum pecuniam,uel quia pro minori emit merces ex eo quod statim dat pecuniam,& prolixius tempus expectat merces,quæ sunt penitus illicita . Sed in casu nostro omnia sunt præsentia & id quod uenditur,& prącium eius . ¶Est ergo cõclusio Inno. quod prędicta procedãt

Alia opinio.

& sint

& sint vera quando redditus constituti sunt ante contractum vel véditam actionem, hæc ille. Et adde quod dicit Guil. videlicet quod quamuis contractus talis nõ sit vsurarius ex forma, potest tamen esse illicitus vel ex parte emptoris si nimis peruo prẽcio emeret, pensatis circunstantijs de quãtitate prẽcij, & valoris ipsius vsufructus, & verisimilitudine vitæ eius secundum quod esset iuuennis, vel senex sanus, vel infirmus quando, s. emeret ad vitam. ¶ Sed quid si redditus, vel nomen propter hoc de nouo constituatur in rebus, uel personis contrahentibus, puta quia dicit emptor, tu constituis tales redditus in tali possessione vel seruo, vel facias quòd talis fatebitur se debere mihi ille vsque ad annum, & ego de illis mille, vel magis de actione pro illis mille competente tibi da. bo. l. Responde. Innocent. refert quosdam asseuerare hũc contractum licitum, quia non est hic mutuum: sed emptio. Item multi casus possunt interuenire, quòd istæ emptor amitteret in hoc casu, puta si uenditor inops fieret. Subdit tamen Innocen. quòd cunctis fidelibus est consulendum, quòd à tali contractu se abstineant. Sed Lau. de Ridol. dicit quod sibi videtur, quod Inno. potius sentiat quod consulit, quam quod refert. Et idem Io. An. id est, quod sit illicitus dictus contractus, vix videt quomodo sine fraude talis contractus possit fieri.

Adhoc infra. §. 15.

§. 12. ¶ Quid autem cum quidam habuit recipere ab aliquo centum in certo termino, venit tertius emens ipsa iura contractus contra debitorem pro præcio nonaginta quæ nunc soluit, nunquid emptor committit vsuram? Respõde. Si istæ emit tantùm minus quantum nunc est interesse suum, aut quantum vere æstimandum, siue timendum ne ille debitor soluat, aut quantus est futurus labor rehabẽdi, non est vsura. Si verò aliàs vult diminuere præcium solum propter hoc quòd nũc soluit, sed in futuro rehabebit plus, est manifestè vsura. ¶ Et nota quòd talis pacto iurium præsertim quando imminet de hoc litigium, si fiat pro minori præcio non valet, nec istæ creditor poterit plus petere ab isto debitore quam in veritate soluitur, etiam si residuum fuerit ei donatum. C. mandati. l. per diuersas, & leg. ab Anastasio. Quod pro bono communi statutum est ne litigia emerentur vel mouerentur.

§. 13. ¶ Item quæritur cum quis debeat alicui dare centum hinc ad annum, si creditor eius petit nũc sibi dari nonagintaquinque, & alia quinque sibi remittit, vtrum ne sit licitum? Respõdetur. Ioann. de Repri. ordi. mino. dicens simpliciter, & indistinctè quod licet. Et cum arguitur contra, quod accipere aliquid vltra pcium in venditione rei ratione expectationis temporis est vsura, vt extra de usu. is, in ciuitate. Et similiter prorogare terminum solutionis nunc fiendæ, & pro hoc recipere aliquid vltra debitam quantitatem est usura, vt eod. ti. capitul. consuluit, & hoc quia uẽditur tempus quod commune omnibus est, tũ etiã quia est ibi mutuum implicitum cum lucro. Nam idem est in effectu acsi creditor acceptam pecuniam tunc, quando sibi debetur eam mutuat vsque ad terminum prorogatũ, & pro illo mutuo illud lucrum recipit. ¶ Respondet ille per distinctionem quandam de tempore. Dicit enim quòd est tempus cõmune, & est tempus proprium. Et tempus commune dicitur esse illud, quod diffinitur, quod est mensura primi mobilis. Et quia illud ita deseruit vni sicut & alteri, cum commune sit non potest vt proprium vendi, qđ contingit quando quis ratione tantum dilationis tẽporis in solutione fienda plus petit, vel cũ mãcipatióe in solutionis fienda anteq̃ det merces minuit prẽcium, quod reprobat in dictis decre. Tẽpus proprium dicũt esse, q̃ est ita mihi accommodatum circa aliquod negocium quod non alteri, sicut cum debeo dare. Pe. c. hinc ad annum, & non prius, istud tẽpus unius anni quo ad utendum, & exercendum illa, cap. quæ debeo Petro est meũ proprium, quia mihi concessum ad vtendum illis prout volo, & sic possum vẽdere vt meũ, quod facio dum nunc soluendo ipsi Pe. do si bi. 90. vel circa. Sed B. Th. in opus. 67. in fi. in epistola ad lectorẽ Florentinum dicit simpliciter hoc esse usuram, ut patet supra in c. eo. de usura de emptione, & vendi. §. 4. circa fi. ¶ Pro pleniori declaratione posset sic distingui. Quod aut talis debitor in dando illa c. ante tẽpus sibi cõcessum inde recipit damnum, puta quia cũ non habeat in prõptu, oportet eũ accipe ad usurã seu uendere res suas minus iusto prẽcio, seu quas intendebat seruare in futurum, quãdo plus ueriſimiliter erãt ualituræ, & huiusmodi, sed ad præces creditoris nunc sibi soluit illa 95. & illa quinque sibi retinet debitor, quia tantundem est damnũ quod ipse inde recipit ex anticipatione solutionis, & tunc non est usura, quia nullum ibi ex hoc lucrum consequitur, sed solum cõseruat se indemnem. Secus si plus esset lucrum illorum 5. quam damnum idem sequẽs. Aut

De anticipatiõe teri solutionis

Distinctio periculosa ficticia.

ipsæ

ipſæ debitor intendebat nũc illa.c. exponere in licitis mercantijs ubi ſperabat plus lucri habere quam illa. 5. & uiam habebat ad hoc paratam, & tunc dubium eſt utrum poſſit illa 5. ſubtrahere, & ſibi retinere prę ſuppoſito, q̃ lucrum ſperatum ex negociatione cum illis, c. cum ſuo dubio, ſcilicet de non lucrando ẽt ſi tantum æſtimetur. Nam Inno. & Ioan. An. dicunt illicitum Hoſtien. licitum aſſeuerat cum Io. de Lig. dummodo non fiat in fraudẽ. Quia ergo dubium, tene certum, & dimitte incertum, de pœni. diſtinctione 7. c. ſiqs. Aut debitor ex tali anticipatione ſolutionis nec damnum incurrit nec negociari cum illis eſt paratus, nec ſuper hæc cogitat: ſed ſolũ quia ꝓuenit tps vult ſibi illa. 5. remitti. tunc eſt vſura. Et ratio eſt quia uenditur tps, & mutuum etiam ibi implicitum cum lucro intento. ar. in d. c. in ciuitate, & in hoc caſu loquit. B. Tho. vbi ſupra. Illa autem diſtinctio de tẽpore communi, & proprio non ſufficienter euacuat argumenta. Nec apparet ratio quare magis tempus debeat dici propriũ in hoc caſu, quam in alijs qui habentur in dictis decre. Nec alij theologi, uel canoniſtæ ponunt talem diſtinctionem, & ideò nõ tenẽda quia periculoſa.

§. 14. Reditum emptio cũ pacto receptionis.

¶ Alius contractus celebratur in partibus Cathaloniæ præcipue Barchimoniæ ſub tali forma, & modo. Titius indigens pecunia uendit Monio. c. florenos auri annui, & perpetui reditus ſuper omnibus bonis ſuis, uel ſuper aliquibus in ſpẽ, & ad hoc bona illa obligat, & fit contractus præcio competenti ſecundum commune prę cium illarũ regionum, uel paulo plus vel minus, & in ipſo contractatu expreſſe agitur, quòd uenditor pro eodẽ ꝓcio poſſit in totum, uel in partem redimere illũ redditum ſeu cenſum uenditur. Nunc quæritur utrum dictus contractus ſit uſurarius?

Opin. 1. ¶ Ad quod reſpondetur. Iſtam quæſtionem tractat Inno. in c. in ciuitate de uſuris. Et ibidem alij poſt eum plures, nihil tamen dicunt de facultate redimendi ipſum redditum, ſed ſimpliciter de emptione talis redditus. Et dicit Inno. quod emptio redditus iam formati ſeu conſtituti, ſiue in poſſeſſionem ſiue in pecuniam licita eſt. Sed ab emptione redditus non formati nec antea conſtituti, conſulit abſtinendum ut dubia. utrum ſint licita? ¶ Quidam autem ut Vl. ſic dicit. Omittendo argumenta dico talem contractum eſſe licitum data etiam redimendi facultate. Ratio eſt, quia talis contractus eſt mera & pura uenditio, & pro prę cio competenti ſaltem licito, quia etiam in modico prę cio contrahentes ſi cet ſeinuicem decipere, & eſt res quæ cadit ſ cõuitium, quia prophana, nec emptor ex hoc contractu plus recipit quam ex legitimo cõtractu emptionis, ſcilicet rem uenditam, igitur non eſt uſura, nec uideo aliquam rationem dubitandi. Plus dico idem ſcilicet eſſe in redditu prius non conſtitututo. Quid. n. refert quantum ad vſuram an ſit conſtitutus de nouo an ſit conſtitutus prius? Certè nihil. Nec procedit occaſio quam aſſumit Inno. ſi licet quòd in non conſtituto ante non uidetur merces in rerum natura, & ita nõ ualet emptio quæ requirit mercedem prę cium, & conſenſum, quia dico cum reuerentia, q̃ eſt merces, ſcilicet ipſæ redditus qui contrahẽdo conſtituitur, & ius illud percipiendi ex illo contractu, quod acquirit emptor. imo etiam ſine mercede exiſtente in rerum natura ſit emptio, ut puta in ſola ſpe, ut in actu piſcandi rhetijs, quia ſiue capiat ſiue non capiat ualet emptio, & tenetur emptor ad prę cium. Et quod plus eſt ſi captura i duplo plus ualeret quam ipſum prę cium nihilominus tenet contractus, quia ſpei emptio eſt. Idem de partu futuro ancillæ vel pecudis ut in l. nec emptum, ff. de contrahen. empt. Nec in hoc mihi videtur in aliquo quomodolibet dubitandum. Quod autem additur in caſu redimẽdi pro eodem prę cio, dico quòd illud nõ uariat concluſionẽ, quia hoc magis eſt in fauorem uenditoris. Nec in hoc caſu põt notari uſura pluſquàm in emptione prędij, uel alicuius rei cum, ſ. uenditur cum conditione ut uẽditor poſſit re emere pro eodẽ prę cio qñ ſcilicet ſimpliciter fit, non in fraudem uſurarum.

Vtrum reddit⁹ ꝓcepti ſint in ſortẽ cõputãdi.

¶ Sed pone quòd poſt tres uel quatuor annos, uel plures uenditor redimit illũ redditum & ſoluit emptori prę cium ſibi datum, nunquid cum tuta conſcientia emptor illo alio intermedio tempore trium annorũ uel quatuor retinebit illum redditum ſic receptum? Scio quòd multi dicunt, q̃ non, & q̃ debet computari in ſortem, ut dicitur in pignore. Et breuiter dico, q̃ licitè retinet, nec tenetur computare in ſortẽ, quod ſic probatur. Iſta redditus receptio uenit ex cõtractu licito ẽt adiecta facultate redimẽdi (vt ſupra dictum eſt,) quia ex tali contractu acquiſitũ eſt ius percipiendi redditum illum, & illius, iuris factus eſt dominus, quia contractu eſt licitus licet uenditor poſſit redimere, & ad emptorem pertinet commodum, & periculum rei uenditæ, igitur ex illo iure percipit de re ſua, & ſuum percipit, & ſuum facit

Licitũ eſt contrahentibus ſe inuicem decipere de iure ciuili

ac si de prætio suo fructus perciperet rei emptę igitur licitè retinet tanquàm suum. ¶ Sed pone quod istæ emptor alteri vendit illum redditum, quod facere potest vt rem suam, tamen cum facultate redimendi postea redimitur ab illo secundo emptore, nunquid primus emptor reddet quod percepit? Certe non, quia suum recepit, nec tempus præteritum subiacet restitutioni, sed futurum solum habet illud ius percipiendi quod redimitur.

Probat cõclusionem, & soluit argumenta.

¶ De istis duabus conclusionibus, & quod licitus sit contractus, & cum facultate, & sine facultate redimendi, & quod faciat fructus suos, & non habeat computare in sortem, reputo quasi expræssum casum, l. 1. in fi. & in l. vbi autem, §. Iulianus. ff. de condic. adiec. cum certè nulla sit differentia in emptione redditus uel fundi, cum sit res cadens in commercium, sicut & certa non obstante regula iuris communis per quam habetur, q̃ quicquid recipitur ultra sortem est usura, quia ista habet locum in mutuo in quo solo propriè locum habet vsura, licet per quandã consequentiam extendatur ad alios contractus, maximè quando fiunt in fraudem vsurarum, vel pro dilatione solutionis plus recipitur, & venditur tempus, quia sic propriè est usura, sicut in mutuo in quo pro dilatione temporis quo mutuum retinetur plus solui tur, quam datum sit, vt in capitulo, in ciuitate, de usuris. Et per hoc respondetur ad dictum cap. quod loquitur in pecunia debita cum pro dilatione plus soluitur quã datum sit, vt in capit. in ciuitate, & ex pacto sicut in mutuo. ¶ Ad id autem quod dicit fructus computari in sortem, vt in cap. primo, & secundo, & cap. conquestus de usuris, quod illa cap. loquuntur in mutuo, & etiam in pignore dato pro mutuo, quia fructus pignoris merito computantur in sortem. Item creditor non est dominus pignoris, neque fructus recipit ex re sua, sed ex re debitoris, sed nec habet ius percipiendi illos fructus tanquàm de re sua & suis. Secus in casu nostro ubi recipit ut iure suo, & tanquàm suos, & re sua seu de re sua scilicet de iure percipiendi quod ius suum & sua res est. Item non obstat euangelium, ubi dicitur. Mutuum dare nihil inde sperantes. Luc. 6. quod dictum extenditur etiam ad alios contractus vt patet in capitulo, consuluit, de usuris, quia illud uerum est quando illud agitur principaliter spe lucri ultra sortem, ut dicit ibi glos. Hic autem principaliter agitur, & emitur redditus sicut si prædium esset emptum vt beatur. Nec enim in contractibus prohibetur spes lucri, immo communiter inest, & liberali licet sperare, & recipere remunerationem non principaliter, alias esset usura, quæ etiam naturaliter debetur licèt peti nõ possit, quia talis beneficentia mutui dati parit naturalem obligationem, quia beneficiẽti benefacere tenemur, vt in l. sed in lege cõmissoria §. consuluit. ff. de peti. hære. ¶ Et si dicatur quomodocunque fit per talem redẽptionem primus emptor recepit vltra sortem qa redditus medij temporis fateor, sed suum recepit ut supra dictum est. Et licet forsitan si esset emptor consuetus dare ad usuram, præsumitur de fraude usurarũ, & maximè si emeret in se vt redimeret, & ita haberet illud lucrum intermedij temporis posset dici usura mentalis licèt non ex forma contractus, iuxta capitulo in ciuitate. Sed ista præsumptio hic cessat, quia est in libertate vẽditoris redimere uel nõ, & res est in periculo emptoris, quia uenditor potest uenire ad inopiam, & res obligatæ perire, & ita pdere emptor redditum. Si tamen esset certum quòd redimeretur, & ex illa causa emeret vt redimeretur, quàmquàm non ex forma contractus tñ re ipsa illicitus esset, & habet naturam usuræ. Hoc autem cessat in istis maximè in personis ecclesiasticis, quia super talibus redditib. fundatæ & dotatæ sunt ecclesiæ, quasi in spe pperpetuandi. Et si talis contractus prohiberetur & redditus redimeretur, ecclesiæ essent destructæ, quæ non haberent redditus nisi pecunias facile consumendas. Stantibus autem illis contractibus licitis iterum emunt ex illis pecunijs alios redditus. Hæc omnia ille. Guil. non glosator. Ray. sed alius nouus. Qđ istæ asserit licitum contractum, non uidetur clarum sed dubium, & ideò cauendum.

Extensio verbi euangelici.

¶ Quasi similis quæstio sit per Alexan. Lõb. excepto de redemptione ipsius redditus. §. 15.

Quæritur ergo an liceat emere pecuniales redditus hæreditarię seu ad uitam? Ad hoc dicendum secundum Alexan. Lomb. quod talis contractus licitus esse potest. ¶ Ad cuius intelligentiam aduertendum est, quòd quadrupliciter potest esse uitium in contractu. Primo ex causa materiali. ¶ Secundo ex causa efficiẽti. ¶ Tertio ex causa formali. ¶ Quarto ex causa finali. ¶ Primo potest esse uitium in contractu ex causa materiali, ideſt ex parte rei quæ emitur, vel venditur, puta quia res minimè uendibilis est sicut homo liber, qui uendi non potest nec spiritualia possunt uendi. nec etiam potest uendi alienates.

Consiliũ dñi Antoni.

Et

Et secundum hunc modum contractus huiusmodi secundum aliquos uitiatur, quia pecunia non potest vendi. Et intantum secundum eos talis contractus vitiatur, quòd ab actu emptionis declinat, & contractum mutui intrat in quo non licet sperare lucrum sicut patet extra de usuris, consulit. Sed tamē potest ad hoc responderi quod in rebus nostris triplicia habemus bona. Primo nobilia. Secundo immobilia. Tertio autem ius in vtrisque. Et sicut distinguitur mobile, & immobile, & ius in vtrisque ita ipsum ius uendi potest sicut mobilia, & immobilia. Non ergo uenditur ipsa pecunia: sed ius percipiendi redditus illos pecuniales. Quanuis autem pecunia uendi non possit, transit tamen cum uendito iure. Vendimus enim aliquid quod uendi non potest, & tamen cum aliquo alio transit quod de iure uendi, & emi valet, & sic ius patronatus quod spirituali annexum est, & tamen transit cum uenditore ille, uel fundi, quod de iure utique uendi potest. Sic in proposito casu contingit. Venditur enim ius quo uendito pecunia trāsit. Ius enim percipendi quolibet anno talem pecuniæ quantitatem sub bonis alicuius uendentis siue hæreditarie, siue ad uitam ipsius ementis, nō est pecunia, sed distringuitur unum ab alio. Verum est tamen quod alia ratione non potest uendi pecunia quam iuspatronatus. Pecunia enim non potest uendi, quia medium est in uenditione. Ius autem patronatus uendi non potest: quia spirituali annexum est. ¶ Secundo potest esse uitium in contractu ex causa efficienti, idest ex parte contrahenti. Sicut enim quādo quis fingit se emere illud quod in pignus intendit accipere, & tunc à uitio usuræ non excusatur ar. ad hoc extra de pignoc. c. illos uos. Et hoc modo posset aliquis dicere quòd hic uitium est, quia tantundem est sic contrahere, sicut mutuare c. pro decem quolibet anno. ita quod sic contrahens mutuat indirecte, & emptionē fingens mutuum facere. Posset autem dici, q̄ argumentum nō cogit, quia in tali contractu non est mutuū directum, nam ubi mutuum est mutuat ipsi mutuanti, in præcio obligatur. Sed in tali cōtractu pecunia transit, & ius percipiendorū reddituum stat lucro, & periculo ipsius emptoris. Posset autem in hoc contractu incidere uitium ex parte contrahentis propter cupiditatem, & auaritiam eius: sed non accidit contractui ex ipsius contractus natura.

Vitia in quolibet contractu.

¶ Tertio quoq; potest esse uitiū in contractu ex causa formali, i. ex parte pacti appositi, hoc est quando apponitur pactū quod repugnat rei quæ transfigitur ita quod ipsa res non patitur apponi tale pactum, & isto modo cōtingit esse uitium in symonia. Alio modo q̄n pactum repugnat contractui. Hoc autem est quando contractus gratuitus est, & tale uitiū facit usuram, si quidem est in hoc, quod aliquid exigitur ex pacto ratione rei mutuatæ. Tale autem uitiū non est in prædicto contractu, cum ibi non mutuum sed uera uenditio sit. ¶ Quarto potest esse uitium in contractu ex causa finali, idest ex parte præcij, & tale uitium excluditur ab isto contractu quando proportionatur præcium iuri quod uenditur, & regulare siquidem est quòd contractus emptionis & uendītionis illicitus est cum in eo iuris naturale æquitas non seruatur. Sed cum talis seruatur æquitas ita quod non est notabilis excessus præcij super rem uenditam, nec econuerso, tunc licitus est contractus. Non ergo negatur quod tale contractus uitiari non possit ex parte præcij, sed tamen sicut potest uitiari ita ratificari potest.

¶ Alio quoque modo probant aliqui hūc cōtractum licitum esse, quia licitè potest quis emere prædium pro c. libris, & prædium emptum posse hæreditarie dare alicui pro se, & pro hæredibus suis hoc pacto, q̄ recipiēs prædium obligaretur pro se, & suis hæredibus dare quolibet anno. c. solidos, & nihil differt in conspectu Dei utrum mutuū habeat hoc mediate uel immediatè, contractus enim licitus esse uidetur. Fateor tamen quod non est honestus nec decens sicut est cōtractus quo emuntur redditus prædiales.

¶ Sed contra præcat arguunt quidam dicētes hoc ideo non licere, quia pecunia ad hoc inuenta est ut medium sit inter ementem, & uendentem, & non ut ematur, & uendat, propter q̄ emens, uel uendens pecuniam utitur ea ad finē ad quem non est inuenta, & per cō sequens peccat & maxime quia talis contractus non uidetur posse reduci nisi ad contractū mutui. Ratio huius est, quia cum pecunia non possit emi, uel uendi cum sit non extremū uēditionis, uel emptionis, sequitur, q̄ nō p̄t contractu istæ reduci ad emptionem, uel uēditionē. Certū ēt est, q̄ locatio non p̄dicti nec ēt cōmodatū, ergo ad cōtractū mutui eū reducere necesse est, sed in eo sicut ex præcedētibus patet nō licet sperare lucrū. Ad hoc dicēdum. q̄ sicut ex præcedentib. patet, hic non emit pecunia: sed ipsum ius propterea mutuum minimè dici pōt. Item quoque opponūt, & dicūt quòd hic uidetur accessus lu-

§. 16. Obiectiones quorundam doctorum.

cri ad sortem. Talis autem accessus seu successus aut simul factus; contractum variare non potest, quia vtrobique vtitur ipsa vsura, cum vsura sit quicquid accidit sorti, sicut patet 14. q. 3. pleriq;. Sed si fiat accessus simul, puta si quis dat centum libras ut recipiat uiginti in uno anno usura est, ergo eodem modo si quis dat centum ut recipiat uiginti induobus uel tribus annis, usura est. Hoc quidem cõ tingit quando emuntur pecuniales redditus in certis annis, lucrum non solum adæquat sortis, sed etiam excedit sortem. Et quauis talis excessus per successiuã perceptionem reddituum fiat, tñ hoc contractum non ratificat, sed condẽnat, quia non differt utrũ tulis excrescẽtia successiuè, vel simul recipiatur. Ad hoc dicendum quòd hic non est accessus lucri ad sortem, quia in uenditione ut dictum est, tocum de sorte est.

§. 17. An licet pignora emere ab usurarijs.

¶ Quæritur etiam. Vtrum licitum sit emere pignora à manifestis vsurarijs, quæ ex lapsu tẽporis peruenerunt ad eos ratione vsurarũ solutæ ut quotidie fit? Et videtur, q. nõ, quia Ambr. appellat usuram rapinam, vt patet 14. q. 3. c. Si quis vsuram, sed rem raptã nullus licite emere potest scienter, ergo &c. In contrarium videt esse, quia nullum ius hoc prohibet, cum prohibeat emere rem furatã uel raptam, vt C. de furtis, l. in ciuilem. Et quod non est prohibitum intelligitur esse concessum ar. 14. q. 2. Hebrõ. & §. fe. in fi. ¶ Ad hoc

Vtrum in usura transfertur dñium rei.

dicendũ, q. circa vsurã duplex est opinio quã tum ad dominium rei. Aliqui. n. dicunt, q. in vsura non transfertur dñium sicut nec in furto nec in rapina. Cuius opinionis sunt Alex. de Ales & Bona. & Richa. & Sco. in 4. di. 15. & hi ordi. minorum. Hugo super c. Si qs 14. q. 3. idem. Et fm hanc opinionem non bene possunt emi talia pignora, sicut nec res rapta nec recipi in solutionem si quis abeo, f. usurario deberet habere aliquid, quia q. dedit ea posset cõtradicere, & illa repetere, quia ultra capitale mutuatum ab usurario residuũ ualoris pignoris quod tantũdem, & plus est usura, unde etiam in dominio eius qui pignus dedit, & sic non posset alienari sine uoluntate eius, nisi quis diceret ipsum assentire eo, q. tacet, & non contradicit, de re iu. li. 6. Qui tacet. Sed ad hoc posset dici, q. tacet, quia non pt alienationẽ impedire. ¶ Sed alia opinio est q. in vsura transfertur dñium licet competat repetitio. Cuius opi. sunt Tho. 2. 2. q. 78. in sum. Vl. Goff. Bern. in gloss. 14. q. 4. super cap. Siquis usuram. Et hæc est communior opinio, & mihi magis placet. Et secundùm hanc uidetur, quòd possint emi talia pignora. Nam quòd non possent emi posset esse ex duplici causa. Aut quia vsurarius efficeretur non soluendo, aut quia per hoc fieret iniuria domino pignoris, sed neutrum uidetur hic esse. Nam propter hoc non efficitur vsurarius minus soluẽdo, quia recipit prẽcium pro pignore, quod tantundem ualet uel quasi quantum pignus. Habet etiam usurarius in pignore ius sui capitalis, f. sortem mutuatam, sicut ipse, qui est obligatus restitutioni pt p. ciũ restituere. Non etiã videtur iniuria fieri dño pignoris. Scienti. n. & consentienti non fit iniuria neque dolus de re. iu. li. 6. Sed cum sciat dñs pignoris ipsum alienari non reputat sibi fieri iniuriam si alius emat, nec super hoc aliquis conquerit, & merito, quia sic pactum uoluntarium fecit cum usurario, quòd potest libere alienare post tantum temporis, & communitates, & domini permittunt talia facta, & firma uolunt ea haberi, quia aliàs nullus publicæ fœnerari uellet si illa non possent alienare, unde sequeretur inconuenientia in ciuitatibus propter quæ tollenda permittuntur. Non tamen impediunt, uel statuunt quin possint repeti vsuræ, & quin possint cogi, quia qui hoc facerent tenerentur ad restitutionem insolidum, & qui hoc statuerant, & qui statuta huiusmodi seruarent essent excommunicati, extra de usuris ex graui. in clem. ¶ Nullum etiam doctorem ad huc legi, qui asserat hoc illicitum, & teneri ad restitutionem expresse, scilicet ementes, huiusmodi pignora, quod si necessariũ esset non tacuissent, sicut & de alijs casibus mentionem faciunt. Ad argumentum respondẽ, quòd Amb. sumit ibi rapinam large pro omni illicita acquisitione ubi cõpetit repetitio. Verum quia materia non est usquequaque clara nemini consulendum est ut faciat, post factum non condemnandus. Et hoc uerũ nisi pignora essent res furatæ, uel raptæ, uel res sacræ, quæ pignori dari non possent.

Licet ergo emere pignora ab usurarijs.

Capitulum nonum de cooperatione, & participatione usuræ.

DE cooperatione, & participatione vsuræ quomodo, & quãdo teneatur ad restitutionem, & pro fundamento huius sumenda est illa regula quæ habetur de iniurijs, & damn. da. capitulo. Si culpa, ubi dicitur. Qui occasionem damni dat damnum quoque dedisse videtur. ¶ Pro cu-

ius

Occasio sumet dupliciter.

ius declaratione sciendum quòd occasio sumitur dupliciter. Vno modo pro eo quod est aliqualiter inductiuum seu causatiuum alicuius effectus, sed non sufficienter & efficaciter: Et ista est propria acceptio sicut dicitur occasio submersionis uel prædationis nauis nauta, qui ducit nauem ad aliquem locũ ubi superueniente tempestate submergitur, uel ab hostibus rapitur, quod probabiliter æstimari non poterat. Et isto modo qui dat occasionem damni, usuræ, rapinæ, furti, & huiusmodi, damnum uidetur dare, sed realiter non dat: Vnde non tenetur ad restitutionem, licet peccare possit grauiter. ¶Alio modo sumitur occasio pro eo quod est inductiuũ uel causatiuumm alicuius effectus sufficienter & efficaciter ita quod sine eo non sequeretur effectus: Et ista est impropria acceptio: Et magis proprie dicitur causa ad quã positam sequitur effectus. Et sic dicitur occasio seu causa submersionis nauis qui faceret foramen in naui ut intraret aqua ad submergendum & sic euenit. Et dicitur causa seu occasio directa quando hoc intendit, indirecta autem quando non intendit, sed non impedit nec obuiat ne eueniat effectus cum potest & debet sicut nauta dicitur causa indirecta seu occasio submersionis nauis cum permittit aquam intrare in naui paulatim, unde sequitur submersio cum posset obuiare & debeat hoc facere cum ad hoc teneatur ut gubernator dato quòd hoc non intendat. Et sic qui præstat occasionem damni in furto, & rapina, & usura & alijs huiusmodi, uidetur dare damnum ita quod realiter dat unde tenetur ad restitutionem in solidum. ¶Fit tamen ab aliquibus differẽtia inter dantem occasionem, seu causam efficacem rapinę furto & huiusmodi usurpationibus uiolentis, & dantem occasionem efficacem usuræ, ita quod sine eis non fieret usura. Nam in dante occasionem uiolente usurpationi & omnino inuolũtarie omnes dicuntur teneri in solidum. Sed in usura dans occasionẽ in huiusmodi, dicunt aliqui non teneri nisi quantum de usura peruenisset ad eum, & hoc tamen qua non omnino inuoluntarium acceptum, sed mixtum uoluntarium Guil. hoc tenet. Alij dicunt quod idem est quoad hoc in usura quod & in rapina scilicet quod teneatur in solidum etiam si non perueniret ad eum aliquid, & hoc tenet Pe. de Pal. in 4. & alij ut patebit infra. Et quia hęc opinio tutior est ideò consulenda.

§.1. ¶Quæritur ergo quid de seruientibus usurariorum qui nihil habent præter usuras. Respon. secundum Guil. credo quod possunt licite ab usurarijs accipere mercedem si tam si seruiunt utiliter in rebus licitis uel honestis aut necessarijs. Nam utilitas quam sequuntur usurarij ex opere seruientium compensatur cum mercede quam dant seruientibus illis nec possunt dici pauperiores propter mercedem datam seruientibus illis cum loco mercedis habuerint commodum operarum. Si autem seruierint de illicitis, non credo quod debeant recipere mercedẽ de huiusmodi. Idem de cultoribꝰ & alijs eorum mercenarijs. Pet. autem de Pal. in 4. dicit quod famulus qui quando se locauit nescuit esse usurarium, & non seruiuit sibi in usuris, mercedem recipere potest, aliàs imputat sibi qui ei seruiuit, quę sciebat nil nisi de usuris habere. Idem tamen dicit quod seruiendo in licitis, & necessarijs potest recipere mercedem.

Vsurarijs seruiens in licitis licite recipit mercedem.

¶Quid de eo qui consulit alicui quod fęneretur uel qui mutuat gratis fęneratori ut fęneretur, uel contrahit societatem cum aliquo ad fęnus exercendum uel qui mutuat usario ut fęneretur & istæ percipit lucrum nunquid omnes tales tenentur in solidum. Respon. secundum Guil. Quidam dicunt, quod qui inducunt illos ad fænerandum qui aliàs non erat fæneraturi tenentur in solidum. Si uerò aliàs erant fæneraturi non tenentur nisi quantum ad eos peruenit. Et §.2. subdit. Ego credo sine præiudicio quod in neutrro casu taliter inducentes tenentur nisi quãtum ad eos peruenit, & quantum ad hoc conditio eorum est melior quam eorum qui uel præstant fauorem in rapina uel furto, qa ipsi tenentur etiam si ad eos nil peruenit. Et hoc ideò quia rapina uel furtum fit simpliciter contra uoluntatem domini sed usura peruenit ad creditorem de uoluntate domini. Nec inuenio iura dare actionem debitori cõtra huiusmodi inductores, uel fautores ad repetendum ab eis illas usuras, quas ipsi debitores soluerunt illis inductis, sicut dant actionem contra illos quorum opere uel consilio fiunt furta uel rapinæ licet nil ad eos peruenit. Prima autem opinio tutior est saltem quando principales non essent soluendo. Omnes enim tales indubitanter sunt participes culpæ & hanc opinionem tenet Pet. de Pal. §.3. De tutore accipiẽte uel exigentes usuras.

¶Quid de eo qui accipit usuras nomine alieno ut tutor, curator, uel procurator, Respon. secundum Thom. Sicut prohibetur ali-

Adde & extra de resti. spolia. c. cum ad sedē, & ibi Panorm.

¶ quis accipere usuras nomine suo, ita & alieno. di. 46. c. sicut non suo. Et si accipit alieno nomine tenetur ad restitutionem si ille cuius nomine accepit non est soluendo uel nō uult restituere. Nam faciens & consentiens, pari pœna puniuntur. 2. q. 1. cap. notum. in fi. Sed secundum quòd addit Host. ille in cuius utilitatem uersum est. primo & principaliter tenetur alius in subsidium: Et hæc indubitanter uera sint de tutore, curatore, & procuratore pro eo q̄ præstant auctoritatem talibus. Secus de eo qui nudum præbet ministerium ut dicitur in fe. §. Idem dicendum est quando tutor uel curator pro pupillis exigit usuras ex cōtractibus factis usurarijs a patre pupilli: Vnde si ab officio aliquo comunitatis ponitur tutor uel curator faciat protestationem coram episcopo, uel alijs quòd non intendit se intromittere de usuris exigēdis, nec se de hoc impediet. ¶ Similiter mulier uidua quæ exigit usuras factas a marito pro filijs uel cum sit tutrix simul cum alijs tutoribus assentiat quòd pecuniæ filiorum pupillorum tradantur ad usuram tenetur insolidum. Item sciendum, quòd si ille soluit cuius nomine acceptæ sunt usuræ cæteri liberantur. Ioan. de Lig. in c. Michael. extra de usur. dicit quòd extorquente nomine alieno, & partiario in quota non est dubium quòd tenetur, sed ubi non est partiarius: sed simpliciter extorquens tunc non tenetur licet aliqui dicant cum teneri ubi mandans non est solutēdo, ut in d. c. sicut non suo. Hæc ille. Videtur tamen intelligendum id scilicet quòd teneatur qui nomine alieno fœneratur, & si non esset partiarius in quota tamen præstat auctoritatem ut dixit Guil. ¶ Vnde consules alicuius artis uel lanæ uel alterius, qui pecunias quas habēt ex redditibus artis tractare, si eas mutuant artificibus artis ipsius, uel alijs quibuscunque ad rationem tot pro cētenario siue parum siue multum saluo tamen capitali. usuram committunt, tenentur facere quod in se est ut ars ipsa restituat, alias ipsi obligantur ad restitutionem, & si nil pervenerit ad eos ex eo quòd actores fuerunt cōtractus, & si nomine alieno, quia dant causam efficacē. Et ideò detur talis pecunia per modum societatis, ita quòd sit ars particeps damni sicut & lucri si contingeret, & tunc licite fiat, si tamen in licitis mercantijs uel artificijs exerceatur.

§. 4. Factores obligantur pro dominis.

¶ Quid de illis famulis qui mandato dominorum dant pecuniam ad usuram debitoribus & suscipiunt pecuniam ab eis? Respon. secundum Guil. Si nil ad eos peruenit, non credo quòd teneantur præsertim si illi domini aliter per seipsos exercēt usuras uel per alios exercent & si non per istos gerendo negocium. Idem Per. de Palu. Sed si sunt factores stantens ad dandum mutuum in persona usurariorum ita quod apud eos residet qua si principis auctoritas suorum dominorum seu magistrorum, uel etiam socij & partiales in lucro tunc si principales non restituunt qui scilicet inde habuerunt lucrum usurarium, obligant ipsi factores ex eo quòd præstant causam efficacem & hoc secundum Geral ordi. hæremitarum. Et similiter in alijs contractibus iniquis, ut uendendo plus iusto præcio ratione dilationis temporis, & decipiendo diuersis fraudibus cum scilicet hoc faciunt in persona dominorum suorum seu pecuniam dantium, & ipsi exercitium personæ ponunt disponendo facta apothecæ tenentur insolidum si alij non faciunt, quia præstant causam efficacem. Et secundum Rodo. magistri & principales qui ponunt pecunias si tales cautos reddunt, & protestātur, quòd uolunt quòd faciant malos contractus excusantur a peccato dum nesciūt. Sed cum postea sciunt tenentur restituere pecuniam per usuram uel alios malos contractus quæsitam quę peruenit ad eos. Cum etiam perpēdunt debent prohibere talia aliàs non excusarentur a peccato. Sed quid de illo qui sine illius mandato fenerat ad opus eius? Respon. secundum Guili. tenetur ad restituendum usuras licet nihil ad eum peruenit. Fuit enim ut actor, & minister contractus usurarij.

§. 5.

¶ Quid de illo qui cum uellem mutuare gratis induxit me ut darem sub usuris? Respon. secundum Guil. tenetur sicut & ille de quo in præcedenti. §. dictum est quia indebite impediuit utilitatem proximi & ei dannum adduxit.

§. 6. Notorij usurariorum contractuū scriptores sunt infames & p̄ iuri.

¶ Quid de notarijs qui scienter super usuris conficiunt instrumenta? Respond. secundum Host. quòd periuri sunt, quia communiter solent iurare quòd talia non facient, & sic per consequens sunt infames nec decætero possunt testificari nec instrumenta conficere, extra de testi. licet ex quadam. §. 1. in fi. Si tamē ob hoc recipiunt pecuniam non tenetur restituere quia receperunt eam pro opere suo quamus illicito uidetur tamen quòd debeāt pauperibus erogare. artic. 14. quæstio. 5. cap. non sane. Sed utrum tales notarij teneantur ad restitutionem usurarum de quibus consece-

fecerunt instrumenta. Super hoc Geral. facit talem distinctionem, quia si scienter faciunt instrumenta, vel chartas de debito vsurarum ac si esset legitimum debitum. puta quia facit instrumentum quod Martinus mutuauerit Petro centum hinc ad annum restituendos cum sciat non mutuasse nisi octoginta vel nonaginta quia forte & si primo centum dedit postea in occulto viginti vel decem rehabuit a Petro ut mutuum sic de illis octoginta vel nonaginta tantum tunc tenerur insolidum si ipsi usurarij non restituant, & hoc nisi facerent in fauorem receptoris mutui, puta quia ille aliter non volebat mutuare, & Petrus multum indigebat, nec poterat aliter sibi prouidere, tunc enim non teneretur notarius, peccaret tamen mortaliter scienter hoc faciens, quia periurium incurreret faciens instrumentum falsum, & in fraudem vsurarum. Ratio primi est, quia efficaciter cooperatur usuræ accipiendæ. Ratio secundi est, quia intendi principaliter proximo indigenti subuenire arg.23.q.5. de occidendis. ¶ Si autem in instrumento est facta ex præssa mentio de usura tunc non tenetur ad vsuram restituendam. Et ratio quia non efficaciter cooperatur ad illud. ¶ Nam potest qui mutuum accepit ad usuram in iudicio se iuuare vt non soluat vsuram. Verum ubi consuetudo esset quod per talia instrumenta cogerentur homines ad soluendum vsuras stipulatas à debitoribus, tunc teneretur quamuis consuetudo sit iniqua, & statutum quod super hoc esset. Et in vtroque casu peccat mortaliter talia instrumenta conficiendo scienter.

§.6. ¶ Quid de prælatis qui subscribunt, & sigillant cedulas vsurarias? Respondet, secundum Hostien. Si prælatus non legit tenorem vel etiam si legit & vsura non apparebat, quia forte ibi posita est maior quantitas quam mutuata sit. & ipsæ prælatus non diligenter considerat fatue facit, sed tamen secundum veritatem non consentit. Si uero legit & veritatem percipit, particeps est pœnæ & non commodo usurarum. Nam subscriptio in multis approbationem inducit. extra de sent. & re.iudi. cum inter uos. Idem Goff. ¶ Testes quoq; in instrumentis usurariis qui scienter hoc faciunt scientes scilicet instrumentū usurarium tenentur eo modo quo notarij, de quibus dictum est supra, & hoc quia dant causam efficacem.

Cautela prælatorum circa usuras.

¶ Quid de ciuitatibus, uel uniuersitatibus mutuantibus ad vsuram nunquid singuli tenentur ad restitutionem? Respond. secundum Hostien. post Ray. Omnes qui sunt consentientes puniuntur & ad restitutionem obligantur singulariter non tāquam uniuersitas, quæ animam non habet, nec tanquam vniuersi, sed tāquam singuli. 7. quæstio. 1. capit. sicut uir 24. quæstio. 3. cap. si habes. Et hoc verum quibus hoc placet in mente sua ratumque habent, & consentiunt, vel prohibere possunt, & non faciunt. ¶ Io. de Lig. de hoc tractans dicit quòd non dubitatur de regentibus prohibere ualentibus. Secus autem de aliis non principalibus gubernatoribus, uel aliàs ignorantibꝰ nec inhibere ualentibus. Et hoc vltimum dico uerum, nisi participauerunt commodum singulare & bursale, quia tunc consentirent. ¶ Archidia. etiam dist. 47. uno uerbo se expedit, dicēs omnes, & singulos teneri, & esse in statu damnationis quorum auctoritate sit, & consensu. Et idem si collegium aliquod accipit pignus in casu non concesso de vsuris. cap. consuluit & cap. conquæstus. ¶ Guil. dicit quòd illi tenentur in solidum ad restitutionem, qui preceptum uel auctoritatem præstiterunt super hoc ita quòd sine hoc alij ciues non fecissent. Alij uerò consentientes, & si peccent mortaliter non tenētur nisi de eo quòd peruenissent ad eos dē usuris, uel inquantum tum relati sunt ab expensis quas alias fecissent. Idem Pe. de Palu. in 4. §.7.

¶ Sed quid de quinque pro centenario quæ dat tutor pupillo? Respon. secundum Laurēt. de Ridol. Si dat liberaliter, dicendum ut in alijs supra idest quod potest pupillus recipere, puta quia tutor exercuit pecuniam pupilli in negociationibus licitis, & lucratus est bene cum ipsa, & quanuis capitale pupilli staret sibi saluum propter quod ille non licite posset petere ultra sortem, ipsæ tamen tutor ex sua liberalitate sponte sibi donat. 5. pro centenario. Sed si inuitus dat hoc tutor, quia scilicet cogitur ad hoc ex forma statuti hoc dictantis, uel aliàs, tunc uidetur quòd sit usura. Sed in contrarium facit, quia hoc uidetur nō tanquam usura, sed tanquam pœna legalis solui. articu. duodecimo, quæstione secunda, capitu. in legibus. Patet, quia debuit emere de pecunia pupilli possessiones, uel dare sibi quinque pro centenario, & sic communiter statuta disponunt, quod si uerum est quod nomine pœnæ darentur, licite reciperentur. Hæc Laur. ¶ Videtur posse dici quod si tutor §.8. De centenario quinq; dar quō licitum.

potuit, vel emendo de pecunijs pupilli possessiones, vel tradendo ad licitas negociationes ipsas pecunias tantum vel plus lucrari & mere ex negligentia omisit, q; tãquam pœna possit peti. Et multomagis si cum ipsis pecunijs tutor fecit facta sua propria, uel negociatus est cum eis & lucratur. Si tamen perdidisset videtur quod deberet subire partem damni ipsiq; pupillus, quod tamen non esset necesse si tutor potuisset, vel possessiones emendo, uel aliquid aliud sine periculo tantum lucri habere, scilicet quinque pro centenario. ¶ Et subdit Lau. prefatus. Hoc certum tene quod pecuniam pupilli non potest credere tutor ad rationem quinque, uel alterius quantitatis citerioris uel ultetioris pro centenario.

§. 10. ¶ Sed quæritur vtrum pupillus possit dicere tali tutori, tanto tẽpore habuisti pecuniã meã, propterea peto pro ea licitum lucrum, vsuras nolo: sed interesse meum, & sic prædictum lucrum se retinere uelle cum protestatione prefata, scilicet quod non vult vsuras, si hoc potest licite facere? ¶ Ad hoc quidem dicunt sic. Pupillus talis facta protestatione prædicta restituere non tenetur, sed tutor nisi usuraria quantitas excederet moderatum lucrũ & interesse: tunc enim superfluum lucrum retinere non posset: sed restituere deberet tutori illud superfluum, quia tutor restituere debet usuras, & sibi imputet improuidentiã suã. Si autem pupillus recipit prædictas usuras restituere obligatur, sed contra tutorem agere potest ac ab eo suum petere interesse. Si uerò tutor pecuniam pupillo restituat nihilq; ei dicunt, quod lucrum prædictum usurarium sit, demum lapsu temporis id dicat postea fuisse lucrum usurarium, tunc pupillus ei credere non tenetur nec illud restituere obligatur, secundum quosdam. Et ratio est secundum eos, quia pupillus id non approbauit quod ille fecit, nec de usuris aliquid dixit tempore quo debuit, propterea ipse tutor tale lucrum reddere obligatur. ¶ Ita opinio uidetur mihi quod multipliciter deficiat. Et quantum ad primum potest factam usuram à tutore nisi esset statutum in ciuitate, quod tutor debeat pro pupillis emere de pecunijs aliquam possessionem, uel tradere negociationi, aliàs per modum pœnæ debeat respondere sibi ad rationem quinque pro centenario uel nisi ipse & si pupillus: tamen capax rationis tutori protestatus est, quòd non exerceat pecuniam nisi in licitis lucris seu negociis, aliàs non credo quod possit petere aliquod interesse, sed lucrum usurarij per tutorem factum pupillus tenetur restituere & imputetur hoc patri pupilli qui talé institutionem, & non prouidit in huiusmodi sicut potuit. ¶ Quantum ad secundum, quod possit agere contra tutorem credo uerum esse, si tutor exercuerit pecunias pupilli ad suipsius utilitatem, uel ex negligentia omisit exercere in licitis mercantijs uel rebus cum posset. ¶ Quantum ad tertium credo qđ etiam post lapsum temporis cum sibi constat clarè lucrum sibi assignatum per tutorem fuisse vsurarium, tenetur restituere, nisi (vt dictũ est) contra statutum ciuitatis non emisset possessionem uel aliàs licitè exposuisset pecuniã, sed ad sui utilitatem usus fuisset pecunia per usuras vel alios modos.

§. 11. ¶ Vtrum autem liceat creditori recipere debitum quod vsurarius ei debet? Respond. secundum Guil. Si bõna fide credidit ei pecuniam, ut ex illa commodum sum faceret, & lucrando forte ex ea se liberaret, recipere potest, quod mutuauit etiam si ille aliàs non sufficit usuras soluere. Si uerò alia causa credidit vel mutuauit puta ad ludendum, uel dandum meretrici, vel histrioni, non debet ab illo recipere qui nec usuras extortas sufficit restituere. Pe. de Palu. dicit hoc uerum quando scienter hoc agit. De illo autem qui habet causam lucratiuam nisi in casu in quo eleæmosyna fieri potest, dicunt quod tenetur in solidum si ille non sit soluendo, quia prætium succedit loco rei. Hæc Petrus. ¶ Vtrum autem illi quibus debetur ex contractu uel quasi aut ex maleficio uel quasi possint hoc recipere ab usurario? Respon. secundum Guil. sic, dum tamen rem ipsam usurariam nõ recipiãt. Et idem dicendum de quocunque raptore vel fure.

§. 12. ¶ Vtrum autem liceat marito recipere dotem à patre uxoris suæ qui est usurarius? Respon. secundum Guil. Si pater non sufficit ad soluẽdum ea, quæ habet de vsuris, & maritus sciés ueritatem, vel habens ignorantiam crassam cõtraxit cum filia non debet recipere dotem à tali patre. Si autem non putabat socerum esse usurarium, vel aliàs esse soluendo, quod tamen non erat potest dotem in solidũ recipere licèt postmodum sciuerit ueritatem. Hæc Guil. Et in summa Pisana additur. Tutius autem dicitur, quod sciens ueritatem non recipiat dotem, aut si recepit restituat illis quibus pater teneba-

tur.

Alia opinio.

tur. Si autem in veritate de alijs bonis socer erat sufficiens ad soluendum, tunc indubitanter dotem gener pōt recipere. ¶ Pet. de Pal. sic dicit. Gener. qui dotem ab usurario recipit qui nihil habet nisi de usuris, tenetur reddere si scienter contraxit. Si autem ignoranter nō, quia pro oneribus matrimonij habet dotem, sed filia sic quia nec quartam naturæ. i. legitimam potest tenere. ¶ Satis concordat Geral. ordi. heremitarum di. Quod si pater dotauit filiam suam eo tempore quo erat soluendo, & per consequens non propter dotes illas est factus impotens ad soluendum, tunc maritus potest eam retinere, & præmortuo ipso marito etiam ipsa filia potest eam retinere. Intelligitur enim dotasse de illis bonis quæ non erant obligata restitutioni, ex quo ultra illas dotes erat soluendo. Sed si dotauit eo tempore quo iam erant omnia obnoxia restitutioni gener qui hoc scit uel etiam laborat ignorantia crassa, quia scilicet ille socer est publicus usurarius uel raptor uel alias obligatus alijs, non potest recipere dotes. Cuius ratio est, quia de aliorum bonis nullatenus secundum Deum potuit dotari, quia nec eleemosyna dari. decimoquarta quæstione quinta. Nolite. Per hoc enim fit impotens ad restituendum, & sic ad damnum creditorum præstat operam efficacem, unde tenetur restituere, extra de iniur. & dam. da. Si culpa. Et si filia usurarij talis vult dotem ipsam restituí, & eius maritus obstat nec patitur illā reddi, culpa erit uiri non uxoris, si tamen ipsa proponat præmoriente marito dotem restituere. Si autem econuerso vir vult dotem restituere, & ipsa non vult peccatum erit uxoris, ita tamen quòd non participet de bonis ipsius dotis, & proponat restituere quando poterit, articulo decimoquarto quæstione sexta. capitulo si res. Si autem utrique in non satisfacere uolendo concordant ambo sunt in statu damnationis, de re iudic. capitulo. Peccatum. libro sexto.

¶ In remedium tamen periculi dici posset, quòd si pater talis uxoris, seu eius hæredes haberent ad satisfaciendum certa ad sufficientiam, tunc si talis dos parua est in totum, si magna in parte, posset dici ecclesiastes ut dispensator incertorum secundum discretum iudicium dispensare, & marito vt pauperi concedere si indiget, & ipsi muliери uiduę remanenti si aliunde non potest competenter uiuere, & multomagis si habet familiam seu filias maritare seu filios nutrire. Sed quo ad certa, id est si bona patris, uel vsurarij, uel raptoris, aut hæredum eius non sunt sufficientia ad restituendum certis personis, quibus obligatur, tunc restituat cum habet libertatem super hoc, uel petat remissionem à creditoribus intuitu pietatis si obtinere potest, aliàs restituat nisi sit in extrema necessitate cum familia sua, uel in magno periculo, & tunc proponat reddere cum poterit, uel paulatim si potest reddat, & si impeditur ab hoc cum uideret se in periculo mortis, uocet uirum, & filios, & protestetur, quòd restituunt dotem talem cum sit de usuris uel alijs male acquisitis, & sic poterit transire.

¶ De prosonetis seu sensalibus. Vtrum peccent cum sint mediatores ad fenus, & utrum teneantur ad restitutionem? Pro cuius declaratione nota duplicem considerationem. ¶ Prima consideratio est per respectum ad mutuo indigentes, & sic dupliciter peccare possunt sensales. ¶ Primo si mutuum quęrunt ad usuram pro his, qui non indigent sicut quotidie in his. quę dicūtur deposita, sed realiter sunt vsuræ, & alijs malis contractibus fieri solet, tunc peccant mortaliter. Et ratio huius est quia cum mutuum sic accipiens peccet mortaliter vt patet in secundo. §. Et ipsę quoque peccabit qui cooperabitur eidem undecima quæstione tertia qui consentit. ¶ Secundo peccant sensales quando & si necessitate cogente vel non cogente proximum ad usuram mutuum tribuere rentientem inducunt argument. extra de homi. Sicut dignum. ¶ Secunda consideratio fieri potest per respectum ad mutuum dantes. Secundum enim Gerald. dupliciter possunt tales esse mediatores. ¶ Primo cum stant pro illis qui mutuo indigent, & procurant ab illis, qui parati sunt dare tales non peccant & multominus restituere obligantur cum proximo subuenire procurent, & malo usurarij bene vtantur, & lucrum quod inde percipiunt de suo labore licitè retinent.

¶ Secundo cum stat seu hoc facit sensalis principaliter pro lucro usurarij, & pro parte sua. Et isti non solum peccant mortaliter propter cooperationem ad usuram, sed etiam restituere obligantur in solidum si ita cooperati sunt, quòd absque opere illo præstatio illa usuraria minimè facta fuisset. Cuius ratio est, quia secundum philosophum secundo Ethicorum.

Medium

Gener sciēs socerū usurariū nō recipit dotem Vxoris.

Eleæmosyne non debent fieri ex usuris.

§. 13. Inducentes ad usuram peccant

Medium comparatum extremis ſapit natura extremorum ar. 2. q. 1. c. Notum, in fi. Lucrum quod ipſæ percipit inde debet pauperibus erogare. Et ſimiliter in primis duobus caſibus, qui ponuntur in prima conditione ſeu conſideratione ar. 14. q. 5. Non ſane, &c. Qui habetis de malo. Guil. tamen tenet cõtrarium quãtum ſcilicet ad obligationem reſtitutionis uſurarum. Et quamuis non uſque quaque reprobandum hoc tamen in quod dictum eſt vt tutius conſulendum ſcilicet quod teneantur tales ſenſuales.

§. 14. Propter neceſſitatem licet mutuum accipere ſub uſura.

¶ Sed nunquid licet accipere mutuo ſub uſura? Reſpon. ſecundum Th. 2. 2. q. 78. ar. 4. Nõ licet inducere aliquem ad mutuãdum ſub uſura. Licet tamen ab eo qui paratus eſt facere & qui exercet uſuras mutuo accipere propter aliquod bonum vt eſt ſubuentio ſuæ neceſſitatis uel alterius. Et intelligit Vl. non ſolum de abſoluta neceſſitate, ſed etiam de neceſſitate vtilitatis quam quis conſequitur agendo negocia ſua. Sed hac neceſſitate ceſſante cum petitur ſub uſuris ad ludendum, uel ſcortandum, & huiuſmodi, tunc ſecundum eundem eſt mortale peccatum.

¶ Sed Pet. de Pal. ſic dicit. Dicunt quidam quod in accipiente mutuum ſub uſura eſt duo conſiderare cauſam ſcilicet & modum.

¶ Cauſam ſi hoc facit motus iuſta neceſſitate, uel motus ſola cupiditate augendi pecunias, ſicut faciunt aliqui mercatores ſperantes magis lucrari ex pecunia accepta, ſub uſuris quam ſit damnum quod eis ſequatur de uſura ſoluta & loquor de mercatoribus qui abſque mercatione habent vnde decẽter uiuat, ſed mercãtur ſolum ex cupiditate lucri, vt ex pecunia accepta ſub uſuris ſuperflua congreget ſibi, quia ſecus eſſet de mercatoribus illis qui non habet vnde decenter viuant niſi ex mercatione, quia tunc quod ſit propter mercationem, ſit propter iuſtam neceſſitatem.

Mercatio licita.

¶ Ex parte autem modi ſimiliter eſt diſtinguẽdum, quia aut talis petit mutuum abſolute puta capitulo libras ſibi tradi mutuo, aut petit cum determinatione uſurę ſuperexcreſcentis, puta c. libras ſibi tradi mutuo p 120. Hoc ſuppoſito dicendum quod accipiens mutuo ſub uſura abſque iuſta neceſſitate peccat, quia non ſolum peccat qui dat alij occaſionem peccandi, ſed etiam qui ſcienter & abſque iuſta cauſa, & neceſſitate proponit alteri materiam unde ſumit occaſionem peccandi, maxime quando credit diſpoſitum ad tale peccatum. Verbi gratia. Si mulier credit aliquem male diſpoſitum ad concupiſcendum eam ſi ſciẽter & abſque iuſta neceſſitate, vel debita vtilitate præſentat ſe, ideſt peccat. Vnicuique enim mandauit Deus de proximo ſuo. Non ſatis autem diſplicet alicui damnatio proximi ſi ſcienter proponit ei materiam unde ſumit occaſionẽ peccandi. Talis autem eſt, qui abſque iuſta neceſſitate accipit mutuum ſub uſura, ergo &c. Si autem hoc facit non motus iuſta neceſſitate, aut petit mutuum cum determinatione uſuræ ſuper excreſcentis, puta c. pro 120. & ſic credo quod peccat, quia nemo poteſt abſque peccato ab aliquo petere aliquid, quem ſcit non poſſe illud dare abſque peccato uel nõ uelle. Sed uſurarius non poteſt dare mutuum cum pacto ſuperexcreſcente ſine peccato, ergo nec alius poteſt ſine peccato ſic petere. Tamen ex cuſantur illi, qui ſic petunt ex ignorantia, uel inaduertentia, uel quia firmiter tenent, quod aliàs ſine pacto ſuperexcreſcentis uſuræ mutuum non traderent. Si autem petat mutuum abſolute, ſed uſurarius non vult tradere niſi cum uſura puto quod nõ peccat tunc accipiẽs mutuo ſub uſura. Cuius ratio eſt, quia qui patitur iniuſtum non peccat, quod eſt uerum niſi conſentiat in iniuſtum facienti, tunc enim non ſolum patit ſed coagit. Sed accipiẽs dicto modo ſub uſura patitur iniuſtum, nec conſentiens eſt facienti, ergo non peccat.

Notula aurea q;

¶ De *manifeſtis uſurariis.* Cap. 10.

Vſurarius manifeſtus eſt excõmunicatus.

DE manifeſtis uſurarijs. Nota quod uſurarij manifeſti ſunt excommunicati non ſimpliciter, ſed quam ad tria. Quorum primũ eſt, quod ſcilicet non debent recipi ad communionem altaris. ¶ Secundum, quia nec debent recipi eorũ oblationes etſi ſacerdos recipit reddere tenetur, & compellitur, extra eod. capit. Quia in omnibus Ray. uel debet dari epiſcopo ut ſecundum prouidentiam eius uel reſtituat ei à quo extorta eſt uſura, uel detur pauperibus. Hoſtien. & qui recipit oblationem à talibus debet ab executione ſui officij manere ſuſpenſus, donec ad arbitrium ſui epiſcopi ſatisfaciat ut in dicto capitul. Quia in omnibus. ¶ Vtrum autem ſit canon ferendæ ſententiæ uellatæ Hoſtien. dicit quod benignus eſt dicere quod ſit canon ferendæ ſententiæ non latæ. Et hoc tenet Ber. & Ioan. Andr. in nouel. Dona uerò & eleæmoſynæ poſſunt recipi à tali ſi habet alia præter uſuras, ita qđ propter hoc non efficiatur non ſoluendo. Secus autem

autem quando non haberet nisi usuras, quia tunc tales eleemosynæ receptæ, uel dona debent dari eis à quib. usuræ extortæ sunt uel ipsis usuraris reddi. Vl. Tertium est, quia non debent recipi ad ecclesiasticam sepulturam si in hoc peccato decesserint, extra eod. c. Quia in omnibus. Et dicuntur manifesti usurarij, uel per euidentiam facti, puta quia mensam tenent paratam ad usuras uel si de hoc sint in iure confessi aut cuncti. Hostien. Dicunt etiam Io. An. & Arc. q; satis potest dici usurarius manifestus si coram sacerdote, & testibus publice fatetur se usurarium, & usuras restitui mandant forte libros rationum tradens. ¶ Item nota quod si usurarius manifestus est ita pauper quòd non potest idonee cauere de restituendis usuris. Dicit Spec. quosdam tenere, quòd non sepeliatur talis etiam si pœnitent, & sic seruabitur rigor ad terrorem criminis, uel fiat ut dicitur de rapinis, & raptore extra de rap. c. Super eo. Io. Andr. in nouell.

Vsurarius manifestus qui dicatur.

§. 1. Notent confessores.

¶ Item nota quòd manifesti usurarij non possunt recipi ad confessionem, uel ad sepulturã quamuis dicant se uelle restituere, uel etiam si mandent in ultima uoluntate satisfieri, sed oportet quod uel de ipsis sit satisfactum, prout eorum facultates patiuntur, uel saltem quod illis quibus faciẽda est restitutio si præsto sint, aut alijs q illis possint acquirere, uel illis absentibus ordinatio loci, uel nices eius gerenti aut rectori parochiæ ipsius usurarij coram aliquibus fide dignis, aut seruo publico de ipsius ordinarij uoluntate, & mandato idonee de restitutione sit cautum scilicet, quod si quantitas sit manifesta illa exprimatur, alioquin est moderanda arbitrio recipientis eam. Item tamen si sciẽter moderetur minorem tenetur ad restitutionem residui, aliàs nullus debet esse testis in testamẽtis eorum, nec recipere confessionem, uel in pendere absolutionem, uel ad sepulturam recipere, & testamenta eorum sunt irrita ipso facto, omnia hæc habentur in textu extra de usuris cap. quàmquàm. libr. 6. Qui autem dicantur manifesti usurarij habes in 3. parte titul. 25. c. 49. ¶ Idem dicit Pe. de Palu. in 4. simpliciter, & indistinctẽ, scilicet q̃d usurarij in morte mandantes restitui si possunt tunc per se restituere non liberant tum quia ad statim tenentur, tum quia non uidentur habere perfectã bonã uolũtatem quia legata, q; donatio causa mortis facta possunt reuocari. Vnde si usurarius non cauet per talem cautionẽ qua non possit pœnitere non est uere pœnitens. Si autem sic excusat se, & innoteſcat creditoribus exonerando eos, & approbando, quia forte approbare non poterant, aliàs ipsæ nõ sic faceret, quod posset tunc excusatur, quia parua mora est usque ad mortem, uel conualescentiam. Et ex tunc etiam possunt executores in eius procedere ad restitutionem hęc ille. ¶ Et dicit Ioan. And. in ista decre. quod debet satisfieri ei, à quo pecunia est extorta, uel eius hęredi, & illis non existentibus pauperibus erogabitur extra de usuris. Cum tu. Dicit in. Goff. quod in tali casu debet publicè poni edictum in locis, à quorum incolis sunt extortæ, & quòd omnes à quibus sunt extortæ usuræ ueniant, & si aliquid appareat quibus fides sit adhibenda potius restituitur illis, quam pauperibus erogetur extra de homi. Sicut dignum. ¶ Dicit tamen idem Ioan. quod non solum rector poterit ubi habitat usurarius, sed & multomagis rector parochię ubi habitat is cui facienda est restitutio potest recipere dictam cautionem. Præsbyter etiam parochiæ ubi moram trahit usurarius, & si non sit ciuis uel incola, potest recipere talem cautionem secundum Io. An. ¶ Vtrum autem sufficiat præstari illam cautionem cui cunque sacerdoti etiam non parochiali dubitatur, & Io. Cal. consuluit quod sic, & quod ea roborabitur testamentum. Lapus concedit hoc de sacerdote ordinis mendicantium audiente confessionem talium usurariorum, sed de alio sacerdote non parochiali negat, rationem huius diuersitatis assignat. ex eo q; sacerdos de ordine mendicãtium expositus ad audiendam confessionem ex iudex eius qui sibi confitetur à iure datus per priuilegium in corpore iuris clausum, de sepul. in c. dudũ, in cle. & per Episcopum approbatus. Sed alienus præsbyter parochianum alterius audire non potest scilicet sine licentia, sed Lauren. de Ridol. dicit quod ante factum consuluit dictum Lapi, potest factum non audet condemnare dictum. Io. Cal. cum ex hoc nihil de pereat his quibus facienda est restitutio, consulatur̃que pro animabus usurariorum ad sufficientiam. Item dicit ibidem quod seruus publicus hic dicitur tabellio sic dictus, non quia sit seruus, sed quia publicum exercet officium. C. de tabel. l. generali, hic non tamen acquirit actionem extraneo ex sua stipulatione hoc casu nisi faciat de ordinarij mandato. Et dicit ordinarius episcopus loci ubi degit usurarius. Idem tamen in decano archipræsbytero uel abbate qui aliàs iurisdictionem habet de consuetudine in spiritualibus. ¶ Item dicit

In morte quõ dñt usurarij pẽ nitere.

Præsbyter recipiat cautionẽ ab usurario in extremis.

dicit ibidem quod seruus publicus, hic dicitur tabellio sic dictus, non quia sit sensus sed quia publicum exercet officium, C. de tabel. l. generali, hic non tamē acquirit actionem extraneo ex sua stipulatione hoc casu nisi faciat de ordinarij mandato. Et dicitur ordinarius episcopus loci ubi degit usurarius. Idē tamen ī decano archipræsbytero uel abbate q alias iurisdictionē habet de consuetudine in spiritualibus. ¶Item dicit quod nomine ydoneæ cautionis intelligūtur fideiussores uel pignora aliis uerbum cautionis nudam promissionem designat. Si autem pignora uel fideiussores dare non posset sufficit quod cauet extra de sen. ex. c. fin. Et hoc maximē quando est verisimile cum scilicet aliam dare non posse.

¶Item dicit quod si recepta huiusmodi cautione nomine eorum quorum interest usurarius manifestus usuras repetat non audietur, & posset in animarum fauorem episcopus istas usuras repetere, & recipere & soluere illis à quibus petitor extorserat. Et idem si non esset manifestus dummodo posset probari secundum Io. & Gerar qui etiam dicunt, quod ubi petitor est usurarius manifestus, & si hęres non exciperet iudex ex officio suo eū non repellet. Istæ autem qui sic satisfecit si conualescit tenetur restituere ex satisfactione secundum prædictos cum etiam, & prius tenet, extra de usuris. Cum tu. ¶Item quod dicitur testamenta eorum esse irrita intelligitur etiam facta ad pias causas secundum Bar. in l. 1. C. de ss. san. ec. immo dicit idem Barto. id uerum esse nedum in usurarijs manifestis, sed etiam in quocunque, quem constaret ī peccato mortali notorio decessisse ut quia interfectus in furto, uel quia seipsum occidit. 23. q. 5. placuit. Idem etiam de codicillis intelligitur, & de qualibet alia ultima uoluntate secūdum Io. An. Item si prius fecit testamentum, & postea cauet de restitutione secūdum Io. An. in nouel. & Bar. reconualescit tale testamentum, ut in eo dispositā ualeant, & debeantur etiā quod ad sepulturam. Sed si ipse testator post testamentum ante mortem non cauit de restituendis usuris per iustum modum, sed iussit hæredes tantum satisfacere de usuris debere, cautio hæredis de usuris restituendis post mortem testantis emissa nihil ualet, & nihil operatur ad ualidandum testamentum, sed tantum ad sepulturam habēdam alio non obstante. ¶ Nota etiam quod diuersæ constitutiones sydonales sunt in diuersis diœcesibus circa istam materiam quæ inuestigandæ sunt, De excommunicatione quam incurrunt scienter sepelientes manifestos usurarios uel etiam clericos locantes domos talibus non de illis locis oriundis, & de facientibus statuta contra restitutionem usurarū habes infra in 3. parte ti. 24. c. 33. & 49. Et hi omnes peccant mortaliter quia contra canones. Et de dominis uel alijs quibuscunque locantibus domos suas usurarijs ad fenerandum, & sustinentibus in terra sua manifestos usurarios uel collectantibus, uel taleātibus Iudeos uel alios quos sciunt nihil habere nisi de usuris, dicit Pe. de Palu. in 4. q̄ tenetur restituere pecuniam ꝓceptam ab ipsis usurarijs illis à quibus ipsi exigerunt. §.2.

¶Sed quæritur quid iuris de eo q̄ cauere voluit, sed non uoluit morte præuentus ante horam ꝓfectam nec tamen per eum stetit? Respond. super hoc consultus. Bald. de Peru. quod de æquitate canonica puta testamentum tale ualere. §.3.

¶Item quæritur si coram ecclesiastico iudice trahens usurarum creditor debitorem dicēs quod quoddam instrumentum quo corā laico conueniebantur fore usurarium, nil probauit quod pro usuris soluisset illi, sed bene per testes probauit, quod solueret facto cum illo calculo rationis quantitatem in instrumento contenta nunquid imponet illi uicarius silentium ne molestet uigore dicti instrumenti, posito quod in ciuitate sit statutum quod cōtra instrumenta non admittatur probatio de soluto per testes? Fęder. de Senis consuluit, quod non, quia nō est in aliqua parte siu probatum instrumentum fore usurariū, nec q̄ creditor fuerit usurarius.

Testā usurariorum non ualent.

¶Item quæritur utrum sit idoneus testis ad probādum aliquem usurarium, scilicet is qui probat se illi soluisse usuras. Et uidetur quod nō: quia similitudo causæ à testimonio repellit personas, & ad iudicandum. Fęde. de Sen. tenuit quòd non sit idoneus testis, tum quia tales sunt singulates, tum quia de facto proprio deponunt, & sunt suspecti rationes commodi quod ex futura sententia sunt præcepturi Lau. de Ridol. dicit uidisse id sic ꝓpius practicari in episcopali curia Florentina. Sed Bald. de Peru. in quodam simili dicit quod ubi talis testis protestatur ex hoc testimonio aliquod ius quærere quod non admittatur, quia ex necessitate, & certudinaliter expecta commodum, ergo repellitur tanquam in propria re. §.4.

¶Item quæritur si caueat episcopalis cōstitutio quod ad dicta talium possit quis compelli ad usurarum restitutionem, nūquid si aga §.5.

tur

tur ad anulandum teſtimoniũ rigore decretalis, quàmquàm ti. eo. li. 6. reputabunt̃ idonei? Reſpon. Fęde. ſentit ꝙ non, tamen quia conſtitutio exorbitans à iure communi non excedit caſum proprium: tum quia fictio talis conſtitutionis operatur, ꝙ crimen ſit probatum ſed non qualificatum 'prout requirit cõſtitutio.

§.6. ¶Item quæritur quid iuris ſi uſuras poſtulãs contra quem opponitur c. quia fruſtrà extra de uſuris paratus eſt cauere de illis reſtituendis admittetur ac ſi cauerit. Sentit glo. in eo. c. Quia fruſtra, ꝙ nõ niſi caſu quo magna cã contrarium ſuaderet qualis eſt inopia: quæ opinio placuit Io. Si. n. 'propter inopiam repellit ipſum cui debet extra eo. Cum tu. quãto fortius extraneum. Hoc idem firmat gloſa in regula dolo. de re. iu. Nec obſtat illud c. quàmquàm, in ſua alternatione, quia illud verum quo ad euitandas pęnas de quibus in ipſa decretali diſponitur. Et talis ſi nõ inuenit pignora uel fideiuſſores pro cautione ſtatur ſuo ſacramento.

§.7. ¶Item ſi talis habet unde ſoluat uel alias unde poſſit cãuere, & neutrum vult facere cũ oppoſita exceptione; quia fruſtra nõ debeat audiri, quid faciet epiſcopus tunc: permittet ne uſurarium à quo repetebantur, uſuræ illa retinere? Reſpon. Laurẽ. de Ridol. quòd nõ: ſed conſignabuntur, & deponentur quouſque petens res ſuas reſtituat uſuras. Inno. tamen dicit quòd reus ille poterit compelli ait dicę ex officio ſuo reſtituere illis à quibus agens extorſit.

§.8. Nota cõfeſſoris. ¶Item ſi is contra quem excipitur, ꝙ non ꝑt petere uſuras qa ipſe eſt uſurarius, licèt nõ ſit manifeſtus: nunquid nihilominus poteſt repelli? Dicit Card. ꝙ ſic, maxime ſi probetur infra octo dies ar. c. pia. de excep. lib. 6. ¶Sed quid ſi quis in pœnitẽtia confeſſus eſt ſe uſuras extorſiſſe, ſed hoc eſt occultum, nunquid ſacerdos debet iſti negare ſepulturã hęredibus non uolentibus ad dictum eius reſtituere? Reſponde. quòd non, quia non debet illũ publicare, de pœ. & reg. cap. Omnis. Item ſibi id dicenti non credetur. 6. quæſtione ſecũda Placuit. Taceat ergo, ut 2. quæſtione ſeptima plerunque. Debuit autem illum ſacerdos inducere ut coram teſtibus confiteretur, & caret, ꝙ ab hæredibus exactio fieri poſſit. ¶Itẽ nota, ꝙ in directorio iuris dicitur, ꝙ quãuis uſurarius mentalis ſit inducendus in foro pœnitentię, quod reſtituat per cap. conſuluit, de uſuris, & in foro eccleſiæ iudicandus malè agere inducendus tamen eſt, & non compellendus in iudicio eccleſiæ per cenſuras, uel alias pœna ut ſic accepta reſtituat nec ut uſurarius puniendus eſt. Hæc Ber. Innoc. & Oſti. & Goff. Quod facit pro materia depoſitorum ubi eſt communiter uſura mentalis. Non tamen tales abſoluendi ſunt niſi tales contractus dimittant, & ſic receepta reſtituãt ut in cap. conſuluit. ¶Item pone, quædam communitas indiget pecunia, & imponit cuilibet præſtantiam ſcilicet mutuo promittens & obligans præſtantibus certa pignora, & certum lucrum, nunquid præſtantes committũt uſuram? Reſpon. ex quo coacte faciunt, & forte propter hoc multam incommoditatem incurrunt, id eſt ꝙ libenter ab hoc ceſſarent ſi poſſent non eſt uſura. Sed iuxta hoc eſt aliqua dubitatio uidelicet, quod ſi poſtq̃ ciuis primo præſtitit, ueniat ſecundus, & emat iura à primo pro minori prœcio eo, ꝙ ſoluit, nũ quid ille ſecundus committit uſuram? Reſponde. ut in præcedenti. §. Bartho. in Piſa. Sed diffuse habes iſtam materiam in capitulo ſequenti.

Capitulum 10. de materia montis in Florentia imprœſitorum Venetiis, & locorum Ianua. Vtrum liciũ ſit recipere tales redditus, quos communitas concedit annuatim ſoluentib. prę ſtantias, & an liceat emere talia iura.

VIdẽdum eſt etiam de lucro, ſeu redditu annuali, quem reddunt quædam communitates ciuibus ſuis pro collectis ſeu præſtantijs ſolutis ibi per eos, quæ diuerſimode nominantur in diuerſis locis. Nam Florentiæ dicuntur denarij montis. Venetijs dicuntur impræſtitæ. Ianuæ dicuntur loca. ¶Et Florentiæ quidem hoc ſeruatur. Circa iſtam materiam. Ciuitas indigens pecunia ciuibus ſuis onera imponit, quæ uulgariter ibi dicuntur præſtantiæ ad quos ſoluendas quilibet inuitus compellitur ſtatuitq̃ue ciuibus quouſque reſtituat ſortẽ ſeu capitale ſuum quinque dandos pro centenario, & ita de facto, & diu obſeruauit, obſeruatq̃ue quotidie, appellanturq̃ue tales creditores montis. Et cõtingit aliquando quod dictis creditoribus uel ab eiſdem iura habentibus fuit tantum reſponſum de acceſſione prædicta ueræ ſortis, & per tantum tempus, ꝙ aliquando acceſſio adæquata eſt ſorti, aliq̃n non in totũ, aliq̃n excedit ſortẽ. Et inſup

Modus montis Florentiæ.

nta-

maximè ad omnem dubitationē tollendam & exonerationem cōscientiæ cuiuscunque, & vt tollatur omnis nexus quo quicūque de ciuitate, vel comitatu Florentino pro inscriptis,uel eorū occasione ligatus, uel astrictus quolibet diceretur quo ad Deū cōscientiā vel ad mūdum,statuit,q; quicquid prouisum est per ordinamenta dicti communis,dari debere talibus mutuantibus ad dictam rationē pro damnis & interesse seu prouisione, uel merito dictorū creditorū intelligatur dari debere & recipi,& detur & recipiatur : & peti & recipi possit per spōtaneo mero libero donō,& donationis titulo,& taliter recipiat, & recipi intelligatur quilibet talis creditor à cōmuni prædicto,& nihilominus etiam pro dānis,& uero interesse, & pro aliquali remune ratione, & vt benefacientibus bene fiat, & ita & taliter illud totum recipiat unusquisq; talis creditor sicque petere,& exigere valeat quod nullatenus ad restitutionem aliquā teneatur etiam quo ad conscientiam, uel ad Deum illudque sic receptum absq; alio grauamine,vt sibi uere donatū licitè ualeat obtinere. Statuitque insuper ipsa cōitas huiusmodi talia credita cum iure percipiēdi huiusmodi accessiones alienari posse in alios, cum hoc tamen pacto,quòd ipsi communitati redimere liceat dictum debitum soluēdum debitori pro redemptione dicti iuris ad rationem.27.pro centenario,& quòd talis creditor teneatur reuendere dicto cōmuni ad omnem eius uoluntatem remanenti dicto creditori lucro facto usque ad tempus dictæ reuēditionis, hæc omnia ab illo loco . Et insuper maxime habetur ex quadam reformatione ciuitatis,quam recitat prædi.Lau.de uerbo ad uerbum.¶Circa istam materiam occurruut plura dubia super quibus consulti plurales magistri in theologia ordi.pred. mino. & hæremi.ac etiam docto. canonum diuersa & contraria responderunt, & scripserūt. Nō ueriſſimē autem scripsit super materia, ac satis diffusè dictus Laur.de Rid.in fine tractatus quem fecit de vsuris,vbi ēt potuit tractatus aliorum, de ista materia sup qua format 8.quæstiones,& hoc ordine.¶Primo,utrū recta cōscientia possint talia onera iudici, & ad eorum solutionem compelli cum assignatione incrementi prælibati. ¶Secūdo utrum dicti soluentes onera memorata licite tale percipiant incrementum . ¶Tertio , posito quod non . Vtrum uigore donationis , & remissionis, & liberationis supradictæ excusentur a restitutione,& liberētur à peccato .

Aliud statutū Florēti.

Quæstiones usurarum . Lau. de Ridol.

¶Quarto . an dicti soluentes licitè uendant ius quod habent in dicto monte uigore talis crediti . ¶Quinto.vtrum alij ab eis licitè emant . ¶Sexto.posito quod sic,utrum licitè percipiant incrementum, quod percipiebant dicti creditores. ¶Septimo, quid de illis qui pro alijs a quibus quandoque certam quotam pro quolibet floreno , quandoque nihil percipiunt soluunt præstantias,& in illorum loco quo ad tale creditum distribuuntur.

¶Octauo quid si communitas sic nouos sibi constituat creditores , puta quia uendit annuum redditum ad rationem qua respondet creditoribus montis ad uitam ementis, & alterius ab eo nominandi cum pactis de quib. supra in fine casus.

¶Circa primū magister Guido de Bello Regaldo generalis ordi.hære.consultus,respondit indistinctè quod lex statuens tale lucrū non est licitè instituta,& ideò non obseruanda, sed abolenda,probat,quia in diminutionem reipublicæ, & per consequens mala patet antecedens , quia iam finaliter communitas soluit culpam pecuniam,allegat. distinct. 3.Priuilegia,§.officium,& cap.sequen . Item quia lex talis non est iusta nec utilis , ex quo continet plus priuatum bonum singularium personarum,quam publicum ipsius communitatis contra illud c. Erit autem lex. dist.4. Item quia assignatione dicti incrementi inuitantur per ipsam legem homines ad peccandum, quia inducit eos ad recipiendum vltra sortem.Et si dicatur quod lex talis est instituta propter bonum ciuitatis custodiendū , & protegendum ad habendum pecuniam pro gentibus armorum in custodiā, & protectionem ciuitatis, & sic non mala:sed bona est . Respondet magister prædictus quòd his nō obstantibus firmæ manent rationes supra positæ eo, quòd aliter & sine peccato potest ciuitas defensari . Nam subsistente necessitate potest à sibi subditis etiam in uitis iustè exigere auxilium tam pecuniarum , quam personarum , & ipsi ad illud præstandum obligantur , & quantum præstant tantum secundum regulam iustitiæ & non ultra rehabere dicunt, & sic faciendo minus in expensis dicta communitas grauabitur,quod est propositum.Hæc di.Guido.¶ Sed Laurent. de Ridol.in dicto tractatu tenet contrarium, scilicet quod dicta lex siue statutum non sit illicite factū. Et pro ratione inducit illud qđ dictum est supra scilicet quia instituta est dicta lex propter bonum ciuitatis custodiendum &cæt. Et ad id quod Guido prædictus dixit

§.2. Opinio domini Guidonis.

Opinio Lau. de Ridol.

ad

ad deſtructionem illius rationis . Reſpondet.quod etſi communitas ualeat compellere ciues ad mutuandum abſque eo quod ſtatuat aliquid dare ultra ſortem,tamen nō omne poſſibile eſt uolibile . Sæpe namque multa poſſumus quæ pro bono reipublicæ,& pro fugendo ſcandalo non facimus,& merito ar. 2.quæſt.1. In primis,cum ſimiles coactiones quidem difficiles frequenter conſueuerunt exitus habere extra de ſpon.Requiſiuit . Et melius eſt cum aliquali conſcientia , & pace omnium ſuis neceſſitatibus prouidere , quā per huiuſmodi coactiones , & uiolentias nō ſine forti , & graui ſcandalo , quo ſiquidem enormiter ex hoc experientia media damnificari quotidie cernimus immo , & multos funditus deſtrui , & ad extremam pauperiē deduci , qui ex hoc ſaltem æqualiter ſubleuantur, & conſolantur , quod dicta quinque percipiunt annuati . Et niſi hoc eſſet in deſperationem forſitan ducerentur, & in rempublicam machinarentur , & in graue animæ ſuæ , & corporis ſui diſpendium, & reipublicæ periculum. ¶Et ſi dicatur talibus, & non alijs ſi lex prouideat bene eſt. Reſpondeo quod lex debet eſſe cōmunis pro reipublicæ utilitate ne aiij ſcrupuloſo corde moueantur,& durum foret atque difficilevnum diſtinguere ab alio . Hæc Lau.per quæ deſtruit primam rationem dicti magiſtri. ¶Præterea intereſt reipublicæ erga ſuos ciues taliter ſe habere quod non deducātur in pauperiem, ut cum alias opus fuerit ſibi ualeāt ſubuenire.Si ergo in damni reſtaurationem, uel ex liberalitate ut alliciantur ad bene ſe habē dum erga rēpublicam aliquid gratis donat,& ſic indubiè utilitas reipublicæ procurat quare illud improbandum eſt . Hæc Lau. p quæ deſtruit ſecundam rationem prædi. magiſtri ad quam ſecundo faciebat in oppoſitum .

Ad ſecū dā ratio nem.

Ad tertiam .

¶Quod etiam homines inuitentur ad peccādem ex dicta lege vt aliegabat dictus magiſter in tertia ratione,negat Lau. conſiderato .n. (dicit ip ſæ) quod ſi q̄s uellet ſua pecunia uti illicitè plus lucraretur,immo etiam in licitis quinimmo, & in poſſeſſionibus quæ magis ſecutæ ſunt quam communitati mutuare: non eſt dicendum quod per hoc quod quiq; dari ſtatuuntur inuitantur homines ad uſuram riè mutuandum, maximè cum dubium ſit nedum de lucro etiam de ſorte principali ne p datur capitale . Et per hoc etiam tollitur quædam alia ratio prædicti magiſtri in qua dicebat , quod propter commune defenſandum non eſt licitum facere aliquid uñ Deus offendatur unde nec uſuram facere uel ad uſuram inducere non diſpoſitum ad hoc ue in caſu noſtro . ¶Sed reſpondetur(ut iā dictum eſt) & plenius infra dicetur, quod ibi non eſt contractus uſurarius inter ciuitatem & ciuem recipientem ad rationem.5. pro cē tenario pro ſolutione dictæ communitas in preſtantijs.Item ſi quis uellet adhuc dicere tale impoſitionem onerū illicitam , ex eo q̄ huiuſmodi onera ſine principis iuſſu indici nequeunt,ut.l.1.C.de exac.tribu.Reſpon.di. Lau. quod ſi generalem collectam cameræ ſi ſcali applicandam nemo poſſit imponere ſine permiſſu principis,ut in præallegata.l. tamen collectam ſpecialem unaquęque ciuitas & uniuerſitas pro neceſſitate ſibi incumbente indicere poteſt,ut.l.Qēs.C.de oper. pub. Et ſic Laurentius concludit iſtud ſtatutū eſſe iuſtum.

Adquartam.

¶Quantum ad ſecundam quæſtionem cum ſcilicet quæritur, an dicti ſoluentes dicta onera licite præcipiant incrementum . Reſpōdet magiſter Gre.d Ari.generalis hęrem.tractās hanc quæſtionē,& dicit ſic diſtinguēs. Inquirendum de intentione mutuātium, aut enim tales recipientes huiuſmodi lucrum aliquam intentionem lucri habuerunt aut nullam. Si aliquam, & tunc dicas tale lucrum fore uſuram,& ſic mutuantes , & recipientes ſcilicet ultra ſuum teneri ad reſtitutionē ſi poſſunt , & ſi non poſſunt peccant mortaliter,ſi nō habent intentionem reſtituendi cum poterūt , & hoc ſiue talem intentionem lucrum recipiendi habuerunt tempore facti mutui,quia ſcilicet cum mutuant propter lucrum percipiendum mutuant,ſiue tempore illo tantum quod lucrum recipiunt,ſcilicet quia cum recipiunt illud recipiūt propter lucrum prius factum,& idem ſi prius quandocūque. Probat aūt hoc ſic ex diffinitione uſuræ, ſic enim ipſi diffinit. Vſura eſt lucrum ex mutuo intentum,ſed ſic eſt in propoſito,ergo &cæt.Et ſi quæratur quomodo deprehendatur talis mutuantium intentio? Reſpon.ſecundum eū inquirendo de intentione communitatis tale lucrum dantis uel dare ſtatuentis, quantū illud dat vel dare ſtatuit ratione mutui recepti ſeu alterius retinēdi uel non ratione mutui ſed alia ratione uel cauſa. Et primo caſu ſi ipſi mutuātes talem intentionem ſciūt uel credunt uſura eſt & peccatum, & ad reſtitutionem tenentur. Conſentiunt enim ſic recipiendo intentioni communitatis dantis,& ipſi ratione mutui,& propter mutuum lucrum intendunt, immo & ſi tunc non haberent huiuſmodi

§.2.

Primo .

Secūdo.

iusmodi credulitatem, vel scientiam, habent tamen postea post receptionem in successu temporis, nihilominus ad restituendum illa Tertio. prius habita obligantur, ¶ Nam ex quo propter mutuum communitas illud dat alias nõ datura, non est iuste acquisitum recipientib. nec in eo est translatum dominium dicti luceri. Quinimmo ulterius dicendum secundũ eum, quòd si communitas non propter mutuum dedisset, & tamen ipsi putarent eã propter mutuum dedisse proculdubio peccarent non restituendo immo plus quia si nec ante nec tunc nec postea talem habent scientiam, vel credulitatem de intẽtionem communitatis, nihilominus si ex aliquibus indicijs poteſt eis innotescere intẽtio communitatis, vt forte ex eo quod mutuantibus statuit dare tale lucrum, & plus mutuantibus plus dari, & non obstante quod alij ciues similia vel maiora bona communitati contulerit, id tamen in eis non statuitur nec aliquam remunerationem consimilem consequuntur, vel ex probabilibus alijs argumẽtis quę cum possunt nolunt aduertere, vel inquirere huiusmodi tales minimè non sunt obnoxij cum affectata ignorantia non excuset. Si verò isto. uel alio casu recipiens nullam haberet lucri intentionem, neque intentio dantis propter mutuum posset ullo modo ex exteriorib⁹ in dicijs apparere siue comprehendi, & dans diceret prorsus non propter mutuum, sed ex liberalitate dare, quia recipiente nulla uidetur corrupta intentio immunis esset a peccato ipsę recipiens, & retinens, & ipsum lucrũ non est usura, quia non fuit nec intentum ex mutuo. ¶ In secundo autem principali membro primæ distinctionis scilicet quando nullam intentionem lucri habuerunt mutuantes, & recipientes, dicit ipse Grego. quòd si prorsus nec ante nec tunc nec postea illam habuerunt, nec insuper ullo tempore sciuerunt uel crediderunt communitatẽ propter mutuum lucrum aliquid dare uelle, nec intentio communitatis dãtis propter mutuum dare facit, nec ex ullis poteſt indicijs exterioribus apparere quod propter illud dedit, & dans dicebat se prorsus non propter mutuũ sed ex aliqua rationabili causa dare, ut puta propter restaurationem damni quod forsitã mutuantes inde perpessi sunt, uel propter beniuolentiam quam ipsi mutuantes communitati in mutuando ostenderũt, vel etiam ex mera liberalitate communitatis, tunc nullam committerent usuram, vel peccatum nec ad ullam restitutionem tenentur, non enim est hic dare lucrum intentum ex mutuo, quia in primo casu lucrum censeri non debet, sed potius quædam damni restauratio, ad quam & non de usura tenetur ipsa cõmunitas, quæ fuit ipsius causa compellendo ad mutuãdum propter quod ipsi damnum perpessi sunt facit hoc. c. Peruenit, de fidei. Et hoc si ex illa causa tantum tale damnum incurrent, alias secus & intelligit ut ipsæ declarat in processu dictæ quæstionis non solum de damno qđ consistit in diminutione præhabiti, sed etiam de damno quod consistit in non acquisitione lucri polliciti, vel sperati quo ad inuitè uel coactè mutuantes, ut dicamus quòd tales sic coactè mutuantes, ex tali mutuatione de lucro impediti, quod licitè negociando uel alio modo licito acquisiuissent licitè possunt exigere uel recipere recompensationem sui damni secundum iudicium discretum prudẽtis viri considerantis simul quantum eo tempore alij similem negociationem uel artem exercentes cum æquali pecunia communiter lucrati sunt, habita etiam consideratione ad hoc quod laborem non impedit nec periculum subijt in huiusmodi casu negociationis, vel artis exercendæ propter quod & minus debet habere. ¶ Si autem ulterius quæratur quid præsumendum sit in casu isto, utrum communitas dictum lucrum impendat pro restauratione damni, nec ne? Ad hoc respondet prędictus magister. Greg. quod non scilicet pręsumitur quod det propter restaurationem damni, sed potius propter mutuum, & hoc probat ex eo quòd omnibus mutuantibus datur dictum lucrum nec est uerisimile quod omnes damnificentur siue damnum patiantur ex mutuo a se facto. Sed etsi aliqui damnificentur non tamen est uerisimile q. æqualiter immo satis est possibile, quod qui minus mutuauerunt maius damnum passi sunt, & tamen minus datur eis, quod nequaquam contingeret si propter restaurationem damni darentur. Similiter nõ uidetur, quòd ex beniuolentia dare præsumatur seu causa remuuerationis beniuolentiæ quam sic mutuantes in mutuando ostenderent communitati, quia si propter illam daretur certe plus daretur ei in quo maior affectus beniuolentiæ probarent quod non fit. ¶ Præterea illud Quarto lucrum non datur, quando sors est soluta, & communitas est à debito liberata, quo tempore magis posset liberaliter estimari, sed qñ adhuc debitum manet, ex quo satis præsumi potest, quod propter mutuum tribuatur. Si tamen secundo rei veritatem propter remunerandam

Declaratio secũdi membri principalis.

Resolõ pulchra

randam beniuolentiam communitatis illud daret : laudabiliter illud ageret, & licitè etiam quibus daretur reciperent, ſicut licitè amicus recipit ab amico beneficium. Non enim propter mutuum & gratiam factam communitati debet fieri peioris conditionis, hæc omnia ſupradicta ſunt verba magiſtri ſupradicti licet abbreuiata. Ex quibus ut dicit. Lau. qui ipſa recipit colligitur ipſum magiſtrum ſentire q̃ dicti primi creditores minus licitè tale recipiant incrementum, id eſt ultra ſuum capitale cum intereſſe & ad reſtitutionem teneãtur. ¶ Alius magiſter & generalis ordin. hæremi. ſcilicet frater. Guido. de quo ſupra in præcedeni. §. conſultus de dicta materia quaſi ſimilia reſpondit concludens quòd non ſolum à creditoribus talis pecunia ultra ſortem principalem accepta ab eis eſt reſtituenda, ſed etiã ab eorum legatarijs & hæredibus uel emptoribus ex quo enim talis cõtractus eſt in creditoribus indebitus & illicitus erit & per conſequens in eorum ſucceſſoribus. Probat autem dictum contractum eſſe illicitum, quia ut uſurarium ex pluralibus. c. quæ habentur 14. q. 3. Alia opinio. Præcipue. cauſa Pleri. & cap. Vſura. ¶ Item reſpondit & ſcripſit frater Iohannes ChenKoth eiuſdem ordi. ſed vt refert Laur. in prædicto tractatu hanc quæſtionem diſputando quidã magiſter Anglicus ordi. prædi. firmauit & determinauit contrarium : ſcilicet quòd licitè recipiatur dictum incrementum à ſoluentibus modo quo declarabitur. Et idem dicit tenuiſſe & ſcripſiſſe alium magiſtrum ordin. mino. ſcilicet magiſtrum Franciſcum de Empol. ¶ Idem tenuit. Pe. de Ancha. in ſimili materia diſputans, ſcilicet de impræſtitis Venetorum & plures alij iuris profeſſores. Quam opinionem communiter ſequuntur p̃dicatores & minores rationem huius aſſignat prędictus Lau. reſpondendo ad argumẽta facta in contrariũ unde ſic dicit. Credo alio non dato tales mutuantes nedum ſic coacte, ſed etiam ſi uoluntariè mutuant dummodo ex charitate non autem ſpem in lucro ſeu incremento propriè & principaliter, & ſi ſecundario mutuent immunes eſſe à peccato, & uſurarum uicio nec illi ſortè reſtitutioni obnoxios. Sunt nanque aliqui, qui forſitan ex cauſa lucri quod intendunt primo loco ad ſic mutuandum mouẽtur & ſic de his nulla dubitatio, quia ſcilicet uſuram committunt ex quo principaliter lucrum intendunt. Sunt & alij qui principaliter mouentur ex charitate quæ afficiuntur reipub. uel quia coacti aliter facere nequeunt & de his eſt ſermo noſter, & hi non uidentur peccare, ratio eſt quia tunc quis uſuram committit recipiẽdo aliquid ultra ſortem quando ſpe lucri motus principaliter mutuat, non autem quando non ſpe lucri principaliter & ſi ſecundario, & hoc niſi iam debitor coactus incrementum ſolueret uel inuitus, ſolutioniſq̃ tempore uel prius id in noticiam deueniſſet creditoris. Sed in caſu noſtro non ſpe lucri principaliter quis motus cõmunitati mutuat, immo ut communitati impe ranti pareat pœnaſq̃ inflictas effugiat uel charitate & amore ut illi ſuis neceſſitatibus ſubueniat, aliàs nullatenus mutuaturus : & merito cum in alijs pecuniam iſtam expendendo longè plus ueriſimiliter lucraretur & magis liberè pluriſq̃ ualoris foret nec coacta eſt communitas, quia cogi non poteſt à ſuppoſitis, nec inuita ſoluit ipſa communitas ſedex ſua ſpontanea uoluntate iuſte honeſtè & rationabili cauſa regulata, ut in expræſſione caſus ſupra demonſtratur quin etiam, & ſi inuitè ſolueret, id tamen creditoribus non conſtat, maximè cum contrarium in iam dictam reformatione aſſeuerat communitas ipſa & in incertis non in certis locus eſt coniecturis. ff. de uerbo. obliga. l. Continuus licite ergo recipiunt, ergo &c. Si tamen huiuſmodi creditores in oppoſitum conſcientia remorderet illamq̃ deponere ac iuri conformare nequirent & ſi uti ſimili inquit Hoſti. ſcrupuloſa ſit potius quam theologica, ſatisfaciant omnimode conſcientiæ ſuæ. Ad rationes autẽ magiſtri. Gr. ſupradicti ſic rñdet eas deſtruendo. Nam cum ipſe diffiniens uſuram dicat q̃ ſit lucrum ex mutuo intentum : diminute eſt data dicta diffinitio: quia lucrum intentum ſecundãrio non aũt principaliter in mutuo non inducit uſurã ſm cõmunem opinionẽ & ſimiliter ponẽs ſpẽ in lucro ex mutuo facto ſecundario nõ principaliter non cõmittit uſurã niſi inuite uel coacte ſolueret debitor, & illud ſciret uel crederet quod nõ contingit in caſu noſtro, quia nec communitas quæ eſt debitrix cogitur nec inuita ſoluit nec principaliter ciues uidẽtur moueri ad mutuandum ratione dicti lucri annualis. ſ. 5. pro centenario. quãuis illud ſperent & exſpectẽt, q̃a maius lucrũ poſſunt ſibi per alias uias procurare ut dictum eſt. Ad illud aliud quod dicebat magiſter ſcilicet q̃ intentio mutuantium regulatur ex intentione communitatis quæ ipſis mutuantibus non patet non eſſe nota. ſ. quòd talis intentio ſit deprauata, quia dat illud lucrum propter mutuũ ergo uſura. Reſpondet Laur. quòd id nõ ſemper ſequitur unde diſtinguit quod propter

Adde Ang. in trac. ſuo malefic.

Reſponſio ad argumẽta.

Ad ſecũdum.

mutuum aliquando potest dari aliquid ut vsura & aliquando non ut usura, sed donum gratuitum tantum non ex ipso mutuo sed ex seruitio sibi impenso, & commodo exinde percepto uel lucro consecuto uel ex animi nobilitate quadam, & si sic dari sciat uel credat recipiens non peccat. An autem sic credere teneatur uide supra in. §. ¶ Et cum dicitur quòd ista non videtur fuisse intentio communitatis, quia si hoc esset uerum plus daretur illi qui maiorem quam minorem beniuolentiam ostẽtasset erga communitatem non habita consideratione ad quantitatem pecuniæ, sed beniuolentiæ & similiter plus illi daret qui ex tali mutuo plus fuisset damnificatus quod utrunque de facto cum seruatur. Respondet quamuis æquum foret hoc, sed non possent hæc de facili in notitiam communitatis deduci, & ne alij scrupuloso corde moueatur, & scandala atque inuidię oriantur si ad imparia iudicarentur, ideò sic pariliter, & ex memoratis causis mota omnes tractare decreuit, & bene argumentum quinquagesima distinctione. Vt constitueretur. Sicut consimili uidemus quòd in collegijs magistrorum, & ordinatorum, qui prior est in tempore prior est in sede & alijs non habita distinctione an primus sit doctior secundo. Inficiari autem non possumus, quin saltem ratione lucri cessantis unusquisq; ciuis damnificetur. Et cum quilibet compellatur ad soluendum: quia nemo libenter mutuat: & talibus secundum dictam magistri ipsius sit fienda talis damni restauratio, ergo concluditur quòd nemo est qui non debeat tale lucrũ ut interesse consequi, & licitè si datur recipere possit. Difficile autem esset communitati & quasi impossibile habere notitiam plenã quãtitatis uel beniuolentiæ qua mouentur ciues ad mutuandum uel damnorum quæ inde sustinent ut secundum illa fieret quantitas recompensationis.

¶ Item ad illud ex quo dicebat magister præsumi contra communitatem de intentione qua dat illud lucrum: quia scilicet propter mutuum ex eo q̃ communitas postquam soluta est uera sors & à debito deliberata non confert ultra tale lucrum. Respondet quòd licèt ultra non conferat non sequitur ergo ut usuram tribuat, cessat enim tunc damnum in mutuante, cessat commodum in communitate, & satis ex impenso seruitio remuneratus est mutuans, aliàs, diceretur in simili usuram committere is qui liberaliter mutuauit mille florenos mihi mercatori, sine ulla principali intentione uel spe remunerationis & ego qui tenui illos per 40. annos uel ex quibus lucratus sum mille licitis mercantijs ex liberalitate & optima ductus discretione uidens, quia ex illis lucratus fui sibi tãtum donaui 8. .pro centenario sub quolibet dictorum annorũ 10. quos non donaui in anno 11. quia mille cum quibus lucrari consueui iam sibi restituui, cuius contrarium est ipsa ueritas. ¶ Mouet etiã dictus Lau. tale dubium facti circa prædicta, q̃ ibi sæpe contingit uidelicet. Indicitur onus præstantiæ uel accõmodati cũ incremento siue lucro condecenti & consueto s. 5. pro centenario annuatim percipiendo duntaxat personis quæ infra certum tps soluerent, nũquid soluentes infra dictum tempus qui aliàs infra illud tempus non soluissent peccant in tantũ, q̃ ad restitutionem tenentur eius q̃ perceperint ad rationem prędictam. Item indicitur onus de mense Nouembris & statuitur q̃ is q̃ soluerit infra mẽsam incipiat dictum lucrum in Kal. Ian. qui uerò soluerit prius mensem incipiat in Kal. Septembris, peccant ne & ad restitutionem tenentur soluentes infra mensem qui aliàs infra illum non soluissent? Respondet q̃ quamuis cum non tenet principale nec accessorium quod illius sequitur naturam, de re iu. Accessorium lib. 6. non tamen sic ecõuerso, sed sæpe permittitur quod accessorè quòd principaliter reprobatur de præben. Per litteras, in cle. Ad propositum autem, ex quo mutuũ in casu nostro quod est principale non est corruptum, quia ad mutuandum non sunt tales inducti spe uel intentione propria dicti lucri sed ex charitate, uel coactione absit ut corrumpantur accessoriũ, sicut est illud pri°, s. infra mensem ad mutuandum ut percipiat uel citius lucrum memoratum, ex quo enim tale lucrum licitum est non est malum illud appetere. ¶ Insuper facit prædictus Lau. circa lucrum annuale quod dat communitas ipsa mutuantibus quandam distinctionem an scilicet det quinque pro centenario ut communiter fit ab ea, an. 8. uel 20. sicut fit aliquando in accomodatis, & præstationibus? Distinctionem etiam facit inter ipsos recipientes siue quinq; pro centenario, siue 8. uel 10. Nam quo ad lucrum concedens, & ac consuetum dari, scilicet quinque pro centenario, si tali statuto annuentes omnes uel aliqui ad suum priuatum commodum respexerunt vsuram in foro conscientiæ committunt tales, scilicet annuẽtes ex tali respectu, sed aliàs etiam si non ex tali respectu propter bonum finem si non sine illis sufficerent ad sic statuendum. Alij autem non statuentes quo ad tale consuetum

Propter mutuũ aliquando põt dari aliquid ut usura.

Ad tertium.

Ad quartum.

Quęst.

Distinctio de lucro.

ſuetum lucrum, & condecens, nec etiam ipſi ſtatuentes qui ad publicum commodum dũ taxat reſpexerunt. Quo autem ad lucrum inuſitatum, & inconueniens quatenus eſt dare exceſſum ſcilicet octo uel decem pro cent. in quo non liberalitas uel damni reſtitutio, ſed compulſa, & neceſſitata uoluntas interuenire præſumitur, indiſtinctè fortè dicendum eſt quòd quilibet peccet, & uſurarum uitio inuoluatur recipiendo niſi iam quis tantum, & tale damnum incuriſſet, quòd aſcederet ad illud plus ſtatutum dari ultra conſuetũ quod ſi in aliquibus contingere poſſet non tantum in omnibus, ut uidemus experiẽtia mediãte. In quibus ergo non contingit ſtet regula ſupraposita: cum nec liberalitas, nec dãnificatio ſeu intereſſe ratione damni hoc caſu concurrant, & ſi nequeunt iuuari ratione legis, quæ debet eſſe communis, &c. ut ſupra dixi in alio caſu in quibus autem tale damnum contingit procedat exceptio.

§. 3. ¶ Quantum ad tertium articulum quo quærebatur utrum præſuppoſito quòd dicti ſoluentes, ſeu mutuantes non licitè perciperẽt tale incrementum an uigore donationis, remiſſionis, & liberationis ſupradictæ excuſentur à reſtitutione, & liberentur à peccato.

Liberantur reſtitutione ſed non à peccato. ¶ Reſpondet. Laurent. prædictus quod utique per illam donationem liberantur à reſtitutione, ſed non à peccato. Ad hoc enim ut tollatur peccatum contritione opus eſt, & pœnitentia quæ fieri poterit abſque illa reſtitutione, quia reſtitutum cenſetur ablatum uirtute remiſſionis prædictæ. Et ſic non obſtat dictum Auguſtini quod ponitur in regula iuris, peccatum, libro ſexto, ut declaratum eſt ſupra. Et hanc concluſionem etiam amplectitur dictus La. de Caſt. in repetitione decret. in ciuitate de uſuris. Sed ego dubito iniquit ipſæ Lau. an ſibi locum uendicet dicta concluſio in eo qui ſtatuit uel decreuit vna cum alijs de populo ta[illegible]remiſſionem uel liberationem fieri, & illam fecit, & credo quòd non in foro conſcientiæ ſi habuerit reſpectum ad commodũ uel intereſſe ſuum, & hoc ſi aliorum conſenſus ſine ſuo non ſufficiebat, alioquin ſecus quo ad reſtitutionem, ſed aget pœnitentiam eo caſu contritione præcedente non ſolum de peccato quod commiſſit ad uſuram mutuando quod non tollitur per ſolam remiſſionem: quinimo nec per reſtitutionem actualem, ſed etiam de eo quod non erat paratus reſtituere, & ſi remiſſio facta non foret ſed in peccato perſeueraret ex quo peccatum augetur de conſuetud. capit. final. quod præſumitur ex dictis cum per exteriora de interioribus præſumatur, de præſum. capit. Ex ſtudijs, cum ſimi. Re autem aliter ſe habete pœnitentiam agat de peccato tantum, & in hoc ſuæ conſcientiæ relinquitur. Res enim ſua agitur.

¶ Ad quartum autem articulum tranſeundo uidendum eſt. An uidelicet dicti ſoluentes licitè uendant ius ſuum quod habent in dicto monte uigore talis crediti. Ad quod reſpondendum eſt ſecũdum magiſtrum Gregoriũ in dicto ſuo tractatu, quòd ſi tantũ quantum mutuauerunt perceperunt in eo lucro quod illicitè à communitate perceperunt non poſſunt, quoniam iam exinanita eſt uera ſors ad quod allegat capitulum primũ ex cod. tit. Si non tantum ſed minus, tunc uendere poſſunt quantum ſupereſt, & ſi totum: ſupereſt: quia nihil perceperunt, uel ſi aliquid non propter mutuum: ſed aliàs licitè iuxta ſupradicta poſt eum totum uẽdere poſſunt. Et idẽ in dicto capitulo. In ciuitate. ¶ In ſecundo quæſito primæ principalis quæſtionis firmat dictus Laurentius de Caſti. prædictus, & ego idem dico in genere. Fateor ſiquidem quòd quicquid iuris habẽt in dicto mutuo uel ad dictum mutuum ſuper dicto monte licitè uendere poſſunt. Ad ſpeciem autẽ deſcendendo dico, quòd plus iuris habent ſuper dicto monte ex mutuo quam prædicti ſenſerint: quia quod illicitum reputant in quibuſdam licitum affirmaui ut latè patet ex his quæ ſupra diffusè ſcripſi in ſecundo dubio principali, & ſic plus uendere poſſunt quam ipſi ſenſerint. Et procedit dubium prælibatum circunſcripta remiſſione de qua in dubio proximè præcedenti, illa ſiquidem operatur, quòd in nullo ſors extenuarur ex lucro & ſic uendere poſſunt illud ius quod habent, & quod à principio habuerunt.

Alia opinio.

Cum Laurenti. tenent Magiſter Franciſcus de Empol. ordinis minorum, & Petrus de Ancha. & quidam ordinis Prædi. ſcilicet, quòd ſimpliciter uendere poſſunt dictum ius, ſed cum Gregorio prefato ordinis hæremitanus tenent magiſter Guido, & frater Iohannes ordin. eiuſdem, & quædam alij ordinis Prædicatorum. ¶ Quintum pro nunc dimittendo quia ultimo ponetur cum prolixius cæteris ſit tractandum.

§. 5. ¶ Quantum ad ſextum cum uidelicet quæratur. Vtrũ præſuppoſito quòd licèt tale ius quod habent in dicto mõte ſoluẽtes uẽderẽt

& ementes emant licitè percipiant dicti emẽtes illud incrementum. quod prius ipsi uenditores percipiebant. Respondet prædictus Laurent. de Ridol. quòd in omni casu quo primo loco mutuans à communitate licitè aliquid percipit illud idem licitè uendit illudque licite emitur, & percipitur, siue sit sors, siue acceſſio siue lucrum uel quo nomine uelis nuncupare, & hoc satis intelligo circunscripta fraude, & intentione deprauata. Et idem tenet Petrus de Ancha. in quæstione de impræstitis. Venetorum quam allegat & ipsæ Laurent. idem quoque sentit magister Franc. ordin. hæremitanus consulit ipsæ tamen Laurent. quia dubium ideo ab huiusmodi abstinendum, sed præfati magistri ordi. hæremita. & ualentes uiri ordin. prędicat. communiter tenent contrarium. Inter quos uir per cuncta laudabilis dominus Iohannes Dominici Cardi. Ragusinus super hoc consultus respondit, quòd hi qui non coacti aut dant pecunias aut emunt dandas aut emunt iam solutas, si hoc spontè faciunt præcium quod recipiunt non lucrantur: sed ad restitutionem obligantur. ¶Et pro aliquali maiori declaratione dicit idem quod præstantiæ sunt sub quadruplici genere.

Quadruplices prę-stantiæ.

Aliqui enim fortassis à principio communitati dederunt centum ut exinde quinque haberent annuatim. Aliqui emerunt ab his qui uolebãt soluere tertiam partem, & huiusmodi ad perdendum. Alij uerò emerunt, & emunt quotidie ab his qui possident. Cæteri uerò habent in monte quia soluerũt coacti. Tres primi non possunt prædictam acceptionem uel præcium sibi retinere uel reditum ultra suum capitale, quarti uerò sic, licèt etiam apud nonnullos graues nec etiam isti. Nec etiam ualet dicit ipsæ quod nonnulli etiam famosi dicunt uidelicet, quia quilibet potest transferre ius quod habet in aliũ ergo qui iuste recipit huiusmodi in quemlibet alium potest transferre iuste. Nam antecedens huius rationis patitur infinitas instantias. Papa etenim habet ius papatu, & illud in alium transferre non potest, maritus habet potestatem corporis mulieris suæ tamen hanc nemini concedere ualet. Requiritur ad hoc ꝙ antecedens sit uerum quòd tale sit cõsequens quale & antecedens. Sũt enim actus actiuorũ in patiente bene dispositio, unde si cogatur emptor ad emẽdum sicut coactus est uenditor ad soluẽdum utique, quia uterque coactione depingitur tenere poterit unum sicut, & alterum alias non. Et subdit. Restat ergo uidere cui restitutio præcij uel meriti receptorum de præfatis pecunijs sit facienda an scilicet communitati uel uenditori uel ei qui primo soluit coactus an sit inter incerta censenda & pauperibus eroganda. Et si quidem quis dedit communitati centum spontè & liberè ut inde habeat tres quinque uel decem communitati tenetur. Duo uero alia genera quæ male soluerunt communitati non obligantur, ex eo quòd communitas iustè soluit licèt non respondeatur, & inuitus cui soluit, nam pro coactis mutus ritè se obligauit ad tantum pro centenario. Consimiliter non uidetur restitutio faciẽda illi qui coactus soluit, quia spontè emptori dedit ius super cuius tamen non fuit capax, (ut supra dictum est) aliàs sequerentur plura inconuenientia. Nulli etiam uerti debet in dubium quòd uẽditor qui emeret ab alio non est capax huiusmodi restitutionis: unde sibi fieri non debet. Restat ergo ut quicunque emit de tali pecunia cum teneatur ad restitutionem in primo casu cõmunitati restituere debet in alijs duobus erogare debet ad pias causas, & pauperibus domini nostri Iesu Christi, hi enim sunt membra communitatis, & hi præsumunt plus pati aut propter infortunia ciuitatis, aut propter minus æquam gubernationem. Hæc omnia ille. §.3.

Quando ius potest transferri.

¶Quantum ad septimum de illis scilicet, qui pro alijs quinque certam quotam pro floreno quandoque nihil percipientibus soluunt præstantias & in illorum loco quo ad tale creditorum describuntur utrum licite faciant uel illicitè & ita quòd teneantur ad restitutionem. Respondit di. Laurent. post argumenta facta in contrarium quæ soluit, quòd cum ibi non sit contractus mutui: sed contractus innominatus, scilicet do ut facias puta do tibi quinque ut pro me soluas, & alia 5. tua, & sic in totum decem, ad quæ sum communitati obnoxius, & à tali obligatione me liberes, & ius lucri exinde uenturi, quod facta solutione sperari potest sit tuum, & accedere uidetur dictus contractus ad naturam emptionis, & uenditionis, & sic tenet conclusiue istum contractum licitum, dicit tamen quòd contrarium communiter tenetur per uulgares. Et mihi hoc uidetur illud prouerbium uerum. Vox populi uox Dei, unde & tutior opinio est, Iohannes Dominici, qui dicit hoc esse illicitum, & usurarium ut patet in fine præcedentis, §. §.6.

¶Quantum

§.7. Quid iuris si cõmunitas sibi constituat nouos creditores.

¶Quantum ad octauum cum scilicet quæritur. Si communitas sibi nouos constituat creditores puta quia uendit annuum redditum ad rationem qua respondet creditoribus mõtis ad uitam ipsius ementis, & alterius ab eo nominandi cum pactis de quibus supra dictũ est in formatione casus, an hoc sit licitũ? Rñ. Lau. dicés quod di. Lau. de Cast. doc. eximius in c. in ciuitate hoc examinans finaliter hoc concludit illicitè fieri ab utraque parte dum modo in fraudem usurarum non fiat, & non iuteruenint deceptio ultra dimidiã iusti prẽcij. ¶ Ego autem subdit prædictus. Lau. post argumenta pro, & contra non puto sit indistinctè, & simpliciter tutum uel approbandũ: sed ut ualeat & fraudis præsumptio cesset opus esse credo primo ut redditus ipse non excessiuus: sed conueniens instituatur. Secundo q̃ de rebus communitatis. Tertio, q̃ nulla detur facultas contractum resoluẽdi pro maiori, uel minori prætio. Quarto quòd contrahens cum communitate non consueuerit fenerari. ¶Ex his ergo dico, q̃ si cõmunitas absque fraude legem facit, per quam constituit in bonis suis certos redditus deputans iuxta morem officiales ad illos uendendum ad uitam alicuius uel sui uel alterius, uel aliud in definitum tempus ad rationem illam qua respondet creditoribus montis, nec id facit ad petitionem alicuius id procurantis, & cum ea contrahere uolentis; sed in genere non habito respectu ad aliquem in specie, q̃ tunc talis contractus erit licitus si inter eam, & aliquẽ ineatur, & etiam sit pactum de resoluendo ẽt pro minori prẽcio, & eo casu potest sibi uendicare locum dictum domini. Lau. quia ante contractum erat cõstitutus redditus, & in rebus, & ad tempus incertum, & sic nulla fraus præsumpta, sed si fiat id de nouo ad petionẽ alicuius in specie, & interueniat inter hunc & illum tale pactum, tunc secus alio non dato, quòd fraudem cessare faciat. Vbi uerò redditus non constituerentur in bonis communitatis: sed fieret relatio tantum ad personam communitatis, tunc omnino præsumeretur illicitus talis contractus qui inde fieret. Si etiã tam redditus quam tempora forent certa, tunc fraus præsumeretur ubi maior esset certas quantitas, quam incerto tempore percipere à communitate quam illa quæ daret cõmunitati in præsenti, hæc omnia quæ habentur in illo capi. sunt extracta de capitulo, & tractatu prædicti domini. Lau. sed abbreuiata exceptis dictis do. Iohannis Dominici. Petr. de Ancha. & Anto. de But.

Alia opinio.

¶Quantũ ad quintum quod quæritur. Vtrũ alij ab eis licitè emant tale ius quod supra omisimus hic resumendum? Respondet magister Gregorius prefatus, & dicit quòd inquirendum est de intentione eorum: quoniam aut emunt intentione percipiendi lucrum à communitate, aut non. In primo sic emendo peccant, & usuram committunt quoniam ex tunc ipsi mutuum dant siue dant dilationem solutionis intentione lucri, & pro hoc facit casus cap. Consuluit, extra de usura, in secunda consultatione. In secundo uerò casu secus est, nisi alia mala intentione uel ex circunstantia mala reddatur eorum intẽtio inordinata. Dictam conclusionẽ damnat di. La. de Casti. quia cum quærat idem magister an licitè ematur à primis creditorib. oportet intelligi quæstionem eo casu quo ipsi uenditores licitè uendant, qui quando non licitè uendũt alij non licitè ab eis emunt. Sed quãdo dicti mutuantes licitè uendunt, ut quia nil ultra sortem receperunt: sed in casu licito iuxta præmissa certe emere potuerunt alij ab eisdem, nec in hoc aliquam inordinatam intentionẽ habere uidentur secundum eum? Respondebo ad rationes magistri, non uidetur esse uerum dicere quòd ex tũc mutuent; non enim mutui: sed emptionis contractum ineunt. Nec etiam est uerum quòd dent dilationem solutionis: sed expectãt dilationem datam à communi auctore suo. Nec insuper uerum uidetur quòd si dicto casu emũt intentione lucri quòd sic emendo peccent: quia in contractu emptionis non est reprobata spes lucri extra de emptio. & uendit. Cum dilecti. Hęc Laurenti. Quod recitans Laurentius dicit, q̃ iuri consona uidetur conclusio distin. Laurentij. Illa tamen magistri conclusio pro tã to fomentum habetur uidetur: quia secundum eius opinionem illicitè tale lucrum percipiunt communiter ipsis mutuantes. Et quia qui tale ius mutui siue crediti propter mutuum factum emunt se in locum mutuantium subrogant supereſt ut sicut illi peccauerunt, si spem percipiendi lucrum in mutuando habuerunt tunc uel postea sic, & isti. Vn de licet in sui figura sit contractus emptionis inter creditores communitatis uendentes, & eos ementes tamen inter ipsos ementes, & ipsam communitatem est effectiuè contractus mutui sicut prius erat inter ipsam, & illos prius mutuantes. Quem quicquem effectum & non uerborum corticem uel contractus formulam considerat theologus, & considerare debet canonista. argu.

§.8.

de iudici. c. Dilecti. Et in his potissimum quibus anima releuatur. Naturaliter quidem sub rogati eodem iure iudicantur quo & hi quibus subrogantur 18. q. 2. Eleutherius. Et ex prædictis inferri uidetur q̃ nedum secũdum opinionem magistri circa perceptionem talis lucri, sed secundum opinionem aliorum & meam de qua supra in secundo dubio habes emptio huiusmodi reprobetur quod patet: quia prædicto loco mutuantes mouẽtur, vel ex charitate quæ reipublici afficiuntur, uel ex coactione quæ eis ab ista infertur & nulla intentione lucri primarie, sed isti ementes quo ad formam contractus, & quo ad uendentes, mutuantes autem quo ad ueritatem & quo ad communitatem primarie moueri uidẽtur ex intentione lucri, ergo usurarij. Præterea ubicunque sit fraus de contractu ad contractum, iudicamus talem contractum non ut iacet eius forma: sed ut iacet rei ueritas. ar. ad hæc de emp. & uend. cap. Ad nostram, & 14. quæst. 3. Pleriq;, cum glo. sed sic contingit in proposito, ergo &c. Huic uidetur de facili responderi quòd hæc nulla sit fraus de cõtractu ad contractũ. Celebrat enim contractum emptionis & uenditionis hic emens qui non celebraret contractũ mutui, ex quo enim nouit quòd tu primo mutuans licitè percipis illud lucrum sic per consequens quòd licet ipsæ percipiet emendo à te ius uel actionem ad illud. Nullam ergo adhibet fraudem nec contractum simulat immo palam contrahit & ita contrahit in medulla sicut in cortice, quia uerè facit quod uerborum cortex intonat, & sic est intentio sua ut etiam statim declarabitur si secus esset, secus dicerem & credo dictum Domini Lau. uerum quo ad emptionẽ iuris quod habet uendens pro uera sorte de quo intelligitur dubium propositum: In huiusmodi enim mercimonij specíes est hic & enim interuenit: pecunia & res quæ uendibilis est. Ius enim & uenduntur. ff. de hære. ac. & uen. per totum, emunt autem communiter capitulo pro 40. uel 50. uel 20. secũdum temporum diuersitatem, & sic lucrantur ut uides, & tale lucrum sperare in emptione alijs circunstantijs interuenientibus talem contractum non habentibus defraudare non est improbatum. Nec obstat q̃ improbatur contractus ex quo minus iusto præcio saltem infra dimidium emitur: quia negatur q̃ minus iusto præcio fit emptum: quia immo quãtum ualet. Si ergo in hoc tantum spes, & intentio uersata est ementis nulla est usura: sed si ultra progressa est. s. ad lucrũ proueniẽs quod est quod quæritur in dubio, & ex eo casu procedere uidentur rationes, & intentio magistri. Sed in contrarium facit, quia cum in casu quod lucrum à cõmunitate statutum & præordinatum licitè & ordinatè statuatur & illo primo loco mutuans licitè recipiat certis casibus secundum eum, immo secundum alios & me omni casu paucis exceptis iuxta superius annotata, & de hoc debeat formatũ dubium intelligi concluditur q̃ illud tale lucrum à communitate præordinatum non est illicitum uel usura, & per consequens quòd sicut illud de quo dixi in membro præceden ti ipsa re, uel appetere ordinatè non est usura uel peccatum, sic & istud ex quo licitum simpliciter est & minime reprobatũ sperare uel appetere non est usura uel peccatum. Tolle exemplum. Vtiq; prædium in pignus recipere pro c. uel fructus uelle lucrari usura est, & similiter si ego in locum tui subrogo usurarũ ero. Sed pone quòd tu fructus illos ordinate appetas, licitèq; percipias ut quia de pignoratitio in emptitium contractum transeat. Equidem si & ego à te illud emens in tui lucrũ me subrogabo sub spe non tamen lucrum percipiendi ex uero capitali de quo sine fraude & dolo, tamen minus do quam sit dictum capitale iam non committo usuram. Nec obstat quod supra dicebatur, q̃ istæ contractus & in suu figura sit emptionis & uenditionis tamen uirtualiter est contractus mutui inter ementem & communitatem nec tamen ualet consequentia cum dicitur idem commodum consequitur emens quod fuisset consecutus mutuans si non uendidisset siue ipsæ emens à principio cummunitati mutuasset, ergo affecti uè mutuum contrahit: quoniam sæpe contingit q̃ ex diuersis contractibus quorum unus est licitus alter illicitus: quis eundem effectũ consequitur & tamen falsum est q̃ unus sit alius effectiue, nisi per respectum ad factum, quod quidem factum non est simpliciter attẽdendum: sed una cum eius qualitate quæ habet eius naturam alterare sicut patuit exemplũ paulo superius de fructu quẽ q̃s consequitur ex contractu emptitio, & idem ex contractu pignoratitio & tamen primum licitum, sed secundum illicitum. Sic ad propositum quamuis effectiue idem commodum consequatur hic emens, quòd consequeretur si à principio mutuasset communitati, non tamen sequitur q̃ cum illa mutuum contrahat: quia non per uiam mutui; sed per emptionis uerè sine fraude uel dolo consequitur tale commodum & non subrogatur mutuanti, ut mutu-

Contra 9 fraudulẽtus quo iudicatur.

Qualitas contractuũ attendẽda.

§.9. mutuans: ſed ut emens illud ius à uendente. ¶ Sed dices. Nonne in contrarium eſt. c. Conſuluit. ex. de uſu. & c. Nauiganti? Reſpon. non quia alia ratio reformat pactum, ideò nanque ibi uitioſus eſt contractus emptionis, & uenditionis, & æquipollet contractui mutui: quia is qui erat alias uenditurus rem ſuã pro x. ſi tunc data fuiſſet pecunia uoluit. xij. pp dilationem ſolutionis, & ſic eſt proinde ac ſi illa. x. ſibi mutuaſſet pro duobus pro illo tempore, & ſic tempus uẽdidit: ſed in caſu noſtro non ſic, quoniam uendens tale ius quod habet pro pecunia mutuata uendit illud quantum tunc communiter ualet, & ipſum ius tribuit emptori incontinenti, & etiam incontinenti præcium recipit ipſius rei uenditæ, nec hic ulla interuenit ex parte contrahentium dilatio ſeu propter dilationem uel anticipationem temporis maior uel minor quãtitas, & ſi non uenditur tempus, ut in caſibus iſtarum decretaliũ: ſed in caſu noſtro omnia ſunt præſentia ſcilicet merces, & præcium, quaſi merces eſt ipſe redditus ſeu ius uel actio quę tantum ualebunt uel ad minus ualere credũtur ſub ſequentibus temporibus quantũ modo ualent, uel ſaltem eſt dubium, & hoc ſufficit ad hoc q̃ contractus ſit licitus. Operatur tñ bene fateor tale dubiũ, q̃ ipſum ius minus ualet, & minus uẽditur. Eſt. n. dubiũ an & qñ ſit rehabiturus, & pp hoc non eſt liberũ: ſed tali circunſtantia aggrauatum ipſum ius. q̃ uenditur, & ideò minus uenditur quam ſi eſſet clarum & liberum. Minus enim uenditur res onerata quam libera: ſicut domus uel terra quæ debet alteri ſeruitutem minus quam libera uenditur. ¶ Et ſic prædictus Lau. concluſiue tenet quod emptio talis iuris ſit licita de ſe, & quod licitè poſſint emi talia iura ab alijs, & licèt Lau. ad omnes reſpondeat rationes tenentium ideſt talem emptionem illicitam concludendo: tamen conſuluit omnib. quòd debeant ſe ab huiuſmodi emptione abſtinere: quia ex quo docti uiri in huiuſmodi contraria ſibi inuicem ſentiant negari non poteſt quin ſaltem dubium ſit talem emptionẽ licitam uel illicitam. Et iuris regula dicit quòd in dubijs tutior uia eſt eligenda extra de ſpon. iuuenis. Et ad idem facit dictum Augu. de pę. diſt. 7. Si quis dicens Tene certum & dimitte incertum. ¶ Petrus de Ancha. egregius doctor utriuſq; iuris bonoñ. ſoléniter diſputauit hanc quæſtionẽ ſcilicet de impręſtitis Venetorum, quæ tamen ſimilia ſunt præſtantijs Florentinorũ de quibus eſt ſermo, & concluſiue determinat non ſolùm licitam eſſe perceptionem dicti lucri ultra fortem ipſis mutuantibus cõmunitati: ſed etiam licitè uẽdi, & licitè emi. ¶ Ad quod probandum facit quãdam diſtinctionem quadrimembrem. Dicit enim quòd quandoq; fructus, ſiue redditus qui emuntur ſunt incerti, & tempus incertum, ut emptio uſufructus unius poſſeſſionis ad uitam, & iſtæ contractus de ſe eſt licitus quamuis poſſit deprauari per circunſtantias malas. ¶ Quandoq; tẽpus eſt certum, & redditus puta annuatim 10. corbes frumenti uſque ad quinque annos uel alium cenſum annualem pecuniæ determinatũ puta 10. flor. annuatim uſque ad certum tempus, & tunc Io. An. poſt Hoſt. & In. uidetur tenere, q̃ conſtituendo iſtum annum redditum de nouo pro minori præcio emendo ſit illicitum, conſtitutum autem ſic redditum ab antiquo uidetur licitè emi poſſe; ſed in addit. Specu. tenet quod quando redditus ſunt certi puta cenſuales non ſubmiſſi fortunæ, & tempus eſt certum plus contrahi iſtum contractũ ad uſuram. Et hoc dictũ intelligo: dicit iſtæ Pe. cum ipſæ cenſus conſiſtit in pecunia, & per hoc infero, q̃ ſi quis emeret dicta impræſtita ad unum duos uel tres annos pro minori prę cio quam percepturus ſit puta. c. in anno pro 80. hoc eſſet uſura, ſed cum redditus non cõſiſtit in pecunia, ſed in fructu, puta uino, oleo frumento, ſeruitio operis, ſi conſtitutio talis redditus creatur de nouo quamuis pro minori prę cio emat quam ſit quis percepturus, ſi tamen remaneat dubium utrum plus, uel minus ſit percepturus credo ualere, & licitã eſſe emptionẽ, aliàs ſecus. ¶ Quandoq; tẽpus eſt certũ, & fructus incerti, ut fructus agri uſque ad 5. annos, & hoc vĩ licitum licèt ueriſimiliter ſit amplius percepturus emens q̃ ſit prę cium q̃ dat, & licèt de nouo conſtituat. ¶ Quandoq; redditus ſunt certi, & tempus incertũ puta ad uitã uel imperpetuum, ut pro me, & meis hęredibus, & ſucceſſoribus, & hmõ ſunt talia impręſtita. Et ita concludit, q̃ neq; in ciuibus ad ſoluendũ coactis neque in emptoribus ipſorũ impręſtitorum contrahit uiciũ uſurarium, & licitè poſſe tales redditus vẽdere. Vltra rõnes alias inducit q̃ In. Hoſ. & Io. & An. in ſimilibus caſibus hoc tenuerunt. Et idẽ dicit tenuiſſe diſputando magiſtrũ Nico. de Anglia ordi. prædi. & magiſtrum Fran. ordi. mi licet cõtrariũ tenuerit magiſter Pet. de Stroçijs ordi. p̃d. Hæc Pe. de Anch. ¶ Grego. ãt de Ari. & Guil. & Io. Chẽ Kot oẽs ord. hęre. tenẽt q̃ emptio taliũ iuriũ cũ recepris illius lucri ſimpliciter prout dat cõmunitas ſit

Cenſus & redditus ſunt in dupli differentia.

De impreditis Venetiarum.

vsura & q̄ possunt licitè recipere ultra suum capitale sicut nec etiam ipsi mutuantes poterant recipere à communitate vltra suum capitale mutuatum cum interesse. Magistri autem ordin. prędic. communiter tenent, ciues (ex quo coactè soluunt) licitè posse recipere tale animum redditum, & etiam imperpetuum: sed non licite posse emi & rationes eorum causa breuitatis omitto. ¶ Et licet Lau. ad rōnes oēs respondeat tenentiū. s. talem emptionē illicitam concludendo tamē consuluit omnibus q̄ debeant se ab hmōi emptionibus abstinere: quia ex quo docti uiri in hmōi contraria sibiinuicē sentiant, negari non potest quin saltem dubium sit talē emptionem licitā vel illicitā. Et regula iur. dicit q̄ in dubiis tutior via est eligenda, extra de spon. Iuuenis, & ad idem facit dictū Aug. de pœni. di. 7. si quis dicens tene certū, & dimite incertum. ¶ An. de Bu. super c. In ciui. de vsu. postquam determinauit de emptione redditus certi fundi in perpetuū vel ad vitā an licitus sit cōtractus, & conclusit quòd sic. Sed Io. An. sic subdit. Et prædicta faciunt ad illud q̄ sæpius Venetiis reuocatur in dubiū. Ibi. n. omnes hactenus contulerunt pecunias pro necessitatibus quæ occurrerunt, & deinde cōitas respondit eis quolibet anno pro centenario quandoque 5. quādoque minus: sed capitale nunquā restituunt, & vocatur imprætita. Ille ergo qui habet in cōi duo milia, uel tria milia uendit alteri ius suū & emolumentum omne q̄ percipit a cōi, quæritur an istę sit licitus contractus? Et p̄dictis patet q̄ sic: q̄a recipit redditū in pecunia iā constitutum. Item idem redditus crescit & decrescit & posset cōmune in totū abolere si vellet & nihil respondere. Itē non est maior redditus quā esset unius possessionis immobilis, & sic videtur q̄ licitus sit contractus. Hæc Ant. de Bu. ¶ Superius tamen in eodem c. ponit istud. Nota q̄ in dubio abstinēdum est ab illo contractu de quo pōt probabiliter dubitari an sit licitus vel illicitus: quia bonarum mentium est ibi culpam timere &c. d. 5. ad §. 10. eius talis est huiusmodi emptio.

¶ Item hunc contractum emptionis & uenditionis quę fit de pecunijs solutis à ciuibus cōmunitati quæ dicuntur præstantiæ nō esse illicitam probat magister Franc. de Empol. magister in Theologia ordinis minorum triplici uia, & primo sic. Hmōi contractus nullo iure prohibetur diuino aut humano, ergo non est illicitus seu uiciosus, patet cōsequētia: quia nihil est peccatū nisi quia cōtra præceptū iuris diuini, uel humani añs probatur, quia nec canonico nec ciuili nec diuino iure prohibeatur, q̄ canonico uel ciuili iure non prohibetur ex plicitè uel expresse ex se, patet q̄ ét nec implicitè patet ex hoc, quia cōiter iurisperiti vtriusque probāt licitū esse, q̄ āt iure diuino non p̄hibeat probatur p̄ hoc, qa si prohiberetur potissimè uideretur prohiberi p̄ illud uerbum. Mutuū date nihil indè separantes, qđ verbum Xp̄i est Luc. 6. quasi p̄p hoc interueniat mutuū & talis cōtractus usurarius reputetur: sed hoc est falsum, q̄ sic probatur. Contractus usurarius s̄m theologos est, cum ex vsu rei cuius nō distinguitur ppetuo à dominio quis lucratur, vt cū ex pecunia quis vult hre lucrū rem illā alteri mutuādo, quia sic mutuādo vt pecuniam non manet mutuans dns pecunię mutuatæ, & p̄ cōsequēs si pro illa uel vsu eius aliq̄d uellet recipere ultra sortem reciperet pro nō suo & sic uenderet non suum. Et ad istū intellectū loquuntur sancti doc. 14. q. 3. p̄ totum. c. In omni ét cōtractu vsurario uidetur tps uendi. q̄ nō plus suū quam alterius. In contractu etiam prædicto nō exercetur mutuū: sed emptio & uenditio realiter. Est ét dare casus in quibus mutuādo talē rem cuius usus non pōt perpetuo separari à dnio ut est pecunia: pōt quis recipere aliquid ultra sortem ut ratione moræ post terminum concessum debitori, vel ratione pœnæ, uel aliis modis quos ob breuitatem dimitto.

Diffinitio contractus usurarij

Adde tex. simi lē de pœ nit. dist. 7. c. 2. §. item, & extra đ ho. c. ad audiētiā

Impræstitæ q̄d sint.

Quòd p̄stantiæ sint licitę probatur.

¶ Secundo quod dictus contractus nō sit illicitus & usurarius vt quidā dicunt probatur sic. Quia aut dictus cōtract⁹ é usurarius inter uēdētē, puta Petrū, & emētē puta Ioānē aut est vsurarius inter Ioānē. s. emētē & cōitatē, non enim cadit usura, nisi inter usurariè contrahētes. Sed capiēdo s̄m mēbrū. s. q̄ nō sit usurari⁹ inter emētem. s. Ioānē, & cōitatē quæ est obligata Petro p̄ præstantiis solutis probatur sic, inter Io. & cōitatē nullus est cōtract⁹ uel saltē nullus contractus mutui, ergo nullus cōtract⁹ usurarius, cōsequentia patet ex dictis añs p̄batur, qa mutuū nō consistit nisi ubi fit de meo tuum, quia est obligatio quæ re cōtrahitur ac cedēte cōsensu. Sed qñ Io. dat pecuniā Petro venditori nihil dat ex hoc cōitati aliquid de suo efficitur cōitatis. Confirmatur hoc quia conttactus qui fit inter Petrū, & Ioan. posset de iure fieri et ignorāte cōitate. Ad q̄ etiam pōt addi tertia rō, videlicet quia in contractu emptionis iuris inter istos duos Petrū & Ioā. effectus eius quod agitur est vt cōmoditas, & utilitas crediti, & actionis, qđ & quam uendit habens in monte quantum est ex parte ipsius in illū emptorem transeat. Et ex hoc attingi- §. 11.

tur

tur uinculum exiſtés ex parte debitoris, nec etiam uinculum obligationis ex parte creditoris tranſit de eo in emptore, ſed exercitiũ ſuæ actionis accommodatur emptori ut ad ſuam utilitaté exigat quod debetur uendito ri. ¶ Concludendo iſtud ſecundum mébrum, prædictæ diſtinctonis pro maiori declaratio ne ſciendum eſt q̃ tam inter uenditorem, & Petrũ, & cõitatem quam inter Petrum uẽditorem & Ioannem emptorem debemus tria conſiderare. Nam inter ipſum Pet. qui ſoluit præſtantias communitati & ipſam communitatem debemus attendere primo contractum mutui, quo ille cõitati mutuauit, puta flo.c. quos ſoluit in præſtantijs ſecundo obligationem ex tali contractu inſurgentem qua cõitas ipſi mutuanti tenetur in dictis flore.c. & ét ad intereſſe, & ſic habet ipſę creditor q̃ ſcilicet ſoluit cõitati c.ius exigendi & percipiendi dicta.c. intereſſe, tertio hoc põt petere & agere ut recipiat capitale, uel dum non datur capitale ut recipiat intereſſe. ¶ Subſequẽter in contractu emptionis, & uenditionis celebrato inter Pe. & Io. de illo credito mõtis ſ.c. ét debemus cõſiderare tres effectus ex illo inſurgẽtes, quorum primus eſt, & emptor habet actionis exercitium quam habebat uenditor nomine ipſius uenditoris, ad utilitatẽ tamen ipſius emptoris. Secundus eſt, quia iure datur ſibi una actio ſimilis illi quam habebat uenditor quæ utilis appellatur, & nõ oritur ex contractu quem habebat emptor cum cõitate: ſed p̃p contractum quem habet cum uenditore cum habet ea ex illo primo contractu uenditoris, uel a iure tantum abſque materia alicuius contractus, ex quo procedit propriè. Tertius effectus eſt quod uẽditor tenetur omnem utilitatẽ mutui. i. omne q̃ percipit de mutuo facto cõitati & actionis & iuris ſibi competentis & intereſſe dare actori ſiue emptori. Ex quibus infertur ad propoſitũ clarè apparere, & ius emptori competens nõ procedit ex aliquo contractu qui ſit inter eũ & commune & q̃ nullus contractus initiur per illum actum cum cõmunitate nec cõmunitas efficitur propriè debitrix iſtius emptoris cum utilis actio quam habet ſuo nomine & directa quam habet nomine uenditoris ſurgunt ex primo mutuo & emptione ſiue p̃ emptioné abſque eo q̃ illud primum mutuũ uicietur ſiue alteretur, uel transferatur in aliam perſonam. Et ſi dicatur quòd immo procedit ex aliquo contractu inter communitatem & emptorem celebrato: quia totũ uidetur uires aſſumere ex pacto cũ communitate celebrato ratione ſcripturæ quæ ꝺ hoc fit quia. ſ. obligatur ſyndicus cõis & per conſequẽs ipſum cõe ad iſtã faciendum hoc eſt emptori dandũ. c. & intereſſe p̃ ſcripturã. Rñdetur q̃ ſyndicus non eſt factus ad celebrãdum aliquẽ cõtractum inter cõitatem & emptorẽ; ſed ſolũ ad faciendũ firmũ eſſe cõtractum inter emptorẽ & uenditorem ut hæc facta ét ĩ uito uẽditore emptor habeat ius ſuũ q̃ emit ab eo, & ad hoc tẽdunt oés ſcripturæ q̃ ſup hoc fiunt, non añt ad faciendũ nouũ contractũ cũ cõitate & ſic concluditur iſta ſecunda pars diſtinctionis. ſ. q̃ inter emptorẽ, & cõita tẽ null⁹ interuenit cõtractus uſurarius. ¶ Alia pars diſtinctionis ſupradictæ. ſ. q̃ inter emptorẽ & uẽditorẽ nullus iteruenit cõtractus uſurarius ſic probatur. Inter ipſos. ſ. emptorẽ & uenditorẽ nullũ eſt mutuũ, ergo nulla uſura, nam uſura in mutuo cõtrahitur, añs probatur quia iſtę eſt cõtractus emptionis & uẽditionis nõ mutui, ut patet de ſe cũ nũquam rehabeat emptor a uenditore illos 25. flore. quos dedit pro prẽcio. c. q̃ñ tali prẽcio centenarius uẽditur. Ad hoc ét iduci põt ſecunda ratio; quia. ſ. cũ tã capitale quã intereſſe in aliquo dubio pendeat ergo cũ ſe exponit periculo iſtę emẽs nullã committit uſurã. Si. n. in dubio nõ pẽderet non daret uenditor. c. pro 25. & inſurgit hmõi dubiũ: quia in mera debitoris. ſ. cõitatis uoluntate conſiſtit nõ ſolue re uel differre & creditorũ leges diſſoluere. Sit ergo licitus talis contractus rõne talis dubij, & cum in nullo is emẽs ſe innouet cõitate: ſed dũtaxat redditus aliqualiter dubios emat & licitos a uẽditore. Fortificãt tertio dicta ratio dubij per unum ſimile, nam & ſecurãs merces Genuã uehẽdas & propter hoc. 10. uel 20. recipiẽs prout plus uel minus grue uidetur & periculoſum ſibi aſſecaranti, & nil illicitũ facit, ergo nec in caſu noſtro qui eſt ſimilis illi, quia totum debitum quod habet uenditor recipit emptor dando illi. 25. ſ. pro prẽcio. c. Si enim nũquàm reciperet a cõitate aliquid iſtę ſecundus. ſ. emptor ſibi & nõ primo damnum cederet, ſicut ergo ſuũ eſſet damnum ſi nihil reciperet, puta quia communitas deficeret in ſoluendo, ſic ſuum fit lucrum ſiue parum ſiue multum recipiat. Sit & quarta ratio: talis, uſura non eſt niſi cum aliquis ultra ſortem aliquid recipit, uel recipere intendit: ſed reſpectu emptoris non eſt conſiderare ſortem uel aliquid ultra ſortem: quia totum ius uenditoris & quo ad capitale & quo ad intereſſe eſt ſors & cedit in ſortem emptori: quia totum

Tria in præſtantijs cõſiderãtur.

Effectus illi⁹ emptionis.

Secũda pars diſtinctionis prædictæ.

tum illud ius emit, ergo nihil accedit sibi ultra sortem. Et sic patet quod inter uenditorem, & emptore non interuenit contractus usurarius.

Inter ẽptoré et uenditorẽ non fit Vsura.

¶Tertio probatur quod dictus cõtractus emptionis creditorum in mõte non sit illicitus ex iniusto præcio prout prima facie apparet ex eo uidelicet quod c.pro 25. uenduntur & multo fortius, quia non solum c.sed.c. cũ lucro scilicet redditus annualis, quod datur a communitate pro illis.c.& sic non interuenit iustum præcium. Item ex eo quòd hic uidetur tempus uendi: quoniam ratione dilationis talis emit.c.cum lucro.pro 25. Sed adhoc respondetur. Ad primum quidem quod satis interuenit iusticia i præcio. Iustitia enim præcij debet attendi a tempore cõtractus ut tantum detur quantum tunc ualet, sed tantũ ualet quantum uendi potest non autem quantum est tunc ualitura & pro toto tempore sequenti; quia res non debet ẽstimari in uenditione nisi quantum ualet tempore contractus aliàs non posses licitè emere aliquam terram secũdum ẽqualitatem. Cum ergo ius exigendi.c.nõ plus ualet tunc quam.25. flore.propter dubium uide licet quod iacet non solum circa interesse sed circa capitale & etiam quia patet quòd tu uendens non habes tale ius cum suo interesse plus carum, unde sequitur quòd emitur iusto præcio. Item res obligata non tantum ualet quantum libera. Exemplum in domo quæ non tantum ualet cum circunstantia aggrauante quantum libera, sed sors illa.c.flor. ligata est circunstantia aggrauante cum tantum rehabere non possis ergo non mirum si non tantum ualet quantum centum floreni liberi. ¶Et si quæratur quantum minus ualere debent: Respondeo quantum a sapientibus, & probis cõsideratis circunstantijs aggrauantibus fuerit arbitratum & appræciatum. Et cum in proposito nostro sic communiter appræcientur tantũ per consequens ualebunt. Ad secundum dicas q̃ hic non uenditur tempus, non enim emens dat. 25. cum intentione plus habendi in posterum ex solo lapsu temporis, sed propter dubium emergens in tempore ratione siquidem periculi quod in se susceperit, & quòd attenditur lucrum percetum esse licitum non autem ratione temporis: quia non est præcium temporis, sed præcium periculi in tempore.

De prę tij Iusti tia

¶Sed oppone nunc ut argumenta tollamus quæ in contrarium fieri consueuerunt. Et primo secundum quosdam sic. Certè si primus communitati mutuans qui ratione coactionis aliàs licitè illud interesse recipit non foret coactus, sed uoluntariè mutuaret, sub spe uel pacto tantum recipiendi, uel aliàs nolens recipere capitale communitate uolẽte illud restituere usuram committeret, ergo à simili idem dicamus in hoc secundo scilicet emẽte ab eo qui cõmunitati soluit præstantias, consequentia patet: quia uolũtarie intrat locum primi quo ad contractum mutui. Sed ad hoc respondetur negando quòd istę intret locum primi quo ad contractum mutui. Nam nil mutuauit istę emens communitati ex hoc cõtractu quem cum primo fecit scilicet uenditore iuris sui quod habet in monte nec efficitur propriè creditor communitatis per hunc contractum: quia communitas proprie non tenetur ut debitor sibi respondere nec legẽ super hoc facit; sed per contractum emptionis intrat locum suum quo ad ius exigẽdi & percipiendi quod habet scilicet uenditor ex contractu mutui facto cum communitate. Sunt ergo diuersi contractus: & si quo ad cõmodum idem sequatur effectus, qui quidem identitas effectus non habet alterare naturã talium cõtractuũ. Nec est hoc nouum q̃ quo damnum & commodum idem sequatur effectus in diuersis contractibus, quorum unus approbatur alter reprobatur. exemplum in contractibus pignoratitijs & uẽditicijs. Concedis mihi mutuo. c.flo. per. 8. an.& ego tibi concedo domum meam ualentem. c. florenos in pignus, ut eam inhabites per octo annos sine pensione, & exinde restituam tibi cen.florenos, & tu mihi domum meam ecce unus modus quo potest celebrari hic contractus. Alius modus est puta uendo tibi domũ meam.c.floren.secũdum quod ẽstimatur, sed hac conditione adiecta, quod post octo annos tenearis reuẽdere mihi eodem præcio si uolem. Ecce isti sunt duo diuersi contractus quo ad formam contractus: quia primus pignoratitius secũdus emptitius: sed quantum ad effectum commodi uel damni non sunt diuersi, & tamen primus reprobatur quia pignoratitius & usurarius, secundus approbatur, quia emptitius & idcò licitus sequestrata fraude intentionis. Sic ad propositum reducendo, licèt idem utile aut cõmodum, uel damnum consequatur hic emens dictum ius c.flore. quos habet super monte communitatis hoc uẽdẽs quod aliàs etiam consecutus fuisset, si uoluntariè mutuasset nihilominus nõ sequetur, quod debeat iudicari sic in uno sicut in alio. Nam in primo iudicandus est

Dierẽtia duorum cõtractuũ

emens

emens rectę cōscientiæ qui facit contractum licitum, scilicet emptionis in quo licitum est sperare lucrum & desiderare & sic ad restitutionem minime obligatur, sed in cōtractu mutui cum est uoluntarius non licet sperare lucrum aliàs usurarius contractus est & ad restitutionem illius lucri obligatur. Et sic ablatæ sunt obiectiones primorum.

§.14. ¶Oppone secundo ut tollantur obiectiones secundorum. Variatio conditionis inducit uarietatem dispositioni: sed in tali contractu uariatur conditio uendentis & ementis, nam uendens ad mutuandum communitati. cap. quorum ibi ius habet inuitus accessit & coactus. Emens autem illa capitulo seu ius eorum uoluntarius hoc agit non coactus, ergo debet variari & dispositio: ut scilicet & si uendēs licite recipiebat redditus annuales. 5. pro damnis & interesse emens non licitè recipiat ipsæ qui non coactus est emere. Probatur autem prædictum añs per simile. Nam si gener qui habet in pignus à socero possessionē pro dotibus recipiendis non computans fructus in sortem propter onera matrimonij, aliū ponat in locum suum ut quia ab eo recipit quantitatem pecuniæ quam debet habere à socero pro dotibus: & ipsæ dat sibi ius quod habet in illo pignore possessionis pro ipsis dotib⁹ recipiēdis & cum hoc possessionem eo modo quo habet: nihilominus isti secundi fruct⁹ computabuntur in sortem: quia. s. cessat conditio quæ erat in primo scilicet onus matrimonij, quod patet: quia primus ex eo quod quasi coactus licitè recipiebat fructus: quæ conditio uariatur in secundo, id est in empto re: quia in eo nulla coactio. Sed ad hoc respondetur quod non est simile. Qui enim subrogatur genero per contractum emptionis iuris sui ab eo oportet quod cum putet fructus in sortem, quia si aliud fieret reciperet lucrum ex sola expectatione temporis ad recipiendum suum cum certus sit de suo propter pignus possessionis quā tenet, & sic uenderet tempus quod ad usuram pertinet: sed non sic est in proposito, quia emens talia iura montis nescit an illud lucrum recepturus sit: immo & de capitali dubitari potest. Si ergo aliquod lucrum consequitur, non est hoc ex sola expectatione temporis, sed ex anxietate seu annexietate dubij & periculi in tempore, & sic patet quod casus positus est dissimilis à nostro. Posset tamen bene ad propositum adduci per hunc modum, ut si quis deberet genero dare dotes & pro hoc daret sibi quis fructus alicuius terræ: sed tamen esset in potestate sua dare uel non dare, tunc si esset socer malus debitor & dubitaretur de eo tam de solutione dotium quam datione fructuum tunc posset alteri totum ius uendere & in sui locum in totum ponere, & tunc ualeret talis contractus & licitus esset propter dubium periculi & laboris in exigendo. quamobrem etiam non daret emens tunc illi de toto simul quantum foret sola dos, & sic non obstat.

Discretio casꝰ prædicti

¶Oppone tertio vt tollantur obiectiones tertiorum, hic uenduntur centum floreni cum suo interesse pro 25. & non tātum ius exigendi & percipiendi. Et hoc si probatur. Illud emitur quod scribitur, sed centum floreni scribuntur emptori, ergo &c. Si sic ratione excessus uidetur ininstus & illicitus contractus talis quod in assecurante mercantias non contingit ubi non est excessus in lucro: quia conueniens tantum accipi consueuit. Sed quo ad hoc respondetur negando quod in hoc cō tractu uendantur ipsi. c. floren. Hic uidemus quod in libro communitatis scribitur sic uide licet quod talis emia ius c. flore. uel alio simili modo ęquipollenti. Sed debere recipere c. flore. non est c. flo. c. Flor. Et sic potest negari q̄ sit dare in hoc contractu lucrum excessiuum. immo datur æquiualens pro ęquiualenti. §.15.

¶Vltimo supereſt vt ad quatuor exceptiones descendamus. Opponatur ergo quarto & sic. Istæ est contractus certus & nullo modo dubius ergo usurarius, patet añs, quia uallatus est contractus talis tot legibus tot scripturis, & catenis: quod uidetur omnino indissolubilis, & sic quod nullus debeat in ea dubitare, consequentia patet: quia cum emptor sit certus de magno lucro cum parua pecunia uidetur per consequens ex solo lapsu tēporis hoc lucrum consurgere. Sed respondetur quod si talis contractus sit vallatus vt dicitur tamen quando sit magnum dubium negari non pōt, quod satis uidetur per experientiam. Nam unde est quod aliquando ualent plus aliquando minus prædicta credita montis, nisi propter maius, & minus dubium uno tempore magis quam alio & multi sunt ibi labores, & expensæ, ut asserunt experti. ¶Ex omnibus prælibatis sic demum conclude illa conglutinando, quod est considerare in ista materia quattuor puncta. Et primum est quod hic est contractus emptionis uenditionis & non mutui, ut supra declaratur, ex quo soluuntur argumenta primorum. Est secundo considerare quomodo in hoc contractu venditur tam ius ad capitale, quam interesse simul, ita quod ca- §.16. Cōclusio infertur.

dunt

dunt in ſimul in ſortē emptori eo modo quo primus habebat iuſtè: ſed per alium contractum diſtinctum ſpecie à priori per quod tolluntur argumenta ſecundorum. Eſt & tertio conſiderare quomodo diſtinguitur ius percipiendi.c. flore. & c. flor. quia non ſunt idem cum vnum ſit ſine alio. & vnum eſt maioris ualoris alio: ex quo ſoluuntur argumenta tertio arguentium. Eſt quare conſiderare dubiū quod emens incurrit in illo cōtractu circa ius exigendi & percipiendi illam pecuniam quam emit à uenditore: quia experientia hoc docet & ſciunt experti & ſic ſoluuntur argumenta quartò arguentium. Et ſic concludit præfactus magiſter Franciſcus contractum licitum.

§.17. ¶Contrarium determinauit alius magiſter in theologia ordinis prædicat. cuius rationes principuas ſummatim ponit dictus. Lau. ſupradictus eas deſtruendo per modum gloſſ. in marginibus. Et licèt nomen ipſe ſe dicat ignorare unde non exprimit uocatus eſt iſtæ magiſter Dominicus de Panthaleonibus de Florētia. ¶Dicit autem primo quòd quia non omnes caſus in lege reperiuntur non ſemper debet requiri ius expreſſum: quoniam plura ſunt negocia quàm uocabula. ff. de præſcipt. uerbis l. Rei. Cum ergo talis caſus non reperiatur expreſſus in iure. ideò aliquibus auctoritatibus & rationibus ut potero dictam concluſionem firmabo. ſ. uſuram ſapere: emere talia credita in monte. Ponit autem circa hoc tres concluſiones, quarum prima eſt: quia uenditor iuris ſortis. i. crediti quod habet in monte: puta centum non vendit illud intereſſe quod datur à commnitate mutuātibus nec uendere poteſt. ¶Secunda eſt quòd inter cōitatem & ciuem ementem eſt contractus mutui. ſeu ea quæ inter eos fiunt habent uim talis contractus. ¶Tertia eſt concluſio principalis ſupradictæ materiæ. ſ. quòd lucrum quod prædicti emptores à communitate eo modo quo habent eſt illicitum & ſapit uſuram.

Regula generalis in moralib.

§.18. ¶Primam autem concluſionem ſi probat. Illud quod communitas dono confert mutuantibus ſcilicet emptori non uenditori nec uendi poteſt per uenditorem iure ſortis: ſed cōitas confert dono emptori prædictum intereſſe vt dicitur in ſcriptura reformationis factæ ſuper hoc à communitate, ergo nec uenditur nec uendi poteſt à uenditore iuris ſeu ſortis. Maior patet cum donum ſit libera datio, utrum ex deſcriptione donationis quam ponit Hoſtien. dicens quòd eſt rei licitæ nullo iure cogente mera liberalitate facta collatio. Minor probatur: quia ſcribitur in ſtatutō ciuitatis, quòd camerarius qui recipit pecuniam gabellæ teneatur ſoluere cuilibet creditori pro dono &c. Et ſuo modo ratio ſimilis formari poteſt de damno & intereſſe. quæ à communitate dantur emptori. & ſic non uenduntur ab alio. ¶Præterea quod dependet ex mera liberalitate communitatis uendi non poteſt: nec uenditur ſine eius mero aſſenſu: ſed illud intereſſe ex mera uoluntate communitatis dependet, nec datur uendenti ius ſortis aſſenſus uendendi dictum intereſſe: ergo nec uenditur nec uendi poteſt per ipſum. Minor patet: quia per legem à communitate factam nec ſimpliciter ipſa communitas cogitur dare ipſum intereſſe ſi non uult. nec inuenitur conceſſum à communitate, quò mutuator uendat. Maior patet: quia non poteſt uendi ab aliquo quod non eſt in eius poteſtate nec libertate niſi cum aſſenſu eius cuius intereſt: puta uendens transfert dominium & proprietatem rei uenditæ pro ęquiualenti in ementem: ſed hic uenditor ſortis nō transfert dominium & proprietatem illius intereſſe in ementem, ergo nec vendit illud. Maior patet ex natura uenditionis, & dictis aliorum patet cum fiat per ſtatutum cuitatis di. quòd camerarius gabellæ ad hoc inſtitutus teneatur & debeat dare ſingulis creditoribus deſcriptis in libro. In illo autem libro ſcribuntur emptores, & creditores.

¶Præterea venditio eſt communitatio rei ad præcium ex conuentione & pacto partium uenientis: ſed inter præfatos ſcilicet uenditorem iuris ſortis & emptorem naturālia commutatio fit ipſius intereſſe ad quodcunque præciū & nulla de hoc conuentio uel pactio interuenit, ergo non uenditur illud. Maior patet ex deſcriptione venditionis. Minor etiam patet: quia ut dicunt qui illa commertia tractant (perſona media) tractant nenditionem, & emptionem pecuniæ montis nulla intentione facta de ipſo lucro uel prouiſione vel intereſſe. Et apparet quòd communitas quę prouidet & facit ſtatutum dat ex ſe ſic emēti illud lucrum: mera autem rei uenditio eſt quæ nec contractu nominatur: nec pro ea aliquid datur. Vēditio deffinitur.

¶Secunda concluſio ſcilicet quòd inter communitatem & ciuem ementem eſt contractus mutui: ſeu ea quæ fiunt inter eos habent vim talis contractus: hoc autem ſic probat. Primo præmittit in facto id quod facit ipſa communitas. Vadunt namque uenditor, & emptor ad notarium montis qui ſic conficit §.19.

ſcri-

scripturam. Talis asserens se esse descriptum in libro creditorum montis, dedit & concessit parabolam & licentiam mihi tali notario tanquam publicæ personæ recipienti & stipulanti ꝓ tali & tali scribanis ꝓ cõi Flor. deputatis ad scribendum creditores de monte, & quãtitates pecunias &c. in libris super libros dictorum creditorũ & concludi quod emptor scribatur per scribanos cões in libro dictorũ creditorum loco & uice seu noie tale s. qui prius erat creditor cõitatis, & addit ꝙ prædicti creditores &c. possunt eisq; liceat ip sorum iura uendere, permutare, alienare, & quocunque titulo sine causa transferre in aliũ scribenda in dictis libris. Et ꝙ illi in quos dicta iura translata fuerint, potiantur bñficiis, & iuribus quibus potirentur dicti creditores seu q recipere debet. Modo probatur sic ꝓpositum. Obligatio ex uoluntate & ex pacto cõsurgens inter uerum creditorem, & debitorem de sorte concessa restituenda instituit inter eos contractũ mutui, sed talis obligatio est inter cõitatẽ, & ciuẽ emptorẽ, ergo &c. maior probatur in gl. Ray. de neg. secu. ubi dicitur ꝙ contractus est ultrã citraq; obligatio ex uoluntate partium surgens, minor ẽt probatur ex supradictis. Ex quibus patet, ꝙ inter cõmune, & ciuẽ est obligatio uti esse põt, & unus est credetor, & alter debitor ex ipsarum partiũ uoluntate. Et similiter ꝙ inter eos sit pactũ probatur quia pactũ est promissum ex concordia partiũ ut habetur in Catholicon. Apparet aũt ꝙ cõe promittit emptori, & se obligat de sorte & lucro &c. ¶ Præterea S.T. in 3.par.q. 14. dicit ꝙ in uerbo contrahendi importatur ordo effectus ad cãm. V. gratia. Inter coniugens contractus matrimonij dicit obligationem mutuã, ut effectũ in ordine, ad mutuum consensum, qui est cã, ergo inter quoscunque est obligatio uerę sortis concessæ restituendæ de cõsensu partium inter eos est contractus mutui, sed inter commune & emptorem est huiusmodi obligatio ergo &c. utraq; ex superioribus patet maior ex dictis Tho. minor ex scriptis adductis. ¶ Præterea arguo ex dictis oppositorum dicentium quod mutuum non conficitur nisi ubi ex meo fit tuum: quia est obligatio quæ contrahitur accedente re & consensu igitur. cũ de meo fit tuum cum acceptione rei & accessione consensus ibi est mutuum, sed sic est in proposito, ergo &c. maior loquentium est, minor potest apparere non solum ex dictis in principio huius cõclusionis adductis, sed etiam quia quod tenes meum est, quia cum mihi debeatur sors ex emptione iuris de nouo scribat creditor, & communitas se debitori esse obligat, & ego assentio ut maneat apud eam & promittitur prouisio debiti mihi ut creditori ergo &c. ¶ Preterea inter quoscunq; sunt uel fiunt ea quæ requiruntur ad contractum mutui inter eos est contractus mutui, sed inter emptorem & commune sunt, & fiunt ea quæ requiruntur ad contractum mutui, ergo &c. maior est nota minor probatur quia non plus uidetur requiri ad prædictum contractũ mutui quam creditor & sors concessa cum usu communi deinde debitoris consensus, & obligatio inter utrumque sed hæc sunt inter prælatos, ut tam ex dictis quam ex facto apparet igitur inter eos est mutuum, nec potest dici quod emptor non concedit sortem communitati cum de sua uoluntate & consensu sors cuius ius est suum ex emptione manet cum suo usu apud communitatem. Nec potest dici quod contractus non sit cum communitate, sed cum quibusdam officialibus communitatis emptor tractat, quia si ex hoc negetur contractus pari ratione negabitur fuisse inter primos & communitatem, quia primi non nisi quibusdam officialibus communitatis tractauerunt scribentibus & recipientibus pecuniam. Nec potest negari contractus, quia tali sors non debetur emptrori a communitate immo de iure ipsi emptori debetur. Quod probatur primo; quia ei cui communitas se obligat, & promittit de sorte, debetur ipsa sors sed emptori communitas se obligat & promittit de sorte, ergo &c. maior patet, quia aliàs se obligaret iniuste & raperet si alteri deberetur minor patet ex scriptura statuto.

§.20. Lucrũ sapit usuram.

¶ Tertia cõclusio, quæ est quod lucum quod habẽt dicti emptores a cõitate eo modo quo habent est illicitũ, & sapit usura sic probatur. Credere & concedere sortem sub ratione crediti uel alicuius capitalis sola spe & intentione lucri habendi est usura. sed in hmõi contractu conceditur sub ratione crediti, uel capitalis sola spe & intentione lucri habendi ergo talis contractu sapit usuram, maior est in c. Cõsuluit de usu. ubi reprobatur spes lucri. Spes enim & intentio ad uoluntatem pertinent, illud ergo quod solum mouet uoluntatem ad predictum concessionem, & credentiam sortis &c. est lucrum speratum, ergo ibi est usura, Maior istius pro simili nota est cum finis intentus sit mouens agentem ad actum, Minor probat̃ qa illud est causa quo posito uel amoto, res uel actus ponitur uel mouetur

sed

sed illo lucro posito, uel amoto ponitur uel amouetur dicta concessio. ergo istud lucrum est sola & tota causa. Istam non aliter probo nisi per confessionem hominum ita facientium. ¶ Præterea lucrum quod oportet restituere est iniustum & illicitum, & nõ alia causa nisi quia usurarie extortum; sed lucrũ ex huiusmodi emptione oportet restituere, ergo &c. maior patet quia si iustum nõ oportet restituere minor ex. c. suprius allegatis. In proposito autem non est alia causa restituendi nisi quia usurarium, ergo &c. Satis tamen probat hanc huius rationis conclusionem q̃ hactenus fieri cõsueuit. Instituebantur enim officiales ad remittendum cuilibet præfatum lucrum: quia habebatur conscientia sicut de vsura. Præterea sicut ut dicunt in contrarium arguentes, qui non est creditor in sorte siue cui sors non est debita non est vsurarius, sic per oppositum arguendo qui est creditor in sorte, & cui sors est debita si recipit lucrum vel accessionem sortis à communitate modo superius allegato est usurarius, sed præfatus emptor est creditor in sorte & sibi sors debetur, & accipit præfatum lucrum intentum & datum pro sorte, ergo est usurarum maior patet p̃ Ari. quia sicut negatio est cã nõ causæ nõ ita affirmatio est causa causæ. Minor quantum ad singulas suas partes est probata superius. ¶ Præterea qui mutuum cõcedit corrupta intentione, scilicet inde habendi lucrũ est vsurarius, sed præfatus emptor concedit sortem, seu capitale corrupta intentione: ergo est vsurarius & tenetur restituere, maior patet auctoritate iuris de usu. c. Cõsuluit, Minor apparet, quia corrupta intentione secundum theologos, & iura uocatur quando mutuatur propter solam spem lucri ut in proposito, & si dicatur quod in proposito nostro non est contractus mutui ex forma, & ideò non est usura? Respond. quòd hæc non ualet nec excusat, quia saltem est usura ex fraude ut extra de empt. & ven. Ad nostram, & sanctus Tho. 2.2.q. 87. dicit, quòd vbi venditur res plus iusto prẽcio propter dilatam solutionem est vsura, igitur vbi propter sortis expectationem intenditur, vel recipitur lucrum, vel expectatur, usura est, & sic est in proposito. ¶ Præterea si ponat quis pecuniam apud mercatorem & lucrum annuatim secundum consuetudinem recipiat, iam hic vsurarius est, & tamen nullus contractus inter eos est usurarius est forma. Præterea succedẽs hæres vsurario, nullum contractum facit cum debitoribus & tenetur recipiens capitale cum lucro vsurarius est. Nec potest dici quòd non sit expectatio temporis, quia uenditor nec emptor possunt habere pro sorte sibi à communitate debita illud lucrum, quod pro retenta sorte datur nisi in terminis assignatis communitate, immo expectant vt in statuto termino ex eis detur. Probantur prædicta scilicet quod ex expectatione recipere pro sorte sit usura. 14.q.3. Ex dictis Aug. Hiero. & Ambro. Nec ualet dici emptor non dedit, quia uerus creditor efficitur iam dari, & sibi ex emptione de iure debetur, & est in expectatione sortis lucri. Præterea ultra sortem mutuatam uel concessam, etiam cum periculo suo, vt dicunt, Exigit, & expectat emptor ultra sortem, ergo est usurarius. Maior habetur expræsse de usu. in c. Nauiganti, minor est experta per quotidie facientes. Ex quibus apparet quòd exemplum positum per alios de dubio excusante non ualet. Dicunt enim: sicut positum licite securare mercationes tuas usque. Genuam retinendo super me dubium & uolendo. x. uel xx. pro c. plus uel minus secundum quantitatem periculi sic in proposito, quia totum dubium quod tu habet super me recipio dando tibi tuum &c. quia ex tunc si nihil unquam recepero damnum meum est. Istud simile, vel exemplum non uidetur ualere nec est ad propositum. Istæ enim qui assecurat mercãtias recipit prẽcium sui periculi, sed nullam sortem concedit uel mutuat ultraquàm pro eo lucrum accipiat aliquod ab eo, quem de mercibus assecurauit, sed in casu nostro emptor sortem concedit, & credit pro qua ultra aliquid quærit, scilicet lucrum. Item securator mercium quærit lucrum ab eo cuius merces assecurat, & pro ea periculum intrat. Emptor autem de quo loquimur non recipit lucrum, nec habet ab eo, cuius periculum super se recipit, sed expectat & recipit & habet à communitate pro sorte ei credita, & ei debita. Item videamus quem securat istæ emptor, nõ communitatem, quia non indiget, non uenditorem, immo infert ei damnum de tribus partibus sortis cuius ius emit, & de toto lucro de quibus si uenditor iam incurrit periculum nunc euasit. Item arguitur per alios & sic. Quicquid communitas ordinat statuit ad hunc finem ut contractus inter primum & secundum habeat firmitatem & illud confirmat & non immutat: ergo non sine lege communitatis contractus est lititus, similiter & cum lege factus contractus erit licitus. Ad istud dico, quod non me intromitto utrum inter primum & secundum sit contractus usurarius.

Corrupta intẽtio fuit usuram.

Reprobõ opinionis.

rarius. Sed dictum istorum, scilicet quòd communitas quicquid facit faciat ad firmandum contractum inter illos duos factum, non uidetur mihi uerum, quòd communitas non confirmat contractum de quo nullam faciat mentionem, sed sic est in proposito, ergo &c. Maior patet cũ confirmatio sit præcedẽtis quod dam commemorare. Minor appartet in scriptis communitatis, si enim confirmaret exprimeret quem contractum, uel cuius contractum confirmaret, sed nullum exprimit ergo &c.

§.21. ¶Solutiones etiam quædam quæ fiebant per prædictos opponentes ad quasdam rationes quæ fiebant in oppositum non uidentur sufficientes. Et ratio eorum erat talis: quia cum talis dicebatur quod si primus uoluntarie mutuasset communitati pro illo lucro habendo esset usurarius, modo secundus intrat uoluntarie locum primi cum spe præmij, ergo &c. Respondetur per illos, quòd de secundo non est lucrum simile, quia non intrat locum primi quo ad contractum motui: quia nil mutuauit communitati & ex contractu quem facit cum primo non efficitur creditor communitati, cum communitas proprie non teneatur sibi respondere si nollet: sed intrat locum primi quo ad ius exigendum & percipiendum quod habet primus ex contractu facto cum communitate. Ita solutio salua reuerentia non uidetur sufficere, quia (ut supra dictum est) inter communitatem & secundũ est contractus seu ea quæ fiunt inter eos habẽt uim contractus mutui, uel certe negari non potest, quin ipse secundus sit uerus creditor cõmunitatis, non tantum ex emptione iuris primi, sed etiam ex consensu communitatis consentientis, & recognoscentis eum ut uerum creditorem in sorte, pro qua recipit lucrum, ut intendebat, & sperabat pro ipsa sorte credita nec habet solum ius exigendi ut dicũt: sed est creditor sortis libertas autem communitatis non excusat intentionem & spem lucri percipiendi pro sorte quam concedit & credit communitati: quæ quidem spes & intẽtio faciunt hominem usurariũ. Exemplum autem quod ponunt de cõcedente domum & concedente pecuniam pro inhabitatione domus satis facit pro nostro proposito. Concedens enim usum domus qui estimatur pecunia licite potest recipere præcium, concedens uero pecuniã non põt recipere pro eius usu rem præcio estimabilem, & ideò secundus est usurarius, & sic secundus i proposito nostro est usurarius, quando autem primus uendit domum, & alter tradit pecuniam nil ultra expectat de illa pecunia, sed non sic in proposito; quia qui dat pecuniam emendo ius sortis pro empta expectat lucrum scilicet pro sorte credita cuius ius emit. Videt ergo hoc exemplum pro nobis potius, quam pro cõtrarium sentientibus. Et quod additur ad uendo quod in cõtractu emptionis licet sperare lucrum sicut facit mercator de sua mercatione nullo modo uidetur ualere in proposito nostro: immo reputo periculosum, quia hic emittur ius sortis quæ apud debitorẽ manet pro lucro habendo in posterum in terminis assignatis quod desiderare & emere non licet nec emitur sors simul & interesse: ut isti dicunt, immo oppositum superius est probatum.

¶Aliud argumentum eorum fuit, quod gener habens a socero terram in pignus pro dotibus nõ computat fructus in sortem ,ppter onera matrimonij si alius soluat, uel emat à genero dotes, tunc debet fructus computare in sorte alias esset usurarius quia cessat conditio scilicet onus matrimonij propter quod licebat fructus non computare in sortem, & sic est in proposito; quia in emptione conditio primi cessat propter quam aliquid recepisse ultra sortem dicitur licuisse: Respondẽt quod secundus debet fructus computare in sortem, alias reciperet lucrum & cõmodum ex expectatione temporis ad recipiẽdũ suum cũ sit certus, ppter pignus equiualens, & sit uenderetur tempus quod est usura. Addunt etiam responsioni; si deberet mihi dare dotes daret mihi annuatim fructus alicuius terre & in potestate eius esset dare uel non dare, tũc si esset malus debitor & dubitaretur deo tã de dote quam de fructu totum possum alteri uendere, & alium in totum ponere loco mei sed tunc talis emens non daret tibi tantum quantum esset sola dos propter periculum uel laborem in exigendo. Hæc sunt uerba respondentium, sed salua eorum reuerentia exemplum, & ratio itant nõ soluta. Patens enim est quod sicut in emente dotes a genero conditione matrimonij cessante si non cõputat fructus in sortem est usurarius, etiã cõcessione respondentium, sic sequitur quod cessante conditione primi mutuantis pecuniam communitati propter quam licebat recipere pecuniam a communitate in emente ius sortis primi si recipiat illud lucrum, & non computat in sortem erit usura. Item sequitur ex uerbis eorum, quod nullus contractus dicatur factus & ponatur quod non fiat

§.22. Gener habens terram obligatam à socero ratione dotis an cõputabit fructus in sortem.

Reprobatur solatio

Distinctio inter usũ & fructum.

inter

inter ementes dotes a genero & socerum cuius est primo dare, tamen si sic emens non computat ius in sortem est usurarius, ita eodem modo si diceretur quòd emens ius sortis primi nullum cum communitate faceret contractum si ullum lucrum recipiat, & non computat in sortem est usurarius. Sicut enim ille licèt cum illo non cõtrahat si illud lucrum recipiat & non computet in sortem et tamẽ ad restitutionem tenetur cuius sunt fructus, sic in proposito inter communitatẽ, & ementem. Concluditur ergo quòd recipiens fructum ab eo cum quo nullum fecit contractum tenetur ad restitutionem. Quod uerò dicitur quod uendit tempus & ideò est usurarium nil uidetur ualere. Quia concessio sortis intentione corrupta & spe lucri uel fructus quem recipit facit usuram quicquid sit de tempore, nec securitas pignoris tollit uel facit usuram, cum etiam pignus habens cum securitate si fructus computaret in sortem non esset usurarius, etiam cum expectatione sortis in tẽpore. Nec uidetur quod anxietas dubii uel periculi, quia. s. nescit si aliquid consequetur uel habebit facit licitum lucrum quòd quæritur ultra sortem, patet extra de usu. Nauiganti. Item patet quòd si mutuo pessimo & dubio debitori centum p decem annuatim nunquã dubium excusabit etiam si nũquam aliquid haberem, ita in proposito quicquid sit de contractu, ubi fuit primo corrupta intentio spe & intentione lucri, quod consequitur est illicitum & sapit usuram. Item si hoc dubium communitatis excusat lucrum illud uidetur quòd possumus ponere pecunias apud mercatores cum plus sit dubium apud mercatores qui frequenter defecerunt, & deficiunt quam cõmunitas: quæ ex quo cepit dare prædictum lucrum nũquã subtraxit, & si aliquando distulit postea supleuit. Item ex prædictis uidetur, quòd regibus & magnis possumus credere & tradere sortem & habere lucrum cum sit magnum dubium ne sibi nedum sortem: sed & lucrum sibi retineat & possunt hoc facere ut eis placet. Quod uerò additur de uenditore &c. mihi dubium facit, si enim gener reciperet dotes uel cessaret onus matrimonij non posset recipere illos fructus de bona conscientia. Item consideramus, quod dotes sunt generi proprie, fructus autem sunt ei aduentitij, & accessorij, si ergo uendantur non erunt fructus ementis nisi sint accessorij, & aduẽtitij pro sorte, & sic illiciti cum nõ esset in eo causa licita quam habet gener. Nec potest dici propter dubium cum sit securus de pignore, quod autem per eos additur exemplum & argumentum adductum, quod esset in potestate debitoris dare uel non dare &c. non excusat meo iudicio corruptam intentionem ementis qua pro sorte uel dote data genero recipit ultra lucrum fructum possessionis pignoratæ: quia etiam cum periculo non licet aliquid recipere ultra sortem, ut patet in dicto. c. Nauiganti.

Conclusio exp dictis.

Illationes ex premissis.

§. 23. ¶Item arguebatur contra eos quod fors uendatur: quia quod scribitur in libris communitatis hoc uenditur, sed in libris communitatis scribitur fors. c. ergo &c. & uidet excessiuum lucrum. Respondetur per eos q, non uẽduntur. c. nec est habere. c. flore. nec est excessiuum lucrum, sed datur equiualens pro equiualenti, sed salua reuerentia aliter supradixit sic. Totum ius primi & quo ad capitale & quo ad itteresse est fors, & cedit in sortem illi secundo, quia totum illud emitur, ergo fors. c. flor. emitur, & est habere apud communitatem c. flo. utrum autẽ sit conueniens præcium relinquo decidendum. Scio tamen quod probi uiri iudicant: prauum, & iniustum præcium.

§. 24. ¶Item fiebat aliud argu. contra eos: quod licet inter communitatem & ciuem emptorem uidetur esse pactum, & per consequens quod usura ipsi diminute recitant. Arguũt enim sic. Vbi per scripturam fiunt promissiones & obligationes ex parte communitatis ciui ementi ciuis ex his motus, ut habeat promissum lucrum emit iura primi, & fit creditor communitatis ibi uidetur esse pactum sic est in proposito. Per officiales enim per communitatem deputatos ad faciẽdum istas scripturas siue uocentur syndici, siue aliter præfata promissio & obligatio pactum autem ut supra est alleg. uidetur esse promissum, ergo &c. ad hoc ar. respondent quod syndici & officiales prædicti non sunt instituti ad faciendũ nouum contractum inter communitatem, & ciuem: sed solum ad confirmandum contractum factum inter uendi. & empt. & hæc est responsio eorum.

§. 25. ¶Itẽ super eo quod de dubio dicebatur pro excusatione ementium arguebatur in contrarium sic, quia contractus qui uallatur tot legibus & scripturis & cathenis non uidetur esse dubius, sed respondent illi quod adhuc eo non obstante est magnum dubium, quod patet quia aliquando plus ualẽt aliquando minus, & quare hoc nisi propter dubium, sed hæc responsio potest deficere, quia nõ est tantum

tum dubium sicut dicunt, nam vt supra dixit, & habui à mercatoribus: quia non est tantum qui mercatores ista tractant. Ex quo præfata prouisio uel lucrum dari cepit per communitatem ciuibus nunquàm defecit, & si aliquando dilata tñ suppleta est. Causa autem quare plus vel minus valet est defectus, vel abundãtiæ pecuniæ in ciuibus, quando enim habent pecunias emunt & tunc uendũtur carius, quãdo autem qui habent sortes apud communitatem indigent pecunia. tunc emuntur, & uẽduntur minus sicut etiam in diuersis locis plꝰ uel minus datur pro cambio fiore. de loco ad locum secundum maiorem, & minorem indigentiam eorum pro mercationibus. Catenas autem securitatis & firmitatis de prędictis dixi uoluntatem, & potentiam ciuium regẽtiũ quæ habent pecunias de prædictis in communitate, & quærunt lucrum, & minus difficile esset eis ista subtrahere, & mutuare eis inuitis, qui si libenter perderent sortem & lucrũ, deus nouit.

Vnde firmitas in ꝑdictis.

§.26. Emptio quæ sapit usuram.

¶Ex præmisis apparet quòd præfactũ lucrũ ementium a primis non est licitum: sed sapit vsuram, sed fortè ipsi emptores possent excusari: quia commune dat eis lucrum pro dono damno & interesse, & ista ut mihi uidetur nõ excusant illud lucrum nec faciũt licitum. Aut enim intelligitur quod illud lucrum solum unum & idem sit interesse, & donum, aut donũ solũ, aut interesse solum, sed non potest dici donum & interesse simul, quod probo. Et idẽ. n. eodẽ mõ sumpto non conueniunt ea q̃ non sunt in eodem modo sumpta, sed donũ & interesse non sumuntur eodem modo ergo simul unum esse non possunt, maior est nota per philosophũ minor nota q̃ ratio doni est & sit liberum, ratio uerò interesse est quod sit obligatum. ¶Præterea cõfirmatur, q̃a causæ disparatæ sunt disparatorum effectuũ nec conuenientium eidem, uel idem existentium, sed causæ doni, & interesse sunt liberalitas, & iustitia, ergo donum, & interesse sunt disparata nec unum & idem est causa, ergo unum & idem non est in illa. ¶Probatur secundo quòd illud lucrum non est donum: illud ergo quod datur mutui sorte, & non aliter nõ est donum. Sed illud quod datur à cõmunitate est tale, ergo non est donum, maior est uera, quia cadit sub obligatione ut patuit supra, minor probatur; quia non datur alicui nisi debenti recipere sortem. Præterea quod ex se cadit sub restitutione nõ habet ex se rõnem doni, sed præfatum lucrum ex se cadit sub restitutione, ergo nõ habet ex se rationẽ doni, maior est nota cum donum sit res inuendibilis, minor probatur de facto cum indigeat remissione vt dicitur in themate. nisi forte donum uellet appellare, quòd debitor post solutionẽ donat, & remoueat creditori quòd nõ teneatur ad restitutionem. ¶Probatur tertio, quòd illud lucrum non sit propriè interesse damnum autem & interesse pro eodem accipio in prædicto communitatis statuto. ¶Interesse. n. dicitur cum aliquid alicui deest quod sibi debet de iure. Illi ergo ꝑ interesse datur aliquid ultra sortem, cui aliqui abest quod sibi debetur de iure, sed isti emptori non abest aliquid quod ei debeatur de iure, ergo illud lucrũ quod datur ei ultra sortẽ non est interesse, maior vera de iure est, minor apparet: quia de iure dicitur sibi sors deberi, & illã uoluntariè credit cõitati. Videtur ergo ex prædictis dictũ lucrum illicitum, & usuram sapere &c. Hæc oia præfactus magister. Domin. or. præd. Super ista materia consultus. Feder. de Senis. Vtrum. s. licitũ sit emere dicta iura seu credita, quæ quis habet in mõte ꝑ ꝑ stantias solutas. Respondet quod non: sed vsuram sapit, prout reperitur in consilijs suis sic declarans, sed vulgari sermone dicatur, uẽdo tibi. c. flore. quos mutuaui communitati, tamen in rei veritate non sic est, quia in eo ipso quod mutuaui. c. ipsi communitati transtuli Dominium eoum in ipsam communitatem cum in mutuo Dominium transferatur, sicut patet in insti. quibus modis contrahitur obliga. in principio. in uersi. unde etiã. Nõ põt ergo creditor uendere ista c. cum non sit Dominus ipsorum. Nã solus Dñs rei de iure uendere põt sicut prędictũ est, ꝑ ꝙ uidetur ꝙ in hoc contractum nõ vẽdatur nisi iura creditorũ qui insurgũt ex mutuo, & ex ipsa obligatione cõitatis. Videndum est ergo primo quę sit actoris intentio in contractu præfato. Ad hoc. n. dico ꝙ principalis eius intentio est, ut subintret & teneat locum primi creditoris, uidelicet quo ad hoc ꝙ ipsæ creditor sit creditor cõitatis in sorte: quia uẽditor recipit quinque per quolibet cẽtenario annuatim donec recipiat sortẽ, ꝑ ꝙd colligitur manifestè, ꝙ sub uelamine emptionis, emptor sit liber, & volũtariꝰ creditor cõitatis vt ultra sortẽ gratia mutui quinq; recipiat annuatim. Dico ergo ꝙ rõ quare primi creditores nõ sũt usurarij est ista: quia ad mutuãdũ cõitati coacti sũt. Et ꝙd nõ est licitũ in lege necessitas licitũ facit. cit, de re. iu. Qd̃ nõ est licitũ sub aliqua spe uł maximè intẽtione primaria recipiendo aliqd vltrã sortẽ gra mutui mutuãt cõitati, licitũ é

Interesse quid sit.

Necessitas licitũ facit.

aliquid accipere ultra ſortem. Nam ſicut dicit. 1. q. 2. in c. Sicut epiſcopum. Nullã. n. maculã oblatio ſuſcipiẽti ingerit quę nõ ex ambientis petitione proceſſit, ergo p locum ab oppoſito iſtę qui liberè & uolõtarie cum ſpe & intentione primaria recipiẽdi ultra ſortẽ gratia mutui mutuat communitati uſurarius eſt. 14 q. 3. Vſura. & c Pleriq; . 14 q. 3. ſi fęneraueris extra de uſu. Conſuluit. ¶ Preterea i iudicio animæ ille uſurarius cenſendus eſt qui eo propoſito pecuniam mutuat, & credit licèt conuentione ceſſante ut plus inde recipiat ut patet extra de uſu. Conſuluit. 14. q. 3. ſi fęneraueris. Sed talis emptor efficit creditor & eo ꝓpoſito pecuniã mutuat, & licèt omni cõuẽtione ceſſante ut recipiat ultra ſortem nec aliàs mutuaret ſicut ex eius intẽtione iam patet: ergo i iudicio animę uſurarius eſt. Preterea ſecundo ſic probatur. Quicũq; alteri tradit quouis mediãte cõtractunt plus ſorte recipiat uſurarius ẽ, ſicut patet. 14. q. 3. c. uſura, & c. plerique, ſed talis emptor huiuſmodi eſt ſicut patet ex intentione & affectu, ergo uſurarius eſt credendus. Confirmatur ſic. Si talis emptor ſimpliciter, & abſq; ullo lamine aliquo fieret creditor communitatis ut reciperet ultra ſortem uſurarius eſſet; ſed iſtę ſub emptionis uelamine eque ſit creditor ac ſi ſimpliciter tradidiſſet cõmunitati, ergo uſurarius eſt. ¶ Tertio ꝓbatur cõcluſio auctoritatibus multiplici alia cõcluſione quę ex prędictis colligi poſſunt. ¶ Prima ẽ hæc. Primus creditor nunquàm poteſt ponere prędictũ emptorem in loco ſuo cum omnibus illis circũſtantijs quibus eſt ipſe: cum ipſe uoluẽter creditor ſit. ¶ Secunda cõcluſio eſt q; ſit talis emptor cogeretur emere a cõmunitate ſicut extitit primus ab uſura excuſatus eſſet ubi principaliter non eſſet contẽtus accipere ultra ſortem mutui ratione ſicut ſuperius e dictum. ¶ Tertia quoq; ẽ. Si talis emptor daret c. ꝓ illis. c. quinimmo ſi daret & ultra nõ minus uſurarius eſſet, ex quo ſola intẽtio recipiẽdi ultra ſortẽ gratia mutui hominẽ uſurarũ facit. ¶ Quarta eſt quòd primum non ſolùm coactio, ſed etiam intentio recta excuſat, q a ſi placeret cogi illicitum foret, eo q; coactio tranſiret in uoluntarium. ¶ Quinta eſt. Non ideò quia liberè emit & creditor uolũtarius ſit emptor iſtę uſurarius eſt: ſed quia intẽdit recipere ultra ſortem. Hæc ẽ ſententia Fęd. de Senis de uerbo ad uerbum.

Vſurarius i foro conſcientię

§. 28. ¶ Cum ergo in prędicta materia emptionis iurium quæ habẽt ſoluentes præſtãtias ſeu collectas communitati in ipſa communitate quę dicuntur Florentiæ denarij mõtis Venetijs impræſiuta. Genue loca. Vtrum ſit licitũ emere dicta iura? ſit magna controuerſia & uaria opin. inter ſapientes tam doctores in theologia quam in iure, aliquibus dicentibus talem contractum ſapere uſuram, & per conſequens illicitum alijs probantibus licitum eſſe. Notandum eſt quod dicit be. Tho. in quadã q̃ſtione de quod liberis uidelicet quod q̃ſtio qua quæriẽ de aliquo actu utrũ ſit peccatũ mortale uel nõ: niſi ad hoc habeatur auctoritas expreſſa ſcripturæ ſacræ aut canonis ſeu determinationis eccleſiæ uel euidens ratio non niſi periculoſiſſimè determinatur. Nã ſi determinet quod ſit ibi mortale & non ſit, mortaliter peccabit conſaciens quia omne quod eſt contra conſcientiã ædificat ad gehennã, ut dicitur 28. q. 1. §. Ex his. Si autẽ determinetur quod non ſit mortale & ſecundum rei ueritatem ſit, error ſuus nõ excuſabit eum a mortali; ſed hoc ſecundũ uidetur ſanè intelligendum quando ſcilicet erraret ex craſſa ignorantia ſecus ſi ex ꝓbabili, puta quia conſuluit peritos in tali materia, a quib⁹ ſibi dicitur illud talẽ non eſſe mortale uidetur enim tunc in eo eſſe ignorãtia quaſi inuincibilis, quæ excuſat a toto, & hoc quantum ad ea quæ non ſunt expreſſe cõtraria diuinũ uel naturale, ut cõtra articulos fidei, decem præcepta & huiuſmodi in quib⁹ ignorãs ignorabitur (ut ait Apoſt.) & habet. j. q. 4. §. fi. Et ſi diceretur hic eſſe uſuram & uſura eſt contra decalogum. Rñdetur uſuram eſſe præcepta cõtra decalogi uerũ eſt reductiue: ſed hunc contractum eſſe uſurariũ nõ eſt clarum, cum ſapientes cõtraria ſibi inuicẽ in huiuſmodi ſentiant. Cum autem dicitur ignorãtiam iuris naturalis non excuſare, intelligitur, de his q̃ expreſſe per ſe uel reductiue ſunt contra ius naturale & diuinum, ut cõtratra fidem & præcepta p euidẽtes rationes uel determinationẽ eccleſię uel determinationẽ & ſniam communẽ doct. Et non de his quæ per multa media & non clara probãtur eſſe contra præcepta & articulos.

¶ In huiuſmodi ergo: quia i dubijs tutior uia eſt eligenda ut dicitur de ſpon. cap. Iuueniſ. Ideò conſulendum eſt unicuique, ut ab emptione talium iurium abſtineat ſicut concludit præfatus Lau. in ſuo tractat. de uſuris, quamuis rõnibus ꝓbet dictũ contractum ſuſtineri poſſe ut licitũ ut patẽs ſup. Et ſicut ẽt cõcludit Inn. ſimilib. cõtractib. q dubij ſũt ſu p c. Cõſuluit. d̃ uſu. Qui ãt iã feciſsẽt dcm cõtractũ ẽptionis dictorũ iuriũ cõſulẽdũ eẽt q; §. 29.

ſi reſcin

si rescindere possent ipsum contractum reuendendo cõmunitati ipsis salubre esset, & quod inde reciperent ultra suum capitale quod posuerunt in emendo pauperibus erogarẽt. Vel si hoc commode fieri posset post receptã sortem suam ex redditibus annualibus à cõitate pauperibus seu locis pijs legarent secundum quosdam ut Io. Do. car. aut communitate remiterent ipsum ius exigẽdi redditum illum secun. alios. ut Guil. & Grego. de. Ari. qđ si tale cõsilium recipere recusaret quis reputans illa licita esse ex rationibus seu consilijs habitis à sapientibus circa hæc & prædicta iura emere intenderet uel iam empta retinere & annuum redditum illorum recipere ut licitũ in perpetuum, & alijs legare uel uendere ad placitum, relinquendus uidetur iudicio suo nec condenãdus ex hoc, aut deneganda absolutio tanquàm perseuerans uideatur in uitio usurę. ¶ Multo magis in prædicatione in huiusmodi materia non est præcipitanda sentẽtia quod sit mortale seu usurarius cõtractus, ut dicit eã cellarius Parisiensis in generali loquens de dubijs materijs de mortali, & hoc ne injiciatur laqueus animalibus. 27. q. 1. c. uiduas. Sed nec etiam prædicare expedit licitũ esse contractũ ne uia paretur cupiditati. Sed uel nil dicendum de tali materia, aut si dicaĩ aliquid ostendendo dubium esse & per consequens persuadendo ab abstinentia istius cõtractus ut tutior uia eligatur. Sed præsupposito etiam quod dictus contractus etiam licitus illi qui vacans emptioni huiusmodi iuriũ non aliqua causa rationali ducti: sed solum ad augendas diuitias & suæ cupiditati satisfaciendum non uidentur posse excusari à turpi lucro quod morale est & si non obliget ad restitutionem. Et si ita emerent intendentes per hoc cõitate mutuare uñ parati ad mutuãdum uolũtarie ipsi communitati pro illo redditu annuali habendo, ab usura excusare non possent ẽm c. Cõsuluit extra de usu. Secus autem si intenderet emere ab habẽt ius in mõte seu in prædiis & locis sicut emuntor prædia & iura licita & non mutuare cõmunitati.

Prædicatur i dubijs sententiam non præcipiter.

§.30. ¶ Insuper cum clerici & religiosi magis quã ceteri ab omni specie mali debeant abstinere ut extra de ui. & ho. cle. c. Cum ab omni & fama eorum non polluit: sed pollere dẽt in populis secundum Aug. 12. q. 1. Nolò & laicos quoscũque in uita & moribus præcellere deceat vt dicit Hiero. 8. q. 1. c. Qualis. Iõ abstinere debet ab emptione huiusmodi iurium ne hoc ad alijs trahatur in exemplum, quod si eis per testamentũ legentur uel alio pio modo conferrantur sitis licet redditus habere licebit & istud possidere. Consultius tamen facerent vendendo ipsi communitati.

¶ Quod autem uolentes probare cõtractum esse illicitum inducunt illud. In dubijs tutior uia est eligenda. Respondetur hoc esse uerum de honestate & meriti maioritate, non de salutis necessitate quoad oia dubia, alioquin oporteret omnes religionem intrare cum tutior uia sit quã in sæculo permanere. Et istud scilicet religionem intrare utique consulitur non præcipitur 33. q. 2. c. Admonere. §.31.

¶ Item cum dicunt à quibusdã quod exponere se periculo peccati mortalis est mortale secundum B. Tho. in 4. sed emere prędicta iura est exponere se periculo peccati mortalis: quia dubium est utrum ibi sit mortale. Respõdetur negando minorem. Non enim emere prædicta iura est exponere se peccati mortalis simpliciter loquendo: sed bene cum ista conditione adiuncta scilicet dubitando ibi esse mortale sumendo proprie dubium cum. s. non magis declinat ad unam partem, quam ad aliam secundum rationem. Sed qui emit prædicta potest non dubitare de hoc, sed opinari licitum esse ex quo per ecclesiam non est determinatum contrarium, & multi sapientes & periti licitum asseuerent, & multo magis qui crederet omnino talem contractum esse illicitum, peccaret mortaliter illa emendo. §.32. Vtrũ se exponere periculo pẽtis mortalis sit ꝑ catum mortale

¶ Item quod dicitur à quibusdam quod quidam Papa moribus & scientia prædictus dixit cõtractũ hũc esse illicitũ, nõ propterea sequitur quod sit illicitus: quia talis Papa nõ determinauit illud Papaliter, sed magistraliter, vt dicit Hug. in quodã simili & habetur in gl. quadam decre. Hoc. n. declarauit Papa ꝙ ut priuata persona sentiebat circa illam materiã non autem vt Papa faciendo. s. decretum siue constitutionem super tali materia, nam talis determinatio sic facta præiudicaret & præualeret auctoritatibus, & dictis quorumcunque doctorum, ut plenè habetur dist. 20. per totũ Quod autem dicitur per Grego. Bonarũ mẽtium est ibi culpam cognoscere ubi culpa nõ est, di. 5. c. Ad eius, ualet ad hoc quod dictum est supra uidelicet ꝙ timendum est ne ibi sit culpa, & ideò consule abstinendum. §.33. Papę determinationi quomodo standum.

¶ De soluentibus ãt ipsas collectas seu prestãtias cõmunitati quo ad receptionem annualis redditus, quem eis concedit communitas communiter concordant quasi omnes licitũ esse ex quo coacti soluunt: tanquàm quoddam inter esse, ideſt damni sui euitatio pro ip §.34.

ſa pecuñia coactè mutuata detur à cõmunitate, cum etiam in ipſa cõmunitas liberè, & expeditè, & ſpontè concedat illum redditũ per modum doni ſi intereſſe locum nõ haberet, ex eo q̃ ciues uidentur obligari ad ſubueniẽdum ſuæ communitati, & ad exponendũ oĩa ſua bona immo & uitam pro ſalute reipublicæ. Quidã aũt de ordi. hærem. ut Gregorius de Ari. & Guil. dixerunt prædictos mutuãtes ſeu ſoluentes præſtantias cõmunitati nõ poſſet recipere dictum redditũ annuale niſi quo uſq; recipiant ſuam ſortem cum intereſſe. i. dãnis inde ſecutis, & nõ ultra poſſe recipere, ſed communiter hoc non tenetur, nec à magiſtris ordinis prædicatorum, nec minorum, nec à iuriſperitis; ſed perpetuum dicunt recipi poſſe. Qui autem uoluntarij non coacti ſoluunt dictas præſtantias propter lucrum quod intendunt habere ex redditu annuali uſuram committunt, ex quo principaliter lucrum intendunt in illo mutuo. Secus ſi ſecundario, hoc eſt ideò uuutuant quia coguntur, ſperant tamen recipere illum redditum, unde aliquantulum conſolantur, non tamẽ ex illo luero mouentur ad mutuandum, ſed ex coactione uel etiam ex liberalite ad ſubueniẽdum neceſſitati ſeu communitatis.

De Rapina. Cap. 12.

NOlite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite cõcupiſcere diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. Pſal. 61. ¶ Venerabilis Ioannes Caſſian⁹ in collationib⁹ dicit diuitias ſimiles eſſe uiſco. Sicut. n. viſcus implicans aũt impedit ne poſſit ſurſum volare: ſed cadit ad terrã & ſic capitur ab aucupe, ita amor diuitiarum implicat mentem, ut non ualeat quæ ſurſum ſunt quærere & appetere, ſed ſi uult ad ſuperna & ſpiritualia ſe leuare relabit ad terrena quærendam, etiam rapiendo aliena, uñ capitur tandem à diabolo ut ait Apoſtolus. 1. Cor. 6. Neque rapaces regnũ Dei cõſequentẽ. Et ratio eſt, quia faciũt cõtra charitatem proximi & contra præcepta Dei, quorũ obſeruatio neceſſaria eſt ad conſequendum regnum Dei. Dicit ét Deus Exo. 20. Non furtũ facies. Nomine autem furti intelligitur omnis uſurpatio illicita rei alienæ ſiue occulta ſiue manifeſta ut dicit Augu. 14. q. 5. c. Penule. Et frequenter accidit, quod nõ ſolum in morte omnia ſibi auferuntur, ſed etiam in uita, uel à Dñis temporalibus: uel à ſtipẽdiarijs, uel ab alijs. Vnde Dñs per Eſa. 33. Ve qui prædaris nonne, & ipſe prædaberis, & cum conſummatus fueris, deprædationẽ deprædaberis? Exẽplum manifeſtum ad litterã habemus. j. Reg. 3. de Amalechitis qui cum feciſſent magnam prædam, & incendium in Sicelech ubi Dauid cum familia ſua habitabat: ſed tunc erat abſens reuerſus, ex conſilio Domini perſecutus eſt illos, & inuenit eos diſcumbẽtes, qui quaſi feſtum celebrabãt diem pro cuncta prẽda, & ſpolij captis & eis oĩa abſtulit & fugauit. Et quia pauciſſimi ſunt qui non inuoluti ſũt rapinis aliquo modo ideo phariſeus rationabiliter Domino gratias referebat ab hoc uicio cognoſcens ſe immunem. Deus gratias ago tibi (inquit) quia non ſum ſicut cæteri hominũ raptores, iniuſti &c. Lu. 18. Nolite ergo ſperare &c. ubi tria poſſunt notari. ¶ Primo interdicitur confidentia circa opulentiam temporalem, ibi. Nolite ſperare. ¶ Secũdo excluditur uiolentia contra ſubſtantiam mundialem. ibi. Rapinas nolite concupiſcere. ¶ Tertio abijcitur concupiſcentia quantum ad inhærẽtiam earum finalem. ibi Diuitiæ ſi affluant.

Diuitiæ comparãtur uiſco.

§. 1.

¶ Quantum ad primũ. Nota quòd iniquitas hic appellatur opulentia temporalis, ſeu diuitię ſecũdum Hug. Card. Vnde & Saluator dixit Lu. 19. Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis. Mammona autem Syriacè, latinè diuitię interpretatur ſecundum Hiero. Dicũtur aũt diuitię iniquitates, ſeu iniquitas nõ q̃ in ſe malę ſint, ſed propter tria, ſcilicet quia.

Mãmona quid

¶ Inæqualiter diſpenſantur.

¶ Nimis ſolerter procurantur.

¶ Homines eis communiter abutuntur.

¶ Quod diuitiæ inæqualiter diſpenſentur deſe patet, nam unus pauper eſt & de eis nil hẽt alius aliquantulum, alius multum, alter plurimũ, & propterea ſm Baſiliũ dicũtur diuitiæ iniquitatis. i. inæqualitates: quia non æqualiter diſtribuuntur hominibus. Nec tñ hoc eſt ex hoĩs induſtria cũ uideamus multos induſtrios ſatis egere, & ſimplices, & incurios abũdare. Nec etiam ex dæmone, quia nihil põt facere ſine Dei permiſſu, unde quod ipſe dixit Chriſto cum tentauit de auaritia oſtẽdẽs ei omnia regna di. Hęc omnia mea ſunt, & cui uoluero do illa, ut habetur Luc. 4. mendacium dixit nec mirum: quia mendax eſt & pater eius. Ioan. 8. Sed à Dominio Deo eſt hæc uaria diuitiarum, & inęqualis diſpẽſatio operatiue, uel permiſſiue, quod intelligens Iob ait. capit. 12. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Dominum, ſcilicet ad iram, cum omnia dederit eis Deus in manus ſcilicet permiſſiuè. Cauſam aũt huius inæqualis diſpenſationis in tempore aſſignãs

Adeoẽ inequalis diſpẽſatio diuitiarũ.

Ambr.

Ambro.ait.Nunquid iniquus est Deus,ut nō nobis æque distribuat vitæ subsidia,ut tu quidem esses affluens & abundans, alijs uerò deesset & egerent,& non potius, quia uoluit tibi benignitatis suæ experimenta conferre, alium verò virtute patientiæ coronare.di.87. sicut hi.Si ergo diues non utitur diuitijs ad finem quem Dominus ordinauit scilicet intendit, ut scilicet recognoscat ipsum, ut benefactorem, & diligat, & pro no ine eius indigentibus largiatur,non habet causam sperādi uitam æternam, unde recte dicitur talibus.Nolite sperare in iniquitate,ideſt in diuitijs,scilicet retentis. Nam & diuiti epulonī dictum fuit. Recordare quia recepisti bona in uita tua. Lu.16.ideſt remunerationem ac cepisti per diuitias,& ideò non potes sperare salutem. Vnde Ecclesiast.31.Beatus uir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris. ¶Secundo dicūtur diuitiæ iniquitas propter nimiam sollicitudinem, quæ habetur ad eas. Vnde saluator loquens de terra spinis occupata in quam pars cecidit seminis, dicit significare eos qui à diuitijs, & sollicitudinibus mundi suffocantur. Lu.8. ¶Adiungit ergo sollicitudinem, diuitijs, quia sine ipsa sollicitudine diuitiæ haberi non possunt, quæ ideò etiam spinis comparantur, quia pangūt mentem frequenter sollicitudine,& anxietate, & sanguinem peccatorum plurium eliciunt, & uerbum Dei auditū uel lectum suffocant, ne fructus sequatur. Et hæc sollicitudo dicitur malitia seu iniquitas, ut dicit Gratianus 14.quæst.5.§. Sed hoc exponens illud. Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis. Sperant autem multi ex ipsa sollicitudine sua circa diuitias non posse deficere uel ægere; sed prouidere ad plenum occurrentibus casibus, & nolite sperare in iniquitate (ait Psalm.1.) in ipsis diuitijs, & uestra sollicitudine ad eas, & est ratio quia uana est spes ista,& deficens. Videmus.n. quotidie diuitias deficere, & de magnis copijs uenire ad paupertatem. Et hoc est quod ait Apostolus. 1.Thim. sexto.diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum suarum.

Diuitiæ spinæ sunt.

¶Exemplum legitur de quodam hortulano qui Deum timens quę sibi superfluebat ex lucro de laboribus suis omnia de die in diem pauperibus largiebatur. Intrauit autem suggestio diabolica in cor eius, ut uidelicet non pauperibus erogaret amplius qđ sibi super erat: sed congregaret & conseruaret ut necessitatibus eius futuris prouideret. Et cum congregasset magnam quantitatem pecuniæ cum magno labore & sollicitudine & in illa speraret, contingit ut quadam die cum laboraret pedem percussit & grauiter adeo ut laboraret non posset nec ire. Cępit ergo pecuniam congregatam in medicos & uarias medicinas expēdere & tota iam exhausta permanebat infirmitas, & ita aggrauata quod de consilio medicorum oportebat pedem abscindere ad mortem euadendam. Ex qua re in anguſtia cōstitutus reuersus est ad seipsum cępit se arguere de sua uana spe in illa pecunia & Domini misericordiam implorare ut non aspiceret ad suam iniquitatem: sed redderet sibi pristinam sanitatem promittens ad solita pietatis opera redditurum,cui angelus apparens cum stomacho ait ubi sunt diuitiæ tuæ congregatæ quare per eas in diuitibus tantam spem habebas non facis te sanari? Verum quia recognoscis iniquitatem tuam, non vult Deus respicere ad fatuitatem tuam,sed tibi sanitatem tribuo ita ut caueas non amplius sperare in iniquitate: sed in Deo uiuo, & tangens pedem eius subito curauit eum plenè. ¶Dicuntur tertio diuitię iniquitas committuntur propter eas, & per eas. Propter quod dicit Salomo. Ecclesiast. quinta. Diuitiæ congregatæ in malum Domini sui. Et Hieronym. Omnis diues aut iniquus aut hæres iniqui, per ipsas enim diuitias sperant peruertere iustitiam scientes quia pecuniæ obediunt omnia.Vnde Isidor.in lib.sen. Cito uiolatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere se nummis existimat.11. quæst. 3. capit. pauper. Per diuitias sperat diues habere officia, & beneficia, & exaltat superbiam.Aug. Vermis diuitum superbiam. Per diuitias sperat miser homo obtinere ueniam, & supernam patriam dando eleæmosynas, ex eo quod ipsa ueritas ait. Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant uos in ęterna taber. quasi dicat dando pauperibus eleæmosynas ex iniquis diuitijs per merita & orationes eorum parabitis uobis regnum cęlorum: sed hoc est uerum quando ipsæ diuitiæ, & si per iniquos modos & nimia sollicitudine sunt congregatæ non tamen sunt obnoxiæ restitutioni certæ. Nam illa oportet certis personis restituere secundum omnes doct. theologos, & canonistas. Nec sufficit hospitalia uel ecclesias facere aut pauperibus erogare, ut habetur extra de hom.sicut dignum.

Diuitiæ sunt cā malorū.

Exēplū đ sperāte in diuitiis.

gnum. Et Aug. Neque si agis iniquè, ac perperam in uasis ita quisque utatur ut ex eorũ fructibus largas eleęmosinas faciat ideò rapinam iustificat 14.q.5. neque. Sed si restitutio fienda est incerta, tunc pauperibus erogandũ & etiam aliàs illicita lucra, & superflua, & hæc in statu gratiæ sunt fienda, ut fructus percipiat. Nam ut dicit sapiens. Dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationibus iniquorum, nec multitudine sacrificiorum eorum propiciabitur peccatis. Vnde & Iob 27. Quæ est spes hypocritæ ut auarè rapiat, quasi dicat nullam spem possunt habere salutis, & si ex rebus raptis darent eleæmosynam cum debeant ea potius restituere. Nolite ergo sperare in iniquitate.

§.2. ¶ Quantum ad secundum excluditur ab homine usurpatio rerum in eo quod dicitur rapinas nolite concupiscere. Sicut autem illicitum est & contra præceptum desiderium rapinæ, ita & multo fortius ipsum opus rapinæ. Et appetitus quidem rapinæ prohibetur lege diuina, & punitur iudicio Dei præcise, sed opus rapinæ prohibetur lege diuina pariter & humana, & in utroque foro Dei scilicet & mundi punitur grauiter, quia perturbat nimis pacificum hominum conuictum. Vnde Dominus per Esa. 61. c. Ego Dominus habés odio rapinam in holocaustum, ideſt etiam si mihi ex ea fiat sacrificium. Odire autem Dei est reprobare & punire, & punitionem raptorum ponit Amos propheta in c. 3. dicens de eis. Nescierunt facere rectum, thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in ædibus suis. Propterea hæc dicit Dñs Deus. Tribulabitur terra ideſt corpus circumietur, s. pœnis, & detrahetur ex te fortitudo tua ideſt anima tua, quæ est fortis ad rapinas, & alia mala, de orsum trahetur ad inferos & diripientur ædes tuæ, ubi scilicet sunt congregatæ rapinæ.

§.3. Rapina fit quinque modis. ¶ Notandum autem quod quinque modis committitur rapina scilicet in usurpatis Dominijs, & in publicis bellis, in manifestis latrocinijs, in pedagijs, & gabellis indebitis, & in iniustis taleis & damnis. ¶ Quantum ad primum cum aliquis Dominus uel communitas accipit uel detinet ciuitatem uel castrum ecclesiæ uel imperij, uel alicuius Domini nõ iusto titulo utique raptor est, & omne lucrũ & censum quod indè percipit, & salarium q̃ indè percipiunt officiales, & rectores ab illa rapina est. Rapinæ impiorum detrahent eos, ait Salomon Prouerb. 21. ideſt deorsum trahent ad inferos, sicut scribitur de Alexan. 1. Mach. 1. quod postquam percussit Darium regẽ Personarum, & Medorum cõstituit prælia multa, & omnium obtinuit munitiones, s. per rapinam, & interfecit reges terræ & pertransijt usque ad fines terræ & accepit spolia multitudinis gentium & obtinuit regiones gentium, & tyrannos, & facti sunt eius tributum unde refert. Aug. in lib. de ciui. Dei, quod cum quidam pyrata dictus Dyonides captus fuisset & Alex. præsentatus interogauit eum Alex. Quare mare infestum haberet scilicet prædando per ipsum, cui respondit libera contumacia quod ea causa, & ratione qua ipse totum mundum persequebatur. Sed quia ego inquit paruo nauigio id facio latro uocor, tu uero quia magna classe. s. gentium multitudine id agis diceris Imperator. Nam alia differentia non est inter me, & te, nisi ad hoc me necessitas cogit, te uerò immensa cupiditas. Demum mortuus est Alex. & detractus est cum rapina sua ad inferos.

Adagiũ piratæ.

¶ Cõmittitur secũdo rapina in bellis. Qui. n. iniustum bellum agunt in omnibus quæ auferunt ab eis contra quos præliantur, rapinam faciunt secundum Be. Tho. 2.2.q.66.art. penult. qui autem iustè bellãt, si ab hostibus laicis accipiant non committunt rapinam, scilicet ab alijs capientes non sunt immunes à rapina, puta si à personis ecclesiasticis morantibus in ciuitatibus & locis alijs hostium, nisi illis bonis ut uictualibus hostes fouerentur, uel loca eorum essent incastellata etiam ecclesiæ secundum Guil. & Vl. seu si à uiatoribus, seu à suis uictualia, & alia ut communiter faciunt rapiant. Vnde Io. Bap. dixit militibus stipendiarijs petentibus doceri uiam salutis. Estote contenti stipendijs uestris. Luc. 3. Docẽs inquit Amb. super Lu. Idcirco stipendia constituta esse militibus, nedũ sumptus quæritur prædo crassetur, dist. 86. c. In singul. Et ut dicit Aug. militate non est peccatum scilicet de se, propter prædam militare hoc peccatum est 23.q.1. militare. Etiam cum hoc fieret in bello iusto secundum B. Thom. ubi supra uidelicet principali intentione cupiditatis & rapinæ, unde omnes tales sunt indamnationis statu, q̃ hodie penè in omnibus stipendiarijs inuenitur. Pone inquit Psal. (loquens de iniustè bellantibus uel contra populum fidelem) principes eorum sicut Oreb, Zeb, & Zebeę, & Salmana, qui existentes capitanei Madianitarum iniustè bellauerunt, & rapiendo bona eorum subiugauerunt populum Dei, sed per Gedeonem cum trecẽtis occisi sunt cum exercitibus suis centum uiginti milibus dicti principes ut habetur Iudi-

§.4.

cum

cum 7. & 8. De bello habes infra in tertia parte titulo quarto.

§.5. ¶Committitur tertio rapina in latrocinijs apertis. Tales erant qui descendentes a Hierusalem in Hiericho expoliauerunt & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto, ut habetur parabolice. Luc. 10. Et latrones quidem maritimi qui dicuntur piratæ per mare prædantes quoscunq; excommunicati sunt, nec absolui possunt citra apostolicam sedem. Similiter & latrocinantes per terram qui spoliant seu rapiunt sua a romipetis, & alijs peregrinis ecclesias & loca sancta usitantibus aut etiam eos qui pro suis negocijs uadunt ad curiam Romanam ubicunque sit, uel inde redeuntes ad propria, aut portantes ad curiã uictualia, simili modo excommunicati sunt ut infra habetur in 3. par. tit. 25. c. 31. Alij uerò latrones, qui alias prædantur, ac etiã naufragantes expoliãt rebus suis, debent excommunicari ut extra de rap. excommunicationi. Et cum alios sceleratos, & homicidas, adulteros, proditores, & huiusmodi confugientes ad ecclesiã ratione immunitatis ecclesiasticæ debeat defendere & nõ permittere ibi capi istos publicos latrones tueri non debet, extra de emu. ec. Et hi quidem etiam in uita præsenti male fortunantur sicut & duo latrones qui cum Christo crucifixi sunt, ut habetur Matth. 27. Et duo principes latronum scilicet Rechab & Baana qui portantes caput Isbosseth filij Saul occisi ab eis, fecit Dauid eos occidi, & præcisis eorum manibus & pedibus fecit suspendi ut habetur 2. Reg. 4. de multiplici pœna horum raptorum habes infra post sequentem. §.

Rapina in latrocinijs.

§.6. ¶Quantum ad quartum Exigentes, uel imponentes noua pedàgia, uel guidagia, quæ scilicet dari instituta sunt à uiatoribus, uel mercatoribus pro personis, uel rebus, quas deferunt exigentes ipsi sine licentia principis id est Papæ, uel imperatoris rapinam committunt, & excommunicati sunt, nec citra sedẽ apostolicam possunt absolui, Exigentes autẽ consueta seu cum licentia principis noua, & non tenentes itinera secura, ex negligentia seu cupiditate, ne expendant propter quod uiatores spoliantur rapinam committunt, & tenentur ad huiusmodi damna. Exigentes a personis ecclesiasticis per se, uel per alios gabellas, & pedagia, pro rebus suis quas non deferunt causa negociationis rapinam faciunt, & sunt excommunicati, ut de censi. c. quamquam lib. 6. & hoc nisi haberent licentiam a papa, quod fit in terris ecclesiæ. Vnde & Christus cum quadam uice intraret Capharnaum dixerunt qui exigebant ibi pedagiũ Petro. Magister uester non soluit didragma ideſt illud quod communiter soluebatur pro transitu in illo loco. Et introeuntibus in domum interrogauit Christus Petrum di. Symon. Principes terræ à quibus accipiunt tributum uel censum a suis uel alienis? Respondit Symõ Petrus ab alienis, ergo subditi Christus, liberi sunt filij, iussit tamen ipsum ire ad mare, & staterem quem inueniret in ore piscis hamo capti daret exigentibus ad tollendum scãdalum, ut habetur Matth. 17. Ad inuendum quod personæ religiosæ, & ecclesiasticæ quales erant Christus cũ discipulis non tenentur talia soluere. Imponentes quoque taleas, seu collectas, seu præstantias dominî temporales, uel ciues alicuius communitatis personis ultra debitum rationis nimias, uel improportionatas ex certa scientia. Similiter exigentes a subditis seruitia indebita in personis uel rebus, ut operas in agris, & uecturas animalium rapinam committunt secundũ. B. Thom 2. 2. q. 66. ar. penult. de quibus dicitur Ezech. 22. Principes in medio eius quasi lupi rapiẽtes prædam. Roboã rex qui noluit alleuiare iugum seu onus exactionum graue quod Salomon pater eius imposuerat populo Israel ad cõtinuãdam pompam, & iactantiam curiæ suæ amisit decem partes regni sui, ideſt 10. tribus, & qui exigebat pro eo lapidatus fuit a populo, ut patet 3. Reg. 12. Exigentes taleas a clericis sine licentia papæ rapinam faciunt & postmodum si non cessauerint ab huiusmodi sunt excommunicati, extra de immu. ec. c. non minus, & c. aduersus. Item extra de censi. quamquã lib. 6. Aduersus, de qua excommunicatione habes in 3. par. tit. 25 c. 26. Quæcunq; autem rapina sit ex prædictis mortale peccatum est, & consquenter ducens ad æternam mortem, nisi fiat de ea rapina restitutio si potest. Vnde Exech. 18. dicit dominus. Si genuerit quis filium latronem rapientem rapinas, &c. nunquid uiuet scilicet talis raptor, non uiuet uita scilicet gratiæ: sed morte morietur scilicet corporali, & inde æterna. Ergo rapinas nolite concupiscere. De taleis seu collectis pedagijs, & gabellis, uide plene infra eodem tit. c. 13.

§.7. ¶In tertio principali psalmista docet remouere concupiscentiã ideſt amorẽ diuitiarum, quo s. quis eis inhæret, ut ultimo fini, dicens Diuitiæ si affluant ideſt ẽt si à deo fluant per licitam acquisitionem, nolite cor apponere

ideſt ibi cõſtituere finem eas amãdo ut principale bonũ,hoc.n.eſſet frui eis. Nan frui ſecundum Magiſtrum in 1.ſen. diſt.j.eſt amore inherere ei propter ſe quod fiendũ nõ é. niſi ſummæ trinitati. Nam ſecundum Hiero. impoſſibile é ut præſentibus quis & futuris fruatur bonis.i.gloria cœleſti Et hoc é q. ait ſaluator. Difficile eſt diuitem intrare in reg. cœl. Matth. 19. Loquitur enim de diuite qui conſtituit ſuum ultimum finem in diuitijs, cuius ſignum manifeſtum eſt ſi apponat cor diuitijs,ita quod ibi cõſtituat finem,quando propter diuitias acquirendas uel conſeruandas paratus eſt facere cõtra dei præceptum. De hoc etiam intelligitur Luc. 6. Veh æternæ.ſ.damnationis uobis diuitibus, qui habetis conſolationem ueſtram. Nolite ergo cor apponere diuitijs, cõſtituendo ibi finem per modum fruitionis. Et ratio quare nõ ſint diligendæ:quia ibi non reperitur quod conceditur,ſed decipiũt, & propterea Chriſtus appellat eas fallaces. Nam promittunt fœlicitatem fruitionis perfectę, & præſtant miſeriã damnationis æternæ. Vnde Salo.ait Eccle. 5. Qui amat diuitias nõ capiet fructum ex eis. Fructus ſecundum b. Tho. in ſum. prima ſecundę q. 12. dicitur a fruor frueris, quia fructus eſt ultimum quod deſideratur & expectatur de arbore. Vnde cõgrue ſignat fruitionem dei,quæ eſt ultimus finis qui deſideratur & expectaſ in nobis & operibus noſtris. Eſt. n. ultimum in actibus gloriæ; quia poſt uiſionem, & tentionem ſeu dilectionem ſequitur fruitio. Vnde Io. 15. dicit dñs Chriſtus. Poſui uos ut eatis.ſ. per bona opera uiã mandatorum, & fructum afferatis.i.cõſequamini æternam fruitionem. Huiuſmodi autẽ fruitio in ſe habet ſanctitatem, ſuauitatem, & puritatem, ſed qui amat diuitias ut aurus de quo ibi loquitur non capit iſta ex eis, nam inſatiabilis eſt. Vnde Chryſo. Ipſa appoſitio diuitiarum auget flammam & maior ſit cupido. Et Amb. Nec ſatietas unquam aderit cupiditati, diſt. 47. ſicut hi. Secundo auarus priuatur ſuauitate propter quod dicitur Eccle. 5. Saturitas diuitis.i.abundantia magna, non ſinit dormire eum. Tertio puritate priuatur, nam ut dicitur. Eccle. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius, hic autem animam ſuam uenalem habet quod patet quia p uno ſolido lucrando uẽdit animam ſuam diabolo committendo mendacium periurium & huiuſmodi, ergo ex quo nõ capitur fructus qui intenditur ex diuitijs ſecundum pſal. Diuitiæ ſi affluant nolite cor ap.

Tẽperãdus eſt amor diuitiarũ

2.2.q.ij. art.3.ad ſecundũ & q.70. art.1.

¶Et pro maiori declaratione materię huius põt ſic diffiniri. Rapina.ſ. q. eſt rei alienę nõ ſacræ in loco nõ ſacro illicita p uiolentiã ad lucrum facta uſurpatio. Declarando autem particulas eius, nota q. uſurpatio dicit actum in genere. ¶Sciendũ tñ quod rapina ſummitur multipliciter. ¶Vno modo largiſſimè, & improprie pro omni uſurpatione indebita, ſiue rei tẽporalis, ſiue rei ſpiritualis, & ſicſumitur ad Phil. 2. Nõ rapinam arbitratus eſt ſci licet Chriſtus Ieſus, eſſe ſe ęqualẽ deo, ſed hoc fecerunt primi parẽtes, q. ut dicit. Aug. uoluerunt rapere diuinitatẽ ideſt dei ęqualitatem, & perdiderunt fęlicitatẽ, ſed huius rapinę Chriſtus ſoluit pœnam. Et hoc é quod dicitur per Pſ. Quæ non rapui tunc exſoluebam. ¶Secundo ſumitur minus largè pro uſurpatione, & acquiſitione, uel retentione illicita rei tẽporalis quacunque, ſiue manifeſta, ſiue occulta. Et ſic Amb. dicit. Si quis uſuram accipit rapinã facit 14.q.4. Et Aug. ait. Si quid inueniſti & non reddidiſti rapuiſti 14.q.5. quod tñ pertinet ad furtũ. Et Hiero. Aliena rapere conuincitur qui ultra neceſſaria ſibi retinẽ probatur diſt. 42.§.j. quod tñ intelligitur de ſuperfluo naturæ & perſonę. ¶Tertio modo rapina ſumitur, ꝓprię, & ſtricte. ſ. pro uſurpatione rerum uiolenta, & de hac Chriſtus phariſei ait. Pleni eſtis rapina. Matth. 23. Et ſecundũ hanc acceptionẽ propriã hic diffinitur. Vnde in ea ponũtur differẽtię eius ab alijs uſurpationibus. Rei alienæ dicitur ad differentiã rei proprię, nã rem propriam ſiquis etiam per uiolentiã acciperet ab eo, qui ab alio abſtulit dum aſportat nõ eſſet rapina, nec ẽt poſtquam ad locũ raptor ſe cõtulit, & portauit, quamuis aliàs malefaceret, cum poſſet i iudicio repetere. Nõ ſacræ & in loco nõ ſacro ſubditur ad differẽtiam ſacrilegij, quo res ſacra aufertur, uel de loco ſacro res nõ ſacra. Illicita additur ad differentiam eorũ, quæ & ſi manifeſtẽ, & cõtra uoluntatẽ eorũ a quibus accipiuntur, auferãtur, tñ & licitè tolluntur ut in bellis iuſtis, cũ debito modo auferuntur bona ab hoſtibus, & cum aliàs debitum ab aliquo inuito publica auctoritate aufertur. Ibi.n. nec rapina, nec peccatũ eſt, ar. 14.q.5.c.nõ ſane. Per uiolentiam additur ad differentiã furti, quo nõ manifeſtẽ ſed fraudulenter res rapitur aliena, per hoc n. philoſophus diſtinguit furtum a rapina 5. Ethi. quia furtum occultam, rapina uerò uiolẽtã uſurpationẽ importat, & ſic ſunt diuerſæ ſpecies auaritiæ. Ad lucrũ facta dicitur de differẽtiã raptus, quæ eſt ſpecies luxu-

§.8. Rapinæ diffinitio.

Rapina ſummitur multipliciter.

Diffinitio rapinę exponitur.

luxuriæ qua mulier rapitur ad concubitum non obluctum, de quo infra.

§.9. Rapina est grauius peccatū furto.

¶Nota secundum beatum Tho. 2. 2. q. 66. q. rapina est grauius peccatum furto triplici ratione. ¶Prima est talis. Furtū, & rapina habēt rationem peccati propter inuoluntariū, quod est ex parte eius cui aufertur res, quia. s. cōtra voluntatē eius auferī id cuius est dñs, ubi ergo magis, reperīt de inuoluntario ibi maius pctm, sed maior rō inuoluntarij inuenitur in rapina quam in furto, quia uiolenta quæ reperitur in rapina directius opponitur uoluntati, quā ignorantia quæ inuenitur in furto cū nesciente eo res auferatur, & ideo grauius pctm est rapina furto. ¶Secunda ratio est qa per rapinam non solum inferī damnum: sed ēt inferī iniuria personæ cum hoc uergat in quandam ignominiā ipsius personę, & hæc iniuria psonalis prędponderat fraudi uel dolo quæ pertinet ad furtum. ¶Tertia ratio sumitur ex pęna à legibus utique pctō impositā. Nam secūdum leges canonicas, & ciuiles grauius punitur rapina quam furtum, ut infra patebit. Quis aūt dubitat sceleratius esse commissū, q grauius est punitū, inquit Hier. 24. q. 1. nō auferamus, q aūt homines magis uerecundentur de furto, quam de rapina nō est ex eo, q furtū sit turpius, i. grauius quam rapina. Est. n. uerecūdia ſm philosophum 3. Eth. timor de turpi actu, sed ut dicit Beat. Thom. ubi supra ar. ult. ad secundum, quia homines sensibilibus inhærentes magis gloriantur de uite exteriori quæ manifestatur in rapina, quam de uirtute interiori, quæ tollitur per pctm, & ideò minus uerecundantur de rapina, quam de furto, cum tamen magis deberēt de rapina erubescere. Rapinas ergo nolite cō cupiscere ait psal. 61. Et multo magis nolite facere ex quo grauius est furto, à quo homines communiter se custodiunt, & grauissimè ēt puniuntur. Et de pęna infra ponitur.

§.10. Not. pœnam raptoris.

¶De pęna raptoris. Nota qđ cum quis rapit res alienas ſm leges si agatur infra annum ciuiliter punitur in quadruplum computata. s. ipsa re. Si aūt post annū punitur in simplum, ff. ui. bo. rap. l. 1. & 2. tenēt tñ raptor ad istam pęnam postquam fuerit condemnatus secundum Tho. Si uerò agatur criminali punitur pp uim sine armis in 3. par. bonorū, & est in famis, ff. de ui. l. 1. Si aūt cum armis punitur deportatione, quia. s. deportatur in insulam, & perdit oia sua bona. Instit. de pub. iu. §. itē lex Iulia. Scđm canones uerò multipliciter punitur. Et prima pœna est, quia excommunicatur ab illo ep̄o, in cuius episcopatu fecit rapinam, extra de rap. & incē. c. 1. & 6. q. 3. c. placuit. Itē denegāī ei pnia nisi restituat ablata, uel securitatē plenā faciat de reddendo si habeat uñ possit, si uerò non haberet uñ posset, & distulit accipere pniam usq; ad mortē, & sic non pōt satisfacere, si petat pęnitentiā dabīt ei & ēt uiaticū. Si aūt decedat impenitens, tunc & uiaticum, & sepultura negabīt extra eo. c. super eo. & c. In literis. Quod si non habet uñ reddat nec hęredes nec propīi qui uolunt satisfacere, ipsæ tñ contritus facit q pōt licēt tardè, non priuabīt pœnitentia, & uiatico, sed tñ sepultura denegabitur. Qđ statutum est ad terrorem aliorum. Præsbyterī uerò qui contra prædicta fecerint sepeliēdo ipsum, & hmōi debent deponi ab officio, & beneficio, ut in dicto c. Sed tamen de istis raptoribus occultis non debet istæ rigor seruari secundum Inno. extra eo. In litteris.

§.11. ¶Itē nota q qui participant in crimine rapinæ uel furti uel sacrilegij uel alterius iniustæ damnificationis mortaliter peccant, quibus aūt modis fiat participatio hmōi continēt in his uersibus. Iussio, consilium, cōsensus, palpo recursus. Participans, mutus, non obstans, nō manifestans. Et inquantum quilibet eorum teneatur ad restitutionem, uide nunc in declaratione eorum.

§.12. De restitutione rapinæ.

¶Quantum ad quinque casus primi uersus datur talis regula, q si ex pcepto alterius uel consilio uel consensu. s. cooperationis, uel palpatione. s. adulationis laudando eum. Idē de derisione, uel uilificatione ut ad hoc inducat, puta quia dicit nō esse bonum ad aliquid, & quia nescit rapere, & hmōi, & ex hoc damnificans mouetur ad damnificandum. Idem dicit Pe. de Pa. detractore si pp detractionem audiēs prouocatus damnificet detractum. Vel recursu, si receptione furum, uel rei furatæ est facta rapina uel alia damnificatio iniusta, ita quod alias non fuisset facta, uel etiam postquam est facta rapina, uel furtum, quando ex receptione furtis, uel rei furatæ impeditur non solum punitio, sed etiam restitutio rei ablatæ secundum Pet. de Pal. uel cum damnificans habet recursum ad aliquem sicut ad prestantem patrocinium ad nocumentum, alias quilibet eorum per se tenetur insolidū. i. in totum lęso seu damnificato, etiam si nihil de rapina peruenisset ad eum, aut per se nil damni intulisset, & hoc quousque illi lęso fuerit satisfactum. Si autem etiam sine opere istorum, s. consilio, mandato, & huiusmodi fuisset nihilominus facta rapina, uel damnificatio, & nil plus per quodcunque opus illorum

lorum ad litum est, non tenetur nisi quantũ de rapina peruenisset ad eos. Si uerò aliquid plus factum est ex mandato, uel consilio uel alijs huiusmodi ad illud plus tenetur insolidum. Et quod dictum est de uissione idem intellige quando rapinam vel damnum nomine suo factum ratum habuit. Hæc Petr. de Palu.

Societatis malę notatur culpa.

Item 11.q.3.c. Qui consentit, cum duobus, c. sequen. extra de rest. spo. c. Cum ad sedem. Item de consilio in præiudicium ecclesiarum, ut de collectis eis imponendis, & huiusmodi tenetur insolidum, qui dat tale consilium, un de sequitur cum effectu talis impositio collectæ clericis sine licentia papæ extra de sent. excom. Noue. 1. Item quod hic dicitur de cõsilio rapinæ intelligit Pet. de Pal. de consilio vsuræ, & idem dicit de aduocato dante malũ consilium etiam ex ignorantia. Idem dicit Rich. de consilio quod datur alicui, ꝙ non restituat aliena, uel quocunque alio modo consilium præstat in damnum proximi scienter, uel ignorantia crassa, sine quo consilio talia non fierent, arg. extra de sent. excom. c. nup, in glos. Conditores iniquorum statutorum, quæ sunt in damnum proximorum secũdum Duran. tenentur restituere totum illud damnum, & similiter consultores statutorum illorum. Item quando plures vadunt insimul, ita quòd vnus non iret sine alio ad faciendum aliquod furtum vel damnum vel bellum iniustum ubi inferunt damnum cum sit ibi consensus cooperationis, quilibet eorum tenetur in solidum de damno dato. Sed siquis tale sequeretur, ita quòd sine eo etiã fuisset factum damnum, tenetur solum de eo quod peruenit ad eum, & de eo in quo damnificauit ar. ad hanc distinctionem, extra de sent. & re iudi. c. Cum inter, & de sen. excom. c. Inter alia, & 11.q.3.c. Quoniam nobis. Notarij etiam, vel aliæ personæ qui destruunt testamenta, uel alia instrumenta continentia legata facta locis pijs, vel quibuscũque personis, uel debita alia quę alij nesciunt seu probare nõ possunt vnde sequitur damnum, quòd talia non soluuntur, tenentur insolidum lęsis, quia præstant causam efficacem. Qui uerò occultant ea studiosè peccant mortaliter, nec debẽt absolui nisi manifestent ea cum oportet. Et licẽt aliqui dicant eos non teneri ad restitutionem, quia hæredes remanent obligati legatarijs, uel alijs creditoribus, nõ uidetur hoc uerum cum præstant causam efficacem damni, sicut & primi dum occultè ea tenent, & per maxime cum hæredes uel debitores hoc nesciunt, quia tunc non obligantur satisfacere sed etiam si sciunt, & satisfacere nesciunt, sed nolunt: quia legatarij hoc probare non possunt nec ualet ratio eorum, sicut patet in simili. Nã cum plures obligantur insolidum, obligatio unius magis principalis non tollit obligationem minus principalis, sicut obligatio pupilli ad restituendam usuram, quam fecit tutor pro eo non deobligat tutorem si pupillus non reddit.

Notarij destruẽtes istrumẽta tenẽtur in solidũ.

¶ Quantum ad tres ultimos casus secũdi uersus, datur talis regula, quòd si talis mutus, i. tacens quando uidet fieri furtum, & dolosè tacet cum posset impedire. Et similiter non obstans, qui posset obsistere. Et non manifestans, idest qui scit ubi sit res rapta, uel furata & non manifestat etiam cum de hoc interrogatur. In quolibet horum casuum si est officialis tenetur insolidum cum teneatur ad hoc ex officio suo, etiam si nil peruenirent ad eum quousque damnificato sit satisfactum, distin. 86. capit. Culpam. Et intelligit Sco. cum interrogatur in iudicio, & non manifestat ubi sententialiter res ablata, uel aliàs iniustè possessa posset domino restitui, ita tamen quòd dicendo ueritatem non imminet periculũ sui status uel suæ personæ talis tenetur lęso, siue sit officialis, sic priuata persona, argumen. ad hoc 11.q.3.c. Quisquis, & extra de fur. & c. qui cum fure, si officialis esset extra iudicium interrogatus tenetur, si non dicat cum non imminet sibi periculum suæ personæ, si autem non sit officialis, ex quo ad hoc non tenentur ex suo officio quamuis peccat, non tñ tenẽt ad aliquam satisfactionem damnificato. Tho. 2.2.q.62.art.7. & in 4. sent. dist. 15. & Ale. in 4. & Vl. in glo. ponunt prędictos uersus, & sic exponunt Ray. in summa, & Host. in summa de pę. & remis. & Inno. super c. sic dignum, de homi. satis concor. Et Pe. de Pal. in 4. ponit dictos uersus, & istos tres ultimos casus sic declarat. Mutus qui scilicet scit ubi est res abscondita, & non reuelat. Non obstans ille scilicet propter cuius culpam in nõ purgãdo prouinciam malis hominibus furta, & latrocinia committuntur, sicut tenetur pastor propter cuius culpam lupus ouem comedit. Non manifestans iudex qui de ea re quem cognoscit debet pronunciare, & sic manifestare ius partium si non facit tenetur. Item secundũ Scot. in 4. quamuis ad alicuius officium pertineat obuiare malis, & damnis quæ fiunt quãdo hoc faciẽdo uergeretur in aliquo casu ad malũ, uel rei publicæ puta magnum scãdalũ, uel euidens periculum propriæ personæ, tunc non obuians nec tenetur ad satisfactionem,

§. 13.

Obligatio officialium.

ctionem, nec etiã peccaret si obuiare paratus esset, quando prædicta non impedirent, arg. dist. l. Vt constitueretur. Secus si nõ immineret tale scandalum uel periculum.

§.14. ¶Et nota quod si unus dictorum, qui scilicet tenentur insolidum satisfecit integraliter de omni damno, expensis, siue incommodo, siue interesse, omnes alij liberantur, quia non tenetur damnificato. Nam bona fides non patitur, ut idem bis exigatur, ff. de re iudi. l. bona fides. Ray. & Host. & Th. Et addit Ray. dicés sic. Ille cui sic fatisfit credo quòd põt, & debet quantum ad iudicium animæ credere ſactionem illi, qui totum soluit, non quidem ut ab uno totum exigat nisi forte à principali: sed pro partibus petat à singulis, quantum autem ad forum contentiosum non tenetur credere, ff. de adm. tu. l. si plures, l. 1. tamen sicut dicit Host. siue sit facta cessio, siue non, alij q nihil soluerunt tenentur ex conscientia ad releuandum illum, qui insolidum satisfecit, qui libet in suis partibus. Nam soluens utiliter gessit eorum negocium, unde tenentur habere ratum, & ei satisfacere, arg. ff. de neg. gest. l. cum pecunia, & l. soluendo. Tho. quoque. 2. 2. q. 62. quasi declarans dicit, quòd si ille, qui fuit principalis utputa princeps soluerit omnes illi liberati sunt qui fuerunt cum eo ad damnum faciendum inducti, si uerò alius restituit tunc illi, qui sunt principales, & illi ad quos res peruenit tenentur restituere illi qui restituit ut uidetur intelligendum, quòd si isti tales non restituant ei, cæteri tenentur pro suis partibus, vt dictum est prius.

§.15. ¶Et not. secundum Innocentium in gl. super c. Sicut dignum, extra de homi. quòd si spoliatus liberaliter dimittit principali, ut raptori, uel præcipienti liberatus est cõsiliator, & huiusmodi: quia liberatus est qui principaliter tenebatur, & qui res habuerat. Sed si dimittit consiliatori non credit ipsæ Innoc. liberatos alios, ad quos res peruenerunt, nisi expresse intellexerit eos liberare, neque etiam illũ qui rapinam fecit, etiam si de rapina nihil habuit, quia de iure naturali, & diuino cõsequẽs est q̃ sublato principali tollatur accessorium, & non econtra, extra de consti. cap. Translato, immo plus quia etiam liberaliter absolueretur principalis non propter hoc absolutus est consiliarius si aliquid ad eum peruenit de rapina, nisi & alius pro eo satisfecerit, & tunc istæ consiliarius in casu animæ ei teneretur qui pro eo satisfecit. Concordat Host. & quãuis à prædictis omnibus possit exigi pœna quadruplici ut de rapina, & omni furto manifesto, & alio furto pœna duplici. Th. 2. 2. q. 62. quasi declarans dicit huiusmodi pœnæ non debentur, nisi postquã fuerint adiudicati per sententiam in quo casu pœna unius secũdum Ray. non liberat alium. 12. q. 1. c. Cum deuotissimam.

§.16. ¶Nota quòd si quis emit de rapina uel furto quod pertinet ad participationem rapinæ si hoc fecit sciẽter aut ꝓbabiliter hoc credẽs si hoc fecit cupiditate acquirendi sibi ut scilicet haberet, uel uenderet alteri, sicut uelet incurrit in multa mala, & incommoda secundũ Ray. Tho. & Al. ¶Primo indistinctè tenetur ad restitutionem rei si habet, uel ualoris ei⁹ si non habet, aut etiam si ex ipsa re propria reddita detegeretur cum sic occultum, tunc sufficit ualorem restituere. ¶Secundo non liberatur alienando alteri, uel si res pereat morte, uel quocunque casu, uel si auferatur ei ignoranter aut uiolenter & hoc nisi rẽ ipsam emptam de rapina, uel furto obtulisset Domino ipsius rei tempore & loco congruo & ille recipere noluisset. ¶Tertio peccat mortaliter & ratio utriusque est: quia furtũ commisit rem alienam contractando inuito Dño ff. de fur. l. 1. Et fur semper est in mora restituendi. ff. de condi. fur. l. pro fure. §. condit.

Vno satisfaciẽte totaliter alij liberantur.

Emẽtes rapinam qũo tenentur.

¶Quarto nec præcium quod dedit potest repetere ab eo, cuius est res. Vide. C. de fur. l. in ciuilem sic dicitur. In ciuilem rem desideratis ut res agnitas furtiua non prius solua tis quam præcium solutum fuerit à Dominis. Curate ergo cautius negociari, ne non tantũ in damna huiusmodi: sed etiam in suspitionẽ criminis incidatis. Nec potest se defendere ratione statuti super hoc editi, quia tale statutum esset contra Deum, ar. di. 8. Quę cõtra mores. ¶Quinto etiam tenetur restituere omnem utilitatem quam habuit uel habere potuit, & etiam incommoda quæ sustinuit ille cuius est res secundum Guil. deductis tamen expensis quas fecisset utiliter circa rem ipsam. ¶Sexto & si restituit rem deteriorem, quàm cum ad ipsum peruenit non liberatur, & si in aliquo tempore medio fuit res melior tenetur ad æstimationem plurimi. ff. de fur. l. in re furtiua, & de rest. spo. c. Grauis. Et hoc sm quosdam intelligendum est quando res non habetur, si cui res habetur sufficit quod si æque bona sicut cum fuit ablata. ¶Septimo quia non potest agere contra uendito rem de præcio sibi dato obstat enim sibi turpitudo sua, & hoc nisi expræsse cauerit. 10. q. 2. c. Hoc ius. in fi. Secundum tamen Alexan. de Hales in 4. talis potest rem emptam restituere

tuere uenditi ut recipiat quod de illa dedit. Magis enim pōt sibi prouidere quā alij: debet tñ inducere furē ad restitutuēdū rem illā domino. Hæc ille. Verum in foro cōscię tenetur uenditor rei qui sciebat rem furatam esse reddere ementi bona fide. Et multo magis qui furatus est tenetur reddere uel dño rei si sibi satisfactum non est per emptores uel consumptores eius uł ei qui emit si ipsæ restituit. In hoc tamen non excusat ignorantia iuris. s. quia credebat esse licitum emere ea quæ quis rapuit extra de re. iu. in 6. c. ignorātia, sed nec ignorantia facti crassa & supina puta cū quis tempore guerrę iustæ uel iniustæ emit a stipē diarijs calicem, paramenta, missale, & hmōi, intentione lucrandi exinde. Nam tenetur in totum secundum prædicta, argu. 12. q. 2. cap. Qui & humanis. 16. q. 1. Si cupis, & de cle, ex com. mi. c. Apostolicæ. Idem dicendum si super hoc nihil cogitabat, & sic propter fatuitatem, & temerariam simplicitatem emit tenetur secundum Ray. & Hostien. Si autem primus raptor uel emptor uel principalis restituit plenē rei ęstimationem cum toto interesse cęteri qui emerunt uel dono acceperunt liberati sunt arg. ff. de euic. l. si serui. agat tamen pœnitentiam quilibet de peccato suo. 14. q. 5. Qui habetis secundum Ray. & Guil. Si autem rem quam sciebat raptam emit uoluntate restituendi quasi vtiliter gerens negocium illius cuius fuerat non peccat, & potest ab expoliato petere præcium quod dedit, & quicquid expendit ad conseruationem eius. Si quid autem lucratus est cū ea re illud pertinet ad dominum rei, & si res sine culpa sua pereat uel amittatur. Potest etiā petere quicquid soluit pro ipsa re, & in iudicio animæ creditur tali emptori absque probatione, sed non in foro contentioso nisi hoc publice protestaretur, arg. ff. de neg. ges. l. censemus. Si autem talis emptor postquam fecit diligenter inquirere & non potuit inuenire cuius esset illa res, quicquid ualet vltra id quod expendit pro ipsa re dandum est pro anima illius cuius fuit, & sic liberatus ar. ad hoc 12. q. 2. c. quatuor. Si esset pauper posset à prelato etiā ei vt pauperi relinqui illud plus præcio soluto. Guil. & Hostien. Si uerò emit bona fide, & cum diligentia adhibita non tenetur restituere durante bona fide, & emendo ut pro cōmodo suo haberet: tamen peccat. Et si durante conscientia nō decepta, & bona fide res perijt non tenetur: quia non erat in mora, & similiter si alienauit nō tenetur: sed postquam cōpetit rē fuisse uitiosam si inuenit dominum ipsius rei debet ei reddere, nec potest præciū petere ab eo. C. de fur. l. in ciuilem. sed agat contra uēditorem, potest tamen retinere, uel petere expensas, quas existens in bona fide fecit circa rem conseruandam uel meliorandā & non tenetur de fructibus tempore bonæ fidei perceptis iam consumptis, sed de extantibus qui adhuc non essent consumpti ex quo malam fidem cępit habere: secus quia tenetur restituere Ray. in sum. Hostien. in sum. Guil. in glo.

Cōsiliū in foro cōsciæ.

Emens rem raptā ut restituat spoliato iuxtę prę cium petit.

¶ Sciendum si quis comedit, uel aliàs consumpsit de rapina, uel furto: quia tenetur ad restitutionem eius quod consumpsit si hoc sciebat. Et idem de eo quod accepit per donationem sciens esse rem raptā, quia scilicet tenetur ad restitutionem nisi consumpsisset antequam hoc sciret. Innoc. & Host. immo etiam postquam consumpsit nesciens rem huiusmodi quando qui donauit non est soluendo. Pe. de Pa. Sed quid si dubitat utrum illud quod habuit per donum uel per emptionem sit de rapina furto & huiusmodi? Ad hoc dicit Alexā. de Hales in 4. quod regulare est quod homo talem rem restituere obligatur, quando conscientia dictat, quod sit res aliena uel quā do dubitatur esse aliena, siue obtinuerit per donationem, siue per emptionem debet autem illam restituere domino cum scientia furis, quæ furatus est, scilicet ut liberetur uterque. Hæc ille. Et ratio huius esse potest quia nullus se debet reponere periculo peccat mortalis, sed retinendo in tali dubio exponit se periculo furti. Verum si non sciretur dominus, uel non inueniretur post debitam diligentiam inquisitionis erogetur pauperibus, uel sibi à pœnitentiario idest confessore si indigeret ut pauperi assignetur. Et sumitur hic dubium stricte & proprie non largè pro leui scrupulo, quod si irrationabiliter format sibi dubium, puta quia emit ab eo, qui rapuit ab inimicis in bello manifeste iusto, & cum alijs debitis circunstantiis deponat dubium ad consilium sapientis, quod si depone re non potest satisfaciat conscientiæ suæ reddendo. Consulendum est tamen cuilibet, ut abstineat ab emptione talium, quia multa possunt occurere dubia.

§. 17. Comedés aut dona accipiens sciēter de rapina tenetur.

¶ Item nota secundum Ray. in sum. quod uxores quæ comedunt, & bibunt, & induūtur de rapinis, & aliis male acquisitis seu obligatis restitutioni tenentur de omnibus quæ sic consumunt nisi in casu, scilicet cum agunt cautam spoliatorum monendo, & inducendo ipsum raptorem ad restitutionem faciendam,

§. 18. Vxores de rapina uiuētes tenētur.

tunc

tunc enim nõ tenentur, nam qui ad alterius negocium gerit utiliter etiam ignorãti & absenti licite recipit expẽsas, siue secuta fuerit utilitas siue nõ, ff. de neg. ge. l. 6. & l. Pomponius & hoc intelligo ꝓ eo tẽpore quo circa talium correctionem laborauerũt non quod uxor & familia possint uiuere de toto ãno & rebus talibus ꝓ una admonitione uel duab⁹: sed quãdiu cõtinuè instãt opportunis horis. Satis concor. Vl. & Guil. & Hosti. ¶ Vnde ãt & quomodo debeant uiuere uxor, & familia raptoris in predicto casu dicitur Ray. in sũ. si ibi sũt aliqua de iusto potest de illis cõsumere uel expẽdere, si non sunt aliqua aliũde si bi uictũ quærat uel ab amicis uel consanguineis, uel operãdo uel etiam eleæmosinam q̃ rendo. Et idẽ dico si aliqua sunt ibi de iusto sed uel ita mixta sũt, quod non possunt discerni uel si posũt maritus nõ ꝓmittit, quod si nullum ex predictis modis uictũ inuenire

Triplex auxiliũ. potest, restat ei triplex auxilium. Vnũ est si potest habere de dote uel spõsalitio, i. donatione facta ei ꝓpter nuptias inde uiuat. Secũ dũ ut denunciet talibus q̃ possunt prodesse uel etiam si ꝓbari potest denũciet episcopo ut cõpellat uxorem pascere de iusto, 2. q. 1. Si peccauerit extra de pigno. Ex litteris. Tertium auxilium é ut si esset in arcto posita potest etiam de rapina uiuere; q̃a necessitas nõ habet legẽ. de conse. di. 5. c. Discipulos, & si nõ immineat extrema necessitas uidetur ali quantulũ peccare & ideò ad cautelam iniungẽda est ei aliqua pœnitẽtia extra de fur. Si quis ꝓ necessitatem famis. Quicquid aũt sic expedit doleat animo, & ꝓponat quam citius potuerit restituere & utãt parcius. s. ad sola necessitatẽ. ¶ Potest etiã uiuere ipsa & q̃ libet alius cui raptor daret de præcio rerũ raptarũ quas uendidisset quia præcium rei furtiuæ non é furtum. Et hoc dico si marit⁹ alius est soluendo, secus si non est soluẽdo, aut per hoc fieret non soluendo. Hæc Ray. ¶ Põt etiam uti alio remedio secundum consilium sapientũ. s. in casu quo bona raptoris uel usurarij non essent obligata omnia certis personis, sed quædam incertis, tunc de sententia episcopi qui est pauperũ pater di. 88. episcopus potest uti talibus. ac si episcopus distribueret ei ut pauperi de illis incertis, parte tamen & cum timore, hoc tamen uidetur habere locum quando uir haberet unde posset restituere certa; quia restitutio incertorũ fiẽda est prius restitutis certis. ¶ Omnibus supradictis alijs remedijs ꝓt ut uxor usurarij si de usuris hẽat dotẽ, & uir nihil hẽt nisi restitutioni obligatum ratione rapinæ, furti, usuræ uel alia de causa prout dictũ est. In omni tã prædicto casu tenetur uxor debitũ reddere uiro, & econuerso nisi subsit aliud impedimẽtũ, ar. 33. q. 5. Si dicat. Fratres etiam prædicatores qui uadunt uel conuersantur apud usurarios, qui non habẽt nisi de usuris, uel apud raptores ut eos inducãt ad restitutionẽ siue per prædicationẽ ꝑ generali, siue in speciali ꝓ ꝓsuasionẽ excusantur maximè si apud alios nõ posset cõmodè inuenire extra de sen. ex com. cũ uoluntate. Et hoc intelligendum est cũ moderamine & de uictu & uestitu & libris secundũ Pe. de Palu. & si sic spes ꝓbabilis de illorũ correctiõe. Item si propter eorũ expensas raptoribus nõ subtrahatur facultas restituẽdi nec in toto nec in parte, ar. 2. q. 6. Interiorum, §. Illud. Guil. & Hostien. De restitutione habes plenè infra titulo secundo per totum ad iudẽis dicit Pe. de Palude, quod non licet recipere propter scandalum.

Non licet aliquid à Iudẽis recipẽ. §. 19.

¶ De filijs & filiab. & familia raptoris usurariorum, & aliorum q̃ restitutioni sũt obligati uiuentib⁹ de bonis ipsorum. Nota distinctionem secundũ Geral. ordinis hẽremitarum quia aut usurarius est soluendo, aut nõ. In primo casu. s. cum est soluendo, & alia adhuc habet ultra ea ad quę satisfacere tenẽt de illis uiuere possunt secundũ distinctionẽ iam ãtam de uxore in hoc casu. In secundo casu cum s. non est soluendo quicquid consumunt in comedendo & bibendo & uestiẽdo restituere obligantur. Et ratio est ; q̃a illum reddunt impotentem ad satisfaciẽdum & sic damno pręstãt causam efficacem. ¶ Excusari tamen possunt tales ꝓpter quinq; . ¶ Primo ꝓpter procurationem, i. quia causam spoliatorũ agunt scilicet laborando fideliter & frequenter ad inducendũ illum ad restituendũ & hoc dũ habetur spes circa hoc de eo. s. ut restituat aliàs nõ. ¶ Secundo propter re compensationẽ, idest quare de suo tantũ restituit quantũ ab eo accipit, puta si est filius tantum lucratur i alioquo exercitio quod uictũ & uestitũ ex suo lucro haberet. Si ẽ filia tantum laborat i domo quod una persona uiuere posset, & sic famulis tunc ergo nõ tenetur sicut dicitur de emptionibus usurariorum & mercenarijs eorũ. ¶ Tertio propter restaurationem, scilicet si proponent se restauraturos & ad hoc se facultatem habere probabiliter credunt, nec aliundè commode uiuere

Qũo excusant̃ filij in familia raptorum

nere possunt. Quarto propter ignorantiam quando nescit rem esse talem, scilicet furtiuã uel illum obnoxium huiusmodi restitutioni nec causam habet hoc sciendi: sed hoc uidetur uerum dum est in illa ignorãtia: sed cum postea nouit uꝫ teneri nisi esset ita paruulus quod aliter nutriri non poterat. ar. de consec. distinct. 5. Discipulos & extra de re. iuris. Qđ non est. ¶ Quinto propter necessitatem, quia in tali ætate sunt filij, qui aliter nutriri non possunt. Et si quæratur utrum pater alicuius qui dum uiueret expendit. c. flore. pro filio nutriendo in studio, & doctorando, cum ipse pater nihil nisi de usuris haberet, & cum esset obligatus ad restitutionem usurarum in mille legauit filio tantum quingentos; quia plus tunc non habebat, utrum teneatur filius ad restituendum illos, c. flore. expẽsos in studio? Ad quod dicendum secundum quosdam, quod si pater erat non soluendo cum filium nutriebat in studio, si filius sciebat patrẽ suũ omnia habere obligata restituenti; quia male ablata sciebat tenetur, si uerò patrem credebat delicitè acquisitis sibi prouidere nõ tenetur de consumptis: sed tantum de extantibus puta libris de illis emptis & huiusmodi. Ego credo teneri etiam de consumptis, & necessarijs uictus cum aliter sibi non posset prouidere: vt de his quæ expẽdit pro doctoratu & restitu nõ necessario & aliis distractis sine necessitate. Bona enim fides sua excusat eum à peccato pro tunc. sed non ab obligatione restitutionis.

Vtrũ pecunia expensa p filium i studiis debeat reddi?

§. 20. Impediens alterã iniuste quo modo tenetur

¶ Item nota quod si quis impediuit aliquem dignum, uel idoneum iniuste idest propter odium vel vindictam & huiusmodi à consecutione alicuius beneficij vel officij uel muneris mortaliter peccauit. Et si quidem iam erat consecutus illud beneficium uel officiũ, qđ ipse fecit reuocare, tenetur ad restitutionem æqualem secundũ suam facultatem: sed si nondum erat consecutus tenetur ad aliquã recompensationem arbitrio boni uiri. Tho. 2. 2. q. 62. sed Pe. de Pa. in 4. sic dicit. Si aliquis impedit aliquem à consecutione præbendæ non animo lædendi, sed ut detur digniori, uel quæ digno sibi uel alteri nõ tenetur ad restitutionem. Si autem facit hoc ut detur minus digno tenetur, non quidem tanti quantum valebat præbenda cum adhuc non esset consecutus: sed pensatis conditionibus utriusque secundum arbitrium bonorum. Secus autem est in alijs donis, uel legatis, in quib⁹ nihil est debitum legatario, uel donatario: sed tantum gratuitum, unde si tibi dandum, uel iam legatum: adhuc tamẽ reuocabiliter procuro mihi uel amico dari non facio tibi iniuriam nec iniustitiam, quia non auẽro tibi ius tuum. Nihil enim erat adhuc tibi debitum: sed præbendæ habent distribui nõ per liberalitatem: sed per iustitiam quæ respicit debitum, vnde meliori debentur respectu minus boni, quia inæqualiter bonis locus est gratificationi. Hæc Pe. de Pa. ¶ Sed Rich. & Sco. in 4. de eo qui impediuit aliquem à consecutione beneficij præbendæ, uel alicuius muneris quod erat in uia habendi faciunt talem distinctionem, quia aut hoc facit ex odio, & causa damnificandi proximum & tunc tenetur ut dictum est secundum Tho. & Pe. non ad totum illud beneficium uel munus: quia non est æqualis ualoris habere rem in actu, & prope esse ad habere & maximè cum possit impediri; sed tenetur ad aliquam recompensationem ad arbitrium boni viri. Aut hoc facit non causa odij, & iniuriæ; sed causa consulendi & prouidendi sibi, uel amico suo de illius rei vtilitate, & tunc in nullo tenetur si procurauit per uiam licitam. Et hoc potest petere tali exemplo, nã si præcido uenas in fundo meo, per quas deriuatur aqua ad alterius puteum, & hoc intentione sibi nocendi teneor ad restitutionẽ dãni. Si autem hoc facio absque fraude, scilicet intentione consulendi vtilitati meæ utpote quia mihi multum est utile hoc facere, nec potest cõuenienter fieri sine præcisione dictarum uenarum. tunc in nullo teneor: quia non iniustè damnifico, eo quod ius habeam faciendi utilitatem meam in fundo meo. ff. de aqua plu. ar. l. Si in meo. Nec obstat quod rusticum detinens uiolenter ne suas operas exequatur, tenetur ad salarium quod amittit. Et similiter impediens piscatorem aut aucupem à captione piscium uel auium, quæ sunt communis iuris, tenetur eis ad damnum datum, & hoc nisi ratione ripæ uel terræ quæ sunt specialiter dominorum & communitatum quis faceret habens, scilicet super hoc auctoritatem. Non enim hæc sunt similia antedictis, nam hic aufertur piscatori, & aucupi suus proprius usus qui erat utique sui iuris, aufertur etiam fructus in eorum usu & quasi seminaliter contentus. Item si impediuit fructum alicuius agri, uel uineæ puta effodiendo semina, uel destruendo vineas florentes, & huiusmodi: quia peccat mortaliter studiose hoc faciẽdo; & tenetur ad satisfactionem tãti quantũ uẽdi potuissent fructus in illo dubio, scilicet nõdũ nati uel maturati, unde multipliciter impediri poterant. Tho. 2. 2. q. 22. ar. 4.

Distinctio de impedimento.

¶ De

¶ De colubarijs Petrus de Pal. in 4. dicit sic. Videtur quod dominus columborum teneatur restituere damna illa dominis agrorum seminatorum, quos columbi dãnificant: nisi sit uerum quod quidam fingunt dicentes, quod columbi quædam nociua cum granis comedẽtes magis prosunt quam absint. Dominus.n. tenetur emendare damnum illatum à suo animali præcisè quando est in culpa, aliàs liberatur dando ipsum pro noxa. Simile enim iudicium est quo ad hoc de seruo, & animali bruto. Vnde semper ad minus ad alterum tenetur, cum ergo dominus columbarij sit in culpa sciente sic tenens columbos tenetur insolidum. Hæc Pe. de Palude.

.21.

Adde t ex. in l. 1. ff. si qd pau pe. fecis. dica. & ibi. ff. de sanc. Pe.

¶ De taliis seu præstantijs quæ imponuntur iniuste, & exactionibus indebitis quæ fiunt a dominis, uel officialibus eorum, & pedagijs, & gabellis. Cap. 13.

DE taleis siue collectis, impositionibus, seu præstantijs, quæ imponunt, & exigũt domini & communitates à subditis uel ciuibus suis quando sunt licitæ, & quando illicitæ, & per consequens rapinæ. ¶ Notandum, q̃ quædam grauamina quæ diuersis nominibus nuncupantur aut imponuntur personis ecclesiasticis aut secularibus. Si personis ecclesiasticis, ut clericis, & religiosis, & huiusmodi, nisi hoc fiat cum licentia, & auctoritate sedis Apostolicæ illicitæ, & rapinę sunt, & mortaliter peccant talia exigentes, & tenentur ad restitutionem, & si non soluantur & occultentur bona subterfugiendum hæc onera non est peccatũ, & sunt excommunicati tales exigentes, uel recipientes, & imponentes nisi cessauerint ab huiusmodi exactionibus postquã fuerint admoniti, extra de immu. eccl. aduersus de qua excommunicatione habes infra in 3. par. titu. 24. c. 25. & ibi habeas, quæ etiam dicãtur personæ ecclesiasticæ quib. nõ possit exigi. Sed licentia habita, sedis apostolicæ si fiant causis iustis, & modis licita sunt, & non aliter. Vnde & cum tpe famis cunctorum Ægyptiorũ terram Pharao emeret pro dãdis scilicet uictualibus atque sub eadem fame cunctos seruituti subijceret sacerdotibus ita necessaria subministrauit, ut nec possessionibus nec libertate priuarentur, & nudarentur; domino extunc pronunciante sacerdotes in omni gente liberos esse oportere inquit Gra. 23. q. 4. §. quàmuis, & historia huiusmodi habet Gene. 47. ¶ Si talia exigantur à laicis, tunc aut qui ista exigunt, & imponunt habent legitimum dominium super eos, & iusto titulo possident eorum ciuitates uel castra aut usurpatum puta quia pertinet ad ecclesiam uel imperium: uel aliquem dominium, & iniustè sunt ablata ab eis & contra uoluntatem eorum detinentur, & si isto secundo modo, ideſt usurpatiuè habentur tales exactiones, & collectæ illicitę & rapinæ sunt & mortaliter peccant exigentes, & tenentur ad restitutionem, deductis tñ expensis factis in utilitate eorum pro conseruatione ciuitatis, & aliorum locorum huiusmodi. Illi autem à quibus exiguntur in nõ soluendo, uel fraudes adhibẽdo uidelicet occultando bona, super quibus imponuntur nõ peccant dummodo tamẽ caueant à periurijs & mendacijs, & locutionibus circa huiusmodi. Cauere etiam debẽt à scandalis si inde cõtingerẽt ex non soluendo ar. 11. q. 3. c. Interuerba. ¶ Si autem habetur legitimum dominium super eos quibus imponuntur aut pro hæc onera, tunc aut pro iniustis causis imponũtur iustis. Si primo modo. i. pro iniustis puta pro faciendis iniustis guerris, & nutriendis manifeste, uel si est dñs ciuitatis imponit ut habeat ad ludendum ad pompatice uiuendũ cum familia ultra decẽtiam sui status ad prodigè expendendum in conuiuijs encenijs, luxurijs, & huiusmodi, tales tallię, & collectæ pro hmõi sunt rapinæ, & tenentur ad restitutionem, nisi ex tantum exigerentur, quę aliàs sunt debita, uel ex statuto, uel antiqua rõnabili cõsuetudine licẽt malè expẽdantur. Qui etiam ex subditis propria sponte soluerẽt, p huiusmodi causis, & nolũtarie assentiunt iniustis guerris peccant utique mortaliter cum dñis suis consentientes in malo 11. q. 3. Qui consentit, non tñ rapinam committit ipsæ dominus nec tenentur ipsi domini eis restituere per regulam. Scienti & consentienti nõ fit iniuria neq; dolus, de reg. iur. lib. 6. Coactis autem ad hæc soluenda tenẽtur, & si possunt subterfugere ¶ solutionẽ huiusmodi talearũ sine scandalo non peccant. ¶ Si uerò iustis de causis imponantur hæc onera, tunc subditis inquendum pro maiori declaratione. Nam aut talis populus, à quo fit hæc exactio regitur per unũ puta regem, ducẽ, marchionẽ, comitẽm, principem, & huiusmodi. Aut per plures siue ex nobilioribus, siue ex plebeis, siue mixtim ex utrisque. Et in primo casu scilicet per unum regitur si exigat ultra ea quæ inter ipsum & anteceſſores suos, & subditos suos anteceſſores eorum cõuentũ est ex pacto statuto, uel cõsuetudine antiqua, & hoc ex fraude nimis, uel coactione directa, uel indirecta à se facta uel à suis. Indirectum uoco, quando denegat

Exigentes tales a clericis excõmunicãtur.

Veri domini in iustis causis exigentes rapiunt.

negat eius iustitiam, uel non defendit eos ut debet, vt sic aliquid extorqueat uel insinuari eis facit quòd uult aliquid ab eis, mortaliter peccant rapinam committendo, & tenetur ad restitutionem secundum Ray. Guil. Vl. & Hosti. ar. à contrarijs di. 18. de eulogijs. Et subditi in tali casu non tenentur ad dandũ, uel ad solutionem eorum, vnde illa subtrahendo nõ peccant si tamen fiat hoc sine scandalo. Si uerò exigit dñs à subditis ea de quibus conuentum est cum eis per se, & antecessores bona fide siue dolo, & coactione sicut fieri solet cum uillæ uel mansiones conceduntur de nouo, colonis, vel alijs psonis de quibus etiam fieri solent instrumenta quæ continent censum an nuum vel aliàs seruitutes, & pactiones, tunc licitè potest petere, & subditi tenentur solue re. Nam quilibet in traditione rei suæ potest ponere legem quam vult, dummodo non sit contra Deum, ar. de condi. appos. c. uerum, & 18. q. 2. c. Eleutherius, dicit etiam concilium Affricanũ, pacta custodiantur, extra de pact. Antigonus. Si etiã dominus, ultra pacta uel statuta inter se, & subditos spontè oblata recipit non peccat, nec tenetur restituere. 1. q. 2. c. placuit, secundum Ray. & Hostiensem.

Concilij Africani De cretum. §. 1.

¶ Circa hanc materiam sic dicit B. Th. in epistola ad ducissam Brabancie. Principes terrarum à Deo sunt instituti, non quidem ut propria lucra quærant: sed ut communem utilitatem populis procurent, & iõ sunt eis instituti redditus, ut ex illis uiuentes, à spoliatione abstineãt. Vnde Ezech. 45. dicitur quod principi erit possessio in Israel, & non depopulabũtur ultra populum meum principes. Contingit ãt quod aliquando principes non habent sufficienter redditus ad custodiendam terrã, & ad alia quæ imminẽt eis expedienda rationabiliter ipsis principib. Et in tali casu licitũ est ut subditi exhibeant uñ possit communis utilitas procurari. Et inde est quòd in aliquibus terris ex antiqua consuetudine domini suis subditis taleam imponunt quæ si non sit immoderata absq; peccato exigi potest. Nã secundum Apostolum. Nemo militat suis stipendijs, unde & principes, & qui militant cõmunitati negocia eius procurando, dicũt etiã uiuere de bonis communibus communitatis, uel per redditus deputatos, uel si huiusmodi defuerint: uel etiã si sufficientes non sint qui sunt deputati per ea quæ à singulis colliguntur. Et similis ratio uidetur esse si aliquis casus de nouo emergat in quo oporteat, multa expẽdere pro utilitate cõi, vel pro honesto statu principis conseruãdo, ad qđ nõ sufficiũt redditus proprij, uel exactores cõsuetę, puta si hostes terrã inuadant, uel aliquis similis casus emergat, tunc prẽter consuetam exactionẽ possunt principes aliquid exigere pro utilitate cõi. Hæc Tho. Et tunc subditi, qui absq; voluntate domini subtraherent per fraudes vel alios modos tales taleas debitas ex statuto uel consuetudine antiqua rationabili, uel etiam de nouo impositas moderate ex causis expressis à B. Th. peccant mortaliter furtum committendo secundum Ray. & tenentur ad restitutionem. Vnde & Ray. dicit, quòd si indistinctè sit positum in instrumento conuentionis aliquod tale uerbum collecta, talea, quęsta, & huiusmodi, intelligitur, quòd debet ea moderatè petere inspectis, onere, & facultatibus subditorum 10. q. 3. c. fi. & extra de censi. Cum Apostolus in fine glo. Etiam Gui. dicit ibi, quod cum in instrumento cõtinetur quòd dominus possit facere taleam ad iussũ & placitum suum: aut cum hoc est ex consuetudine, moderandum est ad arbitrium boni uiri inspectis facultatibus subditorum.

¶ Ponuntur casus speciales in quibus licitum est dominis exigere à subditis ultra consuetum uel statutum. Et Ray. exprimit quatuor. §. 2. Defensio primæ.

¶ Primus casus est quem etiam posuit supra, Th. pro defensione patrię cum scilicet iniustè inuaditur ab hostib. & maximè ꝓ defensione suæ ciuitatis, uel castri, uel uillæ, Ad hoc. n. tenentur omnes non solum res suas partiri sed etiam corporaliter laborare, munire se in castris, uel in ciuitate, uigilare ut sic se ipsos, & res suas saluent 23. q. 3. cap. Fortuitudo, & de immuni. ec. peruenit. Contra turcas.

¶ Secundus est si dominus uult ire in exercitũ indictum ab ecclesia uel à principe contra hęreticos, uel paganos, nec de suo absq; graui damno posset facere expensas necessarias, tunc enim potest à subditis auxilium moderatum petere. Captio.

¶ Tertius est si in guerra uel in bello iustè ex parte sua captus sit ab hostibus: nec potest soluere redemptionẽ petitam ab eo absq; grauidamno. Sed si in bello iniusto captus esset non posset redemptionem suam exigere à subditis, & si exigeret totam uel partem teneretur restituere eis secundum B. Tho. in prędicta epistola. Obtinere priuilegium.

¶ Quartus est si uellet ire ad principem pro obtinendo priuilegio spiritualis protectionis pro se, & pro eis, nec posset de suo expensas ad hoc utiles facere, & necessarias absq; graui dãno, uel etiã siqua alia simul causa emergeret, dum tamen semper moderate, & nõ grauamen eorum, & cum charitate, & nõ ex uiolẽtia exigeret 10. q. 3. c. Viuo. circa medium,

& de

& de cenſi. c. Cum Apoſtolus, ubi dñ. Prohibemus ne ſubditos ſuos taleis, & exactionib. epiſcopi grauare pręſumant. Suſtinemus aũt pro multis neceſſitatibus quæ aliquoties ſuperueniunt ut ſi manifeſta, & rationabilis cauſa extiterit cum charitate moderatum ualeãt ab eis auxilium poſtulare. Inno. etiam ſup dicto c. cum apoſtolus dicit, quod ſubditi poſſunt per epiſcopum compelli, ad præſtandũ auxilium in neceſſitate. Gl. etiã Guil. ſup illo uerbo ſi quæ alia cauſa ſimilis, addit alios caſus dicens, ꝙ ſunt aliquæ aliæ cauſæ uiſitatæ, & probatæ alicubi pręter præditas. ¶ Sit ergo quintus caſus tres iucludẽs qñ dñs maritat filiam ſuam, & filium ſuum facit militem aut releuat feudum ſuum aut nouũ auget cooperando, talia enim uidentur recipere commodum ſubditorum, pro eo quod cum dominus maritat filiam ſibi acquirat amicos, & augẽdo feudum ſit ditior, & cum facit filium militẽ ſi potentior ad deferendum terram, tunc ergo plus poteſt petere dñs à ſubditis quam ante, nec credo quod qui talia recipiunt damnãdi ſint, ubi conſuetum eſt uel conſtitutum, dum tñ non recipiant ultra conſuetum, uel conſtitutum. Si tñ aliquid eſt conſuetum, uel conſtitutum, & ſic ad arbitrium exigi conſueuit cum moderamine exigatur. ¶ Concor. cũ Ray. Vl. Guil. & Hoſt. qui Hoſt. addit etiã ſextum caſum qui eſt multiplex, ſcilicet circa refectionem pontium & uiarum, & quando iuſta cauſa depauperatus eſt uel nimis obligat' uel quia non habet quid comedat. In talibus & ſimilibus tenẽtur ſubditi domino ſubuenire, immo & uaſalli debent in huiuſmodi ſe recognoſcere obligatos. Et hoc quaſi ubiq; comprobat conſuetudo generalis, quæ cum rationabilis ſit cenſenda ab omnibus eſt ſeruãda. Et in hoc cõcordat beatus Th. ut patet in pręcedenti. §. Si autem domini uel officiales eorũ aliqd cõtra formã pręſcriptã extorqueãt à ſubditis in uitis directe uel indirecte ſcẽm Ray. rapinam perpetrãt, & ad reſtitutionẽ tenent. ¶ Similiter ſi qui pręlati eccleſiaſtici, ꝓ curationem uel ſeruitium aliquod impẽdant legato uel alij, & plus à ſubditis extorqueant quam ſoluerint, rapinam committunt, & tenẽtur extortam reſtituere, & tantumdẽ de ſuis pauperibus erogare, ut extra de immu. eccl. c. Pleriq;. Dicit ãt B. Tho. ĩ ꝑdicta epiſtola ad Duciſſã, ꝙ ſi id ꝙ ab officialib. dñorũ iniuſtè exactũ eſt prouenit ad manus, eorũ dñorum reſtituendum eſt uel certis perſonis ſi ſciuntur, uel in pias cauſas, ſeu in utilitatem communem ſi neſciuntur. Si autem ad manus dominorum non peruenit, quod iniuſtè extortum eſt, debent nihilominus ipſi dñi compelere ſuos officiales ad reſtitutionem ſimilem faciendam, ne de ſua iniuſtitia lucrum reportent immo, & tales ſunt à dñis grauiter puniendi, ut cęteri à ſimilibus abſtineant in futurum ſicut Salomon dicit quod peſtilẽte flagellato ſtultus ſapientior fiet. Hęc Thomas. ¶ Dicit ét Ray. qđ ſi ex aliquibus circũſtãtijs vł ipſis dominis impoſſibilis uel multum difficilis talis reſtitutio ſatis uł, quod poſſit huiuſmodi principibus, & militibus conſuli, ꝙ in recompenſationem remitterent eis eorum aſſenſu ex libera uoluntatem aliquam ſeruitutem ſeu annuam pręſtationem in perpetuum uel ad tempus, ita quod pleniſſime uideretur eis ſatisfieri uel etiã facerent in remiſſionem peccatorum illorum quib. tenẽt aliquod hoſpitale uel opus ſimile pietatis cum conſenſu tamen eorum ſi poteſt requiri. ¶ Itẽ dicit Ray. qđ dñi qui nihil recipiunt à ſubditis, niſi taleas, uel queſtus, ſi de nouo eſt petita uel quæſita talis talea, non debet exigere, & qđ mala fide percepit debet reſtituere ſi poteſt 14. q. 6. ſi res. Et idẽ dicit ſi ab antiquo ẽ ſoluta ſibi, & anteceſſoribus ſuis ſed neſcitur uel creditur iniuſta cauſa fuiſſe impoſita, & concor. Vl. addit tamen Ray. qđ ſi eſt uerus dñs. & nihil percipit penitus cum tamen uideaẽ uix credibile: quia ad minus iuſtitias recipit dicunt ſubditi aliquid inter ſe ſtatuere quod detur ſibi in ſignum ſubiectionis ne aliàs inutiliter uideatur eſſe dominum rei ſuæ penes eum ar. optimum 18. q. 2. c. Eleutherius, & 1. q. 3. ſi quis obiecerit. Et ſi dubiteẽ de quantitate huiuſmodi ſubſidij. Credo inquit Ray. ꝙ dẽt ſeruare qđ in uicinis, uillis, uel caſtris, uel prouincijs obſeruaẽ, ita tñ ꝙ non grauet uilla illa uel ét eligãt illa conſuetudo, ubi minus ſoluit, qñ diuerſæ conſuetudines reperiũtur extra de cõſue. Cum olim, & de cenſi. ca. Ex parte, & dicit glo. Gui. ꝙ credi põt uel ſciri ꝓbabiliter ex iuſta cã ab antiquo fuiſſe talea, uel collecta impoſita, & exacta qñ ſuper hoc reperiẽ confectum inſtrumentũ, uel ſi eſt ſeruatũ hoc à tpe quo nõ extat memoria ĩ cõtrariũ ꝓſumẽdũ eſt ſm quoſdã, ꝙ ex iuſta cã fuerit ipoſita ar. di. 12. c. Illa; ꝙ credo niſi ſit uioléta ſuſpitio in cõtrariũ ꝑſertim cũ dicatur ꝙ in longiſſimis ꝓſcriptionib. non oportet ꝓbare titulũ. ¶ Dicit ét idẽ Gui. ꝙ illi dñi, ꝙ habẽt đ cõſuetudine cũ ſubditis ſuis, ꝙ đ mobilib. ſuis capiãt quãtũ uolunt, & qñ uolunt, & cũ ſuſpicanẽ eos uelle trâſire ad aliũ dñm oĩno expoliãt eos. Si ñ eſt certũ, aut ſi credaẽ ꝙ

Marirare filiam

Viarum rfectio.

Mediũ taxatur.

Eps pp legatum

non fuerit hoc ab initio legitimè institutum. huiusmodi spoliationes ipso genere facti malæ sunt videlicet rapinæ unde peccant, q hoc faciunt, & tenentur ad restitutionem. Idem Vl. addens quòd probabile nõ est huiusmodi consuetudinem nimis seruilem esse inductã de uoluntate, & consensu subditorum: sed p violentiam, & coactionem superiorum: sed si certum est, q ab initio fuit impositum tale onus terræ sine malitia, & fraude, s. q dominus possit capere quantum vult à subditis, & q possit retinere oĩa mobilia si recesserint cũ quilibet possit imponere rei suæ onus quòd vult. videtur posse tolerari quòd intantũ vtatur tali consuetudine quòd non grauet vltra modum manentes, uel inde recedentes: nec tenetur ad restitutionem. ¶ Si autem ciuitas, uel castrum regatur per plures simul, sicut sit in multis Italiæ ciuitatibus: tunc cum ciuitas eget pecunijs pro defensione sui in iusto bello vel pp alios casus occurrentes, cõmuniter eligit aliquos ex ciuibus, qui habeant imponere unicuique pro rata ei contingente scđm facultates suas. Et hoc fit tripliciter. ¶ Vno mõ q dicti ciues electi ad distribuendũ dicta onera imponant unicuique scđm quod reperiunt eum habere in substãtijs, & lucris debita inuestigatione super hoc facta: puta ad rationem unius libræ pro cẽtenario eorũ, quæ habent, & huiusmodi. Et tunc si ex certa scię tia ob odium, uel aliud imponit alicui ultra ratam ei contingentem secundum ea, quæ reptus est habere, rapinã facit, & mortaliter peccat. & tenetur ei satisfacere de illo pluri, qđ sibi imponit ultra debitum quando ex sua imposítione ille recipit tale grauamen. Contingit enim aliquando quòd illi non imponitur tanta talea uel collecta uel præstantia quanta per illum imposita est qui uoluit supra debitum grauare: quia. s. alij qui cum eo habẽt distribuere plures non concordant cum ipso ita aggrauando. Et tunc ex quo non damnificat licẽt hoc intenderet: peccat quidem tamen mortaliter, ar. 22. q. 5. qui periclare: sed non tenetur ad restitutionem. Si autem omnes uel maior pars conueniunt in imponendo illi ultra debitum: peccant mortaliter, & teneantur insolidum quilibet eorum qui grauat ad satisfaciendum de damno, extra de in iu. & dam. c. si culpa. Sed si minus debito imponunt scienter tanquàm minus habeant, q̃ compertum est uel etiam ex dissimulatione, uel negligentia notabili non quęrunt sufficiẽter & substantiæ quantitate quam habent q̃bus imponitur prę̃stãtia peccãt mortaliter, & cõitati quidẽ non tenent̃, quia cõitas, & si pro una uice nõ colligit q̃tũ indiget ponet iterũ, & pluries scđm taxã tñ factam ab impositoribus illi, q alleuiatus est contra debitum, certũ est, q nõ tenent̃ immo potius ipsę vł obligari illis, qui imposuerũt in eo q pro eo satisfacerent. vñ magis illis tenerent̃ quibus iterũ imponitur uel pluries. Sed quia obscurum est & nimis difficile reperire quib. ex illis, & inquãtũ teneat̃, vt dicendum, q ad arbitriũ boni uiri debeat pauperib. erogare p̃cipue his qui sunt de numero eorũ, quibus imponunt̃ plus uel minus secũdũ quantitatẽ subtractã, ex iniusta diminutionem collectarũ uni, uel plurib. factarum. Et in eo casu cũ ſm quãtitatem substãtiæ habitę, & lucrorũ imponit̃ unicuiq; : ciues q occultãt bona sua mobilia uel immobilia, uel fingũt minus ualere, aut debita hr̃e ut minus imponantur eis, furtum committũt, & tenent̃ cõitati satisfacere nisi probabiliter scirent quasi oẽs illud facere. s. occulta re partẽ suorũ bonorũ. tunc. n. uł posse excusari: q a oĩa manifestando ultra debitum grauerentur scđm ratam contingentẽ. Cauere tñ debent in oĩbus à mendacijs, & multo magis à periurijs, arg. 21. q. 2. c. primum.

Vbi plures dñi iponũt.

¶ Secundo modo imponit̃ præstantia uel collecta ciuibus ab electis cõitate ad hmõi, ita ui delicet, q imponant unicuiq; non solum ſm bonorum quantitatem, quàm reperiunt homines habere; sed etiam secundum iudicium ipsorum imponentium, i. secundum, q credũt illos habere quibus imponunt, ita q simpliciter committitur conscientiæ & iudicio imponentium, uł tñ cõitas intendere, q iustè faciant hoc unicuiq; videlicet pro rata sua. Et tunc si est certa scientia plus alicui imponunt quã debeant ut illi noceant, uel ut alios inde bite alleuient minus debito imponendo peccant mortaliter, & tenent̃ oẽs illi qui hoc faciũt satisfacere de dãnis inde secutis lęsis ar. de min. & dã. si culpa, de illo pluri ultra debitũ cõitati sõluto. Si ãt ex errore alicui plus iusto imponũt credentes illum multo plura habere bona quàm manifestat, & secundũ illam quantitatem quam credunt ex probabilibus coniecturis imponunt, & non plus uident ex cusari à peccato; & ab obligatione satisfactionis dummodo non moueantur leuib. probõnibus, & suspitionib. & rumoribus hominum, & præcipue maliuolorũ: sed probabilibus rationibus urgentibus facta debita diligentia, aliàs tenerentur. s. grauando ex ignorantia crassa, ut in dicto capit. si culpa in quo etiam debet attẽdi fama, & conuersatio ipsius cui imponitur

Electi á cõitate, ut imponant talia qũo peccãt.

ponitur quasi laudabilia sunt secundum communem estimationem: tutius est sibi credere in hoc & secundum assignata imponere quã propria opinione moueri, quia humanum iudicium sæpe fallitur de sen. excõ. c. A nobis. Secus autẽ est si fama illius uacillat. Si uerò minus debitè notabiliter imponunt ex certa scientia ob parentelam uel amicitiam uel priuatam utilitatem ut etiam ex notabili negligentia; quia nolunt diligẽter inquirere unde possent de facili inuenire illum multo plura habere quam ostẽdat secundum quæ debẽt imponere peccant mortaliter facientes contra iustitiam, & tenentur satisfacere alijs, qui inde plus grauantur quam grauarentur, si a prędictis fuisset soluta debita talea, nisi fortè hoc facerent, s. minus debito imponendo alicui ne si secus fieret moliretur aliquid cõtra communitatem, uel etiam quia in præteritũ fuerit in huiusmodi supra modum grauatus, quasi in hoc uolentes ei recompensare de dãnis. Occultãtes autem bona ne pauciora assignãtes, quam habeant ex eo quod uerisimiliter credunt quod nõ stabunt illi informationi; sed plus æstimabunt ipsum habere, & sic plus imponent, quia de ciuitate sciunt, & alios sic facere, uidentur posse excusari cauẽdo tamen mendacijs & periurijs. Secus si crederent quod ex hoc non grauarẽtur ultra debitum, tunc enim peccant & tenentur communitati.

§. 4. Cũo ciues obligentur ad ratã.

¶ Tertio modo imponitur præstãtia sic. Ciuibus ad imponẽdum deputatis assignatur certa & determinata summa, puta mille florenorũ hominibus unius cõtractæ seu unius partis ciuitatis imponẽda cuilibet uidelicet pro rata sua ꝓportionabiliter secundum facultates suas: & quia nõ clarè sciri potest de facultatibus ponitur simpliciter in arbitrio illorũ quantitas in ponenda, ita tamen quod perueniatur ad dictam summã mille florenorum. Et assumuntur ad hoc quandoq; septem, & quandoque nouem homines, quandoque etiam plures, & per hunc modum fit determinata impositio cuilibet. Quilibet enim illorũ imponentium facit scripturã suam in secreto & per se quantitatem exprimẽtem, quam imponit cuilibet. Et collectis scriptis omnium imponentium abijciuntur scriptæ continẽtes maiorem summam, & minorem, & accipiuntur tres tantum continentes summas medias totius quantitatis quam cõtinẽt simul assumptæ ille tres cedulæ. tertia pars imponit illi ciui puta si una exprimit unum florenũ alia duos alia tres florenos erit tertia pars totius sũmæ quæ sex floreni duo, & hoc illi imponetur. Si ergo imponẽtes habita sufficienti diligẽtia ad sciẽdum facultates & uera persona rũ bona fide imponũt quãtum credunt illi ꝓportionabiliter debere cõtingere etiã si plus imponeretur quã ille mereatur excusati sũt a peccato arg. 24. q. 5. de occidendis; sed si intendunt aliquos grauare & se & suos amicos alleuiare citra cõdignũ notabiliter qui hoc faciunt peccant mortaliter i singulis impositionibus hominum, in quibus intendunt ꝓ regula, qui occasionem damni dat damnũ quoque dedisse uidetur, extra de iniu. & dam. c. Si culpa. ¶ Quantum uerò ad obligationem satisfactionis est difficile inuenire qui teneantur & in quantum propter intricatam materiam. Et si quidẽ omnes imponẽtes cõtradicũt sibi & cõcordãt quãtũ quilibet uelint uel aliquib. imponere aggrauãdo aliquos ex odio uel ut amicos possint ultra debitum alleuiare omnes sunt fures & latrones, & tenetur qlibet insolidũ notabiliter læsis ex huiusmodi impositiones nisi postea exgrauarentur ut dicitur in §. se. Tenẽtur autem prędictis de omni damno & itereſſe prout argui a simili potest ex uerbis Ray. & gl. super. c. 2. q. 6. qui dicũt iudicẽ dãtẽ sciẽter iniustam sententiã tenere ad satisfactionẽ de omni itereſſe parti lęsę. Efficaciter enim est causa dãni illius non obstãte quod nil sibi inde acquirat, ut de iniu. & dam. c. si culpa. ¶ Et quod teneanẽ quilibet eorũ insolidũ quouisq; sit satis factum, patet per ea quę dicũt b. Th. & omnes alij i 4. dis. 15. De cooperãtibus ad rapinas, & dãna aliorũ sine quib⁹ nõ fieret. Habẽda tamẽ est cõsideratio fructus, s. annualis redditus, quẽ inde percipiũt ſoluentes præstãtias ut fit Florẽtię & Venetijs. Et hoc enim minus lędunt multo quã si nil ſoluẽtibus redditus cõcederẽt & sic per cõsequẽs illi ad minus satisfaciẽdũ tenẽtur. Si ãt quilibet per se, & in secreto faceret tenẽtur secũdũ intẽtionem cõmunitatis imponit cũ aliqui ex scriptis (ut dictũ ẽ) abijciãtur, s. maiores sũmas cõtinẽtes & minores et sic solum mediæ operẽtur impositionẽ cuilibet cõtingẽtẽ, nec bene scire ualeat quæ sit maior, minor quæ abijcitur uel media q̃ operatur difficile est iudicare quis ex illis teneatur, de illis dico qui ex certa scientia intẽdũt ultra debitũ grauare. Nã qui imponit secũdũ quod sibi uidetur illa de collecta mereri, siue operẽtur sua scripta siue nõ operẽt in nullo ut teneri si diligẽtiã adhibuit. Alij ãt q̃ grauare intẽdũt ultra debitũ siue operenẽ siue nõ operẽtur eorũ scripta, obligari uidenẽ ꝓpter

effectum intētionis cū opere subsecuto argu. extra de biga. Debitum. Tum etiam quia illi aliquo modo cooperantur, & assentiunt dāno 2.q.1.c.notum. Tum quia i dubio tutior uia est eligenda, de sponsa c. Iuuenis. Qui ēt minus debito imponunt tenentur alijs, qui ex hoc ipso grauātur, quia illud minus quod ei imponitur debitum solui secundū ratione refunditur super alios ad soluendū nisi forte hoc facerēt ex hac cōditione & consideratione, quod aliās i præteritum fuerūt supra modum, & iustitiam nimis grauati, & tam in isto casu, s. iniustę alleuiationis quam in precedēti, s. minimę aggrauationis ubi obscurū est & ualdè incertum quātum inde sequatur damnum tenentur ad arbitrium boni uiri, uel saltem quærere remissionē a læsis si spōte habere potest. Occultantes autē bona uel ostēdentes pauciora habere uel debita non uera, cū merito habeant dubitare etiam cū hoc plus sibi iponi quā mereant, uidēt posse excusari ex quo cū multa iniustitia, & improportione hæc iponitur, mēdatia tamē sp. uitādam 22. q.3.c.1. ¶ Et quia post impositionem dictarū talearū & præstātiarū cū publicātur reperiūtur multæ impositiones nimis improportionatæ, & enormes; ex quibus sequūtur quærelæ plurimorū ad sedandum scandalum laudabiliter prouidetur qđ eligantur exgrauatores qui possint minuere de summa in communi posita, puta mille florenorum certam quantitatem puta centū florenos minuendo de impositione facta eis, quos ultra ratam sibi contingentes grauatos inueniunt, prout eis uidetur unicuiq; eorū proportionabiliter ſm excessum grauaminis. Et cū plures ad hoc assumātur rectis maiorib. & minorib. q̄titatum ex grauatarum de mediis scriptis, quæ cōiter sunt tres simul multiplicatis tertia pars totiꝰ ab ipositiōe sibi plꝰ p alios iniūcta subtrahit. Si ergo p talē exgrauationē reducit ad æqualitatē secūdū ꝓportionē, ut. s. remaneat i talia seu præstātia sibi cōuenientiꝰ, & debita, & isti ex grauatores beneficiūt. Et illos q. prius cōtra conscientiā plus debito imposuerāt ab obligatione satisfactionis liberant; sed nō a peccato iniustitiæ perpetrato. Et qui petūt alleuiationem cum sciant se nō esse ultra debitū grauatos, assignantes rationes suæ aggrauationis sed falsas: puta q a habēt debita uel non tanta bona lucra quanta habēt & credūtur habere unde exgrauatores mouentur ad minuēdum ouus peccant mortaliter propter mendacia & fraudes quæ uergunt in detrimētum proximorum eorum scilicet qui ueraciter sunt grauati nimis quibus inde minus potest diminui ꝺ grauamine. Si uerò exgrauatores constituti contra conscientiam exgrauāt aliquem de quo iudicant quod nō debet exgrauari; quia nō est sibi impositum ultra debitum peccant mortaliter agētes cōtra iustitiam distributiuam quod est mortale secundū beatum Thomam secunda secundæ & uidentur teneri communitati quam damnificant, uel potius alijs exgrauādis quos ex hoc non ualent alleuiare ut intendit communitas, & si ex aggrauatis nimis unum multum releuant alium in nullo, contra iustitiam faciunt & cōtra ītentionem cōmunitatis, quæ ē quod nō solum aliquibus sed etiam omnibus grauatis proportionabiliter dimittatur & diminuatur sed si in modico plus alleuiant se & amicos quā alios uidetur locus esse gratificationi. Si enim onus sibi impositum & decens quæret imminui ꝓmittēs ex hoc & socijs imminuere & amicorū suorū indifferenter, i. siue sint grauati siue non contra iustitiam facit. Et in huiusmodi compositionibus promissis & iuramentis factis cōtra iustitiam peccant mortaliter, nec debent seruare 22.q.4.c. In malis Et idem est dicendum etiam quantū ad primos impositores de quibus dictū in. §. præcedentibꝰ, quo scilicet ad istas colligationes iuramenta, & promissiones iniustas, siue intendant seruare, siue non intendant.

Agētes cōtra Iustitiam distributiuā peccat mortaliter.

¶ De pedagijs, guidagijs, & theloneis. Pro declaratione uocabulorum dicit Bern. i glos. in c. super quibusdam. de uerbo. sig. quod pedagia dicuntur, quæ dantur a transeuntib. scilicet pecuniæ in locis cōstitutis a principe. Guidagia dicuntur quæ dantur pro ducatu per terram alicuius ut securius uadant. Hæc Bern. Hæc etiam dicuntur thelonea a thelos græcè deriuata: quod latinè uectigal dicitur alicubi dicuntur uulgariter gabella alibi duanæ. Videntur ergo hæc īstituta pro expensis quæ fiunt a dominis terrarum uel communitatibus ad tenendum territoriū eorum securum transeuntibꝰ per mare uel terram, ne spoliantur uel lædantus i persona uel rebus. Addit etiam Bern. ubi supra salinaria: quæ scilicet dantur pro sale. Et de his omnibus dicit quod solus princeps potest hoc cōstituere, & non ciuitas. C. noua uect. insti. non po. l.2. & 3. Et quod dicit ciuitatem nō posse uidetur intelligendum sine sententia principis. Dicitur autem hic princeps imperator. Vnde. & Hosti. dicit in summa, quod solus rex romanorum pōt concedere pedagium, & alius. De rege etiam Franciæ dicit quod in hoc eandem potestatem habet per priuilegium extra qui si. sint legi. per uenerabilem.

Sed Inno. super c.Innouamus de cen. dicit simpliciter reges posse imponere noua pedagia, peccant tamen si faciunt sine causa, uidetur etiam & multo magis quod papa possit hoc constituere & concedere precipue in terris ecclesiæ. Ipsę enim dicitur princeps. 14. quæst. 4.

§.7. Quãdo à clericis exiguntur.

¶ Ad sciendum igitur quando hæc licitè exiguntur uel non, vel quãdo enim iustè subtrahuntur & quando non licitè. Distinguẽdum est primo aut quia à personis ecclesiasticis accipiuntur aut ab alijs. Et si recipiantur à personis ecclesiasticis, tunc aut exiguntur hæc ab eis pro rebus quas causa negociationis deferunt, uel deferri faciunt, & tunc licitum est ab eis recipere iusta pedagia, & gabellas sicut ab alijs secundum Archid. qui hoc notat per arg. à contrarijs de censi. cap. Quãquã, li. 6. Idem dicendum cum deferunt mercimonia aliorum nomine suo, i. dicendo esse sua, immo & puniri deberent per prælatos suos de fraude & negociationis exercitio cum sit eis interdictum. 88. di. Fornicari. Aut exiguntur hæc ab eis pro rebus suis uel ecclesiarum suarum quibuscunque dummodo non causa negociandi transferri faciãt & tunc exigi & recipi nõ possunt à principe secularis ſm Hostie. quia nullus secularis habet potestatem in ecclesiasticis rebus, extra de constitut. quæ in ecclesiarum. Recipiendo autem per se uel per alios rapinam committũt & tenentur ad restitutionem, & sunt excommunicati, uel de censi. c. quamquam, li. 6. de qua excommunicatione habes infra in 3. par. ti. 24. cap. 25. ¶ Ipsæ autem personæ ecclesiasticæ occultando ipsas res quas deferunt per se uel per alios ut non soluant non peccant: quia ad hoc non tenentur dicunt tamẽ cauere à mendacijs & scandalis quæ solent oriri cum talia deprehenduntur, nec tamen per hoc possunt pœna mulctari tanquàm de fraude, aliàs obligarentur ad restituendum & per constitutionem illam. c. quamquam, in 6. olim erant excommunicati, & ipsæ personæ ecclesiasticæ soluentes pedagia, & hmõi, & taleas, sed ad tollẽda scãdala fuit reuocata quãtum ad istam partem per Clementinam. ¶ Si autem exigãtur hæc pedagia, & thelonia à laicis, tunc subdistinguendum, quia aut exiguntur pro mercimonijs, aut pro alijs rebus ad usum suum, ut bladum unum, & hmõi. Et si pro mercimonijs exigantur, iterum sub distinguendum. Nã aut antiquum exigũt aut nouum. Si nouum, nisi sit certum institutũ esse à princip e propter iminentem necessitatem licet accipere aliàs rapinam committũt, & ad restitutionem tenẽtur secundum Ray. & sunt excommunicati, nec absolui possunt citra apostolicam sedem, ut in 3. par. ti. 72. in c. de processu excommunicationum, qui fit in curia in cœna Domini Si autem sit nouum & institutum à principe iusta de causa, aut etiã antiquum quod scitur impositũ ab his qui potuerunt imponere & præsertim auctoritate ecclesiæ, aut nescitur à quibus sit institutum creditur tamen ab illis institutũ potuerunt, qđ credi rationabiliter potest cum non extat memoria in cõtrarium, tunc sic est uel creditur esse iusta causa impositũ, ut pro defensione stratæ publicę contra prædones in terra, uel piratas in mari, uel pro defensione fidei uel patriæ contra paganos uel hæreticos uel alia simili causa, & recipiẽs tale pedagiũ, uel thelonẽũ facit illud propter quod fuit impositũ sine scrupulo conscientiæ põt illud recipere ſm Ray. ẽt si non facerent tunc expẽsas quia non est necesse cũ terra sit bene purgata latronibus & in pace, paratus tñ labores & expẽsas facere si necesse essent ad tenẽdũ patriã securã, & probãtur hæc ofa. 24. q. 3. fiqs romipetas, & 12. q. 2. c. Vobis enim, extra de cẽ. c. peruenit, de treu. & pa. c. Innouamus ff. de pub. uect. l. uectigalia. §. loca. l. ex ducto, si aũt sit antiquũ & tñ nõ auctoritate principis inductũ, uel ẽt si non facit illud pp quod institutum est, s. faciendo quod in se est ad tenendum uiam securam siue antiquum sit siue nouum, & cum auctoritate principis introductum secundum Ray. non potest licitè recipere, & recipiendo rapinam facit, & tenetur ad restitutionem illis à quibus accepit uel pauperibus erogandum si illos ignorat secundũ Ray. sed Host. dicit in sum. q. non tenetur restituere si auctoritate principis est inductum ubi constaret quod hæc de causa institutum est. Sed quod plus est tenetur ad plenam satisfactionẽ illius, qui ibi laẽduntur in persona uel rebus si hoc accidit ex defectu suo, quia. s. nõ tenet patriam securã ut debet & põt. 23. q. 2. c. Dominus & q. 5. c. Administratores.

¶ Non soluentes autẽ dicta pedagia, & thelonea cum iniusta sunt, quia. s. non sunt institu- §.8.
ta cum auctoritate principis, uel ex iniusta causa, quod tamen credi non debet nisi probabiliter sciatur, uel etiam si iusta de causa & ab his qui poterunt tamen non seruatur propter quod fuit institutum. s. in tenendo loca secura, & huiusmodi nõ peccãt nec tenentur restituere secundũ Ray. quia cessante causa in exigẽte cessat effectus & obligatio in dãte.

& illo non seruante fidem, nec ipsi tenentur 61. distinct. statuimus §. his omnibus, & de iureiurand. c. Peruenit. Caueant tamen à mendacijs semper: quia peccata sunt. Non soluétes autem licita pedagia & thelonea, quia. s. sunt instituta à quibus debent cum iusta causa & obseruata, rapinam faciunt seu furtum secundum Rayn. unde tenentur ad restituendum illis quibus talia debentur, & agere debent pœnitentiam de peccato huiusmodi & de mendacijs & de periurijs & alijs uicijs additis, unde Apostolus ad Roman. 13. Reddite omnibus debita cui uectigal. Verum ad pœnas quæ inflictæ sunt à iure communi vel municipali contra facientes in huiusmodi fraudem dupli uel quadrupli uel amissionis illorum mercimoniorũ in quibus fiebat fraus non tenentur in foro conscientię nisi fuerint deprehensi & condemnati secundum Tho. 2.2. & Guil. & Gloss. super capit. Fraternitas. 12. quæst. 2. in fin. De non soluentibus huiusmodi thelonea, & pedagia in territorio Sarracenorum, vel Paganorũ dicit Rayn. quod si hoc fit tempore treugæ cum eis & de mercibus non prohibitis & ipsi Saraceni seruant fidem in defendendo in territorio suo eos à latronibus, & Piratis per mare cum teneantur ipsis infidelibus soluere, fideliter debent talia eis restituere uel si non apertè possunt pauperibus dispensare ad mandatum ecclesiæ. Nam fides etiam hostibus seruanda est uigesimatertia quæstione prima capitulo Noli. & uigesimasecunda quæstione quarta. Innocens. Idem. Vl. quod tamen intelligit gloss. Guilielm. cum consentiunt ipsi fideles & huiusmodi statutis eorum aut pactis. Sed tempore guerræ uel quo ad merces prohibitas ut ferrum, & lignamina, & huiusmodi, & fraudando in huiusmodi thelonea non tenentur eis: sed debent pauperibus erogare. Ad quod tamen secundum gloss. Guil. non sunt de necessitate cogendi: sed honestate. Hostien. autem in summa dicit simpliciter indistincte christianos non teneri ad soluendum hæc thelonea Sarracenis, quia subsunt eis. Hodie tamen portantes non solum prædicta scilicet ferrum, & lignamina, sed quęcunque mercimonia ad terras Sarracenorum sine licentia papæ incidunt in excommunicationem cuius absolutio apostolicæ sed reseruatur & in alias graues pœnas, de quibus habes in tertia parte titulo 24. c. trigesimo.

¶ De pedagijs exiguntur pro blado, uino, & alijs huiusmodi, quæ quis defert uel deferri facit, non pro mercimonio: sed pro usu. s. uitæ suæ & familiæ suæ ut dicit Hostiensis, qđ non debet solui aliquod pedagium, etiam si consuetudo sit, quia irrationabilis, & ideò non tenenda. De prædictis enim rebus non exigi debet pedagium: & quia non datur pedagium nisi de rebus quæ causa negociationis uel mercimonij uehuntur. C. de uectil. super & commis. l. uniuersi. Satis concord. Bernard. in gloss. super capitulo. Super quibusdam, de uerborum significat. Hic uerò Ioannes in summa concordat, & Bartol. in summa Pisana. In directorio sic dicitur. De his quæ ad proprium usum emuntur, ut gratia ruris colendi uel ad se defendendum fisco nullum pedagiũ detur, ut C. de uectig. l. uniuersi. ubi contraueniens decollari mandatur: quia non exigenda sunt, nisi de his quæ causa negociationis, seu mercimonij deferuntur C. de uectig. & commis. l. Vniuersi. Nec excusat consuetudo contraria, dum sit irrationabilis & iniqua argumen. distinctione 8. Si consuetudinem. ¶ Ex his sequitur, quod fraudando huiusmodi pedagia occultè portando talia, & non soluendo non esset peccatum dummodo cessent periuria, & mendacia & scandala. Et si pedagium & gabella sumatur pro eodem, contrarium seruatur de facto in ciuitatibus Thusciæ: scilicet Florentiæ, & alijs multis, quia de omnibus prædictis exigitur gabella, & cum dicta gabella sit imposita per statutum ciuitatis per modum cuiusdam taliæ seu impositionis & collectę pro expensis fiendis in utilitatem communitatis. Dicendum quod ciuitas exigens dictas gabellas pro uictualibus siue regatur per unum ut ducem, marchionẽ, principem & hmõi, siue per plures de populo, ut priores, cõsules, antianos & huiusmodi, si habent potestatem leges condendi, & imponendi collectas quod est præsumẽdum, si ex re antiqua hoc faciat cuius memoria non extat in contrarium, uidetur etiam posse imponere solutionem dictarum gabellarum, prosui adiutorio & defensione, quãuis enim populus aliquis non possit facere legem generalem: quia hoc est imperatoris, ut notant Ioã. & Archid. dis. 2. Lex. Specialem tamen facere põt & in hoc consentire princeps, ff. de iusti. & iur. Legiones populi. Sic etiam, & collectam spiritualem facere & imponere põt prosuis necessitatibus, & si nõ generalem ut exactionem pedagiorum sine sentẽtia principis quinimo per legem municipalẽ, quæ dicitur statutum siue reformatio apud quosdam derogatur legi communi, patet in materia

dotium,

Non soluẽtes iusta pedagia peccant.

De pedagijs Saracenorum.

Adde tex. in l. 1. ff. de constit. pecc. & ibi Bart. ubi dicitur qđ graue é fidé fallere.

dotium, & ſucceſſionum, & aliorum. Ad qđ facit regula iuris. Generi per ſpeciem derogatur, de regul. iur. in 6. & ſic ſi gabella includatur ſub nomine pedagij, uel ſit idem non obſtabit quod lex communis prohibeat exigi pedagium, uel gabellam de victualibus, & huiuſmodi, quando uel lex municipalis, uel conſuetudo præſcripta habeat contrariũ cũ conſuetudo rationabilis, & præſcripta tollat legem, ut extra de conſue. cap. vlt. Nec uidetur irrationabilis conſuetudo cum ſit neceſſarium pro expenſis ſupplendis communitatis & ciuitatis defenſione, quia omnes ciues debẽt ſe, & ſua exponere pro patriæ defenſione. Requiritur autem licẽtia principis ad imponendum pedagium, quæ vĩ fore obtenta ſi extat conſuetum, nec eſt memoria in contrarium. Præſuppoſita igitur licentia habita à Principe ſi gabella nomine pedagij intelligatur, & multo magis ſi gabella ſit non ut pedagium, ſed ut collecta, vĩ quod teneantur homines ſoluere gabellas de victualibus, & qui buſcunque, & contrarium faciendo ſit furtũ, & tenentur reſtituere communitati, uel emẽtibus eas, niſi iſta exactio gabellarum fieret ab his, qui non habent legitimum dominium, ſeu titulum iuſtificatum inibi, uel niſi illi, qui fraudauerunt alijs impoſitionibus, & modis ultra proportionem eſſent grauati nimis. uel cum eſſent graues gabellæ, & ſine neceſſitate impoſitæ, & utilitate communitatis, ſed ad nutriendum pompam, & auaritiam aliquorum Principum, vel ciuium. Aliàs ſolui debent dicte gabellæ ut dictum eſt. Ad qđ facit Aug. Pactum intelligens ciuitatis cõſuetudine uel lege firmatum, nulla ciuis aut peregrini libidine uiolentur diſt. 3. Quæ contra.

De *furto*. Cap. 14.

PRoiecisti ſermones meos retrorſum, ſi uidebas furẽ currebas cũ eo. pſal. 49. ut dicitur diſt. 38. Omnes pſallentes quotidie Deo repromittimus. In iuſtificationibus tuis] medi tabor nõ obliuiſcar ſermones tuos. Quodquidem omnes chriſtianos obſeruare ſaluberrimum eſt, ſed præcipuè hos qui eccleſiaſticã conſecuti ſunt dignitatem, hæc ibi uerba ſacrę ſcripturæ dicunt, ſermones Dei, & iuſtificationes. Sermones quidem Dei, q. a Deus ea dẽ uerb. locutus eſt per ſanctos ſuos, & quia Deum mentiri uel falſum dicere impoſſibile eſt cum ſit ipſa ueritas, iõ ſermones ſui ueriſſimi ſunt. Vnde Chriſtus ad patrem Ioan. 17. Sermo tuus ueritas eſt. Iuſtificationes autem dicuntur: quia ea ſeruata faciunt hominem iſtum, & oſtẽdunt in conſpectu Dei, & hominũ. Vnde de Zacharia, & vxore ſua Elyſabet dr Luc. 1. quod erant iuſti ambo ante Deum incedentes in omnibus mãdatis, & iuſtificationibus domini, quaſi dicat ideò erant & oſtendebant iuſti, quia obſeruabant iuſtificationes domini: ſed huiuſmodi obliuiſcitur nec in eis meditatur, qui nec ea ſeruat nec ea curat ſciret. Contra quos dicit dominus Oſeę 4. Quia ſcientiam repuliſti & ergo te repellam. Et Grego. Qui ea quæ Dei ſunt ne ſciunt, i. mandata eius à domino neſciuntur .i. reprobantur, diſtin. 38. Contra quemlibet igitur horum inuehit dominus dicens. Proiecisti ſermones, &c. ubi tria notauit.

Impoſſibile eſt Deum mẽtiri.

¶ Primo redarguit omiſſionem præceptorum in generali, ibi. Proiecisti.

¶ Secundo innuit uſurpationem alienorũ in particulari ibi. Si uidebas furem.

¶ Tertio oſtẽdit participationem huiuſmodi uſurpationem, ibi. Currebas cum eo.

¶ Quantum ad primum certum eſt, quòd illud quod proijcitur tanquàm inutile, & abominabile à ſe elongatur, & quod retro ponit ut non uideatur ſic collocatur. Proijciunt ergo ſermones domini, qui ab obſeruatione eorum ſe elongant reputantes inutile, & uanum & uile uirtuoſe uiuere ſecundum mandata eius. Retro autem proijciunt; qui nolunt ea ſcire ut licentius ſeu liberius peccent ſine remorſu conſcientiæ. Dicitur & Iob 21. Recede à nobis ſcientiam uiarum tuarum nolumus. Hi ſunt omnium peſſimi. Inter ſermones autem domini primi & magis neceſſarij ſunt decalogi, & in uno ipſorum præceptorũ dicitur. Non furtum facies. Exo. 20. Nomine autem furti intelligitur omnis illicita uſurpatio rei alienæ ut dicit Aug. 14. quæſt. 5. Pœnale. Cõis uſus omnium, quæ ſunt in hoc mũdo oĩbus hominib. eſſe debuit, dicit Clem. q. 1. Dilectiſſimis. Si enim Deus inſtituit naturam humanam dans ei dominium omnium cũ ait. Dominamini uolatilibus cęli, piſcibus maris, & beſtijs terræ. Gen. Quod dominium omnes habuiſſet: quia ita erat ratio bene ordinata, & regulata qđ nulla re uſi fuiſſent niſi ad neceſſitatem uel rationabilem utilitatẽ quod omnes ſibijnuicem uoluiſſent, & ſic nulla inter eos fuiſſet diſcordia, & ſic ponitur de iure naturæ, ſcilicet primitus inſtitutæ communis omniũ poſſeſſio, uidelicet diſt. 1. Ius autem naturale. Sed & naturæ uitiata etiam de iure naturæ eſt in caſu extremæ neceſſitatis omnia eſſe communia, & ſic intelli-

Iure naturę omnia erãt communia.

gitur secundum Ambr. Nemo proprium dicat quòd commune est, di. 67. Sic hi. ubi glos. commune, ideſt communicandum tempore neceſſitatis. Vnde ſi quis auferret aliquid, ut prouideret ſuæ uel alterius extremæ neceſſitati, cum non poſſet aliter prouidere in nullo peccaret nec alicui teneretur: quia tũc illud eſt ſuum quod accipit, nec eſt contra quod habetur extra de fur. c. ſi quis, ubi imponitur pœnitentia furanti in neceſſitate: quia illud intelligitur quando non erat extrema neceſſitas & ſi aliqua indigentia, tunc enim nõ licet aliena furari, ſed debet aliter ſibi prouidere, etſi oporteret eum mendicare. ¶ Poſt naturam ergo deſtitutam iuſtè prouiſum eſt iure humano, ut extra caſus extremæ neceſſitatis poſſideãtur iſta tẽporalia diuerſa à diuerſis vt propria. Vñ Aug. unuſquiſq; poſſidet qđ poſſidet nomine iure humano nã iure diuino Domini eſt terra, & plenitudo eiº. Pauperes & diuites Dominus de uno limo fecit, pauperes & diuites una terra ſupportat, iure autẽ humano dicitur hæc uilla eſt mea, hæc domº mea, hic ſeruus meus, iura humana iura imperatorum ſunt, quare? quia ipſa iura humana per imperatores, & reges ſeculi Dominus diſtribuit gñi humano, di. 8. c. quo iure. ¶ Sed pro maiori huius declaratione ſciendum ſm Be. Th. 2. 2. q. 66. art. 1. & 2. quod res iſtæ exteriores, quæ poſſidẽtur poſſunt conſiderari tripliciter, Primo quantum ad eorum naturã & mutationem. Secundo quantum ad poteſtatem procurandi eas & diſpenſationem. Tertio quãtũ ad uſũ earũ, & ſubuentionem. ¶ Et ſecundum primum modum res ipſæ nec in communi nec in particulari ſunt hominũ: ſed Dei quia natura rerum non ſubijcitur poteſtati hominum, ſed Dei cui ad nutũ omnia obediunt. Vnde non poteſt homo uirtute ſua mutare naturas rerum: ſed ſolus Deº & ipſius uirtute immediate factæ ſunt mutationes miraculoſæ rerum, ut aquæ in uinum in nuptijs Ioa. 2. c. Virgæ in ſerpentem & ecõuerſo. Exo. 7. uel uirtute naturali mediante ut in mutationibus factis à Magis Pharaonis quam uirtutem Deus indidit rebº in ſui creatione, quamuis aũt Deus principaliter Dominum omnium habeat. Ordinauit tamen ſecundum ſui prouidentiam quędam eſſe ad hominis ſuſtentationem, & ut ea poſſideat ita tamen quod ab eo habere recognoſcat & non à ſe, ut diues ille qui dicebat. Aſa mea habes multa bona repoſita in annos plurimos. Cui dictum fuit. Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te &c. Lu. 12. ¶ Quantum ad ſecundum ſcilicet poteſtatem procurandi & diſpenſandi ipſas res temporales, ſic non ſolum licitum eſt, ſed etiam neceſſarium ad humanam uitam quod homo poſſideat aliqua ut propria, & hoc propter tria. ¶ Primo: quia magis ſollicitus eſt unuſquiſque ad procurandum aliquid, & gubernandum quod ſibi ſoli competit, quam id quod eſt commune omnium uel multorum, quia unuſquiſque laborem fugiens relinquit alteri id quod pertinet ad communem, ſicut accidit in multitudine miniſtrorum. ¶ Secundo: quia ordinatius res humanæ tractantur ſi ſingulis immineat propria cura alicuius rei procurandæ, & econtrario eſſet confuſio non modica, ſi quilibet indiſtincte quælibet procuraret cura plures recurrerent ad eandem rem procurandã, & quilibet modo ſuo. ¶ Tertio: quia per hoc ſtatus hominum magis pacifice conſeruatur dum unuſquiſq; ſua re contentus eſt. Vnde uidemus quod inter eos qui communiter ex indiuiſo aliquid poſſident frequentius inter eos iurgia oriuntur dum ſcilicet uni uidetur quod magis illa re utatur quam ipſæ, uel quod minus laborat pro ea & huiuſmodi. ¶ Quantum ad tertium ſcilicet uſum iſtarum rerum, & ſubuentionem, ſic non debet homo ipſas res habere ut proprias: ſed ut communes ideſt ut de facili eas communicet alijs indigentibus, etiã ſi nõ patiantur extremam neceſſitatem. Vñ Apoſtolus. 1. Thi. ulti. Diuitibus huius ſeculi præcipe facile tribuere, communicare. Vñ Chryſo. Dominus non harum rerum nos Dominos: ſed diſpenſatores fecit. Cum igitur iſta temporalia ut propria licite poſſideãtur, nullus debet ſine beneplacitõ, & uoluntate Domini ipſarum rerũ aliquid auferre, aliquin furtũ facit, & ſermones Dei retrorſum proijcit. Nec poteſt ſe aliquis excuſare ex eo qđ filij Iſrael mutuo accipientes ab Egyptijs uaſa aurea, & argentea aſportauerunt ea ſecum ſibi retinentes ea, ut habetur Exod. 11. Hoc enim iuſte fecerunt ex eo: quia ex Domini præcepto, unde Auguſt. Non hinc quiſque ſumendum exemplum putare debet ad expoliandum iſto modo proximum ſuum, hoc enim Deus iuſſit, qui nouerat quid quemquam pati oporteat, nec Iſraelitæ furtum fecerunt, ſed Deo iubent miniſterium præbuerunt. 14. quæſt. 5. capitulo dixit Dominus. Cum enim Domini ſint omnia nobis quodammodo accommodata, ſic Dominus alicuius rei commodare alteri in accipiendo abipſo, & commodando

Natura deſtituta iuſtè poſſidẽtur alia ab alijs

Natura rerũ ſoli Deo ſubijcitur.

Licitè poſſidemus tẽporalia.

Vſus rerum de facili debet cõmunis eſſe indigẽtib.

modãdo alteri nõ illi facit iniuriam, nec istæ secundus diceretur furari accipiendo illud de uoluntate domini, ita in proposito accipientes illa uasa ex præcepto Dei non commiserunt furtum, hoc autem Deus iustissimè disposuit propter oppressiones, & iniurias quas Hæbreis fecerant egyptij, & usurpationes mercedis laboris eorum quasi recompensationem illorum damnorum, sicut etiã nũc detinenti suum certitudinaliter quod aliter rehabere nõ potest, si aliquin ueniret ad manus eius quod illius esset, & uñ non sequeretur scandalum uel periculum licitè posset accipere. Secus si inde sequi posset periculum, & de hoc plenè infra in c. se. §. 1.

§.2. ¶ Quantum ad scđm. Notatur specialis transgressio cum dicitur. Si uidebas furem. Furtũ proprie importat occultam usurpationem, quamuis ut dictum est largè importat oẽm usurpationem illicitam. ¶ Est autem triplex usurpatio occulta, scilicet præsentiæ, doctrinæ substãtiæ. Et de prima dicit dñs Ioan. 10. qui ascẽdit aliunde: quàm scilicet per ostium ille fur est, & latro, ostium per quod ascenditur per dignitatem, uel regimẽ ad ouile ecclesiæ est Xps Iesus. Ego sum ostium, (ait ipse) seu modus traditus per ordinationẽ ecclesiæ intrat ergo per ostium, qui suspicit regimẽ aliorum propter Christum, nõ propter mũdi fastum & auaritiam imitãs ipsum, ut scilicet paratus sit animam ponere pro ouibus suis, non lanam tãtum quærens & lac tẽporalũ ab ouibus suis recipiés curã scđm canonicas sanctiones, qui nõ sic promouet ille fur est & latro. Occultè subtrahit animas subditorum Deo nõ habendo curã de eis, & mala exẽpla dãdo eis. Et si intrusus est, nõ illã curã habens a superioribus, uel irregularis, uel excommunicatus, uel suspensus, uel interdictus exercendo curã quantum in ipso est, furatur animas occulte subditorum absoluendo cum nõ possit, quamuis oues nescientes excusentur si aliàs boni sunt, fructus quoque beneficiorũ furãt talis, unde ultra mortale quod quotidie committit exercẽdo curam, tenetur ad restitutionem illorum fructuum perceptorum, sicut & fur de re furata. Vnde Esa. 1. contra tales dicitur. Principes tui. i. prælati, socij furum. ¶ Furtum doctrinæ est cum aliquis gratiam scientiæ, & doctrinæ quam sine dubio hẽt à Deo, quia secundum August. quòd bona prudenter loquamur à Deo est, non nostra sapientia ipsę tamen sibi per arrogantiam ascribit. Vnde Apostolus Rom. 2. Qui prædicas non furandum furaris scilicet usurpando gloriam Dei. ¶ Furtum, etiam in doctrina committũt infideles pagani, & heretici, de quibus Christus. Omnes quotquot uenerũt ante me. i. cõtra me, seu præponentes doctrinã suam meę fures fuerunt & latrones. Io. 10. ubi Aug. sup Io. Fuerũt quidam Pharisei de uitijs, & uirtutibus multa subtilia tractantes, diuidẽtes, diffinientes, rationes accutissimas cõcludẽtes, libros implentes, sapientiam suam buccis concrepantibus uentilantes, qui etiam auderent dicere hominibus, nos sequimini, sectam nostram tenẽte, si uultis bene uiuere, sed hi fuerũt fures quærentes animas Deo auferre, qa ante. i. contra Christũ uenerũt. i. contra uerã fidem & doctrinam eius. Similes his sunt tẽpore moderno quidam qui sibi, & alijs persuadẽt sufficere sibi ad salutẽ ciuiliter uiuere scđm quandam urbanitatem exteriorem, de interioribus non curantes non facientes conscientiam de uitijs, & mandatis ecclesiæ furtũ ẽt committũt in doctrina qui prædicant non missi, de quibus dñs Hier. 23. hæc dicit dominus ad prophetas. Qui furabãtur uerba mea prophetæ dicuntur prædicatores scm Grego. quo furantur uerba Dei cum prædicant non habentes auctoritatem, narrantes etiam multa somnia, & fictionem sub specie reuelationis factæ à Deo, & sic recipiunt multas eleęmosynas cũ his deceptionib. sed illas eleęmosynas furãtur & tenẽtur ad restitutionẽ earũ secundum Sco. & Innoc. Furtum substantiæ est proprijssimè furtum cum occultè auferẽ aliena subiecta sic fecit Iudas qui fur erat, & loculos habẽs ut dicitur. Iohan 13. & ea quæ mittebantur scilicet in loculis. i. scarsella portabat. i. asportabat partem furans, & donum portans. Sup quæ uerba dicit Aug. Exemplũ domini accipite cõuersantis in terra quare habuit loculos, cui angeli ministrabãt, nisi qa ecclesia illius loculos habitura erat, quare furẽ admisit. s. Iudam: nisi quia ecclesia cum iures patitur toleret 12. q. 1. exemplum. Ex quibus uerbis demonstrabatur aperte error fratricellorum asserentium Christum uel habuisse in mundo proprium, nec in particulari, nec in cõmuni, cũ dicat Aug. q̃ habebat dominus loculos, quos portabat Iudas, & ad quid idem Aug. declara q. e. in c. habebit dñs loculos, à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus prouidebat. Ac etiam error illorum, qui dicuntur apostolici detegitur dicentium nil posse ut propriũ retineri, & possideri cum salute animæ. Cum Augusti. dicat quod ecclesia erat habitura loculos, ecclesia, ideſt fideles etiam clerici, & præ-

Furtum substantiæ.

& prelati ecclesiarum licitè poterant aliqua ut propria possidere ut patet.c.q.c.Episcopi. & sequentibus alijs pluribus,c.unde uterque error pro hæresi ab ecclesia est damnatus.Declarat ét ibi Aug.ex ipso facto Christi toleran tis Iudam quem sciebat furem, quod dispensatores ecclesiæ ut prelati, & si malè tractent bona eius malè utendo,&sic quasi iurãdo;q a pauperibus ea subtrahunt quibus debentur: debent tamen tolerari à fidelibus nisi in iudicio detegantur,& condemnentur.Demum si cut Iudas fur laqueo vitã finiunt ęternaliter damnatus:ita fures aliquando suspenduntur in uita,& nisi pœnitentiam agãt,& restituãt si possunt damnatur. ¶Perpetratur aut furtum circa substantiam temporalem multis modis. ¶Primo in rebus iuuẽtis alterius, & sibi retẽ tis,cuius plenam declarationem habes, infra c.se.§.de inuentis.¶ Scẽo in reb.præscriptis sed mala fide infra tempus prescriptionis, & hoc infra c.se.§.de præscrip. ¶Tertio in reb. sibi commodatis uel pignoratis vel depositis quando scilicet contra uoluntatem domini il larum vtitur eis ad vtilitatem suam.Et de his infra,c.seq.§.de commodato,& §. de pignore,& §.de depósito. ¶Quarto in scriptis alterius acceptis uel retentis,quę continent iura sua, & credita sine quib. non põt sibi debita exigere,& sua defensare. ¶Quinto ét reb.occulte subtractis,& sicut dicit Boe.quod nulla peior pestis ad nocendum quam familiaris inimicus, ita iter fures nullus potest ita nocere,sicut domesticus latrunculus. Et hi sunt filij & filię cum accipiunt de bonis parentũ occultè contra uolũtatem eorum. Vxores cum accipiunt de bonis virorum suorum sine consensu eorum ut dent cõsanguineis uel alijs nisi communes eleęmosynas.Serui,& seruæ de bonis dñorum suorum sine scitu eorũ. Discipuli negociatorum,& artificũ:& factores sine beneplacito suorum magistrorum,& patronorum. Socij in apothecis cum accipiunt de cõmuni lucro sine scitu sociorum ut sibi retineant non est dubium omnes hos mortaliter peccare.De his plene infra,c.de furto: quia contra præceptum domini faciunt quo prohibetur furtum. ¶Vnde & dominus inter peccata quæ coinquinant hominem idest maculant animam quod proprie non facit nisi peccant mortale secundum B. Th in 4.ponit ex prælse furta hæc sunt inquit quę coinquinãt hominem. Matth.15. hoc etiam patet ex eo quod dicitur Zach.5. hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ:quia omnes fur sicut ibi scriptum est iudicabitur,idest condemnabitur, nullus ergo condemnat secũdum iudicium diuinum nisi pro mortali secũdum B.Tho.2.2.q.lx.vj. artic. vj. Qui igitur furabatur(ait Apostolus)iã non furet:sed magis operet manib.suis vt habeat unde necessitatẽ tribuat patienti,& ét ut possit restituere ablata ad quæ tenetur quantum potest aliàs non posset dignè pœnitere vt dicit Augu. 14. q.6.si res. Sed si quis auferret alteri aliquid quia illa re male uteretur. vnde damnum ei non sequitur temporale: sed utilitas animæ, sicut auferendo occultè fucũ mulieri. gladiũ furioso,pecuniam uel pannos lusori, & delapidatori, & hmõi. ne illa distrahat malè sed ad utilitatẽ domus cõuertat nõ malefaceret. sicut & Rachel quæ furata est idola patris sui Labam ex hoc non reprehendit quia abstulit illi occasionẽ idololatrãdi. Et hoc nisi ex ipso facto sequeretur graue scandalum alicuius si quis autem auferret à diuite auaro uel usurario ut inde daret pauperibus non per hoc excusaretur à furto ut e prælse ostendit Aug.i quadam homel.Forte aliquis cogitat, & dicit Multi sunt christiani anari, & cupidi non habeo pctm si illis abstulero, & pauperibus dedero unde illi nil boni agunt mercedem habere potero:sed huiusmodi cogitatio diaboli calliditate suggeritur nam si totum tribuat, quod abstulit addit potius peccatum quã minuat.Hæc ille 4.q.v.forte.

§.3.

¶Quantum ad tertium ubi notabatur participatio usurpationis alienorum, ibi.currebas cum eo scilicet eundo ad furandum. Cursus autem importat affectum magnum ad ipsum furtum. Dicit autem Salomon prouerb. 31. Qui cum fure participat odit animam suam. ¶Triplex autem ratio assignatur quare furtũ est peccatum grande. ¶Prima est quod cõtra charitatẽ agitur quę cõsistit in dilectione nõ solũ Dei:sed etiam proximi: quod autem est contra charitatẽ mortale est:cum per eam habeat uita spiritualis animæ, pertinet enim ad charitatem proximi,ut non solum quis uelit ei bonum: sed etiam ad hoc operetur: sed p furtum non operat quis bonum proximo,immo contrarium.s.nocumentum in rebus, & si passim sibimuicem homines furarentur periret humana societas hæc Th.2.2.q.66.art.vi. ¶Scda rõ est:quia furtũ est cõtra iustitiã quæ reddit unicuiq; quod suum est, per suum. n. accipit quod est alterius quod sibi non debetur,s.auferenti, quod autem est contra iustitiam est mortale cum agit non solum contra bonum alicuius:sed etiam contra bonũ commune unde & lege omnes puniunt uita grauiter.

Furtum est magnũ peccatum.

Qđ furtum est mortale

uiter, quia nocent bono cõi, & secundum aliquas leges positiua municipales morte puniuntur tales. ¶ Secũdum autem legem diuinam puniebantur furta pœna damni: quia debebat restituere quatuor oues pro una, quinque boues ꝓ uno ut habetur Exod. 22. & huiusmodi. ¶ Tertia ratio est: quia in furto committitur dolus seu fraus, dum .s. occultè accipit quasi ex insidijs usurpando rem ꝓximi: sed dolum & fraudem committere ubi est notabile damnum proximi non est absq; graui peccato psalm. 5. Virum dolosum abhominabitur dominus. Est autem mortale non solum cum furatur quis quod notabilis ualoris est in se, sed etiã cum notabile impedimẽtum & nocumẽtum est ei cui aufertur ut 20. solidi in se parum sunt tamen pauperi multum est. Sed siquis in se parum quid aufert paratus & despositum actualiter multum auferre si commodè posset furtum committit quod mortale est. Vnde Hiero. Fur nõ solùm in maioribus: sed etiam in minoribus iudicatur, non enim quod furatum est, sed mens furantis attẽditur. 24. q. 6. c. fi. Quod intelligitur cum intendit accipere etiam multum aliàs i minimis nõ propriè furtum nec mortale est. quod autem dicitur prouer. 6. Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit: nõ propterea dicitur: quia in se non sit mortale, sed ut dicit. b. Tho. 2. 2. q. 86. art. 6. duplici ratione. Primo propter necessitatem inducentem ad furandum quæ uel diminuit culpam uel totaliter tollit cum. s. esset extrema necessitas (ut dictum est supra.) Vnde quasi hãc rationem assignans quare non sit grandis culpe subdit Solamon. Furatur enim ut esurientem impleat animam. Secundo propter comparationem ad reatum adulterij quod utiq; est grauius unde morte punitur in lege diuina. unde defure subditur: quod deprehensus reddet septuplum qui aũt adulter est perdet animam suam. Currit ergo cum fure qui participat cum eo in furto, quod ut notat Hug. cardina. super uersu supradicti psalm. sit notẽ modis cõtentis in his uersib⁹. Iussio, consilium, consensus palpo recursus Parcicipans, mutus non obstans non manifestans. Quos usus ponunt plures do. b. Th. 2. 2. & i 4. Alb. & alij. Sed corũ declarationẽ habes plenè i precedenti. c. de rapina. quod sufficeret ꝓ alia predicatione ibi uide. Item enim iuris est in participatione rapinę, & furti.

Més furãtis attendit.

¶ *De furto & de multis speciebꝰ seu modis furẽdi & de inuentis quę sibi retinentur & de pignore, & commodato, et de depositio. et de locatione, et conditione, et de prescriptione quomodo scilicet in his committatur furtum uel aliud peccatum.*
Cap. 15.

FVrtũ est contrectatio rei alienę mobilis & corporalis fraudulosa inuito domino lucrifaciendi gratia siue ipsius rei siue usus possessionis uere. ut. ff. e. l. i. Contrectatio. ponit in prędicta diffinitione: quia sine ea non est furtum etiam si interueniat uoluntas uel uerbum: tamen per solam uoluntatem erit quis transgressor alterius præcepti. s. illius. Non cõcupisces rẽ proximi tui. Rei alienę. ponitur in diffinitione: quia in re propria non cõmittitur furtum intellige nisi alius haberet in re illa aliquod ius puta cui res erat pigno ra uel commodata quam dominus fraudulosè capiendo furtum committeret ff. e. l. si res. §. si is qui rem in principio. Idem Tho. 2. 2. q. 66. ar. 5. ad 3. Mobilis & corpalis dicit: qa in rebus immobilibus ut in agro uel in corporalibus: ut sunt actiones & seruitutes nõ cõmittitur furtum eo quod talia non possint contrectari. Fraudulosa dicitur quod cũ alia quis credebat rem esse suam quæ non erat uel si nõ erat sua credebat quod etiam ab eo qui habebat ibi ius posset accipere. non committit furtũ: sed aliàs teneat. Inst. de ui. bo. rapt. §. quia tamen. & §. fe. In uito domino. dicitur. quia si credit dominum permissurũ & subest iusta causa credendi nõtenetur. Secus si non subest. ff. e. si is qui. Et dicit dominus inuitus etiam si uideat rem auferri: quamuis nõ cõtradicat. ff. e. l. pen. Si autem putat facere inuito domino & tamẽ dominus uult: furtum quidem facere quantum ad intentionẽ: sed non tenetur ad restitutionem nec dominus potest petere obstante sibi sua uolũtate. ff. e. l. inter omnes. §. penul. Lucrificiẽdi gratia dicitur quia si quis alienam ancillam rapuerit non cã lucri: sed libidinis non committit furtum ff. e. l. uersũ. Ipsius rei uel usus possessionis uere dicitur: quia non solum committit furtum qui rei dominium uult lucrari sed etiam qui uult in re ipsa lucrari usum & possessionem di. l. qui sacrum. ff. e. l. qui inuẽta. ¶ Quod sunt species furti? Respõdeo. duæ nam aliud est manifestum. s. Illud cum quo fur deprehenditur priusquàm ueniat ad locum

Diffinitio furti

Addẽ §. furtũ. in fitu. eo.

Duę species furti.

cũ destinatũ, aliud non manifestum cum quo non deprehenditur. ff. e. l. 2. & 3. Ité nota ꝙ quædam remanent i noie generali quædam sub speciali ueluti sacrilegium quod furtum est rei sacrę. Peculat⁹ quod est furtum de re publica. 23. q. 5. q d ergo. Abigeatus quod est furtum quãdo quis dispgit gregem & ide furatur. Plagium quod dicitur furum hominis scilicet quando quis liberum hominem scienter uendit uel emit. ff. de plagi. l. i. & 4. Et eo dẽ modo si seruum alienum solicitauerit uel asportauerit.

§. 4. ¶ De furto in genere. Notãdum ergo quod furtum committit quis quando abstulit rem alienam fraudulenter & sciens nõ esse suam occultat: & ẽ mortale nisi esset quid minimũ ut fructus hortorũ in paruo ualore & hmõi. quia tunc ueniale nisi illud modicum abstulisset intentione notabiliter accipiendi uel damnificandi si potuisset: quia tunc esset mortale. secundũ b. Tho. 2. 2. q. 66. ar. 6. & 14. q. 6. c. fi. Et tenetur etiam restituere rem furatam quã citius potest nisi ille à quo abstulit tãtundẽ habuisset de suo & nolebat reddere quia in tali casu non tenetur ad restitutionẽ secũdũ Host. nisi ꝓ hoc fieret alteri graua men, peccauit tamẽ talis grauiter si auferendo si poterat i iudicio rem suam recuperare quia non debebat sibi facere iusticiam: sed iudex. Si autem in iudicio non poterat rehabere suum uel propter defectum probationis uel propter tyrannidem uel potẽtiam ipsius, tunc etiam nec accipiendo peccauit: nisi inde alijs scandalum pararetur secundũ Tho. 2. 2. Idem Pet. de Palu. in. 4. & Henricus de Gan. Ad quod etiam facit dictũ Aug. 14. q. 5. non sane. Quicquid ab inuito sumitur iniuriosè aufertur. Nam plerique nec medico uolunt impendere honorem suum &c. Et quod dictum est de furto scilicet quod cum fine scandalo aliorum rem sibi furatam, uel aliud tanti ualoris potest accipere ab eo qui abstulit quando in iudicio recuperare non posset nõ tenetur restituere. Idem uidetur dicendum de rapina, usura, & fraudulentia, & alijs damnificationibus iniustis. Et quia bona fides nõ patiũ ut idem bis exigatur, tutum esset here dibus suis declarare quod ille non tenet sibi per aliuquem modũ honestũ uel donare ei si quid debeat ille fur uel raptor uel alias dãnificans. Et hoc dico ne ille qui aliquam detinebat conscientia ductus restituat illud male ablatum ei exquo habebat ius suum, & sic habebit bis suum. ¶ Pro maiori declaratione prędictorum. Nota quod in septem casibus nemo sibi satisfacere potest. ¶ Primo quãdo iuridice uel aliter potest suum rehabere. i. petendo ab eo qui est sibi debitor uel ipsum in iudicio conueniendo per probationes sufficientes quas habet & sibi fieri sperat iusticiã faci enim tunc cõtra ius expressum ar. distin. 11. Imperatores. §. quicunque ergo legibus. ¶ Secũdo in iudicio ordinario & communi. Nemo enim potest esse iudex in propria causa ut habetur. C. ne quis in propria causa ut l. i. quod institutum est iustè, tum ne fur uel raptor deprehensus se excusare posset dicẽs se debere habere ab illo cui furatus est tum quia inde orientur scandala & discordiæ si extra ordinarium iudicium quilibet sibi satisfaceret, tum quia plus posset accipere quam quod debet habere dicendo rem suam maioris pręcij quam sit, & eam quam abstulit minoris quam sit. ¶ Tertio in dubio: tunc enim est superioris sententia requirẽda, aliàs accipiendo cum se exponat periculo furti, ex quo dubitat peccaret grauiter, ar. distin. 33. habuit se, in decens est & satis abhominabile dedecus ut in re dubia certa deẽ sentẽtia. ¶ Quarto cum uerisimile est scandalũ proximorum generati & grauamen, puta quia ui capietur uel credetur quod qui innocens est illud furtum fecisset, nemo enim cum alterius iactura debet locupletari de re. iu. li 6. ¶ Quinto quando ex hoc immineret periculum ꝓpriæ famæ puta quia uerisimiliter ęstimari potest quod scienter & ut fur diuulgabitur cum nõ possit probare illum sibi esse debitorem cui abstulit. arg. quæst. 12. nolo. ibi. Qui fidẽs cõ scientiæ suæ negligit famam suam nimis crudelis est. ¶ Sexto si immet ei periculum propriæ personæ uel uitæ: puta quia posset accusari ut fur quia hoc esset tentare deum argu. 22. q. 2. q̃ritur. ¶ Septimo si imminet periculum conscientiæ: puta quia non credit sibi licere sed furtum reputat uel quia se exponit periculo periurij paratus periurare cum peteretur, potiusquam dicere ueritatẽ arg. 28. q. 1. §. Ex his omnibus, & 22. q. 5. quæ periurare. Peccat ergo i his casibus sibi satisfaciẽs. Satis facere autem seu restituere nõ reneẽ nisi plus debito accepisset, uel nisi ei non satisfaciendo, seu restituẽdo unum de quinq; ultimis periculis euenire posset cui tamẽ obuiatur restituendo ar. extra. c. cum ex iniũcto, de no. oper. nun. §. super eo. Et ratio horum est, quia sic retinens contra se, uel contra proximum, peruerteret iustitiã naturalem. ¶ Ité nota quod si filius familias abstulit de bonis parentum contra uoluntatem eorum furtũ com-

Fur tenetur restituere.

Adde tex. in c. bona fides. de reg. iur. in 6.

commiſit,& ſi eſt quid notabile mortale eſt, & ſi cohęredes haberet poſt mortem eorum videtur obligari illis pro eo, ꝙ contingebat illos de ſic ablatis ſi ſunt in notabili quantitate niſi obtinuiſſet remiſſionem ſuper his ab ipſis parentibus.& multomagis emancipatus tenetur. Nec poteſt filiusfamilias ſecundum Ray.in ſum. dare eleęmoſinā de peculio profectitio, & aduentitio niſi credat patrem permiſſurum,uel niſi ſit de licentia patris in ſcolis uel in peregrinatione, de caſtrenſi autem uel quaſi caſtrenſi poteſt.¶Pro huius declaratione nota ſecundum Gui. Peculium caſtrenſe dr,ꝙ filio familias occaſione militiæ à parentibus uel alijs donatur uel ipſæ in militia acquirit. Quaſi caſtrenſe eſt,ꝙ filius familias ex aduocatione uel alio officio publico perceperit: puta ſi ſit officialis ſeu rector, & inde recipit ſalarium. Idem dicitur de medico, & ſimiliter,ꝙ præsbyteris, & clericis ex offo ſuo aduenit. Et in prædicto duplici peculio filius cenſetur ut paterfamilias, ut poſſit de eo facere eleęmoſynā,& facere ut placeat.C.de inoffi.teſt.l.fi.¶Profectitium eſt quod ex rebus patris uel earū occaſione aduenit ut fructus ſiue lucrum,& in iſto nil iuris hēt filius, ſed pater plenam proprietatē ut iuſti,ꝙ quas perſo.no.acqui.§.1.¶Aduentitium eſt quod ex alia quæcunque cauſa filio aduenit ſiue à matre ſiue ab alia extranea perſona, ſiue de alijs operationibus ſiue de laboribus ſuis. & in hoc peculio ſeruatur filio ꝓprietas.Et ſi pater præmoriatur filij eſt:ſed uiuente patre habet pater plenū uſumfructum, & de eo filius teſtari non pōt extra de ſepul. licet lib. 6. In bonis autem quæ habet pater multominus filius habet aliquam poteſtatem niſi quia debet alij, & ideo accipiendo contra uoluntatē eius furtum committi.¶Item nota, ꝙ ſi uxor occultè,& contra uolūtatē uiri dedit de eius pecunijs uel aliis rebus in notabili quantitate notabili dico ſecundum ſe,uel ēt ſm proportionēm ſubſtantiæ uiri: quia tunc furtum commiſit,& mortaliter peccauit ſinotabiliter dedit conſanguineis ſuis ſiue alijs ludis fucis uel alijs uanitatibus expendendit, & dando ēt pauperibus iſto modo peccauit, quia ſi nō habet paraphernalia ſed dotes tm nō poteſt dare eleęmoſynā contra uoluntatem uiri.Tho. 2.2.q.42.ar.8.ad 2.¶ In exterma tm neceſſitate poteſt & debet ſubuenire etiam contra uoluntatem mariti dummodo tamen ipſæ ex hoc nō incurrat notabile detrimētum ſui ſtatus.86.di.nō ſatis. Si etiā mulier ultra gubernationem domus exercet artem aliquam lucroſam, ut aurificium,lanificium, ſericium,& hmōi,tunc de ſuo lucro poſſet,& notabiliter dare pro pijs cauſis habente eius familia unde conuenienter aliunde ſuſtentaretur. Alber.de pane & de uino & huiuſmodi quæ cōmuniter cōſueuerunt uiri dare poteſtatē familiæ eroganti,eo ipſo & non prohibuerunt conceſſiſſe uidentur dūmodo moderatè fiat, quinimo ſi aliquando prohibuiſſent pie poſſunt interpretari.ſ.quòd intēdāt pro hmōi ꝓ hibere eas à nimio non à toto.Guil. Si tamē conſcientia ſua dictaret quòd nullo modo cōtentarentur,non debent dare contra conſciētiam.¶Parafernalia dicuntur quæ habet uxor præter dotes, ut ſucceſſiones hæreditariæ,legata ei facta,uel donata,& huiuſmodi. De paraphernalibus aūt poſſunt diſponere, ut uolunt mulieres niſi obſtet cōſuetudo,uel aliquod ius municipale. Vltra prædictos tres caſus ſ.extremæ neceſſitatis in paupere, uel cum mulier eſt lucroſa,uel habet paraphernalia.¶Pe.de Pal.ponit etiā alios caſus in quibus mulier poteſt dare eleęmoſynam.& alienare ſine licentia uiri.Primus eſt ad uitandū damnum ſicut fecit Abigail.1.Reg.25. quia mulier habet proprietatem in bonis communibus ſicut & uir,unde ſi per negligentiā uel malitiam uiri uideat ſibi immiuere periculū poteſt ipſa obuiare. Secnndus ſi uir ſit fatuꝰ tunc enim diſpenſatio domus pertinet ad uxorem niſi per ſuperiorem aliter ordinatum fuerit. Tertius eſt ſi uir abſens non poſuit alium diſpenſatorem domus ſuæ loco ſui. Quartus eſt ſi peregrinans uir expenſas taxatas dederit mulieri,ſi uult ſibi ſubtrahere poteſt pauperibus erogare,hæc ille in 4. Si qua autem furtiuè accipiunt ultra prædicta tenētur ad reſtitutionem ſecundum quod poſsūt ¶Item diſcipulus cuiuſcunq; artificis ſi abſtulit uel de peannijs uel de ipſis rebus uenalibus ſui magiſtri, uel ſi emens aliquid pro ſuo magiſtro dixit plus expendiſſe, quàm fecerit accipiens ſibi reſiduū pecunię qua furtum eſt.¶Item quilibet gerens negocia alterius ut tutor,curator,procurator & huiuſmodi fingentes ſe plus expendiſſe in emendo, uel minus recepiſſe quam receuerint in uendendo,uel aliàs dolosè damnificantes. Item qui habet ſocietatem cum altero de lucro alicuius negocij ſi ſufficienter ſecundum pacta inita & iuſtitia ſibi reſpondit de parte illum contingente retinendo de iure illius furtū committit.

¶Sic etiam agricola partionalis ſi non fideliter, & integrè reſpondit ſuo patrono.

Item

Peculiū Caſtrenſe, uel quaſi dicitur.

Profectitium.

Aduētitium.

Familia poteſt dare eleæmoſinam.

Paraphernalia quæ ſunt.

Gerens negotia

Agricola.

Stipendiarius.

Item stipendiarius etiam in bello iusto existens si pullos uel alia comestibilia abstulit ab hominibus pro quibus pugnat, uel blada collegit pro equis pascendis, uel alias eos dānificauit, quia furtum est uel rapina, & ad restitutionē tenetur nec excusatur si hoc faciat ex p̄cepto domini sui di. 8. Quæ cōtra mores in bello iniusto tenet inimicis de damnis datis. De bello autem multa habes in 3. parte titulo 4. Item q dedit opem ad furtum faciendum, & qui dedit consilium, & q receptauit fures, tenentur ultra peccatum ad restituendum, secundum modum tamē qui dictus est supra in cap. 2. de rapina. ¶ Quid si mulier fecit furtum siue ante matrimonium siue post & uir participauit aut uir fecit & mulier participauit: nūquid licebit uxori de rebus cōmunibus satisfacere? Respon. secundū Guil. Vbi de consuetudine regionis uir & uxor cōmunicant sibi credita & debita ex contractu uel maleficio, si res furtiua adhuc existit in eorū potestatem, uxor potest illam restituere etiā contradicēte marito. Si autem consumpta est potest uxor si expressè uir non cōtradicat negocia mariti gerendo, & seipsā liberādo æstimationem restituere de communibus bonis. Prohibente autem marito, non credo quod debeat facere huiusmodi restitutionē cū non habeat administrationem rerum sed maritus si tamen restitueret de rebus communib⁹ bona fide non credo quod esset p̄nitentia iniūgenda quasi p̄ mortali. ¶ Quid si quis furatur propter necessitatē famis uel frigoris. Respō. Si est extrema necessitas non peccat: sed utīr iure suo, de conse. dis. 6. discipulos. Vnde potest occultè subtrahere ut dicit Tho. se. q. 66. nō tantū pro se: sed pro alio. Nam ī tali casu omnia sūt cōmunia, di. 47. sicut hi. Sed hoc itelligendū est cum aliter sibi prouidere non potest. Namsi ab amicis, uel etiam eleemosynaliter petēdo inueniret, & ex uerecūdia nō peteret, nō excusaretur a furto accipiēdo occultè ab alijs, quod si non sit extrema necessitas peccat quidem: sed p̄pter necessitatē attenuatur peccatum. Et in tali casu intelligīt pēnitentia quæ imponitur extra de fur. c. si quis propter necessitatē. De restitutione fienda ui de infra de resti. p totum. ¶ Quid si quis furatur. Christianos detētos a paganis ut eos liberet? Respon. secundum Ray. & Hosti. Si ē tēpus guerræ ī nullo tenet. 23. q. 2. dominus, & q. 8. ut pridē. Si uero ē tēpus treugę tenet ipsę pagano restituere nō hominē p̄pter periculum animæ: sed æstimationē, similiter etiā tenet de alijs malè ablatis, argu. 23. q. 1. noli.

Furās ex necessitate.

De furātib. Christianos à paganis detētos.

Si tamen pagani cōpulerant ad circuncisionem uel idolatriam uel aliquod mortale peccatū tūc penitus ille liber factus ē, & sic furās eum nō peccat; sed meret, ar. di. 54. nulla. Sed & si quis uiolenter uteret ancilla sua nec uelet desistere si aliter non posset euadere tale malū, licitè fugere posset, & dimittere domi nū suū. ¶ Nūquid Christiano q detinet a Saraceno liceat furari? Respon. secundū Hosti. Si iste Christianus dū esset treuga frangeret eam, & sic erat in culpa, & fuit captus, nec imminet periculū necessitatis, non licet furari, sed tenetur ad restitutionē nam tale iuste detinebatur, ut quia tempore belli captus ē uel si imineat necessitas nō tenet ad restitutionē

¶ De inuentis. Sciēdum quòd de inuētis Hieronymus sic ait. Sciāt hoc uitiū simile esse rapinę si quis inuēta nō reddiderit. 14. q. 5. multi. Et Augu. Si quid inuenisti & nō reddidisti rapuisti. quantum potuisti fecisti, q a plus nō inuenisti. q. ea. Et nota Hiero. & Aug. ī dictis auctoritatibus sumunt rapinam large p̄ omni illicita usurpatione. Sed proprie loquēdo nō est rapina: sed furtū dicitur. ff. de fur. l. falsus. ¶ Et aduertendum quòd inuēta aut de p̄ pinquo fuerunt ī bonis alicuius, nec habetur pro derelicto aut nunquam uel non de p̄pinquo, sed ab antiquo ut thesauri. Si primo modo tūc secundū Ricar. & Tho. qui res alienas inuētas quę de p̄pinquo fuerunt ī bonis alterius, & nō habetur p̄ derelicto accepit ut sibi retineret mortaliter peccauit si est quid notabilis ualoris, & tenetur nihilominus ad restitutionē ei cuius ē, quòd si p se nescit cuius sit faciat publicè denunciari in ecclesia, & si nec isto modo reperiretur cuius esset debet pauperib. erogari, nisi ipse iuuētor esset multum pauper, quia tunc posset cum licentia episcopi, uel p̄nitentiarij sui, uel confessoris illud sibi retinere, quando scilicet nō inuenitur cuius est. ¶ Sed si res intēta non fuisset in bonis alicuius aliquādo, uel ab antiquo fuit ut ī thesauris antiquis inuentis, quid iuris dicit Tho. 2. 2. q. 66. quod res quæ nunquam fuerūt in bonis alicuius sicut lapilli, & gēmæ quæ inueniūtur in littore maris, & nō domesticę aues & pisces maris tales res occupanti concedūtur. Et eadem ratio est de thesauris antiquo tempore sub terra occultatis, quorum nō est aliquis possessor, nisi quod secundum leges ciuiles tenentur dare medietatem domino agri si in alieno agro inuenerint. ¶ Pet. autem de Pal. in 4. dicit quod thesaurus in alieno agro inuentus pro medietate restituēdus est domino agri. inuētus in suo agro suus est.

§. 2.

Inuentū nō habetur pro derelicto

De thesauris.

De

Eleęmosyna de inuetis.

Dē consuetudine autem thesaurus ubicunque inuentus est principis. Et dicitur thesaurus uetus depositio pecuniæ cuius non extat memoria hæc Pe. De eodem igitur fieri pōt eleęmosyna, sed non tenetur Hosti. aūt in sum. dicit quod si thesaurū in ,pprio fundo inueneris sit tuus. Idem si in alieno data opera: sed si non data opera medietatē debeo Domino fundi. Iusti. de re. di. §. Item ea. & §. thesauros. &. §. item lapilli. & C. de thesauris. l. 1. Res autem pro derelicta habita occupanti conceditur scilicet si sit nobilis & abijciatur idem si immobilis idem Guil.

Iactura in mare

¶ Res autem quæ faciuntur in mari ad alleuiandū nauim pp periculum utę non habētur pro derelictō, unde restitui debent si scīt cuius sunt, uel pauperibus erogari si nescīt.

§. 3.

¶ De pignore. Nota quod si quis est usus pignore accepto unde habuit emolumentum temporale, si hoc egit contra uoluntatem pignorantia commisit furtum, si ex uoluntate eius cōmisit usuram nisi forte esset talē res cuius usus sine prætio solet concedi inter amicos sicut cōmodatio libri, & in utroq; casu tenetur ad restitutionem uel restituendū prętium illius usus. Tho. 2. 2. q. 78. ¶ Et nota

Pignus.

secundum Hosti. quod pignus est obligatio rei licitę & mobilis pro debito inita, & trāsit in potestatē creditoris. Sed hypotheca quæ

Hypotheca.

est ēt quasi pignus: sed rei immobilis non transit in potestatem, quantum ucrò ad actū personalem non differunt quæ possunt obligari uel non. uide in sum. con. li. 2. ti. 7. q. 74. ¶ Prohibentur autem obligari res sacræ ut ecclesiæ. Item uasa sacra uel ornamenta ecclesiastica, & hoc nisi necessitate urgēte. i. in illis casibus in quibus possunt talia alienari extra. e. ti. c. j. Ecclesiastici etiam redditus, & stipēdia nō possunt obligari spūali cōuētione: sed a iudice pro debito canonici ex causa iudicati possūt obligari sm Inno. extra de fide ius. c. peruenit. cōtrariū faciendo furtum uel sacrilegiū committitur. ¶ Itē liberis hominis nulla est obligatio: quia in his consistit tantū

Adde l. liber homo. 2. ff. ad l. aquil. & ibi Flori.

obligatio pignoris quæ de bonis nostris facimus obnoxia. Fallit hoc in libero homine suspecto & male merito, uel in proprio debito nisi debitor cedat bonis extra de sol. Odoardus. uel si tāta sit necessitas quod deat patrem quod filiū obliget quod nēdere possit. Fallit & in quibusdam alijs casibus quos narrat Host. li. 3. rubrica. 21. de pigno. Obligari etiam possunt secundum Host. ubi .s. etiam res pntes quā futurę, & fructus pendentes partus ancillę, fructus pecoū, & ea quæ nascentur. ff. e. l. quæ nondum. ¶ Itē res corporales & incorporales ut cautiones, & nomina debitorum. ff. e. l. cum conuenit. Itē possūt pignori obligari psonales seruitutes & usus fructus. ff. e. l. si is. §. si. Item prædiales, seruitutes rusticę, non etiam urbanę seruitutes. ff. e. l. si is. si quis aūt res suas obligauerit de præsentibus, & futuris sensisse præsumit, quāuis hoc nō exprimat. vt. C. quæ res pig. obli. po. l. si. Sed uidetur excepti esse, quod spetialiter obligaturus non erat ut puta uestis, suppellectilia, & similia, quæ in usu habebat. C. quæ res obli. l. 1. ¶ Pignoratitia uerò actio non nascitur nisi demum tradita re creditoris. Iust. quibus mo. re contra obli. §. usu. Notandum est, quod quandiu unus denarius remanet ad soluendum pignus nihilo minus remanet obligatum. ff. e. l. qui plures. ¶ Et nota quod creditor tenetur omnes fructus pignoris perceptos deductis expensis bona fide circa huiusmodi factis cōputare in sortem. Si aūt hoc facto sibi uult reddi suum à debitore secundum Ray. l. 1. i. ti. de usuris. §. 14. plura habet auxilia. Primo uidelicet pōt pecuniā mutuatā petere per actionē psonalē corā iudice. C. de pign. l. quamuis secundo pōt pignus sibi datum alteri in pignore obligare. C. de pigno. l. 1. &. 2. ¶ Tertio pōt pignus etiā nēdere inuito cōtradicente debitore nisi debitum offerant. C. uenditore uēditionē pignoris obligari non posse. l. j. & 2. Circa uenditionem tñ est adhibenda distinctio, quia aut certa pacta fuerunt firmata inter debitorē, & creditorem super uenditione pignoris in certo termino, uel loco, uel pśonę de hoc facienda ut nullo modo faciendā, aut sup hoc nil cōuentū est inter eos. In primo casu tenetur creditor prius notificare debitori, & postea poterit nēdere secūdū formā cōuentā & nō aliter. In secundo casu qñ fuit pactū appositū de non uēdēdo, etiam tunc potest uendere: sed debet creditor priº denunciare debitori ter ut soluat, & si non soluerit poterit uendere postea, aliās si ante trinā denunciationem uenderet furti tenetur. In tertio casu cū s. nil cōuētū est sup hoc sufficit una denunciatio, & postea elapso biēnio poterit fieri uēditio. Probāt hic. ff. de pign. act. l. si conuenerit. Ad satisfaciendū creditori supradictis modis pōt cogi debitor p ecclesiā si est de foro suo, & etiam si non sit de foro suo per modum denunciationis ratione peccati extra de iudi. nouit uel in modū recōuētionis. 3. q. 8. c. In agēdo, & si forte post inceptam causam uellet debitor desi

Seruitutes.

Actio pignoratitia.

stere

ſtere a cauſa mota contra creditorem, uidet q̃ ad petitionem creditoris poſſit eũ cogere iudex eccleſiaſticus, ut reſpondeat corã eo uel ſatisfaciat, extra de ordi.cog.cũ dilectus. ¶Et nota ſecundum Hoſt.in ſumma lib.tertio.rubrica de pigno.§.3.q̃ hæc infraſcripta intelliguntur pignori tacite obligata. Siquis promiſit dotem tibi omnia bona illis pro illa promiſſione tacitè obligant. ſicut & bona mariti pro reſtituenda dote omnia uxori tacitè obligentur, etiam ubi extraneus.i.is qui non habet in poteſtatem mulierem cõſtituit dotẽ, & niſi ipſæ extraneus ipſam dotẽ ſpãliter ſtipuletur ipſa mulier tacitè ſtipulaſſe videtur, nec pro delicto viri dẽt uxor amittere dotem ſuam.extra,co.ti.ex literis.etiã ſi crimen læſę maieſtatis commiſerit.C.ad l. Iul. maie.l.quiſquis.§.uxorem. Item omnia bona cõductoris inuenta, & illata in prædio ruſtico domino ſciente niſi ad tempus inferãtur Domino tacitè obligata ſunt pro penſione ut.C.quib. cau.pi.com. l. quãuis in agro urbano diſtinguit utrum Domino ſciẽte uel neſciente ſint ablata. Item bona tutorum & curatorũ tacitè obligantur minoribus pro illorũ officio ſi adminiſtrauerit iniquè. C. de admi.tuto.l.pro officio. Item bona patris tacitè obligantur filijs pro rebus aduẽtitijs. C. de bo. quæ lib.l.cum oportet. Item bona matris cõuolãtis ad ſecũdas nuptias sũt filiorũ prioris matrimonij vt eis reſtituat, q̃ à priori marito lucrata fuit. C. de ſecun. nup. l. hac edictali. Itẽ bona defuncti tacitè obligantur pro legatis & pro fidei commiſſis. C. cõmunia dele.l.1. Et nõ q̃ ſi pign⁹ periret uel deterioraretur penes eũ ſi hoc accidit ſine culpa creditoris, non tenetur ſoluere illud niſi actũ ſit q̃ amiſſio pignoris liberet debitorẽ. Si uerò periret deterioraretur culpa creditoris, tenetur creditor. C. de pig.act. l. quæ fortuitu. Itẽ nõ q̃ in caſu in quo creditor iuſtè uendit pignus & bona fide & ſi minus accipit quã debeat habere poteſt agere contra debitorem ad reſiduum, ſi uerò plus accipit tenetur reſtituere debitori. C. de iur. do. l. ſi hęc Ray. aliàs furtum committeret ſibi illud plus retinendo.

§.4. ¶De commodato nota q̃ ſi alicui commodatum fuit aliquid ad certum uſum, & ipſe ad aliud eſt uſus, puta quia equus ſibi cõmodatus eſt ut in uillam, & ipſe duxit in bellum ſicut furtũ cõmittitur, niſi forte ratiõe amicitiæ poneret ſpem ratihabitione, & tenetur talis ad ſatisfaciendum ſi perijt uel deterioratur, ff. eo.l. ſi ut certo. Hoſt. & Goff. & incõmodato non transfertur dominium: ſicut in mutuo. ¶Eſt aũt commodatum ſcđm Hoſti. alicuius rei ad aliquẽ ſpecialem uſum gratuita facta conceſſio. Nam ſi merces interueniit tranſit in locatum, uel alium contractum innominatum. Commodare autem poteſt q̃ & donare, commodari poteſt cui & donari, & is qui obligationẽ contrahere põt. Itẽ nõ ſolũ prælatus: ſed etiam œconomus, nam & talis contrahere põt. 10.q.2.§. hoc ius, ſed pupillo commodetur, non tenetur licèt aliũ ſibi obliget. ff. de act. amp. & ven. l. iul. §. añp. tenetur tñ pupillus inquantum locupletior factꝰ eſt, ſic & ſi perſonę non eccleſię cõmodatũ fuit tenetꝫ eccl'a quantũ in utilitatẽ eiꝰ uerſum eſt, Hoſt. Itẽ ſi vtẽdo ad id ad quod eſt ſibi cõmodatũ perijt, uel eſt res deteriorata, q̃ a tũc ſi gratia vel uoluntate ipſius, cui cõmodatum eſt cõmodatũ non tenetur de caſu fortuito, niſi ipſe fuiſſe in culpa. Exemplum, ut ſi commodatum remiſit per minus idoneũ nũciũ, uel interuenerit pactum q̃ teneatur uel fuit in mora poſtquã debuit reddere, quia in quolibet horũ tenetꝫ ad ſatisfactionem. ¶Dꝫ caſus fortuitus qui præuideri non põt ſicut incendium, ruina, naufragium, rapina, & hmõi. C. eo.l.1. Tenetꝫ ãt de dolo, & culpa lata leui & leuiſſima: extra de commo.c.1. Et dicitur dolus machinatio ut ſi fecit cõmodatarius ſibi ſurripi rẽ commodatã. ¶Lata culpa eſt cum dicit ſe non intelligere uel ſe neſcire q̃d oẽs ſciunt ut ſi dimiſit rẽ commodatam in platea, & dicat quòd non credebat ſibi auferri & ſic ablata eſt ei: unde ei imputatur & tenetur ad ſatisfaciendũ talis commodatarius. ¶Leuis culpa eſt. deſidia uel negligentia, ut ſi rem commodatam poſuit in camera, & dimiſit oſtium apertum in diſcedens, & ſic ablata eſt. ¶Leuiſſima uerò culpa eſt quæ aliquo modo præuideri potuit, ut ſi rem commodatam poſuit in archa, ſed non firmauit claue & ſic eſt ablata ei, uñ ei imputatur, & tenetur ad ſatiafaciẽdũ: ſed ſi firmauit archam & adhibuet omnem diligentiam tunc non tenetur: ſed ſi ablata eſt res cõmodata uel perijt, ut ſi ſeruum tibi cõmodauero ut domum tuã uel tectũ reficiat & cadens de machina moriatur non teneris niſi in culpa deprehenderis etiam leuiſſima quia. ſ. machina non fuit diligenter ligata. ff. c.l. ſi ut certo. Si uerò commodatũ fuit gratia commodantis tantum ſi perijt uel deterioratꝫ, cõmodatari⁹ tenetur de dolo, & culpa lata, ut. ff. eod. ſi ut certo. puta ſi uxori meę mutuaui chlamydẽ, ut honeſtè iret ad eccle-

ſiam

Pro dotẽ tacitè omnia bona obligantur.

Pro pẽſione.

Cõmodatũ ó.

Caſus fortuitꝰ.

Culpa lata.

Leuis culpa.

Leuiſſima.

fiam, uel ut inde adduceretur. Si autē fiat gratia utriusque tenetē de culpa lata & leui, puta commodaui tibi scyphos argenteos cū amicos communes inuitasses. ff. eodem. leg. in rebus, hæc Hostien. s. in summa. libro tertio. rubrica uigesimaquinta. §. primo. & Goffr.

¶ De depositō. Nota quod si depositō sibi facto usus ē uel retinuit sibi uel alteri cōcessit ad usum: quia tunc furtum commisit nisi hoc egit cum uoluntate deponentis, uel nisi erat res qua usus est consistens in pondere, numero, & mensura nō obsignata: quia in huiusmodi nō habet proprie locum depositum. Item cū res depositā apud eum exñs perijt seu ablata est: si quidem dolum commisit uel latam culpam tenetur. De leuissima culpa tenetē si sit in mora uel aliquid accepit pro custodia aut gratia depositarij fuit depositū. aut se obtulit depositor de casu fortuito tenetur si pactum uel mora prēcessit, extra eodem. bona uide in summa. libro secundo, & titulo sexto, quæstione uigesimatertia, quid sit culpa leuis, & leuissima habes supra commodatum. §. proximo. Ex his uidetur posse solui quēstio quā quēritur.

¶ Quid cum officialis alicuius communitatis, uel domini, qui solet dici camerarius uel thesaurarius recipiens pecunias introitus ipsius communitatis, uel domini gabellarum, pedagiorum, collectarum, & prædictas pecunias assignas congruo tempore alijs officialibus, uel personis determinatis a domino ipsa uel a communitate, puta stipendiarijs, & alijs seruientibus eis, utrum si pecunia sibi tradita per modum quasi depositi si cum ea negocietur uel eam permutet cambiendo florenos ad moneta, uel econuerso, uel mutuo tradens usuram recipiat, utrum lucrum inde susceptum fiat suum. Ad hoc dicēdum quod si communitas inde nil ledatur seu dominus illius pecuniæ nec etiam personæ, q̄ recipere debent sua salaria, quia scilicet tēpore stato eis soluitur integre, illud lucrum suum facit ratione suæ industriæ & precipue cum subsitet amissio eius periculo sui, unde & fide iussorem tales solent dare, & communitates hoc sciunt & tollerant: quia res est i numero consistens, & pondere non obsignata, & sic non proprie depositum. Secus autem esset si pecuniæ amissio subsitaret periculo cōmunitatis uel domini, quia tunc lucrum esset cōmunitatis seu domini, deducta tamen mercede laboris illius eam exercentis. Item si ex hoc exercitio sequeretur damnum creditoribus domini uel communitatis: quia eis non soluitur statuto tempore, ex eo quod camerarius pecuniam communitatis uel domini in alijs tenet occupatam, tunc tenetur illud de omni damno, & peccat grauiter cōtra uoluntatem eorū differendo solutionem. Si autem in usuris exercet talem pecuniam, peccant grauiter talia permittētes ad quos spectat cū participes sint peccati consentiendo. 11. q. 3. qui consentit, & tenetur ipse ad restitutionē & cōmunitas seu dominus si inde aliquid lucri haberet quo ad illam partem. De fraudibus autem quas ibi faciunt dando diminutas monetas, & de extorsionib⁹: quia cōmuniter multæ & quasi innumeræ minutiæ sunt, & difficile esset inuenire: possunt ea pauperib⁹ dare. ar. 14. q. 5. non sane. §. 6.

¶ De iniustitia in locatione, & cōductione facta uidendum est. ¶ Dicitur autem locator q̄ rei suæ usum alteri pro prēcio cōcedit ut cū loco tibi domum meam ego sum locator, tu uero conductor. Et etiam quandoque dicit quis locare operas suas quādo offert se ad faciendum aliquid pro prætio, uel etiam quando accipit rem ut faciat ī ea aliquid, quod dicitur innominatus contractus. Et potest in huiusmodi committi peccatum multipliciter. Locator quis dicitur.

¶ Primo si locat rem uitiosam scienter, puta domum ruinosam, uel equum claudicantem uel aliàs defectuosum peccauit mortaliter si inde secutum ē uel uerisimiliter sequi poterat notabile damnū conductori, & tenetur ad satisfactionē de damno subsecuto, & hoc quādo tale uitium uel talis defectus ignorabat a conductore. Vnde & in libro qui dicit Meridiana sic dicitur. Si locaui tibi conuēta mercede meum equum ad uecturam ducendum Florentiæ restituēdū inde ad 8. dies, & equus adeò uitiosus erat, ut commode eo uti non posses: forte quia cespitabat uel cadebat, uel sessorem lędebat cum calcarib⁹ urgeretur nō ambulabat, uel male & similia. ¶ Distinguendum est quia si locaui certum, puta hūc equum & sciebam uitiosum teneor ad omne damnum & interesse tuum. Si nesciebam utiosum non teneor, sed si locaui tibi incertum puta unum de equis meis cum haberem plures bonos & malos & postea tibi præsentaui malum hoc sciens, teneor etiam ad omne interesse. Item teneor tibi ad omnes impensas quas fecisti in equitationem, & tu teneris specialiter ad ea quæ mecum conuenisti, hęc ibi. Item si locando domum uel agrū plus exigat quam Lacans rem uitiosam.

Nego cians cū pecunia alterius

debuerat consideratis circunstantijs cõcurrẽ tibus, quæ multę sunt ad peccauit plus uel mi nus secundum, q̃ grauatur conductor. Item si grauauit conductorem exigendo pensionem, siue mercedẽ rei locatæ ante tempus debitũ; q̃ a iniquum est. & secundum Goff. in hoc ser uari, debet quod inter eos actum est. Si uerò non apparet quid actum sit seruãdus est mos regionis, qui si non apparet uel est uarius ser uãdum est, quod minimum est ut scilicet sol uat in fine anni, de re. iu. in obscuris, in 6. Itẽ Azo. ¶Item si dominus siue locator expulit inquillinum seu conductorem de habitatione uel usu rei locatę ante terminũ conuentũ inter eos in casu non concesso peccauit, & tenet ad satisfactionem si conductor ex hoc aliquod damnum incurrit. ¶Vbi nota, q̃d in 4. casibus licite locator potest expellere conductorẽ. ¶Primus est si domus locata necessaria facta sit suæ habitationi, puta si domus i qua habitabat casu destructa est aut si postea duxit uxorem aut similis necessitas superuenit, quod intelligendum est secundum Host. quanto tempore locationis illa necessitas nõ imminebat. ¶Secundus casus est si domus habet necessitatem reparationis, & intelligo de necessitate orta post locationẽ: & in his duobus casibus est remittenda pensio pro rata tẽporis. ¶Tertius si peruersè conductor in domo conuersẽt, ut si tenet porcos in solario, uel non est in ea sc̃m pactum conductionis, uel si deteriorem faciat rem, puta si opera rustica suo tempore nõ exerceat, uel si malas fẽminas sibi teneat, aut etiã peruersas, ar. in auten. de leno. §. sancimus, uel propter inimicitias culpa coloni ortans damnũ det agro, ut si inimicus eius arborem exciderit, quæ exẽpla ponit Host. Et in hoc tertio casu dixerũt aliqui non esse remittendam partem pensionis pro rata temporis. Sed contrarium uerũ est: quia dominus tenet remittere: sed potest agere cõtra inquillinũ de dãno dato. ¶Quartus est quando inquilinus pensionem nõ soluit per bienniũ; quia potest expelli si ad quinquennium uel ultra cõduxit. Et si locator promisit sub certa pœna non expellere cõductorem intelligatur conditio si soluat pensionẽ, ff. e. ti. l. q̃ro. Hos quatuor casus ponit Gof. extra, e. ti. per totum. Item si conductor malè tractauit rem sibi locatam, sic plus uel minus peccauit secũdum lęsionem, & præcipue quãdo ex malitia, uel crassa negligẽtia hoc egit, & tenetur ad satisfactionẽ. Itẽ si nõ solueret tempore debito cum posset peccauit. Item si exigit locator à cõductore satisfactionem dãni de re locata in casu etiam in quo non tenebatur uel econuerso, si conductor non satisfecit de damno secuto in re sibi locata cum tenebatur. ¶Pro cuius declaratione nota secundum Hostien. quod si damnum contingit culpa cõductoris uel illorum quorum opera utitur tenetur ipse conductor, & in hoc ẽt contractu uenit culpa leuis cum gratia utriusque celebretur, quamuis quidam cõtrarium dixerint ut institu. qui. mo. re. contrahitur obli. §. si. Vnde si auriga uel carroterius dum cęteros currus transire non permittit contendendo si currũ ruerrit & seruum, uel bouem quem conduxerat quassauit, uel occidit tenetur: cõductor: debuit. n. se tẽperare, & diligentius se habere. ff. e. §. Item quęritur. Sed si fecit q̃d quicunq; diligens fecisset securus erit, ff. e. si merces. §. Qui columnam. ¶De dãno uerò dato ab alio cui obuiari nõ potuit non tenet. ff. e. sed de damno. Similiter de casu fortuitonõ tenet nisi fecerit speciale pactum Hosti. Idẽ si locando operas suas in faciẽdo aliquam rẽ intulit damnum domino rei destruendo i toto uel in parte ipsam rem si hoc contigit culpa sua uel illorum quorum opera utitur, tenetur de damno etiam ubi leuis est culpa, ut si cõductor columnã trãsferenda conduxit uel dolia, & similia si fracta fuerunt sua culpa, uel suorũ quorum. s. opera utit tenet. Si aũt adhibuit diligentiam quam adhibuisset diligens paterfamilias non tenetur, ff. e. si merces, §. q. & columnã. Et licèt de dãno dato ab alio non teneatur tenet: tamen de custodia. ff. e. l. qui mercedem. Nam qui mercedem pro sola custodia accipit tenetur etiam de leuissima culpa extra de depo. bona fides. De casu fortuito non tenet nisi ex pacto. Item si non laborauit tantum quãtũ commodè potuit, uel faciẽdo moras uel pausas non necessarias, uel etiã non faciendo opus diligenter. ¶Item pastor tenet de custodia. ff. locati. l. qui mercedem. Et si dominus dicat, quod perijt culpa, uel dolo illius, & pastor negat secundum Hostiẽ. Pastori incumbit onus probandi. Nam cum ipsæ ratione officij debeat custodiam habere si dicit amissam probet abfuisse culpam siue dolum, sicut argentarius probare debet amisisse rationes, ff. de eden. leg. si quis de argentarijs, §. final. Item in custode carceris, ff. de custodia, & exhibi. re. l. final. cum alijs, qui dolum allegat dolum probare debet. ff. d̃ proba. l. quot res, §. qui dolum. ¶Item si tutor puerum quem conduxerat forma calcei tam uehementer percussit ut ei oculus effoderetur tenet: quia leuis tantũ castigatio est ei cõmissa.

Conductor expellitur.

De damno in re locata.

De damno pastoris.

Tutor.

missa.ff.e.l.Item quęritur.§.si tutor. Itē qui recipit pallium meum, & postea p errorem dedit alteri tenetur: quia nō toleratur error in facto proprio.ff.e.l.Item si pallium. Item si uestimenta polienda accepit, & mures roserunt de culpa tenetur,ut.ff.e.l.Item si quę ritur.§.si fullo.¶Item si aliquid sartiendum, uel poliendum, uel gemmam sculpendam, uel includendam accepit tenetur excepto si uitio materię frangatur, nam tunc non tenetur nisi per speciale pactum.ff.e.l. si quis fundum.Eodem modo si uitulos pascendo accepit item si me inuito nauta ponat res meas in alia naui quam conduxeram & perijt tenetur nauta. ff.e.l. item si quæritur. ¶Et nota quod in certis casibus fit remissio census siue

Casus remittitur.

præcij rei licitæ secundum Goff.ut si conductor expellitur fit remissio per rata temporis ut supra, item excusatur propter uim maiorem cui resisti non potuit.ff.eo.l.si ex conducto.§.2.& 3. item ꝓpter sterilitatem afficien tem conductorem in agro incommodo nisi sterilitas ualeat compensari cum ubertate p cedētis uel sequentis anni. Et fiat hæc remissio per rata temporis stetilitatis. extra eod. propter,sed secundum Inno.& Host.si aliqs locat operas suas tantum uel locat operam & rem, uel accipit speciem ex innominato contractu ut aliquid faciat ea.totam merce dem recipit etiam si casu fortuito impeditus fuerit nisi mora uel culpa possit sibi imputari,puta si operatus fuit alibi eo tępore, quo inde potuit commodè operari,ff.de ua. & extraor.cog.l.1.§.pe. Casus uerò fortuitus nocet locatori corpis ex mercede ut nō habeat nisi ꝓ rata.¶Item cōductor agri, uel domus uel alterius rei potest ipsam rē alteri locare. C.e.l.nemo,& tunc res posterioris cōductoris sunt obligatę principali domino usque ad istam quantitatem,quam istæ secundus conductor tenetur priori.ff.e.l.si in lege, item si cōductor expendit aliquid i re conducta necessariè uel utiliter agendo ędificando uel instituendo secundum Hosti.aget contra locatorem ut expensam recipiat .ff.e. l. dominus aliàs secus,item nota quod magistri uel scholares tractantes cum aliquo ciue Bonon.de cōductione hospitij irrequisitis inquilinis ni si tępus fuerit elapsum conductionis sunt excommunicati, extra. de loca.ex scripto. De hoc habes i 3.parte tit. 25. capit.49. Item si aliquid possidet iure præscripto non extantibus conditionibus omnibus quæ requiruntur ad legitimam præscriptionem tunc rem furtiuam habet uel raptam & sic peccat mortaliter, & tenetur restituere secundum Guil.& alios theologos,& canonistas. ¶Pro cuius materiæ aliquali:sed breuissima declaratione est sciendū quod præscriptio uel usucapio secundum Ray. est acquisitio dominij per continuationem possessionis temporis a lege diffiniti idest per spacium tōporis diffinitum a lege.ff.de usuca.l. 4. Differunt autē præscriptio & usucapio ab inuicem in hoc, quia præscriptio est circa immobilia,utagros domos,& huiusmodi.Vsucapio circa mobilia ut animalia,& huiusmodi. 16.q.3.placuit.§. quas actiones.Item usucapio cōpetit triēnio, sed ad præscriptionē requiritur plus tēporis ut infra patebit.

Præscriptio uel usucapio quæ dicatur.

§.7. Cōtinuatio temporis.

¶Ac præscriptionem legitimam quatuor requiruntur secundū Ray.Gof.& Hostiē.¶Primum est cōtinuatio præscriptionis per eum qui præscribit per tempus a lege diffinitum ut toto illo tępore sine interruptione sit possessa. 16.q.3.§. potest tempus autē a lege super hoc diffinitum est in præscriptione longi temporis,tempus.20. annorum inter absentes,& 10.inter præsentes,in prescriptione lōgi temporis est specium.30.uel 40. annorum 16.q.3.§. potest. Et hoc intellige contra laicos,& priuatas personas. Nam contra ecclesiam non potest præscribi neq; ab alia ecclesia neq; a laico nisi spacio.40.annorum.Contra ecclesiam uerò Romanā spacio. c.an.16. q.3.§.quas actiones,& c.nemo. Et intellige præsentes in eadem prouincia existentes secundum Hosti.& Guil.secundum alios in ea dem ciuitate. ¶Secundum ē bona fides idest quod recipiens rem quam præscribit credit tradentem esse dominum,uel habere ius alienandi,& sic erret in facto & nō in iure.ff. de uerb.sig.l.bona fide. Inn.& Ray.& hæc bona fides requiritur ꝓ totum tps præscriptionis, extra de prescrip.uigiliant.34.q.2.si urgo.Et nota quod secundum leges non solum exigebatur bona fides in præscriptione longissimi temporis scilicet triginta uel quadraginta annorum?sed etiam in præscriptione, longi temporis scilicet decem uel uiginti annorum,non requiritur secundum leges bona fides ab initio præscriptionis,ut. C. de præscript. triginta uel quadraginta annorum.l. cum notissimi. & l. si quis empt. sextadecima quæst.tertia.§. potest, sed secundum canones requiritur bona fides,in omni prescriptione in qualibet parte temporis quo usq; præscripsit extra de re.iu. possessor lib. sexto. Vnde in hoc leges illæ sunt abrogatæ per canones ut dicit Ioannes And. quod po

Bona fides.

teſt facere Papa propter periculum animarum, vt decima diſtinct. per totum, & extra de præſcript. uigilanti. ¶ Tertium quod requiritur eſt iuſtus titulus. Et ſecundum Vl. & Guil. dicitur iuſtus titulus hic omnis actus per quem ſolet acquirit dominium, ut ſi verus dominus tradat rem: aut quia ſoluitur ei ut débitum, aut quia emit, aut quia eſt hæres inſtitutus, aut intra res hæreditarias habuit, aut donatum eſt ei. aut per tranſactionem recipit ſiue pro derelicto habitam occupauit, aut legatum eſt ſibi, aut datum eſt uiro in dotem ex parte uxoris, aut pro ſocio ideſt quando duorum ſocietate ſoluta diuiduntur bona, id eſt facta diuiſione cedit in partem alteri aliquid eorum, quæ bona fide poſſidebant alienum, aut pro ſuo, vt cum quis inter multa quæ habet ſua habet aliquid alienum quod credit ſuum. Dicit tamen Hoſtien. quòd iſtæ ultimus titulus ſcilicet pro ſuo nunquam dat cauſam præſcribendi niſi aliquis ſuperiorum præten datur. C. de vſuca. l. celſus. Sed cum extra de præſcript. ad aures, & capit. ult. nil dicatur de titulo non uidetur quòd requiratur, ſed ſufficiat bona fides ſolum. Ioan. Andr. ſuper regula poſſeſſor. Breuiter dicit quòd ſi ius commune vel præſcriptio non eſt contra poſſeſſorem ſufficit bona fides, aliàs neceſſe eſt allegare titulus, & probare niſi allegetur præſcriptio tanti temporis cuius contrarij non ſit memoria, extra de preſcriptione capitulo ſecundo. In ſumma autem cũ lib. 2. titu. 5. quæſt. 6. dicitur quod ſuſſicit habere titulum uerũ, uel præſumptum, & ideò ſoluuntur multa contraria, extra eod. tit. c. de quarta. Et ſubdit Guil. quod præſumptionem de iuſto titulo ſemper habere poteſt ſecura conſcientia, quando ei nihil probabilitatis innoteſcit de contrario. ¶ Quartum quod requiritur eſt ſecundum Ray. quòd res non ſit uitioſa. Et dicitur res uitioſa ſi eſt furtiua, vel ui poſſeſſa quam non ſolum fur uel raptori: ſed nec ullus alius quamuis ab eis emerit, uel aliàs bona fide acceperit præſcribere poteſt uel uſucapere, & hoc niſi uitium purgatum fuerit loco iſtius quarti. Hoſtien. & Goffr. dicunt quod oportet quod ſit res præſcriptibilis. ¶ Ponunt autem Ray. & Hoſtien. & Goffred. in ſummis multa eſſe quæ præſcribi non poſſunt & in criminibus nullo tempore præſcribi poteſt, ſed potius ex diuturnitate temporis augentur extra de conſue. cap. fin.

Iuſtus titulus.

Res nõ fit uitioſa.

Quæ nõ poſſunt præſcribi.

tregeſima tertia quæſt. quinta, quod deo. Itẽ contra obedientiam, uiſitationem, procurationem, quæ debetur ratione uiſitationis præſcribere non poteſt ſubditus, extra de præſcrip. cum non licet extra de cenſi. cap. cum inſtantia. Item eccleſiæ & cætera loca ſacra nec non decimæ & primitiæ, & oblationes nullo iure poſſunt à laicis poſſideri uel præſcribi, quia regulariter quod poſſideri non poteſt, præſcribi non poteſt, 16. quæſt. 3. §. poteſt. Item limes parochiarum. uel diœceſium, uel quod adhæret limiti præſcribi non poteſt, ſed bene limes prædiorum ſextadecima quæſt. tertia licet. Item publicæ penſiones & fruitiones agrorum non præſcribuntur à colono. Item liber homo. 16. quæſt. 3. §. Item reipublicæ, quę ſunt in uſu populi Romani, uel aliarum ciuitatum, uel plateæ, pontes, aquæductus, riui, & huiuſmodi, nec enim in toto nec in parte hæc præſcribuntur. ff. de uſucap. l. uſucapio. His quatuor conditionibus concurrentibus rem alienam præſcriptam cum bona conſciẽtia quis poteſt poſſidere ſecundum Inno. & Hoſtien. & Ioann. Andr. & quaſi omnes. Nã iure humano diſtinctæ ſunt poſſeſſiones & res appropriatæ diſt. 8. quo iure. Et ius ſic diſponit, quod illud prius erat alienum efficiatur ſuum iure præſcriptionis. Si quis uero habet ſuper hoc conſcientiã ſcrupuloſam ad conſilium ſapientis deponere debet, quod ſi non poteſt deponere reſtituatur, & nullo modo teneat contra conſcientiam, quia ædificat ad gehennam. 28. q. 1. §. ex his omnibus. ¶ De præſcriptione quo ad conſcientiam, ſic dicit Anto. de But. in c. quia plerique. Præſcriptio aut eſt merè odioſa, quę. ſ. ſolum eſt fundata ex negligentia non petentis, ut in præſcriptione. 30. an. & huiuſmodi & tamen in præſcribente deeſt bona fides, & ſic talis tenetur reſtituere in foro conſcientiæ. Aut præſcriptio non eſt merè odioſa, quia ſcilicet non eſt fundata ſuper pura negligentia eius, contra quem præſcribitur; ſed ſuper terminis præſcribentis, & titulo, & bona fide. Et tunc quia tales præſcriptiones non ſunt inductæ contra naturalem æquitatem, ſed propter bonum & æquum publicum, ſic taliter præſcripta non tenetur præſcribens reſtituere, & hoc tenent communiter canoniſtæ in capit. vigilanti extra de præſcript. Et in regula poſſeſſor, de re. iu. in 6. Theologi tenent contrarium, & ſic res eſt in dubio. Satis æque dic poſſet quod ſi acquirit rem titulo lucratiuo conſulen-

Præſcriptio quo ad conſcientiã.

fulendum est ei, quod restituat ubi nullam fecit expensam: sed si titulo non lucrativo tunc si contra ignorantem & non sagacé consulat, ut non restituat, contra sagacem consulatur ut non restituat nisi resarcito prætio, & expensis meliorationis; quia hoc dānū est passus p̄pter negligentiam cius cuius erat res in non recuperādos hæc ille. Ray. aūt dicit simpliciter tali consulendū q̄ restituat. Quod si talis nollet acquiescere non audet illi dare securitatē q̄ sit i statu salutis nec audet p̄cisè diffinire illum esse in statu damnandorum propter iura quæ hoc concedunt, & sic seruatur ubique. Sed Inn. Hosti. & Io. An. Bern. Goff. Monal. Vl. Guil. Geral. Io. de Rip. & Lau. similiter dicunt licite posse possidere taliter p̄scripta. s. concurrentibus dictis circunstantijs & sic communiter tenetur. ¶ Quot autē modis interrumpatur præscriptio naturaliter uel ciuiliter, & bene requiescit aut non currit; uide in sum. cōse. li. 2. ti. 4. & q. 122. & sc. ibi dī secundum Ray. interrūpitur præscriptio duobus modis scilicet ciuiliter, & naturaliter & ciuiliter tribus modis. Primo per libellū principi oblatum, hoc ualet in annualibus actionibus, quę per hoc perpetuantur. Et secundum glo. dicuntur annuales actiones quæ ultra annum non durant. Secundo interrumpitur p̄scriptio per quærelam iudici factā & securā rei conuentione & hoc in omnibus actionib⁹. Tertio per litis contestationem, & hic mod⁹ in omnibus actionibus ualet. C. de præscrip. 30. an. uel ultra. l. fi. idē per omnia est in qua si litis cōtestōnem. Pone exēplū extra ut lite non cōt. quoniam ultra medium. Extra iudicium etiam ciuiliter interrumpitur p̄scriptio. 5. modis primo modo per solutionē usurarū debitæ pecunię. Nā solutio usurarum ut dicit glo. interrumpitur præscriptionem super debito p quotquot annos creditor cessat repetitione debiti. Interrūpitur secundo p̄ secūdā cautionē factā à debitore. C. de p̄scrip. 30. annorū, l. cū non potest procedere aliqua cā impeditus, extra de offi. ord. c. pastoralis, & 16. quæst. 3. §. potest. Ista protestatio secundū glossam potest fieri coram ordinario iudice uel etiam coram publicis, & honestis personis. Interrumpitur quarto per denunciationem factam colono. i. per citationē factā de parendo iuri corā iudice super re quā possidet nomine alieno ex. ut lite non conte. quoniam. Quinto interrumpitur per synodalem p̄clamationem, uel cum sacerdos in synodo uel concilio prouinciali uel generali proclamat quod alius sacerdos tenet rē ad suam ecclesiam pertinentem ut extra de præscrip. sanctorum. Naturaliter autem interrumpitur præscriptio per occupationem aquæ, & per uiolentam iectionem uel etiam si res sit furto sublata. ff. de usuc. l. naturaliter cū Ray. concor. Vl. in omnibus prædictis, & Inno. in glo. super c. illud e. ti. ¶ Item notandum quod in septem casibus non currit præscriptio nec ēt interrumpitur: sed quiescit secundum Ray. Primus est tempore prælati male alienatis quamdiu uiuit, & tenetur ecclesiam, ut dicit glo. 16. q. 3. si sacerdotes. Secūdus est tempore uacationis ecclesiæ. Tertius est quādiu p̄latus est hæreticus & intelligendum secūdū gl. de prælato ecclesiæ cuius res ab alio possi debatur extra de præscrip. auditis. Quartus ē tempore schismatis extra de præscr. cum uobis. Quintus tempore excommunicationis, q̄ intelligo si non sit negligens in absolutione extra ut lit. non conte. quoniam. Cuius ratio est: quia excommunicatus nō potest agere ad interrumpendum præscriptionem, Sextus est tempore ætatis pupillaris. Septimus est in tē pore quo quis legitima causa impeditus non potest agere, extra de appel. ex rōne, de his Inno. extra. e. tit. super. c. ex tranimissa. ubi ēt specificauit de tempore hostilitatis, & captiuitatis. ¶ Item nota quod ut dicitur in glo. 10. q 1. super c. quia aliquis potest propria auctoritate retinere quod de iure non præstitit licet illud diu soluerit ut. C. de agr. & cēsi. libellis. Tempus enim non inducit obligationē extra de censi peruenit, nec in talibus currit præscriptio sine causa etiam si aliquid gratis longissimo tempore sit præstitum non currit in hoc præscriptio. 16. q. 3. Clerici. ¶ Sciendū etiam est de tempore quando incipit currere præscriptio. Circa quod dicit Ray. & Guil. q̄ non incipit currere præscriptio in actione reali uel p̄sonali nisi ex quo quis potest agere non impediēte cum iure. Et dicitur actio realis secundum Guil. quando quis rem suam prosequitur apud quemcumq; detentore ut est rei uendicatio. Actio p̄sonalis est per quā contra p̄sonā agit ex aliquo cōtractu uel quasi ex maleficio uel quasi ut est actio exceptis, actio tutelę, actio de furto, actio de effectis & effusis. Et ex his sequitur q̄ filiofamilias non currit p̄scriptio i reb⁹ aduentitiis nisi ex quo liberatus est à patria potestate, nec cōtra mulierem currit præscriptio in dote nisi matrimonio soluto uel marito ad inopiā uergēte, quia enim ex tunc potest repetere dotem si non repetit currit præscriptio contra eam, Item nec creditori currit præscriptio nisi extā

Interrūpitur p̄scriptio.

Septem modis nō currit præscriptio.

Q̄n incipit currere præscriptio.

te debiti conditione vt si promisi creditori cē tū si nauis mea uenerit de Alemania nō currit contra eum præscriptio nisi cū nauis uenerit, nec currit præscriptio nisi aduenientе die solutionis vñ si credisti mihi centum usq; ad 10. annos: non incipit currere præscriptio contra me nisi completis 10. annis, probatur, C. de præscript. 30. an. l. cum notissimi. Concor. Vl. ¶ Item nota secundum Ray. qđ ignorantia iuris non facit aliquem bonæ fidei possessorem. ff de vsuc. l. nunquàm in glo. & ponit exemplū puta si credo pupillum, uel illū, curatorem habet posse rem suam alienare sine auctoritate tutoris, vel curatoris, & sic ab eo emo uel in domum recipio non possum illud per tempus statutum præscribere. Idem. Vl. Idem etiam si emo rem scio furatā putās mihi licere quantocunque tempore non præscribo. Si autem quis dubitat an res sit sua & habet iustam causam dubitandi secūdum Hosti. & Bern. talis adhuc debet habere bonam fidem & utetur fructibus & præscribit, debet tamen ab alijs inquirere ueritatem ut sic ad eum perueniat. ar. di. 37. §. fi.

¶ De *fraudulentia per modum prædicationis.* Cap. 16.

DE fraudulētia sequitur quæ committitur in empt. & uendit. seu negociatione. Vñ Ps. 70. Qm̄ non cognoui negociationē introibo in potentias Dñi, Domine memorabor iustitiæ tuę solius. Sed cum Dñs dicit. Luc. 19. parabolam loquens. Negociamini dū uenio tradens seruis suis pecuniam, qua possent negociari, & demum exigens rationē ab eis scitum quem reperit non fuisse negociatū dure increpauit pecuniam ab eo obstulit condemnauit: Quomodo ergo Dauid asserit se abstinuisse à negociatione ut Dño grat⁹ esset, & suū regnū itraret dicēs, qm̄ nō cognoui. Sciē dū igitur qđ triplex est genus negociationis, circa q̄ Psal. docet nos recte hēre sui exēplo.

¶ Prima est mundialis & scelesta, & ideò cauēda: quoniam non cognoui negociationem.

¶ Secunda est spiritualis & honesta & ideò exercenda, introibo, &c.

¶ Tertia est temporalis & modesta, & ideò permittenda, Domine memorabor &c.

§. 1. Negociatio spiritualis.

¶ Et à secundā inchoando. s. negotiatione spirituali. Parabolam ponit circa hoc saluator dicens. Matth. 14. Simile est regnum cœlorum huiusmodi negociatori quærenti bonas margaritas, Regnum cælorum designat ecclesiam militantem & est sensus. Quod fit in ecclesia à quolibet fideli est simile ei quod narratur in parabola ista de negociatore. Negociator .n. quærens margaritas una inuenta quæ uidetur sibi pręciosior unde & ditior fiat, vēdit omnia quæ habet & emit eam. Negotiator discurrit per diuersas regiones prætiū portat ut merces diuersas accipiat. Sic negotiator spūalis discurrit nō corpore, sed mēte p tres regiones, quæ subsunt dominio Dñi sui ubi manifestat potētias suas. ¶ Prima est regio cę lestis in qua manifestatur Dei potentia ad remunerandum. ¶ Secunda est terrestris, in qua declaratur Dei potētia ad creandū, & gubernādum. ¶ Tertia est in inferis ubi comprobat potentia Dei ad cruciandum. ¶ Per istas regionis psalmista ostēdit se discurrere dū ait. Introibo in potentias Domini. i. loca ubi manifestantur suæ potentię mente, intellectu, & affectu. Merces quæ reperitur in prima regione est gloria diuinæ intuitionis. Visio. n. ē tota merces inquit Aug. Quamuis. n. ibi sint multæ margaritæ iuxta illud qđ cauit ecclia. Portæ nitent margaritis, quæ sunt uaria gaudia Beatorum, hæc tamen præciosior unde Psal. Posuisti in capite eius. i. mente seu in intellectu iusti & spiritualis negociatoris coronam mercedem quæ finem nō hēt sicut coronā de lapide prætioso. s. claræ uisionis Dei. Emitur āt hæc (si emi pōt) gratia quæ utique pecunia est ipsius Dñi commēdata seruis suis ad negotiandum spiritualiter. Vt autem possit habere istam pecuniam qua emat uendat omnia quæ possidet, omnia. i. & substantiā & corpus & animam supponit gratiæ ad eam habendam conseruandam & augmentādā, & ea mediante recepit gloriam, quia gratiā & gloriā dabit Dñs Psal. 83. Vnde & paruulus baptizat⁹, & si nulla habeat opera meritorū, tamē quia habet gratiā decedens recipit gloriam. Hinc & Greg. Regnum cœlorum tm̄ valet quantū habes scilicet ut omnia subijciantur uoluntati Dei & gratiæ suæ. Nil uili⁹ cū emitur, nil carius cū possidetur. ¶ In secunda regione scilicet huius mundi sunt multæ margeritæ. Multa sūt genera bonorū, q. a diuitiæ. honores, scientia, & hmōi, sed præciosior oīb⁹ est sapia. Vñ de ea dicit sapiēs. Nec cōparaui illi (sapiæ. i.) lapidē præciosum, & omnia quæ desiderātur huic nō ualēt cōparari, pue. 3. Sapientiam autē uoco uirtutē infusā tm̄, & sic accipitur cōiter in sacra scriptura. Ipsa cōprehendit in se oēs uirtutes morales, quibus in uita nil ē utilius hominib⁹ ut dicit ibi Sapiēs pecunia q̄ emit ē labor cohibēdi, & moderādi suas passiones. Nam ut dicit philosophus

uirtus

uirtus est scientia circa difficilia. Et Virgilius in 6. En. Sed reuocare gradum. s. ad uirtutē superasque euadere ad auras hoc opus, hic labor est. Et in li. sapiētiæ prou. 2. dī. Si quæsieris sapientiā quasi effodiens thesaurum inuenies. In effusione thesauri est labor in abijciēdo terrā. i. terrena affectu despiciendo, est & desideriū thesauri magnum, est & profundatio quæ innuit humiliationē. ¶ In tertia regione, s. inferni merces quæ descendendo meditatione ad eam in uita præsenti pōt emi: est venia. i. remissio pœnę ęternę inferni uel temporalis purgatorij, cuius quisque est debitor pro peccatis suis. Nō. n. est homo super terrā qui non peccet, ait Salomon 3. Reg. 8. Nulla præciosior. Margarita ex illa legione inde potest trahi, & utilior ista scilicet venia. Multa .n. inde meditando possunt trahi ut cognitio diuinæ iustitiæ, compassio ad illos, & huiusmodi: sed hęc utilior. Pecunia autem qua emitur ista Margarita præcio sa est pœnitentia. enim dicit Leo Papa. Venia nō datur nisi correcto de reg. iu. in 6. & plenius declarat Aug. de pę. dist. 1. inquiens. Neminem putes de errore ad ueritatem de quocunque magno uel paruo uitio ad uitio ad uirtutem transire posse sine pœnitentia. Per pœnitentiam enim principaliter cordis, & contritionem ueram tollitur culpa, & de pœna debita plus, & minus secundum quantitatem doloris. De ista igitur negotiatione spiritualiter intelligitur, quod dominus dicens. Negociamini. Et ad hanc exercendam dicit psal. se intraturum in potentias domini ideſt in regiones suæ potētiæ suo exemplo nos ad idem prouocans.

¶ Reuertendo ad primum genus negociationis scilicet quam faciunt mundani: quia plena est multis uitijs, ideò cauenda in quantum uitiosa quod ipsæ psalmista nos docet suo exēplo dicens. Non cognoui negotiationē, & hic est tex. secundum aliam Bibliæ trāslationem in loco cuius nostra translatio habet non cognouit literaturam hoc est exertitiū iniquorum. De quibus dī Baruch. 4. Filij Agar exquisierūt prudētiam, quæ de terra est negociatores. Themā &c. Et ideò hanc dns Iesus prohibet dicēs Ioan. 2. Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Domus patris est non solum ecclesia materialis: sed multo magis spiritualis ideſt collectiu fidelium quæ tunc fit domus negotiationis cum fideles intēdūt negotiationibus iniqui, uñ Christ. de huiusmodi dicit q; mercator nūquam pōt Deo placere septemplicīter autem negociatio est iniqua & cauēda largè sumendo.

Negotiatio mundana.

¶ Primo ratione finis cupidi.
¶ Secundo ratione personæ clerici.
¶ Tertio ratione temporis feriati.
¶ Quarto ratione consortij iniusti.
¶ Quinto ratione loci sacrati.
¶ Sexto ratione medij iniqui.
¶ Septimo ratione materiæ mali.

Quantum ad primū clarū est quod cuius finis est malus & ipsum opus necessariò est malū. Si ergo finis negotiandi sit principaliter cupiditas quæ est radix omnium malorum negotiatio erit iniqua. Sed pro huiusmodi declaratione sciendum secundum B. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 4. quod ad negociatores pertinet commutationibus rerum insistere. Importat enim negotiatio in facto quandam commutationem.

¶ Est autem duplex commutatio rerum secūdum philosophum. j. Polit. Vna quidem quasi naturalis, & necessaria, per quam uidelicet cōmutatio rei ad rem, uel rerum, & denariorum propter necessitatem uitæ. Et talis commutatio nō propriè pertinet ad mercatores, sed magis ad oconomos, & politicos. i. hoc qui habent prouidere domibus, & familię suę aut ciuitati de rebus necessarijs uitæ. Hęc igitur commutatio secundum philosophum de se est laudabilis: quia habet finem honestum, quia scilicet deseruit necessitati uitæ humanæ. Possent tamē in ea committi diuersa peccata: sed illa sunt uitia hominum non artis in se. Alia commutatio est denariorum ad denarios, ut in cambiendo, uel denariorum ad merces, ut in emptione, & uenditione, uel rerum ad res ut in permutatione, quæ dicunt̄ baratti nō propter res necessarias uitæ: sed ordinata ad hūc finem, s. lucrū ex ipsa cōmutatione consequendum, & hæc proprie dī negotiatio. Et q. a quātū est de se deseruit cupiditati lucri, q̄ terminū nescit, sed in infinitū tēdit: iō scđm se cōsiderata hēt quādā turpitudinem ex quātū i sui rōne nō importat aliquē finē honestū uel necessariū de sui rōne, lucrū tñ qđ inde q̄rit, & si non importet in sui rōnē finē honestū uel necessariū, nihil tñ importat in sui rōne uitiosum, uel rōni cōtrariū. Vñ ordinari p̄t ad finē aliquē honestū, & necessariū, & sic efficeret negotiatio licita, puta si negotiator lucrū qđ q̄rit moderatū tñ ordinat ad hunc finem, s. ad sustentationē sui, & familiæ scđm. s. statū suū decētē aut ét ut inde pauperib. subueniat uel ét cū negotiationē intendit propter publicam utilitāē ne scilicet res necessariæ ad uitam patriæ desint, & lucrum in de expetit non quasi finem: sed quasi stipendiū laboris seruatis alijs dbitis circūstātijs, đ

Cōmutatio honesta.

quibus dicet, sic nō poteſt condemnari. Sed ſi finem ponat ultimū in lucro intēdēs ſolū diuitias augere in immēſum, & ſibi reſeruare iſtatu permanet dānationis. Et de huiuſmodi negotiatoribus dicit B. Tho. eſſe intelligendum quod ait Chriſ. ſuper Matth. Quicunq; rem comparat ut integrā immutatāq; uendendo lucretur ille eſt qui de templo eijcit ut habetur di. 88. Qñ quod uerum eſt quando ultimum finem conſtituit in lucro, tunc enim eſt extra eccleſiam quo ad meritum. Nolite ergo facere do. pa. m. do ne. Hic autem large ſumimus negociationem, & in ſe huins. §. ¶ Secundo negotiatio eſt mala ratione pſonę cum. ſ. aliquibus pſonis ſpecialiter aliquo iure prohibetur quod ſit cūctis clericis, & multo magis religioſis extra ne cle. uel mo. p totum, ubi nō ſolum negociatio: ſed plura negotia ibi ponūtur eis iterdicta. Dicit enim Aug. Negotiari aliquando licet, aliquando nō, antequam ſis clericus licet, poſtquā effectus es clericus non licet di. 88. fornicari. Ratio eſt ſecūdum b. Th. 2. 2. q. 77. ar. 4. quia clerici abſtinere debent nō ſolū à malis; ſed etiam ab his quæ habent ſpeciem mali quod in negociatione contingit, & hoc tripliciter. Primo quia negotiatio eſt ordinata ad lucrū cuius clerici debēt eſſe cōtēptores. Vñ Hier. Negotiatoré clericum ex inope diuitem tāquàm quādam peſtem deuita, di. 88. Secūdo propter frequētiam negotiatorum uitia, quia difficulter exuitur negociator à peccatis labiorū ut dī Eccl. 27. Et Leo Papa difficile eſt inter uendētis, ēmētisque commertium nō interuenire peccatum, de pę. di. 5. Qualitas. Sed clericus multum dēt ſe cauere à peccatis iuxta illud. Ambulans in uia immaculata. Tertio q a negotiatio nimis implicat mēté curis ſecularib. & p conſequens à ſpiritualibus retrahit, vñ Apoſtolus 2. ad Th. 2. Nemo militas Deo implicat ſe. Ad idem di. 88. cōſequens. Habent. n. frequēter uacare diuinis. Licet tñ clericis uti prima commutationis ſpecie, quæ ordinatur ad neceſſitatem uitæ emendo, uel uendēdo. Et ſi emendo ad ſui uſum uictualia, uel libros & hmōi, poſtea non indigendo his uel alia q̄ rendo empta carius uendant clerici, quia tūc plus ualent quam prius non peccant clerici nel laici. Similiter licet eis eandem materiam emere, & inde artificialia facere honeſta tñ q̄ cōgruāt ſtatui ſuo ſicut emere ferrū rude, & inde facere ligones, & uēdere, & alia honeſta exercitia nō tū ex hoc dimittēdo officia eccleſiæ ar. diſt. 81. clericus. Nolite ergo, q. clerici uel religioſi eſtis negocationib. uacando ſa-

Hęc uia uitioſa.

Cleric' nō negotiętur.

do. pat. m. do. nego. ¶ Tertio negotiatio é mala ratione temporis feſtiui quilibet. n. dēt talibus diebus abſtinere ab operibus ſeruilibus iuxta illud Exo. 20. Omne opus ſeruile nō ſcientis in eo: ſed negotiatori computaī inter opera ſeruilia niſi emendo quæ ſunt neceſſaria uictui quotidiano, & de hoc habeī diffuſè infra. Per huiuſmodi. n. negotiationem nō ſolum violantur feſta, ſed frequenter omittūtur diuina officia quibus uacandum eſt dieb. feſtiuis, de conſe. diſt. 3. dicitur. In illa ſancta diè feſtiua nil aliud agendū niſi Deo uacādū. Dicit tñ Pe. de Pa. in 4. ¶ In nūdinis negotiādo auditis diuinis nō quidem cauſa auaritiæ i. congregandi ad ſuperfluitatem: ſed aliquo fine honeſto ſcilicet ad prouidēdum ex lucro neceſſitati ſuæ, & familiæ uel dandum pauperibus uel prouidendum bono communitatis de rebus neceſſarijs, & ſimilia poſſunt tales excuſari, ex quo prælati eccleſiarum ſciunt, & tolerant. Secus ſi ſunt prohibitæ per aliquam excommunicationem, & huiuſmodi cōueniētius tamen prouiderentur per pęnas pecuniarias à rectoribus, quæ magis timēnt ſi exigantur. ¶ Quarto negotiatio eſt mala ratione loci cum ſciliciter exercetur negociatio in eccleſia. Fit. n. ex hoc magna irreuerentia loco ſacro, & per conſequēs Deo cuius eſt domus. Vñ & dñs uendentes, & ementes in templo eicit dicens. Nolite facere domum patris &c. ſed dignius, & ſacratius eſt in tpe gratiæ templum eccleſiæ quàm tēplum Salomonis. Ibi enim offerebantur animalia, & ſanguis Hircorum, & uitulorum, hic autē offertur corpus, & ſanguis Chriſti uerum. Et cum plura peccata perpetrenī in emptione, & uenditione graiora etiam ratione loci ſacri ſicut, & alia ibi perpetrata. Impeditur ēt deuotio orātiū pp tumultū, qui ſolet contingere in hmōi. ¶ Sed q̄d de uēdētib. ibi candelas dicēdum ūr quod clerici uel religioſi, q hoc faciūt principaliter ad ſatisfaciendum deuotioni fidelīū q̄ ſolent eas accendere in honorem Dei excuſari pñt. Si autem ad cupiditatē, & lucrum principaliter non uidentur excuſari poſſe à uitio eis p̄hibito negotiationis, & præcipue in tali loco ſicut nec ſacerdotes ueteris teſtamēti i his q̄ uendebant in templo. Et in his quatuor caſibus p̄dictis quāuis cōſulēdū ſit, q̄ lucra facta in hmōi pauperib. erogarenī, non tñ uidetur hoc eſſe de neceſſitate ſalutis. Et iō eſt q̄ datio, & acceptio pecuniæ in hmōi de ſe nō eſt prohibita: ſed actus negociandi non ſimpliciter: ſed in tali loco, tpe, & perſona, uel fine, licet aliqui contrarium dicant, non tamen in

In nūdinis negotiati die feſto licitum eſt.

Venden tes cāde las in ec cleſia.

ueni

ueni aliquid ius uel doctorem solemnē hoc expresse dicētem scilicet quod de necessitate sit pauperibus dandum illud lucrū. ¶ Quod autem prædicetur hoc pauperibus dādū, cautum ē absq; alia declaratione esse scilicet de necessitate, uel cōsilij honestate. Nec enim oportet omnē ueritatem aperire in prædicatione propter periculum abutentium sententijs ueritatis, quæ proni sunt ad conscientiā dilatandam, quinimmo & in interrogationibus decet aliquādo super hoc prudenter eludere, ar. di. 43. in mandatis. Semper enim tutior uia consulenda, sed non impetrāda. arg. 26. q. 7 alligant. ¶ Quinto negotiatio réddit illicita ratione mali cōsortij: puta si mercatores inter se cōueniant & pactum faciāt quod omnes uendant tali præcio tales merces, uel unus solus uendat, & non alij certam rerum speciem, tales si pactum faciant quod uendāt certo præcio competēti, & non plus: sed etiā minus sunt liberi. ¶ Iuitumest immo consulit Hosti. quod ad hoc quod mercatores sua officia exerceāt bona fide de licētia sui episcopi sciant quantum possunt lucrari in mensura bladi, & uini, & huiusmodi, uel quātū possunt pro libra ultra id quod emerunt uēdere i recompēsatione laboris, industria, & expensarum, & secundum præcium taxatum ab eo uēdant sine mēdatijs, & tuti erūt a peccato negociationis extra de emp. & uē. c. 1. Bonum & equum consilium est: sed quia consilium est, non obligat cum consuetudo ubiq; quasi sit in cōtrarium, ubi tamen siue per episcopum, siue quod melius fieret, puideretur p rectores ciuitatis, scilicet quod taxato ꝑcio ab eis nēderētur uictualia, & alia quæ sunt ad usum necessaria non possent mercatores seu uendētes præcium augere absque peccato; sed si pactum faciunt mercatores insimul quod certo præcio uendant merces suas & nō minus: nō tamen p hoc intēdētes se cōseruare indēnes cū iusto prætio ponunt mercibus secundū naloré illus téporis; sed lucra immoderata quę rere ex nimietate ꝑtij pessime faciunt. ¶ Et dicuntur hi monopolitæ a monos quod est unus & pollite qđ est uenditor uel pollis qđ ē ciuitas quasi unus solus uendēs in ciuitate, & tale pactū monopolitarū est illicitum, & a iure, phibitū secūdū Hosti. C. de mono. l. i. & cauetur in dicta. s. quod excreēs tale officium, proprijs bonis expoliatus exilio perpetuo dānetur. Si quis etiam societatem facit cum eo quem nouit esse male conscientię & p phas, & nephas negociari; sed ipse ab illicitis commertijs caueat, & socium admoneat ab illicitis abstinere, non excusatur nisi prohibeat in quantum potest, & societatem cum eo soluat si potest, uel protestetur si nō potest de illicitis lucris participare non uelle, nec illum in ipsis se intromittere, ar. di. 83. error. Et super hoc debet i quirere ne laboret crassa ignorātia quæ non excusat. ¶ Sexto est illicita ratione medij idest cum mediantibus periurijs, & mendacijs, & duplicitatibus negociatur, unde Cassi. Illi negociatores abhominabiles sūt coram deo qui iustitiā dei minime considerātes per inimoderatum pecuniæ ambitum polluuntur merces suas plus periurijs onerādo q; præcijs, idest. 88. quid est aliud. Et de periurijs quidem non est dubium quod qui utūtur eis etiam unico periurio scienter scilicet falsum iurando quod peccant mortaliter secundū Ray. & b. Tho. 2. 2. q. 100 art. 4. q a expresse contra præceptum dei faciunt notabilem irreuerantiam committendo. De mēdacijs autē dicit. Ray. quod si hoc faciunt ut decipiant, etiam mortaliter peccant, & tenētur ad restitutionem eius in quo deceperant. Et glo. dicit ibi quod nō distinguit, utrum i modico uel in magno decipiāt. Credo Ray. loqui de mēdatio ex quo quis intendit nocere seu decipere i multo si posset sicut in modico cū dicit esse mortale. Nam si in modico tantum intendat decipere non est ratio quare debeat esse mortale. Et quod dicit glo. uidetur referendum ad factum nō ad intentionem quod ex modo loquendi patet, hoc est cum & si intendat decipere in multo, actu tamen nō decipit nisi in modico, quia non potest uel etiā potest referri ad actum restitutionis; quia ita in modico decipiens tenetur ad illum modi cum, sicut ad multum qui in multo decipit. ¶ Sed si quis mendacio utitur in emendo, & uendendo ut conseruet se indemne, puta ut uendat iusto præcio rem suam, dicit constitisse sibi plusquàm cōstitit, & huiusmodi, peccāt talis uenialiter secundum Rayn. sed Hostien. dicit quod si hoc facit assidue, & ex cōsuetudine mortaliter uidet peccare. Arguit a simili de ebrietate quā dicit Aug. esse mortalē si sit assidua, ut patet distinct. uigesima quinta. §. alias. Hoc tamen non credo uerum, quia ueniale de se quantumcunque continuetur, & multiplicetur nunquā sit mortale secundū Tho. 2. 2. q. 150. art. 2. Et de hoc supra i prima parte titulo sexto. Sed bene dicit ad mortale. Nec est simile de ebrietate tamen dictum illud Augustī. exponit bea. Thoma. secunda secundę quæstio. 100. Est igitur illud mendacium ueniale nisi ad da-

Nota p dicator.

Negociatores non faciāt pacta.

Monopolitæ dicuntur

Negociari cū mendatijs.

Nota cōfessor.

tur contemptus. Et idem dicendum de duplicitatibus quæ ibi fiunt & fraudibus scilicet quod sit mortale ubi intéditur notabiliter deceptio proximi, aliàs ueniale, de hoc plenius j. ¶ Septimo ratione materiæ mali, quædam enim negocia sunt quæ de se sunt mala de sui natura, ut usura, symonia, & huiusmodi unde Ambros. Reperiuntur quã plurimi negotiatione muneris mercari uelle gratiam spiritꝰ sancti 1. quæstio prima. reperiuntur, & horum negotiatio, ideſt exercitatio omnibus prohibetur clericis, & laicis secundum Ray.

Facere taxillos & chartas &c.

Quædam alia sunt, quæ non sunt de sui natura mala. tamen eis utuntur homines, ut in pluribus ad malum, ut facere taxillos, & cartas, larbos, fucos, & huiusmodi, & ornamenta superflua uestium. Et ab horum emptione & uenditione & factione debet quilibet abstinere, & per maxime ab his quæ sine peccato mortali fieri non possunt, seu quorum usus communiter est ad mortale peccatum. Et sic intelligendum quod dicit Innocen. 1. ca. fratres de pœnitentia distinct. quinta ualet alia pœnitentia est cum pœniteus ab officio ideſt actu negociali non recedit quod sine peccatis agi non potest, & quod ait. Gre. in homil. 5. negocia quæ ad peccatũ implicãt necesse é ut ad hæc post conuersionem animus non recurrat de pe. dist. 5. negotium. Loquuntur. n. de mortalibus peccatis, nam si de quibuscunque etiam uenialibus intelligatur nullus posset etiam licita negotia exercere. De huiusmodi autem artibus quartum artificia sunt. frequenter ad peccata dicetur Infra in sequẽti c. Quædam alia sunt dubia ut emere prestãtias solutas cõmunitati ab alijs seu denarios montis & impræstita Venetorum, & loca Ganuen. quæ quidam dicunt licita, quidam illicita & ab huiusmodi abstinendum, quia in dubijs tutior uia est eligenda extra de spon. iuuenis, & de hac materia latius sup. e. ti. c. 9. ibi ponuntur ratione ad utranque partem, & ideo non de facili condemnãdum, & sic quod tutius est consulendum ut dictum est.

¶ Quantum ad tertium principale scilicet de negociatione temporali modesta. Sciendum quod tunc negociatio est licita quando eam exercent secundum iustitiãquã exigit Deus ab hominibus secundum iustitiam hominum & hoc est quod ait. Ps. 70. Memorabor, iu. tu. so. s. in negociando, & alia opera faciendo.

Iustitia hominum solum sibi cauet à magnis excessibus deceptionis puta ultra dimidiam iusti præcij irritans tales contractus, extra de emp. & uen. cum dilecti, sed iustitia Dei non mittit etiam aliquam paruam deceptionem scienter factam. Qui autẽ sequuntur iustitiã. hominum non memorantur iustitiæ Dei de quo Psal. Memorabor iu. tue so. Illi autem sunt negociatores qui de templo ecclesię militantis quo ad meritum eijciuntur, & de tẽplo triumphantis ecclesiæ quo ad consortiũ. Vnde Cassi. super dicto uers. Ps. Illi abominabiles facti sunt. s. qui iustitiã Dei minimè cõsiderant, & per minimum pecuniæ ambitum merces suas polluunt. Sicut autem seruatur iustitia Dei. i. iustitia secundum Deum cum in negociando datur iustum præcium non excessiuum, & res integra debita non sophisticata, aut cum est permutatio æqua ita econtra negociantes largo sumpto uocabulo prementibus, & uẽdentibus. Tripliciter autem faciunt contra iustitiam Dei.

¶ Primo ex iniqua appretiatione.

¶ Secundo ex una sophisticatione.

¶ Tertio ex illicita permutatione.

Qualiter uenditio fuerit introducta.

Quantum ad primum sciendum secundũ B. Tho. 2. 2. q. 77. arti. 1. quod emptio, & uenditio uidentur introducta pro communi utilitate utriusq; dum. s. unus indiget re alterius & econuerso sicut per philosophum primo politi. patet. Quod autem pro communi utilitate introductum est nõ debet magis esse unius quam alterius, & ideo debet inter eos secundum equalitatem contractus institui. Quantitas autem rerum, quæ in usum hominũ ueniunt mensuratur secundum prætium datũ ad quod est inuentum nummisma, ut dicit 1. ethic. & ideò si præcium excedit quantitatem ualoris rei uel econuerso res excedat ptium tollitur iustitiæ æqualitas hæc Tho. & cõmittitur consequenter iniquitas. Iniquitas. n. dicitur quasi inæquitas, ideſt inæqualitas, sed qui diligit iniquitatem odit animam suã secundum aliam translationem inquit Psal. 10. Psal. & loquitur de anima Dei, quæ est uoluntas eius. Vnde & 10. q. 2. §. hoc ius, dr quod si in uẽditione rei ecclesiasticæ plus offeratur quam res ualeat ecclesia recipere nõ debet, secundum tamen iustum prætium, & ratio est secundum Archi. in dicto. §. quia ecclesia non debet dolum facere in contractib. suis extra de dona. per tuas. Sic igitur res nõ possunt licite uendi plusquàm ualeãt, nec minus emi pensato earum ualore in respectu ad usum nostrum, & probabile iudicium humanæ æstimationis mensurantis ualorem rei infra limites latitudinis competentis, & pro maiori declaratione huius materiæ tria uidẽda sũt. Primo uñ accipiẽdus sit debitus ualor

rei

rei. Secundo quæ sit latitudo competés ualoris rei. ¶ Tertio quid dicendum quãdo sit excessus ualoris rei. Et pro declaratione primi oportet tria considerare diligenter, & primũ est quod secundum Sco. in 4. dist. 15. duplex est ualor rerum. ¶ Primus est uolor naturalis ¶ Secundus ualor usualis. Valor naturalis rei est secundum bonitatem naturæ a deo in re creata & hoc modo mus, uel pulex, uel formica plus ualent quam panis: quia illa habẽt uitam, animam, seu uisum, & nõ panis uel etiam Margarita. Secundus ualor dicit usualis secundum quod assumitur respectu ad usum nostrum, & hoc modo quanto aliqua sunt usibus nostris utiliora tanto plus ualẽt, & secũdũ hoc panis plus ualet quam mus, quia igitur actus emendi, & uendendi ad usus humanæ uitæ meritò ordinatur, ideò rerũ qui sũt ad usum humanę uitę uenalium ualor summendus est secundo modo nõ primo. ¶ Secũdum considerãdũ circa ualorem rei é quod ipse ualor rerũ secũdo modo acceptus, idest secundum quod sunt ad usum nostrum in re uenali tripliciter pensatur. ¶ Primo ex eius uirtuositate. ¶ Secũdo ex eius charitate. ¶ Tertio ex eius complacibilitate. Et uirtuositas q dẽ rei attẽditur secundum quod res ex suis realibus uirtuositatibus, & propietatibus est nostris utilitatibus uirtuosior, & efficatior, & hoc modo bonus panis triticeus plus ualet ad usum nostrũ quam hordeaceus, & fortis equus ad uecturam plus ualet quam asinus. ¶ Secũdo pensatur rei uenalis ualor ex eius raritate. i. secundum quod res ex suę inuẽtionis raritate, & difficultate magis necessariç sunt pro quanto ualet ex earũ penuria maiorẽ ipsarum indigentiam, & minorẽ facultatẽ habendi & utẽdi habemus. Vnde Hiero. omne rarum carum. dist. 93. legimus. Et secũdũ hoc bladum plus ualet tẽpore famis, & carestiæ quam tempore quo multum abundat apud omnes, sic quatuor elementa ignis, aer, aqua, & terra uilioris prętij apud homines ę stimantur propter eorũ copiam quam balsamum uel aurum quamuis illa de se sint magis necessaria quam utilia uitæ nostræ. ¶ Tertio pensatur in re uenali eius complacibilitas idest secundum quod magis, uel minus bene placet uoluntati nostrę habere talem rem, & uti ea. ¶ Vti enim prout hic sumitur est rem in facultate uoluntatis assumere, uel habere & ideò non modica pars ualoris uenalium rerum ex beneplacito uolunatis pensatur, siue plus siue minus cõplacentiæ in usu huius rei uel illius secundum quod unus equus é gratior uni & alter alteri & unum ornamẽtum uni & aliud alteri & hoc modo unus rem alteri uiliorem multum appręciatur, & sibi reputat prætiosam & carã & econuerso. ¶ Tertium considerandum circa ualore rerum est, ꝙ ualor rerum uenalium uix aut nũquam potest a nobis determinari nisi per cõiecturalẽ & probabilem opinionem, & hoc nõ pũctualiter sub indiuisibili ratione aut mensura in plus & minus: sed sub aliqua latitudine cõpetenti respectu temporum, locorum, & personarum, circa quam latitudinem diuersi homines in ęstimãdo præferre probãtur, & hoc etiam dicit Tho. ubi supra quod ualor rerũ non consistit in pũcto indiuisibili, unde aliquã tulũ plus aliquantulum minus emere uel uẽdere non tollit ęqualitatem uel iustitiã dum modo non fiat excessus notabiliter contra cõscientiam. ¶ Quantum ad secundum scilicet quæ sit competens latitudo ualoris rei, infra cuius limites possit prætium extendi, dicẽdũ quod tripliciter hoc innotescere potest ex iure, ex consuetudine, ex discretione, Et primo ex iure: quia si prętium quo uenditur res excedat medietatẽ iusti prætij, seu ptiũ quo emitur deficiat a medietate iusti prætij puta ualet res. 10. floren. prout cõmuniter æstimatur & tamen uenditor petit & recipit 15. uel cum ualet x. emptor emit pro 4. cũ dimidio, tunc secundum iura cõtractus est nullus extra de empt. & uend. di lecti per iudicẽ irritandum, uel fecere supplere defectum cõmissum, uerũ etiam si esset minor excessus ꝙ medietas iusti prætij, si sit notabilis utiq; secundum Tho. 2. 2. q. 77. & Scot. in 4. dist. 15. ẽ ibi iniustitia, & per consequens peccatũ mortale & restitutio faciẽda quantum ad eum p quem fit deceptio aduertenterẽ prætio multum excessiuo uel defectiuo. Sed si fiat deceptio ignoranter, quia scilicet emptor uel uenditor æstimat tantum ualere, tunc nõ est ibi mortale ex quo ipsæ decipitur p errorẽ. Sed tamen cum perpẽdat uel sibi ostẽditur tenetur ad satisfactionem, aliàs tũc peccaret mortaliter si non uallet satisfacere. Quod totũ intellige quando defraudatur iusto prætio emptor uel uẽditor ex errore seu ignorãtia, Nã si sciens, & aduertens quãtatẽ excessus uel defectus liberè consensit in tale prætiũ & cõtractum in nullo tenetur alter cum eo cõtra hẽs cum sciat illum aduertere de excessu uel defectu prætij. Et ratio est quia scienti & cõsentienti nõ fit iniuria neque dolus, ut de regul. iur. lib. 6. Sicut enim potest rem suam absque omni prætio dare & donare, ita etiam

potest

Duplex ualor rerum

Valor rerũ tripliciter pensat.

Valor rerum æstimat cõiecturaliter.

Notacõ fessor.

poteſt pro centeſima parte iuſti prætij rē ſuā vendere ad ſuum beneplacitum, & alteri pro quinta parte, & alteri pro iuſto prætio tantū. Nec in hoc fit iniuſtitia ex parte alterius, niſi cogeretur uēditor ad uendendum aliqua magna neceſſitate ad hoc inducente non poteſt aliter ſibi prouidere uellet tamen iuſtum prętium: ſed inuenire non poteſt, uel etiam magna leuitate ad hoc mouente vt prodigus & leuis tunc.n. ſecus dicendum. Secundo ipſa latitudo præcij poteſt: innoteſcere ex conſuetudine. ¶ Nam ut dicit. Sco. in 4. ubi, qđ experientia ſatis patet quod conſuetudinarie relinquitur ipſis permutantibus ut penſata mutua neceſſitate reputent ſe mutuo dare æquiualens, & hinc inde accipere. Durum quippe uidetur inter homines contractus eſſe in quibus contrahentes non intendant aliquid de rigore iudiciali qui eſt ut tantū res ematur, uel uendatur quantum ualet ſibi mutuo relaxare ut ſic communem contractū committetur aliqua ratio uera. Et hic modus commutantium fundatur quaſi ſuper lege naturæ dicente. Fac alteri quod tibi uis fieri. Satis ergo eſt probabile, quod quando contrahentes mutuo ſunt contenti mutuo ſibi remittere uelit ſi aliquo modo dum tamen non enormi deficiāt a perfecta iuſtitia. ¶ Tertiam innoteſcit latitudo præcij rerū ex diſcretione. Dictat.n. diſcretio quod cū res in ſe ualent 10. tamen habenti eſt chara, & utilis ut 12. ſi uolo eam habere dem ſibi non tantum. 10. ſed quantum ſibi ualet, ex quo ipſe retinere uolebat quia utilis ut 12. Vnde & Beat. Thomas ſecunda ſecundæ quæſtione 77. dicit quod uendere rem pluſquam ualeat, eſt iniuſtum niſi in detrimentum cederet uendentoris, uendere. ſ. quantum ualet: puta quia ſibi multum eſt utilis illa res uel neceſſaria, tunc.n. uendere poterit plus quam res in ſe ualeat quantum. ſ. ualet ipſi uenditori. Sed quamuis emptor multum iuuetur ex re quā uult emere ſi uenditor inde non damnificat ex carentia ipſius rei, non propterea poteſt plus uendere rem quam ualeat in ſe: quia utilitas quæ ſuperuenit emptori non eſt ex conditione uendentis, nec ex cōditione rei in ſe: ſed ex conditione ementis unde non debet uendere illi quod non eſt ſuum. Idem Sco. in 4. Si tantum ſua liberalitate emptor uult aliquid plus dare quam ualeat res: quia inde multo iuuetur poteſt recipi ar. 1. q. 2. ſicut epiſcopum. ¶ Quantum ad tertium primæ partis. ſ. quando ſit exceſſus in prętio quid iuris? Ad hoc dicēdum quod tripliciter poteſt fieri exceſſus in prætio rerum uenalium uel defectus. ¶ Primo quidem ultra dimidium iuſti pręcij, & ſic cōtractā poteſt reſcindere deceptus. uel reſtauratorem dāni ſui petere ut dictum eſt. Nec obſtat ſi dicatur quod uniquiſque in re ſua ē moderator & iudex ſecundū iura, ergo rei meę poſſunt imponere prętium quomodo: nec aliquis poteſt me cogere ad prætaxatum prætium: ſicut nec etiam ad uendendum, ſicut etiam emptor non cogitur ad emendum niſi prætio ſibi beneplacito. Sicut igitur contractus emptionis, & uenditionis eſt mere uoluntarius, ſic etiam taxatio prætij uenalium rerum debet eſſe uoluntaria ſecundum uoluntatem uendentis & ementis iuxta illud prouerbium legale. Res tantum ualet quantum uendi poteſt. Ad illud enim reſpondeo. Quamuis quis non cogatur ad uendendum rem ſuam tū in actu & contractu uendendi ſi uendere uult formam iuris & regulā iuſtitię ſeruare debet & ęquitatis. Et ideo in actu uendendi non licet ſibi rei ſuę ſtatuere iniuſtum præciū & accipere: quia tunc non imponit rei ut ſimpliciter ſuæ pręciū, ſed ut in alterum commutādę. Hmōi autem impoſitio commutatiuę includit acceptionem præcij prævalentis. Accipere ãt prę ualēs pręcium eſt iniuſtum & contra ęquitatē. Inſuper ſm Hoſt. quāuis non poſſet quis cogi ab initio rem ſuam uendere uel alienare ut patet. C. de contrahen. emp. l. dudum, ſi tū expoſuerit uenalem & prætium offeratur ſi pro iuſto prętio uendere non uult cogi pōt per iudicē quod iuſto pcio uendat, ff. de offic. prēſid. l. j. Et cū dr res tū ualet quātū uendi pōt intelligitur de iure non de facto ſm æſtimationem communē ſecundu Anton. de Bu. ¶ Sed's exceſſus eſt in cōtractu hmōi qñ utiq; notabilis eſt, non tū pertingens ad medietatē iuſti precij. Et tūc aliqui dñt licitum eſſe nec ad reſtitutionem teneri: quia iura hoc hoc permittunt ut in d. c. cū dilecti de empt. & uen. Quam opinionē ſequit vē Durā. ordi. Mi. in ſum. ſua. Sed hanc opinionem tāquam erroneam, & periculoſam ſaluti animarū reprobant Bea. Tho. 2. 2. q. 77. Et Scot. in 4. diſ. 15. dicentes, q; talis ſcienter decipiens iniuſtitiam facit, & per cōſequens mortaliter peccat, & tenetur ad reſtitutionē ei' in quo decipit. Si autem ignoranter & ex errore, ſcilicet æſtimans tantum illam ualere & huiuſmodi tunc non peccat: ſed cum aduertit errorē tenetur ad ſatisfactionem dāmni læſo ſeu decepto, alias tunc peccaret ſi non diſponeret ſe ad emendā. ¶ Ad rationē ab illis deductam de le-

Conſuetudo æſtimat prætiū rei.

Diſcretio æſtimat prætium rei

Nota cōfeſſor.

Exceſſus prætij ſit triplici ter.

Notabilis exceſſus.

de lege. Respondet. B Th. vbi supra quod lex datur populo in quo sunt multi deficientes à virtute, vnde solum prohibet ea mala, quę habent destruere humanum conuictum pacificũ ea puniendo: ut furta, adulteria, notabiles deceptiones in contractibus, ut deceptio ultra dimidium iusti, & hoc cum punire pŏt ubsq; maiori scandalo, aliàs etiam illa tolerat ut. 1. q. 7. quoties. 23. q. 3. c. ipsa pietas dist. l. vt constitueretur. Alia autem permittit non quia licita, sed in quantum non punit ea, & hoc ne puniendo sequerentur maiora mala. ¶ Sed lex diuina quæ datur omnibus nil dimittit impunitũ, in hac uita, uel aliqd quod fit uirtuti contrarium. Vnde secundum diuinam legem illicitum reputatur, si in contractib⁹ ęqualitas nõ seruaretur, quod fit pl⁹ uendendo rem quam ualuerit, uel min⁹ emẽdo cum sit præcipue notabilis excessus, in hoc cum. B. Tho. concor. Io. de Lig. & Ioã. Cal. & plures alij canonistę dicentes illam decretalem habere locum iure fori, non iure poli, & hoc ad uitanda multa litigia quæ de leui possent quotidie fieri. Tertius excessus est qñ in huiusmodi contractibus parum fit damnificatio, ut quia pauloplus uenditur res, uel paulo minus emitur iusto prætio, & tunc quamuis quidam dicãt indistinctã non committi peccatum, nec teneri ad restitutionem, eo quod p̃cia rerum non consistant in puncto indiuisibili, sed habeant quandam latitudinẽ in plus & minus. Verius tamẽ uidetur dicẽdũ qđ quia latitudo illa debet esse competens, & sic hẽt limites suos, qui tamen difficulter scire p̃nt, ideò si quis in emẽdo, vel uẽdendo excedat aliquantulum limites nõ agens contra cõsciẽtiam, quia. s. credit illud esse iustum prætium, & si rigidũ: non peccat, nec tenetur ad restitutionem quamuis aliquantulum excedat limites iusti prætij, & tunc habet locum illud quod illi dicent. s. omnem cõtractũ cõcomitari aliqualẽ donationẽ, & sibijnuicem partes remittere modicum plus uel minus iusto prętio, sed si quis contra cõsciẽtiã uẽdat plus, uel emat min⁹ iusto prętio. i. credens excedere supremũ gradũ latitudinis p̃cij, & si in modico nõ pŏt excusari à peccato, saltem ueniali cũ oĩs deceptio & fraus sit peccatum, & ẽt teneatur ad satisfactionem, sed ex quo minucię tales sunt innumerę, p parũ etiã inde ędit proximus dẽt illud sic iniustè acq sitũ pauperib⁹ exogari. 14. q. 5. q habetis, declarantur p dicta p Geral. ord. here. & Io. de Rip. q⁹ si fiat diminutio uel excessus iusti prætij in contractib⁹ in modico nõ est necesse restitutionem facere. ¶ Ad quod probandum inducunt triplicem rationem. ¶ Primo quidem ratio pacis, & saluationis. Quod. n. ex consensu & statuto communi, & pro communi omnium utilitate precedit eo ipso obtinet ęquitatem & robur iuris communis consensus ac recta & discreta consuetudo uult quod nõ omnis excessus in talibus restitui sit necesse & hoc iõ quia expedit temporali paci, & saluti spirituali. Expedit quidem temporali paci, quia aliàs infinitæ querimoniæ litigia ex hoc orirẽtur spirituali etiam saluti hoc expedit scilicet communitatis, & partium eius, quia cum difficilimum sit ab huiusmodi contractuum excessibus se totaliter deputare, & maxime in hominibus imperfectis inhiantibus lucris ex quibus & in quibus maior pars communitatis hominum consistit periculosissimum omnibus esset huiusmodi excessum sibi uendicare, & retinere non liceret. ¶ Secundo hoc idẽ probatur ratione mutuæ concordationis. Propria nanque forma, & ratio commutatiui contractus, & utriusque partis libero ac pleno cõsensu inchoatur & rectificatur, ita quod emptor uult sibi rẽ emptam potius quã prætium eius, & uenditor econuerso uterq; etiã ex pleno consensu, à se alienare intendit, p priũ dominiũ rei suæ illud in aliud totaliter trasferendo. Et si in aliquod præter intentionẽ, & propriã ęstimationẽ đfraudatur citra tamen excessum enormem lege diuina uel humana prohibitum uult nihilominus contractum initum ratum esse & firmum, ac si libere & expręsè omni tali legi renunciaret, in contrarium facienti per quanto pro suo tempori indemnitate id faciat alter sibi nihil in de reddere obligatur, quia ibi iã nõ est enormis immo forte, nec ullus excessus, quia sicut potuit totũ absq; omni prætio donare, sic potuit pro minor prætio iuste uẽdere, uel dare. ¶ Tertio hoc probatur rõne humanę æstimationis, q̃ quidẽ incerta est ad mere iusta prætia prætextãda, & ad p̃cisè discernendum excessus & defect⁹ iusti p̃cij p p qđ licèt prętiũ in aliquo minuatur uel excedatur nihilomin⁹ nulli, p prio uel cõi iudicio cẽsetur aut censeri dẽt, p enormi. Nec si respectu iudicij nostr recedit à moderantia iusti prętij sub cõpetẽti latitudine mensurandi quin ipsum aliqualiter includatur sicut mustum, uel unum acerbũ uel aliqualiter acetosum nõ sic recedit à spẽ uini quin includatur in ipsa. Et ſm Scotũ in 4. di. 15. Æqualitas cõmutationũ & cõtractuũ nõ cõsistit ĩ indiuisibili medio, ĩmo in medio illo quod iustitia commutatiua respicit

Lex diuina & humana differenter pu-niant.

Modic⁹ excess⁹.

Modic⁹ excessus non necessario restituitur.

incipit magna est latitudo, & infra illam latitudinem non attingere indiuisibilem punctum equiualentiæ rei in quocũque gradu citra extrema fiat iustè fit. ¶ Si quis autẽ obstaret, & diceret quod quicquid in contractib⁹ est illicitum, & peccatum contra ius diuinum esse videtur, & sic nullum robur ab eo obtinere uidetur, immo potius oppositum propter quod nullus illicitus excessus præcij potest a iure diuino acquiri peccanti in illo. ¶ Rñ. Dicendũ qđ in hmõi contractibus sunt duo præcipue attendenda, scilicet intrinseca affectio, & extrinseca operatio. Et quantũ ad primum, scilicet intrinsecam affectionem sciendum quod pro quanto vult proximum scienter aliquam inæqualitatem ut scilicet in huiusmodi contractibus meliorem partem habeat quam ille pro tanto aliquid de iustitra habet quæ si non est mortale: quia scilicet non notabilis sufficit aut per contritionem, & pẽitentialẽ satisfactionem, aut pro purgatorij igne sicut & cętera uenialia expiari. ¶ Quantũ ad secundum scilicet operationem extrinsecam & cõmutationem licèt secundum ueridicam æstimationem præcij sui continet aliquãtulã inæqualitatem respectu tamen ad commune statutum & ad condescensiuam lege Dei, quæ permittit aliquos minores defectus ita scilicet quòd per eos non punit ad mortem æternam, & ad liberum consensum contrahẽtium non habet inæqualitatem, immo potius beni gnam, & concessoriam, & salutiferam ęquitatem & ideò quantum ad hoc tam diuino iure quam humano robur obtinet firmitatis. Aliter omnes huiusmodi excessus prætij illiciti erunt in acquirẽtibus mortalis culpa, quia esset usurpatio rei alienæ inquãtum alienę. Teneretur etiam quilibet uenditor siue emptor omnem talem excessum restituere, & sic omnes qui hic non restituerẽt damnarentur, qđ quidem nequissimum & durissimum est pensare. Vero propter prauitatem humani effectus ad talia temporali inclinati ac propter inæqualitẽ taliũ cõmutationũ securius & iustius esset omnem talem excessum scienter factum si alicuius quantitatis appræciabilis foret satisfacere aut si praui ualoris sunt, pro animabus illorum pauperibus erogare, quia in hoc plus proficeret fraudato nisi & ipsæ graui inopia laboraret. ¶ Hæc tamen prædicã da cum magna discretione, cũ populi ad dilatãdam conscientiam sint proni & ideò quę tutiora sunt dicenda sũt. Quantũ ad fraudes quas faciũt hoies ĩ negociãdo & illicitas permutatiões dicẽt ĩ sequẽtib. sub alio sermone.

In contractu duo debent cõsiderari.

Attẽde prædicator.

¶ De uariis fraudibus quæ committuntur in negociando. Cap. 17.

DE uaria fraudatione loquit. Propheta dicens Ps. 51. Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua sicut nouacula acuta fecit dolum. Vbi ultra frequentiam mali operis quam signat dicens. Tota die & sententiam damnationis insinuat dicẽs. Propterea Deus destruet te in finem & euellet te &c. Vnde & Apost. j. Thess. 4. Neque quis circunueniat, ideſt decipiat in negocio fratrem suũ, quia uindex est Deus de omnibus his. Et de bestia quã uidit Ioa. Apoc. 14. dicitur, ꝙ faciet ne quis posset uendere uel emere nisi qui habuerit characterem, sic nomen bestiæ. Bestia quę dicitur à uastãdo diabolus est, character eius qui est imago eius est fraus, & dolus, nomen eius est falsitas, quia mendax est. Absque ista imagine. s. fraudis dicunt Mercatores non posse uẽdere uel emere. Sed ibi subditur quod qui acceperit hunc characterem bibet de uino iræ Dei. Et nota tria mala, quæ facit dolosus seu deceptor in negociando seu vendendo. ¶ Primum est astutia in modos ad decipiendum & exquirendum ibi. Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua. ¶ Secundum est fraudulentia in excogitatos exequendo, ibi. feciſti dolum. ¶ Tertium est malitia in decipiẽdos liniendo ibi. sicut nouacula acuta.

Tria mala fraudulosi.

¶ Quantum ad primum. Sciendum qđ licet astutia, fraus, & dolus possint in actibus aliorum peccatorum reperiri, communius tamen in uitio auaritiæ circa acquisitionem temporalium consueuerunt exerceri, & ut dicit B. Tho. 2. 2. q. 54. ar. 3. ¶ Astutia propriè est cũ quis ad consequendum aliquem finem bonũ uel malum utitur non ueris uijs, seu medijs, sed simulatis, & apparentibus, hoc est autem peccatum: quia contra rationem rectam, unde & contra prudentiam. Neque enim etiam ad bonum finem oportet falsis uijs, & simulatis peruenire, sed ueris, & realibus, quod facit prudentia. Et quia similitudinem habet cum ea in eo, s. ꝙ utitur ad perueniendum ad finẽ intentum illis medijs, quæ conducunt ad ipsum. Sed prudentia debitis, & iustis medijs vel ad malum finem: ideò ipsa astutia aliqñ dicitur prudentia propter dictam similitudinem: sed improprie'. Vnde & Prouer. primo dicitur. Vt paruulis detur astutia. i. prudentia & Prouer. 13. Astutus, s. prudens omnia facit cum consilio. Si ergo astutia consistit in excogitatione dictarum uiarum simulatarũ ad alij

§. 1.

Astutia est in mente &c.

quem

quem finem consequēdum, puta ut in proposito ad decipiendum proximum in temporalibus. Et hoc est quod dicit psalmus, de iniquo. Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, lingua scilicet cordis exquirendo, & inuestigando mente quomodo iniusta possit facere, & proximum decipere. Sed dicit dominus per prophetam Iob 5.c. quod recitat Apo. 1. Corin. 3. Comprehendam sapientes, s. mundi in astutia eorum, quia frequenter eum intendāt decipere ipsi decipiuntur.

§.2. Dolus i uerbis. Fraus in factis.

¶ Quantum ad secundum. Notandum secundum B. Tho. 2.2.q. 54. quòd dolus est excusatio astutiæ, unde constitit in executione dictarum uiarum falsarum quæ excogitantur per astutiam, & principaliter fit per uerba ad decipiendum, iuxta illud psal. 49. Lingua tua cōcinnabat. i. multiplicabat dolos, quamuis, & ad malitias cordis excogitatas ad decipiendū extendatur etiam dolus. Iuxta illud Eccles. 1. Cor tuum plenum est dolo, & ad opera deceptoria secundum illud Hiere. 6. Cuncti faciūt dolum. ¶ Fit ergo dolus per uerba, & facta deceptoria, fraus autem proprie per facta, & sic habes differentiam inter fraudem, & dolum, & sic sumitur cum dicitur, extra de reseri. Ex tenore, quòd fraus, & dolus nemini debēt patrocinari, ut fraus referatur ad facta deceptoria, ad uerba autem dolus. ¶ Et nota secundū Pe. de Pal. in 4. Gof. & Ber. quòd si dolus dat causam contractui puta quis celat uiciū equi quem exponit uenalem uel laudat ipsum, ut indefectuosum quem defectum si sciret emptor nullo modo emeret, ut equum cadentē periculosum, tunc res illa quamuis valeret pcium: tamen quia uenditor celādo uicium occultum rei illius uel laudando ut non habentem defectum cum sciret, tenetur ad restitutione prcij emptori. & rei offerenti rem, qa propter talem dolum potest rescindi contractus secundum iura. Si autem dolus per uerba uel facta incidit in contractum: quia. s. emptor emisset illam rem cuius defectum nescibat: sed non tantum prtium tunc si res illatā tum ualet non tenetur ei uenditori in aliquo qa ex quo uolebat emere debebat emere iusto prcio: sed si non tantum ualebat dēt restituere illud plus. Hos dolos dum facit iniustus auarus per uerba adulatoria plena fallacijs alliciendo uerbis humanis, & reuerētib. ostendendo se amicum emptoris, & huiusmodi. Vnde psalmus propter hoc assimilat eum barbitonsori, & linguam suam nouaculæ cum qua radit pilos qui antequàm radat acuit nouaculam super lapidem oleo linitum, ita auarus, & fraudulentus oleo adulationis linguā acuit ad radendum pilos, i. auferendum temporalia. Dicit ergo nouaculaacuta scilicet lingua tua fuit. Contra hos imprecatur psalmus s. dicens. Linguis suis dolose agebat iudica illos Deus ideſt condemna eos Deus.

Dolus dās causam contractui rescidit contractum.

¶ Nota in tertio fraudolentia quæ consistit in factis, & comprehendit in dolo dum dicitur. Fecisti dolum. i. operatus es fraudem. Sed ut dicitur Prouerb. 1. Ipsi moliuntur fraudes cō tra animas suas. Est enim fraudulētia aliquā do mortale peccatum, & ad restitutionem obligat si sit notabilis deceptio. Fit ergo fraudulentia.

¶ Primo in rei quidditate.

¶ Secundo in sui quantitate.

¶ Tertio in eius qualitate.

¶ Quarto in soluendi tarditate.

¶ Quinto in prtij ad res mutabilitate.

¶ Sexto in bonæ intentionis prauitate.

¶ Primus ergo defectus fraudis est in quiddi tate seu species, & substantia rei, ut si uendat aurischalcum pro auro, un⁹ lapis prcioſis ,p altero, uinum lymphatum pro puro, & huiusmodi. De qua fraude contra eam faciētes inuehit Deus per Isa. dicens 1. c. Argentū tuū uersum est in scoriam, uinum tuū mixtum est aqua, ubi alia trāslatio habet caupones tui uinum aqua miscent, hanc fraudem committūt in specie rei macellarij uendentes carnes hircineas, vel caprinas pro castratinis, romatarij uendentes unum aroma mixtum cum alio ,p puro, ceram mixtam oleo pro pura cera, unū medicinale pro alio. Et multi alij artificij suis faciunt multas sophisticationes. Si quis ergo scienter aliquam fraudem facit in huiusmodi decipiens uel intendens decipere proximum peccat, & ad restitutionē tenet si notabiliter lędit secundum B. Th. 2.2.q. 77. Sed si ignoranter fieret talis deceptio, s. uendendo unā rem pro alia cum. s. credat talem esse non peccat: sed tamen tenetur ad satisfactionem cum percipit de errore, puta uendit quis anullum aurichalceum pro aureo credens esse aureū, tenetur cum perpēdit de errore illi emptori satisfacere. Sic etiam si quis daret alicui unū grossum argenteum deauratum pro uno floreno tenetur dare unum florenum. Et ex his patet ut dicit B. Tho. ubi supra quod illicitū est uendere aurum, & argentum alchimicum pro uero: tamen quia non est adeò purum, sicut uerum, tum quia non habet easdem proprietates, sicut proprietatem lętificandi, aut quia non ualet contra certas infirmirates. Si autem per alchimiam fieret uerum aurum,

Fraus in substantia rei.

non

non esset illicitum uendere pro uero, quia nihil prohibet artem, vti aliquibus naturalibus causis ad producendum ueros, & naturales effectus sicut. Aug. dicit in li. de Trini. de his q̃ fiunt arte dęmonum. Et quod dictum est de uenditore idem intelligendũ de emptore, cũ s. uenditor crederet rem suam minus prȩcio sam puta aurichalcum, quod est aurum, & lapidę uitreum, qui est prȩciosus. Emptor enim cum hoc percipit peccat grauiter si nõ dat sibi prȩtium competens ualori rei, sed sec̃m estimationem uendentis, & tenetur ad satisfactionem. Verum cum aliqui sophisticant ea quæ uedunt ut se seruent indemnes, & cũ aliquo lucro congruo: quia si uenderent puras res, & emptores non uellent dare iustũ prȩtium; quia alij uendunt talia: sed sophisticata, & mixta minori prȩcio, uidętur posse excusari dummodo non fiant tales mixturę, qđ noceant humanis corporibus, quod accipere potest in his quæ uendunt in cibum, & potum hominum prȩcipue medicinalibus. Similiter nõ uidetur illicitum cum per talem mixturã res redduntur magis amabiles, & non nociuę sicut audiui contingere de uino greco qđ aliquando quando est purum, quia nimis fumosum minus placet, cum uero aqua misceatur, amabilius redditur, & libentius emũt homines credentes tamen esse purum, dicunt tñ uenditores in huiusmodi casibus minus uędere quam si esset purum, alias uenderẽt aquã pro uino, & sic de alijs similibus.

§. 5. ¶ Secundo fit fraus in quãtitate, pondere, numero, & mensura. Vnde dominus, Deute. 25. dicit, non habebis in sacculo diuersa pondera maius, & minus. Et Leuit. 19. nolite facere iniquum aliquid in iudicio in regula, in põdere, & in mensura. Et Oseę 12. Chanaam in manu eius statera dolosa. Chanaam interprętat negociator. Hi enim cõmittunt dolos, & fraudes in mensuris: quia si habeant iustas mẽsuras, & pondera tamen fraudulentur utuntur eis ad decipiendum. Et in pondere quidẽ fraus est cum dat quis. 11. uncias pro una libra carnium, aromatum, piscium, lanæ, lini, & aliarum rerum ponderabilium. In mensura cum dat de panno laneo uel lineo, uel 10. brachia uel ulnas cum dimidio panni pro 11. uel sextarium uel minam uictualium diminutam, uel metretam uini, olei uel alterius liquoris non plenam. In numero cum quis debet aliquas res in certo numero dare numerũ diminutum tribuit. Omnes his qui scienter faciunt fraudes iniquę agunt, & contra dominum, de quo dicitur psal. 11. Omnia dispositi in pondere, numero, & mensura scilicet debitis, & tenet̃ ad satisfactionem damnificatis, uel si parum est dare pauperibus. ¶ Nota tamen, quod ubi est de morte patriæ qđ qui dant lanam uel linum ad nendum, seu filandum accipiet, & computet filatum ad rationẽ tredecim unciarum pro libra quãdo hoc scit qui laborat illa filando si non soluitur sibi de tredecim uncijs nisi pro una li. nõ proprie est ibi fraus, quia non decipitur cum sciat sic sibi debere solui, & sic intelligi pactũ cum à principio sibi datur opus. Scienter enim, & consentienti nõ fit iniuria neque dolus, de re. iu. libr. 6. quamuis turpis uideatur mos. ¶ Non autem sic excusantur tabernarij dantes mensuras uini diminutas, scilicet usq; ad collummetretæ uel alterius mẽsuræ cũ sit de more. Nam ementes decipiuntur cum intendãt habere plenam mensuram, & contra uoluntatẽ eorũ diminuitur nec cõsuetudo excusat, quæ dicenda est corruptela nisi hoc facerent, ut se cõseruent indemnes uel cum aliquo lucro rationabili, qui aliàs non lucrarentur si plenas mensuras darent, quia oporteret prętium augere in quo non iuuenirẽt emptores, uel paucos. ¶ Item lanifices qui faciũt pannos trahere ad tractorium ultra debitum artis vñ post ea madefactus, & totiũs ut moris est retrahit ad longe minorem mensuram quam debet fraudem faciunt. Et multo magis qui secundum rationem artis uendunt caligas, cum faciunt pannum ex quo eas formãt minus debito madefieri, ita quod postea ipsis sutis cũ utitur emptor multum testringuntur, & decurrantur: peccãt nõ parum, & fraudatis tenentur ad satisfactionem cum cito lacerent̃, & malè deseruiãt eis. Item lanini. i. deferentes lanam uel linum ad filandum quibus pecunia datur à magistris suis, ut soluant ad rationem tantum pro libra puta 5. solidos, si minus soluunt, & istud sibi retinent fraudem faciũt. Et si à filatricibus auferunt minus conuento uel debito prȩcio soluentes illis debẽt satisfacere in futurum supplendo illud minus datum eidem, uel pauperibus errogando si parũ est pro aliquibus: uel non benè sciuntur personæ si uero eis soluunt conuentum, & congruum prȩcium quod eis remanet de pecunia tenentur magistris restituere.

Dantes ad filandum.

Tabernarij.

Pannas trahentes.

¶ Tertio in qualitate rerum fit fraus, cum. s. uenduntur carnes infectę pro sanis, aromata antiquata, & sic uirtute debil tata pro recentibus liber corruptus, & falsus pro fideli, & corium fragile pro durabili uinum corruptum pro sano, domus ruitura pro stabili, & firma

Quãdo defect° rei dét manifestari.

mal.animal infirmum pro sano, pannus defectuosus pro indefectuoso & hmõi. De his dicitur Isa. 32. Vasa fraudulenti pessima sunt i.artificiata. ¶ Et cum quæritur si teneatur uẽditor semper dicere defectum rei quam exponit uenalem. Respondet B.Tho.2.2.q.77. quod defectus rei, aut est occultus aut manifestus. Si occultus, tunc aut talis defectus reddit vsum illius rei uenalis impeditũ, uel noxium: aut non. Et si quidem talis defectus reddit usum uel impedimentum uel noxium, puta cum quis uendit equum claudicantẽ proueloci, uel domum ruinosam pro firma, uel cibum corruptum pro sano, peccat grauiter iniustitiam committendo in dolosa, & fraudulenta uenditione, & proximum damnificãdo ex hoc, unde & tenetur ad damni recompensationem per regulam illam. Qui occasionem damni dat, damnum quoque dedisse videtur extra de iniur. & da.da. Si culpa. Tenetur ergo manifestare uitium rei nec potest celare. Si autem defectus rei non impedit taliter usum eius nec reddit noxium: sed minus reddit rem utilem si demat de prætio quantum importat ille defectus celando defectum non peccat. dum tamen non dicat mẽdatium, nec tenetur manifestare uitium rei si tunc nec iustum prætium inueniret, uel etiam emptorem. Potest enim adhuc talis res esse utilis ad plura & si non ad omnia ad quæ ualeret existens sine defectu. Multomagis si defectus sit de se manifestus, puta quia equus est monoculus nõ tenetur manifestare: sed tenetur prætium diminuere pro illo defectu quem emptor ignorat, nisi usus eius esset periculosus uel noxius, tunc enim tenetur dicere emptori illud ignorãti, immo nec deberet exponere uenditioni præcipue si æstimet emptorem ex leuitate, & præsumptione non curare se periculo personæ exponer, uel aliũ in uendendo rem defectuosam decepturum. Nec ex hoc, quod aliquis fuit decept° in emẽdo rem defectuosã credens bonam potest ipse simul alium decipere uendendo iniusto p̃cio ac si nullum defectum haberet, postquã defectum nouit, sicut nec licet furari alteri uel lædere, puta Petro ex eo quod Martinus furatus est sibi. Pœna enim tenere dẽt suos auctores, & non alios, uendendo plus iusto pretio scienter propter defectum tenetur ultra peccatũ satisfacere emptori in igno anti defectum illum. ¶ Quid de lanificibus uendentibus pãnos laceratos ad tractorium, sed remendatos, ac si non haberent dictum defectum, aut etiam pannos intextos, uel tinctos malè pro bonis, uel uestes ueteres renouatas, & cardatas ac si essent quasi nouæ ut rigaterij retaliatores faciunt. Respon. dicendũ si tales non diminuant de prætio quantũ importat ille defectus, fraudem, uel dolum perpetrant, & tenentur ad satisfactionem. Mediatores quoque sensales qui sciunt tales defectus & pro bonis, & indefectuosis uendere faciunt participes sunt peccati, & sunt obligati ad restitutionem ut de iniur. & dam. da. si culpa. Idem de facientib. fieri pannos lincos uel de serico intextos, cum eueniunt notabiles defectus in eis, siue ratione materiæ siue ratione formæ seu texturæ: qui tamen non p̃cipi de facili possunt ab emptoribus. Secus autem dicendum in omnibus prædictis casibus quando emptor percipiẽs tales defectus, uel non percipiens uoluntarie emit rem & illo peritus negociando: quia intendit inde bene lucrari puta in alio loco ubi carè uenduntur etiam cum talibus defectibus. Scienti enim & consentienti non fit iniuria neque dolus, de reg.iur.lib.6. ¶ Sed quid de ipsis recmendatoribus pannorum qui uidentur ex opere suæ artis esse occasio illius fraudis: quia ita subtiliter agunt quod non percipi de facili possunt scissuræ pannorum? Respon. quod cum ars illa sit publica in ciuitate, & tollerẽtur & rationabiliter, quia & si non fieret illa reemendatio nec etiam iustum prætium uellent emptores dare, uel etiam forte non ita de facili inuenirẽt emptores, unde homines possunt intelligere pannos aliquando habere tales defect°. Lanifices possunt insuper iustè uendere diminuendo de præcio secundum quantitatem defectus, quod utrum faciant, vel non faciant habent ipsi dijudicare: ideò non videtur posse condemnari: sed tolerari. ¶ Quarto in solutionis diminutione, & tarditate sit fraus seu damnum, quando non solutur laboranti pro opere suo termino debito, quod faciunt multi non tam ex impotentia, quam ex auaritia: quia cum illa pecunia debita solui mercennariis, uel aliis uolunt aliquo tempore negotiari, & lucrari: sed hoc expresse contra domini mandatum di. Leui. 19. Non morabitur opus mercennarij tui apud te usque mane. Et Prouerbio 3. Ne dicas amico tuo uade reuertere cras, cum statim possis dare, cum enim tales indigent, sustinent inde plura incommoda quorum illi sunt causa. Et hoc nisi nondum terminus aduenisset solutionis fiendæ ẽm pactũ, & cõuẽtionẽ Vnde & dominus uineæ dicit in fine di cipro

Adde tex. in l. item me la. §. si alius, & §. item cum eo. ff. eo. & l. non solum eo. ti. & ca. ficut dignum x. d hom.

Vendi tores pãnorũ.

§. 7. Non soluentes à mercenarijs.

curatori suo. Voca operarios & da illis mercedem secundū cōuentionē factā Math. 20. Aliquādo ēt dat eis falsas monetas p bonis aliquando ēt eis subtrahunt de debito diuersis uijs. ¶ Sed quid cum Petrus uolēs soluere creditori puta Ioanni p re empta, uel opere facto sibi, uel uectura rerum, uel alia causa, Cāpsor. mittit eum ad campsorem, uel mercatorem qui habēt suas pecunias, uel sibi eas mutuat ut ipsi soluatur, & campsorius uel alius gerēs negotia ipsius mercatoris pro eo soluit Iohan. ad instantiam, & uoluntatem ipsius Petri, retinet tamē duos denarios pro libra pro mercatore campsorius eius: nunquid est licitum? Respondeo, si hoc habet consuetudo ciuitatis i huiusmodi & creditor hoc sciens nō contradicit, uidetur posse tolerari, & excusari ratione consuetudinis quæ legem facit cū est rationabilis. ut di. 1. Consuetudo. Non autem uidetur irrationabilis dicta consuetudo, cum introducta sit respectu laboris numerātis pecuniam & scribentis & expēsarū quas facit campsor uel mercator pensionis exercētium artem pro eo. Ratio enim expensarū & laboris habenda est. ar. c. Magne. de uoto. Et nullus cogitur suis stipendijs militare. 13. q. 1. §. si autem ultra consuetum acciperet, fraudem committere, uel etiam si creditor hoc nesciens contra uoluntatem suam & intentionem recipit illam diminutionem, nam tunc mercedē laboris sui si nult campsor ab eo. scilicet Pe. cuius nomine soluit recipiat nō a creditore Io. qui integre debet recipere ius suum. ¶ Sed quid de camerarijs, uel depositarijs communitatis in diuersis officijs, ut De officialibus cōitatis. montis uel gabellarum & huiusmodi habetibus uel recipere pecunias a personis, uel tradere eas narijs hominibus pro communitate a quolibet dante uel recipiente ab eis exigāt aliquid puta unum denariū pro floreno, uel libra, nunquid hoc est licitum si hoc habet cōsuetudo a diu seruata? Respon. dicendum saluo meliori iudicio hoc uidetur distinguēdū: quia aut tales sunt salariati a communitate & sufficienter secūdum labore officij & qualitatē, aut non sunt salariati uel diminute & insufficienter salariati. In primo casu non credo posse exigere uel recipere: quia ibi nō uidetur habere locum consuetudo cum irrationabilis sit introducta ex mera & immensa cupiditate, unde potius dicēda est corrupcela di. 8. Consuetudo. Etsic credo talia sic extorta seu acquisita ex debito pauperibus erogāda ut. 14. q. 5. c. Non sane. In secundo casu uidet eos posse exigere ēt cōsuetudinē eos excusare, q rationabilis é cū seruiat illis psonis, & nemo de suo cogit facere bñficiū. ar. 13. q. 1. §. 1. sed dignus é mercēnari⁹ mercede sua. ¶ Quinto fit fraus in pecuniæ ad res mutabilitate, & ex hoc diminuitur prætium debitū promissum: quia nō indigentes aliquando talibus rebus conducti in aliquo opere cū uendunt minus prætium, quam id quod constitit eis. Et contra hos ait Iacobus apostolus 5. c. Ecce merces operariorū qui messuerunt regiones uestras quæ fraudata est a uobis clamat contra uos. ¶ Sciēdum igitur quod cum pacta debeant seruari, extra de pact. Antigonus. Et pacta ex conuictione legem accipiūt, ideò cum quis cōducitur ad aliquod opus, si promittit sibi dare pecuniam non debet illi dare uictualia, uel pannum, uel alias res, nisi inquantum uelit ip sę conductus sua sponte, uel nisi alio modo non possit sibi soluere ex defectu pecuniæ: Sed tunc si ille non indiget usu illius rei puta panni, sed oportet uendere ut habeat pecuniam pro alijs rebus emendis illud damnum quod inde sustinet in minus uendendo debet conductor resarcire, ex quo pactum fuit de pecunia, & inuolūtarius alias res recepit. Sed si a principio operis pactū in soluendo sibi de labore suo certo prætio in rebus puta panni, uictualium, & partim in pecunia, tunc si illas res quas sibi dat pro parte solutionis secundum conuentionē uendit iusto prætio secundum quod alijs uēdit, quamuis ipsę non indigens eis reuendēdo multum pdat. quia quod sibi datum fuit. Pro. 20. solidis non potest uēdere nisi p 15. uel minus in nullo committit fraudem conductor: quia scienti & consentienti non fit iniuria neq; dolus, de re. iur. li. 6. Sed si ipsę uel alius pro eo puta retaliator pro setariolo dat pannum textori conducto a setariolo maiori prætio quam alijs uendatur. De illo pluri certe tenetur, puta retaliator uēdit pānū alijs ad rationem 30. solidorū p brachio, sed textori serici ad rōnē 33. uel plus, quem dānū reuendens reperit. 25. sollidos, certe setariolus tenēt textori de tribus solidis p quolibet brachio panni: quia plus iusto prætio tātū uēdidit sibi retaliator ad petitionē setarioli, sed de illis quinque quib⁹ minus uēdidit, q emit nō tenēt eo quo iusto ptio uēditū fuit, & cōuētio iter illos talis fuit, ut. si pānos sibi soluere tur in totū, uel in partē pro suo labore. ¶ Sed & si ipsæ textor serici ab initio cū pactum fecit cum setariolo de pāno sibi dādo p labore suo, scit q retaliator uendet sibi plus iusto prætio quia sic cōiter fit, & aliàs expertus ē, non

De obseruatione pactorū.

Ade nemo. ff. eo. & ibi Bar.

non uidetur sibi setariolus teneri, quia in idem reuertitur ac si setariolus a principio faceret pactum cum textore dando sibi tantum quantum uendet pannum sibi datum, puta debet sibi dare. 10. flore. pro suo labore sed i pãno de quo scit textor quod non inueniet de ipso panno uẽdens ipsum nisi sex flore. unde ita est sicut faceret pactum cũ eo dare sibi sex flore. non obstante quod dicatur de 10. flore. quia non in pecunia decem promisit, sed in panno sibi computando taliter quod sex florenos habebit, uñ & si textor peteret tantum sex florenos a setariolo, quia sic credit habiturum per pannum. sic uenditum, nõ uidetur setariolus malefacere. Est tamen satis turpis talis modus utrique & setariolo, & retagliatori, & potius est reprobandus ut iniustus. ¶ Nota tamen quod si ex hoc non accipit textor debitum lucrum de labore suo, secundum communem ęstimationem sed diminutum, putatur autem debitum lucrum illud in quo conueniunt i pecunia puta 10. florenos: sed quia pauper est, & oportet eum accipere etiam multo minus ut se & familiam sustentet, tunc utique setariolus sibi teneretur dare supplementum usque ad decem, uel circa si dat sibi pannum quem nõ uẽdit nisi sex: quia sicut dignus est operarius mercede sua ex debito institiæ & cõuenienti mercede, aliàs esset contra ęqualitatem iustitiæ sicut in contractu emptionis, & uenditionis est iniustitia, & peccatum cum res emitur minus iusto prætio ex necessitate uenditoris; sed si quantitas sex flore. reputatur cõgrua merces sui laboris, uidetur posse illud & si turpiter inuẽtũ admitti; uerũ quia talia cõiter inuenta sunt ad decipiẽdũ, & opprimẽdũ pauperes ideò iducẽdi sunt setarioli, & retaliatores q̃ abstineãt a talibus, & ex factis hmõi fraudibus satis faciant lęsis uel pauperibus erogẽt si nõ grauauerũt notabiliter textores. ar. 14. q. 5. c. Qui habetis. & c. Nõ sane. Et idem dicẽdum de alijs conducentibus laborantes ad alia artificia, & exertitia. Sed de setariolis, & textoribus dictũ est, quia huiusmodi multum in Florentiæ practicatur.

Æqualitas Iustitiæ quã do uiolatur.

§. 9. ¶ Sexto fraus é & in operib⁹ de genere bonorũ, cũ s. quis in eis quærit aliud, quã gloriam dei, iuxta illud Apostoli 1. Cor. 10. Oĩa i gloriã dei facite, puta remunerationẽ i mũdo p̃ q̃d dicit Hier. 48. Maledict⁹ ois q̃ facit op⁹ dei fraudulẽter, & desidiose; q̃d exponens Greg. 9 li. mora. dicit q̃ triplex fra⁹ cõmittit i bono opere quod é opus dei. s. cũ intẽdit remuneratio ex eo ab hoĩe, Et hoc primo a corde, ut habeat amicitiã & gram hominũ, iõ aliq̃d boni operat, sed fallax gra dr̃. Prou. 6. q̃ enim hoc quærit sæpe, ut ait Aug. ab eo offenditur deus ne offendat amicus. Deus autẽ (ait psal. 52.) Dissipauit ossa corũ. i. opera i genere uirtuosa qui hominib. placent. Secũdo ore cum scilicet ex bono opere quæritur laus humana quod prohibuit Christ⁹ dicẽs. Cũ facis elęmosynam noli tuba canere ante te. Mat. 5. i. noli publicare ut laueris, quamuis enim dicatur, quod memoria iusti cũ laudibus non tamen ip̃se requirit eã: sed deus illi eam tribuit, unde non solum a deo; sed etiam ab hominibus uiuens & mortuus laudetur. Tertio ab opere cum. s. quis aliquod bonum facit ut a deo remuneretur tempora liter. i. ut p̃speretur, ieiunat seu orat & hmõi facit ut consequatur elęmosynam uel eccle siasticam dignitatem uel alios confidẽtes de sua bonitate, decipiat temporaliter, uel spiritualiter talis hyppocrita est. Et de huiusmodi dñs dicit. Væ uobis hyppochritę qui similes estis sepulchris dealbatis q̃ apparẽt hoib. speciosa. Mat. 24. Omnes ergo tales qui fraudes faciunt in opere dei. i. de genere bonorũ maledictionem dei incurrũt. Econtra de uiro iusto dr̃ Isa. 33. Beatus q̃ excutit man⁹ suas. i. opera ab oi munere. i. cordis, oris, & operis, nil. s. quærẽs ab hominib⁹ ut finẽ ipsorũ operũ, nec gram hoim, nec laudẽ, nec trãsitoria.

Fraus in bono operẽ fit tripl̃r.

¶ De permutationibus rerum ad res in negotiando quæ uulgariter dicuntur baratti, puta dat lanifex setariolo duos pannos laneos æstimatos ab eo. c. flor. p̃ his setariolus dat lanifici pãnum sericum æstimatum ab ipso c. flore. Siue mercator dat lanifici lanã, & setariolo sericum, & pro his lanifex dat sibi non pecuniam, sed pannos laneos & setariolus dat pannos sericos in tali æstimatione in quanta receperunt lanam uel sericum, nũ quid est licitũ? ¶ Resp. Si pure, & absq; fraude partiũ fiat p̃mutatio q̃titatis p̃tij, uel qualitatis rerũ é cõtract⁹ p̃mutationis, & licitus puta a iure approbatus simpliciter in temporalibus ext. de re. perm. per totũ. Si autem fiat fraus aut hoc é in ipsis mercimonijs quo ad qualitatẽ, aut in æstimatione prætij, si in qualitate rerũ permutatarũ, tũc si est fra⁹ ex parte ũius tãtum quia. s. dat alteri pãnũ laneũ uel sericũ, seu lanam, uel sericũ multum defectuosa contra intẽtionẽ eius cum tamen ipse recipiat res ab eo non uitiatas utique peccat mortaliter & tenetur satisfacere notabiliter lædẽs extra de iniu. & dam. da. si culpa. Et similiter mediator seu sensalis qui nouit huiusmodi fraudẽ, quia cooperat. 1. fraudi. 2. q. 1. Notũ si aũt uterq; itẽdit alterũ decipere, & ab

§. 10. Casus pulchri de permutationibus.

utroq; datur alteri res defectuosa pro bona utroque ignorãte fraudem alterius, uterque peccat mortaliter propter malam intẽtionẽ. 22.q.5. Qui peierare. Quantum autem ad satisfactionẽ põt hic habere locũ cõpensatio, ut unus alteri non teneatur si in tanto deceptus est unus contra intentionem suam quantum alter. si uerò uterque & practici scirent defectus rerum permutandarum, non uidetur ibi esse fraus, quia scienti & consentienti non fit iniuria, de re. iu. li. 6. & alteri non tenetur, si autem sit deceptio in prætio, quia excessiuũ ponit suis mercimonijs, tunc si unus eorũ excedit in prætio, & non alter, qui excedit peccat, & obligatur satisfacere si est notabilis excessus nisi hoc alter perpẽdat, & tamen si uelit facere permutationem: tunc uidetur nõ teneri per regulã, scienti in 6. Si autem sciẽter uterque excedit in præcio, in æstimando suas res: quia alter de altero hoc credit, & cognoscit cum quotidie hoc practicent puta mercator de lana, quam dat lanifici valentem tunc. 90. flo. secundũ currens prætium exigit. c. uel circa. Et lanifex de pãnis laneis, quos dat mercatori pro sua lana exigit c. cum non ualeant nisi 90. uel circa cum alter probabiliter sciat de altero quod minustum præcium exigũt de sua re. uidetur hic habere locum cõpensatio, nec ibi propriè esse fraudem, intendant se cõseruare indemnes non alterum grauare, tales tamen ad inuentiones sunt ex cupiditate inuentæ & ideò uitandæ.

Compẽsatio de bet locũ

¶De multiplici falsificatione, & ibi agitur de falsificatione in mensuris, in ponderibus, in monetis, in scripturis in bullis, in instrumentis, & in fœtibus siluorum.

§.1. Mendaciũ qd sit.

DE falsificatione põt induci illud ps. 62. Mẽdaces filij hominũ in stateris, ut decipiãt ipsi de uanitate in idipsum, ubi tria possunt notari. ¶Primo defectio ueritatis, ibi. Mẽdaces filij hominum in stateris. ¶Secundo intentio nocibilitatis, ibi. Vt decipiãt ipsi. ¶Tertio consecutio pœnalitatis, ibi. de uanitate in idipsum.

¶Et à secundo inchoando clarum est, quod qui utuntur mendacio ad hoc faciunt ut decipiant & fallant quod patet ex diffinitione ei⁹. ¶Nam diffinitur à magistro sen. in 3. quod est falsa uocis significatio cum intentione fallẽdi. Et quia fallere & decipere alium est cõtra uel præter charitatem, & legem naturalẽ quia nullus uellet ab alio decipi, ideò omne mendacium peccatum est & uitandum. Vnde Isi. in synonimis. Omne mendacium fuge, qa omnẽ mendacium peccatum est. Decipit aliquando seipsum quis corde cum facit sibi erroneam conscientiam de aliquo, uel malè iudicat de alijs. Ore. cum dicit quod scit, uel æstimat non sic esse. Opere cum simulat. unum actum pro alio. Et vt ait Ambr. 22.q.5. Cauete. Omnes qui dicunt mendacium filij sunt diaboli. De ipso. n. dicitur Io. 8. Mendax est & pater. i. mendacij primus inuentor, Et corde quidem mendacium dixit, cum ait in corde suo, vt dicitur Esa. 14. Similis ero altissimo existimens peruenire ad gloriam per uirtutẽ propriam. Ore usus est mendacio cum dixit per serpentem primis parẽtibus. Neq; quàm moriemini &c. Gen. 3. Opere autem cum secundum Apostolum 2. Cor. 2. Ipse Sathanas transfigurat se in angelum lucis. Quãtum ad primum. Certum est quod in omni mẽdacio deficit ueritas, & cum Christus sit ueritas discordat ab eo. unde cum Christo non potest esse aliquis cum mendacio. Dicitur. n. Apoc. 14. de sanctis quod non est mendacium inuẽtum in eis. Sunt aute mendaces fi. ho. in stateris. ¶Statera autem est quædam regula rectè mensurandi res cum est iusta statera, sed mendaces filij hominum in stateris. In statera quidem conscientiæ vel opinionis internalis. In statera sententiæ iudicialis. In statera mẽsuræ materialis. ¶Prima est cum quis iudicat de aliquo secũdũ suam cõsciam, i qua frequẽter fallitur nõ rectè æstimando. Vñ Hier. Nõ afferamus stateras dolosas ubi appendamus qđ uolumus pro arbitrio nostro dicẽtes hoc graue hoc leue. Sed afferamus diuinã staterã de scripturis scis, tanq̃ de thesauris dñicis, & i illa qđ sit grauꝰ appẽdamꝰ. 24.q.1. Sed mẽdaces filij hoiũm i stateris faciẽtes sibi leuem cõsciam, uel nullã de grauib. pctis seu malis, ut de adulterio pp qđ sequit falsus partꝰ alij qñ, & suppositio alieni partꝰ &c. ¶Scda é in iudicio ubi suia é quasi statera. Vñ Gregꝰ. 45. di. Ois q iuste iudicat, statera in manu gestat. Sed mẽdaces. fi. ho. i stateris, p iniustas sñias. ¶Tertia é statera mẽsurę materialis, de qua Prou. 11. dr. Statera dolosa abominabilis, est añ Dñm. Sed mẽ. fi. ho. i sta. quia faciũt aliqñ falsas mẽsuras, & põdera, vl eis vtunt. Numisma ẽt sm philosophũ dr de mẽsura rerũ uenaliũ, qa tm monetę dat quãti æstimat res esse ualoris. Sed mẽ. fi. hom. in stateris, falsificãdo monetas, uel falsis utendo. Scripturæ etiam hominum possunt dici statere: quia per eas quasi mẽsurat, seu declarat quid alicui sit cõ-

Triplex statera.

ceden-

cedendum. Sed nen. ſi. hominum in ſtateris. ſ. bullas falſificando, inſtrumenta, & alias ſcripturas. Et de his omnibus in ſequenti, §. declarabitur.

¶ Quantum ad tertium principale oſtenditur quid demum eueniat iſtis mendacibus in ſtateris & falſificantibus hoc ualet: quia cum ipſi decipiant ipſi tandem decipiuntur. Sed ubi in modico decipiunt; quia in terrenis ipſi multo: quia in æternis a diabolo decipiuntur, non perpendentes ſe inde priuari gloria, & æterno igne puniri. Et ſic intelligitur illud pſal. De uanitate in idipſum procedentes: ſ. mẽdaces, de uanitate. i. falſitate quã utuntur ad decipiendum in idipſum incidũt. ſ. in deceptionem. Magna enim deceptio eſt, qua decipiuntur a diabolo, quia dum intendunt & ſperant ex ſuis deceptionibus ditari & gaudere inde ſumme depauperãtur, & cõtriſtantur cum demum in puncto ad inferna deſcendunt, propter hoc igne æterno cruciã di ubi nec guttam habere aquę ualent in refrigerium, ſicut de diuite epulone poſtulante ut Lazarus deſcenderet ad eum, & aquæ gutta refrigeraret linguam eius. Luc. 16

¶ De falſificatione monetę Abb. ſy. ſuper. c. Quanto de iureiuran. ſic dicit ſecundum gl. in dicto. c. Non licet ſine conſenſu principis ſeu imperatoris cudere monetam, ut in l. 2. & 3. de fal. mo. ſecundum Bart. & Cyn. ibi. & hoc uerum niſi ciuitas uel princeps inferior pręſcripſiſſet hoc per tãtum tẽpus de cuius initio non exiſtat memoria, ut in. c. ſuper qui buſdam, de uerbo. ſign. uel niſi eſſet talis qui pręſcripſiſſet iura imperij, ut Hiſpaniæ reges, qui ut dicit glo. di. 63. Valentinianus, nõ ſubiacet imperio, quia de hoſtium faucibus regnum eruerunt. Falſatur autem moneta multipliciter, unde in glo. dicti. c. Quanto, & ſic uarie punitur. ¶ Vno modo falſatur moneta principis de nouo cudendo, & talis debet combuti, ut l. 2. C. de fal. mo. Secundo falſat quis cudendo monetam ciuitatis uel inferioris a Principe, & talis capite punitur, ut. C. de fal. mo. l. 1. Tertio cum quis non fabricat de nouo monetam, ſed fabricata cudit. ſ. minuendo, uel tingit pura monetam æream, ut appareat aurea, & talis punit ultimo ſupplicio uel datur ad beſtias ſecundum conditionem perſonæ ut, in. l. Quicunque ff. de fal. mo. ¶ Idem notandum ſecundo quòd habẽs ius cudendi monetam dicitur fraudare eam tribus modis. ¶ Primo ſecundum Inno. quando certum pondus a principio per quolibet denario demitur de mandato principis, & illam ſic diminutam mandat poſtea recipi ac ſi primi ponderis eſſet. ¶ Secundo modo ſecundum Inno. quando abiectior cuditur moneta multo minoris põderis uel ualoris quã eſſet deductis tamen expenſi factis pro ea fienda. Et ſic uult Inno. quod tantum debet ualere moneta in forma quãtum in materia ualet deductis tamen expenſis quas auctoritatem præſtans de ſuo facere nõ tenetur, immo ſi princeps indiget poterit inde habere aliquod lucrum ut ſic minus quam materia etiam deductis expenſis. Et hoc uerum ſi extra regnum non ſpargeretur moneta talis: quia tunc. ſ. extra regnum ſpargendo ſequeretur damnum etiam non ſubditorum. In primo autem caſu credit Inno. quod poſſit princeps minuere monetam cum conſenſu populi; quia quilibet poteſt renunciare iuri ſuo 7. q. 1. quam periculoſum: ſed dicit eſſe periculoſum & dicit ſufficere conſenſum magnatum regni; quia negocium putatur negocium uniuerſitatis. Fatetur etiam. Inno. licẽtiam populi non ſufficere quando moneta illa eſt expendenda extra regnum. Tertio modo fraudatur ſecũdum Hoſti. extrinſecus: ut quia princeps bonã monetam reprobat uel ęqualem uel minus ualentem ſubijcit ad hoc ut de reprobata bonum forum habeat, & illam conflari faciat & cudi.

¶ Quãtũ ad uſũ falſæ monetę. Nota qđ ſciẽter expẽdes falſam moneta uidetur q̃ teneatur pœna. l. Cornel. de fal. quæ regulariter ẽ deportator & omniũ bonorũ publicatio ſeruus uerò ultimo ſupplicio punit. Sed Bar. dicit hoc, pcedere quãdo expẽdit nummos plũbeos uel ſtãneos: q̃a de illis tantũ facit mẽtionẽ illa lex, alius punit pœna extra ordinaria. Hæc omnia. Abb. ſy. ¶ Nota tamen quod ubi in aliquo loco, ubi monetæ diminuti põderis min⁹ ualẽt ſecũdũ illã diminutionẽ emit debito pcio, & poſtea illas portat ad locũ alium ubi tãtũ ualẽt quãtũ integræ monetæ, ita in differẽter expẽdũtur & accipiũtur, & in tãtũ eas cõputãt quãtũ integras ut in quibuſdã ciuitatibus regni ex quo pl⁹ vẽdit eas quã emerit nõ uſi hoc peccare cũ nulli dãnũ inferat & ſibi ex ſua induſtria & labore lucrũ q̃rit, ſicut accidit de alijs mercimonijs q̃ pl⁹ minuſue ualẽt in uno loco quã i alio p regulã ſciẽti de re. iu. in 6. Sed q. bonas, & integras monetas diminueret, & ſic diminutas portaret ad talẽ locũ, utique fraudem faceret, & contra legem, & tenetur talis lucrum pauperib⁹ erogare. 14. quæſt. 5. cap. Non ſane. ¶ Sicut etiam non excuſarentur a peccato qui mone-

§. 5.

Pœna falſorũ numulariorum.

Qualiter moneta falſatur.

Aliquis moneta falſificat tripliciter.

De malis denarijs.

tas malas & diminutas scienter dant pro bonis, etiam si sibi datæ essent pro bonis & postea perpendit de diminutione ualoris, non enim potest absque peccato fraudis alteri dare pro bona & integra: quia culpa alterius & error suus non debet alteri nocere. Culpa enim debet suos tenere actores, & non alios.

¶ De falsificationibus in ponderibus, & mensuris. Ex concilio Maguntin. dicitur. Vt mensuræ & pondera iusta fiant: supple statuimus & infra. Siquis iustas mensuras & iusta pondera lucri causas mutare præsumpserit. 30. dies in pane & aqua pęniteat, extra de emptio. & uenditio. c. 2. in glo. Insuper punitur secundum leges scilicet cuiles. l. Cornel. de fal. Hæc pęnitentia hic taxata fortem locum habet cum conuinceretur iudicio ecclesiastico contentioso. Nam in foro pęnitentiæ idē iudicium est de ista sicut & de alijs taxatis in canonibus ut scilicet sit arbitraria. ar. de pę. di. j. Mensuram, & 26. q. 7. Tępora. Et dubium non est quin talis peccet mortaliter cū agat contra iustitiam, & in damnum proximorū & tenetur de omni damno inde secuto satisfacere extra de iniurijs & damno dato. Si culpa. Quod si scire non posset propter multitudinem personarum & uarietatem tenetur pauperibus erogare præcipue si in paruo illos lęsit. Tenetur etiam ad remediandū inquantum potest sine periculo suæ personę uel maioris scandali, ut scilicet auferantur de medio dictæ mensuræ uel pondera falsificata uel adęquentur & idem dicendum de eo qui eis scilicet falsificatis scienter usus fuerit scilicet quod peccat grauiter & de eo in quo alius damnificatur per hoc sibi obligatur.

Mensuræ & pōderis falsificatio

¶ De falsificatione in scriptis. Fit autem hoc uel in bullis papalibus, uel instrumentis, uel litteris, & alijs scripturis. Et in bullis papalibus, seu rescriptis dicitur falsa esse per surreptionem, & per nouam fabricationē eius, & per iuris interpretationē. ¶ Per surreptionē quidem dicitur falsa bulla uel rescriptū seu charta, cum scilicet in petitione gratiæ seu beneficijs, de quo ibi fit mētio aliquid tacitum est quod si fuisset expręssum nō esset concessum: cum est suggestum falsum quo tacito forte nō fuisset concessum, & talis dicitur falsarius, ff. de fal. l. Si quis obrepserit. Et cū hoc studiosè fit, & aduertenter nō est dubium, q mortale & graue committit. Non tamen talis incidit in excommunicationem latam contra falsarios bullarum secundum Ricar. in. 4. de qua infra dicitur, caret tamen commodo illius gratiæ: puta supplicatū est papæ quod det beneficium curatum alicui cum habeat ętatem legitimam scilicet 25. annos. & hoc est falsum: quia scit illum non habere. 22. uel cum supplicatur pro beneficio conferendo il legitimo tacito, quod sit illegitimus talis gratia sic surrepticie obtenta nil ualet ac si nihil obtinuisset. Verum in c. Super literis de rescrip. fit distinctio ut uidelicet quādo per malitiam ueritas tacetur, & falsitas suggeritur nullum commodum ex litteris impetrans consequitur. Qui autē hoc facit per ignorantiam & simplicitatem si tacuit talem ueritatem uel expræssit talem falsitatem quæ expræssa uel tacita nō impetrasset illas litteras alicuius gratiæ: idem iuris uidetur esse. Sed si etiam ueritate illa expræssa uel falsitate non dicta etiam litteras gratiæ alicuius impetrasset saltem in forma communi, tunc non caret commodo earum totaliter; sed tantum secundum rigorem iuris iudicatur ex eis nō secundum formam earum ut ibi dicitur, unde dicit glo. quod ad hoc ut rescriptum teneat nihil debet supprimi ex his quæ mouere animum principis possunt ad dandum rescriptum uel denegandum. ¶ Qui autem falsam chartam fabricat de nouo si est bulla papallis rescripcum talis deponitur, & degradatus tradit curiæ seculari, si est clericus puniendus scilicet morte extra de cri. fal. ad falsariorū. & excommunicatus ipso facto extra. e. ad falsariorum. Et ponuntur in c. Licet. e. ti. septē modi falsitatis cognoscendæ. De hac excommunicatione habes in 3. par. e. ti. 24. c. 13. 14. & 15. Secundum autem leges pœna falsarij hæc est depositio, & omniū bonorum cōfiscatio in libero i seruo pœna est mors. ff. de fal. l. j. Et hoc uerum in falsitate per se rescriptū principis: falsantes alias literas ecclesiæ excommunicātur. Quo autem ad forum conscientiæ ultra mortale graue cōmissum, tenetur falsarius siue testamenti, siue instrumenti cuiuscunque sit scripturæ ut libris mercatorum, uel scienter utens talibus de omni damno quod inde alicui sequitur, siue sit notarius, siue testis, siue cooperator, uel faciens hoc fieri, extra de iniur. & damn. da. Si culpa. Et omne emolumentum quod inde recipit tenetur restituere; quia fur est & latro. 14. q. 6. Si res & in multis locis est excommunicatus per synodales. Qui etiam scienter utitur falsis bullis incidit in illum canonem, & ultra mortale tenetur ad restitutionem si inde aliquid utilitatis percipit. Item nota secundum glo. sup. c. In memoriā,

§. §. Bulla falsa p nouam fabricationem.

9. 7. Bulla falsa p surreptionē.

di.

Falso ex iuris interpretatione.

di.19.quod charta falsa per iuris determinationem uel interpretationem dicitur: cum scribitur per maiorem partem uel omnes fuisse præsentes quæ tamen non fuit præsens ut extra de his quæ fit à præla.sine consensu.c. Quãto & talis falsarius suspẽditur ab officio & beneficio,ut extra de testi.Tam litteris.Itẽ dicitur falsa charta,quæ non habet testes inscriptos ut extra de procu.c.1.No.secundum Hosti.quod testes dicuntur inscripti quando per alium scribuntur. Sed subscripti dicuntur quando propria manu subscripserunt. Et quando quis scit scribere per se oportet subscribere in instrumento.Sed si nescit scribere tunc potest per alium subscribere, extra de sen.& re iudi.Cum inter.Item dicitur charta falsa,quæ habet subscriptione: sed uarijs manibus notatas & non est perfecta eadem manu ut extra de priuil.Cum olim, nisi ex hoc fit ibi diuersitas quod fit ibi calami, uel atramenti mutatio, ut in auten. de fi.instru.& caute. in prin.Item dicitur falsa, si est alieno sigillo signata dummodo habuit proprium.ut extra de appel.Significauit.Item dicitur falsa propter falsam grammaticam, ut extra de rescrip.Ad audientiam. Item dicuntur falsæ si sunt suspectæ & eis non imponitur fides,ut C.de proba.l.iubemus. Item dicitur falsa si sigillum est fractum, uel si non est annus indictionis apositus ut extra de fi. instru.inter dilectos. Item si sunt impetratæ lite pendente ut extra de testibus & attesta. causam.ij.Item si filium est ruptum ut extra de cri.fal.Licet itẽ si sunt impetratæ sine mãdato Dñi extra de rescript.Nõ nulli.Itẽ dicũ tur litteræ falsæ si epifcopus appellatur filiꝰ, uel si Papa uni loquitur in plurari ut extra de cri.fal.quam graui.Itẽ dicitur charta seu bulla falsa, si apparet cã fuisse rasam uel mutatã & talis deponitur extra de cri.fal. Ad audientiam hæc omnia in glo.in c.in memoriã dist.19.Sed quantum ad istud ultimum scili cet de rasura,& illud aliud.s.de falsa grãmatica dicit.Durã.ord mi.in sum.q̃ hoc intelligitur in rescriptis Papæ ext.de rescrip.Ad audientiã.Alia autẽ instra non viciat per falsam grammaticam.Vnde in priuilegijs & testamẽtis falsa latinitas non nocet dum constet de uoluntate testatoris, ut C.de testi.l.errore. Et hoc ideò, quia literæ papales transeunt per multas manus. Nam leguntur primo in petitrone,scdo in notula,tertio in lra grossa. Hæc Guss.& Ioh.35.q.9.c.Apostolicæ. Sed si habet defectum literæ uel syllabæ non uiciatur propter hoc c. ex parte extra de fi. instru.nisi subtractio literæ alium sensum induc at,quam dictio integra.c.iure dilectos,extra de fi.instru.Item instrumentum vitiatur si habet scripturam interlinearem,uel rasuram in loco suspecto quando literæ sunt apertæ, secus si sunt clausæ hæc ille. Item dicitur instrumentum falsum si est cõtrarium alteri ex eadem parte prolato,ut extra de fi.instru. imputari.Sed nota quod instrumenta uel attestationes cum inueniuntur falsæ pro parte utrum in toto reprobentur glo.Ioan.super c. ff.ad scripturas dist.9.arguit pro,& contra tãdem soluit dicens,quod si plura.ea.ibid.connexa sunt uel unum est accessorium alteri uno casso seu falso probato,connexa,& accessoria cassantur. Secus si diuersa & separata sunt. Hæc distinctio probatur. ff. de nego. ge.l.cum eum & 2.q.6.si quando. §. diffiniti ua. Sed Bar. Brix.dicit. Ego credo & si aliquid falsitatis reperiatur in instrumento, totum redditur suspectum vt.ff.de fi.instru.l.2. hæc,ibi.

Bullorũ falsitas ex incognitã latinitate.

¶Quarto si falsificatio in ptubus,cum.s. §.8. De filio alieno.
ponitur alienus partus,extra de pœ.& re.Officij.& ff.ad l.Cor.de fal.l.qui falsum. Et idẽ dicendum quando mulier coniugata habuit filium per adulterium quem maritus estimat suum.¶Nota si mulier concepit per adulterium,uel supponit sibi alienum partum quicquid expenderet pro nutritione & gubernatione illius creaturæ ad id in quo succederet putatiuo patri tenetur totum ad resti tuẽdũ: quia furtum commisit quantum possibile est.De hoc tamen sic dicitur in summa Ray. Talis mulier debet laborare quibuscunque modis potest ut legitimi hæredes non fraudentur de hæreditate paterna caute tamen.Reuelare enim simpliciter marito uel ipsi spurio vel suppositio non expedit absolute,s.& sine distinctione,vt dicit glo.tum quia forte prouenirent homicidia & adulteria: tamen quia maritus forte dimitteret eã & nõ ualent forsitan continere vterque adulterare tur,tum forte quia non crederent sibi: ita ergo procedat.Reuelet factum suum in pœnitentia sacerdoti parochiali uel alteri magis perito,& postea cum ipso,uel sine ipso reuelet episcopo in penitẽtia.Et tũc episcopus vel etiam sacerdos si tantæ discretionis,uel maturitatis sit uel quod tutius est ambo diligenter inquirãt simul & caute si spurius, uel suppositus sithomo spiritualis & timens Deũ. Quoinuento vocet eum secretò coram muliere& si uidebitur expedire recepto prius sacramento à muliere,quod non calomnioſe

Supposito prolis illegitimę.

procedat,& etiam ab illo quòd factum secretum teneat, poterunt reuelare sibi, & inde consulere quod ingrediatur religionem, uel quod transferat se ad longinquam regionem & sic nihil percipiat de bonis illius,quem credebat esse patrem hæc Ray.Idem Gui.& Hosti.& addit Hosti.quod etiam ipsa mulier potest marito reuelare si non timet sibi periculum sicut sunt aliquæ mulieres, quæ dominãtur uiris,& etiam aliquę scientibus uiris adulterantur, & filios ab alijs susceptos scienter ipsi uiri nutriunt tanquam suos. Et in huiusmodi casu cõsulendum est quod reuelet marito, & sic eo assentiente absoluta est mulier quantum ad restitutionem, quia concessum est marito disponere de suo sicut placet, hæc Hosti. Si uerò illi spurio uel suppositio nõ potest reuelari sine periculo,uel etiam marito, aut etiam si facta reuelatione tali filio secundum dictam formam non uult,acquiescere cõ filio tunc iniungatur mulieri,quod de sponsalicio suo,& alijs rebus quas habet, uel in futurum habere poterit satisfaciat iuxta posse,dolens semper de peccato, & si non potest plene satisfacere proponat firmiter in animo, quod satisfaciet,quam cito poterit, & sic erit in bono statu.ar.22.q.5.hoc uidetur, & extra de pe. & re. Officij, ubi ponitur talis casus. Dicta autem satisfactio fiat mediante psona discreta discrete, & caute & sub huiusmodi uerbis. Quædam persona tenetur uobis in hoc accipite.Item Guil.& Hostien.qui etiam addit quod satisfaciat etiam hæredibus ab intestato uel etiam scriptis scilicet in testamento.Satisfaciet etiam,ut dicit Inno.illis quibus ueriſimiliter credit, quod sua reliquisset uel si hoc:nescitur detur pauperibus. Quod si mulier non haberet, qđ daret tũc secundum Inno.si habet probationes,per quas releuare posset successores p̃dictos à dãno,q̃ hũt sua occasione,debet eas adducere nisi idẽ eẽt graue malũ prouẽturũ tunc.n. non debet facere,quia minus malũ est dãnũ rerũ,q̃ corporũ,& aiarũ.Et idẽ est in similib.Si uerò nõ habet p̃bationes,sileat.22.q.7. Plerũq;. Filius autem hmõi spurius uel suppositus, ut dicit Guil.nõ tenet̃ soli mulieri credere p̃cipue cũ multæ sine malitiæ,& fallaciæ mulierũ, uñ si in sana cõscia pseuerat credo i toto, q̃ excusatur p̃ ignorãtiã inuincibilẽ factæ deceptionis de percipiendis.Si uerò honestas, sęminę & probabiles circumstãtiæ faciunt ei probabilem cõsciam de ueritate facti, & uult tutiorẽ uiã tenere nil ulterius p̃cipiat. De perceptis aut etiã consumptis quãdiu habuit bonã

Qualiter mulier supponens alienum partũ satisfacere debet

Mulieres fallaces.

fidẽ.cõsulit Ray.quod restituat uel cõponat, uel remissionẽ petat aliquã aliã p̃sonam tacito negocio.Dicit tñ ad hoc non esse talem cogendum si de facili non potest ad hoc induci seu de consumptis.Vl.simpliciter dicit talem non teneri. Satis concor. Ioann. Neapoli.in quodlibet. Et addit non solum si periculum persõnæ immineret:sed etiã amissionis famæ & sine periculo utę non uidetur quod teneatur manifestare si hoc probare non potest.

¶ Quinto fit falsificatio in iudicio ut qñ iudex contra leges,& iura pronunciat, sicut iudex in sententiando iniuste,ff.ea.l.1.uel qui falsã legem uel canonẽ cuius auctor ignoraĩ, allegat sicut faciunt interdum aduocati iniustam coram defendendo,ff.ad l.Corneliam,de fal. l.1.uel etiam corrumpẽtes testes,aduocatos, & iudices,ff.eo.§.1.Sed de hoc ponetur speciale capitulum sequens. §.9.

¶ De iniustitia quæ fit in iudiciis,& quo ad iudicem,& quo ad accusatorem, & quo ad reum, & quoad testes, et quo ad aduocatorum, et quo ad procuratorem. Cap. 19.

DE iniustitia,quæ fit in iudicij,quæ frequẽtius ex auaritia procedit secundum illud Isid.li.sentẽ. Cito uiolatur iustitia auro. 11. quæst.3.Pauper.Vnde,& dominus in ueteri lege mandauit iudices instituí qui oderit auaritiã,cõtra ãt iniustẽ iudicantes inuehit psal. dicens ps.81.Vsque quo iudicatis iniquitatẽ, & facies peccatorum sumitis iudicare ęgeno & pupillo,ubi tria notatur.¶ Primo reprẽhẽditur prolatio iniusta sniarũ ibi.Vsque quo iudicatis iniquitatẽ.¶ Secũdo arguitur acceptio indebita persõnarũ,ibi.& facies peccatorũ sumitis.Tertio prẽcipitur subuentio miserabilium,& oprẽssorũ ibi.iudicate ęgeno, & pu.

¶ Quantũ ad primũ.Sciendum, quod iniquitatẽ iudicare est iniustẽ,& iniquè iudicare.Dicitur.n.iniquitas quasi inequitas.Æquitas autem ad quam intẽdere semper debet iudex secundum iura est seueritas iustitiæ dulcore misericordiæ tẽperata.Iniquè ergo iudicat,q̃ cõtra ęqtatẽ,& iustitiam iudicat,& hoc multipliciter.¶ Primo iudicando eum, qui non est sibi subiectus ut laicus clarum,& prẽlatus nõ subditum sibi.Contra cuius præsumptionem inuenit Apostolus Ro.14. Tu autem quis es homo qui iudicas alienum seruũ?Vnde,& in figurã dñs præcepit,& trãsiens alienũ agrum nõ mitteret talẽ in messem alienã,s.falcẽ iudicij in non subditos,ut exponit Greg.6.quæs. tertia. Scriptum. ¶ Secundo inique iudicat §.1.

qui

qui de his quæ Deo sunt reseruata iudicat, vt de occultis. Vnde Apost. j. Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare quoadusq; ueniat Dominus. Et Vrbanus Papa. De manifestis quidem loquimur secretorum enim cognitor & index est Deus 32. dist. Erubescant. ¶ Tertio iniquè iudicat, qui postposito ordine iudiciario iudicat. Vnde post multa c. 2. q. 1. concludit Gratianus. §. his omnibus, quod null⁹ est condemnandus nisi iudicio ordinabiliter habito aut conuincatur aut se reum confiteatur & Iob. 29. dicit de se. Causam quã nesciebam diligentissimè examinabam. Quarto iniquè iudicante qui per pecuniam sententias proferunt cum dicat Aug. Non licet iudici uendere iustum iudicium. 11. q. 3. Ad hoc etiam facit, & optimè quod habetur q. ea. Qui recte. Vnde contra tales inuehit Mich. propheta. 3. c. dicens. Iudices eius in muneribus iudicabant, &c. Et paulopost in punitione talis criminis dicitur idcirco Syon quasi ager arabitur. ¶ Quinto iniquè iudicat qui ex leuibus suspitionibus non sufficientibus probationibus sententiam profert, quod fiendum non esse dicit Melchiades papa dicens. Primo semper omnia diligenter inquirite, vt cum iustitia, & charitate diffinitatis. Neminẽ condemnetis ante uerum & iustum iudicium nullum iudicetur suspitionis arbitrio. In cuius figuram & exemplum dominis cum audisset clamorem Sodomorum de eorũ uitio noluit iudicare, seu proferre sententiam cum omnia sciret nisi prius oculis uideret per angelos inquirẽs, ut patet Gen. 19. ¶ Sexto iniquè iudicat, qui ad iudicandum non zelo iustitiæ uel ratione: sed passione mouetur, odij, amoris, timoris, uel ambitionis, sicut Iudęi ex odio, Pilatus ex timore iniusto contra Christum processerunt. Vnde 1. Pe. 2. ca. dicitur. Tradebat autem iudicanti se iniustè. Vnde Gre. dicit quod quatuor modis peruertitur humanum iudicium. Timore dum metu potestatis alicuius loqui pertimescimus. Cupiditate dum præmio animum alicuius corrumpimus. Odio dum contra quæmlibet aduersarium molimur. Amore dum amico uel propinquo præstare aliquid intendimus. 11. q. 3. Quatuor. Septimo iniquè iudicat qui existens in similibus peccatis uel grauioribus & præcipue notorij reos condemnat. Ad qđ facit quod ait Apost. Rom. 2. In quo alium iudicas teipsum condemnas. i. condemnabilem ondis. Hoc. n. alium scandalizat secundum B. Tho. 2. 2. q. 33. quia non uidetur facere ex iustitia: sed ea superbia & ostentatione. Vnde & Dñs de adultera dixit Ioã. 8. Qui sine pctõ est uestrũ primus in illam lapidẽ mittat. Non tñ debet crimina dimittere impunita: sed proponere emendationem in se & cum humilitate condemnare & nõ peccabit. Hinc & Amb. super Btũ immaculati ait. Iudicet ille de alterius errore qui non habet quod in seipso condemnet. Iudicet ille qui non agit eadem quę putauerit in alio punienda: nec cum alium Iudicat in se ferat sententiam. Iudicet ille, qui ad pronunciãdum nullo odio, nulla offensione, nulla leuitate ducat. Et j. Discite iudices ęculi quem in iudicando tenere debetis affectum sobrietatẽ in quam & sinceritatẽ. 3. q. 7. iudicet. De processu ãt iudiciario, & de pluribus pctis quæ fiũt iudicãdo hẽs in 3. p. ti. 9.

Peruertitur iudicium.

Adde. ff. ad. l. aquil. l. ita uinerat⁹.

§. 2. In iudicio non debere personã accipe.

¶ Quantũ ad secũdum principale acceptio p sonarũ reprehenditur, cum dicit. Facies peccatorum sumitis. q. d. malè facitis sumendo facies pctõrum. Sumere facies pctõrũ est respicere ad psonas potẽtes, & diuites, & nobiles: quia cõiter sunt pctõres, & sic nõ sm merita causæ: sed intuitu potẽtiæ, diuitiarum, consanguinitatis, amicitiæ, & hmõi, pro talibus iudicare quod pertinet ad acceptionẽ personarũ. Sed ut dr ext. de re iu. li. 6. ¶ Accipere psonã in iudicio non est bonũ immo prohibitũ dicẽte Dño. Vt magnum ita & paruum audietis. Debẽt. n. iudices Dñm oim, & supremũ iudicem inuitari de quo ait Pet. apo. Act. 10. In ueritate cõperi, q nõ est acceptor personarũ Deus. Vel ẽt quia facies significat conscìam, secũdum illud Tren. 4. Denigrata est super carbones facies eorũ. i. conscìam pctõrum tuspis effecta sordib⁹ uitiorũ. Sumere facies peccatorũ i iudicio ẽ iudicare sm conscìam, quã sibi faciũt pctõres, q nõ curãt agere cõtra iustiã dũmõ seruiãt & cõplaceãt amicis, & diuicias & gloriã cõsequẽtur. ¶ Refert Pe. de Pa. in 4. qui Frãcia dũ q dã foderet in agro suo in uenit hũanã linguã iuuã loquẽtẽ. Et interrogat⁹ qs eẽt. Rñdit fuisse lingnã hõis pagani q iudex fuerat diu in paganismo mortuus & sepultus & quia nũquam dederat sniam iniquã iõ Deus reseruaret illã aiam i illo mẽbro suę linguę quousq; baptismũ reciperet. Vñ rogauit q signãret hoc ẽpo loci vt ueniret ad baptizãtũ eũ, & hoc eẽt signũ ueritatis pdictorũ, si ipa lingua baptizata subito i puluerem reuerteret. Aduocat itaq; eps cũ clero, & populo. Et p⁹ locutionẽ ipsi⁹ linguę đ pdictis corã oĩb. baptiza-a subito resoluta ẽ i puluerẽ. Vel ẽt sumere facies pctõrũ ẽ iudicare đ reb. sm apparẽtiã prout faciũt peccãtes, non sm existẽtiã, put sunt. Cõtra quos (ait saluator.)

Exẽplũ de iusto iudice Paganno.

Nolite

Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum &c. Io. 7.

§. 3. Ægeno & pupillo in iuditio sub ueniēdū est.

¶ Quantum ad tertium Mandatur iudicibus ut debeant subuenire paupetibus & pupillis di. Iudicate ægeno, & pupillo, tales enim communiter opprimuntur ab alijs, unde Isido. in li. sen. Pauper dum non habet quod offerat non solum non auditur: sed etiam contra iustitiam opprimitur 11. q. 3. Et per Isa. Dominus ait pupillo non iudicant, & causa uiduæ non ingreditur ad eos. Non sit egit Traianus imperator & si Ethnicus: sed causam uiduę sibi querelam ponentis de filio occiso à filio ipsius imperatoris patienter audiuit, & iustissimè iudicando sententiauit. Sic filiæ Salphaat quinque orphanæ in petitione sua iuste fuerunt à iudice Moyse populi Israel auditæ & exauditæ. Sic sanctus Iuo Britanus causas orphanorum & pupillorum contra potentes efficaciter defendebat. Et sanctus Ludouicus rex Francorū ipsorum grauamina diligētissimè subleuabat, tenentur enim iudices ad hoc ex officio. De ipsis enim dicitur. Veritas cum minime defensatur opprimitur. Negligere quippe cum possis perturbare peruersos nihil aliud est quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obuiare. ei. 85. error. Sed & Gra. probat qđ uiduis & orphanis tenentur episcopi auxilium præstare, & contra improborū uiolentias protectionis patrocinium non negatur di. 87. per totum. Vbi dicit gloss. quod uiduis, pupillis, liberis & oppressis tenetur prælatus patrocinium prestare, Et super capitu. Licet di. ea. dicit glo. quod pauperum, & oppressorum spectant ad ecclesiarum extra de uerb. sig. Super quibusdam. Spectat etiam ad iudicium regis ut 53. q. 5. Regum est. Item tutelam miserabilium personarum, pupillorum orphanorum, & uiduarum omnes possunt suscipere clerici & monachi, ut dicitur di. 86. c. Peruenit cum glo. Monachi tamen non sine licentia suorum superiorum. Dominus Deꝰ etiam promittit eas iuuare Psal. 131. Viduam eius benedicens benedicam &c. Et Psal. 9. Orphano tu eris adiutor.

§. 4. Quinq; genera personarum in iudicio concurrunt.

¶ Notandum autem quod in iudiciis concurrunt quinque genera personarum, s. iudex ad sententiandum. ¶ Actor ad accusandum. ¶ Reus ad respondendum. ¶ Testis ad probandum. ¶ Scit aduocatus seu procurator ad defendēdū, & quemliber horum ex auaritia cōtingit perpetrare peccatum quod cōmuni nomine iniustitia nuncupatur. Vnde de singulis horum uidendum est. ¶ Et primo iudex committit iniustitiam cum profert iniustam sententiam, & hoc potest esse per certā sciētiam aut per ignorantiam aut per negligentiam. Et cum hoc facit primo modo. s. aduerter peccat mortaliter & multum grauiter quia agit contra Deū cuius officio fungitur. Dicitur enim Dei est iudicium contra bonū commune quod conseruatur, & promouetur per iustitiæ executionem, & contra charitatē & iustitiam erga illum contra quem profert sententiam & grauius est rapina. unde tenet ei de omni interesse in casu quod ille p quo dedit sententiam iniquam non uellet, uel non posset satisfacere. Ratio est: quia occasionem. s. ut causam efficacem dedit damno illius, & qui occasione dat damni damnū quoque dedisse uidetur, extra de iniur. & damn. da. Si culpa. Vnde glo. super c. hoc etiam placuit, 2. q. 6. dicit quod si iudex per dolum uel gratiam, uel odium, uel pro pecunia male iudicauit ponitur in ueram litis æstimationem, & infamis efficitur, C. de pœ. iudi. qui ma. iudi. l. 2. Et ultra restitutionem secūdum leges multas alias pœnas sustinere debet. Et quamuis in foro iudiciali non cogatur ad restitutionem uel alias pœnas nisi conuictus uel confessus, tamen in foro pœnitentiali seu cōsciētiæ absque conuictione tenetur ad restitutionem omnis damni læso ut dictum est secundum Ray. & Host. & Vl. & debet ei imponi pœnitentia tanquàm pro grauissimo crimine 11. q. 3. c. Quicunque. Si autem esset talis iudex ecclesiasticus incurreret pœnā suspensionis ab executione officij per annum. De qua vide intra i 3. pār. tit. 9. ¶ Si verò p ignorātiā iniuste iudicat, tunc aut ex se iudicat sine assessore aut de consilio assessoris, & si primo modo, siex se, & ignorātia illa est crassa, & supina: quia nec per se sciebat quod communiter debebat scire nec ab aliis curauit inuestigare, tunc secundum Ray. & Vl. & Guil. ideò secundum leges tenetur læso in quantum bonum, & æquum uidebitur religioni iudicantis. C. de uar. & extraor. congn. l. fi. In iudicio autem animæ credo inquit Ray. quod tenet ad restitutionem vt in primo casu. Ratio huius est: quia in culpa fuit cum sciuit uel scire debuit se insufficientem, & tamen iudicare præsumpserit, extra de iniur. & damn. da. Si culpa. Si autem fuisset ignorantia probabilis in eo: ut quia facta debite diligentia ad inuestigandum à peritis de consilio eorum tulit iniustam sententiam pro iusta siue scienter male & iniuste consulentibus, siue quia erat materia uariarum opi. & illi secūdum suā opi.

Iudex cōmittit iniustitiam.

Perignorātiam.

quam

quam rectam putabant consuluerunt excusatus est iudex præcipue delegatus secundum Vl. & etiam ut uidetur ordinarius nil omittendo de contingentibus ad inuestigandum ueritatem rei. Si uero iudex hoc fecerit de consilio assessoris, qui asserebat talem sententiam iustam excusatur: quia in eo est ignorantia probabilis, quæ excusat ar. di. 37. §. fi. Dantur enim assessores iudicibus propter scientiam eorum ut consulant ignorantibus iura. Quanuis. n. non possit esse iudex ecclesiasticus nisi habeat mediocrem saltem scientiam ut extra de elect. Cum a nobis, & dist. 20. cap. 1. in gl. Tamen in seculari iudicio si habet consuetudinem causarum siue peritiam iudicandi potest committi causa iuris ignoranti, & potest esse ordinarius. C. de iudi. l. certi iuris, ubi dicitur quod milites possunt esse iudices. ¶ De iudice etiam delegato dicit Vl. quod sæpe est ignarus iuris, quod etiam nouit delegans: sed ratione bonitatis delegat sibi causam, & talis si tulit iniustam sententiam bona fide, & consilio peritorum non tenetur ad satisfactionē. Et idem uidetur dicendum de arbitris, quo ad sententias iniustas.

¶ Si uero tulit iudex iniquam sententiam siue ordinarius siue delegatus siue arbiter: qa scilicet, & si erat sciens tamen neglexit reuoluere libros, & studere materiæ, uel si nesciebat per se neglexit quærere consilia peritorum: etiam si esset delegatus non excusaretur ab obligatione restitutionis parti læsæ p suam iniquam sententiam, etiam si credebat iustam forte secundum Ray. & Vl. Ité si fuit negligens iudex ad assumendum idoneum assessorem: quia elegit ignorantem, aut hominem malæ conscientiæ secundum communē opi. siue hoc fecerit ex auaritia, ut minus expenderet in salario dando, siue examititia, ut seruiret amico pro illo roganti, siue ex incuria, uel alia causa non excusaretur restitutione: quia in culpa fuit extra de iniur. & dam. da. Si culpa. Si autem assumpsit qui communiter tenebatur bonus, & sufficiens, uel datur sibi a superiore ita quod de eius consilio habet iudicare, tunc excusatur iudex a peccato, & restitutione ferendo iniquam sententiam quam credebat iustam ex consilio assessoris ipsius: sed ipse assessor tenetur insolidū parti læsæ consulendo seu ostendendo sententiaforē iustam hoc facit mala fide, & contra conscientiam, uel etiam bona fide; sed ex crassa ignorantia aut negligentia, ff. quod quisque iur. l. 2. & hoc secundum Ray. & Host. & Vl.

¶ Item no. quod iudices seu officiales iudicantes in causis usurarum, ut Florentie officiales mercātiæ si per suā sententiam cogūt ad soluendum aliquas usuras uel non ad repetendum solutas, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutione, quia præstant causam efficacem damni, extra de iniur. & dam. da. Si culpa. Et si hoc facerent ex statuto uel consuetudine tales officiales sunt excommunicati ut i clc. ex graui. de usuris. Item iudex si accipit pecuniam ut iudicet siue, ut nō iudicet siue ut iudicet malè siue iudicet benè peccat mortaliter cum teneatur gratis officium suum exercere. ar. 14. q. 5. Non sme. Pecuniā autem illā retinere nō potest; sed quid debeat facere de tali pecunia habes infra in 3. parte ti. 6. Vbi etiam habes utrum possit pœnas debitas reo relaxare uel augere uel minuere. §. 5.

¶ Actor siue accusator requiritur in iudicio, quia ut dicit Ambr. Iudicis non est sine accusatore damnare 2. q. 1. De manifesta. Et hoc nisi crimen sit notorium. Euidentia enim parati sceleris clamore non indiget accusatoris. 2. quæst. prima. De manifesta. Fama. n. publica cum accusat. Sed quia is, qui uocat aliquē ad iudicium quærelam ponit, aliquando de causa criminali, seu crimine, aliquando de ciuili, seu de rebus tēporalib. In criminali dicitur accusator, in ciuili consueuit dici actor, quamuis etiam in criminali etiam actor dicatur. Tripliciter autem contingit talem peccare. ¶ Primo calumniosè agendo, scilicet imponendo alicui falsum crimen ex malitia, uel petendo aliqua bona tanquàm sibi debita, quæ nouit per se uel ex consilio peritorum sibi nō debere, & talis in utroque casu peccat mortaliter agens contra charitatem proximi, & contra iustitiam, & periurus est communiter, & de omni damno inde secuto tenetur læso modo sibi possibili, extra de iniur. & dam. da. si culpa, & 14. q. 5. Non sanè, in fi. & q. 6. Si res, quia si damnificat in bonis temporalibus illa debet restituere. Si in fama uel persona: quia accusatus de crimine iniustè, & conuictus falso infamatur de facto, & occiditur uel mutilatur uel aliàs læditur in persona, debet sibi satisfacere, ut potest ad arbitrium boni uiri non tamen tenetur se manifestare post factum si inde sibi periculū uitæ immineret. Sed si est in progressu causæ: debet dimittere, & non prosequi. ¶ Secūdo peccat actor in ordinatè desistendo a prosecutione causæ inchoatæ scilicet præuaricando, s. aliam partem, uidelicet accusatum adiuuando colludendo cum eo dissimilando, uel non inducendo legitimas probationes quas habet contra reum, & acce-

Cōsilio assessoris.

Per negligētiā.

Assessor iudicis qualis esse debeat.

Actor peccat calūnio se agendo.

Inordinatè desistendo.

acceptando falsas excusationes rei, quod habet locum in criminibus: aut etiam ex toto desistit prosecutione causæ sine debito ordine iuris, quod dicitur tergiuersari. Et hoc facit corrupt⁹ pecunia à reo, & amicis eius, aut precibus eorum inductus, & tunc peccat mortaliter; quia facit contra rem publicam cuius bonum procurator per puntionem criminũ, quod ille impedit secundum B. Th. 2e. 2e. quæstione 68. In causa autẽ ciuili seu ubi agitur de temporalibus: quia ibi non intendit nisi indemnitas actoris seu acquisiti iuris ipsius actoris, & quilibet renunciare potest iuri suo 7. q. 1. quam periculosum, ideo absque peccato potest desistere a prosecutione causæ suæ siue concordando cum eo, siue ad uitandum expensas, & grauamina litigiorũ. ¶ Tertio modo actor offendit cum & si habeat iustam causam criminalem siue ciuilem per indebita media causam prosequitur utendo mendacijs in iudicio uel falsis instrumentis, & testibus, & probationibus alijs ne amittat iustam causam quod etiam mortale est secundum B. Thom. 2e. 2e. quæstione 68. unde nullo modo licet. 22. quæstione 2. Faciat. Verum si inde obtinet uictoriam causæ ex quo certus est de sua iustitia causæ non tenetur ad satisfactionem alteri parti nec etiam expensis placiti, cum ille iniuste vexauerit eum. S. autem actor in causa ciuili æstimat se ius habere: quia, & si bi dicitur ab aduocatis, & peritis uel etiam dubitat de iure suo nec in processu causæ cognoscit contrarium etiam si causam haberet iniustam non peccat placitando quamuis melius faceret concordando vel dimittendo. Nemini enim facit iniuriam, qui utitur iure suo dicit lex. Et si obtinet uictoriam causæ non tenetur satisfacere dum hoc ignorat: quia probabilis ignorantia excusat, eũ di. 37. §. fi. sed si postea certificatur de errore suo tunc tenet ad restitutionem illorum bonorum, & hoc ni si iam bona fide præscripserit, extra de præscrip. per totum. In causa autem criminali nisi sit bene certus de crimine, & posset legitimè probare non excusaretur à peccato mortali accusando: quia exponit se periculo magno sui vel proximi sine causa sufficienti. Item no. secundum An. de Bu. super, c. quia plerique, quod cum quis siue actor reus aliqua tenet ex iusta sententia data pro eo à iudice, quamuis lex positiua ei assistat: tamen quia lex naturalis resistit: quia non debet quis locupletari cum aliena iactura uel damno de re iur. li. 6. Locupletari. Ideo tenetur talis restituere sic habita, etiam sine procuratione ipsius obtinentis eãm: sed sola iudicis ignorantia obtinuisset, & ille qui succumbit non appellasset, quasi uideat ille acquieuisse ex quo sua non appellauit lęsus: quia talis non est uerus: sed præsumptus consensus, vt not. de sen. & re. iudi. quod non sufficit in foro conscientiæ. Hęc ille. Quod intelligendum vt, quando talis sufficienter nouit sententiam iniustam fuisse datam pro se, siue tunc: siue postea.

Indebitè prosequẽdo.

Sententiæ iniustæ quãdo irritandæ.

¶ Reus concurrit in iudicio. Dicitur. n. reus is qui accusatur seu impetitur super aliqua re siue iuste siue iniuste. Et talis triplici potest peccare, & mortaliter. ¶ Primo dicendo falsitatem uel tacendo ueritatẽ, ut cum iudex exquirit ab eo ueritatem secundum ordinem iuris siue in causa ciuili scilicet cum agitur de aliqua re temporali, ut cum interrogatur si pecuniam mutuo accepit ab actore, uel si non restituit mutuatam sciens se accepisse hoc negat, uel restitutam asserit, uel etiam in causa criminali cum accusatur, & sunt semi probationes, uel cum infamia exorta erga aliquem fit inquisitio super hoc etiam in casu mortis negat se commisisse maleficium perpetratum, peccat mortaliter talis. Et ratio est secũdum beatum Tho. 2. 2. q. 69. quia facit contra debitum iustitiæ, & hoc est mortale. Pertinet autem ad debitum iustitiæ, ut quis obediat suo superiori in his ad quæ ms suæ prælationis se extendit, superior autem est iudex respectu eius qui iudicabitur, & ideò ex debito tenetur accusatus iudici exponere ueritatem quam ab eo secundum formam iuris exigit, hæc Tho. Si autem non esset legitimus iudex puta quia habet dominium usurpatum cum non sit superior eius non uidetur facere contra iustitiam, si non obediat ei in dicendo ueritatem, peccat tamen dicendo mendaciũ. Et mortaliter si peieraret, uel nocumentum notabile proximo inferet. Similiter etiam si esset legitimus iudex, & non inquireret secũdum formam iuris, puta quia imperitus de debito pecuniæ sine aliqua infamia exorta uel occasione inquirit ab eo de homicidio uel furto, tunc non tenetur respondere, sed potest per appellationem uel aliter subterfugere iudicium eius, non tamen debet mendaciũ dicere secundum Thom. Accusatus autem uel inquisitus iuridicè de uno maleficio, & conuictus potest inquiri, & de alijs, & tenet ueritatem dicere secundum Pe. de Pal. in 4.

§. 6. Reus peccat falsum dando.

¶ Secundo reus potest peccare mortaliter, calumniosè se defendendo, nam isto modo etiam si haberet iustam causam peieraret, quod super est mortale, nam in causam etiam criminali

Calumniosè se defendẽdo.

criminali uramentum de calumnia præſtandum eſt, extra de iura. ca. c. inherentes. ¶ Pro cuius declaratione dicit. B. Tho. 2. 2. q. 69. q

Veritatem licet tacere, non falſitate proponere.

aliud eſt ueritatem tacere, aliud eſt falſitate proponere. Horum primum in aliquo caſu licet. Non enim quis tenetur omnem ueritatē dicere, ſed illam quam ab eo poteſt & debet exigere iudex ſecundum iuris ordinem, puta cum præceſſit infamia ſuper aliquo crimine, uel aliqua indicia apparuerunt; uel cum præceſſit probatio ſemiplena. Secundum autem ſcilicet falſitatem proponere nullo modo licet. Ad id autem quod licitum eſt poteſt quis procedere uel per uias licitas & fini intento accommodas, quod pertinet ad prudentiā: uel per uias illicitas & propoſito fini congruas, q̄ pertinet ad aſtutiam, quæ exercetur per fraudem & dolum & primum quidem laudabile, ſecūdum uerò uitioſum. Reo igitur licet ſe defendere occultando ueritatem quam confiteri non tenetur, per aliquos conuenientes modos puta quod non reſpondeat ad quæ reſpondere non tenetur, & hoc eſt calunniosè ſe defendere: ſed prudenter euadere. Nō aūt licet uel falſitatē dicere uel ueritatem tacere quam dicere tenetur, nec

Fraꝰ & dolꝰ habēt uia mēdacij

aliquā fraudem adhibere: quia fraus & dolus uim habent mendacij quod eſt calūniosè ſe defendere hæc. Tho. Quantumcunq; ergo quis haberet iuſtam cauſam: ſed quia non habet probationes ſufficientes amitteret in notabile detrimentum ſubſtantiæ uel perſonæ non propterea licet ubi dicere mendacium uel inducere falſum teſtem uel falſum inſtrumentum uel aliquid huiuſmodi, alias non excuſaretur à mortali. ¶ Tertio peccaret eius per appellationem iniuſtam, uidelicet cum quis appellat à ſententia cauſa afferendę moræ ne contra eum iuſta ſententia feratur, peccat mortaliter, quia hoc eſt calumniosè ſe defendere. Talis. n. agit cōtra iuſtitiā quia offīn iudicis impedit uñ ei iniuriā facit, & ēt aduerſario ſuo cuius iuſtitiam inquātum pōt perturbat. Et ideò ſicut dicitur. 2. q. 7. Oio punien dus eſt cuius iniuſta appellatio pronunciatur, & tenetur etiam ad ſatisfaciendum de damnis & expenſis. Secus ſi appellat ex confidentia iuſtæ cauſæ: quia. ſ. credit ſe habere iuſtam cauſam hæc B. Tho. ubi ſupra. Item condemnato ad mortem ſi iuſtè hoc fit non licet ei ſe defendere per uiolentiam & huiuſmodi, aliàs eſſet mortale, non tamen tenetur facere unde ſequatur ei mors puta manere in loco carceris ſi inuenit apertum, uel non comedere condemnatum ad mortē per famem ſi cibus ei occultè offeratur, ſed condemnato iniuſtè ad mortem licet reſiſtere cō damnāti iudici ſicut & latronibus & ſe defendere: niſi forte propter ſcandalum uitandum cū ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur hæc B. Th. 2. 2. q. 69. argu. 4.

§. 7. Peccat falſitate dicēdo.

¶ Inducitur etiam teſtis in iudicio. Et triplici ter poteſt peccare. ¶ Primo dicendo falſitatem ſcienter, & talis peccat mortaliter ſecundum beatum Tho. 2. 2. q. 70. tum quia facit contra iuſtitiam lędens bonum commune uel proximum, tum quia facit contra octauum præceptum expreſsè quo dicitur. Nō loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. Exo. 20. tum quia periurat. Nam teſtis iurat: aliàs non crederetur ſibi quantæcunq; religioſis ſit, extra eo. Nuper. Et iurare debet ſecundum Ray. & Hoſtiē. quod dicet totam ueritatem quam nouit de re illa. 3. q. 9. hortamur, & quod non admiſceat falſum nec aliquid de ſuo adijcet. 3. q. 9. Pura. Item de quorundam conſuetudine additur & bene quod nulli pandet teſtimonium. 4. q. 3. §. Item in criminali. Poteſt tamen remitti iuramētum de cōſenſu ptiū extra e. Tuus, niſi in cauſa matrimoniali. Teſtificādo inſuper falſū aduertētur teneī ad reſtōnē oium q̄ exinde proximꝰ amiſit propter eius teſtimonium. 14. qō. 6. Si res & 2. q. 1. notum. ¶ Secūdo peccatis in teſtificando cum id quod eſt ſibi dubium aſſerit ſibi certum, & talis peccat mortaliter: quia exponit ſe periculo peccati & dānificationis alterius cum poſſit contrarium eſſe eius quod dicit, & etiam peierat cum iuret ſe ſcire illud quod neſcit. Nam non admitteretur eius teſtimonium ſi non diceret ſe ſcire quinimo ſolent teſtes interrogari unde & quomodo ſciant. Et ſi interrogati de cā ſcientiæ nō dicāt non ualet teſtimoniū. 4. q. 3. §. item ſolā, & in auth. de teſti. §. & licet dudum. Et tenentur ad reſtitutionē ſi inde proximus iniuſtè dammificaretur, debet ergo homo inferende teſtimonium ſecundum B. Tho. 2. 2. q. 70. id de quo eſt certus pro certo aſſerere, & id de quo eſt dubius ſub dubio proferre. Verum quia ex labilitate humanæ memoriæ contingit quod quis reputat ſe quandoque certum de eo quod falſum eſt, ideo quis cum debita ſollecitudine recogitans æſtimat ſe eſſe certum de eo quod falſum eſt, non peccat mortaliter hoc aſſerens: quia non dicit falſū teſtimonium per ſe & ex intentione: ſed per accidens contra id quod intendit hæc Tho. Sed nec tenetur ad reſtitutionē dānū paſſo. ar. 23. q. 5. De occidendis. Nō aūt excuſaret à

pec-

pctō si imꝑmeditatione, & negligētia & si nō ex malitia diceret falsum nec etiam ut uidet ob restitutionem si inde proximus damnū incurreret, extra de iniur. & dam. da. si culpa.

Pecuniā accipiendo.

¶ Tertio peccatum committitur & mortale cum pecunia accipitur pro testimonio ferendo etiam si pro testimonio ueritatis. Et ratio huius est: quia expresse facit contra iura cū hoc prohibeant & valde iuste ad vitandū corruptionē veritatis propter pecuniam. Vnde dicit. Aug. quod non licet testi uendere uerū testimonium. 14. q. 5. Non sane. Et multo magis peccat cum accipit testis pecuniam ad falsitatem dicendam vel occultandam ueritatē. Potest tamen testis accipere expensas tm̄ ab eo qui eū producit, puta si ex testimonio ferendo dietam facit, uel etiam operam suam & lucrum dimittit, & huiusmodi. 14. q. 3. §. vēturis. Accipiendo autem pecuniam pro testimonio restituat ei à quo accipit, nisi ille dedisset ad corrumpendū testem. nā tunc ei debet dari in cuius iniuriam accipit uel pauperibus erogari. ¶ Quarto peccatur in omissione testimonij cum ferri debet in utilitate testimonium omittendo proximi. Pro cuius declaratione distinguendū est secundum B. Th. 2. 2. q. 70. nā testimoniū super aliqua re quā quis nouit: aut ab eo requiritur aut nō requiritur. Si requiritur tunc subdistinguendum, q a aut requirit auctoritate sui superioris cū ei teneatur obedire aut nō auctoritate sui superioris. Et si primo modo ideſt auctoritate sui superioris cum ei reneatur obedire in his quę pertinent ad iustitiam tunc sine dubio tenetur ferre testimonium in eis dum taxat in quibus exigitur ab eo testimoniū secundum ordinem iuris, puta in manifestis, & de quib⁹ præcessit infamia. Et in huiusmodi omittēdo testimonium ferre peccaret: quia contra obedientiam ageret & contra charitatem non iuuando proximum uel bonum cum debet sed si exigatur testimonium ab eo in non manifestis & de quibus non præcessit infamia non tenetur ferre testimonium: si autē requiratur testimonium eius non auctoritate superioris tunc ad liberandum hominem ab iniusta morte, seu quacunq; pœna uel falsa infamia uel aliquo damno tenetur nihilominus ferre testimonium. Ad quod facit dictum Ps. 81. Eripite pauperem & egenum de manu peccatoris liberate. Et illud Inno. Negligere cū possis pertubare peruersos nihil aliud est quā fouere, nec caret scrupulo societatis occultæ q manifesto crimini desinis obuiare. 83. di. Error. Si nō requiritur super hoc & indę uidet sequi iniustitiam & damnum proximo notabile, in persona, fama, vel substātia tenetur facere quod in se est vt veritatem denunciet ei qui pōt ad hoc prodesse. Iuxta illud Prouer. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortē. Et Ro. 1. Digni sunt morte non solum qui faciūt: sed etiam qui consentiunt facientibus. Et 23. q. 3. ostēdit cū pluribus alijs capitulis. Et in prędicto casu ſm Ray. de dāno etiam sacerdotes & alij clerici & religiosi tenentur 24. q. 2. q̄q̄ nisi sit talis causa in qua non licet eis ferre testimonium, ut in causa sanguinis. Idē. Vl. ¶ Super his autem quæ ad condemnationem alicuius pertinent non tenetur secundum Tho. homo ad testificandum nisi cum à superiore compellatur secundum ordinem iuris: quia si circa hoc ueritas occultaī nulli ex hoc spēciale damnum nascitur, & si immineat periculum accusatori non est curandum: quia ipse se in hoc periculum spontē iniecit. Alia autē ratio est de reo cui periculū imminet eo nolente. Guil. etiam quod in odiosis exceptionibus uel criminibus non consueuerunt testēs compelli posse licet quandoq; cōpellātur ut in inquisitionibus. ¶ De his uerò quæ in secreto cōmissa sunt alicui utrum debeat quis testificari etiam requisitus dicit B. Tho. 2. 2. q. 70. quod si quis hoc habet in secreto per confessionem scilicet audita nullo modo potest testificari: quia non scit hoc ut homo, & maius est uinculum ſacramenti quam præceptum hominis. Sed si extra confussionem ei commissa sunt sub secreto distinguendū est: quia si sunt talia quæ statim cum ueniunt ad notitiam hominis debent manifestari, puta si pertinent ad corruptionem multitudinis corporalem uel spiritualem uel graue damnū alicuius personæ: uel si quid aliud est quod propalare tenetur, debet manifestare testificando uel manifestando uel denunciando, quia contra hoc debitum non potest obligari per secreti commissum. Iuxta illud. In male promissis rescinde fidem 22. q. 4. Si autē sunt talia quæ quis prodere nō tenetur, unde possunt ex hoc obligari quod sibi sub secreto cōmittuntur, & tūc nullo modo tenetur ea prodere etiam ex præcepto superioris testificando & ratio est: quia seruare secretum est. de iure naturali: nec potest hoc præcipi contra illud quod est de iure naturali.

De secretis cōmissis.

Peccatū conscientiæ.

¶ Aduocatus, procurator, & iure consultus §. 8.
peccare possunt multipliciter. ¶ Et primo ad Si defendit causam iniustam.
uocatus si scienter defendit causam, quam nō uult iniustam secundum Beatum Tho. 2. 2. q. 71. peccat graviter, ideſt mortaliter & ratio

est

est; quia illicitum est eo operari alicui ad malum faciendū consulendo, adiuuando, uel aliter consentiendo. Vnde dicitur. Ro. 1. Digni sunt morte non solum, quod faciunt, sed etiā qui consentiunt facientibus. Similiter etiam cum à principio causæ credit iustam, & in processu uideat causam iniustam peccat grauiter defendendo eam, non tamen debet eam perdere, ut scilicet iuuet aliam partem, uel secreta suæ causæ alteri parti reuelet: quia malefaceret, & contra fidelitatem. Sed debet eam deserere dicendo clientulo, quod nō habet iustitiam, uel eum ad cedendum inducere uel componendo cum aduersario sine sui tamen damno. Et tenetur talis ad omne damnum, quod altera pars ex eius auxilio incurrit, hæc Thom. Idem Rayn. & allegat, l. rem C de iudi. Et idē statuit Greg. 10. ¶ De restitutione uidetur intelligendum in casu in quo clientulus suus, qui obtinuit uictoriā causæ non uellet, uel non potest restituere. Nam, & ille cum receperit utilitem causæ iniustæ principaliter tenetur cum hoc nouit. Sed si ignoraret puta: quia aduocatus uel periti dicunt eum ius habere uidetur excusari cum laborat hac ignorantia distin. 37. §. fi. Insuper si dixerit clientulo iustam eum habere causam quam nouit iniustam si causam perdit tenetur ei de expensis factis sibi, & alijs in litigando. Secus autem si ipsæ clientulus cognoscens iniustam causam uoluit eam defendere, extra de iniu. & dam. da. Si culpa.

Ignorās uel negligens.

¶ Secundō peccat aduocatus in defendendo, causas cum est ignorans uel negligens, nam si assumit iustam causam, & ex ignorantia notabili uel negligentia sua: quia non laborat in reuoluendo libros, ut inueniat ueritatem, & clientulus amittit causam, peccat mortaliter. Et ratio est: quia notabiliter nocet proximo cum possit, & debeat iuuare, nec debuit se ponere ad illud officium uel ad actum ad quod non erat idoneus, extra de iniur. & dam. da. si culpa. Et tenetur ad restitutionem damni inde secuti clientulo suo secundum. Raynu. & Hosti. Si uero defendit causam iniustam, quā credit iustam, ex ignorantia notabili utique peccat mortaliter, & ratio est, quia exponit se periculo grauis damni proximi, unde, & periculo peccati mortalis, & si obtinere uictoriam causæ teneretur ad satisfaciendum parti lesæ.

Si allegat falsa

¶ Tertio peccat mortaliter aduocatus si allegat falsa contra conscientiam uel instruit falsum testem, uel inducit clientulum suum ad negandum ueritatem etiam, si defenderet iustam causam, & aliter obtinere non posset uictoriam, & ratio est, quia secundum Apostolum Ro. 3. Non sunt facienda mala, ut inde eueniāt bona nec uti licet indebitis medijs, ut ueniatur ad bonum finem. Ad restitutionem autem non uidetur teneri, sed si abstulit bonam causam, & iustam aduersario per dictos modos uel per cauilationem suam uel ipsum grauauit in petendo dilationis superfluas uel faciendo positionem duplicem uel cauillosam, tenetur talis in solidum ad uerum interesse in omne damnum secundum. Hostien. Gregor. 10. etiam statuit in supradicta cōstitutione, quod id quod aduocatus recipit iniqua aduocatione uel cōsilio tenetur duplum restituere, & nihilominus de damnis tenetur satisfacere lesis. Et idem statuit de procuratore. Et iurisconsultus in dando consilium scienter in causa quā nouit iniustam, si operatur uictoriam causæ illud consilium: similiter ad omnia damna. Nō autem si credit iustam, & habet causam credendi, extra de regul. iur. Nullius ex consilio tenetur nisi fuerit fraudulentum in 6. Si autem causa est dubia utrum scilicet contineat iustitiam nec ne quod si remanet dubia usque ad diffinitionem causæ licet aduocato, procuratori, & iurisconsulto iurare secundum B. Tho. ubi supra, & Gui.

Aduocatus recipiens aliquid ex malo cōsilio tenet ad duplū.

¶ Quarto peccatur ab aduocatis, & procuratoribus, & Iurisconsultis circa receptionem immoderatam salarij uel indebito modo secundum B. Tho. Quamuis enim licite possint petere salariū, uel mercedem sibi laboris, unde Augu. dicit, quod licet aduocato uendere iustum patrocinium, & iurisperito uerum consilium 13. q. 5. Non sanè, non tamen debet petere immoderatum. Attenditur autē moderamen salarij secundū Ray. circa quatuor. Primo secundum quātitatem causæ. Secundo secūdū laborem aduocationis. Tertio secundum scientiam, & facūdiā aduocantis. Quarto secundum consuetudinem regionis. Secundum horum considerationem potest maius, & minus taxari salarium, ut 3. q. 7. §. apud urbem, & ar. 12. quæs. 2 Concesso, & cap. Vulterane, & extra de pīben. de multa. Cōcor. Tho. & Vl. unde in hoc non potest dari certa regula de quantitate, salarij. Et subdit Rayn. quod ex quo causa est incepta nullum debet facere pactum cum litigatore, quem in propriam recepit fidem, quia posset esse occasio magni periculi. 3. q. 7. §. Præterea: quia secundum glos. quando uideret causam in periculo, tunc cogeret clientulum suum inire pactum cum eo dare sibi salarium ad libitum. Idem. Vl. Petere er-

In immoderata salarij acceptiōe.

Moderatio salarij taxatur.

go poteſt ſalarium moderatum ab initio litis, vel poſt factum. Et ſi à principio nõ eſt factũ pactum determinatum ſalarij poteſt ſecundũ Hoſti. aduocatus cogere clientulum per iudicis officium ad dandum debitum. Dicit etiam Hoſti. quod non licet paciſci de certa parte litis. ſ. quota, puta decimam uel centeſimam, aliàs debet ei interdici forus ideſt exercitium aduocandi. C. de poſtu l. ſi qui aduocatorum. Sed de quanta licet paciſci, ideſt certa quantitate pecuniæ dummodo non excedat debitum. Quod dicit Augu. quod licet uendere rectum conſilium (vt ſupra dictum eſt) intelligit. Ray. & Vl. quando laborat in voluendo libros, & ſtudendo, & diſputando forte cũ alijs petitis. Aliàs ñ ſine labore poſſet reſpondere credũt quod nil debeant recipere: ſed gratis reſpondere. Sed Hoſti. reſtringit hãc ſententiam quando petens conſilium eſt pauper. Nam ſi eſt dives poteſt petere ſalariũ 15. q. 5. non ſane. Si. n. non laborat tũc laborauit in præterito ſtudendo & diſcendo. ¶Item aduocantes, uel procurantes ſcienter in causã uſurariam peccant mortaliter. Et ſi ex eorũ aduocatione, uel procuratione quis ſententiatur ad ſoluendum uſuras uidentur teneri ad reſtitutionem, extra de iniu. & dam. dat. Si culpa. Poſſunt etiam peccare in modo aduocandi cum ſcilicet dicunt opprobria, & deriſiones & huiuſmodi quæ prohibentur ut. 5. q. 4. in loco, & 3. q. 7. In fames. §. ſi quis adeo procur. ſed de hoc & pluribus alijs habetur infra, in 3. par. ti. 6. Et quomodo debent aduocare pro pauperibus. infra. e. ti. c. De inhumanitate.

Aduocãtes in cauſa uſuraria peccant mortaliter.

¶De acceptione perſonarum. Cap. 20.

QVia in iudicijs de quibus tractatum eſt ſupra reperitur frequenter uitiũ acceptionis perſonarum, quod notauit ps, in eo quod inductum eſt ſupra in auctoritate illa. Vſq; pro iudicatis iniquitatem & facies peccatorum ſumitis, quod uitium eſt contra iuſtitiam diſtributiuam, & frequenter perpetratur quãdoq; ex auaritia quandoq; ex affectu ſenſuali amicitiæ uel parentelę, ideò nec agendum de hoc hic eſt: quia peccatum eſt multum nocens bono communi. Prohibetur in lege diuina dum dicitur Deuter. 1. Nõ accipietis cuiuſque perſonam. Ab hoc uitio Chriſtum fuiſſe immunẽ teſtati ſunt diſcipuli phariſeorum cum Herodianis dicentes. Non reſpicis perſonam hominum. Matthæ. 22. Et poſſet ſic deſcribi, quod acceptio perſonarum eſt uitium, quo id quod ex debito iuſtitiæ alteri conferendum, exhibetur perſonæ non obmeritum eius ad ipſam rem, ſed ob conditionem ipſius non congruentẽ ad ipſam rem. Propterea autem dicitur ex debito iniuſtitiæ conferendum, quia in his quæ dantur merè ex liberalitate non ex debito non habet locum acceptio perſonarũ ſi datur magis uni perſonæ quam alteri, puta donat quis de bonis ſuis centum amico uel conſanguineo ratione amicitiæ, uel parentelę qui non donat extraneo quamuis ſit melior, uel magis ægeat, hic non eſt acceptio perſonarum, ſi datur magis uni perſonæ quia ſuum eſt quod dat & nemini debet, & in re ſua unuſquiſque eſt moderator, & iudex. Et ex hoc probat Beatus. Thom. ſuper epiſtolam ad Ro. ut ait Apoſtolus 2. c. Non eſt perſonarum acceptio apud Deũ, in eo uidelicet quod peccatorum quoſdam reliquit in ſuis peccatis, quoſdam ad ſe uocat dando die gratiam ſuam qua non dat reprobis. Nam acceptio perſonarum, (ut dictũ eſt) opponitur iuſtitiæ unde locum habet in his q̃ dantur ex debito quod attendit iuſtitia. Deꝰ autem non ex debito: ſed ex gratia uocat peccatores ad pœnitentiam unde ad Ro. 11. ſi ex operibus iam non ex gratia. Et ad Tytum. 3. Non ex operibus iuſtitiæ quę fecimus nos: ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos non fecit. In talibus autem bñficijs gratis datis liberum eſt non ſolum Deo, ſed etiã homini dare cui uoluerit. Iuxta illud Matth. 20. An non licet mihi quod uolo facere? Signanter autem ſubditur. Non ob meritum perſonæ &c. Nam ad eũ qui habet diſtribuere uel dare aliqua ex debito diſtribuẽda pertinet quod det illa ſecundum quod reperit meritum ſeu aptitudinem in perſonis congruentem rei quæ datur. Nam ſecundum B. Tho. 2. 2. q. 63. Ad iuſtitiam diſtributiuam ſpectat diuerſis perſonis diuerſa tribuere ſecundum proportionem ad dignitates perſonarum, ut ſcilicet unicuique detur ſecundũ quod eſt in eo proprietas digna ad id quod datur. Si igitur quis in dando conſideret proprietatem illam perſonæ propter quam id quod ei confertur eſt ei debitum non eſt acceptio perſonarum. Sed ſi quis conſideret in eo cui confertur non illud quod datur ſit ei proportionatum uel debitum: ſed ſolum hoc quod eſt iſtæ hõ Petrus uel Martinꝰ puta amicus uel conſanguineus uel ſibi utilis hæc erit acceptio perſonarum: ſed ob conditionem non congruent ad ipſam rem hoc dicitur,

Acceptio perſonarũ.

Rõ Iuſtiæ diſtributiuę.

dicitur, quia secundum b. Tho. ubi supra contigit aliquam conditionem personæ facere eam dignam respectu unius rei, & non respectu alterius, sicut hæc cõditio. s. consanguinitas ad unam personam facit eam dignam, ut sibi plus dimittatur de patrimonialibus bonis quam extraneę personæ: sed ipsa conditio non facit eam dignam, ut per hoc conferatur sibi ob eam de bonis ecclesiasticis, seu officijs, & beneficijs quantum alij personæ aptiori, uel plus quam alij: quia non est parentela condituo cõgruens ad talem rem. s. beneficia, uel officia ecclesiastica & perpetratur hoc uicium in officijs & beneficijs conferendis i iudicijs exercendis, & in honoribus exibendis.

§. 1. ¶ Et quãtum ad collationem beneficiorũ quę ritur, utrum prælatus peccet in conferendo beneficiũ bono prætermisso meliori. Vel ét utrum peccent eligentes aliquam in prælatũ minus bonũ prætermisso meliori. Et uidetur quod sic; quia dicit Hiero. quòd qui præstantior est ex omni populo qui doctior qui sanctior qui in omni uirtute eminentior ille eligatur ad sacerdotium. 8. q. 1. Licet. Tunc temporis communiter sacerdotes habebant curam animarum, ergo non eligendo talem peccatur. ¶ Et respondet. b. Tho. in quadam quæstione de quodlibet quòd q s potest dici melior dupliciter, uno modo simpliciter. Alio modo secũdum quid. Simpliciter autem melior dicitur qui est sanctior, & plus habẽs de charitate. Secundũ quid dicitur melior qui est melior secundũ aliquem respectum. Contingit autem aliquem esse meliorem simpliciter. i. maioris sanctitatis qui non est melior quantum ad hoc quod præficiatur in ecclesia sed alius minoris sanctitatis erit melior eo in regimine, quia forte magis ecclesiam iuuare poterit, uel per consilium sapienti e uel p auxilium potentiæ: uel quia deseruiuit in ecclesia. Non ergo tenetur prælatus dare beneficium, uel officium meliori simpliciter, sed meliori quo ad hoc, non potest esse quod præferat unum alteri, nisi propter aliq̃ cãm, quæ si ptineat ad honorẽ Dei & utilitatẽ ecclesiæ iã quãtũ ad hoc iste é melior. Si aũt illa cã nõ ptineat adhoc erit acceptio psonarũ q̃ tãto é grauior, qto i rebus diuinis cõmittit, hæc Tho. Et quia quod est directe cõtra iustitiã é mortale, & acceptio psonatũ est directe cõtra iustitiã distributiuã, ideo est mortale.

Minus bonus p ficitur in regimine aliq̃. ¶ Notãdũ ét q̃ quãuis minus bonus simpliciter possit præferri magis bono i regimine ecclesiæ: qa utilior nõ tñ iuuare ecclesiã p sciam, uel potentiã quia in hmõi permaximè req̃rit bonitas uitæ aliàs sine peccato cura exerceri nõ põt, hoc n. nõ esset præferre minus bonũ: sed simpliciter malũ & p consequens qui non est idone⁹ non debet præferri ei q. est aliquo modo idoneus, unde & Alber. magnus dicit expræsse q̃ promouẽs ad ordiné uel curam pastoralẽ uel aliquod beneficium ecclesiasticũ scienter indignum absque dubio peccat mortaliter. Nec nobilitas excusare potest ut promoueatur malus, quia quanto nobillor, tanto nociuior. Et si dicatur quod alius non sit ita utilis omnino ista ratio non ualet, quia utilitas spiritualis temporali præponenda est nec excusat paucitas ministrorum ecclesiæ, hæc Alb. Nobilitas à ,promotione alicuius excusare non potest.

¶ Ad argumentum respondet quod utiq; ex ceteris paribus debet eligi & assumi ad prælaturam doctior, & sanctior, cum. s. alius sit ita utilis ecclesiæ sicut cęteri. Sed ubi alius esset utilior in gubernatione licèt minus doctus, & sanctus: tamen bonus cum in huiusmodi debeat attẽdi utilitas ecclesiæ ille potius debet præfici. Glo. tamẽ super. d. c. Licet. dicit quòd Hugo cõperat dicta comparatiua quæ ponit Hiere. 8. q. 1. quod debet esse sanctus, & doctus, sufficit enim quod sit bonus. Et é aliquis eoipso bonus, quod non est malus, extra de præsump. Dudum. Alij tamẽ dicunt semper meliorum esse præferendum. 61. di. Nec emeritis & 75. di. c. fi. ¶ Et quamuis Ioãnes adhę reat opinioni Hugo tamẽ b. Tho. se. q. 63. ar. 2. tenet aliam opinionẽ dicens, quod quantũ ad conscientiã necesse est eligere semper meliorem, uel simpliciter, uel in comparatione ad bonum commune: quia alias haberi non potest magis idoneus: uerum quantum ad hoc quod electio non possit impugnari i foro iudiciali sufficit eligere bonũ nec tenetur eligere meliorẽ: quia sic oĩs electio posset pugnari. Qd̃ ét aliquis debeat eligi de gremio ecclesiæ de iure communi propterea ista tutum est; quia præsumitur quod talis debeat esse utilior quãtum ad bonũ cõmunẽ, quia s. magis diliget ecclesiam in qua nutritus est fm. b. Tho. nõ tñ per hoc tollitur quin de alia ecclesia possit assumi si utilior haleatur.

§. 2. ¶ Quæritur secũdo utrũ prælatus ecclesiæ possit cõmittere cõsangineo suo curã suæ ecclię postposito meliori. Et uñ q̃ nõ. Nã dicit Hie. loquẽs de Moyse q̃ instituit succesoré sibi i regimine Iesum Nane nõ filios suos uel consanguineos. Nulla cõsanguinitatis rõ, nullaha bita e cõtẽplatio ,ppinquitatis ,ppinquis agro rũ q̃ ꝑdiorũ reliquat hæreditas. Gubernatio ppli illi tradat, quẽ de⁹ elegit; q. s. licèt spiri-

tum dei.8.q.1. si ergo. Et sic uidetur quòd propinquis nõ sint danda beneficia ecclesiastica. ¶Resp.b.Th. in quadam quæstione de quodlibet, quod aliter dicendum est de consanguineo æque idoneo.aliter de consanguineo minus doneo. Si enim cõsanguineus sit æque idoneus,potest prælatus præferre consanguineum,nisi forte ex hoc scandalum oriatur,uel aliqui exinde malum exemplum accipiant, ut quando probabiliter timetur quod alij prælati inducentur hoc exemplo ad dandum suis consanguineis minus dignis. Ratio hæc est, quia in hoc quod det consanguineo æque digno nil deperit utilitatis ecclesiæ,sunde in hoc licet satisfacere amori naturali qui charitati contrarius nõ est:sed magis charitate informatur.Et hoc figuratur Gen. 47. ubi Pharao dixit Ioseph de fratribꝰ suis. Si nosti in eis uiros industriosos istitue eos magistros pecorum meorum.Si uerò sit minus idoneus consanguineus prælati non debet eum præficere ad curam ecclesiæ postposito meliori,& hoc duplici ratione. Primo:quia infideliter agit dispensator, qui negotium domini sui gerens rem eius non meliorat cum possit.Secũdo:quia hoc uidetur pertinere ad acceptionem personarum; quia conditio consanguinitatis non est conditio pertinens ad curam ecclesiæ quæ non obtinetur iure sanguinis: sed diuino munere. Esset autem conditio faciés ad negotium circa dispensationes patrimonialium bonorum, unde si episcopus de patrimonialibus bonis magis prouideat suo consanguineo minus idoneo nõ est acceptio personarum: sed si ratione consanguinitatis magis prouideat de patrimonio crucifixi nõ caret uitio acceptionis personarum.Concor. idẽ Tho.se.se.q.63.ar.2.Idẽ Th.dicit q.c.ar. 1.quod pertinet ad acceptionem personarũ. s.quis promoueat ad prælationẽ, uel ministerium aliquem quia dues est:uel quia consanguineus uel amicus est: quia diuitiæ uel parentela non est conditio faciens ad causam propter quam ille dignus sit tali dono.s.plationis uel ministerij: sed sufficiens ,scientia cum bonitate pertinet ad acceptionem personarum secundum Io. Neapol. i quodlibet dispensare contra iura communia uel particularia sine causa rationabili magis circa unã personam quam aliam; puta quia est amicus uel consanguineus uel dues & huiusmodi, ut si dispensat ante legitimam ætatem, uel promoueatur uel habeat curam animarum, uel dignitatem aliquis, quia amicus uel consanguineus uel dues uel potens & huiusmodi,Nõ autem paup. & extrãneus etiam si sit priori aptior uel si abbas,uel prior dispensat cum subditis aliquibus in æsu carnium,in iciuuijs,in uigilijs,& laboribus,non quia magis indigeant uel alia rationabili causa, sed quia magis sunt cũ eo astricti. Si quis etiam habẽs distribuere aliquam eleemosynam collegijs,uel cõmunitatis, uel testatoris nõ dat illis,quos credit magis idigere, sed amicis uicinis,uel consanguineis minus egẽtibus,etiã pertinet ad acceptionem personarum.Similiter i conferendis officijs secularibus per uiã scrutinij uel aliter si quis admittat præbendo fauorẽ seu assensum nõ his quos idoneos iudicat:sed eis qui sunt amici uel consanguinei,uel ut seruiat amico in huiusmodi, ad acceptionem personarũ uidetur pertinere & grauiter peccat.ar.di.61.Miramur. §.1

¶In honoribus etiam hoc uitium reperitur, §.3.
cum.s. aliquis honoratur nõ ratione uirtutis quam in se habet uel saltem repræsentat;sed ratione diuitiarum uel alicuius uanitatis. ¶Pro cuius declaratione dicit.b. Tho. se.se. q.61.ar.3. quod cũ honor sit quiddam testimonium de uirtute eius qui honoratur, sola uirtus est debita causa honoris. Sed sciendum quòd aliquis potest honorari non solã propter uirtutem propriam: sed etiam propter uirtutem alterius sicut principes, & prælati honorantur etiam si sint mali inquantum gerunt personam dei & communitatis cui præficiuntur.secundum illud Prouerb.26. Sicut qui mittit lapidem i aceruum Mercurijs,ita & qui tribuit honorem insipienti.Quia enim gentiles rationem uel raciotinationem attribuebant Mercurio. ¶Aceruus Mercurij dicitur tumulus ratiocinij in quo mercator mittit aliquando unum lapillum loco centum marcarũ.Ita ét honoratur insipiẽs q ponitur loco dei & loco totius cõmunitatis. Et eadẽ ratione parentes & domini sunt honorandi propter participationem diuinç conditionis, quia deus est omnium pater & dominus. Senes autẽ honorãdi sunt propter signum uirtutis quod ẽst senectus.Sed hoc signum quãdoque deficit.Diuites autem honorãdi sunt quia maiorem locum in cõitatibus obtinent & non propter diuitias suas. Vnde idem. b. Thom.in 11. quodlibet ubi ponit & querit. ¶Vtrum honorari diuites magis quam alios pertineat ad acceptionem personarum. Respondet dicens quod duplex est honor.¶Primus, s.qui debetur alicui ratione suiipsius propter propriam uirtutem sicut est cõ ẽ datio,reuerẽtia, & hmõi, & ad hanc honorẽ

Honora tur quis propter uirtutẽ.

Aceruꝰ Mercurij.

diuitiç

Consanguineũ æque bonũ possumus præferre.

diuitiæ nihil faciunt, unde si talis honor alicui exhibeatur erit acceptio personarum. Vnde dicit Valerius Maximus qđ honores qui uirtutibus debentur, sicut triumphi & alij huiusmodi apud Romanos antiquos nulla pecunia emi poterant. ¶ Alius honor est qui debetur alicui secũdũ statum quem hẽt in republica. Sic. n. in persona respublica honoratur. Et propter hoc reges & principes honorantur, secundum illud. 1. Pe. 2. Regem honorate. Et quia in republica terrena, diuites statum obtinent alciorem, ideò ciues cęlestis Hierusalẽ quasi in Babylonia peregrinantes debent eorum inter quos conuersantur morem gerere ut dicit Au. in li. de ciui. Dei. Et sic diuites honorate illis duntaxat honoribus qui ad exteriorem conuictum pertinet non est malum. Sed his quæ pertinent ad fidem Christi, peccatum est præferre diuites pauperibus, sicut sunt ministratores sacramentorum, hæc. Tho. ¶ Vnde si quis uellet audire confessionem diuitum & non pauperum uel nõ ita diligenter aut tradere eucharistiã aut ordines aut alia diuitibus & nõ pauperibus esset personarum acceptor. Si quis autem prius audiret uel potius diuites: quia credit eos magis indignere uel maiorem fructum inde sequi, uel non ita patiẽter expectare sicut paupes non pertinet hoc ad acceptionem personarũ, sed ad debitã discretionem, & hinc est secundum b. Tho. 2. 2. ubi. supra quod facilius dispensatur in matrimonium in gradibus consãguinitatis & affinitatis prohibitus circa excellentes personas quam circa alias. Fit enim hoc propter fœdus pacis firmãdum quod magis est necessariũ communi utilitati circa excellentes personas quam circa alias.

§. 4. ¶ In iudicijs quoq; prohibetur acceptio personarũ, unde & Prouer. 18. dicitur. Accipere personam in iudicio non est bonum huius ratio est: quia per hoc corrumpitur iudicium, & per cõsequẽs iustitiam. Nam secundum B. Tho. 2. 2. q. 63. ar. 4. iudicium est actus iustitię prout scilicet iudex reducit ad æqualitatem iustitiæ ea quę inæqualitatem facere possunt oppositum. Personarum autem acceptio inęqualitatem quandam habet inquãtum attribuitur alicui personæ præter proportionẽ suam in qua consistit æqualitas iustitiæ & sic corrumpitur iudicium per acceptionem personarum, unde & regula iuris dicit in iudicijs non est personarum acceptio habenda de re. iu. in 6. unde & Nic. papa dicit necesse est secundum sacrarum scripturarum documenta ac secundum iustitiæ tramitem, & accusatum simul & accusatorem adesse. Et vnam partẽ quantacunq; & qualicunq; prædita sit auctoritate, sic prius audiri ut alteri parti nulli præiudicium irrogetur. 3. q. 9. necesse Videntur notari contraria 45. di. Cũ beatus. ubi dr quod leuitæ & sacerdotes non sunt nisi pro grauibus excessibus corporaliter flagellandi cum tamen minores clerici etiam prọ leuibus uerberibus subijciantur, ar. ad hoc, dist. cl. c. 1. & de offi. dele. Sanc. Io. An. in gl. super dicta rubrica sic soluit. ¶ In pœnis deffertur dignitati & personæ, ut in di. c. Cum Beatus & de transact. c. fi. item in sedendo & assurgendo ut dis. 93. c. Non oportet. Sed in iudicijs uel sententia non est habenda acceptio personarum, sed in eis est æqualitas seruanda ut dicit rubrica in pœnitentiæ exhibitione ut 26. q. 7. sacerdos itẽ in fide Christi suscipiẽda de cõse. di. Nec quemquàm. Et in alijs sacramentis, ut de conu. seruo c. 1. Et in pauperum receptione cõ sufficere possimus. 42. di. c. Quiescamus, & huiusmodi. Et nota qđ licèt iudex non debet uti acceptione personarum ut hic tamen utile est in arbitrarijs iudicem gratiosum habere, ut de offi. del. c. Consuluit. Cauent tamen faciẽda gratia ne incurrat pœnam cõstitutionis de sen. & re iudi. De cætero. Io. An.

In pœnis deffert dignitati.

¶ De *sacrilegio inquantum pertinet ad auaritiam. Cap.* 21.

SAcrilegiũ quandoq; punitur inter species luxuriæ, ut cũ opus carnis exarcetur à clericis uel religiosis & monialibus seu à laicis cum eis. Aliquando ex ira uel odio procedit vt eum percutiat iniuriosè clericus. Aliqñ autem prouenit ex auaritia, ut cum qnis rapit sacras res uel de sacro loco. Et secundum hunc respectum inter uitia ad auaritiam pertinentia hic ponitur. ¶ Sic autẽ diffinitur seu describitur sacrilegium, scilicet quod est sacrę rei lęsio seu uiolatio, Isido. tamẽ dicit qđ sacrilegium dicitur ab eo quod legit idest suratur quis sacrum. Vel potest plenius sic describi, quod est uitium quo irreuerentia exibetur personis uel locis uel rebus sacris. Et quia sacrum dicitur aliquid ex eo quod ordinatur ad Dei cultum. Et ex hoc quod aliquid reputatur ad cultum diuinum efficitur quoddam diuinum: sicut & illud quod ordinatur ad finem bonum sortitur rationem boni, & sic ad illud tale sacrũ debetur quædã reuerẽ

Sacrilegium ẽ.

tia quæ refertur in Deū & hinc sequitur qđ omne illud quod pertinet ad irreuerentiam rerum sacrarum pertinet ad iniuriam & Dei & hoc est peccatum habet rationem sacrilegij. Hæc Beatus Tho. 2.2.q.99.ar.1. ¶ Est aūt speciale peccatum sacrilegium distinctum ab alijs, quia in eo reperitur specialis rō deformitatis qa scilicet violatur re sacra per irreuerentiam & opponitur uirtuti religionis, ita quod ipsa irreuerentia & dehonoratio quæ fit rei sacræ dicitur uiolatio sicut autem honor est in honorante non in eo qui honorat ur ut patet 1.ethi. ita irreuerentia est in eo qui irreuerenter se habet, quamuis etiam nihil noceat ei cui irreuerentiam præbet, unde si res sacra in se non uioletur tamen quātum est in ipso sacrilegio uiolat eā: Sicut & purpura regalem indumentum facta honoratur & glorificatur, & si quis hanc perforauerit morti damnatur quasi contra regem agēs, quamuis nihil agat in personam regis secundus Damasc. Ita si quis rem sacram uiolet ex hoc ipso contra Dei reuerentiam agit. ¶ Reperitur autem sacrilegium in pluribus generibus peccatorum seu materijs, scilicet in luxuria, in homicidio, in rixa, in furto, in rapina, & huiusmodi, nec tamen ex hoc sequitur quin sit speciale peccatum. Non enim est inconueniens unam specialem rationem peccati reperiri in pluribus generibus peccatorum secundum quod diuersa peccata ad finem unius peccati ordinatur, sicut etiam & specialis ratio alicuius uirtutis potest reperiri in pluribus materijs, uel generibus uirtutum a quibus imperatur, sicut ieiunium aliquando imperatur ab abstinentia aliquando a castitate, aliquando a religione, Quocunque ergo genere peccati quis faciat contra reuerentiam sacris rebus debitam sacrilegium formaliter committit licet materialiter sint ibi alia genera peccatorum, interdum tamen reperitur sacrilegium separatum ab alijs peccatis, eo quod actus non habet aliam deformitatem: nisi quia res sacra uiolatur ut cum index rapit aliquem malefactorem de loco sacro quem in alijs locis licitè capere posset. Hæc B. Thom. ubi supra articulo secundo.

Sacrilegium est speciale peccatū.

Sacrilegium in multis peccatis reperit.

§. 1. ¶ Diuiditur autē sacrilegium in diuersas partes, uel species secundum diuersas rationes sanctitatis rerum sacrarum quibus irreuerentia exhibetur. Tanto autem aliquod sacrilegium est maius, quanto res sacra in quam peccatur maiorem obtinet sanctitatem, attribuitur autem sanctitas, & personis sacris, i. diuino cultui dedicatis, ut sunt clerici, & religiosi, & locis sacris, ut sunt ecclesiæ, & rebus quibuslibet sacris ut sacramēta, reliquiæ, uasa sacra, & huiusmodi Et quia sanctitas loci ordinatur ad sanctitatem hominī ideo grauius est sacrilegium commissum in personam sacram quam locum sacrum. ¶ Sunt tñ in utraque specie diuersi gradus sacrilegij secūdū diuersitatem locorū & psonarū sacrarū, grauior est. n. sacrilegium cōmissum in sacerdote, uel p sacerdotē quā in subdiaconū, uel diaconū & grauius in ipsum quam in sacerdotem. Sic grauius est sacrilegiū cōmissum in choro, uel circa altare quam in altero loco ecclesiastico. Similiter ēt tertia spēs sacrilegij, quę committitur circa res sacras habet diuersos gradus, ſm diuersitatem graduum rerum sacrorū inter quas summum gradum obtinent sacramēta quibus homo sanctificatur & inter ea eucharistia, quæ continet Christū. Et ideo sacrilegiū q̄ cōmittit circa eucharistiā est grauissimum inter ea post sacramenta ſm locum tenent uasa sacrata ad sacrorum susceptionem. Exinde imagines sacræ & reliquiæ sanctorū in quibus uenerantur uel honorantur quodā modo ipsę personę sanctorum. Deinde alia quæ ad ornatum ecclesię pertinet & ministrorum. Demum quæ sunt deputata ad sustentationem ministrorum siue mobilia siue immobilia. Quicunque contra aliquod prędictorum peccat sacrilegium committit, hæc. Tho. ubi supra ar. 3. Vnde & Pius papa dicit. Sic q̄ ecclesiam dei uastat & eius prędia & donaria spoliat & inuadit sit sacrilegus, sic ille qui sacerdotes eius insequitur sacrilegus iudicatur. ¶ Non ergo grauius peccatum est fornicatio quam sacrilegiū. Sed sicut grauius est peccatum quod committitur in Deum quam qđ in hominem, sic grauius est sacrilegium agere quam fornicari. 17.q.3. sicut, quod peccatum carnale commissum a religioso sit sacrilegiū habetur. 17.q.1. Impudicas. Item omne peccatum q̄ persona sacra committit materialiter, & quasi per accidēs est sacrilegium: quia aliquo modo est contra sanctitatem eius unde Hieron. dicit quod nugæ in ore sacerdotis sunt sacrilegium uel blasphemiæ. Formaliter autē & proprię illud solū peccatū sacræ psonæ est sacrilegiū qđ agitur directè contra eius sanctitatē ut si uirgo Deo dicata fornicetur. Dī etiam. 17.q.4. quod qui disputant de iudicio principis dubitātes an honore sit dignus quem princeps elegerit est sacrilegium quod intelligitur largè ſm quādam nominis extēsionē: nā cū bonū cōe gētis sit quoddam diuinum, ut dicitur in j. Ethicorū. Vñ & antiq-

Gradus sacrilegij.

Sacrilegiū grauius est quā fornicatio.

Mendacium in ore sacerdotis est sacrilegium.

tus

tis rectores reipublicæ diui vel diuini dicebantur quasi diuinæ prouidentiæ ministri, ideò quod pertinet ad irreuerentiã principis scilicet disputare de eius iudicio an oporteat ipsum sequi per quandam similitudinem dicitur sacrilegium secundum Tho. ubi supra. ar. 1. idem de papa. & hoc nisi cõstaret illud esse contra Deum. Gui. autem cum disputat de iudicio intelligit scilicet de iudicio principis re uocandum in dubium, quod determinauit.

Committunt etiam sacrilegium, qui contra diuinæ legis sanctitatem aut nesciendo committunt aut negligendo violant, & offendunt vt dicitur. 17. q. 4. Si quis suadentes, §. qui autem. Quod large dicitur sacrilegium secundum. Tho. Et intelligitur, quando legem Dei quis impugnat, vt hereticus, & blasphemus, qui ex hoc qui non credit Deo incurrit infidelitatem, & ex hoc quod diuinæ legis verba impugnat sacrilegium est.

§. 2. Triplex pœna sacrilegarum.

¶ De pœna contra sacrilegos. Nota quod triplex est pœna. ¶ Prima est secundum Ray. excommunicatio aliquando maior ut in sacrilegio cõmisso per iectationem manuum uiolentam in clericum, vt 17. q. 4. si quis suadente, & propter incendium, vel propter effractionem ecclesiæ, vel loci sacri. Aliquando in curritur minor, vt in extrahente per uim cõfugientem ad ecclesiam, vel locum sacrum de ea. vt 17. q. 4. Miror, & alijs. c. Et hoc rectè statutum est, vt per quæ peccat quis, & per hæc torqueatur ut dicitur. Sap. 11. Peccat enim talis contra personas uel loca sacra; & ideò iustum est ut arceatur à sacramẽtis, & ecclesia secundum. Tho. ¶ Secunda pœna est pecuniaria etiam ab ecclesia instituta, & hoc etiam rectè. Nam secundum Thomam cum pœnę sint quædam medicinæ multi sunt qui parum curant de pœnis spiritualibus, magis autem timent dediti mundo pœnas pecuniarias, & iõ addita est talis pœna aut magna arceantur à sacrilegijs timore saltem huiusmodi. Qualis autem, & quanta sit ista pœna, & cui persoluenda pro sacrilegio commisso in personã uel loca sacra uel rebus habetur. 17. q. 4. si quis i atrio, & si quis contumax, & si quis deinceps, ubi ponuntur diuersæ pœnæ pecuniariæ aliquando personis lęsis, aliquando locis sacris uiolatis applicandæ. Et dicit Guil. quod ille diuersæ pœnę sunt positæ secundum diuersas consuetudines ecclesiarum. Et idem dicit VI. uel quod arbitrio iudicis puniantur. Sed & 12. q. 2. de uiro nephando pro sacrilegio commisso circa res sacras imponitur pœnitentia septennis cum certa forma ibi descripta. Hodie tamen arbitraria est sicut, & aliæ extra de pę. & re. Deus qui. ¶ Tertia est pœna personalis. Nam secundum leges si atrox iniuria fiat personæ ecclesiasticæ dicit Ray. quod pœna est decapitatio. C. de epi. & cle. l. si quis. Aliàs iudicis reseruatur arbitrio moderanda pro qualitate personæ rei loci, & temporis uarietate, ff. ad l. Iul. pec. l. sacrilegij. Gratianus etiam dicit 17. q. 4. si quis suadente. §. se. Qui de ecclesia ui aliquis exemerit, uel in ipsa ecclesia loco uel cultui sacerdotibus, uelmi nistris aliquid iniuriæ importauerit, ad instar publici criminis, & lęsæ maiestatis accusabitur, & conuictus siue confessus capitali sententia à rectoribus prouinciæ ferietur sicut in. l. C. legitur. ti. de epi. & cle. l. si quis in hoc genus sacrilegij & cętera.

Violantes immunitatẽ Ecclesiasticã.

¶ Qui detinent legata facta ecclesijs uel alijs pijs locis, & non solunt sacrilegium committunt, large tamen sumendo. Vnde Hiero. Amico, aliquid subtrahere furtum est. Ecclesiã uerò defraudare sacrilegium. 12. q. 2. Gloria. Et tales multum differendo utique peccant. Quamuis enim non noceat hoc animabus defunctorum qui illa legauerunt quantum ad meritum dignum pręmio gloriæ: quia ex ipsa ordinatione ecclesiæ facienda consecuti sunt meritum, nocet tamen quantum ad expiationem pœnarum quibus est debitor: quia nõ ita cito euadet uel subleuabitur, unde dicuntur necatores animarum. 13. q. 2. Qui oblationes si tamen fieret parua dilatio ex causa rationabili puta ut res uendenda multo maiori prętio uenderetur quam tunc, & si inde maius suffragium eleęmosynarum consequeretur, tunc laudabiliter fieret. Hæc Tho. in quodlibe. Item nota secundum Iohan. Neapoli. in quodlibet, quod hæredes uel executores testamentorum, qui differunt notabiliter exequi legata ad pias causas ex negligentia, uel a uaritia: quia est eis incommodum peccãt mortaliter, quod probat duplici ratione. Prima est: quia inferunt notabile nocumẽtum animabus defunctorũ quãtũ ad expiationẽ à pœna, q̃ nõ minus uĩ quàm inferre nocumẽtum magnũ copibus, hoc autẽ utiq; mortale: quia contra charitatẽ seu pietatẽ. Secunda est, quia tales mandantur excõmunicari, ut patet 13. q. 2. Qui oblationes. Sed nullus debet excõmunicari nisi pro mortali, & in quibusdam diœcesibus est excommunicatio lata p̃ synodalẽ, uñ sup hoc inuestigãdũ. ¶ Itẽ qui alienat uel emit sciẽter bona ecclesiæ imobilia uel mobilia ptinẽtia ad cultũ diuinum ut paramenta, calices, & huiusmodi, in casu non licito uel in

§. 3. Detinẽtes legata.

Executores testamẽtorum.

Alienãtes bona ecclesiarum.

casu licito, sed non secundum formam ecclesiæ quæ habetur. 10.q.2.§. Hoc ius, & c. si qs episcopus, & extra de re. eccl. non alien. Nulli liceat, & c. Monasteriorum, in cler. peccat mortaliter. Quia agit contra ordinationē ecclesiæ, & in damnum ecclesiarum etiā si iusto prętio emeret sacrilegium committit, & non tenet alienatio. Et de huiusmodi alienationibus ecclesiasticis, & modo earum habes infra in 3. parte ti. 12. c. 5. ¶ Item facientes statuta contra ecclesiasticam libertatem sacrilegium committunt. Et imponentes clericis, & personis ecclesiasticis tallias sine licentia papæ exigentes pedagia, & gabellas ab eis, & seculares trahentes eos ad iudicia sua, & capiētes, & huiusmodi. Et quomodo, vel quando sint excōmunicati propter huiusmodi habes in 3. parte ti. 24.

§.4. ¶ De sacrilegio commisso multipliciter per diuersas gentes contra sacra populi Dei loquitur psal. 78. dicens. Deus venerunt gentē hęreditatem tuam, polluerunt templum sanctū tuum, posuerunt Hierusalem in pomorū custodiam. Secundum glo. continuam, quantum ad litteram deplorat psal. sacrilegia committenda circa templum Dei, & deuastationem. Hierusalem per populum gentilem. Secundum autem sensum spiritualē sacrilegia, quæ fiunt & alia mala in templo spirituali ecclesiæ per malē viuentes, & piè petit liberationem ab ipsis malis. ¶ Ter autem fuit illud templū. Salomonis prophanatum, & ciuitas Hierusalem depopulata. ¶ Primo per Nabuchodonosor sub Sedechia rege Iuda, qui cum exercitu Caldeorum capta ciuitate Hierusalem muris destructis incendit templum, & abstulit vasa eius ut habetur. 4. Regum, vlti. ¶ Secundo per Antiochum regem tempore Machabeorum quando idolum posuit in templo adorandum, quod templum iam fuerat reędificatum sub Esdra Zorobabel, sed de eo dicitur. Templum plenum erat illicitis, & scortantiū cum meretricibus. 2. Machabeo. 3. ¶ Tertio per Tytum, & Vespasianum principem Romanorum post mortem Christi inde ad 40. annos, qui euersa funditus ciuitate templum etiam diruerunt secundum, quod Christus prenunciauerat dicens. Videtis has magnas ędificationes? scilicet templi. Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Et quamuis tempore Dauid nondum esset templum ędificatum in Hierosolymis, unde, & nec prophanatum: sed post multa tempora, tamen utitur in locutione tempore prętito pro futuro propter infallabilitatem, diuinæ conscientiæ in cuius libro prophetæ liguntur prophetando. Sensus est ergo. O Deus, gentes, i. gentiles uenerunt, i. uenient, & c. polluerunt. i. polluēt. Spāliter autem de templo ecclesiæ, & Hierusalem militanti notari possunt tria genera sacrilegorum deflenda.

Templū Salomonis ter fuit post totum.

¶ Primū perpetratū in abusione sacrorū, ibi Deus uenerunt gentes in hæreditatē suā.

¶ Secundum operatum in uiolatione sacrorū locorū. ibi. polluerunt tēplum sanctū tuū.

¶ Tertium exercitatū in usurpatione bonorū ecclesiasticorum. ibi. posuerunt. Hierusalē in pomorum custodiam.

¶ Quantum ad primum. Sciendum est, quòd hæreditas Dei dr populus fidelis eo, qđ possideatur à Deo per fidem, & gratiam sicut hæreditas ab hęrede. Vñ ipse dicit per Ezechielem. Hæreditas mea Israel. s. est Israel interpretatur videns Deū, & signat populū, q uidet Deū per fidē. Vel etiā hæreditas Dei dr clerus deputatus diuinis officijs, unde cleros grēce latine fors vel hæreditas dr ſm Isido. di. 21. c. 1. Qui clerus dr hæreditas domini: quia tales sic uiuere debēt, vt speciali prerogatiua sanctitatis possideantur à Deo. Sed de utrisque, s. fidelibus, & clericis considerans psal. multipliciter sacrilegium eorum gemēdo dicit. O Deus gētes. i. gentiliter uiuētes, vñ & gehēnæ dediti, uenerunt in hrditatē tuā. i. in christianismū, & clerū. ¶ Sicut. n. gētes. i. pagani nullā reuerētiā hñt ad sacramēta uel sacra ecclesiæ, qa nō credunt esse sacramenta uel sacra, nec alicuius uirtutis, sic clerus, & populus xpian⁹ nullā reuerētiā uerā oñdūt habere ad sacra, & sacra ecclesiæ, ex hoc cōmittētes sacrilegia multa. Certè gētiles suis sacris falsis, exhibebāt multo māiorē reuerētiā, q̄ fideles ueris sacris. Qđ oñdit diffuse p multa exępla. Valerius Maximus in 1. li. c. 1. Vñ & ibi narrat, q⁹ cum in tēplo deæ. Vestæ quædā uirgines essent dedicatæ ad nutriēdū ignē una ex eis sup hoc posita: quia pmisit ignem extingui ex negligentia occisa fuit, & alia plura ibi. Et quantū quidem ad sacra maximū sacrilegiū est circa abusū maximi sacri, i. corporis Xpi. Quod q dā ppetrāt utēdo ipso in maleficijs, & ueneficijs, uñ, & in cronicis legit quędā summū pōtificem in sanguine Christi fuisse uenenatū. ¶ Ad sacrilegiū ēt ptinet sumere indigne, i. in peccato mortali quocūque odio, fornicatiōe usura, & hmōi eucharistiā. Talis. n. ſm Apostolū. 1. Cor. 11. iudicium sibi manducat, & bibit cū mortali sacrilegium cōmittat. Iudas ex indigna cōmunicatione cōse cutus est hunc fructū, ut iniq̄tatē ꝑditiōis cō

§.5.

Irreuerentia sacramentorum.

ceptam

In mortali mini ſtrans.

ceptam executioni ſubito mandaret, indeque ex magnitudine mali deſperatus laqueo uitã finiret. ¶ Sacrilegium etiam incurrit ſacerdos cum mortali tractans & adminiſtrans eccleſiaſtica ſacramenta & alia. Vnde in figuram præcepit dominus in ueteri lege in applicatione Leuitarum & filiorum Aaron ad miniſterium ſacerdotij ꝙ raderent prius omnes pilos corporis ſui, & lauarentur, ad deſignandum quòd etiam à peccatis cogitationum criminalium, quæ ſignantur per pilos debent ſe purgare per nouacula contritionis & aquam confeſſionis. Propterea. n. ut dicunt Hæbrei. Oza quia tetigit arcam domini quæ euchariſtiam ſignificabat cum inclinaretur de plauſtro bobus recalcitrantib. ſubito morte correptus eſt propter irreuerentiam, quia nocte præcedenti uxorem cognouerat. Videtur etiam magna irreuerentia, & quaſi ſacrilegium ſtare ante altare in faciem ſacerdotis & curioſe & fixe aſpice in ſacramentum, & quæ facit ſacerdos. In huius figuram mandauit Dominus in lege ſua ueteri quod arca non nuda: ſed ueſtita. i. cooperta traderetur Leuitis deportanda, ita ut nullus de populo eam uidere nudam poſſet. Et quia Bethſamite eam nudam aſpexerunt, cum. ſ. in terris Philiſtinorum in terminos Iſrael à bobus reducta eſt mortui ſunt 70. uiri. & l. milia plebis, ut habetur 1. Reg. 6. Inſuper uti aqua baptiſmali uel aqua bene dicta uel criſmate uel oleo ſancto in ſortilegijs uel in incantationibus, & huiuſmodi eſt magnum ſacrilegium. ¶ Et ſimiliter iterare ſacramenta non iterãda, ut baptiſmum, confirmationẽ, & ordinationẽ, uel ẽt in ipſis uel aliis iterare formas ſacrorũ ſine cã rõnabili uel materias eorum ineptas præparare, ut uinum quaſi marcidũ, & farinã nõ bñ purgata iri uel quaſi corruptã uel hmõi, non abſq; ſacrilegio eſt graui. Similiter ex incuria dimittere euchariſtiam corrumpi. ¶ Vaſa quoq; ſacra, & alia ornamenta eccleſiæ & multomagis reliquias ſctõrũ irreuerenter tractare, uel immũdas teneri, & laicos uti in ſuis repræſentationib. his quę ſacrata ſũt magnũ ſacrilegiũ eſt. Et quãtũ hmõi Deo diſpliceãt oñdit Dan. 5. ubi legitur ꝙ cũ Balthaſar feciſſet apportari uaſa aurea, quę aſportauerat pr̃ ſuus, uel auꝰ Nabuchodonoſor de templo Dei ð Hierlm, & eis uteret, uidit digitos ſcribẽtes in pariete cõtra eum. Mane Thethel Phares, per quæ uerba fuit ſibi ſignificatum ut Daniel expoſuit, ꝙ ei auferẽdũ erat regnũ, quod nocte ſequenti euenit. Nam ingreſſo Dario cum ſuis in ciuitatem capta eſt, & ipſe Balthaſar interfectus. Quam hiſtoriam recitat canon de cõſe. di. 1. Veſtimenta, ad terrorem ut cauerat vbi laici ab uſu, & tactu talium. O quam dete ſtabilis eſt incuria quorundam clericorum, qui calices permittunt rubigine deſtrui. tobaleas, & pallas altaris, & corporalia turpiſſima remanere, caſulas, & alia paramenta totaliter dilacerari. Et tamen ipſi miſerrimi non patentur talibus ueſtibus indui. aut talibus tobaleis menſam parari. Et quid ſunt iſta niſi ſacrilegia, & magna irreuerentia ad ſacramenta, & ſacra, & ideo magna punitione digna diuina & humana. Pro iſtis ergo ingemiſcens Pſal. O Deus uenerunt gentes in hæreditatem tuam, qui in eo oſtendunt ſe gentiles, & infideles, quòd ita irreuerenter ſe habent ad ſacramenta & ſacra tua. Et hoc de primo.

Stare in facié ſacerdotis celebrãtis.

Iterare ſacramẽta nõ iterãda eſt ſacrilegium.

Reliqas irreuerẽter eſt ſacrilegiũ.

¶ Quantum ad ſecundum ſcilicet ſacrilegium cõmiſſum circa loca ſacra dicit. Poluerunt tẽplum ſanctum tuum. Templum dicitur à contemplando: quia ad hoc inſtitutum eſt ut contempletur ibi Deus orando & contemplando & meditando. Vnde Pſal. 137. Adorabo ad templũ ſanctum tuũ. Et Chriſtus. Lu. 19. ait. Scriptum eſt. ſ. Iſa. 56. Domus mea domus orationis uocabitur. Quãuis enim Deus cum ſpiritus ſit nõ captatur loco nec locum ex ſe requirit ut exaudiat qui ubique eſt, tamen in ueteri & nouo teſtamento uoluit habere ſpeciale tabernaculum uel templum ſeu eccleſias ad cultum ſuum propter ipſos adorantes homines qui ſunt corporales, ut. ſ. accedentes ad ipſum locum cum hac cogitatione quòd locus ille deputatus eſt ad colẽdum, & adorandum Deum cum maiori reuerentia & affectu accederent & manerent in eo. & in cõſequenter efficacius orõnes hominũ exaudirẽtur, ut dicit. B. Tho. i. 2. queſt. 102. Ex benedictione autem, & multomagis ex conſecratione ipſius templi recipit locus quandam uirtutem ut diabolus non tantum poſſit imaginationibus uiciorum homines infeſtare ut dicit Beatus Tho. 2. 2. Sed iſtud tẽplum materiale polluitur ſeu uiolatur per multiplex ſacrilegium & multomagis templum rationabile. Quod quidem per maxime dicuntur templum Dei hi qui ſunt diui no obſequio mancipati ut clerici, & religioſi conſecrati uel per ſolemnem profeſſionem uel per ordinationem. Vnde et religio dicitur ſacra, & ordines ſacri, & caſte uiuẽtes ad quod illi tenentur ex uoto templum ſunt ſpiritusſancti inquit Lucia uirgo & martyr.

Templorum dignitas oſtenditur.

Eccle-
sia pol-
luitur p
luxuriã.

¶Et primo quidem uiolatur & polluitur templum materiale per opus carnale ibi per petratum ita quod indiget reconciliatione præcipue ſecundum Hoſt. cum eſt manifeſtum. Et ſic prophanatum fuit templum dei ab Antiocho rege, de quo dicitur 2. Macha. 3. quod templum erat luxuria plenum & cõmenſationibus, & ſcortantium cum meretricibus ultroque ſe mulieres ingerebant faciẽtes intus quæ non licebant: ſed nõ euaſit impunitus impius rex de tanto ſacrilegio. Nam in itinere conſtitutus cecidit infirmitate ſuo, & uermibus ſcaturientibus corpus eius intolerabili fœtore exercitum grauans corporaliter & æternaliter mortuus eſt i maximis doloribus: Quod etiam ibi reſideant mulieres paratæ in habitu meretrico, ad capiendas animas, iuueneſque diſcurrentes ad procandum eas, nonne magnum ſacrilegium uidetur & domum orationis fieri ſpeluncam latronum ut uerificetur illud prophetæ. Oculus meus deprædatus eſt animam meam, quia ut ait. Veritas ipſa mentiri non poteſt. Qui uiderit mulierem ad concupiſendam eam iam mechatus eſt eam in corde ſuo. Math. 5. Sed quod etiam ibi tripudient, uel ludant multo magis ſacrilegium, & malè poteſt excuſari a peccato mortali. Templum autem humanale corporis clericorum, & religioſorum cum uiolatur per opera carnalia ſacrilegium eſt, tanto ſceleratius quanto magis proprie eſt templum dei quã domus materialis cum ibi eſſentialiter inhabitet & per gratiam in creatura rationali. Quicunque uiolauerit templum dei (ait Apoſtol. 1. Cor. 3.) diſperdet illum deus. i. in diuerſas partes perdet animam. ſ. ad inferos iudicando, famam ſubtrahendo, & ſubſtantiam diminuendo. Communiter enim tales malè fortunantur, & efficiuntur infames. Si enim ſponſus terrenus ſufferre non poteſt ſponſam ſuam adulterare: ſed repudiat aliquando etiam occidit cum adultero, multomagis credendum eſt Chriſtum grauiſimè indignari, q̃ ſponſa ſua ſcilicet anima clerici, uel religioſi alteri adhæreat & per carnalia opera fidẽ ei frangat. Et hoc eſt quod dicit Greg. de huiuſmodi. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei contraſtus nulla ratione diſolui, quã to magis pollicitatio illa quam cum Deo pepigit. ſ. per uotum ſolui ſine uindicta non poterit. 27. q. 1. Viduas. Et ad hoc plurimũ inducunt acceſſus ad monaſteria monialium cum uanitatibus mulierum, & tripudia quæ fiunt ibi & conuiuia & confabulationes rerum mundanarum, ut clericorum, & religioſorum nimia familiaritate cum eis, unde indecre. cauetur quod rarus debet eſſe ad eas acceſſus, & cum magna cautela, & breuis omnino locutio. 18. q. 2. In decima. Bene ergo dici poteſt polluerunt templum ſanctum tuũ.

Hiere. Tren. 3.

¶ Secundo polluitur ſeu uiolatur templum Dei materiale per ſanguis effuſionem uiolenter ibi factam, & indiget tunc reconciliatione de conſe. di. 1. ueſtimenta. In hoc ſacrilegiũ incidit Ioas rex Iuda qui fecit lapidare Zachariam filium Barachiæ. i. Ioiadæ ſummi ſacerdotis inter templum, & altare, ut habetur. 2. Paralip. 24. poſt q̃ malè fortunatus eſt. Ad ſacrilegium etiam pertinet extrahere de templo per uim confugientem ad ipſum ſiue propter debitum ſiue propter maleficium quod cunque. Talis. n. ibi debet eſſe ſecurus, nec poteſt per uim extrahi niſi eſſent publicus latro. 17. q. 4. Sicut uel nocturnus depopulator agrorum, uel iniuriam feciſſet loco ſacro extra de immu. ec. inter. Templum rationale polluit, & uiolat p̃ ſacrilegium, q̃ manus iniecit uiolentas in clericum uel religioſum uel religioſam, & talis non ſoluũ peccat mortaliter: ſed etiam incidit in excommunicationem maiorem nec poteſt abſolui circa ſedem Apoſtolicam ſi iniuria fuit enormis, puta uulnerationem incarcerationem, notabilem percuſſionem. 18. q. 4. Si quis ſuadente, idem ſi hoſtiliter quis inſequitur Cardinales. Idem ſi facit banniri uel exilio tradere epiſcopum loci. de pe. ſi quis in cle. ſed de his excommunicationibus declarationem habes diffuſè in 4. par. titul. 24. c. 2. & 3. ¶ Tertio ſacrilegium committitur expolluit Dei templum per incendium uel effractionem ipſius, uel loci religioſi, quod factum eſt à Nabuchodoſor circa tẽplum Dei, ut prædixerat Pſ. 65. di. Incederunt igni ſanctuarium tuum: ſed in bouem ex homine conuerſus ut dicit Auguſtinus propter ſuperbiam: ſuam. 17. q. 3. Miror. Nichanor ſtrenuus in armis dux exercitus Antiochi. quia minatus eſt deſtruere templum Dei uictus & occiſus in bello cum exercitu ſuo à Iuda Machabeo, ut dextera quã extenderat contra exemplum comminando ſu ſpenda eſt contra templum, & lingua eius p̃ particulas auibus tradita eſt ut habetur, 2. Macha. ult. Propter hoc etiam incurritur excommunicatio maior, ut extra de ſen. excommu. Tua & c. Conquæſti. Et de hoc habes diffuſè, in 3. parte tit. 24. De multiplici etiam pœna horum ſacrilegiorum habes ſupra in cod. ca. §. 2. Committitur inſuper irreuerẽ-

Eti aut. de ſanc. epiſ. §. ſi quis aũt notatur i Rubri. de coha bit. cler. & muli.

Caſus Papales

Per incẽdium.

tia

Multi modi p phanãdi ecclesia.

tia locis sacris per alios modos ut faciendo de eis stabulum pro iumentis, aut tabernam ad comedendum, uel bibendum, uel lectisternia ponẽdo, uel uictualia, & suppellectilia extra casum necessitatis, & emendo, & uendendo, in eis quod tanquàm sacrilegium detestãdo Christus eiecit flagellis ementes, & uendentes, non quidem in templo: sed in atrijs tẽpli quod minus est Io. 2. ¶ Refert magister in historijs scolasticis, quod postquã magnus Pompeius deuicta Iudea, & facta tributaria Romanis, stabulari fecit equos in tẽplo Dei Hierosolymis semper postea fuit deuictus, & demũ decapitus qui prius fuerat fortunatissimus. ¶ Theodoricus etiam narrat q̃ quidam Iulianus præfactus oriẽtis apud Antiochiam intrans ecclesiam minxit contra altare Dei. Sed paucis diebus interiectis uisceribus putrefactus interijt emittens sterco ra p os. Per istos ergo modos fideles polluerunt templum sanctum tuum Domine. Sed econtra statuit ecclesia extra de immu. ecc. Decet domum li. 6. quod ad ecclesiam sit humilis & deuotus accessus, nec ibi fiant parlamenta nec iudicia uel uaniloquia sed auditio & meditatio attenta diuinorum.

Punitio Põpeij & Iuliani præfecti.

§. 7. ¶ Quantum ad tertium principale. Sacrilegium perpetratur circa ipsas ecclesiarũ eas auferendo uel etiam eis abutendo. Vnde dicit Psal. Posuerunt Hierusalem. i. ecclesiam in pomorum custodiam. Quando fructus sũt in agro fit aliquando aliquod tugurium ad habitandum pro custodiendis illis: sed ipsis recollectis deseritur tugurij, & sic ex se paulatim ruit. Locus etiam ubi custodiuntur poma in domo est communiter locus uilis, & desolatus. Sic prælati uel seculares ostendũt habere aliquam curam de ecclesijs quando est tempus messium, uel uindemiarum, ut decimas, & oblationes recipiant, & fructus possessionum, sed his perceptis non amplius curãt de eis permittentes destrui & ruere, cum tamen secundum iura una ex quatuor partibus reddituum ecclesiæ debet conuerti in reparationem fabricæ, ut. 12. q. 2. quatuor. Locus etiam pomorum satis patulus est, & plures accipiunt de familia, uel domo & mures etiam rodunt, sic bona ecclesiæ familiares cõsanguinei, & quia ea procurant furantur, & homines bestiales etiam consumunt. Sed ut dicit Hieronymus. Ecclesiam defraudare sacrilegium est, duodecima quæstione secunda. Gloria. Hinc & Bonifacius Papa ait. Nulli licet ignorare quòd omne quod domino consecratur idest datur secundum glo. fi-

ue fuerit homo, siue animal, siue ager, uel quicquid fuerit domino semel consecratum, idest datum sanctum sanctorum erit Domino idest ad usum sacerdotum qui debent sancti esse pertinebit & ad ius pertinet sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis qui à Domino & ecclesia cui competunt aufert, vastat, & inuadit, uel raperit, & usque ad emendationem ecclesiæq; satisfactionem, ut sacrilegus iudicetur, & si emendare noluerit excommunicetur 12. q. 2. nulli.

§. 8. Punitio Heliodori.

¶ Quantum autem displiceat Deo auferre res Ecclesiæ, uel de templo res alias manifeste ostenditur per exemplum Heliodori. Hic enim cum fuisset missus a rege Hierosolimam ut acciperet multas pecunias quas audierat esse in templo Dei cum intrasset in templum, ut eas auferet apparuerunt ei tres angeli in forma humana. Vnus quidem eques ter armatus cuius equus pedibus anterioribus percutiens pectus Heliodori in terram prostrauit. Alij uerò duo sequentes pedestres ipsum accipientes flagellauerunt acerrimè, ita vt mortuus fuisset, nisi Onias summus pontifex pro eius uita orasset, quod & obtinuit ut habetur secundi Machichab. 3. Narrat & Iustinus, quod Brennus dux Gallorum uenit cum. 60. millibus cõtra Græcos, & spolitijs hominũ saciatus ad Deorum templa anhelabat uolens rapere quæ in templo Appollinis præciosa erant. Veniens igitur superbus habuit obuiam quatuormilia hominum qui nihil potuerunt contra tantum exercitum; sed potuit Deus qui suam iniquam intentionem cognouit. Nam subito facto terremotu per maximo & cadente parte montis Parnai, ubi templum erat oppressit magnam partem exercitus, deinde grando, & pluuia cadens de cœlo exterruit, & ipse Brennis ex dolore seipsum occidit sicque reliqui fugientes mortui sunt, ut unus non remanaret. Dionysius quoque dominus magnus & tyrannus in Sicilia ex potentissimo Dominio ad tantam deuenit miseriam ut in senectute sua magister fieret puerorum, ad quam miseriam creditur deuenisse; quia culturam Deorum contempsit, ut dicit Valerius. ¶ Dicitur etiam sacrilegium non solum cum aufertur sacrum de loco sacro, ut calices paramenta, & huiusmodi de ecclesia: sed etiam cum tollitur sacrum de non sacro, ut prædicta existentia extra ecclesiam, uel locum sacrum. Et insuper cum au-

Punitio Breani.

Punitio Dionysij Tirãni.

fertur

fertur non ſacrum de ſacro, ut qui furatur in eccleſia quæ non ſunt ſacra, ut pecuniam, ſiue eccleſiæ, ſiue ſecularium perſonarum. ut 17.q.4.quiſquis. Hiero. etiam dicit quod clerici qui poſſunt ſuſtentari de bonis parētum & de bonis eccleſiæ uolunt nutriri ſacrilegiū incurrunt & committunt, & per abuſum talium iudicium ſibi manducant & bibunt. 19. q.1.quoniam. Quod intelligitur quando nō deſeruiunt eccleſiæ ipſi ſecundum gloſſ. uel etiam ſi deſeruiunt eccleſiæ quæ ab eccleſia recipiunt in malos uſus conuertunt, ut in ludis focarijs & huiuſmodi. Vſurpantes patronatum aut bona uacantium eccleſiarum ultra ſacrilegium ſunt excommunicati, ut habes in 3.parte.ti.24.c.19. Non ſoluentes legata, facta pijs locis, facientes ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem, uel indicantes ſecundum ea alienantes bona eccleſiarum, uel monaſteriorum contra debitam formam, trahentes clericos ad iudicia ſeculária ſacrilegium committunt, de quibus uide ſupra eo.ca.§. 3.qui incipit qui detinent.

¶De proditione. Cap. 22.

Proditio quid ſit.

PRoditio ponitur a Gregorio in lib.31.moralium inter filias auaritiæ, quia communiter procedit ab ea. Et poteſt deſcribi ſic q̄ ſit quædam deceptio facta contra dominum, uel familiares ſuos in damnum rerū uel perſonæ aut manifeſtationem ſecretorum eorū. Et de hac prophetas Pſalmus contra Chriſtum per Iudam patrata in perſona Chriſti ſic ait. Homo pacis meæ in quo ſperaui, qui ędebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem. Vbi tria uidenda ſunt.

¶Primo coniunctio familiaris ibi. Homo pacis meę in quo ſperaui, qui ędebat panes meos

¶Secundo proditio criminalis. ibi. Magnifica fijt ſupplantationem.

¶Tertio offenſio perſonalis. ibi. Super me.

§.1. ¶Quantum ad primum. Sciendum eſt, ut dicit Boetius, quod nulla peior peſtis ad nocēdū quā familiaris inimicus. Et ratio eſt: quia cum ab eo quis ſibi non cauet multipliciter poteſt nocere. Habuit autem Chriſtus familiaritatem cum Iuda: quia cum eo continue conuerſabatur & familiaritas eius oſtenditur in dicto uerſu ex tribus, ſcilicet ex benīuolentia, ex confidentia, & ex beneficentia. Beniuolentiam ad eum notat cum ait. Homo pacis meæ, ideſt cum quo habebam pacem, utpote quia meum ipſum feci diſcipulum, & ex ſpeciali amore, & beniuolentia in apoſtolum elegeram, ut eſſet ex ſacrato duodenario numero ſenatorum vnus, quibus ſecreta ſunt reſeruata. Vos (inquit ipſę eis) dixi amicos, quia uobis omnia nota feci. Ioan. 15. Confidētiam inſinuat cum additur in quo ſperaui, ideſt cō fidi. Quomō Chriſtꝰ in Iuda ſperauit.

¶Sed quærit aliquis quomodo Chriſtus ſperauit ſeu cōfidit in Iuda, cum ſcriptum ſit Hiere. 17. Maledictus uir qui confidit in homine? Cui citius reſpondetur quod confidētia quæ inducit maledictionem diuinam ſeu reprobationem eſt confidentia inhærentiæ finalis, cum ſcilicet quis ita confidit in aliquo ut totum ſuum adiutorium ab eo expectet. Sic autem Chriſtus in nulla confidit creatura nec etiam electi eius. Eſt autem confidentia ſuffragantiæ inſtrumentalis, & iſta eſt licita & neceſſaria humanæ conuerſationi. Nullus enim ſibi ipſi ſufficit, undē indigens alterius ope oportet quod confidat de eo, quod ſcilicet inſtrumentaliter eum iuuabit in eo q̄ requirit. Sic Chriſtus ſperauit in Iuda ideſt confidit, ideſt oſtendit ſe confidere de eo inquantum ſibi commiſit ſeruare loculos ubi conſeruabantur pecuniæ Chriſto eleęmoſynaliter data ad prouidēdū neceſſitatibus ſuis, & ſuorum ut dicit Aug. ac ſi eſſet fidelis, cum tamen ſciret eum furem uel dicit glo. confidit non per ſe, ſed per membra ſua, i. apoſtolos qui credebant Iudam ipſum eſſe fidelē, & bonum ut cæteri. Beneficentiam ad eū declarat dicens, qui ędebat panes meos. Triplicem autem panem ei Chriſtus dedit ad ęſum pro maximo beneficio ſcilicet. ¶Panem doctrinalem. ¶Panem ſacramentalem. ¶Panem materialem. Nullus ſibi ſufficit.

¶Panis doctrinalis eſt ſacra doctrina ueritatis, de qua Eccleſiaſt. 15. dicitur. Cibauit illum pane uitæ & intellectus. Et Eccleſiaſ. 11. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas ideſt porrige doctrinam eis qui ſunt in aquis tribulationum, ut roborētur, uel in aquis cōpunctionis peccatorum ut ſpe conſulentur, uel eis qui calcant & deſerunt delitias, delectationem, ut in ſpiritualibus delectētur. Iſto panem ædebat Iudas qui frequentiſſime immo continue audiebat doctrinam Chriſti inducentem ad contemptum terrenorum. Et ipſæ etiam cum cæteris apoſtolis ad prædicādum eum miſſus fuit, ut expreſsè dicit Aug. 1.q.1. Chriſtus. Sed tante beneficentiæ oblitus ueritatem prodidit. Ipſum autem immitātur prædicatores qui ueritatē in mendacium mutant falſa populis prædicando ut placeant §.2.

uel ueritates neceſſarias cum expedit reticé do ne diſpliceant. Vnde Chriſoſtomus. Non ſolum ille proditor eſt ueritatis qui tranſgre diens ueritatem palam pro ueritate mendacium loquitur: ſed etiam ille qui non liberè pronunciat ueritatem, quam liberè pronunciare oportet, aut nõ liberè ueritatem defen dit, quam liberè defendere conuenit, proditor eſt ueritatis. Nam ſicut ſacerdos debitor eſt ut ueritatem quam audiuit a deo in ſcriptuiis ſacris liberè prędicet, ſic laicus debitor eſt, ut ueritatem quam audiuit a ſacerdo tibus probatam quidem in ſcripturis defen dat fiducialiter quod ſi non fecerit prodidit ueritatem. Hæc ille 11.q.2.nolite. Chriſtus autem eſt ueritas, & ſic per ſimilitudinem di citur prodere Chriſtum. Et hoc quo ad neceſ ſaria ad ſalutem, & cum extat neceſſarium. Non enim ſemper oportet nec decet omné ueritatem dicere uel populis prędicare, & ſi nunquam debeat mendacium dicere etiam ad profectum audiétium: quia ut ait Apoſto lus. Deus non indiget noſtro mendacio.

§.3. ¶Panis ſacrimétalis é prędipue euchariſtia. Vñ de ipſo loquẽs dñs Ieſus Io.6.ait. Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi uita. Et pſal.87. Panem angelorũ manducauit homo, & cibaria miſit eis in abundantia. Vtitur præterito pro futuro, more prophetico, ideſt manducabit, & mittit. Panis autem angelo rum eſt deus. Cibaria autem dicit in plurali quia non ſolum in ſacramentali pane eſt deus; ſed & caro Chriſti, & ſanguis, & anima. Hunc panem comedit Iudas in ultima cę na ſcilicet euchariſtię cum alijs. Vnde Augũſtinus ſuper pſa. Chriſtus quid fecit nobis ideſt quale exemplum tribuit qui tanta patientia ſuum proditorem uſque ad mortem ſuſtinuit, ut ei primam euchariſtiam proprio ore confectam ſuis manibus traderet. 1. q.1. Chriſtus. Sed tãti beneficij ingratiſſimus mox ipſum prodidit oſculo, quod nunc datur in miſſa inſignum communionis, quia eſt ſacramentum unitatis & pacis, cui aſſimilan tur ſumentes ſacramentum conſcientia mor talis peccati, & incontriti accedentes ut amici & oſculantes, & ſibi uiuentes per communionem: ſed tradentes eum in manus inimicorum per malam diſpoſitionem ideſt dęmo num & peccatorum quibus ſunt pleni, quan tum in eis eſt. Vnde Hie. Dic mihi ſacerdos, dic mihi clerice quomodo eiſdem labijs qui bus oſculatus es labia meretricum oſcularis filium uirginis? O Iuda, oſculo filium hominis tradis. Et aſſimilat tales Iudæ proditori. Et idem de accedentibus cum alijs criminibus.

§.4. ¶Panis materialis nomine in ſcriptura ſacra comprẽhenditur omne neceſſarium ad uitã humanam. Et hoc modo debemus intendere cũm poſtulamus in oratione dominicali. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, i. in pũcti tempore, hæc ſunt nobis neceſſaria ad uitam panis, & uinum, & oleum & ueſtimentum, & alia neceſſaria. Hunc panem ędebat Iudas ſibi a domino procuratum. Et uide mirabilem domini clementiam, & beneficen tiam, quia cum ſciebat inclinatum ad cupidi tatem ut poſſet ſatisfacere ſuæ auaritiæ aliqualiter ne omnino carens pecunia induceretur ad faciendum proditionem commiſit ſibi loculos ut inde poſſet auferre aliqua per mittens minus malum, ſ. furti ut ceſſaret a grauiori, ſcilicet ꝓditionis ex ipſa rei diſpoſitione, ſed ignis auaritiæ nunquam dicit ſufficit. Prouerb. 30. Ad tãtum eum nephas auaritia duxit ut magiſtrum benefactorem & dominum ſummum uendendo proderet pro ui liſſimo prætio. Huic autem peſſimo proditori comparari oſtendit Bedam pro pecunia dicentes falſa teſtimonia in iudicijs, & huiuſmodi & diſcordantes a ueritate pro ſua commoditate. Vnde ſuper Mar. ſic ait tractans illud Mar. 14. Abijt Iudas ad ſummos ſacerdotes & conſtituerunt ei pecuniam ſe daturos, ut (cum proderet. Multi hodie Iudę ſceluș quia dominum & magiſtrum ſuum deumq; per pecuniam uendidit uelut immane & nepharium exhorrent nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus falſum contra quẽlibet teſtimonium dicunt profecto quia ueritatem pro pecunia negant deum pro pecunia uendunt. Ipſe enim dixit. Ego ſum ueritas. Cum ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte commaculant deum produnt: quia deus charitas eſt. Qui ergo ueritatis, & charitatis iuſſa ſpernunt deum qui ueritas eſt; & charitas eſt produnt. Maxime enim cum non infirmitate uel ignorantia peccant: ſed in ſimilitudinem Iudæ quærunt oportunitatem &c. 11.q.3. abijt. Non tamen intelligendum eſt ut prædicti ita grauiter peccent ut Iudas, & ſic damnabiliter.

Nepharia auaritia Iudę.

§.5. ¶Quantum ad ſecundum. Notatur proditio criminalis cum dicitur. Magnificauit ideſt magnam fecit ſupplantationem, i. deceptionẽ. In euãgelio dicit Io.13. ubi hoc dictũ allegatur. Qui mãducat panẽ meũ leuabit cõtra me calcaneum ſuum, quod eſt aſſumptum ex alia translatione & in idem ſonat. Leuabit calcaneum

neum quo res multum præmitur, i. exigetur contra me ad conculcandum me in mortem per proditionem suam. Est autem proditio magnum scelus summò odiosum deo, & hominibus. Nil enim ita nocet humanæ quieti & bono cõmuni, hinc oriuntur maxima odia scandala, homicidia, & latrocinia ciuitatum, & regnorum exterminia. Fit autem proditio tribus modis. ¶ Primo in rebus & dominijs. ¶ Secundo incapiendis uel occidendis personis. ¶ Tertio in reuelãdis secretis. ¶ Primo fit proditiõ quando quis manifestat res occultas domini sui amici uel noti sui maliciosè alijs ut eas auferant & præcipue inimicis suis uel etiam cum ciuitatem uel castrum domini sui uel amici operatur ut amittat & ipse uel alius iniustè accipiat. Et in utrõque casu ultra graue mortale perpetratum tenetur talis ad restitutionem omnis damni tam ipsis dominis, & amicis suis, quam alijs inde damnificatis etiam si ipse nullam utilitatem inde sequatur per regulam illam. Qui occasionem damni dat damnum inferre uidetur extra de iniur. & dam. da. si culpa, & 11. q. 3. Qui consentit, cum glo. Talis fuit proditio. Absalonis qui sub specie uoti implendi traxit ad se populum, & congregauit in Ebron, & facta comuratione contra patrem proditorie abstulit regnum patri suo Dauid. Sed quã citius recepit quod meruit nam remanente suspenso i quercu per capillos sub qua eque ster transibat. Ioab hoc audiens tribus lãceis eum interfecit. Historiã habes diffuse. 2. reg. 18. Secundo fit proditio circa personas ut capiantur ab inimicis uel occidantur sic Dalida prodidit Sampsonem. Nã cum ad importunam eius requisitionem manifestasset ei in quo erat fortitudo eius uocatis ad se Philisteis eius inimicis a quib⁹ acceperat pecuniã proditorie caput ipsius Sampsonis dormientis in genibus eius abradi fecit, & excitatum tradidit Philisteis ut scribitur Iudi. 16. Sic Ioab osculans Aniasa sibi obuiante, ut amico gladio proditorie occidit eum. 2. Reg. 20. Et Dauid per litteras proditorie fecit Vriam occidi. 2. Re. 11. sic Iudas osculo filiũ hominis tradens iudeis ut caperent & occiderent, magnam fecit supplantationem, i. deceptionem magnificauit. ¶ Tertio modo fit proditio circa secreta reuelata, ut cum quis consilia, & secretos tractatus domini sui, uel ciuitatis suę reuelat inimicis uel alijs quibus non debet Prouer. 11. Qui ambulat fraudulẽter reuelat archana, qui autem fidelis est celat amici commissum. Si qui tamen aliqua illicita tractarent in nocumentum alicuius uel aliquorum contra iustitiam non malè faceret reuelando eis talia secreta, ut sibi posset cauere ab iniustis nocumentis modo tamen debito & quantum fieri potest sine scandalo ar. 32. q. 3. Ostendit & di. 83. p totum, & 22. q. 5. hoc uidetur. Exemplũ in Chusi qui similans se amicum Absalonis uocatus ad consilium dissipauit consilium Achitophel, quod erat contra Dauid ac reuelauit ei quæ tractata fuerunt in consilio per filios Abiathar ut sibi prouideret ut habetur. 2. reg. 17. Heliseus etiam propheta reuelauit regi israel cõsilia secreta regis Syrię de his in quibus iniũstè quærebat illi nocere hoc tamen habebat ex reuelatione spiritussancti. 4. reg. 6. Sed & cum quis peccatum alicuius notabile occultũ manifestas alijs publicè corripiendo, siue socius siue prælatus dicitur ꝓditor, unde Aug. Si eum, i. occultum peccatorem uis publicè arguere nõ eris correptor, sed proditor. 2. q. 1. si peccauerit. Similiter si sacerdos occulto peccatori etiam excommunicato deneget in publico sacramenta uel abstineat a cõmunio ne eius publicè proditor est criminis. Et hoc prohibetur. 6. q. 2. si tantum, & multo magis quæ habet in confessione manifestans proditor est, & punitur si cõuincitur, extra d pe. & re. omnis. Si quis etiam litteras clausas alicuius legat aduertenter ut sciat secreta eius proditor ẽ & mortaliter peccat, nisi forte ex quadam subita leuitate uel ignorantia faciat cum illi notabilem iniuriam faciat, & scanda la multa possunt euenire. Et hoc nisi legens essent prælatus eius, uel alius spẽ ponens in ratihabitione uel nisi esset manifestus aduersarius eius dubitans ne ibi aliquid tracte tur contra eum. Debuit enim scribẽs sibi prouidere ne deuenirent ad manus aduersarij.

¶ Quãtum ad tertium principale notatur offensio ꝑsonę Christi, ibi. super me. Maxima pœna ẽ homini cũ uidet se proditum ab amico & beneficiato. Vt ergo nullum genus pęnę deesset Christi passioni ideò præmisit se prodi ab amico, unde ut singularem pœnam suam exprimés ipsam proditionem Iesus in ultima cęna turbatus est spiritu, i. alteratus, & multum afflictus cõsiderans pęnam ipsius proditionis fiendæ ꝑ Iudam. Sic ergo patienter tulit proditionem suam sic & nos debemus ferre deceptiones & proditiones patienter.

¶ Quęritur cum quis possidet iniustè aliquã ciuitatem uel castrũ: quia s. usurpauit a uero & legitimo domino si ciuis uel subditus talis iniusti

Proditio fit tribus modis.

Personę prodiuntur.

Prodiuntur secreta.

Proditor confessionis

Prodés ciuitatẽ in iustè usurpatum am peccet.

iusti possessoris, vel alicuis occultè operetur ut amittat talem ciuitatem vel castrũ & recuperet uerus dominꝰ eius si peccat. Ad quod rñdetur quod aut hoc agit ex cupiditate, uel odio, aut ex zelo iustitiæ. Si primo modo puta quia inde consequitur præmium temporale ut fieri consueuit in huiusmodi, nulli dubium quin peccet mortaliter. Radice.n. infecta intentionis peste cupiditatis quæ est radix omnium malorum non potest sequi inde nisi fructus mortiferus damnationis. arg. 1. q. 1. fertur. Non tamẽ tenebitur ei qui iniustè possidebat & si amisit; quia rem suã proprio domino restituit, & si nõ debito modo, vnde & Abner capitaneus exercitus Isboseth: qa ex indignatione concepta contra eum pro iusta repræhẽsione ac etiam spe temporalis remunerationis quæsiuit tradere dominum regni Israel quod iniustè tenebat Isboseth filius Saul Dauid, ad quem de iure spectabat domino illi concedente iusto dei iudicio proditore à Ioab occisus est ut habetur. 2. reg. 3. Si autem ex zelo iustitiæ mouetur totaliter, uel etiam principaliter; quia speraret secundatio inde cõsequi aliquam remunerationem temporalem: quãuis principaliter inducatur ex iustitia non uidetur peccare: quia quilibet debet proximum iuuare ex charitate sicut in persona ita in rebus. Et ad hoc uidetur facere q̃ ait Dama. papa. Qui potest obuiare & pertur bare peruersos & non facit, nihil est aliud quam fauere impietati eorum. Nec caret scrupulo societatis occultæ, q̃ manifesto facinori definit obuiare. 23. q. 3. qui potest. Et q̃uis principaliter hoc intelligatur de his qui habent publicam potestatem, qui ad hoc tenentur necessario ex eorum officio: tamen etiam alij possunt facere hoc ex quadam charitate, ex hoc quando uerus, & legitimus dominus non potest alio modo recuperare suã ciuitatem uel castrũ per superiorem uel aliũ. Et ex tali ꝓpositione uerisimiliter creditur nõ sequi mors uel scandalum alicuius. Vnde & Ioiada summus sacerdos & iustus, dominium regni Iuda quod sibi usurpauerat Arhalia tyrannicè ab ea abstulit facta coniuratione contra eam sanctè & iustè, & restituit Ioas filio Ochoziæ qui erat tunc septem annorum ad quem de iure spectabat ut habetur 4. Reg. 11. Sed si hæc fieri non possunt sine mortibꝰ hominum & perturbationibus & scandalis aliorum, nullo modo hoc attentandum. Vnde Amb. Si nõ potest alteri subueniri nisi alter lædatur: commodius est neutrũ iuuare quam grauare alterum. 14. q. 5. denique. Et quia raro & quasi nõ quam ista fieri possunt sine morte hominũ & multis scandalis, ideo nemini consulendum, nec prædicandum hoc agere: cum semper abstinere oporteat clericos à consiliis & cooperatione, ubi mors hominum potest accipere etiam pro iusta causa propter uitandam irregularitatem. tum propter scandalum hominum quod inde sequitur, tum propter honorem effusionis humani sanguinis. Vnde Greg. si i morte Lõgobardorum me miscere uoluissem hodie Longobardorum gens nec regem nec ducem haberet: sed quia deum timeo, in morte cuiuslibet hominis me miscere formido. 23. q. 8. si i morte.

§. 8. ¶ Quæritur utrum hostem capitalẽ alicuius domini uel communitatis iniustè agentis uel bellantis contra ipsum dominum, uel ciuitatem sit licitum proditorie occidere, puta per uenenum & huiusmodi propinatum à suis familiaribus? Ad quod indetur dicẽdum quod nulli licet priuatæ personæ alium occidere quocunq; modo etiam quantuncũq; malum & nociuum, nisi in bello iusto, uel se defendendo si hoc nõ fit proditorie. Et ratio est, quia contra domini præceptum est ar. 22. q. 5. de occidendis, & c. si non licet. ¶ Sed nec etiam inducere aliquem ad propinandum uenenum hosti, quod nõ fit communiter nisi ꝑ familiares & amicos: quia nulli licet inducere aliũ ad mortale cum sit contra charitatem. Nec facienda sunt mala ut eueniant bona secũdum Apost. Quod fieret si aliqua suasione, uel promissione quis instigaretur ad hmõi, sicut nec licet inducere alium ad mutuãdum ad usuram qui ad hoc paratus nõ sit secũdum B. Th. in summa 2. 2 q. 88. art. 40. in 3. dist. 37. ar. 6. ad 6. Offerẽte autẽ se aliquo ad hoc faciendm cum iã peccatum sit in eo, non uidetur illicitum uti mala uoluntate eiꝰ in bonum suum ei aliquid promittendo ob liberationem suã ab hoste iniustè grauante ipsum. Habenti.n. iustum bellum cõtra aliquẽ licet occidere eũ ꝑm Aug. 23. q. 1. quid culpatur ac ẽt ubi infidiis 23. q. 2. c. dñs. sicut ergo parato ad fenerandũ licet ab eo accipere mutuum ad usuram ex causa aliqua honesta ꝑm Tho. Et fideli quãuis non liceat infidelẽ inducere ad iurandũ per falsos deos, tñ ad firmandum pactum secum super negotio iusto licet uti iuramento tali eius: quia hoc nõ est inducere illũ ad malum: sed malo eius uti ad bonum suum. Nõ enim peccato eius se sociat qui per dæmonia iurat, sed bono pacto eius, quo fidem seruat, idest fidelitatem

Notula utilis.

Non licet inducere ꝓd dandum uenenũ hosti.

tem ſecundum Aug. 22.q.1.mouet. Ad ſimi litudinẽ Dei, qui utitur malis hominũ in bonum gloriæ ſuæ inde bona elicíens. Sic ad ꝓpoſitum uidetur poſſe dici, quod mala uolũtate illius familiaris ſe ſe ad hoc offerentis ad huiuſmodi licitum ſit uti ad liberationem ſui iuſtam. ſic auditur a peritis. Nec eſt iſtud prædicandum uel conſulendum ne paretur uia proditionibus & homicidijs, quinimmo & poſtfactum imponenda eſſet pœnitentia aliqua ad terrorem, & cautelam ar. 34. q.2. in lectum. Sed ubi talis hoſtis haberet iuſtitiam, & iuſte grauat, uel bellat contra talem, uel dubium eſt quis habeat iuſtitiã nullo modo liceret. ¶ Si autem alicui aliquid dicitur ſub ſigillo ſecreti, ſeu confeſſionis extra tamen confeſſionem, uel cum exatione iuramenti ſuper hoc ut hoc ſecretum teneat, ſi illud reuelet ſine cauſa urgente, & rationabili peccat mortaliter faciens contra ius naturalem. Sed ſi tenendo illud ſecretum inde ſequi ueriſimiliter poteſt nocumentum notabile reipublicæ corporaliter ut in tractatu proditionis ciuitatis, uel ſpiritualiter uel in diffeminatione alicuius erroris fidei, & morum, uel etiam nocumenti particularis perſonæ. vt cum quæritur mors alicuius, tunc ſubeſt cauſa urgens, & rationabilis reuelandi ſecretum. Et ideo non obſtante quacunque promiſſione, uel iuramento manifeſtare debet ut obuietur malo, non tamen per accuſationem ſi probare non poteſt 2.q.7. plerunq; , ſed per denunciationem eo modo quo fieri poteſt n. elius nec in hoc peccat nec periurus eſt: quia ut dicit regula iuris in 6. Nõ eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum, nec tenentur in huiuſmodi caſu ſeruare ordinem fraternæ correctionis ut. ſ. primo moneatur &c. ſecundum Bea. Thom. 2.2.q.89.n ſi certus eſſet de emẽdatione per ſecretam admonitionem, De hoc plenius uide infra in tit. 9. in c. 6. de negligentia fraternæ correctionis. De reuelatione confeſſionis habes infra in 3. parte. ¶ Sed quid ſi quis literis alicui directas, & ab eo poſt lectionẽ earum dilaceratas, & proiectas recolligat iunctas partes in ſimul legat? Reſpon. ſi ut ſciat ſecreta eius faciat curioſitas eſt, ſi ut ſibi prouideat prouidentia humana eſt nec peccatũ. Cuilibet enim ſibi licitum eſt accipere rem quæ habetur pro derelicto, cuius mali eſt talis litera. ¶ Vnde dicitur Venetiis contigiſſe. Cũ q dã magn⁹ mercator literas accepiſſet à partib. oriẽtis, ut emeret aromata multa ciuitatis, quia futurum erat ut prætium multum creſceret eorum, quia inde tranſmitti non poterant illis temporibus. Ille perfectam literam dilacerauit, & in terram fruſta proiecit nil alicui dixit intendens illud facere de quo cautus reddebatur, ſed alius tenuis mercator literæ illius fruſta collegit & ſimul ſuis partibus coaptauit & legit. Quo facto cum hoc à nullo ſciretur, acceſſit ad omnes apothecas quæ habebant huiuſmodi in groſſo uenalia, & certo prætio correnꝫ dato totum emit. Cumq; mercator magnus cui literæ directæ fuerãt iret ad emẽdum inuenit omnia uẽdita. Interrogat de perſona emptoris. Miratur neſciẽs factum. ſed demum percepit ſicq; lucrum magnum quod ille ſperabat ex huius emptione alius ſua induſtria ſibi procurauit ſine iniuria eius, nec ſibi in aliquo tenebatur. ¶ Sed uerte caſum quid dicemus ſi quis malitioſe intẽdẽs nocere alteri ſcribit literam dirigẽdã alicui ut ſuo amico admonẽs eum ut emat multum de aliquo mercimonio, lana, ſerico, aromãtibus & huiuſmodi: quia erunt cara in futurum quod nouit falſum eſſe & permittit ſibi cadere in aliquo loco publico ubi frequẽtat aliquis quem odio habet ut ea inuentã legat & talia emat, ut inde multũ perdat & totũ hoc ſequitur? Reſpon. Talis utiq; grauiter, & mortaliter peccat intendens proximo nocere contra charitatem agẽs, de pœn. diſt. prima nunquid, cum c. ſeq. Non tamen tenetur ſatis facere de damno: quia nõ dedit occaſionem efficace damni extra de iniur. & de dam. da. ſi culpa. Non enim ita leuiter debuit credere ſibi ergo imputet ſuam leuitatẽ.

¶ Sed quid cum ciuis unus unius ciuitatis & fidelis iuratus, cuiuſdam principis ſciuit machinationem ciuitatis contra principem & econuerſo principis contra ciuitatem, cui debet citius reuelare principi, uel ciuitati? Reſpon. ſecundum Ioã. Neapol in quodlibet 10. ſciendum primum eſt quod machinatio ſtricte & propriè accepta ſonat in malum. Eſt. n. malum ſeu iniqua excogitatio contra aliquẽ ſed large & communiter accepta eſt idem q⁹ excogitatio alicuius mali iuſte uel iniuſte inferendi alicui, & ſic accipiendum eſt in propoſito ut quæſtio præpoſita latius determinetur. Quæ quidem quæſtio poteſt diſtingui in 7. caſus: quia aut utraque machinatio ſcilicet principis contra ciuitatem & ciuitatis contra principem eſt iuſta, aut prima eſt iuſta, & ſecunda iniuſta, aut econuerſo. Prima eſt iniuſta & ſecunda iuſta, aut eſt dubium, de utraq; an ſit iuſta uel iniuſta eſt dubium de prima ſola, ſcilicet ſi eſt iuſta uel iniuſta aut de ſecunda

Secreta reuelãs peccat.

Contra bonos mores iuramẽtũ non obligat.

De ciuis conſiliatio alicuius principis.

tunda sola. ¶ Primo igitur cum scilicet utraque machinatio est iusta: dicēdum, quod neutram talis debet reuelare. Ratio est: quia bonū bono non est contrarium; quod ergo est impeditiuum boni tanquam ei contrariū est malum, & illicitum, sed talis reuelatio inquātum ex natura sui est impeditiua talis machinationis iustæ ergo est mala, & illicita. Et si diceretur quod talis, qui iurauit principi reuelare omne consilium, & tractatum contra se factum, & ideo ex ui præstiti iuramenti tenetur reuelare talem machinationem. Respōdetur, q̄ iuramentum non est uinculum iniquitatis, unde ex nullo iuramento aliquis obligatur ad aliquid illicitum. Talis autem reuelatio illicita esset: quia impeditiua iustitiæ, & ideo non tenetur ad talem reuelationem rationem iuramenti. ¶ Secundo uerò casu cū, s. utraque machinatio iniusta est: dicēdū, quod utranque talis debet reuelare. Ratio est: quia quilibet debet impedire malum iniustè inferendum ei quem debet diligere cum diligere aliquem hoc includat, s. uelle, & procurare eius bonū: sed bonus ciuis debet diligere suā ciuitatem, & consiliarius iuratus principis debet diligere talem principem, ergo debet malum utriusque impedire reuelando machinationem iniustam contra utrumque factam. Et si diceretur, quod talis iurauit non reuelare secreta ipsius principis. Respondetur ut supra in præcedenti casu, s. quod non tenetur ad tale iuramentum nisi quando non reuelare esset illicitum. In casu autem nostro est illicitum unde non tenetur ad obseruantiam iuramenti. ¶ Sciendum quod cum ciuitati, & principi est reuelando machinatio contra se facta, si quæritur cui citius. Respondetur, q̄d si princeps præest tali ciuitati citius debet reuelare ciuitati quam principi. Cuius ratio est quia illi plus obligatur quem debet magis diligere; sed talis magis debet diligere talē ciuitatem quam talem principem. Ratio est. Propter quod unumquodque, & illud magis: sed homo debet magis diligere principem quam aliam singularem personam, quia princeps gerit personam ciuitatis, ergo magis debet diligere communitatem suæ ciuitatis quam talem principem. Sed si princeps præest non solum tali ciuitati: sed toti regno uel regioni in qua est talis ciuitas citius debet reuelare tali principi quā tali ciuitati. Cuius ratio est: quia illi plus obligatur reuelare quem tenetur magis diligere, sed talis magis tenetur diligere talem principem, ergo &c. Bonum enim totius est magis diligendum quam bonum partis, sed bonum talis principis cum sit æstimādum bonum totius regni se habet ad bonum talis ciuitatis ut bonum totius ad bonum partis. ¶ In casu autem dubio an sit iusta uel iniusta utraque uel altera machinatio supponere debet talis quod sit iusta. Cuius ratio est; q̄a quantum ad bonitatem, & malitiam idem iudicium est de actu elicito interiori, & de actu imperato exteriori, quia actus interior habet bonitatem, & malitiam ab exteriori, ut ab obiecto, exterior ab interiori ut à principio. Idem ergo iudicium quantum ad bonitatem & malitiam est de machinatione interiori, & de bello exteriori: sed in casu dubio an bellum inductum à principe si iustum uel iniustum subditus debet bellare præsupponendo bellum esse iustum. Et simile est de ciue respectu ciuitatis, ergo idem dicendum est ď machinatione. Et quod in casu dubio subditus debeat bellare ad requisitionem domini sui dicit Augu. & habetur 23. q. 1. quid culpatur. Cum enim dubia sint semper in meliorē partem interpretanda, ut dicit Beda, & habetur extra de reg. iur. estote. Potissimè hoc obseruandum in factis prelatorum: quia inferioris non est de factis superioris sui, quæ ei incūbunt ex officio suo iudicare. Regula moralis ¶ Item nō q̄d non est simile de machinatione sua contra principem, & de machinatione ciuitatis reuelanda principi. Et hoc propter duo; quia nullus potest licitè esse sibi ipsi causa mortis, sed alterius, sic & reuelando suam machinationē de qua non accusatur nec denūciatur esse sibi causa mortis suæ. Secundo: quia in potestate sua est uerisimiliter à propria machinatione desistere, & resiliendo impediret malum principis: sed non est in potestate sua, quod talis ciuitas resiliat à tali machinatione. ¶ Ad alios casus, qui supra sunt positi tracti de primo, ex dictis potest sumi responsio.

De turpi lucro, & ibi de ludo alearum, & de aliis ludis, per modum predicationis. Cap. 23.

DE turpi lucro ď quo dicit Apostolus. Neque turpe lucrum sectantes. 1. Thimo. 3. Quamuis Apostolus loquatur ibi de promouendis ad ordines sacros tamen omnes fideles debent hoc seruare, ne sint sectantes turpe lucrum, cum hoc sit species auaritiæ quæ omnibus prohibetur. De turpi lucro ¶ Dicitur autem turpe lucrum stricte lucrum, quod sit ex opere aliquo prohibito à lege diuina uel humana ipsa tamen datione uel acceptione pecuniæ non uetita, ut contingit in acquisitis per mere-

meretricium, concubinatum, histrionatum turpem, & per torneamentum, & huiusmodi. Talia enim opera prohibita sunt, non autem accipere uel dare pro huiusmodi pecunia nisi inquantum fouetur quis peccato. Largius tamen dicitur turpe lucrum, lucrum quodcunque illicitum siue competat restitutio aut errogatio pauperibus, siue non cõpetat restitutio. Et sic turpe lucrum est non solum, quod supradictum est: sed etiam acceptũ per symoniam, per usuram, ac etiam acceptũ pro iudicando bene uel male, aut pro testificando, & acquisitum per mercimonia illicita, & per ludum aleæ. Et secundum hanc acceptionem. 12. q. 4. quoniam multi cum duob. sequen. cap. sed de acquisitis per usuram dictum est supra. De acquisito per symoniam, quid fieri debeat patet supra. c. 1. Et de acquisitis pro iudicando in c. de institia. Hic primo de ludo; sed primo notandum est, quod cum ludus importat quãdam festiuam actionem triplex est ludus.

¶ Primus proueniens ex magna deuotione, & hic peramandus.

¶ Secundus contingens ex humana recreatione, & hic tolerandus.

¶ Tertius prouidens ex diabolica suggestione & hic euitandus.

§. 7. Ludus amãdus

¶ Quantum ad primum inuitat psalmista dicens. Omnes gentes plaudite manibus iubilate Deo in uoce exultationis. Quem ludum exemplo suo facere docebat cum luderet ipse, & omnis Israel coram archa dñi, ut habet. 1. Parali. 13. Saltans nudus, & psalens ob deuotionem, & affectum eximium ad Christũ quem intellexit figurari in illa archa domini in qua erant uirga, mana, & lex Mosayca, designantia deitatem potentissimam, carnem purissimam, animam sapientissimam Christi. Michol uxori eius (quæ ista uidens despexit signanti synagogam olim Dei sponsam despicienti Christũ humilitatem, & ueritatem mysteriorum eius) ipse Dauid Ludam, & uilior fiam pulsquàm factus sum, & humilis ero in oculis meis. 2. Reg. 6. Vnde, & ipsa Michol olim multũ dilecta à Dauid punita est à Deo & facta sterilis usq; in finem suum, sic synagoga propter sua perfidia sterilis facta est bonis operibus usque in finem mundi. ¶ Secundus ludus est cum quis utitur, aliquibus uerbis, uel factis solacijs ob recreationem sui, & aliorum, ita tamen quod nil turpe ibi misceatur uel Deo iniurioſum aut proximo nec grauitas animi totaliter resoluat. Et talis ludus pertinet ad uirtutem eutrapeliæ. Cum enim animus laborat interioribus curis, & cogitationibus sicut corpus exterioribus exercitijs quia uirtutis est finitæ, indiget aliquando quiete sicut corpus refectione sua. Quod procuratur per talia dicta uel facta solacioſa, quę dicuntur ludus. His ergo utendum est, sed parum sicut sal pro condimento secundum philoſophum. Hinc & Cato. Interpone tuis interdum gaudia curis; sic legimus beatum Loãnem euangeliſtam aliquando ludentem cum auicula, & beatum Antonium gaudentem cũ fratribus suis, & per exemplum continui tractus baliſſę inde frangendę, si non relaxarẽt corrigentem super hoc facto scandalizantes. De hoc ludo dicitur Zacha. 8. Ciuitas replebit̃ hominibus ludentibus. Et Matthe. 11. Similis est generatio hæc pueris in foro ludentibus. Ludi puerorum ad recreationem eorũ sunt inuenti propter quod pueris dicit. Cato Lude troco. Ad huius, s. recreationẽ sunt inuenti aliqui ludi pro adoleſcẽtibus, ut ludus pilæ. Alij pro iuuenibus, ut iactus pali, cursitatio, & huiusmodi. Alij p uiris, ut ludus scacorum, qui ludus nec etiam clerici est prohibitus secundum Lau. tamẽ ad tollendũ scãdalum laicorum coram laicis non debent huiusmodi agere. Histrionatus honestus pro domi nis precipue temporalibus pro prelatis catuli, & symię, licet potius solatia sua in scripturis deberent quærere. Iuxta illud. 1. Macha. 7. Habẽtes solacio libros sanctos in manibus nostris. ¶ Tertio ludus procedẽs ex diabolica suggestione est ludus ubi fiũt turpes repreſentationes, ut minorum: uel periculoſa, & nociua exercitia, ut torneamenta, palleſtra, & ludus aleę, & huiusmodi. Et quia hæc sunt plena peccatis dicit Aug. de pẽitente, quod cohibeat ſe à ludis, de pẽ. di. 6. & sancti uiri ista euitauerunt, unde. Thobia 3. Dixit Sara cum ludentibus non me miſcui, nec cum his, qui ambulant in leuitate, &c. Et Hiere. In medio ludentium non ſedi. Et ad hoc pertiet proijcere ad inuicem saxa, sicut in quibuſdam locis in carnis priuio uel alijs feſtis, quod non est dubium eſſe mortale propter pericula ſequentia.

Ludus uitãdus

Ludus tolerãdus.

§. 8. Ludus aleæ eſt peccatũ.

¶ De ludo aleæ uidẽda sunt tria. Primo utrũ ſit peccatum, & an mortale, uel ueniale, ſecundo utrum quod acquiritur per ludum talem ſit reſtituendum ei à quo acquiſitum eſt. Tertio utrum cum non ſit reſtituendum anſit de neceſſitate ſalutis pauperibus erogandum, uel de honeſtate conſilij. ¶ Quod autem ſit pctũ patet ex hoc: quia prohibẽt per legem canonicã. & ciuilẽ, ut. ff. de aleato, p totũ i auten.

Adde ℣ dicit auten. alearũ usus. C. de reli. et sũp. fune.

tent. de san. ep. §. interdicimus, & extra de vi. & ho. cle. clerici. vbi dicit ꝙ clerici ad aleas, uel taxillos non ludant nec hmõi ludis inter sint. Et quamuis. c. loquitur de clericis, tamen & laicis prohibetur, unde ibi uacat argumentum à contrario sensu. Et hoc quia alibi non solum clericis: sed etiã laicis prohibentur, ut dis. 35. c. 1. ubi dicitur. Episcopus, aut præsbyter, aut dyaconus aleæ seu ebrietati & ferijs aut desinat aut certe damnetur, subdyacon⁹ vero, aut lector, aut cantor similia faciens, aut desinato, aut cõione priuet. Similiter & laic⁹ ex canonibus apostolorũ. ¶ Circa hoc capitulum notandum primo quod ludus aleæ secũdum Guil. intelligitur omnis ludus qui innititur fortunæ ut ludus taxillorum. Et idem uidetur de cartis, uel naibis quãuis sit ibi aliquid industriæ principaliter: tamen est fortunæ. Ludus autem scachorũ non est fortunæ, sed industriæ & ob recreationẽ inuentus. Vnde non prohibitus secundum Rich. nec etiã clericis secundum Lau. Ludus etiam pilæ nõ est fortunæ: sed exercicij. ¶ Nota secundo ꝙ ludus aleæ est peccatũ mortale secundũ Ray. quod probari potest ex pœna. Null⁹ enim debet deponi uel excommunicari, nisi pro mortali uero uel præsumpto: sed ludens ad aleas debet deponi uel excommunicari secundum illum canonẽ Episcopus, ergo &c. Quod credo uerum quando ex cupiditate quis ludit. s. principaliter motus non ob recreationem: sed ad acquirendũ, quid notabile per ludum. Nam ludere quid modicum ut pueri faciunt uel ob recreationem & moderatè non videtur mortale. Vnde ff. de alea. l. si. dicitur, qđ in conuiuio uescendi causa ponitur in eam rem familiæ ludere permittur. Et hoc etiam uidetur innuere textus. c. illius ex mõ loquẽdi. Dicitur enim deseruiẽs illud denotat frequenter deditus ludo, quod fit communiter ex cupiditate. Et quamuis Guil. dicat quod tunc est mortale quando ducitur in cõsuetudinem, istud de se non uidetur uerum: quia consuetudo & si aggrauat peccatum, non tamen mutat speciem peccati, uel genus ut de ueniale fiat mortale secundũ B. Th. sicut etiã uitiũ ebrietatis, cui ludus æquiparatur in pœna ét semel cõmissum aduertenter est mortale, sed frequenter hoc faciẽs uidetur hoc agere ex cupiditate. Nota tertio ꝙ illã pœnã non sustinebit. s. depositionis uel excõmunicationis, nisi ducat hoc in cõsuetudinẽ ſm Ray. immo & si sit assuetus ad hmõi, debet prius admoueri, & si admonitus nõ cessauerit, tũc puniẽdus illa pœna. Neq; enim pro mortali q̃s

Clericus ludẽs aleis debet deponi.

est cõicandus nisi fuerit cõtumax ſm B. Tho. in 4. Nota quarto ꝙ hodie idem uidetur in subdyacono sicut & in dyacono dicendum quo ad pœnam illam secundũ Hostien. extra de ser. non ordin. miramur.

§. 3. ¶ Quantum ad secundum. Nota ſm B. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 7. quod si tribus casibus tenetur quis restituere quod acquisiuit per ludũ ex iure diuino, ita quod non debet pauperibus erogari: sed restituere nisi cũ nescirentur, uel non inuenirẽtur personæ sicut accidit in aliis restitutionibus. ¶ Et primus est cum acquirit quis ab his qui rem suam alienare non possunt. Et qui sint illi Ray. põit exẽpla, vt furiosi, prodigi, minores 25. annis, & maximè pupilli, & mente capt. surdi, & muti, & cœci, & q̃ perpetuo morbo laborant, quia. n. tales rebus suis superesse. i. prouidere nõ pñt dandi sũt ei tutores uel curatores, insti. de cura. §. furiosi. Et q̃ dictũ est de prodigis uidetur intelligendũ de his quibus ratione prodigalitatis dati sunt eis curatores a iudice & non de aliis. Serui ét cũ quicquid habent sit dominorum alienare non possunt. Sed & religiosi si qua haberẽt ad usum suũ uel per administrationẽ, illa tamẽ donare uel alienare non possunt illicitè ut in ludis, vnde qui eis uincerẽt etiam prælatis ad restitutionẽ tenerẽtur monasterijs, uel prælatis. Clerici quãtũ ad res ecclesiæ cum pauperũ sint. 16. q. 1. quoniã, alienare illicitè non possunt ut in ludis. Filij familias qui emancipati nõ sunt a patre alienare non possunt per ludũ, uel alios modos nisi peculiũ castrense, uel quasi castrense in quo ut domini censentur. Et quid sit peculium castrense uel quasi uide supra. c. 15. §. 1. Similiter & uxores si non habent parafernalia alienare non possunt. Qui ergo acquirit ab his p ludum restituere tenetur tutoribus uel curatoribus, uel prælatis & dominis eorũ ſm Th. Ray. Pe. de Pal. & alios nisi fortè sit quid modicũ de quo præsumi posset quod eorũ superiores, ut patet tutores & hmõi non curarẽt. ¶ Secundus casus est cum acquirit per fraudes, puta utendo falsis taxillis uel alio modo decipiendo. Nam hoc restituendum est ei qui amisit uel habenti curam eius, reputatur. n. hoc ut furtum, ar. ad hoc 14. q. 5. non sane. in fi. secundum Thomam, & Ray. ¶ Tertius est quis attraxit aliquem ad ludum per uim uel nimiam importunitatem, siue in principio ludi, siue in medio cum alius uellet dimittere, & non finit, tunc etiam tenetur restituere ſm Th. & Ray. qui ad hoc induc̃t. c. nõ sane. ¶ Quartus casus est quando. s.

ludit uoluntarius cum uoluntario ex cupiditate non per fraudem, & vincit ab eo qui alienare non potest suas res. Sed ubi uiuitur legibus Imperialibus uel municipalibus prohibentibus huiusmodi ludum & mandatibus posse fieri repetitionem amissorum in ludo, ut ff. de alea. l. fin. nec huiusmodi leges sunt per dissuetudinem abrogatæ quo ad restitutionem, & tunc circa hoc sunt uariæ opiniones. ¶ Aliqui enim dicunt quod tenetur quis restituere sic acquisitum per ludum si uidelicet per sententiam iudicis ad hoc fuerit arctatus seu condemnatus, aliàs non tenetur. Et ratio est: & quia talis restitutio est præcepta in pœnam lucrantium ex tali lucro. Nec iura quæ de hoc loquuntur dicunt quod talis teneatur ipso iure: sed quod possit repeti. Quandoq; n. licitè potest retinere aliquid antequã per sententiã iudicis reddere comp ellatur quod tamen per sententiam iustè latam reddere necesse est, sicut patet de pœnis aliorum iurium. Et addit Pe. de Pal. in 4. ad hoc, quod talis retinere non põt: sed debet pauperibus errogare sententiam iudicis, & tunc non tenebitur si in iudicio repetatur, si potest probare erogationem factam pauperibus, sed post sententiam oportet, ꝙ restituatur, nec sufficeret pauperibꝰ erogare.

In turpitudine cẽ melior conditio possidentis.

¶ Alij dicunt simpliciter, & indistinctè nõ esse restituendum: sed de necessitate pauperibus erogandum. Et hoc secundum Placen. & Hugo. Assignant pro ratione cum turpitudo uertitur ex parte utriusque, melior est conditio possidentis. ff. de cond. ob tur. caus. l. 3. & 4. Sed Azo dicit hæc forte habere locum cum dedi aliquid ut turpe quid facere. Secus si dedi contrahendo ubi lex contractum prohibet contrarium est, ut C. de agri. & censi. l. quemadmodum. Et idem dicit Hosti. ¶ Tertij dicunt quod tali iure durante sic acquisitũ est simpliciter restituendum ei à quo acquisitum est ex iure positiuo: quia iura prohibẽt non solùm ludum: sed & acquisitionem per ipsum: Et malæ fidei possessor dicitur qui cõtra legum iura mercatur. C. de agri, & censi. l. quemadmodum. Hęc est opinio Azo. & gl. super c. episcopus di. 35. & c. clerici 2. de vi. & ho. de. Et host. dicit quod ferè omnes doctores hoc sentiunt. Hanc opinionem firmat & sequitur B. Tho. Vbi supra, & in 4. senten. dis. 15. Et Rich. in 4. scilicet, quod est restituẽdum ab illis qui sunt talibus legibus astrictis eis à quibus acquisitum est, si sciunt durante tali iure. in suo robore, & non abrogato per dissuetudinem, & hoc nisi quis lucratus fuerit ab eo qui eum attraxit ad ludum in quo casu non tenetur illi restituere, qui amisit: sed erogare pauperibus. Idem Ray. ¶ Quarti dicunt uniuersaliter restitutionem fiendam, scilicet etiam in locis ubi homines non subijciũtur legibus imperialibus. Et rationem assignant, quia scilicet talis restitutio in iure canonico implicitè est posita. Nam leges imperiales non contrarias diuino iuri. aut per contrariam rationabilem consuetudinem approbatas obseruandas esse, iura canonica decreuerunt ut patet, dist. 10. de capitulis, & in aliis c. Sed ius imperiale prohibet talem acquisitionẽ, ergo &c. Sed ad hoc posset responderi, quod quamuis ius canonicum confirmet iura ciuilia iuri diuino, uel canonico non contraria, non tamen extendit obligationem illorum iurium ad eos, qui eis non sunt subiecti de iure uel antiqua consuetudine. Nec etiam ita firmat: quia possint per consuetudinem abrogari sicut & ius canonicum. Aliquando etiam abrogatur, ut dist. 4. c. statuimus cum. §. sequen. Vnde hac opinione omissa magis placet opinio B. Thom. supradicta.

Sãctio legum.

¶ Quantum ad tertium scilicet cum quis lucratur in huiusmodi ludis cum voluntario ualente alienare & sine fraude, & qui legibꝰ imperialibus non sunt astricti, uel alijs municipalibus pariformiter prohibentibus huiusmodi ludum, uel si sunt huiusmodi legibus astricti: tamen sunt per dissuetudinem abrogatæ quoad factum restitutionis quid agendum de tali lucro. Circa hoc duæ sunt opiniones. Aliqui enim dicunt illud pauperibus erogandum de necessitate & non posse sibi retinere. Alij uerò dicunt hoc de honestate consilij non de necessitate fiendum. Et quamuis prima opinio sit securior, & ideò potius consulenda: non tamen uidetur de necessitate imponenda, ut propter hoc denegetur absolutio nolenti hoc facere, quia non credit sibi necessarium esse ad salutem, ad hęc faciunt dicta doct. Nam beatus Thoma. & Richard. in 4. nil dicunt de erogatione pauperibus fienda quo ad eos, qui non sunt astricti legibus imperialibus, uel etiam cum essent per dissuetudinem abrogatæ. Et Ioann. Andr. & Ioan. Calder. super capit. clerici, de uita, & honest. cleric. dicunt tutum esse talia pauperibus erogare, non tamen dicunt fore necessarium. Idem Monal. & Asca. & Alexan. Angli. Franc. de Zaba. dicunt posse defendi talem opinionem, sed quod non teneatur omnino talia pau-

Adde vtrũ Rex Franciæ Christianissimus sit legib. imperialibus subditus.

pauperibus erogare: quia consuetudo potuit dominum perdentis in uincentem transferre. Ioh. de Imo. ista allegat & non reprobat. Ray. etiam in summa sua dicit, quod licet multi sapiente, dixerint acquisita per ludos aleæ non restituenda: sed pauperibus erogã da, tamẽ modo sic seruatur, quod nec ad erogandũ pauperibus sunt cogendi, sed sieri potest de huiusmodi eleęmosyna, ut de acquisito per meretricium, quod utiq; consulit non impetratur. Pe. de Pal. in 4. dicit aliquos tenere, quod qui nunc nõ est locupletior amplius non tenetur qui. s. perdidit quod per lucrum fuerat lucratus prohibitum lege humana, quia talis non erat obligatus pauperibus ratione alicuius recepti ab eis uel commissi in eos. Igitur ne paretur uia ludis & turpibus lucris in huiusmodi casu consulendum est & persuadendum ad erogandum pauperibus. & præcipue quantũ ad illud quod remanet in lucro ultra perdita in eo, & alia saltim pauperibus, & per interualla temporum non tamen cogendus, & multominus hoc prædicandum; sed quòd pauperibus sit erogandum. De acquisito per torneamẽtum dicit. Richa. in 4. quod non tenetur quis restituere; quia ecclesia & si prohibet torneamentum non tamẽ acquisitionem p ipsum. Vnde debet pauperibus erogari, de consilio tamẽ magis quã ex præcepto

¶ De ludo aleæ per modũ prædicationis potest induci illud psal. 30. Audiui uituperationem multorum commorãtium in circuitu. Commorantur in circuitu non solum hominum astantium lusores firmi ipsi manentes, sed ex ipso actu ludi. Fit enim ibi quasi circuitus cum sit quidam discursus proiecendi, & resumendi eosdem taxillos, & tũc finitur unus ludus, quando puncta illa ex ipsis iactatis apparent quæ primo uisa sunt: sicut enim figura circularis finitur, cum ad primum punctum a quo inchoata est post discursum quodam redditur. Fit etiam circuitus quidam in lucro ipsius dum quod unus amittit alius uincit, & post discursum plurimum, qui primo amisit quod perdiderat reuincit, gaudet cũ uincit, tristatur cum perdit. Et apte dicitur commorantur. Non enim contenti sunt per horam morari in ludo; sed commorantur totaliter. i. morantur tota die, & quod peius e toto tempore uitæ suæ. Qui enim huic alluescunt dimittere nesciunt. Bene ergo dicit ps. de hoc. Audiui uituperationem &c. Vbi tria notari possunt de hoc uitio.

¶ Primo quod est in mundo abominabile, ibi Audiui uituperationem.

¶ Secũdo quod est in seipso inseparabile, ibi. commorantium.

¶ Tertio quod est diabolo asociabile, ibi. circuitu.

¶ Quantum ad primum. Non est quasi aliquod uitium quod reddat homines ita infames & abominabiles sicut ludus. Nullus confidit de lusore, nec uult eum in socium alicuius artis: quia semper haberet timere, ne furaretur sibi ut posset ludere. Tales ergo lusores uituperant ex suis pessimis moribus christianitatem, & uituperantur ab hominibus. Et hoc propter multa scelera enormia quæ reperiuntur in ludo, & ex ludo. ¶ Vere uituperabilis est lusor, & stultus cum uilissimæ seruituti se subijcit, dum taxillum quasi deũ suum constituit & ad hoc astrigens se ut faciat quod ille iusserit. Si uideris (iquit Señ.) murem uelle dominari alij muri. nunquid tenes risum: quanto magis ridiculum est quando os caninum dominatur homini. Nam de ossibus canis fiũt taxilli quod os est minoris ualoris & cõditionibus quam quòd mus dominatur homini. Sed ét lusor largitur ad prę ceptum taxili, quod non largiretur ad præceptum dei, & plus etiam quam fuerit Beatus Martinus largitus ad consilium dei, quia non solus dat medietatem clamidis, sed etiam tunicam, corrigiam, & camisiam, ad mandatum taxilli & nudus sequitur dominum suum, mundũ uel dyabolum & quod peius est qa cum deberet abnegare deum illum. s. taxillũ postquam cognouit, & expertus est malitiã eius potius econtra abnegat deum uerũ uituperabiliter qui ei nil nocuit: sed omnia bona fecit & uindicat se de eo qui est absque culpa. O quantum utique uituperandus est qui manib' suis se perdit, quem dei filius manibus cruci affixis acquisiuit, unde Bernar. in persona Christi loquens ait lusori. Ego te acquisiui manibus cruci affixis, & tu consumis te manibus decijs dedicatis. Vnde maxima ingratitudo. Vix est dare actum in quo concurrãt tot mala quot excludo. Quot. n. in taxillis sunt puncta, tot scelera ex eo procedũt unum grauius altero, & nõ mirũ si uituperãtur a deo, & toto mundo. ¶ Nã primũ peccatũ quasi primus pũctus sine quo nũquam reperitur ludus e amillio tpis. Et quãus istud multus seu uideat tñ sapietib. ét ethnicis grae reputatur, unde Sen. nulla maior iactura, q̃ téporis amissio, nã rcuperari nõ pt, o q̃ male poterũt reddere rõnẽ do de tpe qui toto die & aliqñ ét nocte adũgũt circa ludũ imo

§. 6. Adde q lusores reputantur infames in aut. alea rũ usus. C. de relig. & sũptu. fu.

Taxilli fiunt de ossibus canũ.

§. 5. Sermo ad ludo.

rãtur omne tempus tibi impensum, requiretur a te qualiter sit expensum inquit Ber. Et non solum amittunt ipsi ludentes tempus sed & alios amittere faciunt qui. s. talia aspiciunt: Nec enim tales sunt sine peccato, & ex hoc dimittũtur diuina & alia spiritualia opera, & quid interim cogitant ludẽtes respicientes nisi uana: Sedue qui cogitatis iutile dicitur. ¶ Secundum uicium procedens est blasphemia. In nullo exercitio ita frequẽter blasphematur Deus & tota curia cęlestis, quod uicium non solum est mortale: sed ualde graue adeo quòd dominus in lege sua mãdauit. Quicũq; blasphemauerit nomẽ domini morte moriatur. Et corpus quidẽ morte corporali, anima autem morte nisi pœnituerit in fernali. Et aliquãdo terribilia iudicia facit deus contra tales. Aliquando etiam oculi talium ecciderunt super mensam lusoriam. Aliquã do uexati sunt fortiter a dęmonibus. Aliquã do os inuersum é horribiliter, & huiusmodi, tamen ut ipsę ait. Nomen meum iugiter blasphematur. ¶ Tertium est contumelia. Nam contumelia sibijnuicem dicunt. Et quia ista & multa alia mala ibi fiunt ,ppter quod a legibus puniuntur & prohibentur ludi. Recto res quia ista dissimulãt & non puniunt quantum in eis est grauiter offendunt. Nã ut dicitur dis. 83. Negligere qui ppe cum possi perturbare peruersos nihil aliud est quam fouere. Et permittitur ibi. error cui nõ resistitur, approbatur. ¶ Quartum est dissipatio substãtiæ temporalis, unde merito figuratur per adolescentiorem illum ,pdigum qui recedẽs a domo paterna dissipauit substãtiam suam. Lu. 15. Frequenter uidemus hoc contingere quòd iuuenes emancipati uel defunctis parẽtibus, & aliquãdo etiam uiuentibus magnas diuitias parentum per ludum cito consumũt & magnam miseriam deueniunt. Nam si aliquando uincunt partem acquisitorum per ludum, dant eis qui mutuant mensam lusoriam, & taxillos, uel socijs ludi. partem expẽdunt in tabernis, & luxurijs, & conuiuijs. Et communiter omnes lusores ĩ processu tẽporis dicunt se plus amisisse, q̃ acquisiuisse. Sed & ea quæ uincunt sibi retinere non pñt. Sed uel restituere uel pauperibus dare. Huius aũt declarationem uide supra immediatè. ¶ Quintũ est ecclesiæ cõtẽptus seu inobediẽtia. Nam ecclesia prohibet ludũ alearum, nõ solũ clericis: sed etiam laicis, adeò quod nisi correctus se emẽdauerit debeat excõicari, ut habetur di. 35. epiſcopus. Et etiam per ius ciuile, ut. ff. de alea. per totũ. Et potest dici ludus aleæ omnis ludus qui initur fortunæ principaliter etiam si fiat ibi aliquid de industria, sicut ludus taxillorum, cartarum, & alia huiusmodi. Dicit autẽ Christus Lu. 10. Qui uos spernit. i. prælatos ecclesiæ ĩ suis ordinationibus me spernit. ¶ Sextũ est furtum. Nã qui sunt dediti ludo cum non habent ad ludendum furantur, uel a parentibus occulta accipiendo & furtum est, uel a uicinis, uel a magistris si in exercitijs sunt artium mechanicarum, Ludendo, autem si perdunt tenentur restituere furata, quamuis amisserunt. Si uincunt augent furtum, unde & furata tenẽtur restituere a quibus acceperunt & lucrata per ludum ab his qui nõ possunt alienare, ut est filius familias & aliæ certæ personæ, & furata restituere tenentur his qui habent curam eorum. Nõ furtum facies (inquit dominus) quia talis dignus est suspendio. ¶ Septimum est gula criminalis. Qui enim uincunt sicut malè acquisierunt pecuniam ita male expendunt; quia uadunt ad tabernas, uel faciunt conuiuia, & in uitio gulæ plurima consumunt & in crapulis. Sed socij, & familiæ, & uxores lusorum non nisi cum mala conscięntia possunt comedere, & bibere, & uestire de acquisitis per ludum, cum debeãt restitui uel pauperib⁹ erogati. Attendite uobis a crapula & ebrietate (ait Christus Lu. 21.) ¶ Octauum est homicidium. Nam lusores aliquãdo de uerbis ueniunt ad uerbera, de uerberibus ad uulnera, de uulneribus ad homicidia, De multis etiam diebus nostris auditum est quòd occisi sunt in ludis. Sed qui effuderit sanguinem humanum effundetur sanguis illius, ut dicit Gen. 9. Talis enim captus a iudice occiditur & ipsę uel etiam a consanguineo illius uendictam de hoc facientibus, quamuis malè quia mihi uindictã & ego retribuam ait dominus. Verè maledicta res ludus unde tãtum scelus oritur. ¶ Nonum est inuidentia fraternalis. Nam qui perdit cum uidet bursam suam uacuam, & eius qui sibi uicit plenam, & aliorum etiam ludentium, inuidit de pecunia illius ranta, & cupit q̃ ipsum perdat. Cum etiam uidet uicinos alios abundare diuitijs inuidet, & dolet, q̃ ipsę non habet q̃ ludere possit. Sed fugiamus inquit Basilius inuidiã quæ pigus, é gehennæ Iob. 5. dicitur. Paruulum occidit inuidia. ¶ Decimo est caristia rerum quæ sequit in domo sua. Nam modo deficit panis modo uinũ, modo lect⁹, modo uestimẽtum uxori, q̃ pignorat ut laudat. Inde conqueritur uxor, & familia irascitur. Ipsę maledixit se & alios

& se

Notula pulchra.

Adde quod dicit Bar. in auth. alearũ usus. C. de reli. & sũpt. fune.

Lusorũ pauperes.

& sequuntur multa mala, & sic nulla pax, uel quies potest esse in domo illa. Nō est pax impijs dicit dominus Esa. 48. ¶ Vndecimum est laudatio mala. Nam qui uicit laudat se de malo, & aliquando de eo quod decipiat socium & ipsę non perpendat laudatur etiam a mundanis tanquam strenuus lusor & bonus magister. Sed quam praua, & bestialis ista laus cum se laudat de re diabolica. Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ inquit psal. 9. Sed ex hoc ut subdit. Exacerbauit dominū peccator ideſt prouocauit ad iram contra se ad puniendum seipsum. ¶ Duodecimum est mendacium. O quot mendacia dicuntur ibi a laudentibus, & ab aspicientibus. Sed ut dicit Amb. Omnes qui dicunt mendacium filijs sunt diaboli. 22. q. 5. cauete. Et quod per mendacium acquiritur cū ibi sit fraus, restituere tenetur, & ut eis magis credat mēdacium addunt iuramentum, & fit periurium quod est semper mortale, & grauissimum peccatum cum fit aduertēter in ludo siue extra ludum secundum Thom. in summa. ¶ Tertiū decimū est neglectus. Nam lusores propter hoc ut habeant magis tempus ad ludendum negligunt diuina, & missas, & uesperas, orationes, & prædicationes, nisi forte orent ut Deus faciat eos uincere. Sed nascit diuina iustitia patrocinium dare facinori seu criminibus (ut dicit Chrisost.) Negligunt festa seruare, quia in illis permaxime ludunt, & plura peccata & grauiora committunt quam si terram colerent, quod est festa uiolare. Opus seruile non facietis i eo Exo. 20. Peccatum est opus maxime seruile. Quartūmdecimum est odiū. Nam odiunt eos qui eis uincunt, aliquando odiunt seipsos, se aliquando uerberātes, odiunt quod peius est Deum qui non facit eos uincere. Et intātum insurgit odium ut quod non possunt scelesti homines facere in persona sua, in figuris faciunt percutientes expuentes & huiusmodi. Sed deus ostēdit super hoc pluries magna miracula, quia de huiusmodi figuris aliqñ exiuit sanguis, aliqñ tales a dæmonibus arrepti sunt, & horribiliter uexati. Odiunt & homines reprehendentes eos de tanto scelere iuxta illud. Odio habuerunt loquentē. Et psal. 108. Posuerunt aduersum me odium pro dilectione mea. ¶ Quintū decimū est participatio sceleris. Istud enim peccatū a multis participatur. Nam qui dant eis pecunias ad ludendum pro parte lucri utiq; mortaliter peccant, & tenentur de eo qđ peruenit ad eos qui mutuant eis ét sine parte lucri male faciunt, & si nunquam rehabent licet iuste merentur cum sint causa mali. Qui aspiciunt ludentes non sunt immunes a peccatis multis curiositatis & uanitatis. Sed & parentes qui nō castigant filios ludentes grauiter peccant. Digni sunt morte non solum qui faciunt: sed etiam qui consentiunt facientibus. Ro. 1. Qui mutuant taxillos, uel qui in domo ad ludendum locum præstant participes etiā sunt mali. ¶ Sextumdecimū est questio litigiosa seu contentiosa uerbalis dum. s. unus dicit sua puncta apparuisse, alius negat, unus dicit unum, alius contrarium, & ex contentione insurgunt contumeliæ & uerba inordinata. Contra uerbosos noli cōtēdere uerbis, (ait Cato.) Multum ergo quilibet debet sibi cauere a contentionibus quæ producunt tot mala. ¶ Decimumseptimū est rapina. Ali quando. n. quasi uiolenter trahit unus alium ad ludum, uel uolētem recedere inuitum tenet uel falsos taxillos submittit, & tunc est tāquā rapina, & restituere tenetur quod sic acquisiuit ei cui uicit secundum legem oēm diuinam & mundanā, sed cōiter hoc accidit qui una die uincit alia die perdit, ut merito possit de eo dici uhe q prædaris, nōne & tu prædaberis ipsę q. d. sic. Et tamen qui sic atraxit, inuitum uel sic decepit non est restituendum quod perdidit: sed pauperib⁹ erogādū. ¶ Decimūmoctauum est scandalum. Nā hoc uidetur uitium infectiuum. Cum. n. quis uidet aliū ludere ubi nihil cogitabat de ludo in clinatur ad simile. Et præcipue cum filij sint inclinati & apti ad imitandum mores parentum uidendo patrem ludere, blasphemare, clamare, & alia mala facere qui producit ludus siue freno ad talia assuescit, & sic scādalizat filios, & alios suo exemplo ludendo. Sed dicit Christus Ma. 14. Qui scandalizauerit unum de pusilis istis, qui in me credunt expedit ei. 1. melius est ei ut suspendatur mola asinaria in colo eius & demergatur in profundum maris. ¶ Decimumnonum est tristitia quæ in eo est tanta si perdit quod nil boni libet eragere, quinimo aliqui intrant in desperationē & occidūt seipsos. Tristitia etiam nō modicam afferunt omnibus diligentibus eos de actu ita turpi, & periculoso animæ & corpori infamī coram deo, & mūdo. Et dicit Augu. de pę. dis. 5. c. 1. quod peccator reuersus ad pœnitētiam inter cætera debet hoc defiere de tristitia magna quā dedit bonis de suis malis operibus. ¶ Vigesimum est usura maxima. Si. n. quis pro cetū q exponit mutuo recipiēdo. 10. uel. 5 p c. dr usurarius quid dicendum est de eo qui ponit se ad ludū eū de

Dantes pecuniā ad ludēdū peccant & etiā qui eos aspiciunt.

Lucrū ludi dicitur usura.

cem florenis, & in eadem die lucrabitur per ludum centum florenos, certe uidetur maxima usura unde & pro se retinere nō potest, sed uel restituere in certis casib⁹, uel pauperibus erogare i alijs. Si autem perdit sibi imputet & suæ fatuitati. Vsurarius dicit Christ. sup omnes est maledictus. ¶ Vigesimumprimum est Christianitatis uituperatio. Contra illud quod ait Apostolus. 2. ad Corin. 6. Non uituperetur ministerium nostrum. i. seruitiū quo seruimus Christo. Sed p ludum seruitur diabolo. Sicut enim deus inuenit. 21. literas primo, nam aliæ postea sūt supperadditæ ad cō ponendam Bibliam, ubi est omnis sapientia reuelata, ita inuenit diabolus taxillum Bibliā suam, ubi posuit. 21. puncta tanquam litteras suas nigras, ubi in usu eius reperitur omnis malitia p̄ccati. Quod enim est malum quod inde non sequatur? Non defecit ibi quod est summe abominabile. s. sodomia. Nam adolescentuli miseri ut habeant ad ludendum assentiunt omni turpitudini dantibus eis pecunias pro ludo. Non ergo debet dici Christianus qui deditus est ludo cum uituperet nomen Christi.

§. 7. Ludus ē quasi inseparabile ab homine.

¶ Quantum ad secundum scilicet quod est i separabile tale uicium ab homine, notatur ex hoc quod dicitur, commorantium. Non enim tales transeunt sicut faciunt electi transeuntes de terrena ad cœlestia, eūtes de uirtute i uirtutem quæ sursum sunt quærentes, sed quæ sunt super terram quærunt commorantes in terrenis. i. simul corde, & ore, & opere morātes in eis. Corde quidem, iuxta illud psal. 16. Oculos suos statuerūt declinare in terram per cordis. s. inextinguibile desideriū & sitim. Ore insuper iuxta illud Esa. 16. De terra musitat eorum eloquium. Et Ioh. j. Quid de terra ē de terra loquitur. Opere autem: quia omnia faciunt ut ditentur, sustinentes multa pericula & labores. ut in eis illud nerificetur psal. 38. Tabescere fecisti sicut aranea animā eius fecisti tu deus, idest p̄misisti animam auari, ex qua auaritia procedit ludus tabescere, idest deficere sicut arana, quæ se cuiscerat ad faciendum telas quibus capiant muscas. Sic auarus & lusor consumit se ad excogitandum malitias, & operandū quo modo posset alios decipere & sibi acquire. Nec mirum si lusor commoratur in uitio nā recedens ab eo. Nam secundum philosophū in li. ethi. ex multis actibus uitiosis sicut & uirtuosis generatur habitus qui est de difficili mobilis a subiecto, & generatus habitus ad huc ex iteratis actibus dilatatur. & firmatur magis, & dilatatus habitus in eius actibus magis ac magis delectat, & delectatio perficit opus. Sic lusor frequentans ludos ita delectatur in eo. ut totam quasi suam felicitatem uideatur ibi ponere. Et q̄a consuetudo est quasi altera natura, sicut naturalia tolli non possunt, ita quæ in consuetudinem ducta ut ludi. uix possunt homines auelli ab huiusmodi quantuncunque perpendat ex huiusmodi uituperari & consumi. Consuetudo autem in malum non minuit peccatum, sed auget ut dicitur. 24. q. 1. pudenda. Tāto enim sunt grauiora peccta, quanto animam infelicē diutius detinēt alligatam, extra de conu. c. fi. Et rō est fm. Th. 1. 2. & alios doctores, quia cum peccatū consistāt in uoluntate quāto quis uoluntate magis effrenata, & firmata in malo peccat, tāto grauius peccat in eodem genere peccati. Sed ludēs communiter ex consuetudine, ut faciūt lusores sunt effrenatissimi & firmatissimi in auaritia, & alijs malis, quæ cō mitantur ludo unde grauissimē peccant. Et his demū euenit quod psal. 68. impræcatur dicens. Fiat commoratio eorum deserta & i tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Commoratio lusorum est in barateriæ loco, sed illa est deserta ab hominibus id est ratione utentibus. Nam nullus qui sit bonus ciuis uel rationabilis persona ibi conuersatur, uerecundaretur enim ibi uideri. Solum bestiæ ibi sunt, idest bestialiter uiuentes sicut bestiæ habitāt libenter i deserto. Commotatio etiā ubi habitāt. s. in domo sit deserta. Bene hoc sciunt pauperculæ uxores talium & familiæ, quia tales ut habeant ad ludendum expoliāt domum uestimentis, & utensilibus, & omnibus bonis ut nō sit qui inhabitare ibi possit. Mirabile est & horribile considerare, quam sit istud uitium inseparabile ab homine cum est in eo habituatus. Et ideo caueat sibi quisque ne talibus misceat. Vnde inquit. Vidi uituperationem multorum commorantium usque ad mortem toto tempore moratium in huiusmodi.

¶ Quātum ad tertium facit illud uitium associari demonijs, quod innuit cum dicitur in circuitu. Opus diaboli est circuire. Vnde Petrus in prima cano. capit. 5. inquit. Aduersarius uester diabolus tanquam Leo rugiens circuit. Sicut ergo lusores reperiunt se in uia diaboli, quæ est circuitus, ita & in termino cum eod. scilicet in inferno. Vnde Esai. 65. Qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eam, propterea dinumerabo uos in gladio. Ponūt mensam fortunæ

§. 8. Lusores sunt cōplices dę monsi.

qui

qui ludunt exponentes se fortunæ siue p taxillos ludendo, siue per chartas. Et isti feriun tur gladio diuinæ ultionis in inferno. Vnde in chartis siue naibis sunt figuræ non solum baculorum, denariorum, cupparum, sed & gla dio rum, ad innuendum quod ex ludo sequũ tur cupiditates, potationes usque ad ebrieta té, uerberationes, & uulnera, & demũ gladi⁹ mortis æternæ. Ducunt in bonis dies suos in quit. Iob. 21. & in puncto ad inferna descen dunt. Videntur lusoribus bona & magna bo na ista temporalia comedere, bibere per lu dos acquirere, & istæ est circuitus uitæ eorũ, sed in puncto ad inferna descendũt. Ipsi quæ runt decipere alios in puncto taxilli, & dia bolus decipit eos in puncto temporis, quod expectant ad pœnitendum: sed eis deficit. Vn de & prouerbialiter dicitur. Pro uno pun cto perde Martino la capa, & ibi in inferno faciunt circuitum cum diabolo, quem dicit ip sæ. Iob. 24. Transibunt ab aquis niuium ad ca lorem nimium, & econuerso, intelligendum est calore intenso ad frigus nimium.

Quid si gnificãt figuræ quę sũt i chartis

§. 9. ¶ Quæritur quid iuris cum altercantibus duo bus, puta Petro & Martino super aliquo rei euentu præterito uel futuro, puta morte alicuius principis, unus ut Petrus asserit mortuũ talem dominum, uel uenturum talẽ prin cipem ad talem ciuitatem infra certum tps, q̃ si secus fuerit obligat se Murtino daturum centum, ita tamẽ qđ si ita est ut asseruit Mar tinus qui tenebat cõtrarium uiceuersa tenea tur dare Petro centum uel minus secundum conuentionem adinuicem factam, utrum tale lucrum sit licitum. Respon. non: sed turpe lu crũ dici põt procedẽs ex auaritia & nulli de seruiẽs utilitati, sed vanitati & prodigalitati. Non tñ restituere oportet de necessitate, sed pauperibus erogandum, ut audiui aperitis. Et hoc magis ex consilio quam ex præcepto, ar. 14. q. 5. c. non sane. & c. qui habetis. Et uidẽt habere similitudinem aliquam ad ludum quã tum ad futurum euẽtum. Nulla enim lex mã dat restitutionem in huiusmodi, & si lex diui na, & naturalis prohibeat omnem actum aua titiæ & illicitæ acquisitionis, ut meretricij, & torneamenti & huiusmodi.

§. 10. ¶ De acquisito per meretriciũ quod pertinet ad turpe lucrum sciendum est secũdũ B. Th. 2.2. q. 32. & Ric. in 4. & Pe. de Pal. in 4. & gl. summaria. 14. q. 5. in prin. quod non debet re stituere, sed potest de eo fieri eleçmosyna, & consulendum est illud pauperibus erogari, nõ tamen de necessitate, quid & si lex diuina uel canonica prohibeat actũ per quẽ lucrat, nõ tamen ipsam acceptionem uel datione m. Quod autem ecclesia prohi eat recipi obla tiones talium, & in ueteri lege intelligitur hoc de oblationibus ad altare, quod fit in de testationem criminis, ut illa magis erubescat & desistat & ne ecclesia uideatur approbare talia scelera. Et idem dicendum de acquisito per concubinatum & sodomia & adulterium eadem ratione, tamen quia summe om nia iu ra detestantur sodomiam, ideò magis inducẽ dum ad dandum illud pauperibus: quidã tamen dicunt quod acquisitum p adulterium est dandum ei in cuius iniuriam est factum, scilicet uiro cum ipsæ est innocẽs, sed occulto modo dandum est ei ne ei innotescat adulte rium, uel nisi etiam econtra uxori fidem fregisset tunc. n. pauperibus est erogandum. Sed uidetur idem dicendum quod de alijs turpi bus lucris scilicet meretricio & huiusmodi. Si quis tamen uel si qua accepissent aliqua bona iu notabili quantitate ab his, qui aliena re non possunt scilicet, à religiosis, seruis, pupillis, & clericis quo ad bona ecclesiastica, restituere tenentur his, qui habent curam de eis uel ecclesijs uel monasterijs eorum. Quæ etiam in huiusmodi turpitudine, ut contingit p fraudes & importunas extorsiones habuisset tenetur restituere ei à quo habuit et laico uel habenti curam eius si non est sui iuris, ar. 14. quęstione. 6. cap. si res.

Oblatiõnes meretricis in ueteri lege non recipiebãtur.

§. 11. ¶ De facientib. uel uẽdẽtibus gladios, lãceas, balistas, uenena & hmõi quibus homines uel lędũtur uel moriũtur utrũ sit licitũ eorũ op⁹ uel lucrũ. Nota fm. Ray. distinctionẽ, primo ad intentionẽ eorũ, secundo quo ad ipsa opẽ ra. ¶ Quantum ad primum sciẽdum est, quod si tales, hæc faciant, uel uendant propter hoc ut homines talibus abutantur uel si scienter uẽdãt, & donẽt talibus quos sciũt uel credat ab usuros, mortaliter peccãt & grauissime, & omnia pcta quæ occasione illarũ rerũ ab alijs perpetrãtibus sibi imputãtur & rei sũt apud Deũ omnium animarum quę propter hoc pe reũt. 11. q. 3. prçcipue. 27. q. 2. c. fi. tu abstines. Itẽ cũ sint coopatores omniũ scelerum inde cõmissorũ, iõ debẽt p omnibus pœnã sustine re. 2. q. 1. c. notũ in filium. Si autẽ dicãt se ha buisse bonã itẽtionẽ, q. a. s. credebãt aliũ eme re talia pp al quem licitum usum, vel habẽs aium indifferentẽ nihil super hoc cogita bat, uel ignarabat q̃ esset illicitũ talia facere uel vendere, tũc subdistinguẽdũ, quia aut illę re sunt quæ ad humanũ usũ possunt esse uti les ut arma in bello iusto, cultellus ad inciẽ dum panem. Quædam etiam uenena ap-

Arma quomodo uendere licet.

Adde qđ habetur in aut. ut lic. matri & aui. in fi. col. 3.

ponuntur à medicis in quibusdam medicinis vel etiam in coloribus aptādis, & huiusmodi aut ad nullum usum utiles sunt nisi ad peccādum, sicut quędam venena mortifera ad nullum bonum usum utilia. Et in primo casu nō dico ipsum peccare dummodo non habeat intentionem corruptam (ut dictū est) nisi forte ex qualitate personæ uel temporis cognosceret uel probabili & sibi dictaret conscientia, quod ille non quærit illam rem nisi ad malum perpetrādum, tunc enim non debet sibi vendere contra talem conscientiam. 23. q. 5. c. de occidendis, & 5. q. 5. nō ois. In secundo ăt casu peccat faciendo uel tenendo uēdendo uel aliàs alienando res tales. 21. q. 1. c. 1. de cōse. di. 5. fucare. ar. de libello famoso quę non debet qs ostendere, sed destruere, aliàs peccaret grauiter. 5. q. 1. per totū, & est optima. l. hoc. ff. de contra hen. emp. l. quod sæpe ubi ponitur talis regula quod flagitiosæ rei, i. quæ nullo modo per additionem alterius rei potest esse utilis usui humano, nec emptio, nec mandatum nec societas ualere potest. Ex omnia mala quæ inde sequuntur possunt isti imputari. Concordat prædictis Tho. Host. & Inno.

Adde qua pœna puniuntur q faciunt famosos libellos, C. de famosis libellis, et ibi Bal. & ff. eoti. & Ange. i tracta. maleficiorum. §. 12.

¶ De beliſtarijs. Nota quod ars ſagittariorū, ſeu exercitium prohibetur ſub pœna excommunicationis. extra de ſagit. c. vnico. quod cōmuniter intelligitur de bello iniuſto, & contra catholicos. Nam contra infideles uel etiā fideles in iuſtō bello licitum reputatum. Nā in bello iuſto non refert quantum attinet ad uſtitiam vtrum apertè uel ex inſidijs quis pugnet. 23. q. 2. dominus. Et pugnare cū balliſtis uidetur eſſe pugna ex inſidiis. Sed quātum ad excommunicarionis pœnam tenent communiter doctores quod ſit canon ferendæ non latæ ſententiæ ſint bellum iuſtum, ſiue iniuſtum. C. communicationes epiſtola. l. 1.

§. 13. Fucorū uenditores utrū peccent mortaliter.

¶ De factoribus & venditoribus alearū, & taxillorū, & chartarum, ſeu naiborum fucorum ſertorum ſeu coronarum mulierum, capillorum capitis, Stampatoribus pannorum, & huiuſmodi ornamentorum, quid iuris. Videtur dicendum de factoribus, uel uenditorib. alearum, taxillorum, chartarum, quod quia ut in pluribus homines utuntur his ad peccatum mortale propter auaritiam, ideò non videntur tales poſſe excuſari à mortali, uide nec ab ſoluendi niſi talia dimittāt. de pę. diſ. 5. falſas, & c. fratres, & c. negociū. Guil. ét dicit q. nō eſt ſecurum de talibus uiuere, quorū uſus eſt ut frequentius ad peccatum, quod intelligo de mortali, & ē turpe lucrū. Sed de factoribus & venditoribus fucorum, & aliorū ornamentorum uidetur dicendum quod vēdēdo his de quibus ſcit uel credit quod utantur ad prouocandum ad laſciuiam eſt mortale, quia cooperantur tali in crimine. 2. q. 1. c. notum. Quod tamen non debet de facili credere niſi apparent ſigna manifeſta ut in meretricib. Nemo enim eſt iudicandus immemor ſalutis ęternæ de conſe. di. 1. iubemus. Vbi ăt hoc ignorat uel non conſiderat: ſed ſolum de vanitate addunt cū talibus poſſint mulieres uti cū pctō & ſine pctō cū mortali & cū ueniali ſecundum intentionem earum & quantitatem exceſſus. Et quod intentio earum ut in pluribus ſit laſciuia, uel mortalis ſuperbia aut inanis gloria, durum eſt dicere & temerarium iudicare. Quādo etiam ſit tantus exceſſus, q. faciat mortale difficile eſt diſcernere, vnde non uidetur quod in huiuſmodi peccēt mortaliter. Minus. n. eſt iſta facere, uel uendere quā portare: ſed iſta portare uel uti ut ſupra dicis q. uſ. præcipue inter ornamenta prouocantia ad laſciuiam de ſe non eſt mortale, ſm B. Th. 2. 2. q. 99. Vbi etiam dicit q. quia mulieres licitè poſſunt ſe ornare, uel conſeruent decentiam ſui ſtatus, uel aliquid etiam addere ut placeant uiris ſuis, ideò artifices talium ornamētorū non peccatorū uſu artis hmōi nihi forte adinueniendo aliqua ſuperflua, & curioſa. Nec tñ hoc faciēdo dicit eē mortale. Sed ſi dicatur q. quærunt alijs uiris placere, ut in pluribus ſaltim ad inanem gloriam. Dicendum quod inanis gloria extra genere ſuo eſt ueniale ſecundum Tho. 2. 2. q. 132. licèt aliquando poſſet eſſe mortale. Perſuadendi ſunt igitur tales ad dimittendum opera, & uenditionem talium uanitatum, non tamen cogendi per negationem abſolutionis. Dubia enim in meliorem partem ſunt interpretanda, extra de re. iu. c. eſtote. De ipſo autem uſu ornatus dicetur infra ti. 6.

§. 14. Vtrum hiſtriones, & animi peccent iudēdo.

¶ De arte hiſtrionatus, & de factione inſtrumētorum muſicorū, & uſu eorum. Sciendum ſecundum B. Tho. ſecunda ſecundæ qđ ars hiſtrionatus de ſe non eſt licita, quia ordinatur ad recreationē & ſolatium hominibus exhibendum quod neceſſarium uitę humanæ, ſicut ſal cibo pro condimento dummodo fiat locis, temporibus, & modis oportunis & à perſonis laicis aliàs peccatū eſſet, ut ſi tempore pœnitentiæ in loco eccleſiæ à perſona eccleſiaſtica, uel cū iniuria dei, uel pximi. Quod ſi fuerit cū uerbis turpibus, uel actibus turpia repreſentantibus, uel cū incantationibus

tionibus,& tunc est illicitum,& mortale. Et talis exercentes non sunt absoluendi, nec cõmunicandi. Et de talibus loquitur Cyprianus in c. pro dilectione de consecr. dist. 2. & Aug. di. 86. qui venatoribus donant, ubi dicit quod dando talibus pecuniam pro opere suo est magnum peccatum, quia fouentur in scelere suo,& pertinet hoc ad turpe lucrum, unde,& pauperibus errogandum de consilio tamẽ, sicut etiam acquisitum per artem mathematicam, i. diuinatoriam, vt 14. q. 5. c. qui habetis, cum c. sequenti.

§. 15. ¶ Quantum ad faciendum instrumenta musica. Cum vsus eorum de se sit licitus, ita formatio,& uenditio. Potest tamen multipliciter esse peccatum in usum eorum, vt si ad lasciuiam prouocandam, vel nimiam complacẽtiam sensualem, permaxime autem in diuinis officijs pulsare in organis ballatas, & cautiones laicales, videtur magna Dei irreuerentia. Nec ita debet placere clerus populo ad aures quod displiceat Deo miscendo carnalia diuinis officijs. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? Et si multi non perpendunt de cautionibus aliqui tamen mundani, & uani percipiunt, unde trahuntur magis ad carnalia, quã ad spiritualia. Et Cyprianus dicit. Cogitatio carnalis, & secularis hominis abscendat, scilicet tempore orationis,& diuini officij, de consec. dist. 1. quando. Vtrum autem mortale, vel veniale sit ipsi uideant, qui hoc faciunt.

§. 16. Emẽtes uina ut Carius uendãt commit tunt turpe lucrum. De ementibus tempore messium blada, & tẽpore undemiarum uinum,& alios fructus vt postea carius vendant in futurum. Dicit canon hoc esse turpe lucrum cum fit ob cupiditatem, non ob necessitatem. 14. q. 4. quicunque. Sed VI. in tractatu suo plenius distinguit. Dicit. n. quòd hoc fit aut propter bonũ commune, aut propter bonum priuatum. Si propter bonum commune sicut Ioseph emit frumentum tempore abundantiæ, vt posset prouidere patriæ tpe famis. Gen. 41. hoc meritorium est. Idem Rayn. Si autem propter priuatum commodum, tunc sit tripliciter quia aut hoc fit ex prouidentia timens ne postea habeat in futurum emere si indiguerit cum carius erit,& tamen postea cum non indigeat sicut credebat uẽdidit carius,q̃ emerit: sednõ carius quã uẽdat in foro,& hoc licitũ est. Idẽ Ray. & Guil. & Inno. Et multo fortius si hoc facit ex pietate, ut scilicet ex lucro uẽditionis inde prouideat pauperibus, dum tamẽ moderatè hoc faciat ita quod per caristiam cõitas non lædatur. Secundo potest hoc fieri ẽm iustitiam commutatiuam, vt faciũt mercatores & licitè possunt pro opera sua recipere lucrũ ut sustẽtetur dummodo non intendant caristiam inducere. Idẽ dicit Guil. & addit maximè si aliud genus negociationis non nouit, nec alias habet unde uiuat uel sustentetur cũ familia sua. Tertio modo fieri potest hoc ex auaritia ita, quòd unus tantum emit de huiusmodi, & congregat, quòd postea compelluntur homines emere ab eo ad placitum suum,& ideò uendit carè, ut uult, & isti enormiter peccant contra proximum, & communitatẽ, & tales qui uictualia uel alias res aut etiam monetas emunt ut caristiam inducant, vocat Ray. nephandas belluas, & mortale est secundum Gui. siue a clericis siue à laicis fiat, sed grauius in clericis. Innoc.& Hostiens. dicunt, quod qui emunt uictualia ut carius uendant tempore indigentiæ quam scilicet emerunt nulla utilitate pensata. s. prouisionis suæ personæ,& familiæ uel subuentionis pauperum: sed ex cupiditate utique peccant non tamen tenẽtur huiusmodi lucra restituere certis personis: sed debent pauperibus erogari secundum Ray. vt 14. q. 5. qui habetis cum c. seq. Sed hoc secundum Gui. uerum est de honestate consilij non de necessitate sicut de alijs turpibus lucris dictum est.

§. 17. Adde quod tales ꝺ̃ iure ciuili plectuntur ultimo supplitio. ¶ Sunt,& alia plura turpia lucra ut in mittendo uel portando arma uel ligamina, uel quæcunque mercimonia ad terras Soldano subiectas, & tales ultra peccatũ turpis lucri incurrunt excommunicationem cuius absolutio papæ reseruatur,& de hoc uide in 3. par. tit. 24. ¶ Lucrum quod quis consequitur in seruiendo usurario in arte illa. Proseneta cũ est mediator in malis contractibus. Miles in seruiendo in bello iniusto quantum ad stipendium suum. Notarius in faciendo instrumenta usuraria,& breuiter quodcunque lucrum, quod quis recipit pro opere, quo seruit alijs in illicitis. Lucrum etiam quod facit in operando, vel uendendo diebus festiuis, uel in ecclesijs, vel alijs locis indebitis. Recipiendo etiam pecuniam ob electionem alicuius in aliquam dignitatem temporalem, dicit Guil. quod est turpe lucrum, & consulendum, quod pauperibus detur, quamuis Host. dicat hoc symoniacum.

¶ De *inhumanitate*. Cap. 24.

Inhumanitas ꝺ̃ filiæ auaritiæ.

OBduratio contra misericordiam, seu inhumanitas ponitur pro filia auaritiæ à beat. Gregorio in libro Moral. & ab Isidor. & a beatum Thom. secunda secundæ. Et consistit uitium istud in hoc, q̃ quis non subuenit pro

ximo in necessarijs vitæ cum potest, q̃ communiter procedit ex auaritia ex eo qđ amat plus substantiam temporalem, quam proximum suum. Et talis deficit à faciendo eleęmosynas corporales, quæ continentur in hoc uersu, uidelicet. Visito, poto, cibo, redimo tego, colligo, condo. Loquens psalmus de subuentione proximi per quam excluditur uiciũ istud obdurationis contra misericordiam sic ait psalmo 40. Beatus qui intelligit super ęgenum, & pauperem in die mala liberabit eum dominus. Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatũ faciat eum in terra, & non tradat eum in manibus inimicorum eius. Naturale est enim cuilibet appetere beatitudinem, & uitare miseriam, quæ est ei contraria. Sed cum per obdurationem contra misericordiam efficiatur quis miserrimus, quia dãnatus. Dicitur enim Math. 25. quod ibunt hi scilicet immisericordes in supplicium ęternũ, & permiserationes, & eleęmosynas debite factas consequantur beatitudinem, quia miseri cordibus dicetur Math. 25. Venite benedicti patris mei percipite regnum. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c. Ideò extirpandum est illud uitium, & eleęmosyna debito modo facienda est, ut perueniatur ad beatitudinem, quod innuit psalmus dicens. Beatus qui intelligit, ubi tria notatur.

¶ Primum quod inhumanitas est eradicanda per rationabilis eleęmosynæ erogationẽ. ibi. Beatus q̃ intelligit super ęgenũ, & pauperẽ.

¶ Secundum quod crudelitas hæc est eliminanda propter horribilis sententiæ euasionẽ ibi. in die mala liberabit eum dominus.

¶ Tertium quod iniquitas hæc est effuganda propter præsentis vitæ fructificationem, ibi. dominus conseruet eum.

§. 1. ¶ Quantum ad primum ostenditur quod uitium hoc est eradicandum, per hoc quod contrarium suadetur scilicet subuenire pauperibus. Quomodo enim potest aliquid efficacius suaderi, quam cum ostenditur ex eo beatitudinem adipisci? Beatus inquit qui intelligit. Contraria enim mutuo se expellunt. Sed nõ sufficit dare eleęmosynã nisi det debito modo. Vnde Ecclesia. 7. dicitur. Et facere eleęmosynam ne despicias donec muenias iustum, i. teneas eam quousque debite possit erogari. Et hoc notat psalmus cum ait. Beatus qui intelligit, idest cum intellectu, & ratione prouidet pauperibus, & ęgenis. Ordinem notauit Ray. ponens circa hoc distinctionem dicens esse discernẽdum inter petẽtes eleęmosynam. Aut petunt quasi ex debito, vt ꝑdicatore, & prælati. Aut simpliciter pro corporis sustentatione. In primo casu distingue: quia aut sunt noti, aut non. Si sunt noti, & constat eos missos vel constitutos ad prælaturam recipiendi sunt. j. Cor. 9. Qui altari deseruiũt cũ altari participant. Et non alligabis os bonis triturantis &c. Si verò sunt incogniti, & dubitatur an eis tale officium sit concessum, primo debẽt examinari an ita sit, quia circa maiora maius periculum vertitur. Non enim eis tantum dat temporalia: sed spiritualia accipit, in quibus uertitur periculum magnũ, di. 42. quiescamus. Possent enim falsa dissemina re ut hęretici qui simulant sanctitatem, ut certanti qui multa mendacia fingunt. In secundo casu cum scilicet petunt simpliciter pro sustentatione corporis iterum subdistingue, quia aut potes abundare seu prouidere omnibus aut non. Si omnibus sufficis, omnibus indistincte subuenire debes habentibus indigentiam. Inuitant nos ad hæc exempla Abrahæ, & Loth. quia omnes indifferẽter recipiebant inter alios ẽt angelos recipere meruerũt. Gẽ. 19. Et in hoc casu dicit Christ. Quiescamus ab hac abusarda, & diabolica, & peruersa curiositate, scilicet discernendo inter pauperem, & pauperem. Non enim ex uita eorum quos recipis mercedem ibi retributurus est Deus, sed ex uoluntate, & honorificẽtia multa, & misericordia, & bonitate, di. 42. c. quiescam⁹. Et quod dictum est de dando omnib. indistincte ad sustentationem, vbi quis sufficiat, intelligendum nisi recipiens eleęmosynam abuteretur, ut puta uel malè expendendo, uel propter hoc tradere se negligentiæ confisus de prouisione sibi facta. ar. 5. q. 5. c. non omnis. Indigentibus autem ad mortem quantumcũque malis obstinatis, excommunicatis hęreticis iudęis, & infidelibus alijs semper subueniẽdum est, & ab omnibus etiã si oportet furto accipere cum non inueniretur aliter ad subueniendum di. 86. pasce. ¶ In secundo uerò casu cum scilicet, quis non potest omnibus sufficere dicit Ambro. nouem esse considerandas scilicet fidem: quia præferendus est infideli quod intelligendum uidetur cęteris paribus, & præcipue æqualitate indigẽtiæ. Causam: quia illi qui tenentur captiui ab hostibus sunt alijs præferendi. Locum, ut si captus propter debitum iustum ex cruciatur in carcere. Nam si omnibus debetur misericordia, iusto amplius illis. Tempus, nam si tẽpore afflictionis suæ nil a te impetret, &c. si tempore quo ducitur ad mortem. Modum, ut nõ totum nec uni simul omnes opes effunden-

Discernẽdum, est inter petẽtes eleęmosynam.

In Eleęmosyna dãda nouem cõsideranda.

tur

tui, sed discretè dispensentur, & hoc nisi aliquis ex toto uellet mundum deserere ut religiosi. Exéplum in Heliseo. Et si potest pluribus sufficienter tradere melius est quam uni tantum dare: sed non melius est uni uel paucis ad sufficientiam quam multis ad insufficiẽciam & quasi nihil secundum Tho. ubi supra Necessitudinem, ut propinqui sanguinis extraneis præferantur. Debilitatem: quia claudi cęci & inualitudinarij alijs præferendi sunt. Nobilitatem, ideſt uerecundiam quæ ingenuos prodit natales Ætatem, quia senes iuuenibus, cęteris paribus præferendi sunt, hoc plene habes dist. 86. non satis. Th. 2. 2. q. 31. dicit. Exhibitio charitatis, & beneficiorum ad magis propinquos & attinentes magis est exercenda. Sed propinquitas unius hominis ad alterum potest attendi diuersimode secũdum diuersa in quibus sibi homines ad inuicem communicant ut consanguinei in naturali coniunctione. conciues in ciuili, & fideles in spirituali, & sic de alijs, & secundum diuersa coniunctiones sunt diuersa beneficia impẽdenda. Nam unicuique est magis impendendum beneficium pertinens ad illam rem secundum quam est nobis magis coniunctus simpliciter loquendo tamen potest uariari secundum diuersitatem locorum, & temporum & negociorum. Nam in aliquo casu magis subueniendum est extraneo, puta in extrema necessitate quam patri non patienti illam necessitatem. Item dicit Tho. ubi supra qđ nullum benefactoris est beneficium sicut parentum. Ideo parentes in recompensandis beneficijs sunt omnibus alijs præferendi nisi necessitas ex alia parte præponderet, uel aliqua alia conditio puta communis utilitas ecclesiæ uel reipublicæ. ¶ Vnde in extrema necessitate magis essent deserendi filij quam parentes.

§. 2. Per elęmosinã mors fugit.

¶ Quantum ad secundum. Sciendum quod per misericordiam elęmosynarum euaditur sententia horribilis damnat onis qua dicetur Ite maledicti in ignem eternum. De elęmosyna. n. dicitur. Thob. 12. Elęmosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata. Et hoc est quod ait Psal. In die mala liberabit eũ dominus, scilicet à pœnis. Dies mala dicit dies iudicij particularis, & uniuersalis quæ mala est reprobis propter damnationis sentẽtiam duram contra eos publice latam. E contra autem ut dicitur. Iaco. 2. Iudicium sine misericordia ideſt liberante, fiet illi qui non fecit misericordiam inhumanus existens. Vnde Psal. 48. de diuite auaro ait. Nõ dabit Deo placationem suam, & prætium redemptionis animæ suæ laborauit &c ubi tria de eo no.

¶ Primum quod Deo extat irreconciliatus, quia non dabit Deo placationem suam.

¶ Secundum quod à peccato extat inexpiatꝰ, quia nec prætium redẽptionis aiæ suæ.

¶ Tertium quod in æternum durat cruciatꝰ, quia laborabit in æternum & uiuet adhuc in finem.

¶ Quantum ad primum dicit Greg. in oratione de eo, Deus qui culpa offenderis pœnitentia placaris. Sed medicamentum fortius qđ operatur in pœnitentia est misericordia elęmosynæ inquit Ambro. de pę. di. 1. medicamentũ. Vnde in figuram huius dicit Iacob de Esau, quem timebat propter offensam Placabo eum muneribus Gre. 32. Dominus enim placatur muneribus elęmosynarum. Sed inhumanus cum non det elęmosinas exauaritia ipsum placare nõ potest, & per cõsequẽs remanet inimicus, & nil quo facit boni potest Deo esse gratum. ¶ Quantum ad secundum dixit Nabucodonosor peccatori. Daniel. Peccata tua elęmosynis redime. Daniel. 4. Et Ambro. Peccatis tuis uenundatus es, scilicet dyabolo, redime te pecunia tua, scilicet per elęmosynas de pę di. 1. medicina. Sicut igitur peccator per elęmosynam cõtritionis quam dat animæ suæ liberat se à seruitute diaboli & peccati quo ad culpã. Ita per elęmosynam q̃ dat pauperi liberat se à pœna debita supplicij. Sed immisericors nõ dat elęmosynã interioré, nec exterioré, & ideo quia nõ dabit prętiũ redẽptionis animę suæ remanet sub seruitute diaboli in peccatis. ¶ Ex his sequitur tertium. Nam ex quo non placeat hic deum quem offendit, sed cum peccatis accedit ad diem malam iudicij in finẽ uitæ suæ ideſt postea in fine mundi. Ideo in die mala non liberabit eum dominus, sed dicet ei cum alijs. Ite maledicti in ignẽ ęternum in quo secundum Psal. laborabit in ęternum cruciatibus. Et quare non liberetur à damnatione in illa die assignat pro causa inhumanitatem dicens Esurui & non dediſtis mihi manducare. Ma. 25. ¶ Visitari debet infirmus, & tribulatus ut consuletur uerbis admonetur in corporalibus obsequijs subleueretur si indigeat tẽporalibus substantijs pro medicis, & medicinis. Et sicut dicitur Iob. 5. Visitans speciem tuam. i. proximum non peccabis: sed præmium mereberis, dicente Christo. Infirmus fui & uisitastis me. Sic amici Iob uisitauerunt eum depauperatum & infirmatum ut consolarentur eum. Sed quia reprehende-

Exponũtur opera misericordię

rum

runt eum dicentes propter hypocrisim percussum,& humiliatum: Deo displicuerunt. ¶ Potari debet sitibundus,& qui indiget, iuxta illud Ro. 12. Si sitit inimicus tuus potum da illi,& multo magis beniuolis Ma. 10. Qui potum dederit uni ex minimis tantum in nomine discipuli non perdet mercedem suam. Rebecca quę potum dedit Eliezer ,curatori Abrahę postulanti meruit magnifice matrimonio copulari. ¶ Cibus debet pauperi mini strari secundum illud Esa. 48. Frange esurienti panem tuum. Nomine enim panis intelligitur cibus. Signanter dicitur frange. i. patrem da ut uidelicet secundum Amb. di. 86. c. non

Adde notabiliter, qđ appellatiõe panis omnis cib. completur.

satis. Non totum quis sibi eripiat, sed quod habet cum paupere partiatur. Vel etiam frange scilicet plures partes faciendo da plurib. Melius est enim dare multis ad sufficientiam quam uni ad superabundantiam. Panem dicit qui est communis cibus quia nõ debent pauperibus fieri lauta conuiuia. Vnde Aug. dicit dent pauperibus uilia diuites, & ipsi utantur delicatis. di. 41. Non cogantur. Tũ dicit non alienum, idest de male acquisitis quæ debent restitui. Nam ut dicitur Eccle. 34. Qui offert sacrificium scilicet ecclesiæ de substantiæ pauperum quasi qui uictimat filium ante patrem suum. 14. q. 5. immolans. Dives epulo quia micas panis Lazaro nõ dedit in inferno sepultus guttam aquæ habere non potuit. Lu. 16. ¶ Tegere. i. uestire nudum sub quo comprehenditur omne cooperimentum corpori necessarium & usurpatum. Esa. 58. Cum uideris nudũ operi eum. Quod ostendit Iob. optime se seruasse dicens. Si despexi prætereunte eo q̃ non habuit uestimentum & absque operimento pauperem, si non benedixerunt mihi latera eius,& de uelleribus ouium mearũ calefactus est, humerus meus à iunctura sua cadat. Iob. 31. Et de Thabita q̃ erat plena operibus bonis ex eleemosynis dicitur. Actuum nono, quo uiduæ flentes ostenderunt Petro tunicas & uestes quas eis ipsa faciebat. Ex quarum compassione Petrus mortuam suscitauit. Sic Iohãnes Baptista admonebat turbam dicens. Qui habet duas tunicas non habenti. Luc. 3. Pro una. n. tunica ut exponit Hier. intelligitur uestimentum sibi necessariũ & familiæ suę pro alia intelliguntur aliæ superfluæ uestes quæ sunt pauperibus dãdę ut enim ait Ambro. Nudorum est uestimentum quod recludis scilicet superfluũ. dist. 47. sicut hi. Non subuenientibus enim de uestimento dicet in iudicio Christus Math. 25. Nud⁹ fui non cooperuistis me. & ideò. Ite maledicti in igne &c. ¶ Colligere in domo peregrinos ad Hebr. ulti. Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc. n. quidam placuerunt Deo angelis hospito receptis, sicut patet de Abraham & Loth Gen. 19. Iob etiam ostendit se huic uacasse operari dicens. Foris non mansit peregrinus & hostium meum uiatori patuit Iob. 31. Et hoc fieri debet hilariter. 1. Pet. 4. Hospitales inuicẽ sine murmuratione. Hier. Omnes hospites aduenientes læta fronte susc̃ipimus & eis pedes abluimus præter hæreticos. Similiter quia multi discurrunt trutani & cerretani, & lazaruculi, & ideò caute in huiusmodi agẽdum est ne damnificetur. Dicitur enim 13. q. 1. §. ad hęc. Mus in pera: ignis in sinu: serpens in gremio: male remunerãt hospites suos. Econtra domos hospitib. causas in sodomis ignis cęlestis consumpsit di. 42. §. j. Sic & ignis inferni inhumanos hospites deuorabit quibus dicitur. Hospes fui. & non colegistis me Matthę. 25. ¶ Sextum opus misericordiæ corporalis redimere captiuos & eos qui detinentur apud infideles redimere maxima misericordia est, cum ibi periclitetur non solum corpus: sed etiam anima pro quo etiam calices conflari, & uendi suadet. Amb. dicens ornatus sacrorum est redemptio captiuorũ. Et uere ista sunt uasa præciosa redimunt animas à morte. Ille uerus est thesaurus qui operat quod sanguis Christi operatus est 12. q. 2. cã. aurũ. Et idem etiam dicitur ex sententia sextæ synodi uniuersalis quæ habetur. c. q. cap. apostolicus. Paulinus episcopus Nolanus uir sanctissimus (ut refert Greg. in li. dia.) quia pro redemptione filij uiduę se seruituti subiecit infideli omnes captiuos christianos qui detinebantur ab infidelibus Longobardis petijt à rege & obtinuit liberari, & remitti ad propria. Eos quoque qui detinentur in carceribꝫ. pro debitis,& præcipue sine culpa sua, redimere pro eis soluendo creditoribus, uel mutuando magna eleemosyna est. Et multo magis quis debet debitores suos quos nouit impotentes ad soluendum ex misericordia relaxare, quod dominus præcipit dicens. Esa. 58. Dimittite eos qui contracti sunt liberos, illos etiam qui iniuste ponuntur ad carceres iuuare ut absoluantur quilibet pro posse debet laborare, sicut fecit Abdemelech eunuchus regis Sedachię procurãs præcibus sui & obtinens à rege Hieremiam prophetã missũ in lacum, idest puteum sine aqua ad instantiã sacerdotum propter ueritatem quam prenũciabat futuræ captionis Hierosolimorum in de extrahi, & sibi prouideri ex quo multum

Deo

deo placuit ut habeā. Hie. 38. Insuper à seruitute liberare seruos præcipue postquam effecti sunt Christiani, & credi potest eos bene usuros sua libertate est magna misericordia sicut, & ipsa seruitus est magna miseria. Vnde & Greg. dicit quod salubriter agitur si homines quos liberos ab initio natura protulit, & iusgentium iugo subiacere seruitutis, in ea qua nati fuerant manumittentis beneficio libertati reddantur 12. q. 2. cum redemptior ubi ponit exemplum ad hoc inuitans nostri redemptoris qui nos diaboli captiuos liberate donauit. Vltimum opus misericordiæ corporalis est cōdere, scilicet sepelire mortuos. Thobias sepeliens etiam contrà præceptum regis Sennacherib mortuos de populo suo, & aliquando dimittens prandium ut hoc exequeretur nec timens minas uel pericula mortis propter hoc multum Deo placuit, ut sibi dixit Raphael angelus. Tho. 22. Et ex magna miseria cęcitatis, & paupertatis deuenit ad illuminationem, & magnam prosperitatem cū filio suo. Filij Iacob cum magna diligentia fecerunt officium sepulturæ ipsius ut habetur Gen. ult. Et in pœnam dictum fuit de iniquo Ioachim. Sepultura Asini sepelietur. Hiere. 22. Asinus manet insepultus. Deuotæ etiam mulieres Mariæ cum Nichodemo, & Ioseph multum commendantur de sepultura pię, & gloriosè exhibita Christo. Matth. penult. Ad hoc etiam facit quod habetur 13. q. 2. capit. Hebro. & §. se. Et quamuis sepultura mortui non conferat mortuo quantum ad sensum, quem corpus non habet post mortem, propter quod saluator non ponit inter opera misericordiæ in iudicio requirenda. Illa enim tantum ponit quæ subueniunt uitæ humanæ tum etiam nō memorat, ea: quia homines ex se ad hoc inclinantur ex humanitate, & utilitate, ne corpora infecta aerem inficiant tamē secundum bea. Thom. secunda secundæ quæstione 32. pertinet ad defunctū quid de eius corpore agatur, tum quantum ad hæc uiuit in memorijs hominum, cuius honor dehonestatur si maneat insepultus, tum quantum ad affectum quem adhuc uiuens habebat de suo corpore cui piorum affectus conformari debet post mortem eius, & ideo laudabile opus eius est.

Extremū op⁹ mię est mortuos sepelire.

¶ Quantum ad tertium principale ostenditur fructus magnus misericordiæ in uita ꝓsenti, vnde. i. Th. 4. dr, Pietas ad omnia ualet promissionē uitæ quæ nūc est habens, s. spiritualis, corporalis, & futuræ. Et hoc declarat psa. 40. ponēs quadruplicē fructū. Primus ē. Dñs conseruet eum. s. in uita gratiæ, & in prosperitate temporali. Secundus est, vt uiuificet eum spiritualiter: quia ut dicit Tho. 4. Eleęmosyna ab omni peccato & à morte liberat. Vnde & filius uiduæ Sareptanæ propter eleęmosynam suscitatus fuit 3. Reg. 18. Tertius fructus est beatum eum faciat in terra, idest felicem, & famosum. Dicit enim Boetius quod largitas homines claros facit, auaritia uerò odiosos. Quartus non tradet eum in manibus inimicorum eius spiritualiter, s. dęmonum. Vnde cōtra Iob qui fuit eleęmosynis deditus nō potuit prævalere diabolus cum suis malitijs & flagellis. ¶ Sed utrum dare eleęmosynam sit ex præcepto ita quod peccet mortaliter q non dat eam. Respond. secundum B. Tho. se. se. q. 32. quod sic: quia committendo eam punitur æternaliter, ut patet Mat. 25. item maledicti in ignem æternū, & ex quod pro causa dānationis ponitur omissio eleęmosynæ. Esuriui enim, & nō dedistis mihi &c. Sed nullus punitur igne æternaliter nisi pro mortali. Ratio huius est: quia cum proximi sit dilectio sub præcepto secūdum illud Iob 15. Hoc est præceptum meum ut diligatis inuicem. Necesse est omnia illa cadere sub præcepto sine quibus dilectio proximi non conseruatur. ¶ Ad dilectionem autem pertinet ut nō solum uelimus ei bonum: sed etiam operemur ad hoc secundum illud. 1. Ioan. 3. Non diligamus uerbo neque linguā: sed opere, & ueritate. Ad hoc autē quod uelimus, & operemur bonum alicui requiritur quod eius necessitati subueniamus. Vnde 1. Ioan. tertio dicitur. Qui uiderit fratrem tuum necesse habere & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Et ideo eleęmosynarum largitio est in præcepto. Sed q̄a præcepta dantur de actibus uirtutum, necesse est quod hoc bonū eleęmosynæ cadat sub præcepto secundum quod est actus uirtutis, idest secundum quod recta ratio requirit, secundum quam aliquid est considerandū ex parte dantis eleęmosynam, & aliquid ex parte recipientis. ¶ Ex parte dantis est considerādū, quod illud quod est in eleęmosynas erogādū sit eius superfluū, non solum respectu suiipsis quod est ultra illud quod necessariū naturæ siue uitæ suæ propriæ: sed & respectu aliorū, quorū cura sibi incūbit, q̄a prius oportet, quod unusquisque sibi prouideat, & his quorū cura sibi incūbit, & postea de residuo aliorū subueniat necessitatib⁹, rōne quorū dr necessariū ꝑsonę ꝑm q̄ ꝑsona dignitatē iportat sicut, & natura. Primo accipit sibi ad sustē

Eleęmosynā dare an sit ex præcepto.

Dans eleęmosynam.

tationem

tationem proprij corporis quod est necessarium ministerio uirtutis nutritiuæ. Superfluū autem erogat ad generationem alterius per uirtutem generatiuam. Et ad hoc facit quod dicit Christus Lucę 11. Quod superest date eleęmosynam, & ecce omnia munda sunt uobis, idest nullam immunditiam auaritiæ ex temporalibus contrahetis sic dispensando. Et Hiero. Aliena rapere conuincitur, qui sibi ultra necessaria retinere probatur dist. 42. §. 1. ¶ Ex parte autem recipientis requiritur, quod necessitatem habeat, alioquin non est ratio quare ei eleęmosyna detur. Sed eū non possit ab aliquo uno omnibus necessitatem habentibus subueniri, non omnis necessitas obligat ad præceptum: sed solum illa sine qua quis sustentari non potest. Et in huiusmodi habet locum quod ait Ambr. Pasce fame morientem, si non pauisti occidisti, distin. 86. cap. Pasce. Si ergo dare eleęmosynam de superfluo est de præcepto, & similiter dare eleęmosynam ei qui est in extrema necessitate, aliàs dare eleęmosynam est de cōsilio sicut de quolibet meliori bono dantur consilia. Sunt autem superflua naturæ, & personæ de necessitate præcepti erogāda, quia licet sint istius quātum ad proprietatem, tamen sunt & aliorum habentium potestatem qui inde sustētari possent quantum ad usum. Vnde Ambro. di. 47. sicut Hie. inquit. Nemo proprium dicat quod commune est: idest alijs communicandum tempore necessitatis secundum glo. & sequitur. Plus quàm sufficeret ad sumptum, & uio lenter obtentum est Esurientium est panis quem tu detines. Nudorum uestimentum, q̄ tu recludis. Miserorum seu captiuorum redemptio est & absolutio pecunia, q̄ in terra defodis. Tātorū ergo te scias iuadere, & bona quātis possis præstare quod uelis. i. debes uelle. Hæc ibi. ¶ Item nota quod dictum est de necessitate naturæ, & personæ hoc iudicandum est secundum quod probabiliter æstimari potest. Nec oportet cōsiderare ad omnes casus qui possunt cōtingere ī futurum, hoc enim esset de craftino cogitare quod dñs prohibet. Sed debet iudicari superfluum, & necessariū secundum ea quæ probabiliter, & ut in pluribus occurrunt. ¶ Idem ipse Tho. in 4. distin. 15. ubi dicit, & addit, quod casus extremæ necessitatis iudicandus est quando apparent signa probabilia futuræ necessitatis extremæ nisi eis subueniatur, ut cum quis uidet pauperem indigētem cibo, uel potu, uel alijs necessarijs, & homines impotentes uel pigros ad subueniendum illi, nec pauperem posse sibi prouidere. Nec. n. expectāda est ultima, & extrema necessitas: quia tūc forte nō posset natura iuuari iam defecta. Dicit etiam B. Th. q̄ non tenetur quis quærere quis habeat necessitatem: sed sufficit ut his qui ueniunt ad notitiam suam subueniat. Item quod tenetur indigentibus subuenire, ut dictum est quilibet de arte sua, medicus in medēdo infirmis pauperibus, & procurando medicinas, aduocatus in aduocando, iurisconsul. in consulendo, & sic de alijs.

Eleęmosynā recipiens.

¶ Pro maiori declaratione huius materię. Nota quę breuiter dicit Duran. in 4. di. 11. Dicit .n. quod cum usus bonorum exteriorum sit ordinatus ad subueniēdum necessitatib. uitæ præsentis, subuenietia ista debet esse ordinata secd̄m charitatem qua quis tenet primo sibi secd̄o proximo. i. coniunctis, tertio extraneis. ¶ Necessitas autem quam quis patitur in necessitatibus, & bonis exterioribus p̄t esse duplex absoluta, & cōditionata. Absoluta q̄n oia bona temporalia quæ quis habet ei etiā sunt à Deo necessaria, quod sine eis nō potest uiuere. Et hæc uocat necessitas naturæ. Cōditionata uerò quādo sunt ei necessaria ad sui status decentiam, & conseruationem, & hæc dicitur necessitas personę inquantum persona nominat dignitatem, & statum. Dicēdum ergo quod illud quod est necessarium naturæ necessitate absoluta nō est præceptum dare immo illicitum: quia plus tenet sibi quam alij. Illud autem quod est necessarium ad decētiam status solum ex præcepto dari debet per releuationem status: quia nullus tenetur uerecūde uiuere in statu suo ut releuet aliū ad decētem statum. Quod autem est superfluum utrique necessitati naturæ. s. status debet dari ex præcepto, secd̄m illud Lu. 11. Q̄d superest date eleęmosynā. Nec est dubium quia sit præceptū respectu illorum qui sunt ī extrema necessitate; q̄a si illud ex præcepto dādū est, q̄ est necessarium proprio statui à fortiori, & omne illud quod superfluit. De illis autem qui nō sunt in extrema necessitate licet sint in magna uerecūdia nō audeo diffinire nec plenè cōdēnare maiorem partem diuitum: sed secūdum auctoritatem Ioan. supra allegatam, quæ non solum loquitur de necessitate extrema, sed notabili & uerecundia uidetur sonare hoc.

Necessitas duplex.

Non dare eleęmosynā q̄n est peccatū mortale.

¶ Nota igitur ex prædictis. Primo quod non dare eleęmosynā quod pertinet ad hoc uitiū in humanitatis tunc est mortale quando quis superflua: ultra scilicet necessaria naturæ, & p̄sonæ habens non subuenit patienti extremā

necessitatem quam nouit secundum Tho. Richar. & Duran. in 4. dist. 15. & Herueum in quodlibet. Secundo cum quis sciens extremã necessitatem proximi non subuenit ei de eo quod est sibi necessariũ personę, ideſt ad decentiam ſtatus ſui, & familiæ: ſ. superfluum naturæ, & hoc secundum Duran. & Richard. in 4. Sed Be. Th. 2. 2. q. 32. dicit hoc esse sub consilio unde non peccaret istud omittens saltem mortaliter. Quod forte intelligitur de tali necessario personæ, ideſt quo ad decentiam, propter cuius carentiam sustineret magna pericula, uel damna corporis vel animæ, Quando et non prouidet sibi & suis secũdũ ſtatum suum, & indigentias ex anaritia hoc agens utique peccat. ¶ Tertio cum quis de superfluo vtriusq; necessitatis naturæ. ſ. & personæ non subuenit magnas necessitates & miserias patientibus, & si non extremas sibi notas, & hoc uidetur esse quasi mortale secundum Duran. sed non secundum Tho. ¶ Quarto nõ dare eleemosynam de necessario naturæ scilicet sibi & familie est peccatum: quia contra charitatem secundum Tho. Ric. & Durandum, & hoc nisi vt dicit. Tho. 2. 2. q. 32. ubi supra quis daret personæ alicui; quia considerat utiliorem illam reipublicæ uel ecclesiæ quam se uel familiam, & ideò præfert conseruationem uitæ illius suæ subueniendo ei de necessario uitæ, ad quod tamen non tenetur ex præcepto: sed pertinet ad magnam perfectionẽ. Laudabiliter. n. quis daret eleemosynam de necessario personæ indigentibus, & si non extreme cum uellet religionem ingredi vel in promptu per industriã posset sibi cito suo decenti ſtatu prouidere secundum B. Th. ubi supra. Quinto quando indiscretè daret uel non indigentibus uel malè utentibus 5. q. 5. non omnis. Nota quod si pater filiũ, uel patronꝰ libertũ, uel Dominus seruum: infantem uel etiam adultum languidum exponit, uel ei alimenta negat ipso facto filius est à patria potestate liberatus & ingenuitotẽ libertus, & seruus in libertatem capitur. Illi quoque qui eos suscipiunt non possunt propter hoc in eorum personis sibi ius aliquod uendicare, hęc in decretali de infanti, & lan. expo. c. Si à patre. Idem Ray. Et addit quod qui talia præsumunt in foro pœnitentiali est tanquam patricida, uel homicida iudicandus, pro eo quod hominẽ cui in tanta necessitate tenetur periculo mortis exponit. Inspectis tamen circunstantijs, & utrum mors inde fuerit subsecuta, uel nõ erit pœnitentia moderanda. Si autem hoc facerẽt prędicti parentes, uel Domini, quia forte nec eleemosynas dando aut quærendo, nec eos aliter alere possunt, tunc secundum Guil. in nullo peccant, si nil omiserint de contingentibus. Qui etiã filios per adulterium, uel fornicationem acquirunt: sed ad occultationẽ peccati & tollendum scandalum mittant ad hospitalia, tenetur illos alere expensis suis & eis prouidere si possunt.

Adde qđ plus est qđ talis reputatur homicida in l. necare ff. de liber. & posthu. & ibi doct.

¶ De *inquietudine mentis, ideſt nimia sollicitudine.* Cap. 25.

INquietudo mentis ponitur à Grego. & Isi. filia auaritiæ, ad quam pertinet inordinatè solicitudo circa temporalia, quæ à Christo prohibetur cum dicitur. Math. 6. Nolite soliciti esse. Ad quam etiam remouẽdam exhortatur princeps apostolorum dicens. Omnem solicitudinem uestram proijcientes in eum: quoniam ipsi est curã de uob. j. Pe. 5. Quod uerum esse asserit Psal. 39. dicens in persona Christi & eum perfectè immitantium. Ego mendicus sum & pauper Dominus solicitus est mei. Fuit. n. Christus mẽdicꝰ: quia ex alio rum eleemosynis sustentabatur. Vnde Aug. Habebat Dominus loculos ablata à fidelibus conseruãs ut suorũ & aliorum necessitatibus prouideret. 12. q. j. c. Habebat. Dicitur. n. mẽdicus quasi manu dicens: quia tales petendo eleemosynã communiter extendunt manũ. Pauper dicitur quasi parum habens, nã multi sunt mendici qui multum habẽt: sed Christus etiam mendicans parum habuit unde ipse dicebat. Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Math. 8. & cum esset ita pauper & multi alij perfectè eum imitantes, tamen Dominus ut sollicitus de ipsis eis prouiderit. Sed quia Apostolus exhortatur ad solicitudinem dicens ad Ro. 10. Sollicitudinem non pigri. Ne uideatur discordare in sentẽtijs discipulus à magistro ueritatis. Sciẽdum quod triplex est sollicitudo.

¶ Prima criminalis & repudianda; quia inimicum Dei constituit.

¶ Secunda temporalis & moderanda: quia nimium timorum ostendit.

¶ Tertia spiritualis & amplexanda: quia multum Dei amorem accendit.

§. 1. Solicitudo est mortalis tripliciter.

¶ De prima dicit Apostolus ad Philipen. 4. Nihil soliciti sitis. ſ. tali solicitudine crimina li. ¶ Est autem solicitudo criminalis seu mortalis tripliciter. ¶ Vno modo circa temporalia quærenda multum laborando, & mente

te & corpore in eis cõstituens finem ultimũ scilicet ipsa temporalia plus amando quã salutem propriam. Solicitudo enim importat quoddam studium. Studium autem est uehemens animi applicatio circa aliquid. Et de hac intelligitur illud ecclesiastici 2. Peccatori dedit Deus afflictionem & curã superfluã ut addat & congreget scilicet temporalia, & tradat ei qui placet in conspectu suo, ut religiosis bonis, & hospitalibus quibus tandem talia testando dimittunt plurimi: Et subdit. Et hæc uana & cassa solicitudo est. Cassa est quia nõ quietat animum ipsius diuitis prout æstimabat: sed ualde inquietat eum unde inquietudo mentis dicitur, similis enim est aranee quæ se cuiscrat ad faciendum subtiles telas quibus muscas capiat: sed de facili cum suis telis ab alijs animalibus destruitur. Sic talis mẽtem euacuat omni uigore sapientiæ, & iustitiæ ad cogitandum subtiles uias ad decipiẽdum incautos: sed ipsæ ab hominibus uel saltẽ diuino iudicio atteritur: uana est sollicitudo sua: quia non affert sibi illũ fructũ quẽ credit. s. vitã æternã ét pauperib⁹ dimittẽdo nisi ipsũ uere pœniteat, & quib⁹ dét satisfaciat. ¶ Alio mõ solicitudo tẽporaliũ est criminalis secundum Th. 2.2.q.60. quando est tanta & tam inordinata, quod à spiritualis salutis suæ necessarijs retrahitur eam dimittendo ut lucretur, puta si ita insistit occupationibus, negociationibus artificij, recollectioni messium & uindemiæ: quod omittit seruare festa, ieiunare diebus præceptis, audire missam diebus festiuis, cõfiteri, communicare & huiusmodi. De hac dicit Christus Luc. 8. Solicitudo huius sæculi suffocat uerbum scilicet auditum uel inspiratum ne fructificet in mente. Ad hoc etiam facit quod ait Greg. in 19. lib. mora. Omnes huius sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt scilicet ad solicitè laborandum pro eis in cœlestibus debiles. Nam pro tali gloria usq; ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua nec parum in labore subsistunt &c. in decre. dist. 47. Omnes. Si quis autem ex nimia solicitudine quam gerit ad temporalia non omittit spiritualia ad salutem necessaria: sed diminuitur de deuotione, & tepescit à feruore debito, ueniale erit. ¶ Tertio modo est mortalis talis solicitudo, quando etiam in alijs criminibus apponit diligentem curam, & festinam ad perpetrandum. Dicitur enim solicitus secundũ Isidorum quasi solers citus. Et sic mulieres sũt solicitæ ad ornandum se multum ponentes de tempore & diligentia. Et gulosi ad præparandum cibos, & ambitiosi ab honorẽs prõ curãdos, & huiusmodi. Et de hac intelligitur illud prouerb. 11. Expectatio solicitorum, s. ad malum peribit. Hæc autem solicitudo criminalis ideo repellenda: quia facit hominem Deo inimicum cum per hanc seruiat mundo seu diabolo: sed nemo potest duobus Dñis seruire scilicet sibi contrarijs, & contraria iubentibus, ut sunt Christus & diabolus, spiritus & mũdus. Seruit q̃s mũdo & diabolo & amicus eius est, dum acquiescit tẽptationib. eius, & amor temporalium rerum superat amorem Dei. Si enim Deum diligeret odiret mũdũ & diabolũ non quãtum ad naturã: sed ad uitã ipsius mundi quæ in eo reperiuntur, & quantum ad malitiam diaboli detestãdo ipsa uitia. Sed qui seruit mundo & diabolo non diligit quidem ipsum naturaliter: sed sustinet tyrannidem eius, & alterum Christũ contemnit, in eo q̃ non seruat mandata eius. Nolite ergo soliciti esse de huiusmodi.

¶ Secunda sollicitudo est humanalis, quia. n. homo multis indiget hinc ab humanitate sua instigatur, ut solicitetur circa temporalia quibus sustentatur timens ne sibi deficiant, sed ista est moderanda remouendo illum timorẽ inordinatum quo scilicet timet ne etiã laborando & faciendo q̃ in se est non omittendo curam salutis animæ suæ Deus nõ prouideat sibi, quod pertinẽt ad quandam diffidentiam bonitatis seu prouidentiæ diuinæ & hoc utique peccatum est. Vñ Hiero. Labor exercẽdus est solicitudo uitanda, quæ. s. prouenit ex ista diffidentia ad hanc moderãdam & cũ est uitiosa resecanda admonet Apostolus dicens. Volo uos sine solicitudine esse. s. tali immoderata, præcipit Christi dicens Mathæ. 6. Nolite solliciti esse in crastinum. Intelligitur autem pro crastino tempus futurũ secundum Hier. ¶ Pro cuius declaratione dicit B. Th. 2.2.q.60.q̃ nullum potest esse uirtuosum opus, nisi debitus circunstãtijs uestiatur, inter quas una est debitum tempus ſm illud. Eccles. 8. Omni negocio tẽpus est & oportunitas, quod non in exterioribus tantũ operibus: sed etiam in interiori sollicitudine locum hẽt. Vnicuiq; enim tempori congruit propria solicitudo, sicut tempori ætatis competit solicitudo metendi, & tempori autumni solicitudo uindemiæ. Si quis ergo in tẽpore ætatis iam de uindemia esset sollicitus superflue præoccuparet futuri temporis solliciti diuẽ, unde huiusmodi solicitudinem tanquàm superfluã Dominus prohibet dicens. Nolite soliciti esse in crastinũ & quasi rõnẽ assignat

Suo tẽpore q̃s dét esse solicit⁹.

Vana mulierum solicitudo

crastinum,& quasi rationem assignat dicens. Crastinus enim dies sollicitus erit sibijpsis, idest propriam sollicitudiem habebit quæ sufficiet ad affligendum animam, & hoc est qđ subdit. Dici sufficit malitia sua idest afflictio sollicitudinis quæ affligit mentem. ¶ Excludit autem Christus hanc sollicitudinem procedentem ex nimio timore defectus, triplici ratione,unde eter dicit. Nolite soliciti esse, quæ sententialiter ponit B. Thom. 2.2. q.55.ar.6. ¶ Primo ratione maioris influetiæ ibi. Nonne anima plus est quam esca, &c. & est talis ratio. Qui maiora præstitit utique ex amore non ex debito, & minora præstabit, sed Deus dedit nobis animam, & corpus, & uitam sine nostra solicitudine,quæ utique sine comparatione sunt maiora, & perfectiora esca,& uestimentis,ut patet ex seq. Et etiam ex ratione : quia finis nobillior est his quæ sunt ad finem:sed ad hunc finem sunt ordinata esca ad uitam sustentandam, & uestimentum ad corpus cooperiendum,& conseruandum,si ergo prouidet de maiori scilicet dando corpus & animam,prouidebit, & de cibis & de uestimentis faciendo quod in uobis est licitè,& si non quãtum appetitus tamen quãtum iudicabit uobis expedire. Et ideò nolite solliciti esse. ¶ Secundo hoc facit ratione uberioris prouidentiæ ibi. Respicite uolatilia cœli,& considerate lilia &c.Ex est talis ratio. Sapiens qui gubernat sapienter domum suã omnibus prouidet, & si prouidet minimis animalibus, ut canibus,auibus,& equis probabile est quod prouidebit creaturis rationabilibus. Sapientissimus est Deus,& optime gubernat domum suam uniuersi, unde si prouidet vt manifeste patet auibus de uictu, ita qđ absque solicitudine earum,& opere seminandi, & congregandi habent unde uiuant, & herbis & uirgultis prouidet de tam nobili uestimento ut sunt flores, qui dicuntur lilia habentia ita pulchrum colorem, & uiuacem, quod Salomon nunquam fuit indutus veste talis coloris. Nec tamen herba,seu uirgulta, quæ hic fœnum dicuntur solicitantur ad faciendum sibi tale indumentum, quantum magis credendum, est quod Deus prouideat de sufficienti cibo, & uestitu his quos ad imaginem suam fecit cunctis nobiliores. ¶ Tertio hoc excludit ratione credentiæ, & specialis benuolentiæ ibi. Nolite solliciti &c.Hæc igitur omnia gentes, idest infideles inquirunt, scit enim pater uester &c. Et est talis ratio. Gentes, idest infideles non credunt diuinam prouidentiam curam habere de actibus humanis,& ideò non mirũ si solicitantur ad ista temporalia inquirenda æstimãtes sua industria posse ea habere. Sed nos fideles cum credatis Deum gubernatorẽ omnium & modo specialiori hominum,nõ oportet ita solicitari,sed laborando, & moderatè prouidendo cõfidere in Deo. Insuper pater an quis est plus,& scit filios suos idigere quo modo se poterit continere,quin nec sitatib. eorum prudeat. Sed pater cœlestis est pijssimus,& scit quia is omnibus indigetis. Non oportet ergo dubitare de prouisione,& ideò nolite soliciti esse. Respicite filij nationes hominum,dicitur Eccle.2.& scitote quia nullus speraut in domino,& confusus est permansit in mandatis eius, & derelictus est quasi diceret nullus.

¶ Quantum ad tertiam solicitudinem,s. spiritualem hortatur dicens Quærite primum regnum Dei &c. Vt.n. dicit Hier.in homil.de cibo,& uestimẽto spirituali debemus sp esse soliciti. Cibus spiritualis quo anima reficitur est sapientia seu uerbũ Dei,quia ut dr Matth.4.Non in solo pane uiuit hõ:sd omni uerbo quod procedit de ore Dei. Vestimẽta uaria sunt habitus uirtutum quibus anima ornatur.Vñ Ambr. Hæc sunt interna mentis uellamina.i.indumenta.Circa hæc igitur spiritualia dẽt hõ solicitari erga Deũ,erga seipsum,& erga proximũ. Primo erga Deũ nam hoc est vnum & ultimum quod Deus requirit ab homine,ut uerum bonum,ut dicitur Mich. 6.s. solicitum te ambulare cum Deo tuo,quod fit propter feruentem dilectionem ad quã ops ducitur solicitè orando & meditando. Vnde ad Ro.12. Solicitudine non pigri, spiritu feruentes,domino feruentes,& sic quęritur regnum Dei primum scilicet potissimum regnũ gloriæ. ¶ Secundo debet homo esse solicitus erga seipsum in cauendo ab insidijs diaboli, & custodiendo sensus suos tempus non perdendo,unde dicitur Deu.4. Custodi temetipsum,& animam tuam sollicitè. Ad quod faciẽdum Salomon inducit exemplum formicæ dicens prouer.6. Vade ad formicam piger, & considera uias eius,& discе ab ea sapientiam, idest prouidentiam, & sollicitudinem quæ cum non habeat ducem nec præceptorem neque principem congregat sibi in æstate, & parat sibi in messe cibum. Sic homo in tempore uitæ præsentis non debet pigritari sed solicitari dum potest sibi congregare merita bonorũ operũ,& sapientiam,& sic quærit hõ iustitiã regni.i.uirtutes, & bõa op a quib.uenit ad regnũ. ¶ Tertio dẽt qs esse solicitus quo

§.3.

Inordinata solicitudo excluditur tripliciter.

Prouidentia diuinæ sapientiæ.

Spiritualis solicitudo.

ad proximum, ad Ephe. 4. Soliciti seruare unitatē spiritus in uinculo pacis. Et ponit ad hoc exēplum in corpe humano dicēs. j. Cornth. 12. Pro inuicem sibi solicita sunt membra, scilicet ad iuuandum alterum aliud, & subueniē dum. Et permaximē spectat ad prælatos solicitari erga subditos in spiritualib. & temporalibus. Vnde Ro. 12. Qui præest in solicitudine & pater erga filios. Vnde de Thobia dicitur quod cum moram faceret scilicet filius in redeundo solicitus erat pater pro filio. Et coniuges alter pro altero j. Corin. 7. Qui autem cum uxore est solicitus est quomodo placeat uxori, & econuerso, & matrona de prouisione necessariorum. Vnde Marthæ quæ satagebat circa frequens ministeriū, dixit Christus. Martha Martha solicita es. In quo nō de solicitudine reprehenditur, sed de turbatione & murmuratione. Lucas 10. Et sic quærendo regnum Dei, & iustitiam eius solicitudine spiritus hęc omnia adijcientur temporalia, ut non oporteat solicitari anxiē.

TITVLVS SECVNDVS.
De restitutionibus.

¶De restitutione in genere. ubi ponuntur uiginti manus rapientium quorum quælibet habet quinque digitos ideſt modos, & sic centum modi in quibus fit restitutio uel erogatio, & hoc per modum prædicationis in quo etiam de multiplici natura silices pœnitentiæ, ecclesiæ & religionis ubi etiam ponuntur impedimenta restitutionis, & utilitas eius. Cap. 1.

Aurea materia contra iniquissimos raptores.

HOC mare magnum, & spaciosum manibus illic reptilia quorū non est numerus. Animalia pusilla cū magnis illic naues pertransibunt. Psalm. 103. Loquēs propheta d̄ mari huius mundi ostendit pericula eius, & consequenter euasionem. Nam plenus est mundus manibus raptorum, & illicitè acquisitorum, de quibus dicit Aug. Nō dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum 14. q. 6. Si res & de reg. in. peccatum lib. 6. unde, & Matth. 18. dicitur. Redde quod debes, & Apostolus ad Ro. 13. Reddite omnibus debita. Quod. n. debetur, & si benignè remittitur non tamen iustè reperitur, peccat autem qui ultra debitum exigit. Ait Aug. 14. q. 1. c. Et quia opera nostri saluatoris ultra ueritatem historiæ rei gestæ aliquid nobis insinuat mortaliter agendum, in quo eum imitemur ex hoc quod ipse abijt trans mare ut scribitur Ioan. 6. Et iterum ascendens in nauiculam transfretauit, ut habetur Matth. 19. Figuratur quod de hemus istud mare istius mundi transire ad quod est necessaria nauicula, quia ipse usus est ea, ut peruenīamus ad patriam, & ciuitatem nostram, & in montem Dei. Tria ergo notat psal. in prædictis uerbis.

Adde tex. i c. peccati uenia. cod. tit. & ibi Dinus.

¶Primum qualitas mundialis figuraliter designata, ibi. Hoc mare magnum.

¶Secundum malignitas criminalis generaliter demonstrata, ibi. & spaciosum manibus illic reptilia, &c.

¶Tertium suffragibilitas saluatoris pluraliter præparata, ibi. Illic naues pertransibunt, & per aliquam harum nauium oportet transire.

¶Quantum ad primum communis sententia est sanctorum Greg. Ber. & aliorum mare mundum significare per multas similes proprietates: sed pro nunc sufficiat tres exprimere.

Mare significat mundū.

¶Et primo per amaricationem.

¶Secundo per fluctuationem.

¶Tertio per periclitationem.

¶Primo enim mare dicitur quasi amarum, quia scilicet eius aqua est amara, ideſt salsa & ibi amara uita, sic mundus istæ plenus est amaritudinibus. Ecclesiastic. secundo. Cuncti dies eius laboribus, & erumnis pleni sunt, nec per noctem quiescit. Bernardus. Felicitas huius seculi multis amaritudinibus respersa est. Et Gregorius. Omne q̄d hic eminet plus mœroribus afficitur, quam honoribus gaudet distinctione 13. cap. nerui. Quis possit replicare eius amaritudines? Nunc amaricatur cō tumelia, & derisione; nunc infirmitate, & pse cutione. Aliquando paupertate, & aliorum deceptione. Et tamen tanta est humana cœcitas, quod semper uellet homo in mūdo isto esse. Vnde Hiere. Tren. 3. in persona peccatoris inquit. Inebriauit me absynthio, ideſt inebriari permisit dominus absynthio quod est amarissimum, ideſt amore huius sæculi ita amari. ¶In huius figuram legitur, quod filij Israel uenientes ad locū, qui dicitur Marath, inuenerunt aquas amarissimas quas bibere non poterant. ¶Secundo mare continuo fluctuat plus tamen & minus, secundum tempora uaria, propter quod dicit psalmus, 92. Mirabiles elationes maris. Sic homines mundi fluctuant continuo diuersis affectibus, & passionibus, aliquando

in

in altum ascendunt præsumptionis, & dignitatis, aliquando descendunt in profundum derectionis, & uilitatis. Fluctuant plus tamen & minus uarijs etiam desiderijs quæ implere non possunt. Esa. 57. Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non potest, demum ante littus frangit undas suas. Hiere. 5. Qui posuit harenam terminum mari, & dixit. Illic confringens tumētes fluctus tuos sic demum superbia & altitudo mundana ī morte ad terram prosternitur. ¶ Tertio mare est plenū periculis. Vnde Eccl. 43. dicitur. Qui nauigant mare enarrant pericula eius. Sed maiora sunt pericula mundi, nam ut dicitur. 28. q. 1. sæpe malorū conuersatio etiam bonos corrumpit quanto magis eos q ad uitia proni sunt, nimis enim exempla trahunt mala. Vnde. b. Anto. uidens mundū in uisione plenū laqueis clamauit. O quis istos
Antonij historia euadet? Pericula huius mūdi terribilia fuerūt ostensa. Dan. 7. c. quādo uidit ī mare magno quatuor uentos pugnare & quatuor bestias inde ascendere terribiles, hoc mare mūdus est, quatuor uenti pugnantes sunt quatuor passiones. Amor nimius sui. Odium p̄ximi. Timor deficiendi. Vana spes diu uiuendi. Post hoc exurgunt quatuor bestiæ nastantes homines. Vna uastat animam malis exemplis, & persuasionibus. Secunda corpora uulneratione, percussionibus, & occasionibus. Tertia famam, detractionibus, & cōtumelijs. Quarta substantiam in iniustis usurpationibus. Transecundum est nobis hoc mare magnum, quia qui amat periculum in illo peribit. Ecclesia. 3.

§. 2. ¶ Quantum ad secundum dicitur. 1. Io. 5. Totus mundus in maligno positus est. i. malo igne uitiorum, quæ urunt mentem inordinatis desiderijs, & dignum faciunt ea perpetrā tem igne æterno. Vñ Adamātius. Ignis alienus, libido, auaritia, & omnis praua cupiditas est hic ignis exurit, non mundat, de pœniten. distinct. tertia capit. inter hæc. Et Augustun. Quicunque autem aliquod de peccatis istis in se damnari cognouerit, nisi dignè se emendauerit æterna illum flamma trucidabit. distinct. 25. multi sunt in cuius figuram legitur. Exod. 14. quòd Pharao cum exercitu suo tranhens per mare rubrum sub mersus est descendens in profundum, sed filij Israel columna nubis eos præcedēte exierunt illęsi. Ad significandum quod dediti mundo demerguntur in profundum uitiorum, sed populus dei uidens deum p̄ unam fidem transeunt mundum liberati adutorio diuinæ gratiæ. Et quomodo mundus istę sit positus in maligno totus, ipsę Iohannes in sua prima canonica declarans dicit. 2. c. Omne quòd est in mūdo aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum aut superbia uitæ. Mundum uocat amatores mundi, & peccatores in quibus tria dicit esse, quę sunt radices omnium malorum. Quæ tria p̄nit ps. esse ī mari, de quo loqn̄tur. sed sub figura. Nam concupiscentiā carnis. i. luxuriam innuit dicēs. Illic reptilia quorum nō est numerus. Reptilia quæ corpus trahunt per terram aperte significat luxuriosos ut anguillæ in mari quæ i luto figuntur, & lubricæ sunt, & hi innumeri sunt ī omni sexu, statu, ætate, & conditione, & natione ut merito dici possit. Omnis caro corruperat uiam suam, Gen. 6. Sed nō est discurredum per ista, quia ad alia tendimus. Superbiam uitæ ostendit psalm. esse in mari mundi, cum subdit, Animalia pusilla cum magnus scilicet ibi sunt. Et hoc modo, quia pisces pusilli sunt præda magnorum, & ex eis nutriuntur, sic in mundo pauperes opprimuntur a diuitibus, & populi sunt præda potentum, & dominorum, & ex eis dominantur. Vnde Abacuc. 1. dicitur. Facies hominem ut pisces maris scilicet permittendo ut superbi dominentur infirmis hominibus. Concupiscentiam autem oculorum. i. auaritiam insinuat dicens. Spacioſum manibus ideſt dæmonibus. Manes enim in plurali dicuntur dæmones uel manibus scilicet hominum usurpantium aliena per auartiam. Verè spacioſum ideſt ualdè latum est istud ſęculi mare huiusmodi manibus. Nam ut dicitur Hier. 6. A maiori usque ad minorem, a sacerdote usque ad leuitam, omnes auaritiæ studeant, & ex hoc habent manus aduncha tas; sed mūdus peribit, & concupiscentia eius ideſt quia & ſubſtantia rerū quæ diliguntur & rapiuntur. Sic autem boni manibus sanctorum angelorum ideſt operibus tenentur ne offendant, ita mali manibus dęmonum ideſt operibus præcipue usurpationum. quas ſuggerunt, portantur ad inferos. Sed ut ait psalmista 36. Dominus nō derelinquet eum, scilicet electum ſuum in manibus scilicet dæmonis, quia ſi incurrit peccatum aliquod rapinæ uel aliud malum, habet nauem paratam ideſt pœnitentiam quæ possit exire de manibus dęmonis. Vnde ſequitur illic naues pertranſibunt. Et ideo cū Christo qui abijt trans mare nauim transeundum nobis est, & cauendum de his manibus. Est enim.

Tria in mundo.

Manes q̄ sunt.

Manus fæneratoria.
Manus raptoria.
Manus furatoria.
Manus bellatoria.
Manus damnificatoria.
Manus participatoria.
Manus sacrilega.
Manus iniuste iudicatoria.
Manus in iudicio inique assistoria.
Manus fraudatoria.
Manus falsificatoria.
Manus proditoria.
Manus symoniaca.
Manus impeditoria.
Manus luxoria.
Manus turpis lucri operatoria.
Manus locationis & conductionis uiciatoria.
Manus detractoria.
Manus personæ lesoria.
Manus animarum prædatoria.

Manus Diaboli cæ.

¶ De prima manu, scilicet fœneratoria potest intelligi illud quod habetur. Apocal. 17. Vidi mulierem sedentem super bestiam coccineã. i. diabolum habentem in manus eius poculum aureum. Hæc mulier est cupiditas quæ in manu. i. opere usuræ habet diuitias, quas sitit, sed non extinguitur eius sitis, sed solum delectatur in uidendo. Habet autem quinque modos sicut manus habet quinque digitos.

Fœnus i pignore

¶ Et primus est in pignoribus, quãdo scilicet quis pro mutuo alteri facto recipit pignus ab eo reimobilis uestimenti, equi & huiusmodi, aut immobilis ut possessionis, ex qua capit fructum, siue lucrum non computans in sortem, quod usura est, nisi in casu cum gener a socero quousq; habeat ab eo dotem iusti nens onera matrimonij accipit possessionem ab eo in pignus extra de usuris. ca. salubriter.

In depositionib.

Et de hoc diffuse sup. ti. j. c. 6 & 7. ¶ Secũdus digitus seu modus est in depositionibus, cũ scilicet quis deponit pecuniam apud mercatorem uel camporem, ut utatur ea saluo tamen capitali suo, & cum intentione principaliter aliquid percipiendi ultra sortem nulla tamen facta pactione super hoc, & usura, est. 14. q. 3. si fœnerueris. Et de hoc supra ti. 1. c. 7. §. 34.

In emptione, & uendi tione.

¶ Tertius digitus in emptionibus, & uenditionibus, cum scilicet uenditur merces ultra iustum prætium ratione dilationis temporis in solnendo prætium, & hoc nisi rem illam intendebat seruare in futurum, quando tantum quãtum uendit, uel plus sperabat ualiturum. Similiter quando emit rem minus iusto prætio, eo quod anticipat tempus solutionis precii antequam recipiat mercem, ut tempore ueris triticum recolligendũ, & hoc nisi dubium esset utrum plus minusue sit res illa ualitura, ar. de hoc extra de usu. in ciuitate, & c. nauiganti. Et de hoc diffuse, supra tit. 1. c. 8. q. 1.

In cambio.

¶ Quartus digitus in camplionib' & assecurationib' ut in cambijs quæ dicuntur per Venetias, & cambijs quæ fiunt in curia Romana, p bullis, quæ sunt uere nisi tua cum usura, & cum ipsemet sit satisdator simulatus, & uerus mutuator, ar. 14. q. 3. Plerique, & de hoc supra ti. 2. c. 7. §. 47.

In mutuo.

¶ Quintus digitus in mutuis cum expressis lucri pactionibus, siue in pecunia, siue in operibus siue in alijs, quæ prætio possunt æstimari, argu. 14. q. 3. c. Putant. Et de hoc supra titu. 1. capit 6. & 7.

§. 4.

¶ Secũda est manus raptoria, quæ manifeste rapit aliena. De manu uiolenti idest raptoris eripit pauperem scilicet deus Iob 5. Et hæc habet quinque digitos se modos.

Rapina domi niis.

¶ Primus consistit in usurpatis dominijs ciuitatum, castrorum, & uillarum, ex quibus omne emolumentum quod inde percipit rapina est.

In taleis

¶ Secundus est in taleis iniustis, quando scilicet dominus ciuitatis imponit collectas ultra debitum consuetudinis, uel statuti, seruitia indebita operarum exigit, & non soluit eis de labore, uel si ciuitas est libera, quãdo non pro ráta imponit ciuibus, sed grauat aliquos nimis.

In pedagijs.

¶ Tertius est in pedagijs & gabellis illicitis, quando scilicet imponunt domini terrarum uel ciues noua pedagia sine licentia principis uel etiam si antiqua, uel noua cum licentia non seruant uias tutas, cum tamen possent.

In latrocinijs.

¶ Quartus in latrocinijs terestribus, uel maritimis, uel pyratis, qui discurrunt per mare prædando. Ex naufragio etiã in mare proiecta sibi accipere ad rapinam pertinet, uel etiam de repræsalijs illicitis, de quibus in 3. parte titu. 3. cap. 4

In personis.

¶ Quintus in personis capiendis, & uendendis quæ liberæ sunt seu christianæ. Nã & si Pagani, uel Saraceni capti in bello iusto efficiatur serui capientium, unde & uendi possunt, ut serui, & emi, non tamen christiani. Debent ergo ista restitui si possunt ut dicit Aug. 14. q. 6. fi res, de his habes 5 ti. j.

§. 5.

¶ Tertia est manus furatoia, cum quis accipit occulte aliena nesciente domino, Apostolus ad Ephe. quarto. Qui furabatur iam non furetur, sed magis operetur manibus suis. Fur uidetur operari manibus alienis, inquantum accipit lucrum ope-

In inuē tis.

ris aliorum. Et hæc manus habet quinque digitos seu modos. ¶ Primus est de inuentorum retentione quando. s. quis res alterius inuentas, quæ non habentur pro derelicto sibi retinet 14. q. 5. Multi. Et de hoc habes supra tit. 1. capitolo 15. ¶ Secundus in illicita

In præscriptione.

præscriptione quando scilicet quis præscribit aliena mala fide, sciens scilicet illa esse aliena nec aliquo iusto titulo habuisse, de re. iu. c. possessor li. 6. Et de hoc habes supra tit. 1. c. 15. ¶ Tertius est in rei pignorate commodatæ uel depositæ usu, quando dominus

In usurei.

rei non consentit, & tenetur de utilitate inde habita, & si amitteret ex culpa sua tenetur reddere. Ray. & de hoc supra titu. 1. capitolo 15. ¶ Quartus in occulta rerum

In usurpatione rerum.

usurpatione, siue hoc fiat a filijs de rebus parentum, siue ab uxore de rebus uiri ipso nescience, siue a seruis de rebus dominorum suorum, siue a dispensatoribus de rebus suorum patronorum, siue a discipulis de rebus magistrorum suorum siue ab extraneis de rebus aliorum etiam si hoc facerent dando inde eleemosynas pauperibus nisi in

In appropriatione.

extrema necessitate constitutis. 14. q. 5. Forte. Et de hoc supra titu. primo. ¶ Quintus in religiosa appropriatione, quando scilicet religiosus recipit aliquid uel nescience prelato suo, nel alteri dat propinquo uel extraneo, uel cum occultat & ut propria retinet aquisita per eum nel data non paratus superiori libere assignare. 12. q. 1. c. Non dicatis. Et de hoc habes in tertia parte titulo 16. capitulo primo.

§. 6.

¶ Quarta est manus bellatoria, ubi reperiuntur furta, rapinæ & sacrilegia. Manum suam misit hostis. s. bellando ad oia ꝺsiderabilia. Tre. 1. Desiderabilia autem sunt blada, pecuniæ, ꝯficia uasa aurea templi & alia ornamenta ornantia ipsum templum ad quæ misit manum exercitus Nabuchodonosor bellans contra Hierosolymam rapiendo incendendo, & destruendo, Et hæc manus habet quinque digitos seu modos. ¶ Primus est

Quinq; modi belli iniusti.

cum dominus uel communitas aliqua assumit iniustum bellum. Nam qui ad hoc concurrunt adiuuando, consulendo, & cooperando de oibus damnis illatis aduersarijs, et si nihil peruenirent ad eos tenentur satisfacere. 14. q. 5. c. non sane. in fi. ¶ Secūdus ē quod tenet de omnibus damnis & expensis quas patiūtur subditi sui, qui inuoluntarij sunt & coacti. Nam ultra expensas quas faciunt, aliquando ab aduersarijs debellantur, & capiū tur ipsi & bona eorum uarius est enim euentus belli, extra de iniur. & dam. da. si culpa. Tertius est: quia qui habet iniustum bellū ea quæ capit & destruit uel hoc facere permittit suis sicut communiter faciunt, satisfacere tenetur. 23. q. 1. militare. Bona autem capta ab inimicis iuste quæ dāt condiuidi occultando, & retinendo sibi furantur. 24. q. 5. dicat. ¶ Quartus est cum iuste bellans rapit bona ecclesiarum non in castellatarum aut bona clericorum contrariæ partis, uel etiam uiatores, peregrinos, mercatores, & alios innocentes, dist. 86. In singulis. ¶ Quintus est quādo habens iustum bellum ex sua merita, & crassa negligentia non defendit suos cum possit, & præcipue cum est conductus mercede ad bellandum. Et similiter cum posset debellare inimicos, & sic cito belli facere finem ut plus lucretur ex duratione prælij, uel qua corruptus ab aduersarijs non fideliter negotium gerit, tenetur extra de iniur. & dā. da. c. Si culpa. Et de his omnibus habes in tertia parte, titulo quarto capitulo primo per totum.

¶ Quinta est manus damnificatoria. Dicitur puer. 16. Si manus ad manum fuerit nō erit innocens. Et quando una manus non sufficit ad unum opus alia iuat. Sic & aliquando si unus non sufficeret ad rapiendum, uel ad furandum, uel damnificandu alium, & tunc adhibet adiutorum alter, & hoc ē manus ad manum adiuncta, & talis quamuis nō sit principalis, uel nil peruenīat de rapina, uel dāno. ad eum: tamen tenetur: quia nō est innocens sed in causa. Et hæc habet quinque digitos, qui continentur in uersu. Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus. ¶ Primus ergo est cum quis mandat fieri rapinam, furtum, uiuram, uel aliud damnum, & ex hoc sequitur effectus damni, quod alias non fuisset factum, talis tenetur insolidum; etiam si nil peruenit ad eum. Sic & tutor, curator, procurator, & factor qui pro pupillis, uel pro alijs faciunt contractus usurarios, si illi pro quibus fecerunt non satisfaciant, tenentur cū sint principaliores. ¶ Secūdus quando cōsulit, ita quod ex illo sequitur damnū quod alias non fuisset factum, talis etiam tenetur insolidū, etiā si nil peruenit a deum, si autem fuisset factū etiam sine illo consilio, sed aliquid plus factū est ad illud plus tenetur. Inno. & Hosti. ¶ Tertius est consensus. s. cooptationis non mentis tantum, puta quando duo uel plures faciūt aliquod furtum, uel damnum simul, ita quod unus nō faceret sine altero, tenetur q libet insolidū, secus cū etiam sine illo factum

Quinq; modi ca ni.

Mādās seu iubens.

Consulens.

Consentiens.

fuisset, tamen cum alijs se reperit ad damnificandum, tunc.n. tenetur solum de damno illato per eum. Qui etiam est mediator scienter alicuius contractus fraudulēti, ut sensales tenentur de damnis. ¶ Quartus est palpo. s. cū quis adulando seu laudando aliquem de furto, uel de damno. s. quod sit itrenuus, & ex hoc inducit eum ad faciendum malum quod aliàs non fecisset, & idem detrahendo ad hoc inducit. vt puta tu es pusillanimis, uel nihil uales, & timidus & huiusmodi. ¶ Quintus est recursus ideſt cum quis receptat fures, & dānificantes, & ex hoc sequuntur damna, uel ēt rem raptam cum quæritur, & ipsæ occultat propter quod non potest recuperare. Officialis autem qui potest sine periculo suæ personæ obstare ne fiat damnum uel rapina, uel manifestare fures & ablata, & non facit tenetur hoc Beat. Thom. Alb. Pe. Rich. in 4. dist. 17. Inno. & Ray. & Guil. Et de his, supra ti. 1. cap. 12.

Recursus.

§.8. ¶ Sexta est manꝰ participatoria. s. de re rapta furata uel usuraria, & de hoc potest intelligi illud Ionæ. 3. Recedat unusquisque ab iniquitate quæ in manu sua est. Et de hæc habet quinque digitos. ¶ Primus est participando de huiusmodi per donationem. Talis enim cui donatur cum hoc scit debet reddere Domino eius rem ablatam, donum autem datū ab usurario cum omnia bona sua sunt obnoxia restitutioni, tenetur etiā reddere uel sibi uel potius his, quibus usurarius habet restituere. ¶ Secundus est per uictitationem. Familia enim rapturis uel usurarij uel uxor filij & alij qui non habent nisi de rapinis, uel usuris tenentur satisfacere de consumptis, sed habendo etiam alia bona comedendo, uel utendo res male ablatas in propria specie tenentur de eo quod consumunt. Ray. ¶ Tertiꝰ est per dotationem. Filia enim quæ dotatur per eum, qui nō habet nisi de usuris uel aliàs male ablatis, maritus qui hoc nouit non potest recipere dotem, & receptam tenetur restituere creditoribus soceri, & ipsa etiam filia mortuo marito tenetur restituere dotes. Ray. De hoc habes supra ti. 1. capit. 12. ¶ Quartus est participando de re rapta, uel furata per emptionem. Qui. n. emit talia scienter uel ignorantia facti crassa, tenetur restituere cū inuenerit Dominum rei uel erogare pauperibus si illum ignorat. Si etiam talia emit probabiliter extimans esse uenditoris, postea sciens fuisset ablata, tenetur nihilominus Domino reddere si cognoscit, uel pauperibus rem uel prætium rogare si non inuenit. Ray. Et de hoc supra ti. 1. cap. 12. ¶ Quintus per legatum, uel hæreditationē. Intelligitur enim hæreditas deducto ære alieno. Heres ergo uel legatarius eius cuius bona sunt obnoxia restitutioni, uel ex contractu, uel quasi ex maleficio furti, fraudis, usuræ & huiusmodi, uel quasi omnia tenetur restituere quæ recipit de tali hæreditate uel legato, extra de usu. c. Michael.

¶ Septima est manꝰ sacrilega uidelicet. Vsurpatio circa sacra & ecclesiastica Iob. 15. Tetēdit. n. aduersus Deum manum suam. i. sacrilegam. Hæc est manꝰ sacrilega. Nichanor quā extendit contra templum Dei comminatus ipsum funditus destruere, sed ipso occiso suspensa est manus, & lingua eius à Iuda Machabeo contra templum. 2. Mach. 15. Et hęc habet quinque digitos uel modos. ¶ Primus est cum auferūtur sacra, ut calices paramēta, cruces reliquię & alia huiusmodi. ¶ Secūdus est quando auferuntur aliqua & si non sacra, tamen de loco sacro, ut in ecclesia, & de utroque. 17. q. 4. c. Quisquis. ¶ Tertius est quādo fit incendium uel effractio in loco sacro iniuriosè, tenetur etiam satisfacere uel etiam inferunt alia damna ecclesijs, uel personis ecclesiasticis, vt exigendo gabellas, & pedagia de censi. capit. Quamquam. lib. 6. Aut imponendo collectas, de immu. eccle. capit. Aduersus, aut faciendo repræsalias contra personas ecclesiasticas extra de iniur. & dam. da. capit. Et si pignorationes, lib. 6. ¶ Quartus est cum clerici malè tractant bona ecclesiarum dilapidando indebitè alienando in pompas & lasciuias expendendo consanguineos ditando 12. quæst. 2. capitulo nulli. Et bona debita pauperibus uel clericis, uel reparationi ecclesiæ subtrahendo dñt restituere. ¶ Quintus cū subtrahentur legata facta ecclesijs. 13. q. 2. capitulo. Qui oblationes defunctorum, uel non solunntur decimæ ubi consueuerunt solui, uel cum non est legitimè in beneficijs constitutus, sed per intrusionem, uel symoniam, uel aliquod impedimentum irregularitatis habet, tenetur enim fructus perceptos restituere de regulis iuris, libro sexto. Beneficium. Et de his omnibus supra titulo primo.

§.9. Qualiter committatur sacrilegium.

¶ Octaua est manꝰ iniustè iudicatoria, & Beatus qui excutit manꝰ suas ab omni munere, dicit Esa. 33. scilicet obsequij, pecuniæ, & laudis, per munera enim frequenter peruertitur iudicium. Et hęc manus habet quinque digitos. ¶ Primus est quando iudex seu quicunq; Officialis dat iniuste sententiam ex certa scie

§.10.

Iudex iniuſtè iudicãs.

tia quacunque de cauſa, ſiue odio ſiue amore ſiue corruptione pecuniæ, & talis tenetur de omni damno, & intereſſe parti læſæ Ray. 11. q. 3. quatuor. ¶ Secundus eſt quando ex ignorantia craſſa profert iniuſtam ſententiam. Nõ enim debebat ſe ponere ad id quod nõ erat idoneus cum periculo alterius, ſecus ſi deceptus conſilio aſſeſſoris qui putabatur idoneus ex malitia, uel ignorantia craſſa malè conſulentis, tunc tenebitur aſſeſſor. Raynu. ¶ Tertius eſt quando ex notabili negligentia protulit iniuſtam ſententiam, quia noluit laborare ad legendum in libris quod potuiſſet inuenire, & uidetur teneri, extra de iniur. & dam. da. capitulo. Si culpa. ¶ Quartus eſt quando accipit pecuniam pro iudicando uel non iudicando aut malè uel benè iudicando. Rayn. Talem enim pecuniam ſibi retinere non poteſt: ſed pauperibus dare, uel reddere danti. ¶ Quintus cum non uult iudicare & dare ſententiam prout poteſt & debet ne diſpliceat habenti iniuſtitiam, aut ut damnificet ius habentem, & talis tenentur ſi pars poſtea amittat iuſtam cauſam, uel ſi remittat pœnas, uel diminuat iniuſtè, cum non poſſet tenetur communitati ſi auxerit pœnam iniuſtè tenetur ei qui ſoluit. Thom. & Rayn. de his ſupra titulo primo, capitulo 19.

§. 11. ¶ Nona eſt manus in iudicio iniuſte aſſitoria. De hoc ne iunges manum tuam, ut pro impio dicas falſum teſtimonium, Exod. 23. & Hier. 21. Eruite oppreſſum de manu calumniantis. Et hæc habet quinque digitos ſecundum quòd ſunt quinque genera hominum, quæ ibi concurrunt ſcilicet aduocatus, iuriſconſultus, actor, aut procurator, teſtis, reus.

Aduocatus. ¶ Primus ergo eſt aduocatus, qui ſiſcienter aſſumit ad defenſandam iniuſtam cauſam obtinens uictoriam cauſæ, de omni damno tenetur aduerſario ſi clientulus non ſatisfecit. B. Thom. ſecunda ſecundæ quæſtione 71. articulo tertio. Si non obtinet tenetur clientulo de expenſis, quãdo uidelicet dixit ſibi cauſam eſſe iuſtam cum aliàs ille non litigaſſet. Si aſſumit cauſam iuſtam, & ex craſſa ignorantia uel negligentia notabili perdit, uidetur teneri clientulo de damno ſuo, extra de iniur. & damn. da. ſi culpa.

Iuriſconſultus. ¶ Secundus eſt iuriſconſultus ſi ſcienter præſtat malum conſilium, uel fraudulentum unde ius habens perdit cauſam, ſiue ſit ille cui conſulit ſiue alter tenetur de damnis inde ſecutis. Si ſideliter conſulens prout ſcit, non tenetur, extra de regu. iur. nullus ex conſilio, li. 6.

Procurator. ¶ Tertius eſt actor tua procurator, qui accuſat aliquem de falſo crimine uel petit indebitum ſcienter, tenetur de omni damno quod inde recepit aduerſarius etiam de expenſis. Beatus Thom. ſecũda ſecundæ quæſt. 68. ar. quarto. Si autem uerè accuſat, & poſtea præce uel præcio deſiſtit uel præuaricatur tenetur communitati. Quartus eſt ſi reus negat ueritatem de qua iuridicè interrogatur, negando indebitum pecuniæ tenetur actori. Negando autem crimen unde ſequitur accuſatori mors, uel mutilatio, uel alia pœna, uel fatigando ſcienter appellationibus, uel dilationibus, tenetur ſatisfacere ad arbitrium boni uiri. ¶ Quintus eſt teſtis ſi ex falſo teſtimonio eius ſcienter facto, actor uel reus incurrunt damnum aliquod iniuſtè, tenetur teſtis inſolidum extra de in iur. & dam. da. capitulo ſi culpa. Et ſi accipit pecuniam pro teſtimonio ferẽdo etiã uerò tenetur illa pauperibus erogare, 24. quæſtione quinta, capitulo. Non ſane. Et de his omnibus ſupra titulo primo capitulo 19.

Reus.

Teſtis.

¶ Decima eſt manus fraudatoria. Iob. 31. Si in manibus meis adhæſit macula, ſcilicet fraudis. Et hæc habet quinque digitos ſiue modos. ¶ Primus eſt in rerum quidditate, dum ſcilicet una ſubſtantia uenditur pro alia, ut uinum lymphatum pro puro, unum aroma pro alio, aurum alchimiatum pro puro, & huiuſmodi. ¶ Secundus eſt in quantitate, ut cum datur diminuta menſura uel in ponderibus, ut. 11. unciæ pro libra, uel in uaſis de uino, oleo, tritico & huiuſmodi, uel in cannis de panno laneo, lineo & huiuſmodi. ¶ Tertius eſt in qualitate, ut cum uendit res defectuoſa, ut uinum uel carnes corruptæ pro bonis, animal uicioſum, & claudicans pro ſano, nõ minuendo de prætio, & multo grauius eſſet uendendo rem periculoſam, & nociuam homini. ¶ Quartus eſt in prætij inæqualitate, ut cum uenditur res plus iuſto prætio quam ualeat ſcienter, uel cum multo minori prætio emitur quam ualeat: quia uenditor non cognoſcit rem, uel quia ducitur maxima neceſſitate. ¶ Quintus eſt in gabellæ debitæ uel pedagij ſubtractione, ut quia occultè introducit rem ad ciuitatem, uel aſſerit unũ eſſe pro alio uel minoris quantitatis ut minus ſoluat, hi omnes tenentur ſatisfaecre ſecundum Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione 55. & Rayn. Et de his habes ſupra titulo primo capit. 17.

§. 12. De omni fraude.

§. 13. ¶ Vndecima eſt manus falſificatoria Iob 5. Qui diſſipat cogitationes malignorũ, ne poſſit manus eorum implere quod cœperant, ma-

nifestando scilicet falsitates eorum. Et hęc habet quinque digitos seu modos. ¶ Primus est in ponderibus & mensuris faciendo, uel utendo falsis. i. diminutis mensuris in uendendo, & mensuris excessiuis in emendo, tenetur ét talis de damnis inde secutis. ¶ Secundus est in falsis monetis, scilicet fabricando falsas monetas, uel inciden do eas, aut falsatis aut diminutis per legitimis scienter utendo, ultra peccatum tenetur de damnis lęsis. ¶ Tertius est in bullis apostolicis falsatis, uel per surreptionem obtentis, cum scilicet expressum est falsum in supplicatione, uel omissum illud exprimendo, quo narrato non obtinuisset beneficium enim uel gratia sic obtenta non ualet unde tenetur satisfacere de emolumento per ipsas obtento. ¶ Quartus est in instrumentis, uel scripturis falsificatis, ut testamentis, in quibus scribuntur legata aliter quam disponatur à testatore, vel scripturis ubi apparent debita, & cassantur & huiusmodi. ¶ Quintus est in falsis partibus, ut cum mulier concipit per adulterium, vel supponit sibi alienum partum, qui tenetur de omnibus quæ consumit putatiuus filius de bonis marti, & de his quæ ut legitimo filio sibi de hæreditate relinqueret, extra de iniur. & dam. da. c. si culpa. Et de his supra, titulo 1. cap. 18.

§. 14. De proditione

¶ Duodecima est manus proditoria. De qua Christus Luc. 22. Ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Non enim fit proditio nisi per familiares. Et hæc habet quinque digitos. ¶ Primus est in castris & populis & terris quando scilicet quis aufert à legitimo domino & dat proditorię alteri qui ibi ius non habet, tenetur talis de omnibus damnis inde secutis. ¶ Secundus est in personas quando tradit dominum suum, uel amicum in manus inimici occidendum, uel redimendum, uel impediendum a negocijs suis, & tenetur ad omne interesse. ¶ Tertius in rebus, quando pecunias, uel alia bona sui domini, uel amici procurat deuenire ad manus inimicorum; aut cum associat se cum aliquo ut ducat ad locum ubi spolietur. ¶ Quartus est quando secreta reuelat domini sui, vt dānificet, uel aduocatus secreta causæ quam defendit aduersario pandit ut se possit defendere, & tenetur ad damna extra de iniur. & dā. da. c. Si culpa. Et de his omnibus supra ti. 1. c. 22. ¶ Quintus est cum quis utitur insidijs, nō seruando promissa pacta, etiam si esset hostis, dum & ipse ei seruat fidem, & non alias, 23. q. 1. cap. Noli.

¶ Tertiadecima est manus symoniaca. Et de hac 3. reg. 13. Quicunque uolebat implebat manum suam scilicet pecunia quam dabat & fiebat sacerdos. Et hæc habet quinque digitos seu modos. ¶ Primus est accipere pecuniam uel alia temporalia ero sacramentis, aut beneficijs conferendis uel collatis per modum prætij non per modum eleemosynæ & talem pecuniam retinere non potest, sed pauperibus debet erogare, vel ecclesiæ in cuius iniuria data est. Thomas. secunda secundæ quæst. c. ¶ Secundus est accipere pecuniam apprætiatiuè pro alijs rebus sacris, ut ecclesijs, altaribus consecratis, aquam baptismali consecrata, oleo sancto, reliquijs sanctorum, sepulturis loci sacri, iure patronatus, ingressu religionis, & huiusmodi, talis pecunia retineri non potest, sed pauperibus erogari oportet, uel ecclesiæ pro qua commissa est symonia. ¶ Tertius est pro spiritualibus exercitijs, vt pro prædicando, orando, visitando, eligendo, conformando, à correctione desistendo, curam animarum exercendo, consecrando, & huiusmodi alia recipiendo pecuniam exactiuè vel pactionaliter uel apprætiatiuè tenetur pauperibus erogare, uel ecclesiæ in cuius iniuriam data est. Sed per modum eleemosynæ retinere potest sibi. Quartus est quando accipit beneficium simplex, uel curatum aut dignitatem symoniace, quia tenetur resignare, & fructus inde præceptos restituere, etiam consumptos deductis expensis factis in utilitatem beneficij illius per fructibus colligendis. ¶ Quintus est de mediatoribus ad procurandum beneficium, uel officium ecclesiasticum, uel aliquod spirituale, hi tenentur pecuniam propter hoc receptam pauperibus erogare. Hæc omnia beatus Thomas. secunda secundæ quæst. c. & Ray. & Inno. De his supra ti. 1. c. 5. per totum.

§. 15. De symonia.

¶ Quartadecima est manus impeditoria. Eccle. secundo. Veh duplici corde, & manibus malefacientibus, ideſt impedientibus bona aliorum. Et hæc habet quinque digitos. ¶ Primus est quando quis impedit aliquem à consecutione alicuius beneficij uel officij. Et si iam illud erat consecutus, & possidebat, iniuste procurauit sibi auferri tenetur satisfacere totum. Si nondum erat consecutus; sed in uia habendi tenetur ad arbitrium boni uiri. Thom. & Richa. in 4. ¶ Secundus est quando impedit fructus prouenturos alicuius agri, uel vineæ uel effodiendo semina, destruendo uineas, arbores & huiusmodi,

§. 16. De beneficij impeditione.

di, quã tenebitur ad quantum æstimabuntur fructus in illo fundo ualituri. Tho. in 4. Tenẽdo etiam columbarias, & non sufficienter pascendo unde damnum inferũt seminibus uel fructibus, tenentur de damnis. Petrus de Pa. in 4. ¶ Tertius est de his qui faciunt statuta, uel capitula, ne usuræ solutæ possint repeti, uel quod possint homines cogi ad soluendũ, & qui iudicant secundum ea, uel etiam sine statutis, dant sniam q. soluantur usuræ uel solutæ, non repetantur, hi tenentur ad eos restituendum si usurarij non restituant, impediunt. n. restitutionem. 10. q. 3. c. qui consétit. ¶ Quartus est de his, qui dant litteras emunitorias debitoribus iniustè ne possint cogi à creditoribus ad soluendum eis cum possint, hi tenentur illis de illis damnis. ¶ Quintus est de iniustè impedientibus, ne quis possit exequi negocia sua honestate occultando instrumenta, uel scripturas per quæ manifestatur ius suum uel impedientes, ne quis accedat ad iudicem ecclesiasticum in causa qua potest ubi si fieret iusticia, uel aliter iniustè, & maliciosè impediens iter suum ad iudicũ uel ad negocia sua, unde recipit damnum. Et de his tenetur.

§. 17. De omni ludo. ¶ Quintadecima est manus lusoria de qua potest intelligi illud Iob. 31. Si. i. non osculatus sum manum meam in abscõdito. Lusor enim cum uincit, attribuit manus industriæ unde aliquando osculatur eam ut causam lucri. Et hæc habet 5. digitos. ¶ Primus cum decipit in ludo ut per falsos taxillos, aut chartas, aut dicendo mendacium, & sic uincit tenetur enim restituere decepto. ¶ Secundus est quã do uincit ab his qui alienare non possunt, ut sunt serui filij familias, præcipue pupilli, uxores, religiosi, & huiusmodi, & hæc oportet restituere eis qui habent curam illorum. ¶ Tertius est quando uincit ei, quem induxit uel traxit ad ludendum multã importunitate cum non uellet ludere, uel uolentem à ludo recedere inuitum detinet, & tenetur restituere. ¶ Quartus quando uincit in locis ubi prohibetur ludus, & per leges mandatur fieri restitutio, quæ nec per dissuetudinem sunt abrogatæ, & tunc etiam tenetur restituere perdenti secũdum Tho. 2. 2. q. 62. Ric. in 4. Ray. & Inno. & alios. ¶ Quintus quando uincit in locis ubi non prohibetur ludus, uel si prohibetur leges sunt abrogatæ per contrariam consuetudinem, & tunc debet pauperibus erogare utrum de necessitate uel de honestate, unde supra titulo primo c. 33. ubi plenè est ista materia,

¶ Sextadecima est manus locationis, & conductionis uciatoria. De hac Deu. 32. Videbit quod infirmata sit manus, ideſt deficiens op⁹ in locando, & cõducendo, & hæc habet quinque digitos. ¶ Primus est quando quis locat alteri rem quam nouit uitiosam, ut equum claudicantem, uel Domum ruituram, qui tenetur de damno inde secuto. ¶ Secũdus quando nimis notabiliter exigit prætium de re locata, domo, agro, uel ueste, & huiusmodi, uel quando aufert ab eo rem locatam sine causa rationabili ante tempus conuentum tenetur enim rei de damno Ray. ¶ Tertius qñ conducit quis alium ad operãdum nimis paruo præcio notabiliter: uel debitam mercede nimis tardat dare cum potest, unde ille recipit damnum, uel loco pecuniæ debitæ dat sibi res quas oportet eum uendere minori prętio quam debet habere. ¶ Quartus si conductus ad operam ex festinantia, uel negligentia non fideliter est operatus & benè unde sequitur damnum ei. ¶ Quintus quando malè tractauit rem sibi locatam, ut domum, uel agrum permittendo destruere uel equum, uel boues nimis fatigando, & huiusmodi tenetur talis de huiusmodi damnis ad arbitriũ boni uiri Ray. in sum. Vasallus etiã qui bona quæ habet in feudũ à Domino male tractat ex malitia uel negligẽtia tenetur de damnis. Et de his habet supra titulo primo capitulo decimoquinto.

§. 18. Locans rẽ uitiosam tenet de dãno inde secuto.

¶ Decimaseptima est manus turpiter lucratoria. De qua Esa. 1. dicens. Manus uestræ plenæ sunt sanguine. i. turpibus lucris, & hæc habes quinto digitos. ¶ Primus est lucrum ex opere carnali ut meretricio lenocinio, concubinatu, adulterio, & huiusmodi. ¶ Secundus est ex arte uel actu prohibito lucrari, ut ex arte mutuandi uel faciendi taxillos, chartas, fucos, torniamenta. Vel ex histrionatu turpi, seruiendo usurario in numerando pecuniam ad usuram & scribendo huiusmodi, in faciendo diuinationes, incantationes & huiusmodi in scribendo instrumenta in fraudẽ usurarum. ¶ Tertius est lucrando tempore prohibito, ut diebus festiuis emendo, & uendendo sine necessitate scribendo, uel alia opera ad lucrum faciendo. ¶ Quartus est negociari in locis prohibitis ut in ecclesijs uendẽdo, uel emendo, vel etiam mittendo ad terras Sarracenorum uel portando arma, uel lignamina uel uictualia, & quæcunque mercimonia sine licentia papæ, tenetur illud quod lucratus est & tantundem de suo mittere in subsidium terræ sanctę.

§. 19. Vẽdere uel emere dieb⁹ festiuis est turpe lucrũ

¶ Quintus

¶ Quintus est intentione meræ cupiditatis vacare negociationi uel intentione introducendi caristiã, hi homines debent acquisita pauperibus erogare, magis tamen ex honestate, & consilio quam necessitate, decimaquarta quæstione quinta. Qui habetis. Et de his supra titulo primo, capitulo vigesimotertio.

¶ Decimaoctaua est manus detractoria Psal. §.20. 21. Erue scilicet Deus de manu canis, idest detractoris animam meam, idest vitam. Prouerb. decimooctauo. Mors & vita in manibus linguæ, scilicet detractoriæ. Et hæc habet quinque digitos. ¶ Primus est cum quis scienter accusat aliquem de falso & conuictꝰ de crimine condemnatur, talis ei tenere satisfacere non quidem detegendo falsitatem, postquam est punitus reus: quia sibi immineret periculum personę, & illi iam punito non satisfaceret, sed aliter ad arbitrium boni uiri, ante punitionem autem debet detegere falsitatem uel desistere ab accusatione. ¶ Secundus est quando extra iudicium infamat aliquem de crimine sciens non esse uerum, uel nesciens si est uerum, quia tenetur illis quibus dixit declarare se falsum dixisse nisi ex hoc sibi immineret magnum periculũ vitæ & huiusmodi. Nam tunc aliter prout potest debet satisfacere, uel cum libellos famosos super crimine de eo componit uel cantilenas quod peius est. ¶ Tertius est quando ad aliquod crimen comissum verè ab alio auget aliquid aliud notabile quod est falsum cum dicit se uel alium turpia colloquia, uel gestus habuisse cum aliqua: sed etiam carnalem copulam, uel cum alij dicunt de eo turpitudinem cum aliqua agere tacet studiose, vel aliqua signa facit ut credant verum esse quod non est, & talis tenetur ad declarandum falsum esse. ¶ Quartus est cum dicit aliquod crimen alterius referens se audiuisse quod occultum est, & ignoratur si est verum, & talis quomodo debeat satisfacere, habes in c. sequenti. §. 3. ¶ Quintus cum dicit crimen alterius verè perpetratum: sed occultatum, & talis debet etiam famã restituere, prout potest, uel etiam cum dicit contumeliam in præsentia aliorum, & talis debet petere ueniam uel aliter se reconciliare cum eis.

§.21. ¶ Decimanona est manus personæ læsoria. Miche. 7. Vir fratrem suum uenatur ad mortem malum manuum suarum dicunt bonum. Et habet quinque digitos seu modos. ¶ Primus est auferendo uitam occidendo alium iniustè idest extra iuditium ordinarium, & talis tenetur prout dicetur in c. sequen. §. 1. de damno inde secuto. ¶ Secundus est mutilando membrum iniuriosè, & tenetur de expensis immedicis, & medicinis, & de lucro pdito si ex mutilatione non potest laborare. ¶ Tertius est in uulnerando vel percutiendo iniustè, sicut tollendo sospitatẽ, & tenetur ad damna inde ei secuta. ¶ Quartus incarcerando, & sic tollendo ei libertatem quod faciendo absque causa rationabili tenetur de damno quod inde sequitur secus si facit, quia est ei debitor ut sibi citius soluat. ¶ Quintus cum mittit in exilium uel confinium iniustè, & per hoc aufert ei patriam. Et omne damnum quod inde recipit, quod communiter est multum tenetur ei satisfacere.

¶ Vigesima est manus animarum prædatoria, & de hac. Sapien. 1. Impij manibus & uerbo mortem accersiũt, & habet quinque digitos. ¶ Primus est quando uolentem ingredi religionem ad seruiendum Deo aliquis reuocat vel iam ingressum persuadendo educit, tenetur hic illum reducere quantum in eo est, uel se uel alium ponere in religione, secundum Pe. de Pa. ¶ Secundus est quando qui persuaderet alicui aliquod criminale blandiendo ut decipiat. Et multo magis quando quis aufert alicui uirginitatem extra matrimonium, & debet ducere in uxorem uel notare si potest, & indiget. ¶ Tertius est quando quis suo sermone trahit ad errorem fidei, ut faciunt hæretici disseminantes falsam doctrinam, & hi tenentur reuocare, ¶ Quartus est cum prælati uel patresfamilias ex sua negligentia permittunt gregem suum perire non corrigentes & admonentes & multoplus cum suis malis exẽplis eos ad mala prouocant, tenentur enim eos corrigere. 2. q. 1. c. scelus. ¶ Quintus cum hommes suis prauis actibus alios scandalizãt uel mulieres suis ornatibus & tripudijs alijs ludis risibus blasphemiis & hi debent satisfacere pœnitentia & bonis actibus ædificando quos prius scandalisauerunt.

¶ Sequitur tertia pars principalis diuisionis factæ ubi ponitur remedium ad euadendum de manibus istis usurpatoris, quibus diabo- §.22. lus in mare præcipitat in profundum inferni, & hæc est nauis, vnde dicit. Illic naues pertrã sibunr. In plurali dicit naues, quia triplex est nauis.

¶ Est nauis ecclesiæ uniuersalis.

¶ Est nauis uitæ regularis.

¶ Est nauis pœnitentię uirtualis.

¶ Et de primo intelligitur illud Prouer. vlti. Facta est, scilicet illa mulier fortis de qua ibi loqui-

Adde tex. notabilẽ in l. ita uul neratus ff. ad l. aquil. & ibi Flo. de sanc. Pet.

Nauis ecclesię uniuersalis.

loquitur figuratè ecclesia quasi nauis institoris, ideſt mercatoris de longe portans panem ſuum, ſcilicet doctrinæ uel eucharistię: quia de cęlestibus quo pascuntur homines fideles. Chriſo. tractans illud Matthe. 9. Ascendens Christus in nauiculam transfretauit dicit. Christus nauim ecclesiæ fluctus ſemper mitigaturus ascendit, hæc eſt nauicula Petri quæ quatitur magnis fluctibus perſecutionum a tirannis errorum ab hæreticis prauorum operum a hipocritis, ut aliquando uideratur ſubmergis, ſed ſubmergi non poteſt Christo eam gubernante: ſed poſt tempeſtatem tranquillum facit, ut dicitur Thob. 3. Et figuratum fuit. Matth. 8. quando ipſę ſurgens a ſomno imperauit uentis & mari, & facta eſt tranquillitas: dormire uerò uidetur cum tribulationes ſurgere ſinit, ut dicitur di. 33. c. In nomine. Hęc per Petrum & alios prælatos & prædicatores rhetibus prędicationis capit multos piſces ad fidem, ut impleatur non ſolum nauicula Petri, ideſt ecclesia occidentalis ſed etiam Ioannes euangeliſtæ, ideſt ecclesiæ orientalis, ideſt Græciæ ubi Ioannes prædicauit dum ſcilicet ſociata fuit cum nauicula Petri. ideſt ſancte ecclesiæ Romanæ, ut figurate habetur. cap. 5. Petro quoque ante capturam piſcium dictum ait. Duc in altum maris ſcilicet nauiculam, & laxate rhetia uestra in capturam. Quod exponens Ambro. ait in altũ. ſcilicet in profundum diſputationem. Quid enim tã altum quam altitudinem diuitiarum uidere ideſt ſcirę dei filium, & profeſſionem diuinę generationis aſſumere 24. q. i. non turbatur. Apte autem ecclesia militãs ſignatur per nauim: quia quemadmodum nauis in principio & fine eſt arcta & paucos continet homines: in medio eſt lata & multos continet ita ecclesia militans fuit acta in principio, quia in multis perſecutionibus, & paucierant in ea. Vnde & Marcellus qui erat papa, poſt fuſtigationem fuit deputatus a Dyocleciano imperatore peſſimo multis annis ad cuſtodiam animalium in ſtabulo, & Vrbanus papa in ſepulcris latitabat propter immanitatem perſequentium. In fine etiam ſcilicet tempore Antichriſti erit arcta. Erit enim tunc tribulatio qualis non fuit ab origine mundi, ut dicitur Mathęi. 24. Vnde & pauci firmi in fide ecclesiæ permanebunt. In medio autem tempore ideſt nunc lata eſt, & multi in ea reperiuntur clerici, & laici, ut dicit. Chriſo. Multi ſacerdotes et pauci ſunt ſacerdotes, multi in nomine, pauci in opere diſ. 40. & patrimonium Ieſu Chriſti latum & exaltatũ. Et principes & magnates ciues, & populares: omnes quærunt de altari participare procurantes ſuos filios, uel conſanguineos, uel amicos conſtitui in dignitatibus, & beneficijs ut eos diuites faciant bona pauperibus eroganda in prophanos uſus conſumant. Sed niſi male ablata ecclesiarum reſtituant ſi poſſunt condemnãtur. ¶ Et primo nota quod ſecundum regulam iuris. 6. beneficium ecclesiaſticum nõ poteſt licite ſine canonica inſtitutione poſſideri. Si qs per ſymoniã recipit beneficium, ſeu intruſionem ſeu uſurpationem ideſt per laicos, uel alios de facto qui non poterant conferre, uel habens aliquod impedimentum irregularitatis, uel non canonicè electus uel poſitus, tenetur omnes fructus ſuſceptos reſtituere deductis expenſis rationabiliter factis utilitate beneficij ſecundum doc. Secundo no. quod etiam ſi rite aſſumptus non officiat uel officiare facit ſeculariter uiuens non intendit demum clericari: ſed uxorari, & ſequi forum ſeculare cum defraude eccleſiam, & intentionem eorum, qui dederit eccleſiæ poſſeſſionem uidetur quod tenetur ad reſtõnem. 12. q. 2. gloria. Similiter quæ deputata ſunt determinatè pro clericis ſeruientibus uel fabricis eccleſiarum uel p pauperibus dans alijs tenet reſtituere. ¶ Nota tertio, quod ſi ſua negligẽtia amittantur bona eccleſiæ mobilia: ut libri, paramenta, & huiſmodi, uel de ſtruuntur immobilia, uel ruunt, tenetur ad ſatisfactionem de omnibus ut extra de iniu. & dam da. c. ſi culpa de his poſſunt itelligi il lud. Iob 12. abundant tabernacula prædonũ ſcilicet clericorum, & audacter prouocãt dominum, ſcilicet ad iram propter malam uitã & cum omnia dederit eis in manus, ut 12. q. 2. Si priuatum. De hac naui eccleſiæ ſic ait Chriſoſtomus, nauigat eccleſia inſtructa fidei gubernaculo fælici curſu p huius ſæculi mare, habens deum gubernatorem, angelos remiges portãs choros omnium ſanctorũ erecta ipſa ſalutari arbore crucis, in qua euangelicæ fidei uela ſuſpendens ſtante ſpiritu ſancto ad portum paradiſi, & quietę ſecuritatis æternæ deducit. Vbi Chryſo. ſeptę dicit de hac naui eccleſiæ. ¶ Primũ ę q a hoc ſæculum quod eſt mare tẽpeſtuoſum habet nauigare unde etiam electi periclitant. Exemplum. Ionæ prophetæ qui exiſtens cum alijs ſuſtinebat periculum ubmerſionis quãtumcunque laborarent ad exonerãdum nauim, ut habet Ionæ 1. & ideo ualde timendũ. Beatus uir q

Beneficium in inſtepoſ fidẽs tenet oẽs fructus reſtituere.

Nauis eccleſia militãs habet ſeptem.

ſemper

semper est pauidus (ait sapiens) Bernar. Nusquam est securitas ò fratres. Nec in cælo nec in paradiso, & multo minus in mundo. In cælo angelus cecidit sub potentia diuinitatis. Adam in paradiso de loco uoluptatis. Iudas in mundo sub schola ueritatis. ¶ Secundum quod dicit Chrisostomus de naui ecclesiæ est, quod habet Deum gubernatorem, & habitatorem cui uenti, & mare obediunt, & ideò multum confidendum quia & si concuti permittit nō tamen perire. Vnde in huius figuram cum essent discipuli in naui cum eo, & ipso dormiente periclitarentur, surrexit Christus, & imperauit uentis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Matth. 8. Etiam uicem Dei tenēt prælati in gubernando nauim ecclesiæ. Vnde & dij uocantur. Sicut autem qui gubernat nauem, nunquam deserit, neque in tempestate neque in tranquillitate, alioquin sibi imputaretur submersio nauis si contingeret ex sui negligentia etiam si non intenderet. Ita etiam prælati dicunt intendere curæ ecclesiæ omni tempore. Vnde Nicolaus Papa. Si pernicioſum est proretam, idest directorem nauis in tranquillitate nauem deserere, quanto magis in fluctibus, & paulopost. Nos qui tanquam arietes gregibus ducatum præbentes, immo quia & pastores horum summus Deo auctore cum eis in periculis pro uiribus persistere conuenit, & cum trāquillitas reddita fuerit diuina pietate, mox gregem requirere, & in unum colligere, & eius animas cælestis patriæ pace sursum erigere debemus 12. qu. estio. 1. scisitatis. ¶ Tertiū est: quia habet angelos remiges qui eam inter fluctus hoc sæculi custodiunt, & deducūt. Iuxta illud angelis suis dominus mandauit de re, vt custe in omnibus uijs tuis, & ideò gaudendum de tali adiutorio. Sacerdotes etiam angeli appellātur, secundum illud. Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Et hi remigando ministratione sacramentorum nauem mouent, i. ecclesiā fidelium ad portum, in quo non parum habent laborare in ministrando debite. Vnde in figura dicitur. Math. 8. de discipulis quod erant laborantes in remigando. Erat enim eis uentus contrarius scilicet temptationum. ¶ Quartum quod dicit Chrysostomus de naui ecclesiæ quia habet choros sanctorū, qui sunt omni uirtute pleni. Vnde de Petro, & pluribus dicitur Io. 21. Ascenderunt in nauim, & ideò libenter intrandum, quia scdm psal. 17. Cū sancto sanctus eris. Vñ figurāt per nauē Salamonis qui sex in tribus annis adducebat. 2. Paral. 9. aurum, & argentum nimis eburneas & pauones. Nam ecclesia Christi in fide Trinitatis personarum, & unitatis essentiæ diuinæ ad superniam Hierosolymam inducit sanctos Apostolos, & Martyres, & hoc est aurum, doctores sapientia, & doctrina plenos, & hoc est argentum, & confessores: & hi sunt eburneī, quia alibi per uitæ munditiam, & fortes per donum fortitudinis, & quasi symiæ immitantes actus hominum, idest sapientium inhærentes exemplis, & principes qui cum apparatu uiuunt, & hi sunt pauones. Multum iuuat talis societas sanctorum, sicut econuerso multum nocent opera malorum, vnde Amb. in figuram huius ait. Non turbatur nauis, quæ habet penū de qua scilicet habetur Luc. 5. Ascendens Christus in unam nauim quæ erat Symonis, rogauit eum à terra reducere pusilum. Turbatur illa quæ Iudam habet de qua scilicet habetur Matth. 8. Et si multa illic discipulorum merita nauigabant, tamen adhuc proditoris eam perfidia agitabat: in utraque Petrus: sed qui suis meritis erat firmus turbat alienis. Caueamus proditorē, ne p unū multi fluctuemus, ergo non turbat hæc nauis in qua prouidētia nauigat, abest pfidia superat fides 24. q. 1. nō turbat. Quintū est quod in hac naui est arbor erecta salutiferę crucis, & in ea antenna Christus ad protegendam, & ideo sub ipsa manendū, q a sub ea nullus potest lędi, extra istā nauim ecclesia, i. fidē crucifixi nemo potest esse salus, ad quod facit quod dicitur Act. 27. Nisi manseritis in naui non poteritis salui fieri. Vnde p arcam. Noe quæ tanquā nauis in aquis diluuij continuit, & saluauit omnia animalia ibi existentia. ut Gen. 7. rectè figurat ipsa ecclesia, & crux Christi sm Greg. & Aug. sicut .n. oēs qui extra archam reperti sunt diluuio perierunt, ita omnes qui sunt extra ecclesiā perierunt. Erat illa archa tricamerata ad denotandum tres status ecclesiæ scilicet coniugatorum, continentium, & prælatorum. Compacta erat ex lignis leuigatis, & bitumine linitis, quia resultat ex fidelibus liberis à superfluitate uitiorum, & charitate glutinatis, & unitis. ¶ Sextū est, quia habet uela euangelicę doctrinæ quæ sunt plena uerbis Xpi. Sicut .n. uela sunt plena aere, & uento, sic & uerba nō sunt aliud quā aer formatus in gutture loquētis. Ista ergo uela sunt plena flatu, & uerbis Christi, quæ nos docent qñ, quo, qua uia, & quo eundem sit, & ideò attentius audiēdū Lu. 11. Bti qui audiūt uerbū Dei, & custodiūt illud.

Nota q archa Noe erat tricamerata.

illud. Vnde & Iaco. 3. dicitur. Ecce & naues cũ magnæ sint, & à ventis validis minentur, circumferuntur autem à modico gubernaculo, scilicet temonis. Ecclesia est vna & multæ. Vna vnitate fidei & dilectionis, multa varietate locorum, & rituum, & hæ mouentur à ventis verborum Christi gubernacula sunt ordinationes prælatorum, qui tamen attendere debẽt ad stellam maris. i. Christum & eius matrem Virginem, vterque enim dicitur stella. Vnde Fulbertus in serm. dicit. Oportet omnes Christicolas per huius sæculi pelagus nauigantes respicere ad stellam maris. Si quis enim hoc egerit non iactabitur inanis gloriæ vento nec scopulis tribulationum frangetur, nec absorbebitur Scillæ voluptatum voragine. ¶ Septimum est, quod ducit ad portum quietis Psalmus 106. Deduxit eos in portum uoluntatis eorum scilicet ad quietem & locum securum & plenum omni bono. Vnde dicere possunt ueri fideles quod scribitur de Paulo & sociis. Act. 27. Nauigauimus, & uenimus ad locum qui dicitur boni portus. Hæc est nauis de qua dicitur Io. 21. quod discipuli nauigio uenerunt ad litus, vbi apparuit Christus resuscitatus trahentes magnis piscibus centumquinquagintatribus sine scissura rhetium. i. sine contradictione veritatis doctrinæ prædicatæ ut habetur figurate Io. 21. Vnde conuiuium sequitur Christus cum sanctis de glorificatione eorum igne charitatis decoquente illos, & patres veteris testamenti ad refectionem fruitionis. Ex numero aũt illorũ cõprehenditur saluandorum qualitas. Nam ad illum numerum peruenitur per numerum decem & septem, incipiendo numerare ab vno, & addendo sequentem numerum ad præcedentes usque numerum. 17. inclusiue, verbi gratia, vni addendo duo, sunt tria ternario numero addendo ternarium sunt sex, senario numero adendo quaternarium qui sequitur fiunt decem, & sic ulterius procedendo usque ad denarium septennarium resultant. 17. Vnde oportet ergo saluandos habere 17. numerum mortaliter, id est obseruationem decem præceptorum, quæ fiunt de actibus uirtutum. Virtutes sunt septem. Fides, Spes, Charitas, Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia. Intratur autẽ istam nauim ecclesiæ per innocentiam baptismalem. Dicit autem Hiero. quod post naufragium scilicet de ista naui ecclesiæ per amissionem innocentiæ baptismalis, secunda tabula est pœnitentia quasi secunda nauis de pœ. dist. 1.

Septem sunt uirtutes.

¶ Nauis etiam dicitur religio, de qua potest intelligi illud Mat. 8. Ascendente Iesu in naviculam secuti sunt eũ discipuli eius. ¶ Aptè autem religio signatur per nauim, quia substantialia religionis multum reperiuntur in his qui sunt in naui. In nullo statu uel conuersatione mundi reperitur tanta obedientia sicut in naui. Nam omnes ad simplicem nutum obediunt nauclero seu gubernatori nauis, & rex & pontifex eniuscunque conditionis existat in eundo stando, & operando prout mandauerit ipse. Castitas etiam ibi satis seruatur etiam ab incontinentibus, ad quod facit, & uita austera, quæ ibi communiter tenetur, & exclusio occasionum, paupertas quoque quia nihil est in ea nisi de foris portetur, & ea quæ ibi sunt cõmuniter sunt aliorum, & parum ipsi nauigantes ibi habent. Ascendit ergo Christus in hanc nauim, ideſt hunc statum religionis. Nam obedientiam summam exhibuit patri factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, ad Philip. secundo. Mementote fratres, quia Christus vt non perderet obedientiam perdidit vitam (ait Bern.) Continentia in summo gradu tenuit, quia virgo purissimus, immo nec unquam stimulum carnis habuit, uel sensit, vel cogitationem turpem, & ita castos mores habuit in sua conuersatione, quod cum fuerit de alijs criminibus infamatus licet falsissime, de turpitudine aliqua nunquam ab aduersarijs suis sunt accusatus, notatus, uel infamatus, uel in suspitione habitus quãuis cum mulieribus fuerit aliquando conuersatus. Nam vt dicitur Luc. 8. Mulieres iustæ sequebantur eum, & sæpe in hospitium Marthæ, & Mariæ declinauit, & à Maria peccatrice osculari pedes, & ungi pedes & caput permisit, Paupertatem tantam suscepit, vt diceret Math. 8. & Luc. 9. Vulpes foueas habent & nolu. cœ. ni. filius autem homo non habet ubi caput suum reclinet. De eleemosynis uiuens, & mortuus expensis alienis sepulturam accepit. Fuit quoque Nazarenus, id est Deo dicatus quod in ueteri testamento erat quidam nouus modus religionis, vnde barba & capillis intonsus erat. Institutor fuit primus summus omnium perfectionis, & religionis ad quam direxit, & perduxit Apostolus suos, nec prius nec postea potuit aliquod collegium eis in sanctitate & perfectione æquari, ad quam peruenerunt in die Pentecostes. Prius in istam nauim ascenderunt ut nouitij cum omnia dimiserunt nam scilicet proprie voluntatis &

§. 24. Religio naui æquiparatur.

cupi-

cupiditatis. Nã de eis dicitur, quod uocati à Christo relictis rhetibus & naui secuti sunt eum Math. 4. Et dicitur cupiditas nauis, quia sicut nauis stat super aquam & nõ impletur, ita cupidus super aquas fluxibiles diuitiarum uel concupiscentiarum impleri non potest. Et sicut nauis cum labore magno fabricatur, cum timore custoditur, & cum dolore amittitur, ita & res temporales acquiruntur cum labore & opera carnis, & propriæ uoluntatis perficiuntur, cum timore non perdendi possidentur, & cum dolore custodiuntur, & amittuntur. Et sicut in naui quando exoneratur de toto lucro, & mercibus non remanent nisi feces insentina, ita quaris, fornicatoribus, & huiusmodi non remanet eis pars nisi stagnum ignis, & sulphuris. Apoca. 20. Et de his potest intelligi illud Psal. 47. In spiritu uehementi dure sententię damnationis conteres naues Tharsis. Tharsis interpretatur exploratio gaudij, naues ergo Tharsis sunt ille congregationes religiosorum qui uolunt gaudere in mundo seculariter uiuentes, & hoc nisi satisfaciant spiritu uehementis contritionis conterentur. Triplex enim furtum seu rapinam solent facere religiosi in naui scilicet religionis. ¶ Primum est cordis, cum scilicet sequantur propriam uoluntatẽ transgrediendo præcepta suæ religionis fratres non solum facultatibus: sed etiam proprijs uoluntatibus abrenunciauerunt. 12. q. 1. Non dicatis. ¶ Secundo corporis per fractionem castitatis, quod semel Deo obtulerunt. ¶ Tertium est substantialitatis temporalis, & hoc cum recipiunt aliquid, & occultant prælato uel cum quod tenent de sententia prælatorum non sunt parati ad ponẽdum in manibus eorum, uel cum ea quæ habent cum licentia uel sine malè expendunt luden do, turpiter consumando, uel amicis & consanguineis & alijs dando indebitè. ¶ Comparatur autem religio naui in septem. Primo: quia sicut nauis est clausa uersus terram, & aperta uersus cœlum, ita & religiosus ad terrena debet esse clausus de eis nonc intromittendo, sed apertus cœlum uersus ideſt deditus contemplationi cœlestium, dicere ualeat illud Apostoli. Nostra conuersatio in cœlis est. Hinc & Hieronym. Est unum genus christianorum quod mancipatum diuino officio & dedicatum contemplationi ab omni strepitu temporalium cessare consueuit, ut sunt clerici conuersi, & Deo deuoti, & religiosi. 12. quæst. 1. duo. Ideò uersus terram debet esse clausa & stricta nauis religionis. Nam ex terra resoluuntur uapores ideſt mala desideria quæ corrumpunt affectum nubilæ quæ obnubilant intellectum, & frigus quod constringit affectum boni operis. ¶ Secundo nauis non potest diu sustinere seu portare corpus mortuum, quia periclitaretur & inficerentur etiam alij, unde in mare proijcitur sic qui in religione incidit in peccatum mortale nisi cito resipiscat alios inficit, & destruit religionem. Nam à peccatis occultis procedit ad manifesta & quotidie nisi cito poeniteat peior efficitur. Vnde Ioan. Cassia. Nulla peior bestia malo monacho, & ideò si se non corrigit separandus est. Vnde Hiero. Resecandæ sunt carnes putridæ, scabiosa quis à caulis repellenda est, ne tota domus massa, & corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat & intereat. 24. quæst. 3. capit. Resecandæ. ¶ Tertio, nauis in aquis integra manet, & conseruatur, cum autem terram tangit, frangitur & dissuitur seu aperitur, sic religiosa congregatio dum sequestratur à terra ideſt à cõuersatione secularių & negocijs terrenorum conseruatur, & rectitudinem regularem seruat, & uigorem spiritus, sed si inhæret uel infigitur terrena cõseruatione extra casum necessitatis, & exigenti caritatis à quietis proposito resoluitur, & relaxatur. Vnde Eug. papa dicit, q̃ monachus non debet se qualibuscunque negocijs impli care, sic clausiro suo contentus, quia sicut pisces sine aqua caret uita, ita & monacus sine monasterio sedeat itaque solitarius & taceat quia mortuus est mundo, Deo autẽ uiuit, agnoscat nomen suum. Mons enim Græce latinè dicitur unus, & achos Græcè latinè dicitur tristis. 16. q. 1. capit. Placuit. Tristis autem dicitur ideſt dolens & lugens: in aquis ergo compunctionis debent morari. Christus post quam turbas docuerat, & miracula fecerat ibat in desertum locum, uel in montem cum discipulis turbas dimittẽs Luc. 4. Exemplum nobis in hoc prębens. ¶ Quarto nauis quantuncũq; sit clausa & stupata & omnia foramina circunquaque obtusa, tum imperceptibili modo paulatim & guttatim aqua subintrat, ita quod nisi sæpe sentina euacuetur aquis tantum creſceret aqua quod submergeretur, ita in conuersatione religionis quantumcunque omnia bene seruentur, & diligentiam quis adhibeat ad claudendum uiam peccatis & uitam dum occasiones, tanta est humana fragilitas quod imperceptibiliter homo frequenter cadit in ueniale. Septies, n. in die cadit iustus & resurgit (inquit Salo.

Triplex furtũ in religione.

Nauis non potest sine pĩculo portare corpº mortuum.

Vnde dicatur monachus.

Salo. Pro. 24. Et apostoli perfectissimi religiosi dicunt, in multis enim offendimus omnes. Iacob. 3. Hæc autem quotidiana peccata etiam si leuia sunt, tamen diminuunt ferorem spiritus, & disponunt ad mortalia, & ideo per orationem, & compunctionem & alios modos remouenda sunt de anima ne submergatur nauis mentis. Vnde Augu. quæ humanæ fragilitati quamuis parua: tamen crebra surrepunt, quæ si collecta contra nos fuerit, ita nos grauabunt & oppriment sicut aliquod unum peccatum graue. Quid enim interest ad naufragium uno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur an paulatim surrepens aquam in sentinam, & per negligentiã culpam derelicta atque contempta implent nauim atque submergat de pe. dist. 1. capitulo. Tres sunt actiones dicit Aug. quod multa uenialia ita grauant, sicut unum mortale, non est sic intelligendum tanquam uenialia sint mortalia hoc enim nunquam accidit: sed in dispositione: quia inducunt ad mortale. ¶ Quinto nauis non debet esse nimis onerata: quia nimium pondus demergeret, nec nimis uacuata uel alleuiata: quia uacillaret sic in religione ad hoc vt quis bene proficiat nõ debet nimis onerari occupationibus exterioribus, quia mentem submergunt. Vnde Bernardus in libro de consideratione. Vexatio dabit intellectum inquit propheta. Verũ est si non sit nimia, alioquin subruit intellectum. Nec etiam debet esse uacuus ab operibus & otiosus. Vnde Hieronymus. Semper aliquid boni facito, vt diabolus inueniat te occupatum. Apostoli habentes potestatem de euangelio uiuere laborabant manibus suis ne quẽ quàm grauarent, & infra Egyptiorum monasteria hunc morem tenent ut nullum absque opere & labore suscipiant. Non tam propter uictus necessaria quantum propter animæ salutem de consec. dist. 5. Nunquam. Nauis ẽt non in una parte tantum oneratur, & in alia non, sed proportionabiliter, sic in religione non vnus debet nimis onerari, & alius nil facere: sed quilibet secundum conditionem suam debet applicari ad opera. ¶ Sexto in naui exequentes intentionem suam, & iter dirigunt ad portum finaliter: Et ad hoc sunt una mines propter quod omnes in unum concordant ad ea quæ ualent ad conseruationem nauis ad laborandum, & operandũ, & obniandum periculis, & proijciendum merces in mari cum expedit, ad adiuuandum & supportandum alter alterius grauamina, sic & in religione debet esse summa unitas ad conseruationem uitæ regularis, & intentionem suam & opera ad portum quietis ęternæ dirigere, sicut scribitur de primitiuis Christicolis qui religiosè uiuebant. Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna in Domino &c. Vnde & Clemens inquit. Communis uita omnibus est necessaria fratres, & maximè qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam apostolorum eorumque discipulorum imitari uolunt 12. q. 1. dilectissimi. Et sicut nauis non relinquit uestigium sui processus post se, ut dicitur Sapi. & experientia docet, ita & religiosus debet cauere ne opera sua faciat vt uideatur ab hominibus in sui laudem: sed occultare, ea sicut Christus exemplo suo nos docuit præcipiens aliquando turbis, ne cui dicerent miracula sua. Mar. 8. In naui ergo existens siue comedant siue bibant uel dormiant semper ad portum appropinquant ni si studiose se firment, uel tempestate deuicti, ita in religione per omnia opera ipsius quis meretur, quia omnia in obedientia sunt fundata. In omnibus operibus meretur si est in gratia, & bonam habet intentionem. ¶ Septimo nauis continet multas & varias merces, & uiles, & præciosas, sicut aurum, argentum, ornamentum, frumentum, uinum, & oleum, & poma, vnde dicit Iob. 9. Quasi naues poma portantes, sicut aquila uolans ad escam. Ita religio continet multa exercitia sapientiæ, eloquentiæ, & doctrinæ spiritualis, letitiæ, misericordiæ, odorifera exempla corporalia exercitia. Et sicut ex mercibus nauium si perueniant ad portum salutis, homines multum ditantur etiam de mercibus uilibus multum autem perdunt si submergatur magis quam per alia exercitia. Ita in statu religionis si quis perseueret usque in finem, magnam coronam meritorum sibi acquirit. Sed si deficit in maius iudicium incidit, quam in alio statu scilicet seculari. Vnde Hiero. Rectius fuisset hominem subijsse coniugium, & ambulasse per plana quam ad altiora tendentem. scilicet religionis in profundum inferni demergi. 32. q. 5. capit. Si Paulus. Item Aug. Sicut difficile ium expertus meliores, quam qui in monasterijs pro fecerunt, ita nec deteriores, quod qui in monasterijs defecerũt dist. 47. c. Quantumlibet. Venti uarij temptationum faciunt naues religionis submergi & deficere, & ideo inuocare oportet diuinum auxilium.

Apostoli uiuebant ex labore manuũ suarum.

§. 25. Pœnitentia Naui æquiparatur.

¶ De tertia naui scilicet pœnitentiæ potest intelligi illud Sap. 14. Exiguo ligno scilicet naui-

cula

uicula committuntur homines animas suas, & transeunt mare per ratē liberati sunt. Exiguum dicitur illud lignum, quia in humilitate fundatur pœnitentia. Committunt autem animas suas homines ei: quia sperant per ipsum saluari gratia Dei. Nemo enim potest dignè agere pœnitentiam, nisi qui sparuerit ueniam, inquit Ambr. de pœn. dist. 1. Et permanendo in eo peruenitur ad portum salutis cum mercibus meritorum, sed ad ueram pœnitentiam præexigitur ut præambulum eius restitutio seu satisfactio debitorum. Nam ut dicit August. 14. quæst. 6. capit. Si res quæ ablata est non restituitur si potest restituit, pœnitentia non agitur: sed simulatur. ¶ Sciēdum igitur quòd est triplex differentia restitutionis, scilicet deceptiua, damnatiua, & retributiua. Et hæc ultima pertinet ad naum pœnitentiæ per quam fit salus. Deceptiua restitutio habet septem deceptiones scilicet prolongatiuam, inflatiuam, placatiuam, excęcatiuam, diminutiuam, distributiuam, defraudatiuam. ¶ Est igitur prima deceptiua restitutio prolongatiua. Nam quidam & si restituere intendut aliena, restitutionem tamen illam differunt quantum possunt auctoritate propria dilationem sibi accipientes, sed ubi imminet periculum uitanda est mora, ut dicitur distinct. 5. cum enixa. Mira certe ignorantia uolunt tales absque mora gratiam eis ablatam sibi reddi & tamen pauperi restituere nolunt illud propter quod gratia sunt priuati, cum tamen pauperem prius spoliauerint temporali substantia quam priuati fuerint spirituali gratia. ¶ Secunda deceptiua restitutio dicitur inflatiua. Nam qui per illicitos contractus, atque usuras aliena occupauerit ubi de culpa sua debuerunt humiliari, & de iniuria illata creditoribus ueniam postulare. Econtrario ipsi debitores quædā inflata arrogantia dum iacent in lecto infirmitate grauari dicunt ipsis creditoribus. Si ego non fuissem perijsses tu & familia tua fame, sed si Deo placuerit cito conualescam, quasi dicere uelit, si Deo me liberare placuerit, faciam quòd ei grauiter displicebit, quia nunquàm restituam, immo quidam mente inflati ad iniuriam sibi deputant quòd creditores eorum in uita uel in morte petunt sibi restitui sua, quibus gratis agere debent immensas tanquam adiutoribus suæ salutis repetendo sua, cum alter uerè pœnitere non possint, ut de pœn. distinct. 5. capit. Falsus. ¶ Tertia deceptio dicitur placatiua, hac fallacia decipiunt qui cum debeant restituere aliena pacificant solum clamores exteriores, putantes bonas responsiones si qui repetant debite, uel facientes uel prouidentes de restitutione, uel quia contractus sunt paliati cum nil repetatur à creditoribus usurarum, quia erubescerent, ij si non curant de restitutione clamorum conscientiæ qui eos sequitur usque ad sempiternum iudicium non audientes, quia & si remordet conscientia nolunt tamen restituere. Sed uermis eorum scilicet conscientiæ non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Esa. ulti. ¶ Quarta est excęcatiua. Sunt namque plurimi qui cum grauiter infirmantur proponunt restituere aliena, si contingat eos mori, non autem si mortem euadant, hi taliter pacem cū Deo uolunt inire, quod si eos mori contingit amplius eum molestare non intendunt se eus si euadunt. Sed tales pro certo sciant, qꝫ siue uiuant, sine moriantur Deus minime cū eis facit pacem sicut Esa. 47. testatur. Non est pax impijs dicit Dominus. Peccata enim te dimiserunt non tu illa dicit Aug. de pœnitendo causa mortis, de pę. di. 7. Si quis. ¶ Quinta restitutio deceptoria nūcupari potest, diminutiua. Nam sunt quidam qui iuxta posse non restituunt integraliter creditoribus quod debent: sed certam portionem cum conditione quòd remittant residuū creditores, qua remissio non ualet, quia coactè fit, uult enim potius creditor aliquid habere, quam nihil unde: emittit. Certe non sic ęgit Zacheus princeps publicanorum, sed ait Christo. Si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Omnia reddam tibi dixit ſeruus Domino. Mat. 8. ¶ Sexta deceptio distributiua dicenda est. Magna infamia quorundam est quibus non sufficit quòd aliena rapuerit cum multitudine peccatorum, sed cum multis alijs culpis pœna relinquunt sanctissimum opus & pijssimum arbitrantur, dum illa quę certis personis restituere obligantur uolunt in pias causas dispensare, uel erigendo capellas, uel altaria, aut dotando ecclesias, & fabricando, faciendo calices, & paramenta: tradendo nuptui puellas: dando pauperibus, uestiendo nudos, & faciendo hospitalia cum armis suis. Et quid est aliud hoc quam culpis perpetratis in uita addere alia in morte dum debita certis personis distribuunt ad pompam & ostentationē tales non excusantur pauperibus dando, quod est certarum personarum, ut dī extra de homici. ca. sicut dignum & 1. q. 1. Non est putanda. ¶ Septima est quę dicitur defraudatiua

Restitutionem prolongantes.

Cōmittētes restitutiones fieri

datiua cum, scilicet quis committit alteri restitutionem cum ipse potest facere. Et hoc pertinet, & concurrit ad secundam restitutionis differentiam, quæ dicitur, qui damnatiua, scilicet sui, & suorum hæredum, quando, scilicet dimittit hæredibus, ut post morte suam restituant, & non facit cum ipse potest, talis enim substantia sic legata nec ipsum saluant & hęredes damnat, quia communiter ipsi non restituunt. Oseæ. n. 9. capitulo dicitur. Effrai, qui interpretatur crescens ducit ad interfectionem filios. Exemplum narrat Pe. Damianus, prout recitat Vin. in spe. histor. de quodam nobili uiro qui successit cuidam in hęreditate & inter cętera bona hęreditatis deuenit ad eum quædam possessio cuidam ecclesiæ quam ille per hęreditatem dimiserat illi nobili, ut suam tenebat legatã sibi à prędecessoribus suis. Erat autem nobilis ille aliàs uir bonæ conditionis modestus, & pius ecclesias visitans. Contigit autem ipsum mori, & post mortem inde ad paucos dies cum quidam notus eius oraret pro ipso in spiritu uidit terram apertam, & flammam infernalem, & in ea scalam quandam octo gradus habentem, & in primo gradu superiori uidit illum nobilem defunctum pauloante. In secundo gradu uidit sedere eum qui legauerat sibi, & sic deinceps alios usque ad ultimum gradum, omnes illi octo iniustè possederant, & iniustè alijs legauerant. Erat autem talis ordo constitutus, quòd quando unus de præsidentibus moriebatur descendebat ad primum gradum, & qui primus erat illi descendebat ad secundum, & secũdus ad tertium, & sic alij, ubi ostensum est quòd propter illam iniustam detentionem possessionis omnes illi damnati erant. Ex descensione p gradus notabitur augmentum pœnę per iniustam negationem facta non fuerunt excusati ex ignorantia, quia aut fuit in eis iuris quæ non excusat, aut facti, scilicet crassa, & supina quæ non excusat, ut 1. quæstio. 1. per totum. Et quòd non sufficiat ad salutem alteri committere restitutionem ei qui uult satisfacere eam quò probari non potest septemplici ratione.

Exemplum de uro nobili.

Non sufficit cõmittere restitutionem.

¶ Primo propter improprietatem.
¶ Secundo propter inutilitatem.
¶ Tertio propter tepiditatem.
¶ Quarto propter infidelitatem.
¶ Quinto propter dolositatem.
¶ Sexto propter impossibilitatem.
¶ Septimo propter cupiditatem.

¶ Primo inquã propter improprietatem, qa sicut dicit. Th. se. se. q. 62. & supra dictũ est ille per se ad restitutionẽ tenetur, q intulit dãnum. ¶ Secõ propter inutilitatem, quia cũ restitutio ad satisfactionem præ ambula sit nõ est ucrè, & sufficienter pœnitens nec absolutus qui potest eam facere, & non facit. ¶ Tertio propter tepiditatem: quia quòd alteri cõmittit cũ facere possit aut ex ficta, & falsa uoluntate restituendi, aut ex defectu, & imperfectione atque uoluntatis tepiditate cum qñ exire possit in actũ sibi debitũ, & necessariũ non exit. Talis ergo non habet ueram uoluntatem restituendi, immo apertè clarescit, q si plus uiueret adhuc esset in habituali proposito retinendi rem illam, aliàs statim se expediret. ¶ Quarto propter infidelitatem, quia cõstat hęredes, & executores esse ad hoc cõiter ut plurimum infideles, nec curant de hoc propter testatoris mortem, immo plus longe zelant uario ex respectu uiuentium, & remanentium prosperitatem prolis uel sui, aut ęt aliorum, quibus illa bona remanere debent quam animam ipsius defuncti, ex quo patet qa talis se exponit periculo manifesto quod nunquam restitutio fiet. ¶ Quinto propter dolositatem, quia multi modi dolositatum p quos talis aliena acquisiuit iniustè, & multæ personæ quæ hoc probare nõ possunt, sibi soli plenius noti sunt, de quibus certus est, q per executores, & hæredes nunquam ad elucidationẽ uenietur cũ tales quærant testificationes, & probationes quas i huiusmodi fraudibus frequenter est impossibile dari, ergo talis scienter uidens hoc periculum manifestè contemnit saluté animæ suę. ¶ Sexto propter impossibilitatem, quia multi sunt pauperes, qui probare non possent nec crederetur eis, ergo infideliter contra animam suam facit, qui restitutionem suam hęredi uel executori dimittit quando eam põt per seipsum, non enim credibile est, q alius sit ei fidelior quã ipsęmet. ¶ Septimo propter cupiditatẽ quia tales executores sunt quinque ualde cupidi, & auari ad sibi talia retinenda, uel leuiter ali quo superficiali modo cum his quibus restitutio fieri debet per transeũdum, uel saltim protelandum, & differendum, & ad exasperandũ & ad repellendum qui restitutionem petunt. Idem cogitent insensati parentes quam incõpassionem, & duritiam habituri sunt filij erga eos post mortem, uix enim semel in anno illorum memores erunt ad anniuersarium celebrandum, pensent itaque in seipsis quã pauca bona faciant pro parentibus suis, & similiter non dubitent sibi fieri, sicut Luc. 6. do-

Filij dñt recordari de anim. parentum defunctorum.

minus ait. Eadē mēsura qua mensi fueritis re metietur, & vobis, immo recipient multo minus: quia teste domino Matth. 24. Quoniam abundauit iniquitas refrigescet charitas multorum. Tertia est retribuitiua multorum bonorum. Videndæ sunt igitur suasiones seu rationes, & iuductiones, scilicet ad faciendum ipsam restitutionem. ¶ Septem neque restituuntur homini aliena iniuste detenta restituenti, quæ inducere debent ad aliena restituendum.

Inducētia ad restitutionem.

¶ Primo restituitur sibi Deus.
¶ Secundo anima sua sibi.
¶ Tertio restituuntur sibi merita sua.
¶ Quarto omnes spirituales fratres.
¶ Quinto ecclesiastica bona.
¶ Sexto restituitur ei bona fama.
¶ Septimo requiritur ab eo regnum gloriæ sempiternum.

¶ Primo enim tali debitè restituenti restituitur sibi Deus, propterea diabolicæ persuasioni minimè debet credere quę suggerit sibi di. Si aliena restitues, eris pauper, & mendicus.

Nemo dī pauper qui Deum habet.

Quomodo enim pauper esse potest, cui restituitur Deus, uel Deum habet, & nere nimis auarus est cui non sufficit Deus. Augu. n. ait. Satis diues est Christiana religio, qui in possessione omnium omnia possidet, quia sicut Propheta ait. ps. 23. Dñi est terra, & plenitudo eius. Qui. n. habet Deū, habet omnia quæ sunt Dei. Secundo restituitur sibi sua anima, immo totus ipsæ propterea saltem restituere debet. Quantum dimittere si captus esset à suis capitalibus inimicis, cum etiam ī nequioribus manibus compræhensus sit, quia in ungulis dęmoniorum. ¶ Tertio restituuntur sibi merita sua, quæ ante usuram uel rapinam lucratus est. Nam bona facta in gratia morti ficantur per sequentem culpā: sed reuiuiscūt per recuperatam gratiam sicut scriptum est, sępe reuiuiscunt quæ mortificata fuere. Viuere non possunt quæ mortua nata fuerunt. ¶ Quarto restituuntur ei oēs fratres spirituales quos quidem amiserat dum iniuste retinuit aliena. Vnde Eccles. 13. Quæ communicatio sancti ad canem? Verè canis utique est iniuste rapiēs, & retinens aliena ꝓpterea nō hēt cōmunionē cū aliquo uro Dei, sed cū in iuste detēta restituit, amici Dei fiūt illius dulcissimi fratres. ¶ Quinto restituūtur sibi ecclesiastica bona, qa particeps fit omnium bonorū q̄ in ecclesia Dei fiūt, sicut in ꝑsona talis propheta ait 118. Particeps ego sū oīum timētiū te, & custodiēdū mādata tua. ¶ Sexto restituitur sibi bona fama q̄ sup. multas diuitias ęstimāda est sicut Salo. Prouer. 22. testat. Melius ē nomē bonū, q̄ diuitiæ multę, & sic aperta, & clara facie absq; rubore posſ̄ restituit aliena ꝓt non tm̄ corā dño: sed coram hominib. omnibus apparere. ¶ Septimo autem acquiritur ab eo regnū gloriæ sempiternum, vbi sunt diuitiæ multæ infinitæ, i. æternaliter duraturæ. Diuitiæ. n. tpales, & si non restituuntur in præsenti post mortē saltē semel relinquēdæ sunt, & uerificatur illud. Eccle. 10. Cum morietur homo hĕreditauit serpentes, bestias, & uermes. Ista. n. tria diuidunt sibi occupantes impiè aliena. Primo serpentes sunt malicioſi homines, i. cōsanguinei seu amici, q serpentina amicitia, & malitia bona tpalia iniustè acq sita sibi multipliciter, & maximè in morte diuitis occupare conant̄, & hi serpentes meritò nuncupantur, quia sicut serpens, comedit terram, & malitioſum animal est. Gen. 3. ca. Serpens erat callidior cunctis animantibus terrę sic tales per malitioſam amicitia incorporant sibi talia bona tpalia. Secundo autē bestiæ q̄ à uastando dictæ sunt dicunt̄ dęmones infernales, sicut Psal. ait ad dñm. Non tradas bestijs animas confitentium tibi. Et iste bestiæ rapiunt illius mali diuitis animā. Tertio uero uermes rodunt, atque consumunt.

De *restitutionibus ubi offenditur quid sit restituendum, & quantum.* Cap. 2.

CIrca ipsam autem restitutionem uidenda sunt octo, quæ in hoc uersu continentur Quis, quid, ubi, per quos, cui, cur, qūo, quādo. Et quia de primo dictum est supra, in 1. cō. 2. & §. se. iō ibi uidendum. Quantum ad ſm, s. restituendum, & quantum. Sciendum, q̄ ablatū si ꝓt, 14. q. 5. Si res, & si est quid facti ficans, etiam fructus eius, uel aliter satisfciendum q̄ restitui non pōt illud. Sed pro huius declaratione sciendum, quod damnum pōt alteri quadrupliciter inferri.

¶ Primo quo ad animam auferendo à uirtutes infusas, & morales.
¶ Secundo quo ad corpus inferendo ei lęsiones corporales.
¶ Tertio quo ad honorem, & famam per uituperationes uerbales.
¶ Quarto quo ad substantiam per acceptiones criminales.

¶ Quantum ad primum notandum q̄ quamuis quis non possit esse causa sufficiens peccati alterius: nec per consequens ei auferre uirtutes directè, & efficaciter: qa uoluntas cogi non potest ubi consistit peccatum: ꝓp q̄ di-

§. 1. Auferēs alteri uirtutes

cit

cit Ambr. Non est quod cuiquã nostrã ascribamus erumnam. Nemo enim tenetur ad cul pam nisi propria uoluntate deflexerit. 15. q. 1. non est. Potest tñ aliquis esse alteri magna occasio peccati, & decre. dicit. Qui occasioné damni dat, damnum quoque dedisse videtur, extra de iniur. & da. da. c. si culpa, & l. qui occidit, §. in hac ff. ad l. Aquil. & extra de homi. c. de cętero potest autem esse aliquis occasio damni alterius quadrupliciter. ¶ Primo verbo suo inducendo alium ad peccatum. Et sic qui inducit alium ad malum suadendo consulendo, præcipiendo, quod est mortale est occasio perditionis illius per hæc auferuntur ei gratia, & virtutes ab anima. Vnde August. Si fratri tuo malè persuades occidis. s. illum, quo ad animam, de pę. di. 1. Noli, & talis dãnificãs secundum Scotum 4. tenetur restituere damnum modo suo possibili, scilicet inducendo eum efficaciter ad pœnitentiam, & ad actus uirtuosos. Et si sola inductio per uerba non sufficit, quia facilius est peruertere quam conuertere, tenetur quantum potest per orationes suas, & ab alijs procuratas, & per aliorum suasiones efficaces, dum tamen nõ perdat illis peccatum occultum prædicti. ¶ Quantum ad secundum. s. reuocando aliquem à meliori bono hoc fit damnum alteri, cum reuocat eum à religione in qua perfectius viuitur quam in sęculo, & taliter damnificans tenetur ipsum reuocatum ab eo reducere ad ingressum vel reuersionem ad religionem. Nam secũdum Pe. de Palu. in 4. Non solum ille qui inducit professum ad egressum religionis tenetur ipsum inducere ad reuertendum ad religionem, sed etiam qui retrahit eum qui uolebat ingredi, nec tamen intrauerat, tenetur illum inducere ad ingrediendum quod si ille nolit intrare, tenetur alium ęque idoneum procurare, quod si non possit tenetur ipsæ intrare, quod intelligens magister Ray. Magister postea ordi. prędi. qui auerterat quendã ab ingressu religionis postea pro eo intrauit ratio est, quia abstulit domino seruum fuum nouitium vel intraturum, hæc Petrus. Sed Scotus dicit hoc esse uerum de obligato ad religioné obligatione professionis, & si sit persona idonea, & habilis ad intrandum, non autem de eo qui non erat dispositus ad intrandum nec dum intrauerat. Ratio diuersitatis est, quia interest in habere & propè esse habere. Vnde non tenetur ad tantam restitutionem religioni ad quã tam teneretur si ingressus fuisset in religionem: sed tenetur ad aliqualem restitutionem scilicet aliqualem inductionem illius uel alterius æquiualentis ad ingressum religionis, hæc Sco. Idem videtur dicendum de eo qui auertit nouitium iam religionem ingressum, animo permanendi, sicut & de professo. Nam talis obligatur religioni saltem in genere, & hoc intelligendum si retraxit illum intentione damnificandi religionem tunc enim tenetur religioni. Si autem hoc fecit intentione consulendi proprię vtilitati suæ sine fraude de quo ad eum, qui nondum intrauit non tenetur religioni, sed ipsi persone quam retraxit persuasionibus, & alijs bonis spiritualibus ad æquialentiam eorum in quibus damnificauit. Si autem quis auerteret aliquem à religionis ingressu non simpliciter: sed ab ea ubi dissolute viuitur intendens prouidere saluti illius in nullo tenetur ar. 22. q. 5. de occidendis. Et ex his patet secundum Ioan. de Ripol. in quodam tractatu de contractibus, quid dicendum sit de his qui scholares retrahunt, & subtrahunt doctoribus cum quibus audiunt: quia aut hoc faciunt in odium doctorum: uel uolentes sibi prouidere: uel aliis prouidere, uel uolentes scholaribus prouidere. Si primo modo aut subtrahit scholarem, qui iam intrabat scholas & tunc tenet doctori ad restõnem scholaris & honoris sibi subtracti siue salarij & honoris sibi subtracti, si ét doctor cui talis subtrahit sit melior quã ille cui eũ procurat tenet tali pro quãto utilitatẽ scientię sibi subtraxit. Si ãt nondũ scholas intrauit, sed intrare disponebat non tñ tenetur, licèt obligetur scholaré inducere ut redeat ad primũ. Si aũt hoc facit uolendo sibi prouidere puta est doctor, & uult sibi de scolaribus prouidere, si hoc sine fraude facit, & scholaris nondũ se dederat alicui doctori non credo eum in aliquo obligari cum cuilibet sit licitum modo licito, & debito procurare utilitatem suam, aliter non credo sibi licere. Si autem hoc fecit uolens alij prouidere sicut quando scholaris alicuius doctoris subtrahere conatur scholares alijs doctoribus ut intrent cũ doctore suo in hoc solũ honoré & utilitaté sui doctoris intẽdés: si subtrahat iam intrantẽ cũ alio doctore, credo ipsum obligari, nisi forte illius doctoris cui eũ subtrahit insufficiẽtia, & scholaris aliqua specialis cura qua sibi tenetur excusẽt. Si aũt retrahat intrare uolentem cũ ex hoc nullum ius doctori sit acquisitũ, & hoc facit sine fraude non credo eum doctori in aliquo obligari obligatur aũt scholari si eũ retrahat ne audiat meliorem. Si aũt hoc facit utilitate scholaris uolens consulere, & super hoc à scholari requisitus consulit quod audiat alium doctorem

Dans alteri occasioné dãni.

Addẽ, ff. & re. iu. & in. 6. eo. titu.

Auertẽs aliquem ab ingressu religionis.

rem meliorem benè facit. Et dicta in his casibus sunt cęteris paribus intelligenda. Istę.n. casus est ita uarijs modis circunstantialis qđ' vix potest dari certa regula,hęc ille. ¶ Quantũ ad tertium scilicet damnificando alios suo malo exemplo sicut scandalizãt prelati subditos pompis, & lasciuij,& alijs moribus suis. Mulieres suis superfluis ornatibus,& fucis, & tripudijs, & alij manifestè peccantes, & præcipuè quando hoc intendunt uel contemnunt, seu paruipendunt scandalum eorum propter quod alij ruunt in diuersa vitia tales tenentur ad satis faciendum bonis exemplis manifestis, non autem tenentur propter hoc ad aliquam publicam pœnitentiam,ut dicit. Al. Sed ad ędificandum alios bonis moribus manifestis,sicut scandalizauerunt per mala manifesta. ¶ Quantum ad quartum scilicet de seducẽ te uirginem, & corrumpente extra matrimonium dicitur Exo. 22. qui seducit uirginem, & dormit cum ea dotabit eam, & habebit eã in uxorem, aut reddet ei iuxta modum dotis quam uirgines solent accipere. Damnificauit enim talis illam in castitate uirginali auferendo thesaurum irrecuperabilem,vñ tenetur ei saltem ad restitutionem castitatis cõ iugalis accipiendo eam in uxorem, vel dotando. Et si quidem promisisset eam ducere in uxorem,tenetur etiam ratione promissionis, nisi esset nimis disparis conditionis,unde fra⁹ potuit depræhendi,& tunc satisfaciat ad arbitrium boni uiri. Et idem & fortius quãdo uio lentauit. Quamuis aut præceptum allegatum legis Mosaycæ sit iudiciale, & quãtum ad hoc non obliget, tamen inquantum est sumptum pro statuto ab ecclesia uel aliqua ciuitate obligat, sicut patet extra de iniur. & dam. dat. c. Si culpa.

§. 2. Damnificans occidendo

¶ De secunda damnificatione quæ.s.fit corpori per læsionem. Aduertendum quòd quatuor modis contingit.scilicet per occasionem mutilationem, uulnerationem, aut uerberationem & per incarcerationem, aut uiolentam detentionem, Si ergo fiat damnum primo modo secundum Scotum potest satisfacere sustinendo pœnam talionis iudice non à se, nec etiam tenetur indici se offerre, sed captus non licet se defendere aut carcerem infringere,sed inuẽta oportunitate licet fugere secundũ Th.& Henricum,& condemnatus debet patienter mortẽ ferre, ẽ & ali⁹ modus ſm Scotũ sibi utilis ad satisfaciendũ q̃uis ad hoc nõ teneatur necessario,ut. s. exponat uitã in cã iusti belli,ut cõtra inimicos fidei uel ecclesiæ pro restõne seu satisfactione fiẽda illi cui⁹ vita abstulit. Qđ si nec hoc vult facere, tenet ad satisfactionẽ ſpãlẽ,p aĩa occisi, ut ad faciẽdũ eleęmosynã p eo, uel assumendo aliquã peregrinationem ad limĩa apostolorũ,vel sancti Iacobi & hmõi p aĩa eius, & pcurãdo aliorũ oones inq̃tũ p̃t. Nec hoc sufficit, sed interfectus sustentabat aliquas personas ut pr̃em, filios, & hmõi operibus manuũ suarũ, tenetur interfector oib.illis ad tm̃ q̃tũ illis abstulit subsidij pp occisionẽ eius. Insuper tenetur occisor placare læsos q̃tum p̃t,hæc Scot⁹.

Dantes malum exẽplũ.

Adde quod tales de iure ciuili puniuntur ultimo supplicio in l. si quis nõ dicã, C.đ ep. et cle. in l. raptores.

Mutilãs aliquẽ.

¶ Quantum ad secũdum. s.de mutilatione dicit idem Scotus,q̃ pro hmõi nõ est statuta pęna in ecclesia nisi pecuniaria,& ista debet respondere non solum dãno quod quis intulit per mutilationem pro toto tpe futuro, quo vsurus quis esset mẽbro abscisso,sed ẽt expensis appositis in curatione, ut habetur extra de iniur.& dam.da.si culpa. Et ultra hoc tenetur ad placationem læsi inq̃tũ in ipso est,& consolatione ipsius afflicti,quæ afflictio perpetua est. Plus ãt põderanda ẽ mutilatio pauperis,q̃ diuitis si magis ægebat parte abscisa ad victũ necessarium,puta si ascisa est manus extra scriptori,qui de illa arte uiuebat. tunc magis tenetur. ¶ Quantum ad tertium vñ deũ optime satisfactionem imposuisse.s.in lęsione, uel percussione corporali. Exo. 21. ubi dicitur. Si rixati fuerint uiri, & percusserint alter proximũ suum lapide,uel pugno, & ille mortu⁹ nõ fuerit:sed iacuerit in lecto si surrexerit & ambulauerit super baculum suum innocẽs erit qui percusserit.s.à mortis pęna sustinenda, ita tm̃ quod operas suas quas.s. interim neglexerit impeditus percussura,& impensas in medico restituat,cui pęnę addẽda est reconciliatio, & placatio quãtum in eo est. ¶ Quãtũ ad satisfactionẽ de quarta lęsione. Sciendũ ẽ,q̃ ultra læsionem, reconciliatio & ueniã petitã lęso, fiet satisfactio iniuriæ prout sapiens determinabit,& si lęsus plus uellet exigere,quã dẽret ad illud plus nõ tenetur lædẽs ut illũ recõciliet,hæc Scot.& quia exiliũ reputatur ut quidã carcer i iure:ió qui mittit aliquẽ in exiliũ uel confinium quod est exilium ad tempus iniuste,tã ipsæ q̃ omnes qui sunt hmõi causa ut dãtes consiliũ uel auxiliũ efficax ad hoc, tenentur exulãti de oi dãno inde secuto,& hoc satisfaciẽdũ,arg.extra de hom.c.sicut dignũ, & 11.q.3.c.qui consentit,sed B.Tho. in sum. & in 4.dicit quod in omnibus dãnis ubi nec in se nec in æquiualenti potest fieri restitutio, ut in stupro.mutilatione mẽbri, & hmõi satisfactio fiet per compensationem ad arbitrium boni uiri,idem Guil.

Adde ꝑ hoc bonũ text. in l. ex hoc.ff.si quadru. pau. fe. di. et in l. qua actiõe. ff. ad l.aq. & ibi flo. & in c.j.extr. de iniur. & ibi Pa nor.

¶ De

¶De tertia damnificationes, scilicet in fama, & honore. Sciendum quod quatuor modis potest contingere, scilicet per contumeliæ illationem, per detractionem, uel per detractionis ab alijs factę recitationem, & cũ quis accusatur iustè per ueritatis negationem.

Lędens per contumeliã

¶Quantum ad primum dicitur quis cõtumeliari alteri seu contumeliam inferre, cum ei priuatim, uel alijs in faciẽ dicit uerba importantia defectum notabilem culpæ ut uocando eum latronem, proditorem, adulterum, & huiusmodi, uel etiam cum dicit uerba exprimentia defectum naturæ intendens inde iniuriari ut uocando cum strabonem, uel illegitimum, & huiusmodi, quod propriè dicitur conuitium. Quando igitur quis hæc facit omnia iniuriandi, ultra offensam mortalem tenetur satisfacere proximo sic læso, & placare ipsum læsum quantum potest, petendo ueniam uel alio modo, & hoc in priuato uel publico, secundum quod ipsæ priuatum, uel publicè contumeliam intulit. Nam si in publico contumeliam intulit, & contumeliatus hoc exigit, ut in publico ueniam petat, tenetur ad hoc. Et si in ipsa contumelia aliquid criminale falso expræsit, tenetur coram illis qui audierũt exprimere se falsum dixisse. Aug. Vbi peccatum ortum fuerit ibi moriatur. 2.q.1.si peccauerit. Verum si prælatus subdito, pater filio, uir uxori, magister discipulo, Dominus seruo, dicit uerba contumelioſa hoc faciens ex correctione, non tenetur petere ueniã à tali secundum Aug. in regula dicens de prælatis. Si etiam ipsi modum uos excessisse senti tis nõ à uobis exigitur, ut à uobis subditis ueniam postuletis, &c. Sed si hoc facerẽt multum iniuriosè, & liuore uindictæ tunc tenerẽ tur prælati subdito petere ueniã, & reconcilia re læsum ſm Ray. Verũ si contumeliam recipiẽs in uerbis post contumeliam si domesticè conuersatur cũ contumeliante & familiariter uidetur ostendere remisisse iniuriam, & recõciliatũ fore, & cõsequẽter nõ teneri, aliàs ad petendum ueniam ſm Duran. in sum. Quãtũ ad ſm damnum. ſ. per detractionem hoc contingit principaliter fieri duob⁹ modis. Primo imponendo alicui falsum crimen uerbo, cantilena, uel famoso libello, & talis tenetur illis coram quibus detraxit declarare se falsum dixisse, quantumcunq; ei inde exurgat erubescẽtia, & confusio, nisi ex hoc immineret magnum periculũ uitæ uel aliud magnũ incõueniẽs sequeretur. Et si nouerit quod is cuius famam abstulit sciuit detractorem ipsum, tenetur detrahen. se componere cũ infamato per eum de iniuria sibi facta, ut ueniam postulare in propria persona si audet, uel per alium si per se apertè non potest, sed si ignorat infamatus detrahentem reconcilietur & tacito nomine suo. ¶Secundo modo contingit fieri detractio dicendo aliquod criminale de alio, sed uerè perpetratum, occultum tamen, sed contra debitum ordinem in famię inductiuũ. Talis tenetur famam restituere infamato quã tum potest, sine mendacio tamen, scilicet ut non dicat mendaciosè se illum infamasse, sed dicat se malè dixisse, uel iniustè diffamasse, uel alio congruo modo, ut non credatis ipsum esse talem: malè dixi, & stultè locutus sum, & huiusmodi. Addit Hostien. & dicit hoc seruandum, nisi ex tali publica recognitione ille infamatus amplius infamaretur. Et Guil. addit ad hoc etiam non teneri quando periculum sibi immineat ex potentia aduersarij. Videtur insuper & hoc seruandum qđ quando crimen quod prius erat occultum, post detractionem est factum manifestũ per alium modum quam per uerba illius non tenetur ad huiusmodi restitutionem, quando etiam quis non potest famam restituere secũ dum Tho. in sum. debet per alium modũ recompensare damnum illud. Verum si quis crimen alicuius reuelat non ex odio, uel loquacitate, sed ex charitate, uel iustitia, uel ex necessitate, puta dicit ecclesiæ secundum ordinem correctionis frater. uel accusat eum coram iudice, uel confessori dicit cũ nõ posset aliter peccatum suum sufficienter declarare, uel etiam ut confessor oret, & ad moneat illum, uel prelato ut prouideat meli⁹ sibi, & gregi suo, talis non tenetur ad famę restitutionem, secundum Pe. de Tharan. Ray. Vmber. ¶Quantum ad tertium damnũ, scilicet recitando detractiones auditas coram alijs, non expręsè asserendo, nec tanquam certum dicendo, sed prout audiuit tale, & tale crimen de aliquo, quod nescitur ab auditoribus, dicit Scotus in 4. quod talis sic incautè loquens de alio falsum crimen, dicendo forte ille hoc fecit, certe potest esse quod fecerit, aut dicendo, ego audiui quod ille hoc fecit, nisi ille ostendat aliquam certitudinem marem, quam ex relatione communi non auferet ex natura actus illi famam in opinione audientium, quis si ille firmiter concipiunt, & credunt ex hoc illum de quo est sermo esse criminosum: leues sunt, quia qui cito credit leuis est corde, ut scribitur Eccles. 19. Verum quia à scandalo pusillorum cauere oportet iuxta illud Matthę. 18. Qui scanda-

De recitãtibus detractiones

Lędens per detractionem.

lizauerit unũ de pusillis his qui in me credũt expedit ei vt suspẽdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, & multi sunt tales pusilli, & leues, longo periculosum est corã eis talia audita referre, & si hoc fiat intentione mala, scilicet lædendi fãmam eius, non facile potest excusari à mortali. Si autem fiat corã pusillis, & leuibus ex inconsideratione, durum est dicere quod sit mortale. Et dicunt aliqui quod si quis ex tali relatione alicuius notã incurrisset infamiæ tenetur famam restituere corã illis coram quibus locutus est de eo, sed si nõ est secuta infamia non tenetur. ¶ Quantum ad quartum dãnum contingit hoc, quãdo qui accusatus in iudicio de crimine, quod commisit, sed occulto & non sufficienter probabili, negat se cõmisisse, & sic indirecte crimen imponit accusatori, ostendens in hoc eum esse mendacem, & notat eum de calumnia. Vbi dicit Scotꝰ in 4. quòd sic negans non tenetur retractare negationem suam, quam negauit in publico uerum crimen, tenetur tamen per quædam uerba sobria restituere famam illi accusati, quam indirecta notauit de calumnia dicẽdo non habeatis eũ pro calumniatore credo qđ habuit intentionem bonam in accusando & huiusmodi. Econtra cum quis accusatus ab alio falsò de aliquo crimine ex dolore torturæ confessus est crimen, quod non commiserit, cum se infamauerit tenetur inquantum potest declarare se falsũ dixisse, magis n. tenetur quis se diligere, & consequenter uitæ suæ & famę prouidere quam alios. Et si ex hoc sequeretur infamia, immo etiam mors accusatoris, nõ ei imputatur, sed malitiæ ipsius accusatoris si aduertente r hoc facit, uel insipientiæ si ex errore hoc agit, sibi ergo imputet qui ad hoc indebitè se posuit cum periculo alterius. Item no. Pe. de Thara. qđ ex iniurijs illatis quibuscunque modis solent tria per ordinẽ in læso. Primum est rancor in affectu. Secundũ est signũ rancoris in affectu. Tertiũ est actio cõtra iniuriãtẽ. Primũ. s. rãcorẽ tlati debet dimittere iniuriãti. i. nũquam habere. Secũdũ debet dimittere cum iniurians petit ueniam, & ista dimisio exterior non est aliud nisi quædam acceptatio satisfactionis. uel indicatio reconciliationis uerbo, uel facto expræssa, ut cum offensus offendentem releuat genuflexũ ante eũ, uel cũ dicit Dñs parcat uobis. &c. Tertium autem. i. actionem iniuriarũ nõ teneẽ dimittere nisi facta satisfactione. ¶ Sed aduertendum circa signa rancoris, quod quæ dã remota sũt, & quędã quę ingerũt probabilem suspitionem de rãcore, ut cum aliquis nõ vult nunquãm iniurianti loqui uel obuians ei diuertit ab eo, aut toruo vultu super eum respicit & huiusmodi, & ista signa nulli licet retinere nec ante nec post satisfactionem sibi factam, quia ab omni specie mali abstinendum est secundum Apostolum. Vnde talis non debet talia signa facere, per qua probabiliter credatur esse in odio. Signa uerò remota sunt quæ non ingerunt de odio argumentum, licet odium sequeretur ut sunt subtractio familiaritatis, & seruitiorum aliquorum & similia. Et illa licet retinere omnibus siue ante satisfactionem siue post, dummodo non fiat malo animo, sed pro maiori sui, & alterius pace, non tamen tenetur iniuriatus quærere reconciliationem iniuriantis ipso non pœnitente, nisi in casu. s. cum crederet, probabiliter quòd propter hoc liberaret animã eius à mortali odio, & nõ esset occasio mali, puta quia ex hoc iniurians superbiret, uel audaciam sumeret similia faciendi, unde ostẽderet ex hoc alijs iniuriatum ostendisse, & huiusmodi. Hæc omnia Vnber. in expositione regulæ Beati Aug. Debet autem fieri satisfactio uel restitutio infamiæ uel famæ quam citius potest & adest oportunitas sine alijs periculis.

Ledens per accusationem.

Ex iniurijs tria oriunt.

Signa rãcoris.

¶ De quarta damnificatione. s. rerum exterio rum. Notandum primo quòd restituenda est res rapta, uel furata uel alio modo usurpatiuo habita in propria specie immo indiuiduo si ipsa habetur, nec potest dari alia pro ea eiusdem bonitatis, nisi forte pecunia contra uoluntatem Domini ipsius rei. 3. q. 1. Reintegrãda sunt omnia spoliatis & hoc uerum nisi in casu cum usurpatio rei alienæ esset occulta, & ex restitutione eius in sua specie detegeretur raptor, uel aliud inconueniens sequeretur, tunc enim sufficeret dare præciũ eius. Secundo notandum quod si ipsa res male ablata periit morte ut animal, uel sibi auferretur nihilominus restituere tenetur secũdum Ray. & alios. Si autem detetiorata est in bonitate, uel diminuta in prætio, supplendum est prætiũ, quia debet restitui eiusdem bonitatis secũdum Ray. Nam si equus, uel bos ablatus, penes raptorem est debilitatus, ita qꝫ extimatur valere. 5. flore. prius ualebat. 10. restituet. 10. non. 5. Similiter si furatus est sextarium frumenti valentem tunc. 40. solidos, cũ restituit ualet. 20. duo sextaria tenetur reddere uel. 40. solidos, nec sufficeret restituere sextarium secũdum Ray. & Alb. immo & si illo intermedio inter usurpationem, & restitutionẽ

§. 4. Res ipsa dẽt restitui.

Vtrum prætiũ dẽt restitui.

plus

plus ualuit quam tempore usurpationis illo pluri prætio restituit secundum aliquo. Tenetur etiam raptor per restitutionem damni petere remissione de iniuria saltē per interposi tā personam,uel per se expresso nomine furis uel suppresso scām q̄ qualitas negocij requirit si est manifestum,ue l occultum. ¶ Tertio no. q̄ si est res fructificans tenetur restituere rem cum omnibus fructibus inde perceptis, & qui percipi potuissent à diligente possesso re,puta agrum usurpauit alteri ex quo non percipit de fructibus nisi 20. sextaria frumenti,quia male fecit cultiuare,ubi 30. percepissēt diligens cultiuator annuatim, talis restituere tenebitur non solum 20.præcepta, sed 30.Similiter equum furatus est,cum quo lucratus est mensatim unum florenum ubi dominus lucratus fuisset unum cum dimidio,tenebitur restituere ad rationem unus floreni cum dimidio per mensem. Et intelligitur de hoc dictis expensis factis in utilitatem,& conseruationem ipsius rei necessarijs,tamen non superfluis,& expensis factis causa colligendorum fructuū,huiusmodi.n.deducuntur tam à malæ fidei,q̄ bonæ fidei possessore. Rayn.& Thom. Damna etiā quæ passus dominus est ex carentia rei suæ tenetur satisfacere,extra de iniur.& dam.da.capitulo si culpa. Tho.& Ray. Item quarto nota qñ plures concurrunt ad furtum,uel damnum faciendum,ita quod unus non faceret sine altero quilibet tenetur insolidum,i.ad totū damnum restituendum, & restaurandum quousque sit satisfactum integraliter. Illo autem restaurato ad plenum per unū illorum,tenetur postea quilibet aliorum pro parte sua satisfacere ei, q̄ totum restituit,secundum Tho.Rayn.Innoc. Hosti.& alios,extra de homi.c.sicut dignum, puta cum duo,uel plures uadūt ad furandum aliquid, ita q̄ unus nō iret uel faceret sine altero,siue cum multi stipendiarij bellant iniuste,ita q̄ unus nō faceret sine alio p̄cipue principalib.multi consiliū præstant ad faciendum extorsiones,uel expellendo iniuste aliquem ciuem, ita q̄ sine assensu eorum non posset fieri,tenentur omnes insolidum. De his plene habes supra ti. 1. ¶ Quinto nota,q̄ cū duobus uel pluribus exigentibus hæredibus usurarij, uel raptoris si aliter factus est non soluendo alius sic,unus tenetur insolidū. Si plures sunt quilibet tenet pro parte sua ad restituendum quæ usurarie,& usurpatiue accepta sunt ab illo,s.usq; ad q̄titatē,q̄ p̄uenit ad eos hēditarie,nā oēs hēditarie obligatæ sunt, extra de us.c.cū tu.Ho.Ber.Go.& Io.An. ad ultra autē quā percipit de hēditate p̄dicti usurarij,uel raptoris, non tenet, q̄us nō esset p̄ illa satisfactū in totū creditorib. usurarū uel rapinæ.Sed quid si hæredū usurarij alter factus esset non soluēdo, nunquid alter tenet insolidū? Respondet ad hoc gl. de usur.in capitua nos,& dicit, q̄ sic quantū ad ipsum saltē de hēditate peruenit.Nā,& hēditaria res obligari uī extraneo.Cum ista opi. vī concord. Io.An.& Car. ¶ Sexto no.q̄ recipiens ā religioso cōtra uolūtatē superioris si tenet illud restituere,nisi illud in extrema necessitate recepisset,ar.12.q.1.non dicatis, & recipiēs ab ipso prælato religioso,sine causa rōnabili,sed ex parentela uel turpitudine tenet ad restituēdū monasterio. Filia religiosi uel abbatis dotata notabiliter de bonis monasterij tenetur restituere dotes,& ur ei' si hoc scit, nisi fortè p̄ modū eleēmosynę moderate dotasset ¶ Sed quæritur utrū oē lucrū, q̄ qs fecit ex rapta,furata uel p̄ fenus acq̄sita teneat restituere,uel pauperibus erogare? Ad quod rndetur per distinctionē. Aut.n.talis res est ex se fructificans quæ in sui usu non consumitur, nec distrahitur ut ager uinea,domus,iumentum,& huiusmodi,& de huiusmodi debet restitui omne lucrū inde perceptum,sm Th. & oēs alios. Aut talcis res non est fructificans ex se,& eius usus est consumptio ut granum, uinum,oleum,& hmōi,aut distractio ut pecunia numerata,& circa hmōi res ē triplex modus dicendi. Nam quidam dicunt, q̄ oē lucrū iam p̄ceptum debet restitui, uel pauperibus erogari, q̄a radice infecta nullus bonus fructus sequi potest,ut dr. 1.q.1.c.fertur. Cum ergo radix illius lucri sit usura, uel rapina uī ēt,q̄ fructus i.lucrū exinde sit infectum, & obnoxium restōni uel erogationi. Alio uerò dñt,q̄ si pecuniā raptam,uel fenebrem teneat,in dubio restituere,ac ēt damna quæ passus est is qui soluit usuram ex carentia ipsius pecuniæ solutæ,puta quia oportuit eū accipere ad usurā p̄ suis necessitatib.uel uēdere res suas multo minori p̄tio,quā ualerēt, lucrū tñ perceptū ex pecunia funebri per licita negocia nō tenet restituere,uel erogare pauperib. & hoc tenet B.Tho.se.se.q.78.Ric.& Pe. de Pa.in 4.Io.An.& Io.Cal. Et ad rationē aliorum dici p̄t, q̄ radix iuisti lucri non ē rapina uel fenus,sed industria utētis ea. Ex se.n. illa pecunia nihil lucri attulisset. Et sic nō ē radix infecta,quia industria de se ē bona. Sā si illa pecunia male acquisita ipius fuisset in fraudibus,& in alijs illicitis acquisitionibus, tūc radice infecta teneretur. ¶ Alij dicunt, ut Lau.

Cū fructib. ide p̄ceptis.

Vtrū cū plures concurrūt oēs tenent i solidū.

Recipiēs aliq̄d à religioso illa restituere tenetur.

§.5. Vtrū lucrum, q̄ fuit factum de usura d̄bet restitui.

de Rid.in ſupradicto trac. de uſur.q̃ lucrum ex tali pecunia acquiſitum tripharie diuidet. Et unam quidé partē habebit uſurarius ipſæ uidelicet tñ q̃tū debetur expenſæ,labori, & induſtriæ,q̃ boni uiri dirimetur arbitrio, par tēque aliā reſtituet creditori ſuo, qui. ſ. ſibi dedit uſuras habito reſpectu ad dānum, q̃ il le ſuſtinuit in boni,ex carentia illius pecuniæ vt dicunt Th.& ſequa.reſiduū tanquam icer tū dabitur pauperib.q̃ ſi probat pœnes uſurariū non debet remanere,ne.ſ.ex hoc pare tur uia uſuris,& inuitētur homines ad peccā dū nec debet creditori reſtitui,quia tūc recipere uſuras de ſorte ſua,ergo pauperibus eſt erogandum, quia regula eſt quod quādo eſt aliquid erogandum,& non apparet cui, illud eſt pauperibus dandum,ar.43.q.5.non ſanè, Ray.etiam conſulit, quod plus reſtitutionem ſolū uſuræ receptæ petat uſurarius abſolutio nem ab eo de alijs ſi teneretur ad cautelam. Magnæ ęquitati uidetur inniti iſta ultima opi nio,tunc ſufficere uidetur abſolutio quæ dici tur à B.Tho.cum alijs in ſua opi.

§.6. De fide iuſſore uſurarij.

¶Item quæritur utrum manifeſto uſurario p ſtante cautionem de reſtituendis uſuris, ſi ad præces eius aliquis pro eo fideiubat tenea tur ipſæ fideiuſſor creditoribus uſerarum,uel epiſcopo uel pauperibus ad reſtitutionē om nium uſurarum extortarum certarum, & in certarum? Ad qđ reſpondet Lau.ubi ſupra di cens,q̃ Lapus de Caſt.cum pluribus alijs de terminauit talem fideiuſſorem non teneri ul tra uires hæreditatis principalis,etiam ſi prin cipalē ſe conſtituiſſet.Et addit.etiam hāc quę ſtionem diſputauit.Paulus de Eleaza. & de terminauit, q̃ non obligatur fideiuſſor ultra facultates uſurarij habito reſpectu ad tēpus cautionis,quia ſi tempore cautionis principa lis erat ſoluēdo dato,q̃ facultates poſtea ſint exhauſtæ nō reſtitutione uſurarū, & ęris alie ni,ſed per alios modos, fideiuſſor remanebit ad omnia obligatus,licet enim exceptio inopię proſit principali,non tamen fideiuſſori.

Sed ſi tempore cautionis,quia ſi tēpore cau tionis principalis non erat ſoluendo,non te netur ultra uires principalis. Idem tñ Paulus diſtinguit inter fideiubentē præ cautēm ſeu ſe obligātē ad reſtitutionē uſurarum ſm for mam decr.c. quāquā de uſuris li.6.ut euadat pęnas canonicas, & fideiubentē pro cauente ſeu ſe obligāte ad reſtitutionē uſurarū ex alia cā.In primo.n.caſu nō tenētur, ut fideiuſſor ultra uires,quia nec etiā ultra uires reſtitue re uel cauere tenebatur principalis. In ſecō caſu ſecus,quia principalis eſt obligatus ſoli dū,licēt.n.habeat exceptionē inopię uel ſimi lē,quæ exceptio utputa pſonalis non dirigi tur ad fideiuſſorē.Itē ſm Rich.in 4.di.15.qui dānificat aliquē iniuſtē in ſua libertate,ſ. iniu ſtē procurando ipſum redigi in ſeruitutem,te netur,ſe facere ſeruum pro eo, ſi non poteſt cū aliter reſtituere libertati,niſi fortè talis eſ ſet conditio perſonæ quæ hoc damnum intu lit, qđ notabiliter redundaret in præiuditiū boni cōis, in quo caſu non tenetur ſe facere ſeruum,ſed tenetur ad omne aliud intereſſe ad arbitrium bonorum uirorum,quantuncun que aūt aliquis damnificaret aliquem in alijs poſſeſſionibus,nunquā tenetur pro reſtitue tione ſe facere ſeruū eius,uel alterius, qa ut dī.ff.de re.iu.libertas inęſtimabiliter res eſt. Quod autem dicitur.Exod.22.Si autem non habet fur unde reddat uenundabitur, iudicia le præceptum fuit.unde modo non obligat hæc ille.¶Item qui emit ſeruū, uel ancillam, qui ab initio cū fuit captus in bello iuſto erat chriſtianus uel chriſtiana, quamuis hæretica liberū dimittere dēt, nec pt petere prætium ab ipſo ſeruo, ſed ab eo à quo emit ſi inue nit,aliàs ſibi imputet,ſicut & qui emit rē alie nam ignoranter comperta ueritate debet re ſtituere domino eius, uel ſi ignorat dominū pauperibus erogare non ſibi retinere. Si au tem non erat Chriſtianus,ſed Saracen⁹, Tur ca uel Tartarus, & eiuſmodi, talē in ſeruum empūt nēdere pt, & poſtea baptizatū piū eſt certo tpe cōueniēti ex ſeruitio hito eū liberè dimittēt ſi tñ bñ utitur libertate ñ tñ neceſſa riū.Itē ſi quis impedit iniuſte aliquē ab offi cio uel bñficio iā obtento,puta procurans ſi bi aufferri ex aliqua ſiniſtra cauſa,& falſa,te netur ad ſatisfaciendum de toto, ſm Tho.& Rich.in quarto di.15.Secus ſi iuſtè hoc pro rat,puta meretur priuari ex defectu ſuo. Sed ſi impedit à beneficio cōſequendo,non tene tur ad tantum quantum eſt beneficium, ſed ad arbitrium boni uiri,ſecundum Tho.& Ri ch.Quod intelligendum uidetur quādo hoc facit ex odio,& malitia.Nam ſi faceret ut ſibi uel amico ſuo magis prouideretur q̃ illi, pu ta teſtator aliquis vult legare Titio centum, & ego rogo, q̃ potius leget mihi uel cuidam perſonæ mihi magis dilectæ,& ille facit ſic,ta lis ſecundum Pe.de Palu.in 4 nulli tenetur, qui nulli auſert ius ſuum. Nam illi nullum ius erat acquiſitum,& nemini facit iniuriam, qui utitur iure ſuo.Cuilibet enim licet ſe re comandare alteri,ut ſibi donet uel leget præ cipue cum indiget.

Impediēs aliquē iniuſtè in bñficio tenetur quid ſatisfacien dum.

¶Item quæritur utrum clerici teneātur reſti- §.7.

tuere

Cleric⁹ fructus bñficij uoluptuosè cõsumens tenetur ad restitutionẽ.

tuere illos fructus quos uoluptuosè cõsumũt non facientes seruitium ī ecclesia scilicet officiando? Respon. secundum Arch. di. 44. uti que tenentur, & hoc tripliciter. Primo ratione dati. Nam illa bona tali ecclesiæ ideò data sunt ut offerantur præces & sacrificia ꝓ ipsis qui dederunt, & ex residuo alantur pauperes. Ad quod facit uerbũ Hier. dicẽtis. Tibi o sacerdos de altari uiuere, non luxuriari permittit. di. 44. §. 1. Et q hoc nõ facit infideliter agit. Secundo ratione sacrilegij, quia defraudant totam ecclesiam, quam suis præcibus, & officijs iuuare debẽt, & ei prodesse. Vnde Alexan. Papa. Ipsi sacerdotes pro populo interpellãt, & peccata populi comedunt, quia præcibus suis ea delent. 1. q. j. ipsi. Tertio ratione odij: quia prouocant iram dei cõtra populum. Grego. Cum his qui dispicet ad intercedendũ mittitur, irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur, di. 49. §. 1. Quod uerum est quando populus est causa malitiæ sacerdotis. Sed quid si facit seruitium ecclesiæ sed in mortali perseuerat? Respon. non uidetur teneri de fructibus, & ratio est; quia mali ministri orationes, communes, ut officia, missæ prosunt uiuis, & defunctis secundũ. Tho. ī quarto. ¶ Sed quid de horis omissis nũquid tenetur restaurare totum? Respon. secundũ Arch. ex æquitate deberet sibi imũgi ī pœnitẽtia si posset, sed tamen non est necessarium, sed in hoc pœnitentia est arbitraria sicut in alijs. Et idem sentire uidetur Petrus de Pal. distin. 4.

Sacerdotes pctã populi comedunt.

Quid ḋ horis omissis.

¶ *Vbi sit fienda restitutio.* *Cap.* 3.

QVantum ad tertium principale, scilicet ubi fienda sit restitutio. Circa hoc distinguẽdum, quia aut persona cui fienda est restitutio scitur, aut inquirendo sciri põt, aut omnino ignoratur. Si aut scitur uel inquirendo inueniri põt ipsæ uel ei⁹ hæres ipso mortuo ī loco ubi facta est rapinas, usuras, uel dãnũ, restitutio fiet, si uterq; ibi est, uel ubicunque ad inuicẽ cõueniũt creditor, & debitor. Si autem alter est absentia loco, ubi facta est usurpatio uel dãnificatio, mittetur expensis eius qui se absentauit de loco. Si igitur is cui faciẽda est restitutio est absens puta quia mutauit domicilũ mittet sibi rẽ ablatã seu pecuniã ipsæ qui abstulit expẽsis illius cui habet restituere, si uerò se absentauit à dicto loco is q rẽ usurpauit, suis ꝓpriis expẽsis trãsmittet rẽ uel pecuniã, ẽm Hos. & Io. An. Et hoc ꝓ talẽ modũ q ñ detegat pctũ, si pctũ ẽ occultũ. ar. 2. q. j. si peccauerit, uel ẽt pt creditori significari ꝑcipuę, qñ est multũ remotus à debitore occultè, uel manifestè, secundum, q̃ expedit, secundũ quod creditor ordinat uel demittẽda illa re, uel alicui dãda sic agat debitor, & liber erit. Si autem suo proprio motu rem illam destinaret seu pecuniam debitor, & in uia periret, uel auferretur, sibi periret, & ad huc teneretur ad satisfactionem secundum Ioan. in glo. Vel etiam si cito sperat̃ futurus ad locum potest rem sibi seruare & secundũ Tho. & Hosti. & Io. An. ī ædẽ sacram deponere uel alio tuto loco. Aut si res est parui ualoris & creditor multum distans, & abundãs potest secũdũ Guil. ꝓ anima eius pauperib. erogari. Si ignoratur nec perquiredo inueniri potest cui restitutio fieri dẽt. tunc erogãda est res ablata, uel prętiũ eius pauperibus pro anima illius in loco illo ubi facta ẽ rapina, usura, uel damnum, uel in loco, in quo inhabitat is, cui fienda est restitutio, hoc ideò, q a melius est ꝙ uicini sẽtiãt cõmodum inde quam extranei. Tum etiam quia uerisimilius est ibi reperiri damnum passum uel hęredẽ eius, Ita notat Host. Io. An. & Io. de Ligna. uel fiat salté hæc erogatio ad arbitrium diœcesanis, ubi factum est damnũ & rapina, secundum Ray. Si tamen non commode fieri posset in dicto loco, cum hoc non sit necessarium, potest tunc & debet alibi fieri secundum Guil. Sed & b. Tho. in huiusmodi casu nihil dicit de loco determinato: sed quod ꝓ anima illius cuius res erat debet pauperib⁹ erogari. Vnde & Magi. Hugo peritus in utroq; iure, & frater Clarus dicebãt q̃ cũ pauperes sint & unũ mẽbrum in corpe ecclesiæ nec ab hac unitate sequestrẽtur ꝓpter locorum distãtiam, sufficit si restitutio incerto rum detur quibuscunq; pauperib. etiam alterius ꝓuinciæ quã ubi facta ẽ rapina uel dãnũ & maxie, q sũt magis paupes Xpi & utiliores ecclesiæ dei & saluti aiarũ, Et ex hoc apparet, quod locus non est de necessitate restitutionis: sed de congruenti. Idem tenet Fæ. de. Se. c. 32. operis sui. Vsuræ tamen incertæ extortæ per usurarios manifestos quo modo debeãt restitui ī quo loco, & ꝓ quem diœcesanũ, hẽs s. ti. j. c. x. & ī c. se. añ. j. §. cir. fi.

¶ Quamuis quod habetur in isto. §. nõ pertineãt ad ubi: sed magis ad q d tñ hic notabitur Quęrit utrũ fideiussor possit repetere & a ḋbitore usuras, quas ꝓ eo soluit creditori pro nes quẽ ꝓ ipso debitore itercessit? Ad q̃ rñdet dñs Lau. de Rid. ꝙ Io. An. ī q̃stionib. Mercurialib⁹ sup regulã dãnũ, de re. iu. l. 6. hanc qõnẽ expianat nobiſr, & ex eius dictis elicit. 11. cõclusiões. Quarũ prima est talis. ¶ Nõ rep erit

Vtrũ fideiussor repetit usuras solutas à debitore.

repetit fideiussor a debitore obligationē sciē te, & contradicente usuras debitori suo solutas, nec etiā sortem, nec quid aliud inutili ter impensū. Plus enim est contradicere quā nō cōsentire, extra de symo. c. sicut suis. ¶ Se cunda conclusio est, non repetit a debitore, sciente & patiente: sed nō mandante obligationem fideiussor usuras uel indebitum solutas, uel solutum creditori & sibi imputet, q̄ se obtulit extra de re. iur. bona. fides. li. 6. Repetit tamen sortem & indebitū quod soluit. ¶ Tertia conclusio est: non repetita debitore sciente & mandāte ipsum obligari pro sorte tantum fideiussor soluens usuras, tum quia fines mandati excessit, tum quia ad illas obligatus non erat. ¶ Quarta conclusio est non repetita debitore fideiussor usuras sciente, & mandāte ipsum in omnem casum, uel simpliciter obligat siue fideiubere, patet: quia in generali mandato non inclusit indebitum, de quo uerisimiliter in specie nō mandasset, de regu. iu. in generali li. 6. ¶ Quinta conclusio est, reperit a debitore sciente & mādante ipsum pro usuris, cum sub nomine sortis inclusit eas ut est moris obligari seu fideiubere ipsę fideiussor usuras quoniā iuste credere potuit illam sortem totum debitum, nec prę sumere debuit illud indebitū, sub nomine sortis promittere, extra de prę sum. quia uerisimile. ¶ Sexta conclusio est reperira debitore sciente & mādāte nominati pro usur. fideiube. fideiussor creditori solutas si iurauit illas soluere, & ista est communis opinio. extra de fideiusso. cap. 2. & istam opinionē approbat. Io. An. habet tamen fideiuss. optionem soluēdi uel absolutionem petēdi sicut habet debitor. Septima conclusio est: repetit a debitore etiam nominatim mādante pro usuris fideiuberi ipsę fideiussor usuras creditori solutas etiam si non iurauit creditori illas soluere, si ipsi fideiussori debitor indemnitatem iurauit dum alias propter pignora data, uel aliā causam debitori fuerit expediēs usuras solui extra de fideiusso. c. peruenit. ¶ Octa. conclusio est, non reperit a debitore sciente, & mādāte nominatim p̄ usuris fideiuberi ipsę fideiussor creditori spōte solutas si nō iurauit creditori illis soluere, nec debitor iurauit fideiussori in demnitatē, nec expediat creditor propter pignora data, uel aliā cām ipsas usuras solui, & hoc de iure fori. Sed opinio theologorū q̄ secūdū Io. And. multū fauet eq tati est quod urgeatur debitor ad soluendū in foro conscientię extra de reg. iuris scienti, lib. 6. ¶ Nona cōclusio est, non repetit a debitore sciēte, & mādante noīatim p̄ usuris fideiuberi ipsæ fideiuss. usuras ipsi creditori coactē solutas si nō iurauerit fideiussori iudemnitatem nec expediebat creditori propter pignora data uel aliam causam usuras soluit si fuit ipsę fideiussor in culpa: ut quia nō excepit, seeus si non fuit in culpa. ¶ Decima conclusio est quod in omni casu quo potest a debitore fideiussor usuras repetere debet itelligi si nō interuenit fraus personæ ad personam a constituētis ob hoc fideiussore de priuile. c. quāto. ¶ Vndecima conclusio est: quod i omni casu quo fideiussor a debitore usuras repetere potest poterit illa repetere a creditore cui soluit ff. māda. l. si fideiussor. §. in omnibus.

Decisio Theologorum.

¶ *Per quo debet fieri restitutio.* Cap. 4.

QVantum ad quartum scilicet per quos dēt fieri restitutio, primo dicendum de incertis potte a de certis. Quæritur ergo utrum dispensatio incertorū debeat fieri per eum qui habet restituere, uel alium cui commiserit, aut solum per diœcesanum? Respō. Circa hoc sunt uariæ opiniones contrariæ. Host. super. c. cum tu. extra de usuris, & in. c. cū sit extra de iudæis, & in summa sua de pę ni. §. fi. iuxta fi. tenet quod un⁹ de casibus pertinentibus ad episcopum est restitutio malè ablatorum incertorū. Quod etiam tenet Io. An. de pę. & re. c. si eps lib. 6. i glos. Ad quod uidetur facere quod habetur. 13. q. 1. præcipimus adducit etiam aliquos qui tenent hanc rationem. Cum huiusmodi bona incerta sint pro animabus eorum quorum fuerunt fideliter dispensanda, ac per consequēs eoipso sint ad diuinum cultum & subuentionem pauperum ordinata, solus autē ecclesiasticus prælatus sit rector, & moderator diuini cultus & pater pauperum, & dispensator rerū diuino cultui ordinatorum, ut patet. 87. di. c. diuinæ & in multis alijs ca. Ideò secundum iudiciū eius incerta debita per eum dispensanda sūt Archidia. autē in quadā q̄one disputata p eū in Ros. 14. q. 5. non sane, tenet cōtrariū. Et dicit sentētiā Host. s. circa hoc supradictā esse uerā in casu ubi nullus deputatus est a testatore qui hoc exequatur, ut. 12. q. 2. de laicis ubi uerò certa persona deputata ē a testatore illa persona debet exequi i prædicto ca. de laicis, & extra de testa. cap. tua nobis, immo credo quod ipsæ raptor incerta quæ debent pauperibus erogari p̄t ipsa pauperibus erogare asq; lmia, & auctitate ipius uel alteri⁹ iudicis ecclesiastici, ut satis colligā extra de usuris. c. cū tu. Et hoc ét innuit clare. gl. extra de hom. c. sicut dignū. §. eos. Nec ob. illa ḋcre. extra.

de

de Iudeis cum sit per quam probat Host. suã opinionem. Nã illa decre. loquitur de Iudeo non de Christiano cuius actus vel dispensatio meritò habetur suspecta ab ecclesia quoad Christianos, ideò iustè & benè dicit ibi secundum prouidentiã diœcesani, quæ suspicio cessat in Christiano, & sic non dubito, q epi scopus non habet se intromittere de talibus hæc Archi. Io. de Lign. idem sentit & adducit hãc rationem. Qui indebitũ extorsit obligat' est ex maleficio vel quasi illis quibus extorsit si extant aliàs pauperibus. Et regula habet q debitor põt per solutionem se liberare. instit. quib. mo. tol. obli. per totum, Tu qui dicis cõtrariũ da mihi casum expressum cõtra regulã. Nec est uerũ q sit in dicto c. cum sit, quia nõ loquitur in Christiano: sed in Iudæo, ut dicit Arch. hãc opinionem sequuntur Paulus, & Ge. in cle. 1. de priuil. hoc ẽt consuluerunt Io. Cal. & Recuperus, sed & dns Hugo utriusq; iuris peritus, & frater Clarus, ut habetur in quadam sumula, concordauerunt in hoc, q nullum ius expressum hoc dicit, nec in decretis, nec alibi nisi q episcopus est procurator pauperũ. Illud uero adaptatur q pt ꝓcurare de suo proprio si habet uel de bonis ecclesiæ, i. fructibus, vel aliis modis. Sed quia sacerdotes simplices sunt imperiti pro maiori parte, episcopi uerò reputantur sufficientes, hinc inolcuit q hmõi restitutiones remittãtur ad episcopos. ¶ Vnde si confessor peritus sit, & sciat in hoc sufficienter consulere, non est necesse remittere ad episcopos, hæc ibi. Huius etiam sententiæ est Io. Mo. hoc etiam inuit In no. extra de immu. eccl. c quia pleriq;, ar. 24. q. 3. c. si quis Romipetas. Ad rationem autem superius inductã pro alia opinione posset responderi quòd quamuis episcopi, & prælati sunt dispensatores rerum datarum ecclesijs non tamen sequitur quod sint dispensatores omnium quæ secundum Deum sunt in diuinum cultum, & in pauperes eroganda: sed solum in diuinum cultum iam ordinata ut redditus ecclesiarum & hmõi. Nam si essent dispensatores erogandorũ omnium, ẽm hoc essent dispensatores oĩum superfluorũ quæ diuites ex diuino præcepto deberent pauperibus erogare, quod à nullo concedit. sed & B. Th. 2. 2. q. 62. dicit quod si ille cui fieri debet restitutio oĩo ignotus esset debet restitui ei sicut potest, s. dando in eleæmosynas pro salute eius sit mortuus siue uiuus, permissa tñ diligenti inquisitione eius, Et de auctoritate epi nihil dicit Scotus in 4. di. 15. dicit, si q̃ras per cuius manus debeãt talia. s. certa dispẽsari. Res. quod non inuenio quis necessario sit determinatus mediator in ista pauperibus dispensanda: vr aũt mihi q per seipsum, consilio tñ boni uiri põt pauperib. erogare hæc: quia tali mediatori ad dispensandum tribui posset de cuius fidelitate præsumeret, & tamen sibi appropriaret uel in alios usus conuerteret quam deberet. ¶ Vnde vbi lex diuina uel ecclesiastica non ligat, sequenda est ratio naturalis. Illa aũt dictat q q tenetur restituere magis hoc faciat per se, quã per alios, non excludendo tamẽ per hoc consilium boni uiri, sed includendo. hęc Scotus. Quidam alij faciũt circa hoc distinctionẽ ut uidelicet quãtũ eorũ in quib. cõpetit repetitio, ut furto, rapina, vsura, fraude, & hmõi dispensatio incertorum pertineat ad episcopum: sed aliorum ubi non competit repetitio, & si erogatio fiẽda sit pauperibus ut in ludo iniustè acceptis à iudice ꝓ iudicando, uel a teste ꝓ testimonio, meretricio, & hmõi, quilibet per se potest dispensare, vel consilio confessoris. Ego credo sententiã, & opinionem Archi. & sequẽtiũ oĩo ueram & simpliciter excepto uno casu, uidelicet in certis publicorum usurariorũ quẽ casum non dubito omnes alios excepisse intendere, quia ibi expræsè, & clare ius proui dit ut. s. per dispensationem diœcesani talia incerta determinentur & dispensentur, ut extra de reg. iuris q̃q̃ lib. 6. traditur forma de hmõi, de qua habes supra ti. 1. c. x. In hoc ergo casu tñ põt intelligi quod dr per tertiam opinionem. s. in vsuris publicis incertis. Et si quæritur utrum episcopus possit per sua sinodalia hoc statuere, ut. s. ibi retineat dispensationẽ incertorũ, & alius nõ possit se intromittere. Dicit in hoc casu Io. de Lig. super c. cũ sit, de usuris, q q cqd dicat Io. An. dubiũ est an possit. Et Io. Cal. in quodã consilio suo dicit expresse, q non põt. Hugo & frater Clarus dnt q non potest eps de iure excõicare sacerdotes, qui se intromittunt, de dispensatione incertorũ. ¶ Quantum ad ẽm scilicet per quos debet fieri restitutio certorum. Ad quod rndetur, q per eum q abstulit seu recepit usuras & male ablata, põt ẽt per aliã personã quãcunque facere. In hoc enim uera est regula iuris. Qui per alium facit perinde est ac si per se facere uideatur, de regulis iuris, in 6. si tamen uitium vsuræ, vel furti uel alterius damni est occultum, & restitutio occulto modo per se uel per alium fiẽda est ut nõ detegatur persona, ar. 2. q. 1. c. si peccauerit. Caueat etiam diligenter quod cum per alium fiat, ita faciat caute q is recipiat cui debet, & ille sibi retineat, q a non ei-

Adde pro ista regula Ioã. Fab. &nge. Iac.

Melius est ꝓ se facere restitutionẽ quã per aliũ.

Certorum restitutio.

set propter hoc liberatus nec cõfidat de prædicatoribus, & confessoribus & quæstuarijs, qui quærunt pecunias nõ animarum salutem. Et si is qui rapina, uel usuram, uel fraudem fecit non restituit, cum hæres teneatur ad omnia onera defuncti inquantum sufficiat hæreditas tenetur & ipse facere dictam restitutionem, extra de usuris c. Michael. Et eadem ratione hæres hæredis sic in infinitum, cum scitur ab eis hæreditas obligare ad restitutionẽ propter usuras, & rapinas & damna à prioribus facta. Et ubi non sufficeret hæreditas ad satisfaciendum, tenentur legatarij & donatarij, quia legari non põt nec donari alienum. Nec excusarentur hæredes scientes, uel dubitantes uel meritò dubitare debentes ex publica fama uel scripturis uel ex fideli relatum testatorem illicitos contractus feciſſe uel usurarios, ex hoc quod nullus ponit quærelam super hoc uel postulat aliquid ab eis debitũ: sed debent diligenter inquirere ueritatẽ quãtum possunt. Et si inueniunt sic esse notificent uel notificari faciant illis quibus debent se offerentes ad restitutionem. Et si non inuenirentur aliqui, parperibus esse erogandũ aliàs esset in eis ignorantia crassa quę non excusat distint. 27. §. fi. Et quamuis defunctis non prosit dicta restitutio si decesserunt impœnitentes prodest tamen immo necessaria est ipsis hæredibus si uolunt saluari, quia non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatũ de reg. iuris. li. 6. Si autem licitam artem exercebat, uel patrimonialia tantum habebat testator, nec apparet ex fama uel scripturis de illicitis contractibus seu alieno: præsumere debent eum iustè acquisiuisse, quia nemo iudicandus est immemor suæ salutis propriè & diuini timoris. 1. q. 7. sancimus, & præcipue in mortis articulo. ¶ Item nota quod dicit Hos. in summa. ti. de usuris, quod si aliqua honesta persona putat sacerdos uel episcopus tractet inter debitorem & creditorem de satisfaciendo, & dicat creditori talis mediator, tantum faciam tibi reddi si ex corde residuũ dimittas non decipias me, quia mediator sũ, nec debitorem cuius animæ salutem quæro, & creditor respondet se ex toto corde libera re ipsum debitorem, quare non dicam ipsum liberatum non uideo, nec curo qualitercumque sit satisfactũ dumõ sit ei satisfactum. Si qui moueantur in contrarium hoc faciunt in odium usurariorum. Si quis enim ex alia causa alij iniurietur æquidem hoc admittit quilibet theologus quod concordia inter partes possit tractari, & pars eius quòd deberetur ex pacto remitti, aliàs titulus de transactionibus inutilis esset. Et quare non idẽ de usura? Dicẽdũ ergo, & tenendũ q̃ præcibus possit uel iussu iudicis, uel pactione partium remissio fieri, & sic dicam usurarium absolutum, hæc Hosti. Quæ quidem intelligo uera esse in foro contentioso, non in foro cõscientiæ uel etiam in foro conscientię quantum ad ea quæ dubia essent utrum deberent dari an non, quia rationes sunt ad utramque partem, uel cum dubium est quãtum debeat satisfieri pro aliquo damno dato. Et ad hoc faciunt rationes quas inducit ipsę Hosti. Sed ubi certum & clarum est debitum, & ratione usurarum uel alterius usurpationis ni si creditor liberaliter remittat illud quod remittit, etiam si de mille decem tantum remitteret si hoc facit quia putat se aliter non posse residuum habere nil ualet illa remissio facta ex publico pacto quo ad animam. Vnde cum mercator infortunia passus fallit, & occultans multa ex bonis suis mobilibus, ut nõ perueniant ad manus creditorum quærit cõpositionem cũ eis de minori quãtitate quam debeat, puta promittit respõdere singulis creditoribus ad rationem. 15. solidorum pro libra cum tamen posset totum dare, uel cedere bonis, cui cõpositioni assentiunt creditores, & ita recipientes liberant eum de residuo. Certum est quia quo ad deum adhuc tenet de residuo cũ illi non sponte: sed coactè fecerunt illam remissionem, uolentes potius illa parte carere quã toto, quinimo & si cederet bonis totaliter nil sibi reseruando, & non sufficiunt bona illa ad satisfaciendum si postea peruenerit ad pinguiorẽ fortunam tenetur de residuo, extra de solu. c. Odoardus.

¶ De damnis datis ad inuicem inter ciuitates tempore guerrę quomodo & p quos possit fieri remissio quando faciunt pacem cum certis pactis & capitulis. Nota quod in quadam sumula dicitur sic quod quamuis sint multi pupilli & absentes qui nõ assentiunt, & forte etiam aliqui contradicunt ex prouectis, quia receperunt damna iniustè nec eis est satisfactum, nihilominus tantum est bonum pacis quod qui habent rempublicam gerere possunt cum consensu maioris partis subiectorũ sibi pactis pacis subdere illicitè, & relaxare in uicem damna data. Et si fiat relaxatio prædicta tenet & ualet. Nam & hoc modo possunt p bono reipublicę sibi taleas imponere & huiusmodi quas gabellas uocãt. De bonis uerò clericorum, & religiosorum nõ possunt relaxationem facere laici, quia non sunt eorũ

foro

Honesta persona tractet de satisfaciendo.

Notandum.

§. 2. De damnis inter ciuitates bellãtes ad inuicẽ.

Laici nō debent aliquo pacto tractare de bonis clericorū.

foro subditi, nec bonis ecclesiasticis permittit aliqua dispositio eis, ut di. 96. bene possunt tamen hoc facere prælati spirituales terrarum ad inuicem de cōsensu, & conuenientia clericorum, & religiosorum qui damna receperūt in guerra. Hanc autem relaxationem quo ad laicos, uel clericos intelligas de damnis datis de reb⁹ cōsumptis. Nā res extātes, ut equos, pannos & hmōi, qui hnt & sciunt sua nō esse, utputa quia bellum iniustū fuit ex parte suorum uel si iustum, ab eis acceperunt à quibus non poterant, ipsa tenere non possunt. Vnde si dominos proprios inuenire pnt, eis reddere tenentur, alias si non inueniūt pauperibus erogare. Idem uī dicendum si de iustitia belli dubitat. Nam ubi bellum iustum est res acceptæ efficiuntur capientium, dist. j. ius militare quæ tamen debēt inter eos proportionaliter distribui per dices belli, ut 23. q. 5. dicat, nisi per publicum edictum datum sit vnicuiq; qđ capit, pauperum autem & innocentum nō videtur tutum bona auferre cum sint sine culpa nisi subsit causa, cum sit aliquis puniendus de re. iur. li. 6. pœna tamen temporali frequēter unus pro altero diuersis de causis, ut 1. q. 1. per totum.

§. 3. De extortis reb⁹ ab alijs.

¶ De tutoribus & curatoribus negotiorum aliorum gestoribus silijsfa. & huiusmodi qui extorserunt uel fecerunt rapinas, fraudes & damna nomine alieno. s. pro pupillis, patronis uel patribus suis. nil tamen eorum peruenit ad eos: sed ad pupillos, Dominos, patronos, uel patres eorum, qrritur utrum per eos debeat & possit fieri restō ipsis pupillis, Dñis, uel patribus nescientib. & inuitis de bonis eorum ad quos peruenerūt taliter extorta? Rn̄d. Quidam dnt indistincte, q; sic in foro conscie dummodo non immineat inde periculum uitæ, conscientiæ, uel famæ si deprehenderentur aut scandalum sequatur, puta quia aliquis creditur esse furatus illa, qui innocens est & hmōi. Tales ut dicunt illi non committunt furtum occulte illa accipientes, cum pecunia fenebris uel per rapinas uel fraudes habita non sit eorum, & ratio est; quia cū per efficacem causam prædictorum. s. tutorū & curatorum & huiusmodi, & per inter medium illorum tale iniuste lucrum deuenerit ad manus pupillorum, patronorum, uel patrum, & ad restitutionem sint obligati isti mediatores, iustum esse uidetur quæ causa illorum iniuste ablata sunt, nec iuste licentiam habeant ea satisfacere ne ipsi de proprio satisfacere teneantur. ar. ad hoc de re. iu. omnis res, li. 6. ubi dicit Chris. Ois res per quascūq; causas nascit per eādē dissoluitur. Propterea ad hoc agēdū prędicti tenētur, & in hoc gerūt utilē curam sui, & eorū quæ iniuste detinent aliena. Alij aūt perfectius, & æqua rndēt p distinctionē: q. a aut tales adhuc hnt in manib⁹ ad ministrationē rerū illorū aut nō. In primo casu pnt & dent restituere de bonis illorum ad quos puenit lucrū, qđ hnt in manibus si nolūt remanere ipsi obligati ad satisfaciendū de suo, & hoc siue occulte siue manifeste, cū sufficiēti cautela qđ nō possunt postea ab eis repeti. Et ad hoc uī facere rō primæ opi. cū regula illa. ois. Si āt nō hnt amplius administrationē tūc subdistinguēdū, q. a aut prædicti tutores, curatores, & hmōi, nō pnt illa restituere de suo, puta q. a pauperes aut posūt. Et si nō posūt sufficit q; denūciēt principalibus. s. pro quibus fecerūt usuras, & hmōi si ignorāt qūo pro eis fecerunt talia illicita lucra quę ad eos deuenerūt, uñ & obligati sūt ad restōnē. Et si nō satisfaciāt ipsi principales habeāt pro posito satisfaciendi de suo cū poterunt. Ad accipiēdū āt occulte à prædictis ad hoc nō: tenētur nec dent, & rō est, quia quo ad se excusati sūt à restōne rōne impotētiæ ut. 14. q. 6. si res. Quo ad illos pro quibus fecerunt usuras, vel fraudes, auferendo ab eis occulte, per hoc nō prouidetur saluti eorū, cū remaneant obligati in cōsciētia, ex quo sciūt talia fore facta, nec uelint satisfacere, & sic nō dissoluitur peccatum, uel obligatio quo ad æstimationem eorum. Sed nec potest quis à priuata persona cogi ad restitutionē male ablatorū, nisi per iudicē ecclesiasticū, uel ciuilē, nec uī bene posse excusari furto, cū cōtractet rem alienam in uito Dño cum in usura transferatur dominium, per hoc etiam se exponit pluribus periculis. Si āt tales mediatores (de quibus dictū est) possunt restituere cum illi ad quos extorta peruenerunt nolunt restituere quæ principaliter obligantur possunt petere humiliter nō per coactionē uel fraudem à creditoribus usurarū, & fraudis remissionē, cū penes eos nō remāserit pecunia fenebris, & illi qui eam habuerunt remaneant principaliter obligati, qua remissione obtēta libere & spōtē amplius nō tenebunt, sed tñ principales nisi & eis fiet remissio. Quod si remissionem facere nō uellēt, tenētur de suo satisfacere, & tūc ad q̃titatē solutā pro illis poterūt occulte recipere de bonis eorū, si aliàs per uiā iudicij habere nō posūt, ita tñ q; nō sequatur scādalum, vel periculū, quæ semper uitāda sunt, ubi aūt mediator talis sic satisfecit, dēt p aliquē modū cautū declarare illi, q. sciebat se obligatū illa

Tutor cuius usura peruenit ad pupillū quo dēt restituere.

la non amplius teneri, utputa ſi dicat ſe non curare ab eo illa recipere, quaſi ac ſi donaſſet uel declarare ſuis hæredibus, quod non recipiant à tali perſona aliquid, ut debitum pro tali cauſa, & huiuſmodi. Bona enim fides non patitur, vt ſemel exactum iterum exigatur, de re. iuris li. 6.

¶ *Cui fienda ſit reſtitutio.* Cap. 5.

QVãtum ad quintũ cui fienda ſit reſtitutio ſeu datio rei ablatę uel aliàs illicitè ac quiſitæ. Pro fundamẽto notãda eſt diſtinctio quã ponit. B. Tho. 2. 2. q. 32. dicens. Tripliciter poteſt eſſe aliquid illicitè acquiſitũ. Vno modo quia quod acquiritur illicitè debetur ei à quo eſt acquiſitum. Et ſiue non transferatur Dominum illius rei in accipientem, ut in furto, rapina, ſine trãsferatur ut in uſura, tamen competit repetitio. Secundo modo eſt aliquid illicitè acquiſitum ita quod ille qui acquiſiuit nõ põt illud retinere, nec tamẽ debetur ei à quo acquiſiuit, quia ille contra iuſtitiam dedit, & ille contra iuſtitiam accepit, vt in ſymonia, & in ſimilibus in quibus ipſa datio & acceptio eſt contra legem Dei. Tertio modo dr illicitè acquiſitum, non quod ipſa acquiſitio ſit illicita, ſed illud ex quo acquiritur eſt illicitum ex quo transfertur Dominium, nec competit repetitio ut in meretricibus & huiuſmodi. Nam meretrix turpiter agit, & contra legem Dei fornicando, ſed ipſa acceptio uel datio pecunię pro huiuſmodi illicito non eſt illicita, nec contra legem Dei, & hoc propriè dicitur turpe lucrum. De illicitis ergo iſto tertio modo ſecundum. Th. & Ray. poteſt dari eleæmoſyna, & poteſt etiam retineri, niſi ſuperfluum per fraudem & dolum mulier extorſiſſet, quia illud eſſet reſtituendum & ad hoc pertinet lucra facta ex hiſtrionatu illicito, ex duello, ex torneamento, ex ſertis factis de floribus, & alijs hmõi, quorum vſus communiter ex ad laſciuiam ex decijs factis ex arte mathematica. ſeu diuinatoria, ex lucro negotiationis, aduocationis, uel medicinæ in eam non conceſſo, quo ad clericos. In his dixerunt aliqui nõ poſſe fieri eleæmoſynam, quia dicitur. Prou. 3. c. Honora Dominum de tua ſubſtantia. Et iterum. Honora Deũ de tuis iuſtis laboribus. ut. 14. q. 5. eleæmoſyna & j. q. j. non eſt putanda, ſed hoc non eſt uerum ſm Th. & Ray. & alios communiter, prædicta aũt capitula allegata hoc intẽdunt qđ non licet dare eleęmoſynam de malè acquiſitis. ſ. debẽt certis perſonis reſtitui, uel quod non debet quis facere aliquid illicitum, ut det eleęmoſynam. Et quamuis quidã diſtinguant, ut dicitur. Guil. quod in his quæ ſunt prohibita quia mala, & non puniuntur à iure niſi infamia, ut meretricium, duellum, & huiuſmodi, talia retinere poſſunt. Sed quę mala ſunt quia prohibita à iure, ut torneamẽta negotiatio quo ad clericos, & huiuſmodi & talia non poſſunt retineri ad uſum ſuũ, ſed debẽt pauperibus erogari, licèt hæc diſtinctio uideatur eſſe probabilis, tamen qua pœnæ ſunt reſtringendæ non ampliandæ, & qui nimis emũgit eiecit ſanguinem, credo quod in prædictis omnibus caſibus, & ſimilibus bonũ eſt & ſalubre quod pœnitens inducatur ad erogandum pauperibus non tamen cogẽdus ad hæc, nec ſi non uelit, ex hoc iudicandus eſt non eſſe ſtatu ſalutis ſi non uelit huiuſmodi pęnitẽtiam accipere. ſ. quod huiuſmodi lucra pauperibus eroget, niſi in caſibus à iure exprælſis, ut in ſymonia, & idem de eo quod datur iudici ad corrumpẽdum, & huiuſmodi ut infra dicetur, ſecũdum ergo Thomã Ray. Guil. Inno. de huiuſmodi debet dare eleęmoſyna debito honeſtatis, & cõſilij, non debito neceſſitatis ſalutis, & ſic intelligitur illud 14. q. 5. qui habetis. Non eſt ergo illud ſic acceptũ reſtituẽdum ei à quo acceptum eſt, quia in turpi cauſa melior eſt conditio poſſidentis ut ff. de condi. ob tur. cau. l. in re.

Aliquid illicitè acquiritur tripliciter.

¶ De illicitè acquiſitis ſecundo modo, uidelicet cum illud ſic acquiſitum non debetur ei à quo eſt acquiſitum, nec tamen acquirẽs poteſt retinere pro ſe illud: poteſt & debet pro neceſſitate ſalutis non ſolum de conſilio & honeſtate pauperibus erogari, Et huius ratio eſt ſecundum. Tho. 2. 2. quæſt. 62. Quia ipſa datio, & acceptio eſt lege prohibita ut ſymonia, quidam tamen extendunt iſtum ſecundũ modum ad omne lucrum, in quo cõmittitur peccatum in dante & accipiente non ſolum in ſymonia: ſed etiam in pecunia accepta pro adulterio, & pro uſura cum quis accipit mutuum ſine cauſa rationabili, puta ut amplius dicetur & idem ſoluit uſuram, illam uſuram ut dicunt qui accepit retinere nõ poteſt, nec tamen ei reddere debet qui dedit, quia turpiter operatus eſt dando mutuum ei, quem non uerat non indigere, ſed. B. Th. non dicit hoc, ſed cum datio eſt contra legem in dicto autẽ caſu datio pecuniæ pro mutuo non eſt peccatum, ſed accipere illo modo uſurario mutuũ eſt peccatum: quia dat illi occaſionem mali, unde licèt peccet mortaliter ſic accipiendo, debet tamẽ potius reddere illi, à quo accepit

§. 1.

quam

quam pauperibus erogare, nisi ubi non inueniretur ille a quo accepit, uel etiam si uellet illam usuram reddere non usurario sed his a quibus extorsit ipse usurarius usuras pro eo satisfaciendo pro illa parte, & tũc debet usurario significare, ne illi iterum restituat, & præcipue hoc debet facere cum licentia episcopi, ut si dictus usurarius uellet ab eo repetere episcopus cõpellat ipsum desistere a repetitione, & ex quo utiliter gestũ est negotium eius ratum habere, tamen non tenetur ad hoc scilicet inquirere uel dare his, quibus é debitor usurarius: sed sufficit quod restituat a quo accepit, pauperibus tamen erogare nõ debet cum nouit eum a quo accepit & potest ei dare, quod expresse ostédit. Aug. Nolite facere eleemosynas de fenore, & usuris 14.q.5. nolite, Nã cũ datur pauperib. quod debetur certe personę non liberatur a restitutionis obligatione ad illam personam ut habetur extra de hom. sicut dignum circa finem. Sed in symonia ipsa datio & acceptio pecuniæ pro spiritualibus é prohibita. Vnde dicitur. j.q.j.c. placuit. Anathema danti anathema accipienti, & ideò nec sibi retinere uelet nec illi reddere qui dedit; sed debet ꝺ̃ ne cessitate salutis pauperibus erogare si potest uel illi ecclesiæ in cuius iniuriam data est applicari, uel aliter prouidere ꝓut habes sup. titu. 1.c. 5. ¶ Similiter in iudicio prohibitum est iudici, uel assessori cum habent certum salarium accipere aliquid a partibus pro iudicando uel non iudicando bene uel malè, & testi prohibitum est accipere pro testimonio ferendo. Vnde Aug. Ideò nõ dét uendere iudex iustum iudicium aut testis uerũ testimonium, quia uendit aduocatus iustum patrocinium, & iuris consultus uerum consilium. Illi enim inter utramque partem ad examen adhibentur, isti ex una parte consistũt. 14.q.5. nõ sane. Quod ergo iudex recipit ꝓ huiusmodi, uel testis pro se retinere nõ potest: sed debet illi restituere qui dedit si iustè dedit puta ut iustè iudicaret intendens quodammodo redimere uexationẽ suam. Vnde Aug. in dicto c. Non sane. Ille solet sibi malè ablatam pecuniam repetere, quia iustum iudiciũ emit quoniam uenale esse nõ debuit. Sed si pecunia data fuit iudici ad eum corrumpendum, uel testi ad falsum testimonium dicendum uel alicui ad falsum accusandum uel aduocato ad iniustè aduocandum, illi datori reddi nõ debet, q̃a turpiter dedit, nec sibi retinere potest, sed pauperibus elargiri uel illi, in cuius damnum siue iniuriam data est & præcipue si amisset ex hoc iustam causam habentur hęc in dicto c. Non sane, prout no. ibi. Ioan. An. & Archi. & 11.q.3. Qui recte & Inn. extra de immu. ecclesiæ quia pleriq; Ray. & Hostien. in summis. Similiter inferiores officiales uel nuntij missi, & huiusmodi si aliquid extorquent per improbitatẽ ut denarium, & huiusmodi per uim, tenẽtur pauperibus erogare, & hoc ubi certum salarium recipiant, ut dicit glo. in dicto c. Non sane. Nam cum salarium sufficiens recipiunt si qua extorquẽt debent restituere si q̃d est notabile. ¶ Et idem uidetur dicendum de notarijs, camerarijs, & huiusmodi qui pro officio suo exercẽdo exigunt aliquid a personis. Si enim habent sufficiens salarium teuentur ad restitutionem eorum quæ accipiunt illis a quibus accipiunt. Nec uidetur excusare consuetudo cum sit irrationabilis ar. 23.q.1. Militare uel pauperib⁹ erogare si difficile possunt inueniri. Si salarium non haberent, uel non sufficiens, consuetudo credo quod excusaret quia nemo cogitur suis stipendijs militare. ¶ Insuper de his qui accipiunt pecuniam ab accusatis, aut incarcerati antequam proferatur sententia cõtra eos uel intercedant ꝓ eis & liberentur, Sciendum quod si accusati uel incarcerati sunt culpabiles undè & meritò cõdemnandi illam pecuniam nec redere debẽt datoribus: quia turpiter dederunt, nec retinere possunt sibi: quia turpiter acceperunt impedientes iustitiam: sed pauperibus debet erogari argumen. 14.q.5. Qui habetis. Si uero sunt innocentes, & ad redimendum uexationem suam dederunt ei procurando sui liberationem si intercessores pro eis sunt officiales salariati alias pecuniam receptam pro hoc reddere debent, uel pauperibus erogare nisi data fuisset per modum doni, & liberalitatis præcipue post liberationem, quiatũc retineri posset. ar. j.q.2. Sicut episcopũ. Et similiter si intercessores nõ sunt officiales salariati, sed priuatę personę laborãdo per huiusmodi iusti liberatione iustè faciunt, & quod eis datur retinere ualent. ¶ Item de pecunia data pro adulterio commisso, uel cõmittẽdo quamuis quidam dicant, quod debet dari nõ ei qui dedit nec sibi retineri: sed ei dari i cui⁹ iniuriam data est. i. marito, si uxor eius commisit adulterium ex quo pecuniam habuit, uidetur quod potius debeat dari pauperib. ni si ille maritus esset pauper, quia ꝓpter paupertatem posset etiam confessor ipsi mulieri tanquam pauperi dimittere. Et similiter de uiro committente adulterium quo ad uxorẽ castè

Vbi dñs rei scitur non illa dét pauperibus erogare.

Iudex.

Testis.

Notarij aliqs ex torquentes dẽt restituere.

Accipiẽtes ab incarceratis ut liberentur.

Accipiens pro adulterio committẽdo

castè uiuentem. Et uidetur esse ī huiusmodi quasi idē ius, sicut de turpilucro, & meretricio quod etiam potest retineri sic acquisitū, nisi quod leges prohibent adulteria, & puniuntur, non autem simplicem fornicationem, & meretricia. Nihilominus de pecunia data pro adulterio nihil statuunt sicut de pecunia symoniaca & alijs huiusmodi, unde pauperibus erogari potius inducēdi sunt. 14. quęstione. 5. Non sane.

§. 2. ¶ De acquisito per ludos fortunę extra casus in quib. debet acquisitū p huiusmodi restitui uel pauperibus erogari, quādoq; etiam posset sibi retineri. Sed de hoc plene habes supra e. li. ti. 1. c. 23. De illicitè acquisitis primo modo, ideſt cū debetur illud acquisitum ei a quo aquisitum est, ut in furto, usura, rapina, & huiusmodi regulare é quod huiusmodi restituenda sunt spoliatis, siue sint domini illarum rerum siue ad eos spectent dūmodo cōstet rem nō fuisse subtractam seu ablatam ut accidit in pignore depositō commodato & huiusmodi. Licèt enim tales qui habent pignora deposita & huiusmodi non sint domini ipsarum rerum, tamen ex honesta causa illam tenent: ideò eis debēt restitui talia ablata, ut dominus ipsarum rerum, & sic intelligitur illud. 3. q. i. reintreganda sunt omnia spoliatis, & de restit. spo. per totum. Si autem res ablata est ab eo qui iniustè habuerat puta p furtum uel rapinam restituenda est domino rei non illi furi. Quamuis autē malè faceret talis restituendo furi a quo ipsę acceperat, & nō domino rei ipsius quem nouit, tamen secūdū Guil. libeatus est a restitutionis obligatione, quia reposui rem in priſtinum ſtatum.

Furtū, rapina.

De usura mētale. ¶ Quidam tamen dicunt quod illud quod acquiritur ex usura mentali tantum nō debet illi restitui qui dedit: quia id a se uoluntariè abdicauit, nec tamē sibi debet retinere, quia contra legem accepit extra de usu. consuluit sed debet pauperib⁹ erogari ar. ad hoc extra de homici. c. si cut dignum de usu. cū tu. Sed ista iura inducta uidentur esse cōtra talē opinionem. Nam ibi dicitur quod debent ablata restitui eis quorum fuerunt si reperiūtur uel hęredibus eorū. Nec aliquod ius, nec aliquis doctor solemnis facit istam distinctionem inter usuram mentalem, & pactionalem, ut prima debeat restitui ei qui dedit. Secūda nō sed pauperib. erogari: sed sicut indistincte dicit. Aug. de acceptis per furtum, uel rapinam quod debent restitui nō dari pauperibus, sic inquiens. Qui contra ius societatis humanę, furtis, rapinis, inuasionib⁹, oppręsionibus aliqua abstulerunt, redenda potius quām donanda censemus exemplo. Zachei. 14. q. 5. non sane, ita & indistincte dicit idē de usuris. Non lite facere eleemosynam de usuris. q. ea. q. d. hæc redenda sunt non pauperibus danda cū scilicet inueniuntur qui dederunt ipsas usuras. ¶ Et cū dicitur quod qui dedit usurā uoluntarie illud a se abdicauit. Respondeo quod si dedit ex liberalitate & p modum doni uerum esse, & tūc recipiens hoc sciens nō tenetur restituere nec etiā pauperibus dare. Sed si dedit ratione mutui principaliter nō illud abdicauit uoluntariè supple: sed cōdōante ne mutuans reputaret se grauatum, & istum ingratum, & sic alia uice non inueniret mutuū & ideò sibi debet restitui usura. Si autē nil accepit ultra sortem quamuis hoc intēderet in nullo tenetur, nec illi nec pauperib⁹, ad hoc facit quod dicitur ī directorio iuris. Ibi enim dicitur quod usurarius mētalis inducēdus ē in foro pœnitentiali ut restituat p. c. cōsuluit de usuris. Et subditur ifra quod in foro eccle siæ usurarius mētalis iudicādus est malè agere, & est inducendus non compellendus ut sic accepta restituat, nec tanquā usurarius est puniēdus in foro iudiciali, sed quoad deū reuera usurarius ē, & tenetur restituere sic accepta, & sic intētio cum affectu facit usurariū ut in d. c. Consuluit, & 14. q. 3. c. si ſeneraueris. Et hoc nō. Gerard. Inno. Hosti. & Goff.

Qui uoluntariè dedit usurā.

§. 3. ¶ Pro huiusmodi autem maiori declaratione sciendum quod in re quæ debet restitui tripliciter aliquis se potest habere: quia aut est uerus dominus aut hęres eius, aut solum dispensator est circa ipsam rem. In primo casu scilicet cum est uerus dominus rei ablatæ debet sibi restitui si potest. 3. q. 1. re integranda, & ferè per totam quæstionē. Et hoc nisi in iusto bello, uel iusto edicto imperiali, uel ecclesiastico ille cui res ablata est priuaretur iure rehabendi simpliciter, & ad tempus. Nam cum contingeret hoc puta quia tanquam hęreticus condemnatus est dominus rei, uel de crimine lęsæ maiestatis conuictus in quibus casibus omnia confiscantur, post sententiam super hoc nō sibi: sed fisco debēt omnia sua applicari, extra de hęre. ex communicamus. ¶ Insuper si dominus rei ablatæ non habet ad ministrationem bonorum suorum ut pupillus, debet illud reddi tutori uel curatori. In secundo uerò casu cum scilicet est legitimus hęres sibi debent ablata restitui, sed cū distinctione tali ſm. Ray. quia si hæredes sūt plęs unicuiq; ſm ꝓportionē suę hęreditariæ ꝑtis restituēdū ē. Si aūt hæres ī

Verus dns rei restituē dę.

Hęres rei restituendę.

tunc restitutio non fiet hæredi, sed illi uel illi quibus testator commisit dispensationem bonorũ suorũ. Si uerò defunctus in morte omnia bona sua legauit pauperibus, & pijs locis, quibus illa legata sunt acquiritur ius in bonis defuncti præsentibus, & futuris unde eis dẽt restitui. In tertio casu cũ. s. est dispensator rerũ vt episcopi, & alij ecclesiarum prælati, & gubernatores hospitalium: distinguẽdũ, quia cum dant aliqua alijs aut dant de bonis suis proprijs, i. patrimonialibus vel per industriã acquisitis, s. scripturæ. doctrinę, & huiusmodi & de huiusmodi dando, quiquscunq; etiã malis, ut meretricibus, & histrionibus quamuis grauiter peccẽt, vt illud di. 86. c. tonare. Tñ non tenentur ad restõnẽ, nec illi qui hmõi recipiunt ab eis ꝺm Raymundum, & Guil. Aut dãt de fructibus ecclesiarum suarum, & locorum piorum ad mensam eorũ se usum specialiter deputatis, & tũc ẽt malè utẽdo, & dãdo malè faciunt, non tamen tenent ad restõnẽ, ipsi nec illi, qui recipiũt ab eis: nisi reciperẽt ꝑ extorsiones, fraudes, & uiolẽtias. Gui. Aut dãt bonis ecclesiæ deputatis ad cultũ diuinũ, vel capitulo distribuẽdis, aut pauperibus erogandis spiritualiter, vel etiamcum simpliciter committunt suæ dispensationi sine distinctione sibi deputatorum ad vitam ab alijs. Et tũc si dant causã necessitatis seu eleęmosynæ, bene faciunt necipsi tenent nec qui recipiũt ad restituendum, nisi darent de his, quæ sunt distincte deputatæ clericis, quia tunc teneretur eis de eo quod abstulerunt ab eis: quia non est ꝺanda eleęmosyna de alieno. 14. q. 5. Neque. Si dant personis honestis pro patrocinio, & labore quem impendũt ecclesijs ẽt laudabiliter faciunt, & hoc secũm quãtitatem laboris, & industriæ. Ecclesiasticis. n. utilitatibus deseruientem ecclesiastica oportet remuneratione gaudere. 12. q. 2. quicunq;. Nec ergo ꝓlati dãtes nec recipientes pro hmõi tenẽtur in aliquo restituere, sed si dãt ratione parentelę cum tamen non indigeant, vel causa fauoris humani erga principes, nisi facerẽt ad redimendam uexationem suam quo ad tyrãnos, vel similes, vel ꝺant causã turpitudinis, meretricibus, & huiusmodi, tenent ad restituendum quod sic malè dederunt, non q dẽ de bonis ecclesiæ: sed de suis patrimonialib. si hñt, vel per industriã acquisitis. Illi ẽt qui sic talia quæ alijs debebantur male accipiũt, dẽnt restituere: nisi ipę q dedit satisfecisset. Hæc Th. ubi supra. Debẽt ãt dare uel successori eius, qui dedit, uel in utilitatem ecclesiæ conuertere cũ licẽtia superioris, uel pauperibus erogare si illa pauperib. debebãtur. Qui autem recipiũt à religiosis propter iustã causam vel sine licentia superioris debent restituere prælato ipsius monasterijs, vel conuentui, vel alias i utilitatẽ ecclesiæ, & monasterij expendere præcipue si ipse prælatus fuit qui malè dedit. In omni autem casu ex supradictis debet ita fieri, quod peccatũ cum est occultum non manifestetur, & ita quod nõ sequatur maius scandalum, ar. di. 13. Duo. Qui autem tenentur alicui ecclesiæ uel loco pio debet id dare gubernatori seu rectori ecclesiæ uel illius loci: nisi ille rector non haberet iustum titulum, sed usurpatum uel probabiliter credatur malè usurarum, tũc enim posset in utilitatem illius loci conuerti, uel successori reseruare.

Diſpenſator rei reſtituẽ dæ.

¶ *Cur ſienda ſit reſtitutio.* Cap. 6.

QVantum ad sextum scilicet cur sit fienda restitutio. Ad hoc B. Tho. se. se. q. 62. assignat rõnẽ uidelicet, quia restitutio est actus iustitiæ ad iustitiam autem habẽdam, & exercẽdam quilibet tenetur. Consistit autẽ iustitia in quadam æqualitate quæ tollit ꝑ vsurpationẽ, & detentionẽ rei alienæ, & recõpensari nõ ꝓt nisi per iterratam dationẽ seu assignationẽ rei ei cui⁹ erat si ꝓt, & ió tenet restituẽ. ¶ Sed no. q. sic qlibet qui est sui iuris ꝓt donare rẽ suam ita põt ẽt remittere rem sibi debitam gratis, & relaxare suo debitori. Quę remissio siue donatio libere facta sine fraude & coactione postquam facta ẽ ex pña nõ reuocatur, vt dicit Ray. ar. 7. q. 1. quã periculosum. ¶ Sed sciẽdũ, q. illi, qui ponunt se in manibus creditorũ pro promittẽdo seu offerendo se ad dãdũ, q. peterent, rogãtes tñ ut totũ uel partẽ dimittant, sed nõ intẽdunt restituere imo speraut, q. pro modico quietabuntur, aliàs se ñ ponerẽt in manib. eorũ: a pctõ quidẽ rapinæ usuræ, & hmõi, uel alterius malæ usurpatiõis ñ sunt absoluti, q. a pcñ ꝑ pñam, & cõfessionẽ dimittit quã illi uera non hñt. ¶ Sed utrũ sint absoluti à debito, uel obligatione restituẽdi, distinguendũ ꝺm Ægid. ord. here. in quolibet, quia si creditor propria uoluntate, & liberalitate dimisit, & donauit nõ curans quicquid debitor intẽderet non tenetur ipse debitor amplius restituere si hoc ei clare cõstat. Secus ãt si creditor deceptus uel coactus uel desperatus, i. quia nũquã ęstimãbat se ab eo illud debitum posse hre, uel non posse hre totũ, & ideò potius uoluit hre ptẽ quã nil dubitans ne nihil haberet si totum uellet. Talis enim remissio nõ ualet, & adhuc obligatur ad restituẽdũ. Sed qa hæc matetia

Adde quod reſtitutio ẽ actus iuſtitiæ doct. in tert. de reſtitu. Spoli.

multum utilis est, & necessaria sciri, & in frequenti practica ideò seriosius & plenius tractanda. & quid sentiãt doctores in hoc referẽdũ. ¶ Cum ergo quæritur utrũ usurario uel cuicunque alteri, qui habet aliena sufficiat in foro conscientiæ remissio sibi facta ab his a quibus extorsit usuras, uel alia malè ablata. uel hæredibus eorũ si illi nõ uiuunt? Respõdetur diuersimodè a diuersis ut patet i §. se. Gerardus de Sen. ordi. hære. asserit q̃ habẽs malè ablata. nisi reddat aut sufficiẽrem faciat cautionem nõ potest liberari a sua obligatione per alium modum cum potest aliquo modo restituere. Nec enim potest deobligari. Primo non p̃ uiam remissionis. Secundo nec per uiam satisfactionis. Tertio nec per uiam libetationis. Quarto nec per uiam translationis. Quinto non per uiam donationis. Sextò non per uiam renunciationis. Septimo non per uiam conuenientiæ & discretionis. Inducit ad hęc has rationes quę non uidẽtur multum urgere: sed sine multa difficultate soluit possunt pereos qui tenent & absque actuali restitutione põt tolli obligatio malè ablatorum ab eo, cui obligatur per quamlibet horũ modorum dũmodo nil fiat per fraudem, uel metum, uel per desperationem. s. non rehabẽdo: sed libere, spõtè gratis & scienter. Si enim fraudulenter uel coactè fieret talis deobligatio locum habet q̃ dicit & nõ aliter. ¶ Quod nõ possit tolli talis obligatio per uiam remissiõis nisi restituat. probat sic. Nullus remissionis est capax nisi a peccato prius desistat, sed habens rem malè oblatam quandiu remanet obligatus ad reddendum. non dicitur desistere a peccato, ergo non est capax remissionis, & per consequens obligatio talis tolli nõ potest per uiam remissionis, ad q̃ facit regula peccatum de reg. iur. lib. 6. Restitutio enim per quam obligatio tollitur est p̃uia remissioni, unde non uidetur remissio fieri, nisi per restitutionem prius tollatur obligatio. Sed ad hoc respondetur. Maior dupliciter intelligi potest. Vno modo ut intelligatur de remissione debiti rei ablatæ & sic uidetur falsa. Nã potest alicui remitti debitum si uult creditor libere, & spontè quamuis ille debitor non intendat dare, & non sibi amplius obligabitur secundum Egidium. Secundo modo ut intelligatur de remissione peccati, & tunc est uera, sed minor falsa. Nam habens mala ablata si non potest restituere ullo modo remanet obligatus ad restituẽdum cum poterit, ut extra de solu. c. Odoardus. Et tamen desistit a peccato si pœnitet & proponit restituere in futurum; sed & si potest restituere sed malè, & hoc intendit facere si creditor non remittat: talis etiam remanet obligatus ad restituẽdum, & tamen desistit a peccato pœnitendo. Et quod subdit ex regula Aug. Peccatũ. de reg. iur. li. 6. quia restitutio est præuia remissioni. uerũ est nõ solum de restitutione actuali, sed etiam mẽtali, & in proposito & in æquiualenti. ¶ Quod autem non tollatur per uiã satisfactionis probat sic. satisfacere est peccatorum causas excidere, & eorum suggestioni bus aditum nõ indulgere. de pœ. di. 3. satisfactio. Cum ergo ablatio & detentio rei alienę sit causa peccati nisiipsa causa peccati excidatur, q̃ fit per oppositum suum. s. restitutionẽ ergo nisi restituatur nõ uidetur posse satisfacere quantumcũque acceptet creditor. Insu per cum per satisfactionem non solum reparetur amititia: sed etiam æqualitas iustitiæ quæ ablata erat per usurpationem, & detentionem, & alienationem alienorũ nisi tollatur causa iniustitiæ & inæqualitatis, quæ fit p̃ restõnẽ subtractorũ dũ creditori reddit, q̃ minus habebat, quã debebat ab eo usurpatore, qui plus habebat quã debebat nõ reparabitur iustitiæ æqualitas, & sic non fiet satisfactio, nisi reddat ablata, satisfactio. n. fieri debet per ipsum debitorẽ, qui uiolauit iustitiã usurpãdo aliena nõ per creditorẽ. Ad hoc p̃t rñderi q̃ utique peccati cã excidi non p̃t nisi p̃ restõnẽ: sed restõ fieri potest ,nõ solũ actu. sed ẽt mẽte & ,ppõsito aliàs qui nõ põt restituere cũ nihil habeat, sequeretur q̃ nõ pẽsset satisfacere ,p̃ peccatis q̃ est falsum. Similiter ẽt qualitas iustitiæ reparari põt nõ solũ per actualẽ restõne, sed ẽt per aliũ modũ per quẽ sibi creditor uel iniuriã passus reputat sibi satisfactũ. Fit quoque i huiusmodi remissione satisfactio per debitorẽ qui uiolauit iustitiã dũ habet aũum paratũ, & se offert ad restituẽ dũ si nõ remittit. ¶ Tertio probat q̃ nõ tollatur p̃ uiã liberatiõis. sic Christ. dicit extra de re. iu. Ois res per quascũq; cãs nascit, per eas dẽ dissoluit̃, sed obligatio talis iniustię detentoris nascitur per eius solã deprauatã intẽtionẽ & uoluntatẽ. s. rapiendo, uel retinẽdo alię nã rẽ, ergo dissolui nõ poterit, nisi per uolũtatẽ, sed rectificatam. s. in restituẽdo ablata. Et sic uidetur q̃ non sufficiat uoluntas eius cui fieri debet restitutio ad tollẽdã obligationẽ cum non fuerit cã ipsius. Ad q̃ rñderi põt q̃ uolũtas depraũata usurpatoris rectificari p̃t non solũ per actualẽ restitutionem: sed p̃ intentionem uoluntariam restituendi si ille spontè uoluerit remittere. Et sic non solum uoluntas

Prima non per uiam remissionis.

Secũda non per satisfactionẽ.

Nõ per liberationem.

voluntas creditoris, sed & debitoris volũtas quæ causa fuit obligationis concurrit ad liberandum obligatorem dum se offert ad satisfaciendum creditori ad placitum. Quantum ad quartum. s. per uiam translationis & acquisitionis dominij, probat q̃ non possit tolli obligatio sic, præsuppositio q̃ in usura nõ transferatur dominium secundum quosdam, tunc assumitur talis regula. Nullus potest in re detinẽda iustus titulus aduenire: nisi prius iniustus titulus auferatur. Nam iniustus titu. auferri non potest absque hoc quod iustus tit. acquiratur & econuerso. Et idcirco erit alio actio per quam iniustus titulus tollitur, & p̃ quod iustus ti. acquiritur nulli ergo aduenire poterit iustus titulus per aliquam actionem, nisi ei auferatur iniustus titulus per alia actionẽ, sed illi qui acquirit dominium in re detinenda aduenit iustus titulus per dominij acquisitionem, ergo si prius habuit iniustum titulum per rei alienæ usurpationem & detentionem oportet quod dictus titulus iniustus auferatur per eiusdem rei restitutionẽ ante dominij acquisitionẽ, & sic non est capax dominij ante restitutionẽ. Et multo fortius in furtis & rapinis in quib. secundum oẽs non trãsfert dñium. Sed ad hoc respondetur q̃ vt dictum est restitutio per quã aufertur iniustus titulus in foro cõsciẽtiæ fieri potest nõ solum manualiter: sed ẽt mentaliter: dum s. est parãtus realiter reddere si non vult dimittere, & sic ablato iniusto titulo per spontaneam & liberam remissionem creditoris acquiritur dominium. ¶ Quinto quod non possit tolli per viam donationis probat sic per has propositiones. Ille cui restitutio fieri debet, donare non potest priusquam sit restitut⁹, & ipse iniuste detinẽs aliena restituat ablata certificari non potest, de tali donatione utrum sit uera donatio, primam sic probat. Donatio nisi sit libera non est donatio uera, ut ff. de adimen. lega. l. rem legatam, & istæ autẽ qui taliter donat scilicet antequam sit restitutus non liberè donat, quia non liberè illud habet cum non actualiter illud habeat. Et si dicatur quòd restituendus liberè potest habere, & per consequẽs & donare liberè potest, quia detentor bonorum suorum paratus est reddere, talis instantia nihil ualet, quia restituenda certificari non potest, quod talis habens sua malè ablata fit paratus ad ea restituendum: nisi ea statim cum potest reddat, vel pro eis reddendis sufficiẽtem faciat cautionem, quòd pertinet ad secundam ptopositionem. Nam si uideantur aliqua signa quibus paratum se ostendant ad satisfaciendum non probantur esse sufficientiam cum illis uel possit ita qui non habet intentionem restituendi sicut ille qui habet. Et talis alienorum detentor iniustus cui donatio fit ante restitutionem, non potest eam ut ueram donationem acceptare cum bona conscientia. Ad quod respondetur quod non solum donari possunt res habitæ, sed iura, & actiones, & quę sperantur haberi, nec p̃terea potest dici nõ esse donatio libera, quia res non actu habetur. Et cum negotium agatur, & discutiatur secundum forum conscientię ubi credendum est cuilibet per se, & etiã contra se, & nemo sic arbitrandus immemor suæ salutis, vt dicitur. 1. q. 7. c. sancimus. Ex quo debitor offert se paratum ad restituendum si uult, rogat tamen ut donet non coactus, non deceptus: sed spontaneus, potest sibi persuadere, & credere liberè donasse, præcipue cũ nõ ęgeat multum. Nec præsumitur quis de facili iactare sua, & donare. ¶ Sexto q̃ non possit tolli per uiam renuntiationis probat sic. Vbi renuntiatio non habet locũ, obligatio tolli non potest per uiam renuntiationis, sed antequam fiat malè ablatorum restitutio nõ põt ille cui fieri debet restitutio renunciare. ergo nõ potest tolli obligatio detinentis iniustè aliena per viã renũciationis. Maior est nota. Minor probatur. Nam renunciatio illa quæ fit a spoliato antequã restituatur ipsa, decernit nulla eé sicut. 3. q. 1. episcopis, & extra de rest. spo. c. solicitate. Et hoc iõ quia non præsumitur liberè fieri, quia nõ est uerisimile q̃ spontè iuri suo renunciauerit, q renunciat spoliatus. Sic in proposito vt dicẽdũ q̃ renũciãs creditor nõ restitut⁹, non vt spõte renũciare, sed vt coact⁹ & hmõi. Ad qđ rñdet q̃ ea q̃ cõtinent in dictis c. hñt locũ in foro cõtentioso ubi procedit p̃ p̃sumptionẽ; sed in foro cõsciæ ẽt spoliat⁹ põt renũciare iuri suo ut i ꝓposito. Proptera coip̃o q̃ offert se ei ad restõnẽ si uult restitui eum iuri suo. ¶ Septimo q̃ ñ possit tolli p̃ viã cõueniẽtiæ, ant discretionis, ꝓbat sic. Suppositio dicto rõæ pctũ li. 6. Obligatio illa qua iniustus detẽtor alienorũ ẽ obligat⁹ ad restituẽdũ, necessariũ ẽ q̃ tollat p̃ viã restõni, uel aliã uiã ęq̃pollẽtẽ. Et q̃rẽdo q̃ sit via ęquipollẽs restõni, si dicaẽ q̃ sit uia remissionis, uel donationis seq̃t inter alia istud incõueniẽs: qđ p̃t dici restõ, & tũ i possessiõe minime posit⁹, qđ patet eé falsũ p̃ qđ hr̃. ff. de verb. sign. l. pl⁹ ẽ. Dr̃. n. ibi qđ restituere ẽ nõ solũ põtiã rei ꝑbere, sed et possessoré facere, fructusq̃; reddere: quo p̃

Non p̃ translationem.

Non p̃ donatiõnem.

Nec per renũtiationem.

Nõ per cõueniẽtiam.

Restitutio q̃d.

pter nullus pōt dici restituti nisi possessione fuerit cōstitutus. Si ergo remissio quæ fit ante restōnē ꝙuipolleat restōni ipsi, sequit hoc incōueniens, quod etiam non positus in possessione dicet restitutus. Sed ad hoc rñdetur qđ in foro cōsciæ ab Augu. non sumitur ita stricte restō sicut i foro cōtētioso ſm iura. Nā qūocūq; impleatur voluntas creditoris à debitore dr restō facta. Et cū quis cedit bonis ét anteq̄ ponat eos i possessionē restituit quo ad cōsciam. Qđ ergo dicit ꝓfatus Gerardus. ſ. ꝙ non sufficit remissio, nec pōt liberari, nisi restituat si potest vī habere locum, qñ remissio fieret non liberè, & sincerè, sed remittens induceretur ad hoc uel fraude, uel timore, seu desperatione, scilicet nil inde cōsequendi. Hanc eandem. q. formans Lau. de Ridul. in tract. de usu. prius recitat opin. doc. Dicit ergo gl. in secunda regula peccatū. tenet quod sic. Sed Dinus ibidē cōtra. ſ. quod non sufficit nisi pecunia sit parata restōni. Quorundam verò theologorū opi. fuit quod ét non sufficit, quod res sit parata restōni, sed oportet quod offeratur. Io. An. ibidē super glo. demum assumit uiam mediam dicēs, quod aut gerit in mēte vsurarius restituere, & tunc remissio sufficit, aut non & tunc sec⁹. ¶ Sed Fęd. de Se. in opere suo firmat indistincte opi. glo. supradictæ sic dicēs. Si is cui restituti dnt pecunię uel malè ablata, non coact⁹, uel deceptus, non circumuentus, & omni dolo, vi, & calliditate, & metu, cessantibus etiā præcibus, uel seruitiorum exhibitione inductus, pecuniam sibi debitam non oblatam, nec restitutionem paratam usurario dimittat liberatus est usurarius a restitutione, non tamen à peccato quod contraxit exercendo usuras nisi & de illo peccato pœnitentiā agat. Potest ét dici, quod plus est quod si vsurario pseuerante in crimine, & non dispositio ad aliquā restitutionem is qui debet recipere vsuras remittat illas proprio motu, vel pd petitionem vsurarij liberatus est usurarius à restōne rei, & si nō à peccato: quia de hoc oportet satisfacere Deo per pœnitētiā. Hęc ille. ¶ Hāc opi. firmare vī Host. in sum. & Arch. de usu. in c. q̄q̄. l. 6. super uerbo satisfactū dicēs. Satisfactū accipim⁹ qūocūq; uolūtati creditoris satisfiat. ¶ Itē Lap⁹ de Ca. idē Gof. & Guil. demū inde Lau. sic cōcludit ut tollatur oīno oīs dubitatio an sit uel non sit liber aīus remittētis, & per cōseqūns clara cōscia usurarij, & ut facilius inducātur homes ad cōtritionē, & de cętero à talib. abstineāt cautū ē prædicare qđ nō sufficit remissio facta quāuis se disponat ad satisfaciēdū si non remitteret creditor, & cautius ꝙ oportet quod pecunia sit restituti ni parata, & cautissimè quod offeratur pecunia, vel quod plus est, quod ponatur in manibus creditoris. Sed de iure etiam in foro conscientię puto illā glo. cuius opi. sequitur Fęde. (ut dictū est) uerissimā & ad hoc inducit ipsæ Fęd. plures rationes & prima est talis. In maioribus criminibus sirut est in crimine furti uel rapinæ, uel uielentiæ re furtiua uel rapta remanente apud furem, uel raptorem de voluntate domini purgatur uitium furti uł rapinæ sine aliqua restōne, ut l. si fur. de vsur. in prin. ut. ff. de præca. l. si certe, Ergo purgatur uitium usurę remanente apud usurarium de uoluntate domini, & quod illa sint maiora crimina patet ex maioritate pœnæ sine agatur ciuiliter siue criminaliter grauius autem peccatum est, quod grauius punitur, vt 24. q. 1. non afferamus. ¶ Secunda ratio est: quia in crimine usurarum & in aliis maioribus sufficit condignam facere satisfactionem, extra de rap. c. 1. ut quis sit liberatus a peccato extra de usu. quāto. Sed satisfactum intelligitur qnomodocunque desiderīū creditoris impleatur etiā si nō soluat, ut. ff. qui satisda. cog. l. 1. ¶ Tertia ratio ē quę uidetur secundū eum insolubiliſſe. Sūt qui dam speciales casus in quibus obligatis ad restitutionē non sufficit remissio, ut de cēſi. exigit. li. 6. & ibi de hoc ergo in alijs casibus stabit regula, scilicet quod sufficet remissio. Idem tenet Pe. de Palu. in 4. di. 15. qui dicit quod obligatus restitutioni excusatur per remissionē creditoris, quia per acceptationem tollitur. Et hoc nisi sit talis persona, quæ nō habeat administrationem, uel quę nō potest dare, nec per consequens remittere, quia remittere est donare. ¶ Item quādo i iure est cautum, quod remissio non ualeat, tunc non excusat sicut in iudice delegato, qui munera & expensas recipiens uel extorquens tenet reddere nulla partium remissione sibi ꝓ futura extra de rescrip. c. statutum, li. 6. Et de uisitante iure ordinario, recipiente munus ad cuius duplum restituendum tenetur, de cens. exigit li. 6. Hæc Pe. Quod si quis obijceret regulam. Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatū, quod est uerbum Ang. Et restituere est rem in pristinum statum reponere. Vnde non uidetur sufficere remissio. Ad hoc respondet prædictus P. & Lau. post Fęd. de Senis quod Au. in ꝓdicta regula non habuit respectū ad strictā significationē uerbi, sed mēte ei⁹ q̄ uerbis ꝓferēda é, extra de ver

Prima opinio.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

bo

bo.fig.c.intelligentia.Intelligentia fuit quod si offendisti proximum tuum rapiendo,furando,vsuras extorquendo, reconcilias te cum ipso,& communiter, quia homines nō iactāt pecunias suas,sed uolunt sibi restitui res ablatas propterea Aug.se retulit ad verbum restitutionis. Et quod sic intellexit ostēdit multipliciter.Hæc ille.Quod autem dicit Lau.supra esse prædicandum non sufficere remissionem nisi fiant ea quæ dicunt diuersi,nō uidetur tutum uel cautum:nā ex tali prædicatione potest sequi ita periculum animarū sicut cautela sicut enim prædicator debet sibi cauere prædicando ea quæ habēt hoies inducere ad malū,& alleuiādo mala. Ita debet sibi cauere à prædicando scrupulosa, & ardua quando communis opi.est in contrariū, hoc enim esset inijcere laqueum animabus ꝙ fieri non debet.t.27.q.1.uiduas. Audiendo.n. talia & non seruando cum ex auditis formet sibi cōsciam, hoc sibi necessario fiendum ꝙ habuit huiusmodi remissionem,& ex difficultate nolit se ponere ad faciendum,erit in malo statu ratione cōscientiæ sibi factæ super eo in quo bene poterat transire cum bona cōscia. Præterea si prædicator in prædicatione hoc dicat.s. nō sufficere remissionem nisi &c.& postea in audiētia cōfessionis faciat cōtrariū,& dicat illi sufficere, nōne ex hoc pōt seq magnū scādalū cōtra doctrinā pdicatiōis? Ex hoc.n. poterunt hois credere sic esse de multis aliis quæ pdicatores dīnt.s. ꝙ sūt simpliciter uera: sed ad terrorē dicta, & sic picli tabit doctrina fidei. Nō uideo ēt ꝙ cū bona cōscia absq; sui magno pctō possit hoc dicere in pdicatiōe si sētiat cōtrariū,quia hoc cōiter tenēt doc.sed & teneret aliq; aliarū opi.cū ille sint scrupulosæ non debet uelle oēs inducere ad scrupulos suos. Neq; ergo pdicando dicat,ꝙ sufficit remissio, ne inducat occasionē mali,& aperiatur uia usuris, neq; dicat ꝙ non sufficit,ne dicat mēdaciū vel scrupulos, laqueos injciat auditoribus, sed dicat ꝙ dicit Au.ꝙ oportet ꝙ restituat si pt.14.q.6. c. si res.Et in restōne includitur remissio.¶ Sed quid si post remissionē libere factā uere usurario,ipsæ usurarius mādat in testō suo reddi usuras, nūquid ꝙ semel remisū est dēt restituti his quib.tenebāt prius? Dicēdū sm Fed. ꝙ in hoc distinguēdū ē, qa aut talis testator locutus ē ꝙ uerba transferentia se ad factum ut puta,quia iubet usuras restitui his quibus debebat eas restituere, & qu ꝙbarēt eas sol uisse,& tūc non obstante remissione tenebitur satisfacere hæres & hoc casu loquitur c. ad nostram de iurei. Aut loquitur per verba transferentia se ad ius non ad factū, ut puta quia iubet ea restitui quib. debet & tunc secus dicendum est,hæc ille.Ité sciēdum est ꝙ cū alicui fit remissio liberē & sine fraude nō tenetur talis illud ꝙ sibi remissum est pauperibus dare, sibi enim acquiritur illud ius seu debitum nō pauperibus, sicut nec ꝙs tenetur pauperib⁹ dare quod sibi donatum est.Host. in sum.ti.de usu.dicit ꝙ si fœnarator partē pecuniæ fenebris restituat ei à quo habuerat vī hęredi suo,& de uolūtate ei⁹ partē retineat. Dicūt theologi indistinctē ꝙ nō est liberat⁹ nisi totū offerat.Tu dicas quod si ex pacto fit est liberatus extra de sym.c.uenies.Si autem usurarius partē liberaliter, & sine pacto soluat & offerat, & de aliena parte misericordiam petat,& creditor ei liberaliter dimittat liberatus est debitor nec ulterius ad restitutionē tenetur sicut nec tenetur si gratis accepisset gratis oblatum secundum Gof. tñ bonus index hoc ex certis coniecturis modum sui animi informabit. Nā si creditor est pauper,& mops & usurarius est diues & potēs, non præsumo ꝙ creditor ipsum usurarium spōte ex corde liberet,sed hoc faciat quia ultra recuperar nō pt, ut illud tātillū qđ offert recuperet,& non amitteret. Si uero creditor sit diues,& potēs qui ēt consueuit mimis,& iocularibus tantumdem de suo donare, uel plus frequenter præsumi pt ꝙ ex corde hoc faciat.hæc ille.¶ Ité nota sm quosdā,ꝙ quinque sunt modi satisfaciendi. Primꝰ modus est cum pecunia libere offertur.Secūdus modus est cū pecun ā nō habet & offert pignora.Tertius e t cum nec pecuniā habet nec pignora congruentia,facit tamen instrm ut hæres cōpellatur ad restōnē,& ēt ipsemet.Quartus modus est cū mediante sacerdote, uel aliquo religioso sit uoluntaria, & libera concordia,istæ tamē modus semper debet ostēdere creditori uelle & posse liberum debitoris. Quintus modꝰ ē cū cōsensu, & misericordia creditoris ponit debitor aliquā possessionē i manus alicuius honesti uiri ex cuius fructib⁹ soluātur per tps debita:deide possessio ad hęredes trāsit, & reuertat: uel ita dēt ꝓmanere ꝓ incertis.Hæc ibi.¶ Ité Arch.in Rosa.14 q.5.Nō sane.dicit ꝙ Host.dicebat ꝙ i his qb⁹ ē peccatū mortale sm legē diuinā, vt i furto uel rapina:dispensare nō pōt epūs imo nec ēt Papa,ut aliqui dicūt quominus pniam agat, & testō fiat si pt. extra de vsu. cū tu. In his uero in quibus est peccatum mortale sm ius positiuū,& cū epīs sine inferioribꝰ Papa interdicta

Soluto arg. notanda.

Adđ qđ rapiens aliquis si tandem datū fuit nō tenetur Bar. Bald. ff. de solu.

Quinq; modi satisfaciendi.

De dispensatione restituendorum.

verdicta est dispensatio: nullus dispẽsare vel dilationẽ præstare potest nisi solus papa. 3. q.1. Reintegranda, vel hi quibus specialiter commisserit. Si uero non est interdicto posterit. Hæc ibi. ¶ Sed quod dicitur papam non posse dispensare in his restitutionibus, vbi est peccatum mortale perpetratum in vsurpatione contra legem diuinam facta, vt furto, rapina, vsura, & huiusmodi quominus restitutio fiat si potest, videtur intelligendum quo ad restõnem certorum cum. s. sciuntur personæ uel quo ad incertæ cum dispensaret absque causa rationabili, uel saltem dubia pro libito uoluntatis, non enim potest tollere quæ sũt propria hominum. & dare aliis sine causa, sed cum cã rationabili potest, puta per modũ pœnæ ut cũ aufferret imperium uel regnum alicui propter demerita suæ: quia esset inimicus ecclesiæ vel hæreticus, uel schismaticus, nec se uellet corrigere, uel cum faceret mouere bellum contra aliquem dominum, uel ciuitatem persequentem ecclesiam, uel sanẽ tem hæreticis, uel detinentem bona ecclesiæ & traderet aliis dignitatem iura & bona illorũ sicut factũ est pluries, nec papa põt cũ bona conscia quæ pauperibus dẽntur dispensare, & dare diuitibus sine rõnabili cã. Sed cum cã rõnabili põt talibus obligatis remittere, seu ut pauperib⁹ dare ea quæ acquisierũt p furta, rapinas, & usuras cũ sint incerta super oẽs alios cũ sit supmus & uniuersalis pr̃ pauperũ magis q̃ epi qui in hmõi dispensare solẽt, vt 83. dist. c. eps. Qui ẽt habet plenitudinẽ ptãtis in dispẽsatione bonorũ ecclesiastico rũ, & plenã iurisdõnẽ in terris, ecclesiæ fortè de hmõi bonis, s. ecclesiarum, & eorũ qui habitant in terris ecclesiæ posset remittere debita ex furto, & rapina, & usura ẽt cũ sciuntur personæ sine eorum cõsẽsu ex aliqua cã rõnabili, nã quotidie hoc fit ut iura unius ecclesię & fructus auferat & det alteri q̃ curato illi⁹ ecclesiæ cũ cã tñ (ut creditˇ) rõnabili. Et sic multò magis põt in hmõi dare dilationẽ, q.a plus est dimittere debitũ, q̃ dilationẽ dare ad soluẽdũ. ¶ Quæritˇ ẽt utrũ sup ic certis cũ epo q est pr̃ pauperũ, possit fieri cõpositio uel trã factio? Rñdet Lau. de Ridol. Sciẽdũ, q Pau. in cle. 2. de pę. & re. hũc passũ examinat, & finaliter determinat q nõ p illũ tex. & p c. licet de of. ui. lib. 6. vult enim sine mãdato apostolico id facere nequeãt epi nisi cõponerẽt de tãta q̃titate, q̃ta est illa ad q̃ ascẽdũt, & nõ ɗ minori. Contrariũ seruãt, licet facta cõputatione feratur demũ suia taxatiua ipsorum in certorũ. Et si uera sũt quæ dicit Pa. q uĩ de iure, nec vñ cõtraria cõsuetudo ualere multorum animæ illaquearentur tex. tñ illi uidere meo nõ ꝓbãt ita clarè, unde fortè posset rñderi, q nõ est credẽdũ qđ pp̃ q pfecit epos pres pauperũ indistincte, nõ concessisset eis i spẽ q ex cã posset cũ talibus trãsigere. Et isti habẽt maiorẽ ptãtẽ, quã illi qbus libera administratio est cõcessa, itẽ nõ simpliciter donãt. Itẽ papa scit talẽ cõsuetudinẽ, & diu tolerauit. Fiũt tñ taxationes p sniam. Hæc Lau. Fortè posset dici q quo ad ecclesiã militãtẽ ualet dictũ Lau. & ẽt quo ad Deũ, & ecclesiã triumphantẽ, cũ ex cã rõnabili facit cõpositionẽ de minori q̃titate quã sint incerta, puta qa residuũ dimittit ei ut pauperi, cũ alias nõ posset uiuere sine indecẽtia sui status multum notabili. Sed ubi absq; hac cã eps scienter cõponat de minori quãtitate notabiliter ualet dictum Pau. in foro dei. Nõ enim credẽdũ est Papam feciſſe epos dispensatores bonorũ pauperũ, ut posset p libito uoluntatis remittere, uel cõponere super incertis, ut his homines postmodũ pomposè uiuãt. Nec ipę papa põt cũ bona conscientia absque aliqua causa rationabili facere hmõi taxationes longè minus quã sit debitum incertorũ & residuũ illius scienter debitoribus dare cũ eis plenè & benè possint restituere. Secus autẽ cũ dubitatur utrũ restituere possit debitor pro incertis. Nã in dubio semper interpretãdum est factum Papę permaximè in bonũ, ut dist. 40. Non nos, cũ glo. Papa enim & si habeat plenitudinẽ potestatis errare potest ut homo. Et inter cætera suæ ptãtis, nõ auferˇ si bi ista communis hoium conditio, quin possit peccare mortaliter, & deseẽdere ad inferos, & grauius cæteris puniendus si deliquerit ut dicitur dist. 40 si papa in glo. Insuper cũ restitutio certorũ debeat præcedere restitutionem incertorũ q epi circa usurarios publicos ut licentient ad sacraméta ecclesiæ & sepulturã prius componãt super certã quantitatẽ pro incertis quam sibi solẽt imbursare magisq̃ pauperibus dare, & de certis non prouideant sufficienter ut reddatur integraliter, minus benè faciunt. Quinimo si nõ sufficerent bona, quæ remanẽt usurarijs uel hæredibus eorũ, tenentur qui acceperunt pro incertis contribuere pro restitutione certorum, aliàs fures sunt & latrones auferentes quæ debentur certis personis, extra de usu. cũ tu. 14. q.6. si res, sed consuetudo in hoc nõ excusat quæ potius diceñda est corruptela, quia cõtra ius diuinum, dist. 8. quę cõtra mores. 30. q.7. flagitia.

Super incertis utrum positfieri cõpositio.

¶ De

¶ *De modo & ordine restituendi. Cap. 7.*

Priꝰ sũt restituẽda certa.

QVantum ad septimum de modo restituẽdi seu ordine. Circa quod cõsiderãda sunt tria. Primũ est quod restitõ certorũ præponenda est restitutioni incertorũ. Scien dum igitur quòd certa omnia obligata restitutioni. i. cum sciũt personæ quibus facenda est prius integraliter soluenda sunt quam restituantur incerta quando scilicet scitur uel dubitatur bona restituentis nõ sufficere ad utrũque. Nam tunc restituenda sunt plene prius & integraliter certa, & hoc triplici ratione.

¶ Primo ratione successionis.

¶ Secundo ratione obligationis.

¶ Tertio ratione similitudinis.

Quantum igitur ad primam rationẽ .s. successionis, aduertendũ diligenter, quod nõ succedit in pauperibus ipsę Christus nisi quando nõ reperiũtur personæ certę quibus restitui debent certa, ut quasi per substitutionẽ succedere uideatur, ac si diceret testator dimitto meos hæredes tales & tales quibꝰ debeo, uel etiam si non debeo, sed si eos nõ reperiri cõtingat substituo mihi Christum cum pauperibus. Quantum ad secundam rationem. s. obligationis probatur hoc sic. Nam pauperibus non tenentur hæredes dare, scilicet ꝓ restitutione incertorum, nisi unica ratione. s. in foro dei, Sed creditoribus certis tenentur duplici ratione scilicet in foro dei, & in foro mundi, quia hæredes possunt a creditoribus in iudicio conueniri. Quantũ ad tertiam rationem s. similitudinis probatur idem a simili de noto simplici, & solemni. Nam uotũ simplex nõ ita obligat sicut id quod est solemne. Nã simplex obligat quoad deũ, solemne quo ad deũ & forum, unde & simplex uotum impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit cõtractum. Solemne autem & impedit & contractum dirimit, ut patet di. 27. per totum. Et ratio huius est: quia in uoto simplici est unum uinculum ligans: in solemni duplex

Nota qđ uotũ solẽne contractũ matrimonium dirimit.

¶ De restitutione uerò certorum sciendũ est quòd restitutio etiam fieri debet cum quodam ordine. Pro cuius declaratione notandum quòd secundum simplicem uoluntatem creditoris contingit debitorẽ habere substantiam eius.

¶ Et prima est uiolentata.

¶ Secunda conditionata.

¶ Tertia conformata.

¶ Prima reperitur in rapina, furto, & similibus. Secunda in usura. Tertia in contractibus iustis. Et secundum hunc triplicem uoluntatis gradum, uariè prius, & posterius homo restituere obligatur. Cum igitur prima uoluntate. s. uiolentata, debitor tenetur ut puta quia abstulit ꝓ furtum, & rapinas, & huiusmodi uiolentas, talia prius restituenda sunt quam usura, & alia debita, & hoc propter tria scilicet.

Quæ ꝓ uiolẽtia sunt ablata prius sunt restituẽda.

¶ Propter offensionem.

¶ Propter ex propriationem.

¶ Propter compulsionem.

Propter offensionem quidem, nam maiori in eis infertur iniuria, quia illa penitus sunt inuoluntaria scilicet rapina, furtum, et huiusmodi. Vsura uero aliquo modo est uolũtaria scilicet uoluntate conditionata propterea đ̃ sui natura minorem iniuria sapit in proximum. Alia uero debita sine iniuria siunt, quia uolũtaria sunt, puta illud quod debetur ratione emptionis factæ alicuius rei, uel ratione mutui liciti, & huiusmodi. Et ideò rapina, & furtum prius restitui debẽt, quam ipsa usurã, & alia debita licito modo contracta, eadem ratione prius rapina, quia grauior in ea uiolentia, & iniuria quam in furto. ¶ Secundo debet talis ordo seruari propter expropriationem. Nam in rapina, & furto secundũ omnes dominium non transfertur, & ideo talia nunquam fiunt taliter possidentis, in usura uerò dominium transferri uidetur. Tertio seruandus est talis ordo propter cõpulsionem. Magis. n. debitor compellitur, & arctatur iure restituere, quæ extorsit ꝓ furtũ & rapinã quã qđ habuit ꝓ usurã. Nã ad restõnẽ usuræ compellitur diuino & ecclesiastico iure, sed ad restituẽdũ rapina arctatur in re diuino, ecclesiastico, & ciuili. Ex quibꝰ sequit quòd debitor si nõ ꝓt insolidũ restituere qđ extorsit per rapinã, & furtũ, & ẽt quod habuit ꝓ usurã, tenet ĩ solidũ restituere priꝰ quod habuit ꝓ rapinã, & furtũ, quã quod habuit per usurã, & hoc tũ rõne uolũtatis cõcurrẽtis, quia ĩ soluẽte usurã aliquo mõ uolũtas eius cõcurrit ad illã expulsionẽ usuræ. Sed expoliatus ꝓ furtũ. seu rapinã cõtra oẽm suã uolũtatẽ spoliat, tũ ẽt rõne iuris coarctãtis. Nã a iure ciuili, cõpellitur hõ ad restõnẽ rapinæ & furti insolidũ, ẽt si nõ habeat ad restituẽdũ usuras. Huius sniæ est Gerar. or. hære. Quę uidẽt rationabiliter dicta, hoc excepto. s. quod debeat priꝰ restitui rapina, furtũ, & usura quã debita licito mõ contracta. hoc. n. eẽt offerre holocausta đ̃ rapina. Sicut. n. iniustè acciperetur ab aliquo diuite ut daret elemosyna pauperi, ut dicit Au. 14. q. 5. ſ. rte. Ita ẽt iniustũ ui de eo quod iuste debetur alteri, puta honesti mutui, uel em

ptionis uel alicuius liciti contractus restituat alienum, & non facienda mala, ut ueniant bona (ut ait Apostolus ad Ro. 3.) Ad hoc arg. 14.q.5. Neque enim.

§.2. Certa prius debent restitui.

¶ Quantum ad secundam uoluntatem quę dicitur conditionata quæ.ſ. cadit in usura, dicit Alex. Lombar. quod prius tenetur restituere quę habuit per alios contractus uoluntarie factos, & huius ratio est quia in restitutione debitorum solum seruatur iustitia: sed ī ratione usuræ & malè ablatorum non solum iustitia seruatur, sed etiā iniuria deo, & proximo facta amnionetur. Et ideo restitutio usuræ p̄ferāda est. Si tamen cōtrarium seruetur: quia ſtalia debita iusta in satisfactione præponantur malè ablatis, aduertēdum quod in dupli ci casu hoc fieri potest, scilicet quādo debita sunt clarè manifesta, & restitutio malè ablatorum non sic: sed obscura sic inquirēdæ. Secūdo quādo res quæ debetur est determinata, puta. l. uel c. & male ablata indeterminata, nam clarū semper præcedit obscurū in iure, & determinata rē indeterminatam, sed illud communiter non seruatur; etiam extra prędictos duos casus, quod etiam uī rationabiliter fieri: quia indecēs uidetur usura debere restitui de re iustè alteri obligata. Nam p hoc nō tollitur iniuria facta proximo, & deo, sed additur noua quia alienum aufertur, nec enim tenetur deo, & ꝓximo ratione usuræ perpetratæ uel alterius malè ablati nisi inquantum

Adde l. impossibiliū. ff. de re.iu. & ibi Bar.

pōt de iure ar. de re.iu. Nemo ad impossibile obligatur. Si igitur ñ pōt restituere usurā nisi subtrahēdo ius altrius pro tūc excusatur a restitutione, ꝓpterea magis hoc cēt uiolentū seu cōtra uoluntatē ei⁹ cui dētur aliq d rōe iusti cōtractus. ſ. subtrahere suū creditū quā fuerit recipere usurā ab alio, ꝓpterea nō uī rōnabile ut de iusto obsequio, quod fecit ꝓximo. ſ. in mutuādo seu expectādo prætiū rei nēditę reportet incōmodū & dānū quod cō tingeret hoc seruādo cū q dedit usurā iā receperit cō modū magnū ex mutuo sibi facto, & ideò debet sibi sufficere ut usurari⁹ restituat sibi usurā cū poterit de suo, & nō de alieno, q a ſm regulā locupletari nō debet aliq s cū aliena iniuria, uel iactura de re.iu.li.6. Et

§.3. Piæ cāæ post certa debita debēt exequi, & nō ante.

hoc nisi iura cōmunia uel municipalia aliter disponerēt, q a huiusmodi seruanda sunt. Nā iure humano possessiones & alia ut propria possidentur ut patet di.8. quo iure.

¶ Tertia uolūtas quę dī cōformata, reperitur cōtractibus licitis ubi uolūtates cōtrahētiū ī simul cōformātur ¶ In restōne āt taliū aliqua prius restituēda sūt. Nā prius restitui dāt q cūque certa debita quā quęcūq; ad pias causas relicta atque donata. Cuius rō é, quia dōnatio ad pias causas, & largitio sunt ex supererogationis cōsilio, uel sunt fortè bona incerta restō āt malè ablatorū, seu aliorū debitorū certorū sunt ex obligatione & p̄cepto, prius .n. restitui dēt q̄ sunt ſm necessitatē p̄cepti quā q̄ sunt ſm supererogationē cōsilij. Huiusmodi cōcor. Arch. i.c. nō sanc. 14. q.5. Hinc ēt Ray. ait, q̄ si creditores uel legatarij simul uenerit ad hæredē primo est satisfaciēdū creditoribus, sed si uenīūt separatim, liberatur hæres solūēdo per ordinē cuilibet uenienti siue creditorum legatario, dum tñ nil in dolo uel fraude operetur. Veruntñ si legatarij prēueniunt creditores, & accipiunt: uel posteriores treditores priores & potiores in iure prævenient, creditores postmodum uenientes hæredē inquietare non debent, nisi de hæreditate remāserit ei unde possit adhuc satisfacere illis sed habēt tāquā potiores ius suum saluū cōtra legatarios qui primo acceperunt, similiter & creditores anteriores cōtra posteriores qui acceperunt primo. Idem quoq; Guil. ait & addit quod si hęres scit, uel credit hæreditatē ultra debita non extendi, siue ex contractu uel quasi nihil legatarijs debet dare. Si uerò quantitatē debitorū nescit, debet satisfacere primo creditoribus, & si legatarij prius uel simul cum creditoribus legata petant, est creditoribus potioribus primo soluēdum. Si āt de hīditate nihil remanet primo solutis debitis, legatarijs non tenetur. Si uerò hunc ordinē mutauerit hæres primo. ſ. soluendo legatarijs seu secūdarijs creditoribus a prioribus in foro cōsciæ minimè liberatur nisi hoc faciat ignoranter, reputans hīditatem, ſ. sufficere ad oia soluenda uel nescius hunc creditorem esse potiorem, his concor. Host. ¶ Item nota quod cæteris paribus seruando ē regula, qui prior est tempore potior est ī iure, de re.iu.li.6. Vbi autem sunt priuilegia paria. ſ. personarū & actionum insimul æqualiter satisfacendum est, nisi de aliquo illorum ꝓbetur quod alteri præferēdus sit, secundū legē pacti, uel scripti, seu usus approbati. Hæc aūt norati solent. C.bō. au. in po. ꝓ debito. ¶ Cū ergo mercator uel alius frāgit, uel ut uulgariter dī fallit, nō sufficiens satisfacere creditoribus ex integro uenientibus cūctis, ut sibi satisfaciatur hic ordo seruatur ſm Bal. de Perusio C. ꝓ debito, de bo.act. ind. po. ¶ Primo debet satisfieri dñis rerū, uerbi gratia deponētibus si deposita erāt sibi facta, ut. ff. de priuile. cre di. l. fi. & l. ueteri. ¶ Secūdo satisfit mercīū nē

Ordo in restitutione cretorū.

ditori

ditori si extant merces, hoc est ipsæ merces restituuntur tanquàm singulariter pro præcio obligatæ. Si aũt plus ualeret illud plus reddi tur ad commodum creditorum, vt ff. de actio. nẽdi. l. Iulia. Si aũt ipsę merces non extant sed vẽditæ sunt, & loco earum aliæ subrogatę tales subrogatæ nõ reddunt loco earũ, quia non sunt pro prętio obligatæ ut, ff. de in rẽ uerso. l. quidam. Huius ratio assignat, quia prætium ex re illa redactum, obligatum non erat, ergo nec etiam res, quæ emit, vt habetur extra eo. Idem quoque in permutatione dicendum est quia ubi species in obligatione est, non succedit loco alterius altera, ut notatur, ff. de uerb. sig. l. Labeo. ¶ Tertio cæteris paribus præfert uxor quia apothecam censet hic, & ideò præfert ne dum prætendentibus personalem obligationẽ, sed ét prętendentibus tacita hipothecam ut. l. assiduus. C. qui po. in pi. ha. Non tñ præfert creditoribus habentibus anteriores hypothecas, & expręssas. Fiscus quoque simile habet priuilegium cum muliere. C. de priuil. fis. Quamuis, & de hoc ét habes extra de pig. ex litteris, in glo. quoniam. ¶ Quarto post hipothecas ueniunt deponentes scilicet si non extat depositum. ff. de po. l. Si hominem, §. fi. Hoc. n. priuilegium causæ depositi datur pp frequentiam contractuum depositorum, tñ si cut in l. prædicta patet, tali priuilegio non gaudent, qui sub nomine depositi mutuãt ad usuras, hypotheca aũt potior est, quia pertinet ad rem ipsam, ff. de pactis. Rescriptum. ¶ Quinto ueniunt simplices priuilegiati, idest habentes priuilegia personalia non realia. ¶ Sexto, & ultimo ueniunt chirographarij pro rata non obtenta prioritate cõtractuũ, quia licitum est debitori pro cumulo creditorum facere deterioręm cauſam creditorum priorum nõ dominiũ, nec hypothecam, nec priuilegium habentium vt ff. de separa. bo. l. 1. §. contrario. Et ista est ratio quare in Chyrographarijs creditoribus non attenditur tempus. Hæc ille. Verum ubi lex municipalis seu statutum ciuitatis alter disponeret, illi est standum etiam in foro conscientiæ si non sit expręsse contra Deum, qđ non est de facili iudicandum est, quia nemo arbitrandus est immemor diuini timoris, & suæ salutis. 1. q. 7. sancimus. Nisi euidenter appareat contrarium. Vnde in aliquibus ciuitatis, ut Florentiæ fallente mercatore per syndicos institutos à cõmunicare super huiusmodi, ubi non sufficiunt bona mercatoris fallentis ad plenè restituendum omnibus, satisfit unicuique pro rata secundum facultatem bonorum illius, & non prius uni quam alteri, nisi aliquibus personis priuilegiatis in hoc ut in mulieribus pro dotibus rehabendis, & huiusmodi quibus plenè satisfit antequam cuiquam aliorum. Item primo nota, quod hi qui tenentur restituere si omnino nõ possunt soluere vel restituere, sufficit contritio, & propositum restituendi, quãdo commodè poterunt. 14. quæst. 6. Si res. Quod uerum est cum nota sit paupertas, talis enim non debet excommunicari, vt dicitur extra de sol. c. Odoardus, nec aliqua pœna mulctari, ut extra de usu. cum tu. Et dicitur nota paupertas quã do cedit bonis. Ideoque tali debet consulere sacerdos si de paupertate dubitat, quod cedat bonis. Nota tamen quod non sufficit hæc cessio, ita quod non sit ei aliqua pœnitentia iniungenda, quia nec solutio, nec satisfactio plenaria sufficeret. Nam licet cessio siue solutio, quo ad satisfactionem hominum sufficiat, adhuc tamen ecclesiæ satisfactum non est, ergo iudex ecclesiasticus; s. sacerdos pro usurpatione rei alienæ iniungat sibi pœnitentiam, & in hoc offendunt plurimi peccatores delinquentes, qui putant sufficere quod satisfaciãt nec transgressionem, quam fecerunt postmodum confitetur. Hæc Hosti. in sum. ti. de pœniten. & re. ¶ Secundo nota, quod si talis postea peruenerit in pinguiorem fortunã, tenet satisfacere etiã si cedet bonis, quia per hoc nõ sunt liberat; sed talis cessio ad hoc eis prodest ne iudicati trahatur in carcerẽ, C. qui. bo. ce. po. l. qui bonis, ubi dicit, gl. quod cessio in hoc ét prodest, quia postea nõ poterũt conueniri nisi inquantum facere possunt, & sic hẽ ratione ęgeat, & propterea conueniri nõ debet: ni si sit tñ illud, q. acquisiuit quod meritò uidetur debere cõueniri Hæc in gl. Sed q. hñt restituere si cõueniantur ex maleficio si nõ sunt soluẽdo uerberandi sunt pro debito, sed si nõ conueniunt ex maleficio nõ dẽnt tales uerberari, sed sufficit, q. cedant bonis. Archid. 14. q. 6. si res. ¶ Nota tertio, quod si is qui aliena abstulit potest restituere, & nõ restituit, nõ estin statu salutis. 14. q. 5. si res. Dicit autẽ Raym. in sum quod dominus alicuius terræ tenetur restituere indebitè exacta a se uel à suis directe uel indirecte, glo. supra indirectè, ut quando denegat eis iustitiam, uel non defendit eos ut debet ut sic extorqueat aliqua. Si tali domino ex aliquibus circunstantijs appareat multum difficilis uel impossibilis talis restitutio, satis uidetur quod possit consuli huiusmodi, quod in compensatione, uel remittat eis cõiter cum eorum consensu, & libera uolũtate aliquam seruitutẽ, uel annuã præstatu-

Not. de nõ potẽtibus restituere.

Cedẽtes boni suis

Dñi terræ quo debẽt restituere.

stantiam in perpetuum, vel ad tempus, ita q̃ pleniſſimè videatur eis ſatisfactum, vel etiam faciat in remiſſionem peccatorum illorũ quibus tenetur aliquod hoſpitale, vel ſimile opus pietatis cum conſenſu tamen eorundem ſi poteſt requiri. Hæc ibi. ¶ Nota quarto quod is, qui habet aliena reſtituere, & certis perſonis ſi poteſt in totum vel in partem, ſed non cum modo ſed cum multa ſui incommoditate cõponat, uel conueniat cum ipſo leſo, uel ſpolia to amicabiliter de redditibus ſuis moderate, ita quod victus ſibi remaneat aſſignando ſibi quouſque fuerit plenariè ſatisfactum vel pau latim ſingulis annis, vel menſibus uel alijs tẽporibus emendet, quod poteſt, & hoc cum voluntate illius cui debet ſatisfacere, quod ſi nullam inuenerit miſericordiam apud eum, tunc abſque dilatione tenetur ſatisfacere vel bonis cedere, quia talis peccator ſemper eſt in mora. Hoſtien. & Raym. Sed hoc melius declarabitur in ultimo. §. ſequen. Si autem prædictus inuenit miſericordiam apud creditores ſuos facientibus ſibi dilationem, uel remiſſionem, tunc poteſt ea uti, & eſt in bono ſtatu animæ ſi tamen habet in propoſito faciendi, quod debuiſſet ſi non potuiſſet obtinere ipſam remiſſionẽ, vel dilationem. ¶ Quinto nota, quod ubi plures eſſent creditores alicuius, & debitori petenti dilationem aliqui credito res volunt dare aliqui non, ſed quod ut cedat bonis, ſtabitur in hoc maiori parti creditorum, & intellige maiorem partem ubi eſt maius, & fortius debitum, etiam ſi unus eſſet cui plus quam omnibus debeatur. Si verò par ſit debitum, ſtandum eſt maiori numero creditorum. Si verò omnia ſunt paria eligenda eſt clementior ſententia ſcilicet, quod dilatio deſ. C. de ceſſio. bon. l. fi. Rayn. ¶ Nota ultimo hic quod Io. An. ſuper c. Quamquàm de vſu. lib. 6. mouet quæſtionem. An hæres vſurarij quã do hæreditas non ſufficit omnibus debeat ſatisfacere proximo uenientibus. Guil. Durãd. & Archi. dicunt quod immo fiet eis, & alijs ſatisfactio, pro rata unumquemque contingente. ar. ſupra de teſta. c. relatum in fi. Sed dicit Ioan. An. Satis uidetur in hoc caſu haberi debere conſideratio temporis, ut ille qui prius ſoluit vſuras recipit quod ſuum eſt integraliter: & de ſingulis ſecundum regulam infra de re. iur. qui prior, cum iſtorum par ſit cauſa vt ibi dixi, & in hypoteca hoc conſideramus. C. qui po. in pi. ha. l. Sed ſi fundus, & bona vſurarij videntur eſſe hypothecata, ſupra eo. cap. cum tu. Multi autem doctores dicunt contrarium in hoc ſcilicet, quod bona vſurariorum ſint hypothecata, ut Hoſti. Archi. Fẽde. Goſfred. & ipſæ cum. Ioan. An. dicit quod de hac hypotheca non habemus tex. expreſſum.

¶ Sexto quod ubi aliquis eſt inſtitutus hæres, & non ſufficit hæreditas ad ſoluendum legata omnia, & debita, dicit Ray. quod credit in iudicio animæ ſuæ quod non teneatur niſi in quantum hæreditas ſufficit, etiam ſi non fecit inuentarium. Idem Ioan. An. & Fẽde. de Seſecus in iudicio contentioſo ſi non feciſſet nõ tenetur niſi durãte hæreditate. Diſtinguit tamen inter legata, & debita, quia debita ſine diminutione debet perſoluere durante ſcilicet adhuc hæreditate, de legatis uerò ſi tot ſunt non remaneat legitima poteſt retrahere ſuam legitimam, & iterum quartam ſecundũ quoſdã ſi fuit inſtitutus hæres. Et nota quod hæres poteſt deducere ante omnia expenſas funeris, & alias neceſſarias quas fecit cauſa hereditatis, ut in teſtamẽto, & huiuſmodi. Expenſas tamen quas feciſſet ſuperfluas ad honorem, & pompam mundi, non poſſet cum tota conſcientia trahere de ere alieno: ſed facere intelligeretur de ſuo. Pe. de Pa. in quarto. Si autem plures ſunt hæredes ad debita vel legata regulariter tenetur quilibet per hæreditaria parte. Excipiuntur quinque caſus.

¶ Primus eſt ſi aliquod opus indiuidum eſt in obligatione tunc enim quilibet tenetur in ſolidum, ff. de uerbo. obliga. in executoribus, §. 2. in glo. ponit hic exemplum, vt ſi teſtator promiſit ſe ad aliquod opus facturum, uel promiſit per ſe uel hæredem ſuum non fieri quo unius per fundum ſuum tibi ire liceat, ad hoc quilibet heredum erit obligatus inſolidum. ¶ Secundus caſus eſt ſi res quæ debet reſtitui ab uno inſolidum poſſideatur. C. de hære. uel ac. uen. l. 2. ¶ Tertius eſt in alimentis legatis quæ ex uoluntate defuncti, vel indicis uel ab uno inſolidum uel à pluribus pro partibus deſignatis petuntur, ff. de alien. l. 3. ¶ Quartus ſi teſtator ab uno hæredum legauerit creditori hæreditario compenſandi animo, tunc cui heres ille uſque ad quantitatem legationis debiti filius ſuſtinebit, ff. de lega. 2. cum ab uno. ¶ Quintus eſt in expenſis uxoris quę non tantum ſtrinxit hæres pro hę reditarijs portionibus, ſed etiam uirum proportione, quæ peruenit ad eum de dote uxoris ſuæ: ut puta ſi ad eum peruenerunt, cap. & in hæreditate ſicut cc. ipſæ uir tenebit pro tertia, & hæredes pro duabus partibus, ff. de reli & ſupra ſu. quot & l. ueluti hæc oĩa Hoſ.

¶ Quomodo debeat fieri reſtitutio uxore cõcipiente filium per adulterium, quem uir: reputat §. 4.

Non cõ mode potẽtes reſtituere.

Hæredi tas uſurarij qñ ſufficit: qualiter debeant ſatisfacere.

Hæres inſtitutus in foro conſcientię nõ tenetur niſi in quantum ad eom pertinerit.

De muliere adultera supponente partum

putat esse suum: de his quæ cõsumit ipsę filiꝰ spurius de bonis patris putatiui, & de hæreditate tota, uel parte ad eam peruenięte. Et primo uidędum est de ipsa uxore adultera quomodo teneatur & ad quid. Secũdo de ipso filio spurio si tenetur, & quomodo. Tertio de ipso uero patre qui ex adulterio talem filium habuit quomodo & ad quantum tenetur. Similis casus uidetur qui ponitur extra de pœ. & remiss. c. officij, vbi dicit. Significasti de muliere supponente sibi alienum partum quem uir eius reputans suum nutrit, & hæredem instituit. unde idem dicendum uidetur quantũ ad restitutionę de ipsa muliere, & de filio supposito, & huic fraudi dantibus opera efficacę. ¶ Et de muliere adultera, quæritur primo si debeat hoc reuelare marito? Ad quod dicendum quod aliquando non, & aliquando sic. Nam ubi immineat aliquod horum periculorum non debet reuelare marito. Primum periculum est infamię scilicet mulieris. Secundum periculum est scandali. Tertium periculum est mortis. Quartum periculum est improbabilitatis. ¶ Primum periculum est infamiæ scilicet mulieris: quia hoc taliter reuelãdo cum esset antea bonę famę seipsam pessimè diffamaret quod quidem magnum periculum est mulieri. Nã quod dicitur Prouerb. 22. scriptum est. Melius est nomen bonum quam diuitiæ multæ: licet intelligatur de uiris, tamen turpius ac periculosius in honestis infamia mulieribus ingerit notam. ¶ Secundũ est periculum scandali. scilicet uiri, & consanguineorum, atque amicorum eius, si illis hoc innotesceret malum, nam non solum apud se turbarentur ex eo: sed uix extunc possent cum ea amicitiam, & pacem, ac concordem societatem habere, immo forte maritus dimitteret eam, & non ualentes forsitam continere vtrique adulterium perpetrarent, & sic innumerabilia mala, & irrecuperabilia inter eos orirentur. ¶ Tertium est periculum mortis, s. uxoris & suæ spuriæ prolis, atque adulteri sui. Nam probabiliter timere posset quod eiꝰ maritus sine quicunque alius dum occidere alium quæreret necaretur, secũdum Scotum in quarto concurrentibus dictis tribus periculis quæ uidentur nalde probabilia, & in pluribus euenientia non debet talis mulier suo coniugi reuelare, propter bonum incertum restituende hęreditatis talibus periculis se exponere manifeste. ¶ Quarto propter periculum improbabilitatis. Nam nec uir nec filius, nec etiam publicus iudex, mulieri hoc reuelanti credere obligatur, nisi probet dicta sua per infallibilia signa, aut per uiolentas probationes siue per idoneus testes. Nam extra solo eius dicto non potest exhæredare filium talem, maxime in terris in quibus primo genita ex consuetudine in toto uel in parte succedunt. Insuper secundum Sco. ubi supra in talibus terris si pater crederet uxori suæ in hoc non posset tamen in hoc spurio auferre hæreditatem nisi in publico foro cum probaret talem, & tunc oporteret mulierem non tantum apud maritum: sed apud totam patriam diffamari, & isto præsuppositio scilicet quod non debeat reuelare ratione malorum grauiorum exinde contingentium, quo modo debeat talis mulier satisfacere dicetur, infra. Vbi tamen non imininet periculum aliud uel malum nisi infamiæ ipsius adulteræ uęl mortis suæ uidetur si præmoriatur uiro debeat ante mortem ordinare cum confessore suo uel alia persona matura quod si moriatur postea reueletur ex parte sua uiro quando scilicet ex hoc potest obuiari, ne putatiuus filius habeat hæreditatem totam uel partem. Aliquando uerò hoc marito uel alijs extra cõfessionem tenetur mulier reuelare uidelicet si hæc tria cõcurrũt simul. Primo si apud maritum & alios super hoc fortis & grauis suspicio impressa esset, & occasio dubitandi totaliter. Secundo si ex certis ac sufficientibus causis potest & debet uehementer, & ualde probabiliter credi quod nil de primis periculis supra dictis hic subsequeretur aut cresceret: sed potius minueretur. Tertio si firmiter præsumatur qđ filius boni mariti uoluntarię cedet sed si paruulus est filius cessat ista ratio, quia mittere potest maritus ad hospitale illum cũ non teneatur alere alienos, nisi in extrema necessitate cum alij desint qui prouideant, his autem tribus concurrentibus reuelari deberet & posset, sed uix ista concurrunt & rarissimè præsumendum est quod concurrant. ¶ Insuper dici posset secundum Guil. quod etiam reuelare posset si non timet maritum, uel aliud inmineret periculum. Sunt utique quidam uiri scienter uxorum adulterium sustinentes, uel etiam consentientes immo quãdoque uxores suas ad hoc arctantes, uel quia proprios filios non possunt habere, uel alia quacumq; pudęda occasione. Facta aũt notificatione antequam uir eius pro educatione talis filij expendat, uidetur deobligari à restitutione aliqua fienda, quia fecit quod in se fuit, ut damnum euitaret uiri expensarum in educando & hæreditationis quo ad alios ar. extra de iniur. & dam. dat. Si culpa. Nec tamẽ debet

Mulier supponẽs partum adulteriũ quatuor incurrit pericula.

Aliquãdo tenetur mulier reuelare.

Descięntibus uxorem adulteram.

debet manifestare adulterium propter periculum personæ & infamiæ detrimentum, & odium ad eum euitandum. Et si ante manifestationem iam aliqua consumpsisset huiusmodi patrimonii filius, tenebitur ipsa mater inquantum poterit satisfacere, si aliquid ut suum possidet. Et si magnus existens quando hoc notificat, non uellet ipsæ filius credere hoc, nec credere bonis putatiui patris, petens saltem legitimam quæ sine causis expressis à iure auferri non potest, ut legitimus filius, nec contrarium pot probari tenebitur nihilominus ipsa mulier hæredibus de portione illa ablata sibi de eo tamen quod potest & non plus, extra de reg. iur. lib. 6. nemo. Et hoc quia fuit in mora notificandi quando potuit prouideri.

¶ Sed nunquid mulier talis debet reuelare crimen suum filio spurio, & inducere eum ad dimittendum hæreditatem uero hæredi. Ad hoc dicendum secundum Scotum ubi supra quod aut filius crederet matri aut nō. Si aūt crederet non autem probabile est quod propter hoc dimitteret dictam hæreditatem. Nam paucos reperire contingit, qui ita perfecti sint, quod propter seruanda iustitiā in foro Dei dimittāt magnas possessiones, quas retinere possunt iure exteriori, & uellint spurij reputari, nec hoc mater præsumere potest nisi antea multum fuisset experta de bona uolūtate filij sui, non ergo debet se exponere certo periculo difamationis apud filium propter incertam correctionem illius. Si uero nō crederet, tunc sequeretur inde duplex malum. Primo quia ipsa difamaretur. Secundo quia ab illo hæreditas sicut antea possideretur. Si quis autem obstet quod tali filio déat reuelari, ne scilicet ignoranter copularet per matrimonium suæ sorori aut alteri suæ propinquæ seu alia faceret quæ à iure spurijs prohibita sunt. dicendum quod talis ita ignorantia dum perseuerat omnino excusat cum sit ignorantia facti. Si quando tamen factū ueniret ad lucem tale matrimonium esset dirimendum.

¶ Si tum quæratur an dato quod talis filius ex uerbis matris se spurium credat teneatur restituere bona quæ habuit à marito matris cæteris filijs alijs hæredibus prædicti mariti? Dicendum quod si hoc indubitanter credit, & rationem illud credendi habet, tenetur secundū Deum non tñ iure humano. Si tamen non habent sufficientem causam, & rationem credendi, tunc reddere non tenetur ex quo per se uel per alterum sibi daret, quod non habet sufficientem seu condignam rationē credēdi.

¶ Sūt autem inter cætera quatuor signa quæ reddunt suspectam talem matrem ita quod ei non debet de facili credi.

¶ Primum est amor.

¶ Secundum est odium.

¶ Tertium stultitia.

¶ Quartum incertitudo.

Primum est amor, ideſt prædiligit aliam prolem uiri sui. Secundum est odium uidelicet si præsumitur ipsum, uel eius uxorem odire. Tertium est stultitia: quia scilicet mulier fatua & leuis est uel pettinacis sensus. Quartū est incertitudo cum non constet eam esse uel fuisse certam quod hunc concepit de adulterio non de uiro. Non.n. hæc omni potest adulteræ esse certum. ¶ Sed quod remedium tali mulieri debet exhiberi? Dicendum quod ei secundum Sco. ubi supra triplex remedium dari potest. ¶ Primum remedium est, quod in ducat filium intrare religionem, & tamen talem, quod possit professionem suam seruare, ne scilicet incidat in Scyllam cupiens uitare Carybdim. ¶ Secundum est, quod fiat clericus: unde uideat tamen secundum Deum ecclesiastica beneficia acceptare. Et his quasi sufficientibus merito iam cōtentus dimittat hereditatē alteri fratri laico in sęculo remanēti. Si tamen per nullam persuasioné honestam cor talis filij mater flectere potest, ut hæreditatem dimittat, non uidetur quod debeat se prodere illi cum certa non sit qđ talis ab ea in persuasibile in alijs tam licitis, & honestis flecteretur ex illo, immo forte tenacius retineret ne superius putaretur, cum talem notā multum caueant male nati. ¶ Tunc demum tertium remedum addēdū est, scilicet quod salno iure humano, & absque infamia sua potest & debet de sua dote cum eam habebit in potestate, uel de parafrenalibus si habet, & cęteris bonis, & laboribus, & sudoribus suis indemnem facere uirum, & legitimam eius prolem. Obligatur enim uiro satisfacere de consumptis ab illegitimo filio, sed talis filius satisfacere non tenetur, quæ consumpsit quandiu in bona fide fuit, de hæreditate autem mulier obligatur hæredibus uiri ab intestato, ual hæredibus scriptis, uel quibus uerisimiliter creditur quod reliquisset hæreditatem, qđ si nescitur debet pauperibus erogari. Tenetur in quam secundum correspondentiam iustitiæ. Non enim dico quod teneatur ad restitutionem equiualentis hereditati, quia (ut superius dictum est) plurimū quidem differt inter habere, & propè esse, sed quia iste legitimus hæres nunquam habuit hæreditatem, licèt secūdum iustitiam fuerit propè propterea minus

Remedium mulieri exhibēdū.

quam

quam æquiualens hæreditati sibi sufficit pro hæreditate feuda. Illud autem minus determinetur secundū arbitrium boni uiri. Quod si nec hoc fieri potest tunc non obligatur, tenebitur tamē cum peruenirt ad pinguiorem fortunam extra de solu. Odoard⁹. Si uerò talis mulier nunquam habet unde restituere

De adulterio cuius est filius.

possit tunc ex impotētia excusatur si habeat satisfaciendi propositum. 14. q. 6. si res. ¶ De adultero autem cuius est filius, dicendum uidetur quod si scit uel credit uerisimiliter illum esse suum ubi mater ipsa satisfacere non ualeat, uidetur quod teneatur de expensis educationis patri putatiuo, q a causam efficacē dedit tali damno, extra de iniu. & dam. da. si culpa secundum tamen possibilitatem suam. Et si mitteret ipsa adultera ad hospitalē, vel finxisset mortuum peperisse, uel quia notificauit sine sui periculo tenebitur hospitali de nutrimento, & alijs expensis, nisi notabilis paupertas excusset eam cum de iure naturali ad hoc teneatur dist. 1. Ius naturale. Et hospitalia propter pauperes nutriendos sint facta non propter diuites. Sed de hereditate, uel dote si dotaretur à patre putatiuo teneri ut ad arbitrium boni uiri attenta sua facultate. Quę tamen satisfactio occultè fieri debet cū sine periculo manifestari non possit ar. 2. q. 1. si peccauerit. Si autem dubitat adulter ex eo quod leuis est mulier, & cum alijs adulteratur, uel etiā quia ipsa adultera dubitat, utrū sit eius, uel mariti, relinquatur iudicio Dei, cui omnia nuda sunt & aperta, & grauari non uidetur de restitutione. Indecens est enim ut in re dubia certa detur sententia (ait Gregorius dist. 33.) habuisse. In nullo tamē casu ad obuiandum huiusmodi periculis uel malis debet adultera uel adulter quærere aborsū uel mortem paruuli ar. 22. q. 2. Faciat.

¶ *Scilicet quando fienda sit restitutio.* *Cap.* 8.

QVantū ad octauum .s. quando debet fieri restitutio dicit. Bea. Tho. 2. 2. q. 62. q statim, quia sicut accipere rem alienam est cōtra iustitiam, ita & detinere eam, quia p hoc

Statim quis tenetur restituere ut desceratur à peccato.

quod aliquis detinet rem alienam inuito domino impedit eum ab usu rei suæ & sic facit ei iniuriam. Manifestum est autem quod nec per modicum temporis licet alicui in peccato morari, sed quilibet tenetur peccatū statim deserere. Vnde dicitur quasi à facie colubri fuge peccatum, & ideò tenetur quilibet statim restituere, uel dilationem petere ab eo, q̄ potest usum rei concedere. Et siquidem teneantur de incertis cum illud esset erogādū in pias causas cum consilio ecclesiæ, si hmōi p sonæ habentes restituere remaneant ita pauperes cum filijs & familia quod non habeāt unde uiuant, fiat dicit Ray. ut dixi in casu consilij supra in titu. de deci. ubi autem sic dicit. Si quis retinuit decimas longo tempore & tunc uenit ad satisfactionem, & postulat intuitur Dei & ecclesiæ: & maxime quia habet paruam substantiam sibi remitti quod accepit tempore præterito cum aliter oporteret cum sua familia mendicare quamuis ecclesia decimas omnes possit petere, si uiderit istum contritum, & præces eius inniti ueritati debet ei tanquam pauperi dimittere, unde uiuat cū hoc esset ei datur à postea. 16. q. j. quoniam. Hæc Rayn. Quod intelligendum uidetur ubi dantur decimæ de more, prout est de iure communi. Nam ubi de more non dantur decimæ, uel ualde diminutæ uidentur excusari prout plene habes, & dicit ibi glo. Guil. quod illi qui rea asfignare in manu pœnitentiarij (qui hoc non facerent nisi pœnitentiarij restituerent eis pro parte, uel pro toto quando nescitur cui facienda est restitutio) quod non credit eos esse in statu salutis, Dicit etiam paulopost, quòd non est necesse quod fiat huiusmodi resignatio in manibus pœnitentiarij dummodo talis paratus sit ad arbitrium eius uel alterius boni uiri satisfacere, dicit etiam quòd in hoc casu epi scopus qui est dispensator pauperū, potest dilationem dare, vel partē dimittere, ac etiā totum si uiderit expedire ad necessariam sustentationem illius, tanquam alicuius alterius pauperis, ita tamen quòd quanto utilius potest gerat negocium illius cui fienda est restitutio si persona eius fuisset nota: uidelicet exponendo illa quæ essent ei restituenda in usus tales qui possent ei magis proficere quo ad Deum. Hæc ibi. ¶ Si tenetur certis personis, quæ nolunt dare certam dilationem debet ad petitionem ipsorum abique dilatione satisfacere, uel cedere bonis, quia fur uel raptor semper sunt: in mora, & ideò semper augent peccatum. ff. de condition. furt. lege. in re furtiua, ubi læsi ægent, & fame perennt, ne interueniente paululum mora inueniri non ualeant qui redimantur: semper uitanda est mora ubi est periculum distinct. 28. de Syracusane. Et hoc etiam si opportet ipsum mendicare, unde non dico habito respectu ne ægeat

Quando creditor non uult dare dilationem.

nam

nam contra hoc notatur extra de vsu.cũ tu. tamen Vl.addit sine culpa potest accipere uitæ necessaria.s.extremę Ray.moderatè sibi uita retenta quoq; plenè satisfaciat.Hos.verò sic dicit.Sed quid si non immineat taliter periculum necessitatis, & his qui restituere tenetur non potest induci ad restitutionem ita tim faciendam,puto quod discretus sacerdos põt suam conscientiam informare, ex eo qđ intendit gerere utiliter negotium creditoris. Nam si uidet, quia aliter nõ potest recupera re in perpetuum,uel non ita cito,non ita cõmodè potest,recepto iuraméto uel alia sufficienti cautione si habere potest cautionẽ,dilationem concedere & sub hac conditione si adimpleuerit hoc infra talem diem, peccatorem absoluere,ut sic creditor quod ei dẽtur recuperet & peccator non recedat à præsbytero desperatus, Hæc ille. Sed quod in fine huius §.scilicet quod absoluat sub conditione contrarium asserit. Vl.dicens quod absolutio à peccatis nunquam fieri debet sub conditione, & ideò dici põt quod absoluat simpliciter si est absoluendus,sed declaret quod non ualebit absolutio nisi adimpleat promissum.¶Vl.Archi.super.c.Si res.14.q.6. quærit. Vtrum habenti restituere debeat haberi respectus ne ęgeat & dicit,uidetur quod sic. ff.de iureiur. l.in condemnatione.ff.de cessi. bon.l.is qui. Et sic notatur per Ber.extra de solu.Odoardus.Et facit ad hoc quod hẽtur. 16.q.7.quicumque.Sed Innoc. in c.cum tu. extra de usu.Secus credit secũdum canones ut ibi notat.Ala.Ber.& Host.q; insolidum tenentur detentores usurarum,& non solũ inquantũ facere possunt, qui Hostiẽ.in summa dicit quod qui habent restituere paulatim singulis mensibus soluant creditoribus, si aliter non possunt, sine magno detrimento, prout potuerunt,componant se cum spoliatis.Quod si nulla potuerint inuenire misericordiã apud eos,tũc absq; dilatione tenentur satisfacere uel bonis cedere,quia peccator sẽper est in mora.ff.de condi. fur. l.in re furtiua,extra de symo.c.cum in ecclesiæ.Multi tenent dictum præcedens,tanquam æquum. s. quod tenentur soluere quantum possunt retenta sibi uitæ commoda. arg.de conse. dist. 5.discipulos,extra de furt.si quis.Sed arg.cõtrarium super uerbo reddere,eiusdem. ca. & ibi dicit Arch.quod statim debet reddere totum quod potest,allegans Beatum.Tho.2.2. q.62.q dicit qđ statim fienda restitutio est & dominus Iohannes Dñici in gl.quadã.Dictum tamen.B.Th. potest dici non esse contra si sane intelligatur,ut.j.dicetur. ¶Sed in quadam summa dicitur quod illi qui tenentur restituere usuras,& malè ablata,& proponunt firmiter reddere,sed nõ possunt statim, quia nolunt cum familia sua ęgere, uel mendicare,tamẽ incipiunt iuxta posse satisfacere utrum tales possint absolui & communicari. Respon.aut sciunt personas certas aut non,si sciunt ipsi habentes malè ablata,& etiam ipsi quibus debentur huiusmodi uolunt,tutum est,quod de conscientia eorum stent ad terminum ipsorum,& uolontatem. Si uerò nesciunt tales damna data sibi, & reuelato posset esse periculosa illis qui volunt restituere, tunc non est reuelandum illis,sed præsumendum,quod confessor utiliter illorum negocium gerat,& confitens intendat, & promittat satisfacere quam cito põt, quia hic habet locum ratihabitio de bono, & æquo, & tunc confitens absolui & cõmunicari potest, quia est in uia salutis.Si uerò omnino nesciãtur pſonæ quibus restitutio est fienda, tunc est libere in potestate prælati, uel discreti confessoris dare & constituere terminum confitẽti ficut uiderit necessitatem,& contritionẽ eiꝰ, & uoluntatem eius paratam,& promptam restituendi,& infra iustum terminum talis põt absolui,& communicari.¶Quid autem debeat facere uxor & familia raptoris,qui non habent nisi de obligatis restitutioni? habes supra titu.j.c.12.de rapina.§.18.& 19.Nota q Ray.& Hosti.circa istã materiã restitutionis dicunt hoc notent & teneant sacerdotes qđ secundum quod maior uel minor fuerit fraꝰ vel dolus,uel uiolentia, maior uel minor debet esse discretio iudicantis, & secũdũ hoc in usuris quæ fiunt in depositis (ut dictum est supra in capitulo de vsura,) quæ omnino sunt restituenda, tamen quia minor est ibi violentia quam in cæteris,poterit confessor etiam cum scitur persona cui fiẽda est restitutio magis moderare tempus restituendi retenta sibi uitæ commoda & familiæ suæ.

¶Quidam circa istam materiam dicunt, & meo iudicio satis rationabiliter, quod in certis casibus nõ tenetur quis ad statim restituẽdum actualiter, etiam si habeat modum aliquem ad restituendum,& ab eo cui tenetur inuenire non possit nec remissionem nec dilationem,sed subitam uelit sibi fieri restitutionem,quando uidelicet ex restituendo statim inde sequererur eiusdem vel probabile damnum spirituale uel temporale notabile ipsius restituentis,uel aliorum quod præponderaret dãno eius qui debet habere ex carentia

Ægestas in restituere đ bet respici.

Incipiẽs restituere timẽs ęgestatẽ adhuc đ bet absolui.

Confessor põt moderare restituẽdite pus:

tia illius rei. Potest autē tale damnū esse triplex scilicet periculum mortis, ifamia grauis seu scandalum notabile uel damnum & periculum probabile mortalis culpæ. Ratio huius est scilicet quod talis restitutio possit differri quia secundum Sco. or. mi. creditor, id est qui debet habere, magis debet uelle in huiusmodi casibus, ut maximum incommodum, seu damnum eius qui habet restituere euitetur i modica restitutionis dilatione, quam suum incommodum modicum uel damnum ex carentia ad tempus suæ rei. Et si obiiciatur qđ restituere ē actus negatiui præcepti, quia reducitur seu explicatur per hoc quod est non retinere alienum, sed præceptum negatiuum obligat semper, & ad semper. Respōdetur secundum Sco. quod alienum iniuste, & inuito domino retinere simpliciter prohibetur, propterea semper & ꝑ semper isto modo necesse est saluti alienum non retinere, sed quando quis habet propositum & uoluntatē restituendi alienum pro tēpore oportuno ex tūc tenetur domino rei uolente, i. uelle debente uult autem hoc dñs rei, & si non actu elicito, tamē actu debito & honesto, quia debet uelle quod qui suum habet retineat quousque poterit oportunè. Et si dicas dominus rei, hoc agere inuite, & quia non uult quod per quantumcunque tempus suum retineatur: Dicendū secundū Sco. quod domino inordinatè uolente statim rehabere suū, & ꝑ consequens contra rectam rationem uolēte proximum retinere suum, tunc non est detentor i iustus. Nam & depositum debet redditione strictissima cum repetitur reddi, ut. C. de po. l. fi. & tamē inuito domino uoluntate inordinata cum repetit, & cum eo malum faciat sibi uel alteri potest retineri. Et Aug. dicit quod multa bona sunt præstanda inuitis, dum eorū potius utilitati quam uoluntati consulitur, & cætera dist. 45. & qui emēdat, & exemplum ponit. 23. q. 4. c. ipsa pietas, de eo scilicet qui cōtra uoluntatem extrahitur de domo ruitura quod laudabiliter fit. ¶ Est ergo unus casus cū imminet ex huiusmodi restitutione subita periculum damni incōparabiliter præualētis damno, quod inde habet creditor ex carentia rei suæ puta cum ipse creditor habendo illam rem seu pecuniam quā quis de suo retinet magis posset repugnare, & prævalere cōtra bonum commune. Nam tunc secundū Richar. in 4. Non tenetur illud restituere illi sed fideliter reseruare ut restituat sibi, uel hę redibus suis, quādo hoc fieri poterit sine prę iudicio boni cōmuni, uel depositare illud ita ordinando, & prouidēdo, quod tempore suo restituatur. Idem uidetur dicendum, cū quis malē uteretur resua rehabita, puta gladio ad occidendum se, uel alium huiusmodi. ¶ Idē uidetur dicēdum cum ex subita restitutione ille qui restitueret rem ablatam per furtum, uel aliud uitium detegeretur, & inde ifamaretur cū fama sit quid nobilius quam substantia temporalis, unde grauius reputat peccatum detractionis, quam furtum cæteris paribus secundum T. 2. 2. q. 73. &. 6. q. 1. deteriores. Cum ergo quilibet debeat prouidere eō seruationi famæ suæ, ar. 12. q. 1. nolo. Potest talis deferre restitutionem usq; ad tempus, quo non deprædētur i crimine, & diffametur si aliter prouideri non potest. ¶ Idem dicendum cū id quod debet restitui nō possit illi restitui, nisi faciendo magnas expēsas ad mittendū sibi quia in remotis est creditor. Tunc. n. quid agendum est habes supra i eo. ti. c. 3. Et idem dicendū quādo mulier habuit filium per adulterium nesciente uiro, uel supposuit sibi alienum partum, qui nutritur de bonis uiri, uel hæres etiam dimittit, ut filius proprius, cum teneatur mater talis de omnibus quæ percipit filius ille. s. putatiui patris, nō tamē debet reuelare factū quādo ex hoc sequeretur seu sequi ꝑbabiliter posset mors sua, uel prolis talis, uel etiam notabilis infamia, uel alia grauia scandala secundum Ray. & Ioan. Neapol. i quodlibet. de quo habes supra plenè. c. præcedēti. §. 4. ibi uide. ¶ Alius casus est quando ex huiusmodi restitutione subita sequi posset mors spiritualis seu peccatū mortale ꝑbabiliter i restituente uel familia eius, puta restituēdo quæ habet aliena ad tantam uenit paupertatem uel miseriam, quod nō potest uiuere, uel ꝑuidere filijs de uictu & nestitu, & cum sint alicuius nobilis conditionis nē dicare nimis erubescunt ab amicis, ad sufficientiā non inueniunt, laborare nesciunt uel nō possunt quia paruuli, uel infirmi, & sic restituēdo exponitur periculo ipse cum familia sua furandi, uel prostituēdi filias, uel desperationis ubi retinēdo alienum cum ipso ex industria sua ꝑuidet, & parcit sibi et familiæ et disponitur ad satisfaciendā paulatim hoc sentire uidetur Sco. in 4. Henr. in 6. quodlibet. q. 24. Et idem uidetur dicendum cum quis habet instrumenta artis suæ unde ex labore suo gubernat se & suos & uēdendo uel tradendo ea ut restituat suis creditoribus non poterit laborare, & inde lucrari puta libros quo ad iurisperitos et medicos i strumenta quo artifices. Laborando autem cum

Propter damnū notabile uel infamiam ꝑt differri restitutio.

Propter uitandū mortale pōt differri restitutio.

cum prædictis ultra sustentationem suam poterit interim paulatim satisfacere. Nec credo esse contra hoc quod dicit B. Tho. 2.2.q. 62. s. quod statim restituendum est alienũ simpliciter. Nou enim ita amarè verba accipienda sunt dicit lex: sed ciuiliter, & in sacra scriptura statim dicitur fieri, quod in prolixo tempore vt patet. Malachi. 3. statim veniet ad templum, &c. Et præcipue cum ex causa ita urgẽti differunt (vt dictum est.) Potest etiã multipliciter accipi in iure, & non solum pro potẽtia facti: sed & iuris, & commoditatis vt patet 12.q.2. Facit in glo. Hæc non sunt prædicãda ne paretur via detẽtioni alienorum ad quod nimis personæ sunt inclinatæ: sed cũ magna discretione in confessione, & consilijs tractãda, & cum multis circumstantijs consideranda, quæ honestent factum. Ad hoc etiam facit quod dicit Ioan. Neapo. in quodlibet. 9.q. 22. & Rich. in 4. & Pe. de Palu. ¶ Quæritur enim utrum potenti restituere malè ablata statim, sufficiat ad salutem relíquere in testamento, quod hæredes restituant? Respondet ad hoc ipsæ Ioan. Neapol. quod hoc sufficit in duobus casibus tantum. ¶ Primus, est quando habẽs male ablata credit uerè, & pro certo quod talis retentio non sit contra voluntatẽ domini. Talis enim retentio non est iniuriosa seu iniusta. Nullus enim patitur iniustitiam volens, vt dicitur, in 5. ethicorum. ¶ Secundus casus est quando talis retẽtio rei alienæ est contra uoluntatem domini, sed inordinatam puta cum nõ redditur gladius furioso cũ repetit ipsum in furia hoc. n. iuste fit. vt. 22.q. 2. Ne quis. Et similiter hoc est quando aliquis uult rem suam statim habere, quam're tinens non potest dare, sine notabili damno suo, & econtra ille cuius est potest sine damno suo, & incommodo carere ad tempus. Extra istos casus non sufficit ad salutem nisi statim restituat. Ratio est: quia de necessitate salutis est uitare peccatum mortale, sed non solum auferre alienum; sed etiã retinere extra prædictos casus est mortale, quia contra iustitiam cum facit iniuriam proximo, & hoc cum potest restituere, unde non sufficit ad salutẽ tali relinquere per testamentum, quod hæredes restituant, sed de necessitate salutis est statim restituere si potest. Sed si ille cuius é res seu obligatur non potest illa re carere sine incommodo suo etiam ad tempus, tunc oportet, quod restituat, etiam cum magno incommodo suo, nec sufficeret dimittere per testamentum. ¶ Tertius casus excusans à restitutione subita est cum ex hoc immineret periculum mortis corporalis. Et pro huius maiori declaratione nota secundum Richar. in 4. di. 15. quod si ille qui damnum intulit habet aliquid ultra necessitatem sustẽtationis naturę quamuis sibi necessarium ad uictum suum secundum decentiam suæ psonæ restituere tenetur. Non enim licitum est de alieno uiuere cum seculari honore. Si autem non habet nisi necessaria ad sustentationem naturæ, tunc distinguendum est, quia aut istæ qui damnum passus est non indiget ad sustentationem naturæ eo quod ab eo ablatum est, & tunc ille qui abstulit restituere non tenetur, quia ex iure naturæ licitus est unicuiq; usus possessionis necessariæ ad sustentationem naturæ. Extrema autem necessitas omnia facit communia. ff. de lege rodi. l. 2 §. 1. Cum in eadem in tex. & glo. Aut indiget ad sustentationem naturæ eo quod ablatum est, & tunc subdistinguo, quia aut primus ideſt dominus ipsi⁹ rei indiget ista re ad sustentationem suæ naturæ priusquam necessaria ad sustentationem suæ naturæ illius qui abstulit. Aut uterque eodẽ tempore factus est indigens ista re ad sustentationem suæ naturæ. Aut istæ qui abstulit factus est indigens ista re ad sustentationem suæ naturæ priusqnam istæ à quo ablata est. ¶ Primo modo & secundo põt dici sine præiudicio, quod istę q abstulit rem istam tenetur restituere illi a quo abstulit, quia nunquã fuit illius qui eam abstulit, sed semper remanet istius de iure postquam enim sum ī statu in quo res mea est mihi necessaria ad sustentationem naturę non potest fieri alterius me contradicente. Si tertio modo, tunc ille qui abstulit restituere non tenetur, quia ab isto tempore facta est sibi necessaria ad sustentationem naturę cum tnnc illi a quo ablata est non est necessaria, acquisiuit ius in illa re illi qui abstult. Et ideò quamuis damnum passus ueniat postea ad statum in quo res sibi ablata esset sibi necessaria ad sustentationem naturæ non propter hoc habet malus in ista re quã istę qui eam abstulit, nisi istę qui eã abstulit deuenisset ad statum, ī quo amplius ista res nõ esset sibi necessaria ad sustentationem naturæ. Idem per totum Pe. de Pa. ī 4. & Sco. Ex dictis horum quod tales qui habent restituere & si retineant sibi quodãmodo necessaria pro sustentatione sui, & familię ad uitandũ multa pericula animæ & corpis, quæ ueriſimiliter sequi possent pro bonis suis cedendo, & omnibus se spoliãdo pro restitutione fiẽda (quod fortè tutius esset scilicet restituere & in deo confidere etiam si oporteret mendicare

Casus excusantes à subita restitutione.

Qui possunt restituere & non retinent necessario.

mendicare secundum Raymundum. Ad hoc non videt teneri de necessitate salutis. Tamen non debent tales ita laute viuere, & pompose uesturi cum familijs suis, & filias suas cum magnis dotibus nuptui tradere, sicut si nō essent obligati ad restitutionem, sed parce uiuere, & paruas dotes tradere, & si non possunt nobili, vel mercatori nuptui dare, artifici, & plebeio debent tradere, & alia superflua resecare. Cum multa ergo prudentia hoc negotium agendum est, cum efficaciter uidentur facere quod possunt ad restituendum, & in alijs se bene habere, & cū timore Dei credo possunt absolui, & communicari. ¶ Qui autem, & de eo quod possunt semper procrasti nant, & annuatim reperiuntur promittere cō fessori restituere, & postea non faciunt, non vntur absolued di, nisi prius faciāt, uel disponāt efficaciter negotium, vt habeat executionem multominus promitti debet communio sumi quantum dico spectat ad consilium confessoris. Nam quantum ad sacerdotem qui habet communicare, cum ille se in manifesto ingerit ad hoc quid iuris habes infra in 3. parte ti. 14. c. 12. §. 2. De vsurarijs autem manifestis quomodo sit agēdum cum eis in restitutione & collatione sacramētorum, habes supra. eo. ti. c. de vsur. Possent etiam tales petere restō nem à creditorib. quam si sponte, & sine frau de obtinent non amplius ipsi obligant, nec ēt pauperibus illa remissa eis dare tenent. Non tamen decens esset, vt diues à paupere, & indigens parum à multo indigente peteret remissionem. Quæritur vtrum episcopus elapsis 30. vel 40. annis possit agere contra hæredes vel possessores bonorum quondam illius qui in testamento reliquit mille libras soluēdas nomine vsurarū incertarum cum de extorsione dictarum vsurarum apparet nisi per confessionem dicti testatoris? Respōdet Lau. de Ridol. in trac. de vsur. post Fęder. quod cū actio quæ competit ex testamento, uel condictio, quæ competit episcopo per. l. Nulli sint personales, & per spatium 30. annorum claudant per consequens. C. de præscrip. 30. uel 40. annorum, ideò contra hæredes bona fide possidentes, quæ semper præsumitur non cōpetit actio ad dictas mille nisi probaret malam fidem hæredem habuisse, & sciuisse uitium, & crimen defuncti quo casu debet intelligi. Tua nos cum si. Et idem si de extorsione appareat per aliud quam testamentum. Quo autem ad possessores bonorum, in quos per testatorem uel eius hęredem bona aliena ta sunt, non est aliud dubium si possiderunt spacio x. ann. quia actio psonalis non cōpetit contra succesſorē singularē, ut l. 1. §. si hæres. ff. Ad trebel. Nec ob. primo dicta. s. q actiones ep̄o competētes durant. 40. annis quia intelligit hoc de actionibus competētibus episcopatui vel ecclesijs. Sed hic non cōpetit actio episcopo ut episcopo, sed ut œconomo, & administratori bonorum pauperum. ¶ Quæritur, quod si præmisso generali edicto, qđ quicunque dederit usurarum nomine aliquid tali, veniat infra tot dies, &c. Si nemo venit nec aliquas usuras certas usurarius assignauerit infra terminum ad id sibi statutum, latāq; est sententia per episcopum declarans illas esse incertas. Vtrum usurarius sit tutus si postea appareant personæ certæ quibus restitutio est facienda? Fęder. in opere suo sentit, quod sic: etiam quo ad illos, qui tunc erāt extra dyœcesim. Fatetur tamen quòd talibus competit remedium cōtra episcopum, & pauperes. Sed dicit Lau. an sit uerum, & contrarium practicatur quando non est determinatum, quod omnia ueniant sub nomine incertorum, hoc est quando non fit taxatio uere, & secundum quantitatem ad quam ascendūt sed minor, & secundum quod inter eos conuentum est. Et de hoc iudici (pro cuius sentētia alio non dato præsumitur) constat legitime. An ād tali s practica sit iuri colōna tu ipsę uide, prompti sunt episcopi ad eius obseruantiam, quia seipsis incerta imbursant, nec ad illorum uolunt restōnē uenire, uel teneri: sed sit certa taxatio, sm in conuentionē sm quod moris est, quæ tū an de iure possit fieri uidēdum est. ¶ Notādū etiam secundum Archid. q si aliquis decedens relinquat sibi hæredem ex testamento, uel ab intestato, & ordinauit quendam executorem tantum ad emendam suorum forisfactorū qui decedēs tēpore mortis suæ creditoribus tenebatur, & iam termini solutionis suæ fluxerāt, illæ executor debitum huiusmodi soluere tenet, & potest conueniri, quia elapsis terminis solutionis cępit iniuriari creditoribus in non soluendo defunctus. Ex præcepto autē domini solutio est facienda, ar. 2. q. 1. magnum. 23. q. fi. c. tributum quia peccat in termino soluendo, tū quia frāgit promissum, extra de pac. 1. & 2. tum quia illo elapso inuito domino detinet alienū, ff. đ. excep. doli. l. 2. §. circa. Et hoc tenet quidam, vt scilicet nomine forisfactorum hoc casu veniant debita quorum terminus solutionis temporis mortis, lapsus erat, & pro illis agere possit. Secus de debitis, quorum terminus non aduenerat, & ita notatur in Spec. Rubri.

Qui sp promittunt, & nunquā faciunt.

Actio episcopi

Cui datur aliquid p errorē.

qualiter in iudicio scriptura proferri. §. nūc uero. ¶De eo demum cui datum est aliquid per errorem dicit. Ioh. de Rip. in tract. de cō tractibus quod in tali datione, aut est error personæ, vel error fortunæ, vel alterius conditionis appositæ. Si primo modo puta intendo dare Petro, & do Martino, tunc Martin⁹ tenetur acceptum restituere uel danti, uel illi, cui intendebat dare. ar. 29. q. 1. §. 1. Si uerò error fortunæ puta intendo tibi dare ut pauperi, & tu es diues, dicitur quod sic acceptum tenetur restituere danti, uel alicui pauperi nisi recipiens interim esset effectus pauper. Si uerò sit error alicuius alterius conditionis: puta: quia te sanctum credo cū non sis, & ideò dono tibi, uel credo celebraturum te missas, & ideò do tibi, dicitur quod si receptori constat de præcisa intentione dantis scilicet quia aliter non daret nisi conditio subesset, talis error obligat ad restituendum, receptum, aut ad sufficienter supplendum per se uel per alium intentionem dantis, quorū ratio est: quia cum res in istum non transeat nisi eo modo quo dans uult transfere nisi existat conditio, in ipsum res non transferē. Alij verò dicunt, quod ad restitutionem talis error non obligat nisi ipsa cōditio circa quā erratur esset causa motiua, & finalis dationis talis, quod probant per simile, do tibi cētum libras, quia credo te esse amicum meum, dato quod accipiens non sit amicus meus, non obligatur ad restitutionem. Si autem amicitia sit causa propter quam do tibi centum libras scilicet si sis amicus meus nisi amicus fueris obligaris ad restitutionem. ¶Ex his patet quod quęstores sancti Antonij, uel alij quicunq; nullo modo possunt sibi retinere ea quę illis pauperibus, uel locis pro quib⁹ dātur petunt, quia hic est error personæ. Verūtamē quia nullus tenet̄ proprijs stipendijs militare nec cās aliorum agere ad expensas suas, dico & possūt tales uuere super q̄stus quos faciunt, & potest eis moderatū salariū dare, hęc ille. Illa uerò quæ dantur eis ex mendaciis eorum quęstorum, quia uidelicet asserunt, quod dicentur multę missæ pro dantibus, uel habebunt talem, uel talem indulgentiam, uel absoluentur a uotis eorum, vel à casibus reseruatis, uel quod fient lectisternia in hospitali, & huiusmodi pro quibus illi dant, uel non daturi, nec talia fiunt nec uera sunt. totū est rapina, & restitui debent dantibus ea uel pauperibus erogari. ar. 14. q. 5. non sanè.

Vtrum petiores sancti Antōij possint sibi aliquid retineri

TITVLVS TERTIVS
De Superbia.

¶*De superbia primorum parentum, & eius punitione.* Cap. 1.

Xpeditis his quæ pertinēt ad auaritiā cū speciebus, & filiabus & remediis restitutionis. Nūc de superbia agendum est quæ cū sit uitium spirituale minus ab hominibus cognoscitur. Sic ât de diabolo a qno ortū habuit dr Iob penul. quod est rex super omnes filios superbiæ, ita superbia ipsa regina & mater est omnium uitiorum secundum Greg. & sicut de ipsa maxime diabolus condemnatur, ita Christus cum electis suis de eius contrario, s. humilitate maxime commendatur. Vnde Aug. in 14. de ciu. Dei. 13. sic ait. Ciuitati dei in hoc sęculo peregrinanti maximè commendatur humilitas, & in rege eius qui est Christus maxime prędicatur. Contrarium huic uirtuti elationis vitium in eius aduersario qui diabolus est maxime dominari sacris literis edocetur. Profecto ista est magna differētia qua ciuitas unde loquimur utraq; discernitur una scilicet societas piorum hominum alia impiorum, singula quæque cum angelis ad se pertinentibus, in quibus præcellit hac amor dei, hac amor sui. Hæc ille. De hac Ps. 118. Superbi iniquè agebant usquequaq; à lege autem tua non declinaui. Vbi de ea tria notantur.

Superbia ortū habuit à Dęmone.

¶Primum est uitium, & ideò propulsanda. ibi. Superbi iniquè agebant.

¶Secundum est maximum, & ideò eradicāda, quia usquequaque.

¶Tertium eius remedium, & ideò regula seruānda: quia à lege autem tua non declinaui.

¶Quod superbia sit peccatum patet ex eo, quod dicit psalmista. Superbi iniquii agebāt scilicet superbiendo. Iniquitas autem peccatum est. Vnde & Iacobi. 4. dicitur, superbis deus resistit, & hoc ideo quia sibi contrarij sunt per peccatū, sed de ipso superbię uitio uidenda sunt tria.

¶Primo quid sit.

¶Secundo quando sit mortiferum.

¶Tertio quomodo primum.

§. 1. Superbia quid sit.

¶Et quantum ad primum dicit. Aug. in 14. de ciuit. dei, q. superbia est peruersæ celsitudinis appetitus. Vbi primo notandum quod superbiæ

perbiæ peccatum cõsistit in appetitu seu volũtate sicut, & alia peccata, non in æstimatione. Vnde quando Grego. dicit in libro moralium, quod superbia est cum quis æstimat bona quæ habet à se habere, non à Deo, vel meritis suis æstimato btinuisse, & huiusmodi nõ sic est intelligendum tãquam in ipsa æstimatione cõsistat superbia ipsa: sed consistit in appetitu excellentię inordinato. Sed quia quod quis multum appetit facile credit ex ipso appetitu nimio excellentiæ quem habet superbus, inde inclinatur de facili ad æstimandum de se ultra id quod est ita quod æstimatio illa sequitur appetitum illum inordinatũ. ¶ Secundo est considerandum, quod quia appetitus superbi est peruersus, seu inordinatus, quia contra regulam rationis ideò vitiosus. ¶ Pro cuius declaratione est dicendum quod appetitus in omni eo quod appetit, aut sequitur regulam rationis, id scilicet quod ratio naturalis dictat, aut excedit ipsam, aut deficit ab ea, & cum sequitur regulã rationis est actus virtuosus cum autem excedit vel deficit à regula rationi est vitiosus. Exemplum de appetitu scientiæ qui de se est homini naturalis. Si enim quis appetat scientiam, & intẽdat ei secundum quod ratio dictat puta ad debitum finem, & debito modo pertinet hoc ad uirtutem studiositatis, si uerò excedit regulam rationis, vt quia non intendit scientiæ propter Deum, vel quia quærit scire quę nõ pertinẽt ad Deum, & huiusmodi pertinebat hoc ad vitium curiositatis, si autem deficiat à regula rationis: ut quia nõ uacat scientiæ, vt debet pertinebit ad negligẽtiæ uitium, sic ad propositum de superbia. Cum enim consistat in appetitu excellentiæ, & honoris, quæ naturaliter homo desiderat, & rõ huius est, quia hõ naturaliter desiderat perfectionem boni, qđ consistit in quadam excellentia. ¶ Hanc excellentiam potest quis tribus modis desiderare. Nam si hoc faciat secundum regulam rationis scilicet ad debitum finem, & debitis medijs, pertinebit ad uirtutem magnanimitatis, si deficiat à regula rationis totaliter retrahẽs se ab opere magno, & honore sibi proportionato timore deficiẽdi, pertinet ad vitium pusillanimitatis, si autem excedit regulam rõnis quærens honorem, & excellẽtiã nõ ad debitum finem, vel sibi proportionatũ: sed supra suam cõditionem, pertinet ad vitium superbiæ. Nõ enim est aliud superbia quam excedere mẽsuram propriam in excellentiæ appetitu. Vnde superbus dicitur, quasi super id, q̃ est valens. Et quia non est eadem mensura omnium hominum, quod uni non imputabitur ad superbiam faciendo quædam multum honorabilia sicut episcopus exercendo auctoritatem episcopalem alteri imputaretur ad superbiam, vt si sacerdos eadem agere uellet. Tho. 2.2.q.162. & in quæstionib. de malo. ¶ Tertio sciendum quo materia huius uitij per quam differt ab alijs est excellentia, sicut materia auaritiæ pecunia, & materia luxuriæ est delectatio uenerea, & quãuis uidetur idem superbia cum inani gloria, propter quod aliqui doctores ponunt utrumque pro uno, tamen secundum Grego. in 33. mora. & B. Thom. 2.2. vbi supra sunt diuersa, & realiter distincta in hoc differentia, quia superbiæ materia est propria excellentia, sed materia inanis gloriæ est manifestatio ipsius excellentiæ. Appetit enim superbus excellẽtiã & honorem supra suam virtutem, sed uanaglorioſus appetit inordinatè quod manifestetur alijs sua excellentia. Et quia ad excellentiam pertinet, quod manifestetur quis alijs, ideò quasi immediatè à supbia procedit inanis gloria, vt prima filia seu consequitur ad eam continuo ut germana. Quod pulchrè ostendit Origenes super Pentatheucum, c. 19. Vbi moraliter exponens inebriationem Loth per filias eius, dicit quod ille duæ filiæ maior, & minor Loth quæ secutæ cum in monte inebriauerunt, & cum eo copulatæ filios genuerunt scilicet Moab, & Amon quorum descendente inimici fuerunt populi Dei, prohibitique in templum intrare in tertiam, & quartam generationem. Figurãt hæc duo uitia superbiam, & inanem gloriam quæ ex mẽte oriũtur uiri iusti, & sancti. Superbia enim (ait. Augu.) etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant. Cum igitur, qui mũdi uitia deseris scilicet cupiditatem, & luxuriam tanquã ignem, & sulphurem. Sodomã mundanæ conuersationis consumentem, mõtẽque perfectionis apprehendit: sequũtur superbia, & inanis gloria quæ etiam non sibi cauentem dulcedine complacentiæ ipsius honoris, & laudis inebriant, vt non discernat bonũ à malo in opere fiendo ex quibus generãtur tãquam filij opera facta, ex superbia, & inani gloria, quæ quia illegitima, & Dei populo inimica, nõ possũt in templum supernæ gloriæ intrare, uel hominem itroducere siue ipsa superbia sit corde, siue locutione, siue opere, siue cõsuetudine perpetrata tãquàm quatuor generationes eius. Quamuis autem superbia videatur habere similitudinem cum magnanimitate inquantum vtrumque tendit in magnum

Materia superbiæ.

Differẽtia superbiæ, & inanis gloriæ.

Appetitus excellẽtiæ sit triplex.

gnum. Differt tamen ab ea plurimum sicut virtus, & vitium. Nam superbia tendit in magna quærendo excellentiam, & honorem, sed excessiue, (vt dictum est.) Magnanimitas uero mediocriter quę mediocritas non attenditur secundum quantitatem eius in quo tendit, quia tendit in maximum quantum fieri potest, sed attenditur ista mediocritas in duobus scilicet. Primo in proportione sui ad magnum: quia tendit in magnum quod potest sibi esse proportionatum, & conueniens, & ideo nullus potest esse magnanimus nisi uirtuosus. Secundo attenditur ista mediocritas in electione, quia scilicet non tendit in magnum secundum quid, sicut sunt bona exteriora inter quæ magnum præcipuè est honor quod patet: quia magnanimus non requirit honorem tanquam finem uoluntatis suæ, quia hoc nimis parum reputat sibi, cum honor sit unum, & transitorum bonnm. Vnde non curat, nec eligit honorari, sed fieri honore dignum, secundum quod honor est testimonium uirtutis. Superbus autem in his duobus deficit à magnanimo. Primo, quia excessiue, & supra regulam rationis, ideſt supra proportionem suæ uirtutis honorem, & excellentiam appetit. Secundo: quia honorem exteriorem eligit tãquam finem uoluntatis suæ de virtute cui debetur honor nil curans. Thomas super secũda sentẽtiarum, distinctio. quadragesima secunda. Sic ergo superbi iniquè agũt: quia peccat superbiendo. Nec est contra quod repromittit seruantibus legem suam in præmium dicens, Ponam te in superbiam populorum. Sumitur enim ibi improprie superbia pro quadam excellentia super alios.

Differt etiam à magnanimitate.

Supbia est mortale.

¶ Quantum ad secundum notandum, quod superbia secundum genus suum est mortiferum quando est secundum rationis deliberationem. Ratio huius est, quia uelle non subijci Deo deliberatè, seu regulis eius est mortale, quia hoc est auerti à Deo quod est præcipuũ in omni mortali, sed superbus hoc agit. ergo &cet. Signanter dictum est deliberatè, quia sicut omnia alia mortalia ex genere suo, vt homicidium, furtum, adulterium, & huiusmodi propter imperfectionem: quia scilicet perueniunt indicium rationis, & sunt præter rationis consensum sunt uenialia, ita & circa superbiam accidit, quia scilicet sunt aliqui motus superbię, qui sunt uenialia dum eis ratio non assentit. Hæc Th. 2.2.q.162. Vnde, & Thobias admonens filium suum dixit, **Superbiam nunquam in tuo sensu, aut verbo dominari permittas.** Thob. quarto. Non dicit tangi uel stimulari: sed dominari, quod importat rationis consensum. Ostenditur idem auctoritate psalmi dicentis in persona domini. Psalmo c. Non habitabit inmedio domus meæ, qui facit superbiam. Nullus autem excluditur à domo Dei siue militantis siue triumphantis ecclesiæ nisi propter mortale, sed hoc agit superbia secundum dictum Augustin. ergo &c. Dicit etiam dominus per ꝓphetam. Detestor ego omnem superbiam, qđ non fit nisi propter mortale. Ad quod etiam facit dictum Gregorij in 34. moralium, dicentis. Euidentissimum signum reproborum est superbia, sicut electorum est humilitas, sed nullus fit reprobus nisi propter mortale, ergo &c. ¶ Sciendum tamen, quod superbia dupliciter potest considerari secundum Tho. Vbi supra. Vno modo secundum, quod habet quandam reddundantiam in omnia vitia. Omnia enim peccata possunt oriri ex superbia duplici ratione. Vno modo per se inquantum, scilicet alia peccata ordinantur ad finem superbiæ, quæ est appetitus inordinatus propriæ excellentię, ad quod potest ordinari illud quod quis inordinatè appetit. Alio modo indirectè, & quasi per accidens, scilicet remouendo prohibens, vt timorẽ, & reuerentiam ad Deum inquantum scilicet per superbiam contemnit homo diuinã legem ꝓ quã prohibetur à peccato, & sic superbiæ nitium quasi generale, & habet quadã generalitatẽ super omnia vitia. Ad hãc tamẽ generalitatẽ superbiæ pertinet, ꝙ omnia uitia possunt ex ea oriri nõ ꝙ semper omnia ex ea oriantur. Nã & si possit quis transgredi quodcunque præceptum ex cõtẽptu quod pertinet ad superbiã nõ tamẽ ex cõtẽptu trãsgreditur, sed aliquando ex passione, uel ignorantia, & huiusmodi. Alio modo potest cõsiderari superbia ſm speciẽ propriam quã habet ex ratione ꝓprij obiecti, & sic superbia est speciale peccatũ, est enim appetitus inordinatus proprię excellentiæ. Et quamuis quidam connumerent inter capitalia uitia inquãtum ex ea multa genera peccatorum oriunt Gregor. tamen quẽ sequit B. Thom. secund. se. q. 162. ponit eam matrem, & radicem capitalium dicẽs. 31. mora. Radix quippe cunctι mali est superbia. Primæ autẽ huius soboles septem nimirũ principalia uitia de hac virulenta radice proferuntur, inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, uentris ingluuies, & luxuria. ¶ Quantum ad tertium, scilicet, ꝙ est primũ peccatũ, patet ex hoc quod dicitur Ecclesiastici 10. Initium

Supbia est spãli pctũ.

Supbia est primũ peccatum.

omnis

omnis peccati ſuperbia. & Tob. 4. Ab ipſa. ſ. ſuperbia ſumpſit initium omnis perditio, & Iſido. dicit quod ſicut ſuperbia eſt origo omnium criminum, ita & ruina omnium uitiorum. Patet hoc, quia primum peccatum, luciferi fuit ſuperbia. Vnde de eo dicitur. Eſa. 14. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, & ſimiliter primum peccatum Adæ & Euæ fuit ſuperbia ut infra declarabitur. Quod etiam aliqua peccata etiam dicantur prima vt cupiditas, apoſtaſia, & inuidia, hoc non eſt ſimpliciter ut ſuperbia, ſed ſecundum quid, ideſt ſecundum aliquem reſpectum. Nam cupiditas dicitur prima ſeu primum peccatorum ſecundum illud 1. Timo. 6. Radix omnium malorũ eſt cupiditas, quod eſt verum ex parte cõuerſionis, eo quod conuerſio inordinata ad cõmutabile bonum eſt cauſa omnium peccatorum. Sed ſuperbia eſt cauſa ex parte auerſionis à deo, prius autem eſt auerti ab incommutabili bono, quam conuerti ad commutabile bonum, & ideò ſuperbia eſt prior cupiditate, & cauſa eius. Apoſtaſia ideſt recedere à mandatis dei, & voluntate dicitur cauſa omnium peccatorum ſecundum illud Eccleſiaſtici 10. Initium peccati hominis apoſtate à Deo, ſed hoc intelligitur prioritate executionis non prioritate intẽtionis, ita, quod prioritate executionis eſt apoſtaſia à deo, quæ eſt voluntas non ſubijciendi ſe voluntati diuinę ſed prioritate intentionis eſt prius ſuperbia quæ eſt uoluntas præſidendi Tho. prima ſecundæ. q. 84. Inuidia dicitur initium omnium malorũ, ſcilicet in humano genere, inuidia. ſ. diaboli, prius tamen in ipſo fuit ſuperbia. Sapient. 2. inuidia ſcilicet diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Ex ſuperbia enim dyaboli ſecutum eſt odium ipſius ad Deum iuſtè punientem, reſiſterem ſuperbiæ ſuæ & inuidia ad hominem, & multa alia. Thom. in 3. contra gentiles. c. 108.

¶ Quantum ad ſecundum principale ſuperbia oſtenditur eſſe maximum peccatorum cum dicit Pſal. uſquaq;. ideſt maximè iniquè agebant ſuperbi, vnde glo. ibi dicit, maximum peccatum in homine eſt ſuperbia. Et ad idem facit quod dicit gl. ſuper illud Pſ. 8. Et mundabor a delicto maximo, hoc eſt a delicto ſuperbiæ, quod eſt ultimum redeuntibus ad deum, & primũ recedentibus à deo. Iſido. etiam in lib. de ſummo bo. dicit. Omni uitio deteriorẽ ſcito eſſe ſuperbiã, ſeu ꝓpter quod a ſummis perſonis, vel a primis aſſumitur, ſeu propter quod ex bonis oritur.

Superbia eſt grauiſſimũ peccatorum omniũ.

¶ Quod autem ſuperbia ſit grauiſſimum omnium peccatorum octo rationibus probatur ſcilicet ratione auerſionis, operationis permiſſionis uitationis, oppoſitionis, aſſimilationis, adhæſionis & iniuriationis. Et primo ratione auerſionis probatur ſic. In peccato mortali attenduntur duo ſcilicet auerſio ab incommutabili bono, & conuerſio ad comutabile bonũ licet ât ex parte cõuerſionis cõmutabile bonum, ſuperbia non ſit grauiſſimum peccatorũ, eo quod excellentia quam ſuperbus inordinatè appetit non habet maximam repugnantiam ab bonum uirtutis, tamen ex parte auerſionis ſuperbia habet maximã grauitatem, cuius ratio eſt, quia in alijs peccatis homo auertitur à deo, uel propter ignorantiam, uel propter infirmitatem aliquam, vel propter concupiſcentiam alicuius alterius boni, ſed per ſuperbiam auertit ut à Deo ex hoc ipſo quod non uult ſubiici deo, & eius ꝑceptis, propterea Iaco. 4. dicitur. Deus ſuperbis reſiſtit, præterea quãto peccatum magis auertit à deo tanto eſt maius, ſed peccatum ex cõtemptu ꝙ ẽ ſuperbia magis auertit deo quã peccato ex ignorantia impotentia uel concupiſcentia, ergo ſuperbia eſt maius. Contẽnit eum deum ſuperbus eo quod non uult ſubiici ei, & præcepti eis. ¶ Secondo probatur ſuperbiam eſſe maximum peccatum ratione operationis ſic. Illud quod omnibus peccatis grauitatẽ donat & cauſat, ẽ grauius alijs per regulã illã Ariſt. Propter quod uuũ quodque & illud magis. Si enim quæcunq; ſunt calida ſunt calidã inquantum participãt naturam ignis, ergo per maxime ignis eſt calidꝰ, ſed ſuperbia hoc facit. Nã vnũquodq; peccatũ eſt grauius ſi fiat ex ſuperbia, quã ſi ex ingnorantia uel infirmitate ẽt ſi ſit peccatum infidelitatis, quod grauius redditur ex contemptu ſuperbiæ, ergo ipſum eſt maximum ſecundum quod poteſt exponi illud pſa. 23. Superbia eorũ qui te oderũt ſcilicet deum ut punientem & prohibentem conſecutionem ſuorum malorum deſideriorum, aſcẽdit ſemper ſcilicet ſuper alia uitia. ¶ Tertio probatur idẽ ratione permiſſionis ſic. Apud Deum, & apud mũdũ permittitur minus malũ, ut euitetur uel extirpetur maius, ſicut & medicus ſapiens in remedium maioris morbi patitur infirmum in leuiorem morbum incidere, & deus permittebat in ueteri lege libellum dari repudij, ut vitiaretur uxorici dium, & leges humanæ permittunt meretricium, ne ſequatur adulterium, quia grauior ſunt huiuſmodi. Sed in remedium peccati ſuperbiæ permittit Deus hominem ruere

Superbia oĩa grauat.

Propter ſuꝑbiã permittitur in maiora peccata.

in peccata grauia, & turpia Thom. ubi supra. Vnde Isid. in lib. de summo bo. dicit. Qui detinetur superbia, & non sentit labitur in carnis luxuriã, ut p̃ hãc humiliatus. Idẽ cõfusione exurgat, Greg. in mora. tractatus illud Iob 41. Qui. s. deus dissoluit baltheum regum, i. permittit frangi castitatem sanctorum, ut. s. cognoscat superbiam. ¶ Exemplum in uitis patrum de uno qui cum ex magna puritate, & sanctitate paceretur ab angelo, lapsus in superbiam ita fuit deuictus stimulo carnis, quod derelicto hæremo ibat ad seculum ad implendam concupiscentiam suam, sed in via hospitatus apud duos germanos religiosos, dum ad eorum instantiam eos instrueret, in se reuersus pœnitentiam ægit. ¶ Quarto probatur idem ratione facilioris uitationis sic. Peccatum tanto est grauius quanto facilius potest uitari, & non uitatur. Sed peccatũ superbię facilius potest uitari alijs peccati scilicet ipso cognito, ergo si non uitetur grauius erit. Signanter aũt dictum est ipso cognito. Nam motus superbiæ occulte subrepens antequam deprehendatur per iudicium rõnis non habet maximam grauitatem, & difficulter tales motus uitantur propter eorum latentiam, unde in Ps. 141. In via hac qua ambulabam scilicet bonorum operum, absconderũt superbi laqueum mihi, sed deprehens per rationem faciliter uitantur & hoc ex triplici cõsideratione. Primo ex consideratione infirmitatis propriæ secundũ illud Eccl. 10. Quid superbis terra & cinis? Secundo ex consideratione magnitudinis diuinæ Iob 15. Quid tumet. i. superbit cõtra deũ spiritus tuus. Tertio ex consideratione paruitatis bonorum nostrorum. Nam quo ad bona naturæ uel fortunæ dicitur Esa. 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Quo ad spiritualia dicitur Es. 64. Omnes iustitię uestrę quasi pannus menstruatę. Cum ergo ex hmõi consideratione superbia comperta de facili possit uitari si non fit erit grauissimum. Thom. ubi supra. ¶ Quinto probatur idẽ ratione oppositionis sic. Illud ẽ grauissimũ, & maximũ peccatũ quod maxime opponit se deo, sed superbia est huiusmodi, ergo, &c. Nam Boetius dicit q̃ cum oia uitia fugiant à Deo, sola superbia opponit se deo sicut fecerunt descendentes ex Noe Nembroth cum suis, cum uoluerunt ædificare turrim pertingẽte usq; ad cœlũ, ut si forte mandaret diluuium possent se a deo defendere in illa turri, & non submergi: sed deus confundit superbiam eorum, quia cum moniti per angelos noluerunt desistere, confusę sunt ibi & diuersificatæ linguæ eorum, ut non possent se mutuò intelligere. & sic oportuit eos dimittere inchoata, Vnde & ipsa sapiẽtia ait. Superborum & sublimium colla propria uirtute calcaui, confundendo, & conculcando eos multipliciter. ¶ Sexto probatur ratione firmioris adhæsiõis sic. Quãto peccatum firmius est & minus separabile tãto est grauius, sed superbia est huiusmodi. ergo &c. Quod probatur multipliciter? Nam si separetur animi sensibilis ab homine, nũquid erit concupiscentia oculorum in homine? certe non, & tamen esset superbia. Item quãtũ ad peccatum iræ. Nam si tollatur ut non fiat alicui iniuria nunquid illud erit appetibile, quòd est uindicta? constat q̃ nõ, & per ablationem iniuriæ remouebitur uindicta, & tamen erit superbia. ideſt appetitus inordinatus excellentiæ. Item cum motuum inuidiæ sit odium alienæ fœlicitatis si sit unus homo solus in mundo, nunquid erit tristitia alienæ fœlicitatis? certe non, & tamẽ poterit esse superbia. Superbia igitur quia minus separabile ratione iam dicta ideo grauissimum. ¶ Septimo ratione assimilationis sic. Sicut maior virtus est illa quæ nos magis assimilat Christo, ita & maius est uitium illud quod magis nos assimilat dyabolo, sed superbia est hmõi unde dicitur. Iob 41. de dyabolo. Ipsę est rex super omnes filios superbiæ &c. ¶ Octauo ratione iniuriationis. Illud est grauissimum, & maximum peccatum quod maxime iniuriatur deo. & auertit, & derrogat deo, sed superbia est huiusmodi ergo &c. quod patet per alia discurrendo. Nam per blasphemiam homo iniuriatur bonitati diuinæ, quia est peccatũ in spiritumsanctum, per mendacium iniuriatur homo ueritati diuinæ? sed p superbiam iniuriatur excellentissimæ maiestati diuinæ qđ patet: quia superbire est qua si super statũ hominis iræ, hoc est quasi quãdam æqualitatem dei appetere, & sic iniuriari maiestati diuinæ. Hæc Alexãder. 2. part. q. 38. Ray. Cum ergo superbia sit maximum, ideo detestanda, & euitanda, & remedium ad hoc notatur in §. sequenti.

Facilius uitatur ſupbia.

Superbia maxime opponitur Deo.

¶ Quantum ad tertium principale s. de remedio, hoc est quod ait. Ps. 118. A lege aũt tua non declinaui. q. d. Superbi, ideo inique agũt superbiendo, quia declinant à lege tua uolentes subijci ei. Ego autem non declinant ab ea, sed subijcio me ei seruans eam, & sic uito superbiam, sic ergo qui uult uitare superbiã non declinet, & non recedat à lege Dei æterna per affectum, quę est uoluntas

Remedium ſuperbiæ.

sua

sua ordinans cuncta ad fines suos subijciens se uoluntati suæ. Qui.n. esse vult vt Deus, ait Aug. super psa. 8. s. facere voluntatem suam non Dei peruersè vult similis esse Deo, sicut Diabolus, & primus homo noluit diuino teneri præcepto. Ité non declinet à lege naturali per effectum, quæ docet inferiorē subijci superiori per maximē, & ei non uelle æquari. Vnde dixit Antiocus, & si pessimus tamen in stinctu naturali ductus. Iustum est hominem subditū esse Deo, & non paria sentire de eo. 2. Mach. 8. Decet ēt hoiem uirilem se reputare, cū clarè uideat se esse uermem, & cineré. Vnde Micheę 6. humiliatio tua in medio tui. Item non declinet a lege diuinali scripturæ per intellectum frequenter meditando ruinas superborum quæ ibi referuntur. unde ab ea sibi caueat ne similia patiatur. Hinc uirgo beatissima in canticis. Lucæ. 1. Dispersit superbos mēte cordis sui, i. eos qui sunt superbi non primo motu, sed mente, i. deliberatione cordis sui i. uoluntate ipsorum superborum sic exponit dominus Ioa. dominici super magnificat. Vel sic ut referatur illud sui ad Deū, & est sensus. Deus dispersit superbos, nō sententia comminatoria uel ad tempus sicut aliquos peccatores: sed mente cordis sui, id est deliberatione suæ volūtatis immutabilis. Vel sit dispersit superbos in mente, & voluntate vt ibi prius erant uniti cum Deo, & proximis & in seipsis sint per superbiam in partes diuisi, & separati a Deo, & angelis suis bonis, & in se in diuersa uitia distracti, sicut patet de superbia Luciferi, hominis, & primi, & Nabuchodonosor, qui fuerunt dispersi. Lucifer de cœlo in infernum, & dęmones hincinde per aera: homo de paradiso in mundum per diuersos ritus idiomata, & loca Nabuchodonosor de regno in desertum cum diuersis feris, omnes mente dispersi, & intellectu, & affectu. Vnde Greg. in moralibus. Consideret homo elatis, quid in terra mercatur si angelus. prælatus in cœlo prosternitur. de pœni. di. 2. §. principiū. ¶ De ruina Luciferi scribitur. Lu. 10. Vbi Christus dixit discipulis suis admonens eos cauere sibi a superbia. Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem, & p quod uitium ceciderit ostendit Esaias dicens 14. c. quomodo cecidisti Lucifer de cęlo, &c. qui dicebas in corde tuo. in cęlum ascendam. & simili ero altissimo, q. dicere, s. deliberatæ cognationis, & affectionis fuisse superbiam ostendit subdens, detracta est ad inferos superbia tua ubi dicit Augustinus de quæstionibus ueteris testaméti, quod diabolus elatione cō

Luciferi urina.

flatus uoluit esse ut Deus absolutè, s. in nullo subesse. ¶ Pro declaratione sciendum, q. triplex est æqualitas, seu similitudo, una omnimodè æquiparantiæ, alia eminentiæ, tertia est excellētiæ in cōsecutione gloriæ uirtute suæ naturæ. ¶ Prima æqualitas uel similitudo est in personis diuinis. Vnde Amb. tractans illud ps. 82. Deus quis simili erit tibi. dicit. utique filius, qui est imago patris. Hanc æqualitatem uel similitudiné licet quidam dicant Angelū appetisse, s. esse ut Deus: quia quamuis hoc sit impossibile, tamen vt dicit August. hoc habet cęca ambitio, ut semper plus præsumat quod possit. Sed hoc omnino esse impossibile quod isto modo appetierit Dei similitudinem, secundum omnimodam æquiparantiam probatur triplici ratione. Prima est, quia quā uis quis possit plus desiderare, quàm possit habere non tamen potest plus uelle, quā possit æstimare, qnia intellectum uoluntas sequitur nec excedit. Hoc autem non poterat Angelus æstimare. Secunda ratio est: quia certissimum est creaturam non posse adæquari creatori nec etiam ipsa natura humana quæ erat in Christo. Vnde Esaiæ. 40. dicitur. Cui similem fecisti eum. Hoc āt sciuit Angelus cū haberet intellectum perspicacissimum, ergo nō appetijt. Tertia ratio ex parte Angeli, q. impossibile est quod Angelus appetat aliquod bonum quo exire iam ipse idem non esset. Nulla. n. natura quæ est inferioris gradus appetere pt superioris naturę gradum, sine suipsius corruptione, quæ non cadit in intellectu, nec consequens in appetitu, sicut canis non appetit esse leo, quia si transfertur in gradum superioris naturæ iam nō esset. ¶ Secunda æqualitas est præeminentiæ, scilicet in non subesse alicui, sed præesse omnibus angelis, & cūctis inferioribus, q. est propriū Dei, & quantum ad hoc licet angelus potuerit appetere omnibus præesse angelis, & creaturis inferioribus, non tamen potuit appetere, q. absolutè nō esset sub Deo. Et hoc pp tres rationes. ¶ Prima quia est hoc impossibile angelum, & omnem creaturam non esse subiectā creatori, nec enim hoc cadere potuit in eius apprehensione quasi possibile. ¶ Secunda rō est: quia ipse angelus desineret esse si totaliter Deo subiectus non esset. ¶ Tertia rō est, quia tota eius perfectio est esse sub Deo, q. a totum bonum angeli est in hoc, quod scilicet Deo subest sicut totum claritas aeris est ex hoc, quod subijcitur radijs solis. ¶ Tertia æqualitas eminentiæ seu excellentiæ est habere beatitudinem ex nullo meri-

Triplex est similitudo velęqualitas.

Æqualitas eminentię é habere beatitudinem.

to ſuo, vel alieno, & hæc eſt eminentia quo appetijt angelus cum dixit. Similis ero altiſſimo. Fuit ergo peccatum ſuperbiæ ſuæ in hoc quod ad conſequẽdam ſupernaturalem beatitudinem ſuam, quæ in plena Dei uiſione cõſiſtit, non ſe erexit in Deum tanquam in finalem perfectionem ex eius gratia deſiderans cum alijs ſanctis: ſed eam conſequi uoluit per virtutem ſuæ naturæ, non tñ ſine Deo in natura operante: ſed ſine Deo gratiam conferẽte. Et quia habere finalem beatitudinem per virtutem ſuæ naturæ omnino abſque gratia alicuius ſuperioris eſt proprium Deo, manifeſtum eſt quod quãtum ad hoc appetijt angelus Dei æqualitatem. Vñ quãtum ad hoc appetijt etiam Deo nõ ſubijci, vt ſcilicet eius gratia ſupra ſuæ naturæ virtutem indigeret. Hæc Tho. 2. ſenten. diſt. 5. Et prima parte. q. 63. Non ſolum autem in Lucifero fuit ſuperbia, ſed etiam in alijs angelis, qui ceciderunt cum eo. Vnde dicitur Apoc. quod draco cauda ſua ideſt exemplo traxit tertiam partem ſtellarum ideſt angellorum in terram. ſ. infernalem, ſed quia incertus eſt nobis numerus angelorum qui ceciderũt ponitur ibi numerus determinatus aliquo modo, i. tertia pars pro indeterminato. Quomodo autem alij angeli peccauerũt exemplo, primi datur tale exemplum. Sicut miles ordinatus ſub rege, & ſub duce exercitus. habet bonam uolũtatem ſequens voluntatem ducis dirigẽtis uoluntatem ſuam in regem, & malam ſequens uoluntatem ducis contra uoluntatem regis. Sic quidam dei nferioribus angelis ſequentes uolũtatem primi angeli contra uoluntatem Dei peccauerunt, alij diſſentientes à voluntatem primi angeli peccantis, & ſequens uoluntatem diuinã Deo immobiliter adhæſerũt. Vnde Iob 4. Ecco qui ſeruiunt, ſcilicet Deo nõ ſunt ſtabiles, ſcilicet in bene eſſe gratiæ quo ad malos. Et in angelis ſuis ideſt à creatis inuenit prauitatem ſcilicet ſuperbiæ. Angelis dicit in plurali. Sed diſperſit ſuperbos mẽte cordis ſui per aerem caliginoſum, ubi hincinde habitant. Multa autem magna, & mirabilia dicuntur in lege diuina, ideſt in ſcriptura de angeli primi excellentia: permaximè. Ezech. 28. Tu ſignaculum ſimilitudinis, &c. Hæc autem tam nrira inquit. Greg. illa exponens. 32. moralium. Idcirco de eo ſcribuntur, ut homini oſtendatur, quid ipſe ſi ſuperbiat de elationis ſuæ culpa paſſurus ſit ſi feriendo illi parcere uoluit, quem creando in tanta gloria claritatis eleuant, de pœnit. diſt. 2. cap. ſi.

¶ De ſuperbia primorum parẽtum dicit Aug. ad Horoſiũ. Homo elatus ſuperbia, ſuaſioni ſerpẽtis obediens, Dei mandata contempſit, ſcilicet de non comedendo de ligno ſciẽtiæ boni, & mali. Superbia ergo præceſſit appetitum ſcientiæ boni & mali, & vitium gulæ: ſed ſecuta eſt ſuaſione ſerpentis. Fuit autem ſuperbia primi hominis in hoc, quod appetijt immoderate ſimilitudinem dei quantum ad ſcientiam boni, & mali principaliter. Secundario autem appetijt ſimilitudinem dei quãtum ad potentiam, ut ſcilicet uirtute naturæ propriæ operaretur ad beatitudinem conſequendam. ¶ Pro quorum declaratione ſciendum, quod ſimilitudo dei eſt triplex ſcilicet eſſe notitiæ, & potentiæ. ¶ Prima ſimilitudo ſcilicet in eſſe fuit impreſſa homini à principio ſecundum illud Geneſ. 1. Fecit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. Et angelo Ezech. 28. Tu ſignaculum ſimilitudinem. ¶ Secunda eſt ſimilitudo notitiæ ſeu ſcientiæ, & hanc ſimilitudinem angelus accepit in ſua creatione. Vnde ſubdit in auctoritate. Ezech. prædicta. Plenus ſapientia. Sed homo hãc ſimilitudinem in ſui creatione nõ accepit in actu, ſed in potentia ſolum. Tertia eſt potentiæ ſimilitudo, ſcilicet operandi aliquid quo ad beatitudinem per ſe peruenire t. Angelus igitur, & homo non peccauit appetẽdo primam ſimilitudinem, ſ. naturę, ſ. peccauit autem homo in appetendo ſecundum ſimilitudinem principaliter, ſcilicet ſciẽtiam boni, & mali ſicut ſerpens ei ſuggeſſit, vt. ſ. p uirtutem naturæ propriæ ſciret, uel per ſeipſum cognoſceret, quid ſibi boni, uel mali futurum eſſet. Secundario appetijt diuinam ſimilitudinem quo ad potentiam, ut. ſ. uirtute propriæ naturæ operaretur ad beatitudinem conſequendam. Vnde Auguſtinus de uera religione dicit, quod magis voluit ſua potentia frui quam Dei. Notandum autẽ quod peccatum primorum parentum, ſcilicet ſuperbia non fuit ſimpliciter grauius alijs peccatis hominum, quod patet, quia maior eſt ſuperbia, quia quis Deum negat uel blaphemat uel odit, quam ſuperbia qua quis inordinatè appetit diuinam ſimilitudinem, qualis fuit ſuperbia primorum parentum. Sed fuit grauius illud peccatum cæteris ſecundum, quid ideſt ſecundum aliquem modum ideſt ſecundum condictionem perſonarum peccatum. Peccatum enim illud habet maximam grauitatem, propter perfectionem ſtatus eorum; quia erant in perfectiſſimo, & ſummo ſtatu, & ex hoc grauiſſimè peccaue-

§. 4.

Triplex ſimilitudo Dei.

Supbia Adę.

cauerunt. Th. 2. 2. & super 2. sen. Et quamuis ambo æqualiter peccauerunt, ideſt in genere quia ambo ſuperbierunt comparando adinuicem peccatum eorum habent ſe ſicut excedentia, & exceſſa.

Superbia Euę

¶ Superbia mulieris fuit grauius triplici ratione ſcilicet elationis, ſuggeſtionis, & inclinationis. Primo ratione elationis, quia maior fuit elatio mulieris credentis ſuaſioni ſerpentis, quam uiri non credentis. Secũdo ratione ſuggeſtionis, quia mulier non ſolum peccauit, ſed etiam uiro peccatum ſuggeſſit, unde peccauit in Deum, & in proximum. ¶ Tertio ratione inclinationis, peccatũ enim uiri ex hoc diminutum eſt, quia conſenſit in peccatum amicabili quadam beniuolentia, qua plerunque fit, ut offendatur Deus, ne ex amico quis fiat inimicus. ¶ Sed ex alia parte peccatum ſuperbiæ Adæ fuit grauius triplici alia ratione.

Peccatũ Adæ.

Primo propter maiorem ingratitudinem, magis enim fuit ingratus Adam eo quod plus erat mente ſpirituali prædituſ propter magnitudinem ſcientiæ ſibi datæ. Secundo propter maiorem rebellionem. Maior enim fuit inobedientia Adæ eo quod præceptum primo fuit ſibi datum, exinde Euæ per eum. Tertio propter maioris damni incurſionem. Nam maius damnum ſecutũ eſt peccato Adæ quã Euæ nam quia in Adam erat humanum genus uirtualiter, ſeu ſeminaliter ut in principio actiuo, ideo ea peccaco ipſius corruptum eſt & transfuxum peccatum in humanum genus non autem ex peccato Euæ. Nam ſi ſola peccaſſet non fuiſſet humanum genus infectum. Alexan. in ſecunda parte, & Tho.

§. 5. Nota pœnas ſecutas ex peccato primi parẽtis.

¶ Pęnę autem ſecutę ex illa ſuperbia quę cauſa fuit tranſgreſſionis diuini mandati ſunt multiplices. Et primo quo ad totum genus humanum eſt triplex. Et prima quidem infectio animarum cum corporibus infunditur, ſcilicet peccato originali propter quod niſi purificentur Dei uiſione & gloria perpetuo priuantur. Secundum eſt: quia ex illo originali etiam purgatio remanent animæ vulneratæ ignorantia, malitia, concupiſcentia, & difficultate ad bonum. Tertium eſt, quia ex illo omnes ſunt ſubditi morti corporali, & omnibus pęnalitatibus quas ſuſtinemus, famis ſitis, ęſtus, & frigoris, innumerabilium infirmitatum corporis. Vnde Apoſtolus ad Rom. 5. per unum hominem peccatum ſcilicet originale intrauit in mundum, & per peccatum mors. Quamnis enim Eua prius ſuperbiendo peccauerit propter quod dicit. Eccl. 25. A muliere initium factum eſt peccati, & per eam omnes morimur, tamen quia mulier non fuit uniuerſale principium totius humanæ naturæ: quia non tota humana natura fuit in Eua, ſed in Adam, ſcilicet ut in principio actiuo ſeu perfectiuo. Ideò totum peccatum fuit in Adam conſumatum quando mulieri conſenſit. Si enim Adam non conſenſiſſet peccanti mulieri, paruuli deſcendentes ab eis non contraxiſſent peccatum originale, nec per conſequens mortem neceſſariò. incurriſſent, Hereus. Et ideò ſignãter Apoſtolus dixit, per unum hominem ſcilicet. Adam. Et quamuis illa die qua peccauerunt primi parentes non fuerint mortui actu tamen fuernnt immediatè morti corporis obnoxij. Et ſic intelligitur iſtud eis à Domino dicto. In quacunque die comederitis ex eo morte moriemini. Ge. 2. ideſt morti eritis ob noxij, ſecundum. Thomam, & Auguſtinum.

§. 6. Secũda pœna.

¶ Secunda pęna inflicta communiter primis parẽtibus ex ſuperbia eſt triplex. ¶ Prima eſt gratiæ & omnium uirtutum amiſſio. Vnde Auguſtinus. Princeps uitiorum dum uidit Adam ex limo terræ ad imaginem eius factum pudicitia ornatum, temperantia compoſitum, charitate ſplendidum, illos primos parentes illis donis à tantis bonis ſpoliauit pariterque peremit ſcilicet ſpiritualiter priuando gratia, de pœnitentia diſtinctione ſecunda, princeps. Et hoc innuitur cum dictum fuit à Deo. Ecce Adam factus eſt quaſi unus ex nobis ſciẽs bonum & malum. Et eſt locutio ſanctę trinitatis, & ideò dicit quaſi unus ex nobis ſcilicet perſonis diuinis, & ſunt uerba increpantis, quaſi diceret, ad hoc factus erat ut beneficio gratię Dei eſſet ſicut Deus per adoptionem, ſed per ſuperbiam, & inobedientiã miſer homo perdidit, & factus eſt ſimilis beſtijs, unde fecit eis Deus tunicas pelliceas ut ſe cognoſcerent. Vel ſunt uerba deterrentis tam eos quam cætaros homines uitijs ſuperbiæ ſecundum Auguſtinum q.d. Ecce quomodo punitur ſuperbia hominis. ¶ Secũda pœna inflicta utrique fuit rebelio carnis, ſeu ſenſualitatis ad ſpiritum quæ primo apparuit in membris genitalibus. Vnde Auguſtinus in libro de ciuitate Dei dicit quod ſenſerunt motum carnis ſuæ propter quod erubeſcentes adinuicem fecerunt ſibi perizomata de folijs, ideſt cooperimenta ut ſerabolas, & ſic ſecuta eſt recognitio uerecundiæ, uel concupiſcentiæ. Vnde dicitur Geneſis tertio. Et aperti ſunt oculi eorum. Vnde Auguſtinus

nus super Geneſim. Non eſt credendum qđ primi parentes eſſent producti clauſis oculis præcipue cum de muliere dicatur, quod vidit lignum quod eſſet pulchrum uiſu, ſed aperti ſunt ad aliquid intuendum, & cogitandum, quod nunquam ante aduerterant, i. adinuicē ſe concupiſcendum, quod ante non fuerat. Spiritualiter autem aperti ſunt oculi eorum unus ſcilicet difficultatis in bono, alius facilitatis in malo. Vel ad malum aperti ſunt, ideſt

§.7. cognouerunt utrunque in eis.

Tertia pœna. ¶ Tertia pœna eſt excluſio reſidētiæ de loco tam ameno. Nam poſt peccatum excluſus eſt eadem die de paradiſo. Dicitur enim Gen. 3. Emiſit eum dominus de paradiſo uoluptatis. Vnde Gr. Quid paradiſo iocundius, quid cœlo ſecurius, & tamen homo de paradiſo, & angelus de cœlo peccando cedit? Idem. Adam primus homo p̄ peccato de paradiſo eiectus eſt, hoc eſt, q̄a nobilitatēm Dei à ſe eiecit nō bilitate loci priuatur diſt. 40. quilibet. Hic locus paradiſi quamuis nunc non deſeruiat homini ad uſum: quia inacceſſibilis eſt, tamē ſeruit ei ad documentum. Primo quidem dum cognoſcit ſe propter peccatum illo fuiſſe priuatum. Secundo: quia per ea quæ corporaliter in illo paradiſo ſunt, inſtruitur ſpiritualiter de his, quæ pertinent ad paradiſum cœleſtem quo præparatur nobis aditus per Chriſtum. Th. 2. 2. q. 42. Et ne homo poſſit ad placitum ſuum illuc redire poſita ſunt ibi impedimenta ſcilicet Cherub. & gladius flāmeus atque verſatilis ad cuſtodiendam uiam ligniuitæ. Gen. 3. Hoc autem ſic intelligitur ſecundum literam. Locus enim illius paradiſi uidetur eſſe inacceſſibilis præcipue propter uehementiam æſtus in locis inter medijs ex propinquitate ſolis, & hoc ſignificatur per flammeū gladium, qui uerſatilis, dr̄ propter proprietatem motus circularis huiuſmodi ęſtum cauſantis. Et ſit per Cherubin. quia per angelicum miſterium creditur ibi eſſe aliquaignea cuſtodia. Th. ubi ſupra, poſt Aug. Spiritualiter autem duplex reatus, qui per pcm̄ incurritur deſignatur. Primus eſt amiſſionis gloriæ, qui conſiſtit in uiſione Dei. i. plena cognitione, & ideò collocatur ante paradiſum, cherubi. qui interp̄rætatur plenitudo ſcientię qui excludat ab ipſa uiſione. Secundus reatus ſeu pœna eſt ignis gehennæ, & ideo ponitur gladius flammeus. Nam per gladium uitio diuinæ iuſtitiæ deſignatur, qui ut dicitur uerſatilis ideſt ex vtraque parte incidens, quia animam, & corpus cruciauit. Deſignat etiam iſta tria per quæ quis ex peccatis redit ad Deum. ſcilicet per cherubin, i. per ſcientiam, & cognitionem Dei per ignem dilectionis, per gladiū verſatilem, i. tolerantiæ paſſionem ſecundum magiſtrum in 2. ſentent.

§.8. Quarta pœna Adæ diuiſa in tres. ¶ Viro quoque præcipue fuit inflicta triplex pœna ex parte corporis. Prima fuit terræ ſterilitas cum dictum fuit. Maledicta terra in opere tuo, & exponitur multis modis videlicet. Terra non gratis paſcet te, ſicut feciſſet in ſtatu innocentiæ, ſed nec ſemper ex ęquo rn̄ debit laboribus tuis, quia aliquando multum laborat, & parum uel nihil recolligit, q̄ eſt in pœnā. Et ſic maledr̄ terra non in ſe, quod in opere, inquantū punitur hō ex terra non percipiens fructum quē debet, & ſecundum laborē ſuum. Vel ſic maledicta terra, i. quia peccaſti propter uxorem, quæ tibi debuit eſſe ſubiecta, ideo maledicta erit terra ſubdita tibi, & non rn̄dens ad deſiderium tuum. Et quiapeccaſti per mulierē, quæ tibi debuit eſſe in adiutorium, ideò, & tertia quę tibi eſſe debuit in ſeruitium erit maledicta, quia in tedium, & laborem, vel propterea terra maledicitur non Adam ad terrendum hoīes ne ſimilia facientes ſimiliter maledictione feriantur. ¶ Secunda pęna eſt culturæ anxietas. Vnde dr̄ ei. In labore, & anxietate comedes ex ea, &c. Gē. 3. i. laborando uictum quæres. Et hæc pęna laboris eſt cōis. Nullus. n. ex terra comedit niſi præcedente labore, uel in ſe uel in alio. Nam & contemplatiui ſi non laborant in uicta actiua, tn̄ ex laboribus aliorū de terra comedūt. Ante āt p̄ctm̄, & ſi operatus eſſet homo terrā, non fuiſſet ad laborem, ſed ad ſolacium, & delicias ſcm̄ Aug. quantū placuiſſet. ¶ Tertia pœna eſt anguſtiæ acerbitas, ibi ſpinas, & tribulos germinauit tibi. ſecundum Rabbanū ſpinæ āt peccant erant, ſed non ut homini labore inferant ſicut ſerpentes, & alia noxia, quæ ante homini erant innoxia ſecundū Th. vbi ſup. poſt Auguſt. Spiritualiter ſpinæ ſunt punctiones, ſeu ſtimuli peccatorum, quæ ex carne proueniunt uelut ex terra, uel punctiones tortuoſarum quæſtionum, & tribulos cogitationem, quæ de nimia ſolicitudine prouiſionis uitæ proueniunt ſecundum glo.

§.9. Quinta pœna Euæ diuiſa in tres. ¶ Mulieri autem in ſpeciali tres pęnæ ex parte corporis ſunt ex ſuperbia inflictæ. ¶ Prima eſt laboris in portando prolem conceptam. Vnde dictum eſt. i. Geñ. 52. Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus, &c. Multitudo cōceptum inducitur in pœnam mulieri nō propter procreationem, & multiplicationem prolis, quæ fuiſſet etiam in ſtatu innocentiæ: ſed propter multiplicationem afflictionum

quas

quas mulier patitur ex hoc q̃ diu portat fœtũ unde,& mulier fœtosa citius seneſcit,& moritur.¶ Secũda pœna eſt dolor in partu. Vnde dicitur. In dolore paries. Omnis. n. mulier quæ concipit in peccato de neceſſitate parit cum dolore. Sola enim uirgo Maria ſine corruptione concepit,ſine labore portauit, ſine dolore peperit,quia eius conceptus non fuit ſecundum legem naturæ à primis parẽtibus derivatam. Si autem mulier non concipit, neque parit,patitur ſterilitatis defectum qui p̃ponderat prædictis pœnis. Vnde & Amb. Pudor eſt fœminis nuptiarum præmia non habere,quibus ſola eſt hæc cauſa nubendi.ſ. principalis. Idem. Coniugij præmium & gratia nuptiarum partus eſt fœminarũ. 32. q. 2. pudor.

Sola Virgo Maria ſine dolore peperit.

¶ Tertia pœna inflicta mulieri eſt ſeruitus in obſequendo. ibi. ſub uiri poteſtate eris, quod intelligitur ex parte corporis. Nam ex parte animæ Deo ſubijcitur ſicut & uir. Hæc etiam ſubiectio eſt introducta in pœnam non ſolum quantum ad regimen,quia etiam ante peccatum uir fuiſſet caput mulieris, & gubernator eius: ſed prout mulier contra propriam uoluntatem neceſſe habet uoluntati uiri parere. Ita q̃ ante peccatum erat ſubiectio mulieris ad uirum ex reuerentia, & dilectione poſt peccatũ eſt ex timore, & ſic eſt ſubiectio quaſi ſeruilis, & inflicta in pœnam peccati. Hinc Aug. Satis apparet quemadmodum fœminas uiris ſubditas eſſe & pene famulas lex uoluerit eſſe uxores. 33. q. 5. hæc imago. Ecce quot mala ex ſuperbia. Vnde dicitur Adam exemplum meum ad adoleſcentia mea.

Mulier eſt ſubiecta viro.

¶ De quatuor ſpeciebus ſuperbiæ. Cap. 2.

DE ſpeciebus ſuperbiæ dicit Greg. in 4. lib. mora. q̃ quatuor ſunt ſpecies ſuperbiæ, quibus omnis tumor arrogantium demonſtratur .ſ. cum bona à ſemetipſis habere exiſtimant aut ſibi datũ de ſuper pro ſuis meritis putant aut certe cum iactant ſe habere quod nõ habent,aut deſpectis cæteris ſingulariter uideri appetunt. Et de his poteſt exponi illud Pſal. 130. Domine non eſt exaltatum cor meũ. ſ. affectando excellentiam inordinate ſupra q̃ priam menſuram,& ſic bona mihi collata mihi attribuendo non à Deo recognoſcendo, quo ad primã ſpeciem. Neq; elati ſunt oculi mei,oculi ſ. æſtimationis,& affectionis nõ ſũt ultra debitum in altum leuati; bona quæ à Deo agnoſco meritis meis aſcribendo principaliter,quo ad ſecundam ſpeciẽ. Neque ambulaui in magnis,magnificando in me, uel apud alios bona mea ſpiritualia, uel temporalia ea poſſidendo, uel minus habẽdo quo ad tertiam ſpeciem. Neque in mirabilibus ſuper me. ſ. ambulaui æſtimatione, mirabilia & quaſi ſingularia ſuper me exiſtentia præ cæteris intuendo,& alios ex hoc deſpiciẽdo. ideò autem non me exaltaui quo iſtorum modorum,quia ut dicit. ſaluator Matt. 23. & Lu. 14. Qui ſe exaltat humiliabit. Et Prouer. Ante ruinam exaltabitur ciuitas, Exaltate eſt rem ex imo in altum leuare,quod facit ſuperbia,ut patet ex eius ethimologia. unde apte figuratur per uentum de quo dicitur. Mar. 6. q̃ erat eis uentus contrarius. ſ. diſcipulis nauigantibus in m. . Erat eis uentus contrarius ubi tria no.

Quatuor ſunt ſpecies ſuperbiæ.

Superbia ſimilis eſt uento.

¶ Primo proprietas & multiplicitas elationis ibi erat uentus.

¶ Secundo nocibilitas ſeu malignitas huiuſmodi infectionis. ibi contrarius.

¶ Tertio irremediabilitas eius malignationis ibi eis. Nam in mari huius ſeculi nauigantibus uentus ſuperbiæ contrariatur, quia bonis operibus inſidiatur ut pereant dicit Aug. Eſt .n. materia uẽti ſecundum Albertũ vapor terreus frigidus & ſiccus qui eleuatur uirtute radij ſolaris, & eleuatus & ingroſſatus in aere impellit aerem faciendo aliquando tumorem quãdo eſt magnus,ſic ſuperbia eſt quædã cogitatio ſubtilis quæ de terra cordis egredit ſicca humore gratiæ,frigida charitate,q̃ charitas non inflatur. 1. Cor. 13. quæ cogitatio calore,i. inordinato amore excellentię trahitur ſupra in altũ p̃ eſtimationẽ ſupra ſe,& rumorem facit ſe magnificando. Hic eſt ille uentus figuratè qui ueniens à regione deſerti. p̃cutiens domum in quatuor angulis ubi ſeptẽ filij Iob cum tribus ſororibus conuiuabant deiecit eam: omnes opprimens intra exigentes. Iob. 1. quia uidelicet uentus ſuperbiæ immiſſus à diabolo per tẽptationẽ qui deſertũ dicitur, quia omni gratia derelictus p̃cutiens domum mentis ſeu conſcientiæ iuſti in quatuor angulis. i. uirtutibus cardinalibus ſi ei aſſentiatur ruere facit, & ſeptem dona ſpiritus ſancti cum tribus uirtutibus theologicis figuratis, per filios & filias extinguit, ut nulla ibi uirtus vel gratia uiua remaneat ubi ſuperbia regnat. Signantur autem prædictæ quatuor exaltationes ſeu ſpecies ſuperbiæ p̃ quatuor uentos quos uidit Daniel in mari magno pugnare ut habetur Dan. 7. ſ. oriẽtalem, auſtralem, occidentalem,& equilonarem.

¶ Eſt ergo prima exaltatio ſeu ſpecies ſuperbiæ cum quis ex inordinato appetitu proprię §. 1.

xcel-

ecellentiæ bonum habitum naturalem, ut in genium, intellectum, memoriam, fortitudiné, corporis pulchritudinem, uel bonum tempo rale, ut diuitias, gloriam, honorem, potentiã, uel ſpirituale ut gratiam, ſcientiam, ſapientiam, prædicationem: prophetiam, & huiuſmodi ſibi attribuit quaſi à ſe haberet non à Deo. ¶ Vbi nota quòd ſuperbia conſiſtit non ſolum in cognitione: ſed etiam in affectione, ſuperbus. n. non credit hoc. ſ. q̃ nõ ſit aliquid bonum in ſe, uel alio quod non ſit à Deo, ſed de bono quod habet ſeipſum ita magnificat ac ſi ab alio nõ haberet, ſed à ſe. Pro cuius declaratione ſciendum ſecundum B. Tho. 2. 2. q. 62. & in 2. ſenten. di. 42. q̃ æſtimatio rationis de aliquo bono poteſt corrumpi dupliciter. Vno modo uniuerſali. Et ſi corrumpitur æſtimatio rationis. ſ. in uniuerſali, quãdo quis æſtimat uniuerſaliter bonum quod habet nõ habere à Deo: ſed à ſeipſo, & hoc pertinet ad infidelitatem, cũ recta fides habeat, q̃ Deus eſt actor omnium bonorum. Secũdo corrumpitur æſtimatio rationis in particulari, ꝓpter aliquam paſſionem ſecundum q̃ errant, qui operantur malum ut dicitur Prouer. 4. ſicut uerbi gratia, ſi aliquis ſentiret in uniuerſali fornicationem non eſſe peccatum, eſſet infidelis, non autem infidelis cẽſetur fornicator qui fornicationẽ eligit tãquam bonũ propter concupiſcentiæ paſſionem. Ita à ſimili ſi quis æſtimaret vniuerſaliter, & abſolutè Deũ non eſſe omnium creatorem, uel homini gratiam pro meritis dare eſſet hæreſis, uel infidelitatis peccatum. Sed q̃ aliquis propter inordinatum amorem propriæ excellentiæ, ita de bonis ſuis glorietur ac ſi ea à ſeipſo haberet, p tinet ad ſuperbiam non ad infidelitatem. Iſta ſpecies prima ſuperbiæ poteſt figurari ꝑ Ventum orientalem, quia ſicut ab oriente oritur nobis lux, ita & à Deo oritur nobis omne bonũ gratiæ & naturæ de quo ſuperbus ſe exaltat ſibi attribuendo; de hoc poteſt illud intelligi onager aſſuetus in ſolitudine attraxit uẽtum amoris ſui. Hæc uidetur fuiſſe exaltatio ſuperbiæ Luciferi. ſ. appetendo, & æſtimando propria uirtute ſine Deo per gratiam operantem ad gloriam peruenire (ut dictum eſt ſupra.) Et de hoc Eſa. 14. dicitur. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer q̃ mane oriebaris, corruiſti in terram qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo. Aſcendam in cœlum ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Veruntamen ad infernum

Superbia cogitatione, & affectiõe.

Superbia lucifori.

det aheris in profundũ laci. Et quaſi cauſam ſubdit detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, qua. ſ. uſus eſt in ſermone prædicto. ¶ Vbi nota q̃ dicta prophetia ſecundum Ni. de Ly. & alios, hẽt duplicem intellectum litteralẽ. Exponitur. n. & de Nabuchodonoſor cuius regnũ emicuit ut Lucifer ſuper alia regna, & mane ortũ dr, quia fuit prima monarchia mũdi. ſ. Aſſyriorum, qui & gentes multas uulnerauit & debilitauit, ſubiugans imperio ſuo, & ſubmiſit ſibi populum Dei. ſ. populũ Iudæorum, quod notatur in ſequentibus. Nam aſcẽdit in cẽlum. i. in populum Dei cẽleſtem, ſuper aſtra. i. ſuper ſanctos uiros, ſedebo in mõte. i. in templo Dei, q̃ erat in monte in lateribus. i. cum magno exterminio ſuper altitudinem nubium. i. ſuper prophetas dominando eis & captiuando, ſimilis ero altiſſimo nõ recognoſcẽdo hæc à Deo: ſed propriæ uirtuti aſcribendo: ſed qui à Deo non recognouit ſed ſuperbiuit, ad infernum deductus eſt, & ad nihilum redactum eſt regnum eius in Balthaſar filio, uel nepote. Sed exponitur etiam ad literam & communis de angelo primo. Et ibi not. plura exprimentia grauitatem peccati illius. ¶ Et primo hoc oſtenditur ex naturæ dignitate cum dicitur, Lucifer quaſi lucẽ ferens per excellentiam. Fuit enim ſupræmꝰ inter omnes angelos creatos, ſecundum illud Græ. de pẽ. diſt. 2. l. ſi. Et ideo magis ingratus & reprehenſibilis: quia plura bona cæteris receperat naturæ & gratiæ. Aliqui tamen dicũt non fuiſſe ſupræmum ſimpliciter, ſed ſecũdũ quid. i. in aliquo ordine principatuum, uel angelorum, uel archangelorum. ¶ Secundo oſtenditur grauitas quo ad originis priori tatem cum dicitur, qui mane oriebaris. i. in principio ante omnem creaturam ita. ſ. q̃ nulla ante eum: ſed plures poſt eum, ſm narratiõ litteræ ſunt creatæ. Qui potuit uidere ſe nihil creaſſe, ſed Deus totum feciſſe. ¶ Tertio ex criminis originalitate, cum dr corruiſti in terram. Auertit enim ſe à diuina contemplatione, & conuertit ſe ad ſui conſiderationem, & ſic corruit. Primum enim omniũ peccatorum in mundo fuit ſuum. ¶ Quarto ex peccati ſocietate, ibi qui vulnerabas gentes. i. ſpiritus quos ſecum trahebat ſuo exemplo ꝑ nitioſæ ſuperbiæ grauius utique peccat, & tãto plures inficit ſuo exẽplo iniquo. ¶ Quinto ex peccati firmitate, ibi qui dicebas in corde tuo. Non enim fuit quidem motus à natura, uel alio perſuaſus primorum parentum, ſed cum malitia & aſſiduitate ex ſe procuratus. ¶ Sexto ex ſuperbiæ immenſitate, ibi aſcẽ

dam

dam in cælum nõn empyreum, quia ibi erat ubi creatus fuerat, sed in cœlum sanctissimæ trinitatis, ut. s. sicut ipse est glorios⁹ ex se, ita ipsæ ascenderet, & perueniret ad gloriam, quam nondum adeptus fuerat per propriam uirtutem sine adiutorio gratiæ. ¶ Septimo ex principatus singularitate, ibi super astra Dei exaltabo solium meum, ideſt super angelos cæteros ut mihi seruiant. ¶ Octauo ex sapientiæ sublimitate, quam appetijt, ibi sedebo in monte testamenti, appetijt secundum Bern. esse similem Dei filio, quem vidit incarnandũ & quod daturus erat in montem Syõ legem testamenti noui, appetebat ergo & ipsæ esse legislator. ¶ Nono ex malitiæ nocibilitate, ibi. in lateribus Acquilonis, unde procedit uentus frigidus & afflictiuus ideſt suggeram & flabo in primis parentibus uentum superbiæ unde frigidi fiant amore Dei, quod fecit ex inuidia sua. Decimo in cognitionis naturalitate, ibi. ascendam super altitudinem nubiũ, ideſt super subtilem cognitionem prophetarum, ideſt omnia erunt mihi præuia sine Dei adiutorio. ¶ Vltimo in Dei æqualitate, ibi. similis ero altissimo quærendo adorari ut De⁹ quod frequenter facit quærendo adorari pro Deo, sicut apud gentiles adorantes in statuis dæmones, & cum Christo dixit. Matthæi quarto. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me, dicitur autem tunc dixisse hoc: quia ex superbia sua quam tunc incurrit omnia mala facit in contemptum Dei. Et per hanc superbiam iniuriatur homo Deo in seipso, quia facit se totalem causam boni quod habet à Deo. Contra quem Apostolus. 1. ad Chorin. 4. Quid habes quod non accepisti ab alio saltem à Deo, à quo bona cuncta procedunt immediate uel mediate. Iaco. 1. Omnes datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens. Et primo. Paralip. 29. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Et subdit Apost. Si autem accepisti quid gloriaris. s. in teipso, uel apud alios quasi non acceperis, scilicet ab alio, sed à teipso habeas, quod pertinet ad ingratitudinem. Vnde Grego. A Dei oris sui gratiam negare conuincitur, qui sibi tribuit bonum quod operatur. Et inde ex sua ingratitudine meretur amittere, quia secundum Augustinum. Quod Deus dederat gratis abstulit ingratis, sicut narratur in libro de septem donis de quodam magno doctore legente solemniter epistolas Pauli, & cum quadam die laudaretur à quodam, quod ita bene legeret dixit ex superbia quod melius intelligebat, quam ipse Apostolus propter quã superbiam immediate est oblitus penitus omnium, ut nec unam literram sciret cognoscere.

Exẽplum.

¶ Secunda species exaltationis superbiæ est quis bonum quod habet à Deo meritoria sibi ascribit credendo aliquam excellentiam in natura uel gratia uel fortuna, ideſt in temporalibus suis meritis & uirtute habere principaliter quam non potest nisi per Deo gratiã obtinere. Cum ergo superbus inordinate appetat excellẽtiam ultra sibi præfixam à Deo, quia ad maiorem excellentiam pertinet alicuius, quod bonum quod habet à se habeat non ab alio, uel si ab alio habeat maioris excellentiæ est q̃ meritis suis illud acquisierit q̃ ex gratia sine sufficiẽti merito. ideo superbus æstimat habere bona à se uel meritis suis à Deo secundum Tho. Sed merita nostra sunt insufficientia ad ea quæ pro meritis reddũtur. ¶ Et ipsorum meritorum non sola causa nos sumus, sed principalis causa est gratia q̃ est tantum à Deo, unde Apostolus. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit in quit ad Titum. Non ex operibus in præteriti, quæ nulla erant, quia ut dicitur. Cum non dũ nati essent aut aliquid boni uel mali egissent Deus Iacob dilexi Esau odio habui, non tamen impartiendo malitiam, odisse dicitur Esau, sed non dando gratiam sicut Iacob nec operibus præsentibus à nobis factis: quia non sunt condignæ passiones huius temporis, quæ scilicet sunt in tribulationibus, & operibus bonis, in quibus homo patitur laborem ad futuram gloriam. Rom. 8. Neque ex futuris, quia si Deus præuiderit aliquem bonum futurum & bene usurum gratia, ideo sibi dedit, quia tunc temporale vt est operatio humana esset cã ęterni, scilicet prædestinationis quæ est ab ęterno, contra q̃ ait Apostolus ad Ephesios primo. Elegit nos ante constitutionem mundi ut simus sancti, & immaculati, nõ quia eramus futuri: sed ut simus per eius electionem. Secũdum ergo suam misericordiam saluos nos fecit principaliter non ex meritis nisi secundario. Sed in naturalibus quoque cum Deus sit actor primus omnium actionum, & motor omnium motionum, nec intelligere, nec uelle, nec sentire, nec uiuere, nec operari possumus sine eius influxu. Et in lib. de causis dicitur quod omnis prima causa plus influit in causatum secundæ causæ quam ipsa causa secunda. Vnde Esaia 27. Omnia opera nostra operatus es in-

§. 2. De secũda specie superbiæ.

Principalis cã meritorum est gratia.

es in nobis domine. Et Apoſt. 2. ad Corint. 3. Non ſumus ſufficientes cogitare a nobis aliquid quaſi ex nobis, ſcilicet principali uirtute noſtra. Quamuis enim Deus propter bona quæ quis facta multiplicet ei ſpiritualia, conſeruet naturalia, augmentet temporalia, non tamen debet æſtimare quòd Deꝰ hoc faciat quaſi ex debito, tanquam ſua opera ſint cauſa principalis huiuſmodi conceſſionis, ſed ſua liberalitas. Multos etiam uidemus magis induſtrioſos, & laborioſos, & ſanctius uiuentes, & tamen non ſunt ita abundantes in temporalibus. Figuratur iſta ſpecies ſuperbiæ per uentum auſtralem, qui eſt calidus & uenit à regione multum calida, quia de meritis. ſ. exi miæ bonitatis nimis confidit, de quo uẽto dicitur Dan. 7. Huius ſuperbiæ uento fuit percuſſus Nabuchodonoſor quando dixit in palacio ſuo conſiſtens. Nonnæ hæc Babylon magna quam ego ædificaui, & ampliaui i robore meo &c. ? ideſt uirtute mea, & ſic ex ſuperbia attribuit uirtuti ſuæ non Dei liberalitati Dominium illud, ſed punitus eſt immediatè ſicut fuerat ſibi prius per annum in uiſione, ſub figura altiſſimæ arboris demõſtratũ. Nam in beſtiam mutatus eſt, quę tamen mutatio ſecundum Epyphanium fuit ſecũdũ phãtaſiam ipſius & aliorum aſpitientium non ſecundum naturæ ſpeciem vel ſubſtantiam ideo Augu. 17. q. 4. miror ubi dicit. Si de poteſtate præſumitur Nabuchodonoſor regem intende qui cauſa ſuperbiæ ex homine mutatus eſt in bouem. Et ut dicitur in hiſtorijs ſcolaſticis uidebatur ex parte capitis uſque ad medium corporis bos, ex reſiduo ſicut leo, quia ſcilicet tyranni in principio Dominj ſunt laſciui & cer uicoſi, poſtea fiunt rapaces, ut Leo populos deuorante ſicque amiſit regnum per ſeptem tempora, ideſt annos quibus ſapientes cum filio eius regebant, & ipſæ cum feris in deſertũ habitabat Deo ſic diſponente, ut non lædere tur à feris. Et ut dicit magiſter in hiſtorijs, ſeptem anni mutati ſunt in ſeptem menſes, quibus paſſus eſt iſtam alienationem mentis, & in capite 40. dierum reuertebatur ad ſenſum proprium, & flebat peccatum ſuum per alios 40. dies, & exinde reuertebatur ad iſtam alienationem 7. tamẽ annis ſtetit ſine uſu regni. Vide hiſtoram quæ pulchra eſt. Dan. 4. ſic & ppheta ſanctus, qui fuit miſſus à Deo de Iudea in Samariam ut habetur 3. Reg. 12. ad reprehendendum Hieroboam de idolatria, & fuit ſibi præceptum ne ibi manducaret, uel biberet poſtquam hoc fecit ſcilicet reprehẽdẽdo Hiroboam regẽ non timendo minas eius ac etiam brachium regis ipſius areſactum ſanauit & munera eius cõtempſit, ut dicit Gregor. 1. moral. quædam occulta ſuperbia mentem eius apprehẽdit meritis ſuis illa magna opera eius aſcribens in mentis obſcuritatem incidit tantam, ut inuitatus ab alio propheta, ſcilicet falſo ad comedendum ſecum ex parte Dei contra mandatum Dei aſſenſit credens à Deo illi fuiſſe præceptum, ſed ab eo reprehenſus in uia poſtea ſtrangolatus eſt à leone. Sed & Paulo apoſtolo datus fuit ſtimulꝰ carnis ſuæ ſiue temptatio carnalis ſecundum Greg. in moral. ſiue infirmitas corporalis ſm Aug. ne incideret in hanc ſuperbiam, ut meritis ſuis aſcriberet illas magnificas Dei reuelationes, prout ipſæmet fatetur dicens. Ne magnitudo reuelationum extollat me datus eſt mihi ſtimulus carnis &c.

§. 3. De tertia ſpecie ſuperbiæ.

¶ Tertia ſpecies exaltationis ſuperbiæ eſt, cũ ſe iactat habere apud alios loquẽdo, uel apud ſe exiſtimando habere quod non habet, ut cũ quis reputat ſe habere acutum intellectum, uel magnam memoriam, uel magnam induſtriam in agendis, uel peritiẽ in arte, uel prudentia in regimine, vel pulchritudinem in pſona, uel ſcientia i mente, uel perfectionẽ in uita ſpirituali, & de hoc in ſe gloriatur cum tamen reuera iſta non habeat, uel nõ tantum ſicut æſtimat. Vnde Eſa. 16. dicitur. Audiuimus ſuperbiam Moab. Superbus eſt. n. ualde, ſuperbia & arrogantia eius pluſquam uirtus eius. Hiero. Nos publices, & uermiculi noſtram debemus ſcientiam in ſcitiam profiteri, & ex hoc perfectus homo. Vnde prouerb. penul. dicitur. Vir cui locutus eſt Deus p intimam cognitionem, & gratiam, ſtultiſſimus ſum uirorum, ſapientia non eſt mecum. Señ. Scio me aliquid profeciſſe, quia hoc ſcio qđ neſcio. Et ſi de ſcientia ſua debet quis humilia ſentire paruam, & quam nullam reputando, cum quaſi nil perfecte, & cõplete ſciatur etiam natura unius muſcę multomagis de gratia, & uirtutibus debet quis de infima eſtimare. Nam de ſcientia, uel ſapientia ſua põt aliquam certitudinem habere: ſed de gratia & uirtutibus infuſis nullam. Et ideo Apoſtolus poſtquam dixerat. Nihil mihi cõſcius ſũ. 1. ad Corinth. 4. ſubdit, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Periculoſa eſt talis ſuperbiæ æſtimatio, & uanam confidentiam inducit de bonitate ſua. Vnde poſtea de facili ruit. Hac uidetur fuiſſe puiſatus Petrus Apoſtolus quando Chriſto ſibi dicente de ſcandalo ſui, & aliorum, & poſtea de ſua negatione trina, ipſę eſtimãs ſe hẽre illã conſtantiam perfectã,

ſcilicet

scilicet pro eo tolerandi mortem, quam non dum habebat dixit, etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo Lu. 22. super quo verbo Ambro. ait. Hæc ideò dicta sūt ut sciamus neminem se iactare debere. Nam si Petrus lapsus est qui dixerat. Et si alij scandalizati fuerint in te, sed non ego, quis alius de se iure præsumat? Deniq; Dauid qui dixerat. Ego dixi in abundantia mea, scilicet deuotionis, & feruoris non mouebor in æternum: eam sibi iactantiam obfuisse testatur dicens, Auertisti faciem tuam à me, & factus sum cō turbatus. Hæc ille. 6. q. 1. immitare. Talis de se superba æstimatio execat intellectum, ut nec se nec agenda, nec Deum bene cognoscat vnde figuratur per albuginem oculi quæ impedit uisum. Vnde Greg. in pastorali. Pupilla namque oculi nigrā uidet, albuginem tolerās nihil uidet, quia uidelicet sensus humanę cogitationis si stultum se peccatoremque intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit: si autem candorem sapientię seu iustitiæ apprehendisse existimat, à luce se supernæ cognitionis excludit, & eo claritatem ueri luminis non apprehēdit quo se apud se per arrogantiam exaltat, di. 49. Hinc etenim mirabiliter homines penes omnes decipiuntur de se existimantes maiora quam habeant. Differēter superbiam Iusti & reprobi. Hac superbia: sed occulta vī fuisse ductus Iosias optimus rex Iuda quando bellum mouit sine causa contra regem Egypti ut dicit Ioā. Cassi. in tractatu de uicijs, sed in punitionem in bello occisus est, ut hētur. 4. reg. ¶ Sed ista est differentia inter electos, & reprobos, quia si electi aliquando superbiunt cito redeūt ad humilitatem, sed reprobi nūquam. Vnde Io. 15. dicitur. Cunctis diebus suis superbit impius. Vbi Greg. 2. moral. inquit. Solent etiam electi in quibusdā suis cogitationibus & actibus superbire, sed quia electi sunt, cunctis diebus superbire non possunt, quia priusquam uitam finiant ab elatione ad humilitatem corda commutant. Impius verò cunctis diebus superbit, quia sic uitam terminat, ut tamen ab elatione non recedat. Circumspicit quod tēporaliter floret in uita, carnis siduciam ponit, eamque diu permanere estimat quam ad prę sens tenet, solidatur in elatione animus: indespectu adducitur omnis propinquus quam repetina mors surripiat nunquam considerat. Et subdit Iob. Et numerus annorum incert⁹ est tyrannidis eius. Vbi Greg. Tyrannus proprie dicitur qui in communi republica non iure principatur, bene ergo superbiam tyrannidem uocat, quia quod nōnūquam alius in re publica ab hoc per acceptā dignitatis potentiam alius in prouincia, alius in ciuitate, alius in domo propria, alius per latentem nequitiam hoc exercet apud semetipsum in sua cogitatione. Nec intuetur Deus quantum quisque ualeat facere, sed quantum uellit: sed cum sit incertus terminus uitæ eius, cur extollitur quasi de certo, quasi dicat, de hoc deberet eum humiliare incertitudo uitæ. Ad hanc speciem superbiæ pertinet excusare suos defectus, quia ex hoc secundum Tho. ubi supra, homo sibi arrogat innocentiam quam non habet, ad quam superbiam etiam multum communiter homines labuntur, ut meritò possit dicit illud. Hiere. 8. Nullus est qui agat pœnitentiam de peccato suo, dicens quid feci omnes. n. se excusant, sed ut dicit Augu. Si te excusas, Deus accusat, si te accusas Deus excusat, ideſt pareit. Vnde & primi parentes requisiti de transgressione: quia non se accusauerunt, sed excusauerunt uir retorquēdo in sociam uel in Deum, qui dederat sibi talem societatem, & mulier in serpentem: quia deceperat, ideò subito de paradiso expulsi sunt. Vnde & Gratianus dicit quod species superbiæ est uelle uideri iustum, qui peccator est, atq; hypocrita conuincitur, qui ad imitationē primorū parentum tergiuersatione uerborū peccata sua leuigare cōtendit. Vel sicut Cayn peccatum reticendo penitus supprimere quę rit, ubi superbia regnat, humilitas locum non habet, sine qua non potest esse salus. de pę. dist. 1. §. taciturnitas. c. qui demum, circa fin. Ad hoc autem scilicet ad excusandos suos defectus inducuntur multi ex hoc scilicet quod considerant defectus aliorum, & sic maiores reputantes, suos paruipendunt. Signatur autem hæc superbia per nentum occidentalē. In occidente enim occidit lux homo superbit de bonis quæ non habet.

Dequarta specie superbiæ.

¶ Quarta species superbiæ est qua quis ęsti mans se meliorem uel sapientiorem cæteris, alios despicit, & contemnit, affectans alijs dominari, de hoc pōt intelligi illud Iob. 11. Vir uanus erigitur in superbiam, & quasi pullum onagri liberum senatum æstimat. Vere uan⁹ est talis, quia leuis & nullo pondere timoris firmatus, erigitur scilicet super alios quærēs dominari & leges imponere, similis est onagro, id est asino siluestri, qui per siluam suarū prauarum uoluptatum discurrens nullis oneribus uel uinculis mandatorum reputat se subditum, sed liberum ad nocendum cuicunque despiciendum, & conuitiandum, Talis fuit phariseus ille qui ascendens cum publicano

cano ad adorandum in templum dicebat stãs scilicet rigidus in superbia, Deus gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri hominum adulteri, raptores, iniusti, uel vt ét hic publicanus ieinno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Lucæ 18. Et sic ex superbia se exaltando, & proximum publicanum despiciendo fuit reprobatus. ¶ Qui autẽ pharisei exemplo proximo cõuinciatur quod accidit frequenter ex superbia, sibi & aliis plura mala facit secundum Chrisʒ. Primo quidé audientem reddit peiorem, quia si sit peccator fit letior criminis inuẽto collega. Si sit iustus, extollit per aliqua cria idoctꝰ de se magna putare. Secũdo talis cõitatẽ ecclie lædit. Nõ enim omnes audientes uituperãt solũ eũ qui peccauit, sed ritui Christiano cõtumelias innectunt. Tertio dei gloriam blasphemare facit. Sicut enim nobis recta agentibus nomen dei glorificatur, sic nobis peccantibus blasphematur. Quarto eum qui audiuit opprobria confundit imprudentiorem & aduersarium faciens. Quinto statuit se pœnæ obnoxium rebus prolatis quæ sibi non conueniunt, pertinet ergo ad superbiam se alijs præponere & alios despicere. Vnde & Amb. in li. de offi. inquit. Si quis uero nõ obediat episcopo sese extollere, atq; exaltare desiderãs quærens ét obumbrare merita episcopi si mulata affectione doctrinæ aut humilitatis, aut misericordię: is a uero deuiat superbus, quia ueritatis ea regula est, ut nihil faciat quis commẽdandi sui gratia, quo minor aliꝰ fiat, ne si qd boni operis habeas id ad deformationem alterius, & uituperationẽ exerceas. 11. q. 3. si quis. Exemplum ponit Greg. in dyalogo. Tales superbi nullum timent, similes diabolo, de quo dicitur. Iob 41. Factus est ut nullum timeret. Omne sublime uidet. De hac etiam Grego. 34. moralium circa finem sic ait. Quasi tyrannus quidam obsessã ciuitatem intercipit cum mentem superbia irrumpit. Et quo ditiorem quemquã cęperit eo in dominio durior exurgit, quia quo ampliores virtutes sine humilitate aguntur, eo latius ista dominantur. Quisquis uero eius i se tyrannidẽ captiua mẽte susceperit hoc primum damnum patitur, quod clause cordis oculo iudicij equitatem perdit. Nam cuncta quæ ab alij, bene geruntur displicent, & sola ei quæ ispe uel praue egerit placent. Semp aliena opera despicit sempre miratur quod facit, quia quicquid egerit egisse se singulariter credit, & cum se in cunctis transcendere cæteros estimat per lata cogitationum spacia secum deambulãs laudes suas tacitꝰ clamat. Nõunquam ad tantam elationem meus ducitur ut eo quod tumet etiam post ostentationem locutionis effrenetur. hæc ille. Sicut fecit pharisæus ille &c. Sed mirabiliter eos deꝰ ihumiliat. Vnde dicitur Eccl. x. Sedes ducũ superborũ euertit, & sedere fecit mites ꝓ eis. ¶ Vnde legitur de quodã tyranno superbo, quod cum audisset pluries decãtari in ecclesia illud. Dsperſi superbos mente cordis sui. Deposuit potẽtes de sede, & exaltauit humiles, uocauit clericos, & mãdauit eis ut deberent radere de libris suis illos versus: quia falsi erant dicens de sede sui dominij a nullo posse deponi, cui cum econtrario diceret nõ aquiescebat, sed sic humiliatus fuit. Accidit ut quadam die iret ad balneandum se cum magna comitiua, cunq; dimissis uestibus solus fuisset balneum ingressus inde ad modicum angelus domini apparuit in effigie illiꝰ domini quasi exiens de balneis nudus. Cum quo omnes estimarent ilum dominum esse suum reindutum associantes omnes cũ eo re deũt ad ciuitatem, & ad domum uero domini no remanente in balneis & transacta aliqua morula exiens de balneis nudus neminem inuenit, nec etiam suo, pannos: sed quosdam miseros concissos, cunq; alios non habe ret, in promptu illos idutus, furore repletus cõtra familiam suam, quia cum dimiserãt reuertitur ad ciuitatem, & incipit interrogare ianitores de familia sua nominando nunc unum aut alium conquerendo quomodo eũ fuerant ausi ita dimittere solum. Illi uero qui uiderãt angelum in forma eius reuersum domum cum comitiua, quam dominum credebant uidentes hunc male indutum reputant eum unum fatuum qui faceret se dominũ ex fatuitate, & sic deridendo loquebantur cũ eo, sicut fit cum fatuis. Turbatur istę magis & miratur uadit ad palatium & multi cum eo deridendo. Dumq; ab aliquibus maturioribus diceretur, quod dominus ciuitatis erat i palatio, & quod ipsę errabat, & ideò nõ diceret talia, ille attonitus & prę admiratione quasi alienatus dicit. Quid est quod dicitis, non cognoscitis me dominum uestrum, qui egressus paulo ante ꝺ ciuitate iui ad balneã? quomodo ergo dicitis dominũ esse in palacio? quis est iste dominus alius quã ego? Fiunt hęc nota augelo qui dominus putabãt. Qui ad sui humiliationem maiorem fecit eũ uocari ut sic loquendo corã alijs irrideatur. Et ille dominus male indutus uidens angelum ab hominibus haberi ut dominum, & se

Superbus multa mala sibi & alijs facit.

contemni, dicit quomodo ipſe eſt dominus ciuitatis, & quomodo dimiſſus fuerat in balneis, nec etiam ſuas veſtes inuenerat, & quod miratur quomodo ipſe tendat dominium ciuitatis quod ſuum erat omneſque in riſum conuertebat. Demum angelus uocauit eum ſolum in cameram, & reduxi ſibi ad mentem ſuperbiam ſuam, quæ uſus pluries fuit in uerbis dicens ſe de ſede non poſſe deponi, & iō illos uerſus debere abradi. oſtendens ſibi manifeſtè per experientiam quomodo in breui imperceptibiliter fuerat ſede non ſolum priuatus, ſed fatuus à cunctis reputatus, & ideo diſceret humiliari, & non ſuperbire. Qui recognoſcens peccatum ſuum indutus ab angelo ueſtibus ſuis, & ipſo diſparente egreſſus de camera receptus eſt à ſuis ut dominus, narrans geſta per angelum.

Ventus ſuperbiæ multa mala facit.

¶ Dicitur autem uentus contrarius quantum ad ſecundam partem, quia nociuus eſt. Sicut enim à uento materiali multa nocumenta procedunt, ita à vento ſuperbiæ multa nocumenta ſpiritualia. ¶ Sicut enim uentus, ut patet ad ſenſum eſt aeris obſcuratiuus, ſeu ſpiſſatiuus, concitatiuus, & turbatiuus, ita ſuperbia intelligentiam obſcurat Prouerb. 11. Vbi fuerit ſuperbia & contumelia cor ad malum incitat. Vnde & Grego. obſtaculum ueritati eſt ſuperbia, & hominum pacem perturbat. Ezech. 1. Ventus turbinis ueniebat ab Aquilone, ideſt ſuperbia perturbans venit & orta eſt à dęmone.

§. 1.

¶ Secundo uentus eſt in mari tempeſtatis generatiuus, & hoc quia undarum eleuatiuus, & per conſequens maris inflatiuus. & in partes contrarias extenſiuus, unde & nauigantium ſubmerſiuus. Sic ſuperbia in mundo bella, & rixas concitat, dum quiſque uult eſſe maior, & alteri dominari, undas ideſt affectiones humanas eleuat extollendo ſe, & iactando mare cordis inflat, & in partes contrarias ſeparat, donec nauigantes in naui ſuperbiæ ſubmergat. Matth. 14. Nauicula in medio maris iactabatur fluctibus ſcilicet à uento.

Superbiæ ęqui parâtur uento.

Prouerb. 13. Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. ¶ Tertio ventus eſt in terra montium concurſiuus, domorum ſubmerſiuus, & arborum eradicatiuus: quia ſcilicet ſuperbia etiam viros ſpirituales ſpiritu eminentes tentando pulſat, & ſubuertit aſſentiendo, tertio Reg. decimonono. Spiritus grandis & fortis, ideſt ventus ſubuertens montes, non in ſpiritu dominus. Domus diruit, & collegia diuidendo. Matth. ſeptimus. Flauerunt uenti, & irruerunt domum illam, & cęcidit. Prouerb. 15. Domos ſuperborum demolietur dominus, arbores ideſt homines fructuoſos, & gratis multis dotatos aliquando eradicat deſtruēdo, vt Saulem. Sapien. 4. A nimietate ventorum eradicabuntur, ſcilicet arbores. Confringentur enim rami in conſumati fructus illorum inutiles. Eccleſiaſti. vigeſimoprimo, ſubſtantia ſuperbi eradicabitur. ¶ Quarto uentus eſt ſpumę in aqua generatiuus, veſicę inflatiuus & extenſiuus, palearum, & pulueru eleuatiuus, quia ſuperbia quem aduerſitate non deijcit in ſpumam vanitatis ſi poteſt adducit, & per uanam gloriam inflando, & eleuando ſubmergit. Sap. 5. ſpes impij quaſi lanugo, quæ à uento tollitur, & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpargitur Apoſtolus 2. ad Corinth. 12. Timeo enim ne forte cum uenero, non quales uos uolo inueniam uos, & ego inuenias a uobis qualem non uultis, ne forte contentiones, & emulationes, ne inflationes, & ſeditiones, &c. ſint inter uos. Deutero 1. Tumente ſuperbia aſcendiſtis &c. Iob 21. Erunt ſicut plaeæ ante faciem uenti, ſic ſuperbi quærentes honores, & ſic ſe eleuantes deficiuntur in miſeriam. ſicut ſuperbus Antiochus de quo 2. Macha. 19. ¶ Quinto ventus eſt in corpore humano multarum egritudinem cauſatiuus, quando ſcilicet in corpore generatur, uel ibi clauditur, ut infirmitates ilionū, torſiones uentris, cholica, & huiuſmodi. ſic per ſuperbiam multę infirmitates ſpirituales. Eccleſiaſtici. 3. Synagogę ſuperborum non erit ſanitas. Et quæ infirmitates peccatorum oriantur ex ſuperbia oſtēdit Greg. in 34. lib. mora. in fi. Cunctis namque ſuperbia apud ſe cogitatione tumentibus ineſt clamor in locutione, amaritudo in ſilentio, diſſolutio in hilaritate, furor in triſtitia, in honeſtas in actione, honeſtas in imagine, erectio in inceſſu, rancor in reſponſione, horum mens ſemper eſt ad irrogandas contumelias ualida, ad tolerandas infirma, ad obediendum pigra, ad laceſcendum alios importuna, ad ea quæ facere debet, & prævalet ignauia, ad ea aulem, quæ facere nec debet, nec prævalet parata, hæc in eo quod ſponte non appetit nullis exhortationibus flectitur. Ad hoc autem. quod latenter deſiderat quærit, vt cogatur, quia dum merut ex deſiderio iuo uileſcere, optat uim in ipſa ſua voluntate tollerabile. Hæc ille. ¶ Sexto eſt uentus luminis, & ignis extinctiuus, ut patet ad ſenſum, ſic ſuperbia extinguit lumen gratiæ & ignem charitatis, & omnium uirtutū. Eccleſiaſt. 21. Domus quæ nimis, ideſt ualde lo-

cuplex est scilicet virtutibus, anihilatur superbia, vnde Greg. sicut omnia vitia eneruat humilitas, omnes, quæ virtutes colligit, & roborat, sic superbia omnes virtutes destruti & eneruat. Idem Greg. paulo supra inquit, Alia uitia eas solas uirtutes impetunt quibus ipsa destruuntur, ut uidelicet ita patientiam, Gastrimargia abstinentiam, libido continentia expugnat, superbia autem nequaquàm est vnius virtutis extinctione contenta, sed contra cuncta animæ membra se exigit, & quasi generalis ac pestifer moribus corpus omne corrumpit. Impedit quoque superbia suasionem gratiæ & virtutum. Sicut enim concauũ est receptiuum non connexum vt montes, ita superbia quæ facit mentes elenatas vltra communem conditionem impedit receptionem gratiæ. Vnde in figuram dicitur. 2. Re. 1. Montes Gelboe quæ significant superbiam, nec ros nec pluuia scilicet gratiæ veniant super vos &c. Lumen etiam verę cognitionis impedit. Vnde Apostolus dicit ad Ro. 1. de philosophis superbis quod dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, & tradidit eos Deus in reprobum sensum ideſt tradi permisſit.

§. 6. Remedia contra superbia.

¶ Tertio superbiæ remediabilitas insinuatur ibi eis scilicet discipuli contrariabatur uẽtus, qui laborando contra ventum in nauigando, & demum Christo ad eos ueniente liberati sunt uento & facta est tranquillitas. Oportet ergo ad remediandum superbiæ ne dominetur Christi discipulum eius vitam & doctrinam sequi, & laborare diuersis considerationibus. Ipse si quidem Christus humilimus fuit in omni uita sua & conuersatione, humiliter conuersatus cum simplicibus, pauperibus non cum doctoribus & mundi sapientibus & diuitibus, qui communiter sunt superbi. Humiliter indutus est non pompose, docuit non profunda & curiosa: sed uilia, & humilia, fugiens honores, ut cum vellent eum turbæ facere regem. Iob. 6. aliquando præcipiens occulti eius miracula, vt Marci. 7. de muto, & surdo in his, quę agebat gratias Deo referens, & nõ sibi attribuens vt Ioh. 6. A me ipso facio nihil. Et illud, mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me in seruiendo discipulis, ut abluendo pedes eorum. Iohan. 13. Vt dimittamus humilem eius ad nos descensum, de lumine cœli ad tenebras mundi, de sede regali ad officinam peccati, de consensu patris ad profundum laci, formam serui accipiens, & similitudinem carnis peccati uidelicet corpus subditum pœnis peccati, vt famam, sitis frigus & alias etiam ipsam mortem non tamen habentem pecca um. Vnde Augustin. Erubescat homo fieri superbus, postquam humiliatus est Deus, qui etiam superbiam reprehendens humilitatem docens vt illud Meth. 23. Nolite uocati rabbi. Et illud. Recumbe in nouissimo loco. Lu. 14. discipulos cum contenderent de primatu superbia temptatos reprehens dicendo, quia nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum cœlorum Matth. 18. Et cum apostoli reuersi a prædicatione gauderent, quod dęmones expulissent aliquali superbia propriæ reputationis stimulati, terruit eos exemplo Sathanæ dicens videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem. s. superbiam. Et iterũ. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite serui inutiles sumus & quod debuimus facere fecimus. Lu. 7. Ipse etiam ait ad patrem. Confiteor tibi domine pater cœli & terræ quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentib. &c. i. superbis. Mat. 11. & subdet. Discite à me, qa mitis sum & humiles corde. Remedia superbiæ.

¶ Est ergo primum remedium contra uẽtum superbiæ. Exemplum uitæ Christi. Secundũ doctrina eius ipsam detestans & ad contrarium exhortans, & hoc est Christum secum hêre in naui mentis. ¶ Tertium est laborare in exercitijs vilibus se occupando. Vnde dicitur de pœ. di. 2. si quis semel notatus fuerit in uidiæ vel contentionis vitio, & rursum hoc idem inciderit sciant se primam causam ex qua inuidia uel contentio nascitur in interioribus medullis habere reconditam: oportet ergo eum per contraria, atque aduersa curari. i. per humilitatis exertitium. Exertitia uerò humilitatis sunt si se vilioribus officijs subdat, & ministerijs indignioribus tradat. Ita enim arrogantiæ atque humanæ gloriæ uitium curare poterit, ut in consuetudine humilitatis, affectus ultra iam non incidat in arrogantiæ & uanæ gloriæ delictum, & in singulis huiuscemodi uitijs similis cura adhibeatur &c. Quartum remedium est consideratio utilitatis propriæ atque miseriæ animę & corporis. Iob 14. Repletur homo multis miserijs, natus de muliere breui uiuens tempore, qui quasi flos egreditur, & conteritur, &c. Quid enim est homo nisi sperma fœtidum in principio sui, uas stercorum in medio, esca uermium in fine quo ad corpus, quo ad animam in peccatis natus, siue peccatis non uiuens, tenebris inuolitus, ignorans finem suum, a supernojudice de omnibus iudicandus, & pnnie-

Superbæ remedia.

Nota vilitatem hominis

dus

dus præcipuè de ſuperbia. Iuxta illud, Pſa. 30. Retribuet dominus abundanter, ſcilicet pœnam facientibus ſuperbiam, & hoc rectè, quia ſuperbi directè pugnãt cõtra Deũ. Iſa. 2. Dies domini ſuper omnem ſuperbum & arrogãtẽ. Adeò infirmi ſumus animo, vt nec leui cogitationi poſſumus per nos reſiſtere, nec leue verbum ſufferre, nec leuem flatum temptationis ſuſtinere. Corporis infirmitas tãta vt paruus vermis, vt ſcorpio & aranea ipſum proſternat ipſum moleſtet. ¶ Quid inflatis inquit. Augu. ſanies fœtida? quid tenderis pelis morticina? ¶ Quintum eſt cõſideratio melioris vitæ Gre. Sicut incentiuum elationis eſt cõſideratio deterioris, ita cautela humilitatis eſt conſideratio melioris, conſiderata. n. vita ſanctorũ quot & quanta fecerunt, & ſuſtinuerunt pro Deo, miſerrima oſtenditur vita noſtra. Sextũ remedium eſt conſideratio iudiciorum Dei, & præcipuè contra ſuperbos. Pſal. 88. Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum. Et illud Pſal. 17. Oculos ſuperborum humiliabis.

§. 7. ¶ Exempla habes plura in ſcriptura quomodo Deus humiliat ſuperbos. ¶ Primum exem

Qũo ſu perb. humiliat. plum Luceferi, & primorũ parentum de eorũ ſuperbia humiliata, de quibus ſupra habetur Gen. 11. de ædificari volentibus turrim pertigentem vſq; ad cœlum vt ſic ſe defenderẽt à Deo ſi amplius acquas diluuij induceret ſup terram vbi confuſis linguis eorum compulſi ſunt opus dimittere imperfectum. ¶ Secundo

Pharao. de Pharaone qui ex magna ſuperbia nolens parere Domini iuſſionibus ſibi per Moyſen & Aaron factis de dimiſſione populi demũ poſt multa flagella humiliatũ demerſit in profundum. Exo. 14. ¶ Tertio de Datham & Abyrô

Dathã & Abyron. qui rebellantes Moyſi & ex ſuperbia contemnentes principatũ eras, aperta eſt terra & deglutiuit eos viuos. Numeri. 16. ¶ Quarto de

Saule. Saule rege quo non erat melior in Iſrael, cui dixit dominus. Re. 25. Cum eſſes paruulus in oculis tuis caput in tribubus cõſtitui te in Iſrael, nunc autẽ quia eleuaris abiecì te. ¶ Quinto de Roboam filio Salomonis de cuius ſuperbia legitur 3. Regũ. 12. cum dixit populo Iſrael. Minimus digitus meus groſſior eſt deorſo patris &c. ſed humiliatus eſt, quia occiſo Aduram qui erat ſuper tributa, decem tribus receſſerunt ab eo & fecerunt ſibi alium regem ſcilicet Ieroboam. ¶ Sexto de Senacherib de

Senacherib. cuius ſuperbia dicit dominus. Eſay ç 37. ſuperbia tua deſcendit in aures meas, ponam igitur circulum in naribus tuis, & frenum in labijs tuis, & reducam te per viam qua uenisti, de eius humilatione ſubditur, quia angelus domini in vna nocte occidit. 185. milia exercitus ſui, ſicque ipſe rex Aſſiriorum Senacherib euadens reuerſus in terram ſuam à filio ſuo occiſus eſt in templo Dei ſui. De Nabuchodonoſor, De quo Danie. 4. dictum eſt ſupra. ¶ Septimo de Holoferne & exercitu Holoſernes. eius cuius præerat innumerabili, qui ex ſuperbia dixit poſtquam Achior locutus eſt collaudans illum populum & Deum ſuum vt oſtendatur, quia non eſt alius Deus niſi Nabuchodonoſor, poſtquam percuſſerrimus eos quaſi vnum hominum, tu etiam cum eis gladio interibis. Iudith. 6. ſed humiliatus, quia amputato capite eius a Iudith. exercitus fugit, & debelatus eſt. Iudith. 15. ¶ Octaua de Aman Aman qui propter ſuperbiam ſuam pati non poterat quod Mardocheus eum nõ adoraret ſicut cæteri homines quod ille nõ faciebat, quia cognoſcebat illum abuti honore, ſed humiliatus eſt quia demum ſuſpenſus eſt in ligno illo, quod parauerat Mardocheo pro patibulo, & omnis inimici populi Iudæorum occiſi ſunt illa die a Iudæis data licentia ſuper hæc à rege Aſſuero, quia ipſi debebant occidi, vt habetur Heſter per totum. ¶ Nono de Antiocho Antiochus. rege 2. Machabeorum 9. de quo dicitur quòd locutus eſt ſuperbè. Antiochus audito quod exercitus eius fuerat deuictus à Iudæis dicẽs ſe venturum Hyeroſolymam & congeriem ſepulchri eam facturum, ſed immediatè humiliatus fuit, quia appræhendit eum dolor uiſcerum, & tantus fetor de corpore eius ſcaturiente vermibus exibat, quod non poterat cũ exercitus tolerare, ibi uide de eius humiliatione. ¶ Decimo de Herode qui decollauit Iacobũ, Herodes. quia cum populus eius acclamaret laudes Dei & non hominis. ſi laudaret eum vt Deum indutum ueſte aurea reuerberante ſuper eum radio ſolis, & ex hoc ſuperbientem. & ſupra homines de ſe eſtimantem percuſſit eum angelus Domini, ut habetur Act. 12. ſed diffuſius in hiſtoria eccleſiaſtica. ¶ Vndecimo de Populꝰ Iudeorum. populo Iudæorum, qui cum fuerat a Domino mirabiliter auditus, & exaltatus, quia ſuperbe ægit contra Dominum nolens eum recipere & doctrinam eius humiliatus eſt, & diſperſus per orbem in ſeruitutem & opprobrium. ¶ Duodecimo in vita patrum de Anachorita. quodam Anachorita, qui ad magnum apicem contemplationis aſcenderat, ſed ſuperbia elatus humiliatus eſt. Nam diabolus aſſumens ſpeciem mulieris oberrantis in deſerto uenit ad cellam eius rogans recipi de nocte, ne a feris deuoraretur, quo facto & accenſo ei igne ad caleſaciendum aſpiciens in

eam,& ſtimulatus libidine cum opus nepharium attentaret illa, vt fumus euanuit in aere clamitans. O anachorita qui te uſque in cœlum exaltabas, ecce quia in infernum demerſus es inducens eum ad deſperationem.

¶ De *gradibus ſuperbiæ* 12. Cap. 3.

DE gradibus ſuperbiæ. 12. de quibus beatus Bern. in quodã libello,& Bea. Thom. 2.2. q. 162. de his poteſt exponi ſe illud Pſ. 73. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. Vbi ſciendum eſt quod eſt duplex aſſenſus mentalis. Vnus eſt uirtualis, ſcilicet de bono opere in melius, & de actu unius uirtutis in alium. De quo Eſa. 2. Venite aſcendamus ad montem Domini, ideſt Chriſtum vel cęlũ, ſcilicet per humilitatem,& bona opera. Alter criminalis, ſcilicet de uno actu peccato ad aliũ: & pręcipue ſuperbiam importat aſcẽſum quændam falſæ æſtimationis, & inordinatæ affectionis ad magna, aſcenditur criminaliter cum quis de uno gradu ſuperbiæ aſcendit ad alium de quo põt intelligi illud Exod. 12. Non aſcendes, ſcilcet per gradus ſuperbiæ ad altare meum. i. Chriſtum ſeu diuinæ maieſtatis: ſed per humilitatem oportet aſcendere, quia vt dicitur Iob 20. ſi aſcenderit in cęlum, ſcilicet meritorum ęſtimatione, ſuperbia eius & caput eius nubes tetigerit quaſi ſterquilinium in fine perdetur. De hoc ergo aſcenſu ſuperbiæ dicit Pſ. 73. Superbia eorum &c. Vbi tria poſſumus notare. Primo uitium deteſtabile, ibi. ſuperbia, ſecundo malum inſuperabile ibi. qui te oderunt. Tertio progreſſum execrabilem ibi aſcendit ſemper.

§. 1. Superbia eſt deteſtabilis.

¶ Quantum ad primum ita eſt deteſtabilis ſuperbia prout dr Eccl. 10. Odibilis coram Deo ſuperbia eſt & hominibus. Superbia. n. Deo aduerſatur, & proximo ac proprio ſubiecto. Aduerſatur quippe Deo quaſi uolens ab eo auferre quod ſuum eſt. Dicit. n. Dominus Apoca. 1. Ego ſum alpha,& o, principiũ & finis, ſcilicet omnis creaturæ. Sed ſuperbus cũ æſtimet bona ſua quæ habet a ſe habere, & eſſe principiũ eorum,& ad hunc finem faciat opera ſua, vt honoretur & magnificetur, ſic facit ſe principium, & finẽ quod Dei eſt. Vñ dicit Boetius, quod cætera vitia fugiunt Deum, ſed ſuperbia reſiſtit Deo per luxuriam enim homo ad creaturam conuertitur quærens inordinatam delectationem, per auaritiam ad pecuniam,& ſic de alijs, ſed per ſuperbiam contradicit Deo quaſi uolens dominium eius, ſed ſi uideris inquit Seneca murem velle dominari alijs moribus nũquid riſum teneas, & ideò ſpecialiter dicitur de ſuperbia. Iacobi. 4. Deus ſuperbis reſiſtit, & meritò nam non ſolum ſuperbus vult Deo ęquari, ſed ſuperior eſſes. Vnde & de ſuperbo Antichriſto dicit Apoſtolus. 2. ad Theſſal. 2. Extollũt & aduerſatur ſuper omne quod dicitur Deus aut quod colitur, vbi Bern. Horret humanus intellectus uerbum, vtinam horreat ſimul cogitatum malignum pariter & affectum, dico enim nobis, quod non ille tantum, ſed omnis ſuperbus extollitur ſupra Deum. Vult enim Deus fieri uoluntatem ſuam, vult & ſuperbus fieri ſuam. Iam videtur ęqualitas, ſed uide malè congruã proportionem. Deus enim in his quæ ratione approbat vult voluntatem ſuam, ſuperbus uerò cum ratione,& contra rationem. Superbia Deum impugnat ſemper in omni tempore, in omni loco, & in omni perſona. Multa peccata ſunt quæ cauentur in ſolemnitatibus, ſed ſuperbia tunc magis exercetur in pompoſis veſtis & ornatibus, unde homines ſuperbiunt in conuiuijs, in ſermonibus, & huiuſmodi. Peccata carnis, gulæ, & fraudulentiæ & huiuſmodi rarò committuntur in locis ſacris, ſed ſuperbia ibi per maximè. Multæ etiam ſunt perſonæ quæ dedignantur fornicari, fraudare, mendacia dicere, quę tamen ſibi non cauent a ſuperbia, Superbia etiam bonis operibus inſidiatur vt pareant (ait Auguſt.) Quinimmo nulla contumelia ſeu offenſio fit Deo ubi non ſit aliquomodo ſuperbia. ¶ Propterea dicitur Eccle. 10. Initium omnis peccati ſuperbia ex eo uidelicet: quia primum peccatum quod fuit Luciferi fuit ſuperbia. Sed vt dicitur Iudith. 9. Superbi non tibi domine placuerunt a principio. Vel dr initiũ pcti, q̃a ſuperbia primorũ parẽtũ eſt cã in nobis originali pcti, vñ in nobis eſt inclinatio in oĩ peccato, vel quia in oĩ peccato eſt aliquo modo ſuperbia, dum quis ſe rebellat mãdatis Dei. Vñ aduẽtus xpi in carne fuit,& ad iudiciũ contra ſuperbiã erit, ſed primus ad medẽdũ, Secũdus ad puniẽdũ eã. Vñ Au. Propter magnũ pcẽm ſuperbiæ Deus humilis venit. Iſtę Ingẽs morbus aiarũ omnipotẽ mediciũ de cęlo deduxit vſq; ad formã ſerui humiliauit cõtumelijs cũ ligno ſuſpendit ut ſalute tãtę medicinę curẽt hic tumor. Secundus aduẽtus erit contra ſuperbiam puniendã. Vnde Eſa. 2. Dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum & excelſum & arrogãtem & humiliabitur. ¶ Eſt etiã ſuperbia proximo iniurioſa. Superbus enim proximum corde cõtẽnit, verbis contumeliatur, factis moleſtat. Corde ei contemnit ſecundum illud Eccle.

Superbia ois peccati initium.

Superbia proximoin. iuriosa.

15. Sicut

13. Sicut abominatio est superbo humilitas, sic execrabilis est diuiti pauper. Et non solum humiles: sed & superbos superbus contemnit & eis contrariatur. Non enim in eo uerificatur illud. Omne animal diligit sibi simile, & inclinatur ad illud. Et ratio est, quia superbus appetit sup alios præcisse uel reparari uel honorari, & ideò cum ista communia esse non possint, cum uidet alium superbum ista quæ rere tanquam impedientē suum consequi desiderium eum detestatur. Verbis etiam superbus molestat proximum multipliciter & se iactando, & cum eo litigando, & contumelias inferendo. Vnde Amos. 6. Nunquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua scilicet faciendo magnifica opera & apparentia. Et Ecclesiastici. 11. Sicut eructant præcordia ferentium, ita & cor superborum. Ad literam. Stomachus uentositate inflatus eructat, quod abominabile est audientibus, sic superbus uerba uentosa & displicibilia profert. Et illud. Prouer. 11. ubi fuerit superbia ibi & contumelia. Factis etiam molestat eum affligendo & bonis spoliando, secundum illud. Prouerbiorum 22. Arma & gladij in uia superbi, custos autem animæ suæ longè recedit ab eis. Ecclesiast. 22. Effusio sanguinis in rixa superborum. Quando enim non possum obtinere quod uolunt, nō curant per se uel alios sanguinem fundere ut possint ad dominia ascendere. Et quia molesti sunt aliis superbi, ideò cōmuniter ægre feruntur. Vnde & Ecclesiast. 15. Tres species odiuit anima mea, & aggrauor ualdè animæ illorum, pauperem superbū diuitem mendacem, & senem fatuum & insensatum. Ad litteram. Hoc ideò quia talibus tollitur occasio illorum malorum. Superbiam enim inducit opulentia uel magna aliqua excellentia, quam non habet pauper. Ex paupertate, ut prouideat necessitati suæ quis aliquando dicit mendacia, & experientia longa debuit senem sapientem efficere. Mortaliter totum impletur de superbo quolibet. Ex parte siquidem corporis est homo ualde pauper, immo pauperimus, adeò ut mendicare eum oporteat uictum, & uestitum ab herbis, ut pannum lineum ab animalibus brutis ut lanam. Diues mendacioſus est, qui bona quæ habet magna dicit à se habere, uel se non posse continere, vel vitia uincere, cum tamen possit cum adiutorio gratiæ. Senex factus est qui eum pluries fuerit expertus suas fragilitates, & casus potentium: tamen confidit in se exponens se periculis, & regimina quærens.

¶ Demum superbia proprio subiecto nocet. Nam bona de se conuertit in mala inquantum de bonis superbit operibus, & sic malum culpæ incurrit, unde de uita moritur, de sanitate ægrotat, de medicina interficitur, & à mortuo occiditur. Sicut in figuram Eleazar occidens elephantem sub eo occubuit, 1. Mach. 6. Item superbia in errorem inducit, unde illud. Hiere. 49. Arrogantia tua decipit te, & superbia cordis tui, dicit glo. quod omnis hæreticus est arrogans, quia superbia hæreticum facit & uere ignorantem. Item superbia mentem inebriat, ut se non cognoscat. Abacuch 20. Quomodo uinum potantem decipit sic erit uir superbus. Vinum hoc modo decipit potantem, quia ingreditur blande sua suauitate, postquam uero receptum est incommensurate, ipsum dominentur in homine, & facit eum fatue credere, & fatuè loqui, & operari nociua. Sic post quam superbus recipit superbiam in affectu, tunc de facili recipit eam in intellectu, ut alta de se credat alta loquatur, & est sicut ebrius, & quæ de se dicuntur bona, quæ in se non esse uidet, credit. ¶ Vnde accidit ei, sicut cuidam rustico, qui cum portaret agnum ad vendendum, quidam truffatores condixerūt sibi ut quilibet interrogaret per se quid uellet de illo cane dicentes canem esse agnum illum. Cum ergo primus quæreret a rustico quid prætij uellet da illo cane. Respondit rusticus. Agnus istæ non canis cui ille irridendo inquit. Erras, quia canis est, & non agnus. Interrogat secundus quanti prætij esset canis ille. Cui econtra ille dixit, agnus est non canis, & sic succesſiuè plures secerunt propter quod demum immutatus à uera credulitate sua immo scientia, verbis illorum canem æstimauit, & pro cane vili prætio uendidit, sic superbus &c. Item superbia inducit infirmitatem, quæ de facili incurritur, & difficulter curatur, & sæpe in ea recidiuatur curata. ¶ Triplici autem ratione incurritur faciliter. Prima ratio est, quia non putatur tanta infirmitas quanta est, & ideo non vitiatur sicut uitanda est, unde Grego. Cum minus turpis superbia creditur minus uitatur: luxuriam eo magis erubescunt homines, quia omnes turpem nouerunt. Secunda est, quia manifestiora reperiuntur exēpla superbiæ quam aliorum peccatorū. Fornicatores enim, & alij uitio si occultant peccata sua, sed superbia manifestè cōmititur. Quod autem quis glorietur de lasciuiis, & aliis sceleribus iam procedit ex superbia,

Superbia nocet suo subiecta

Superbia inducit infirmitatē.

aliàs occultat. Tertia ratio est propter multiplicem materiam, quia de quocunq; malo. Item de difficili curatur. unde. Iob 15. Cūctis diebus suis superbit impius. Quando enim aliquis infirmatur aliquo alio peccato, odij, homicidij uel fornicationis: cognoscens confitetur conteritur, & demittit illud, sed superbus nec uult subire humilitem contritionis, nec erubescentiam confessionis, uel tantas miserias suas sciri. Vnde enim dici. Gratianus. de pē. dist. 1. ca. Qui domum, circa fi. §. taciturnitas confessionis ex fonte superbiæ nascitur dum quis non uult cognosci qualis sit. Ex similitudine enim patet non de facili curabilis. Nam assimilatur Luciferi peccato, quod superbia fuit & insanabilis. Ad hoc ēt facit huiusmodi ratio, quia infirmitas quæ ignoratur non potest curari. Hiero. Difficile ad sanitatem uenimus, quia nos ęgrotari nescimus, quod maxime accidit ex superbia.

§.2.

¶ Secundo malum insuperabile notatur cum dicitur. Qui te oderunt. Odium autem hominis ad deum est maximum peccatum, quod superat omnia alia, & adhoc demum. perducit superbia. Sciendum tamen secundum Tho. se. se. q. 112. quod deus in natura sua non potest odiri. Est enim ipsa essentia bonitatis, bonitas autem in se in quantum bonitas non potest odori, quia bonum est quod omnia apetunt (inquit philosophus. 1. Ethic.) Sed etiā inquantum creator, uel benefactor non potest odiri. Nullus. n. odit eū qui sibi benefacit inquantum apprehendit illud ut beneficiū. Sed si reputaret illud quod sibi impenditur bonū ut malum, & sibi nociuum sic posset odire, uel etiam habito respectu ad aliud, puta quia & si sibi aliquod bonum fecit ē sibi contrarius in aliquo, ut si filius odiat patrem, non quia eum genuit, sed quia uerberauit. Sic de°oditur uel in quantum punitor malorum, & sic oditur a demoniis, & oibus dānatis. Vñ dicitur Apoca. 16. de damnatis manducauerunt linguas suas præ dolore, blasphemauerunt Deū, qui habet ptātē super has plagas neq; egerunt pniam. ut darent illi gloriam, uel quia impedit Deus aliquos ne impleant suas uoluntates malas diuersis modis, uel quia prohibet peccata propter quod praui non ita libere peccant, ut cuperent, tum quia moniordet conscientia, tum quia non assentitur ab aliis ex timore.

§.3. Superbiæ duo decim gradus.

¶ Tertio progressus execrabilis superbiæ notatur cū dr, Ascēdit semp. Vbi notādū q̄ 12. sunt gradus supbiæ q̄bus ascēditur ad summū eius, scilicet curiositas, leuitas, inepta lętitia, singularitas, iactātia, arrogātia, præsumptio, simulata confessio, defensio peccati, rebellio, libertas sui, assuefactio mali, & Ber. in quodam libello eius explanat quoad statū religiosum. Sed ut communior sit materia etiam ad alios extendemus.

§.4. Curiositas.

¶ Est ergo primus gradus. Curiositas, quæ in hoc consistit, dum quis non contentus terminis cognitionis sibi conuenientis quærit scire, uidere, audire, uel aliis sensibus apprehendere, quæ non decet. Multipliciter hoc vitio infectum est genus humanum, & tanto magis quanto minus de eo sicut sibi conscientiam. Vt enim dicitur. Ecclesiast. 3. Non sanatur oculus uisu, nec auris auditu. Frequenter quis quærit quæcunque oculis occurrunt uidere, & audire omnia quæ dicuntur. Et breuiter quandocunque quis utitur aliquo sensu, non propter aliquam causam rationabilē, sed solum ut notitiam habeat de ipsa re obiectat sensui pertinet ad curiositatem. Cum etiam intellectus scire quærit, quæ sibi prohibita sunt, uel noxia, uel supra capacitatem suam, ut de mysterijs fidei & prædestinatione, & huiusmodi curiositas est, vnde dicitur Eccele siastic. 3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te non scruteris & in plurib⁹ operibus eius ne fueris curiosus. Bern. autem sic ait de hoc gradu. Si uideris monachum de quo prius confidebas ubi stat ambulat. s. discarrendo hinc inde & oculis insipienter uagari, caput erectum, aures portare distētas, & moribus exterioris hois interioris imutatū agnoscas, dū. n. anima sui circūspectione torpescit incuria sui, i alioꝝ curiosam æquē facit. Vt qd ēt audes oculos leuare in cęlū, qui peccasti in cęlū, terrā intuere, ut cognoscas te ipsum. Hæc ille. Dyna filia Iacob: quia curiosa fuit in egrediēdo domum, vt videret fęminas regionis illius constuprata fuit a Sychen. Gen. 34.

§.5. Leuitas.

¶ Secundus gradus est leuitas, s. ad indicandū facta aliorū ad loquendū ad proferendū sententias ad ordinandū noua, ad docendū alios, & si contradicitur contentiones multiplicat, quæ omnia procedunt communiter ex nimia sui ęstimatione, quasi euāgeliū sit omne quod dixerit, uel senserit, & alij nil sciant, sicut Cayphas cū dixit in consilio. Vos nescitis quicquā nec cogitatis, expedit uobis, vt unus homo moriebatur, & Helyu iuuenis, qui cū uidisset tres amicos Iob qui cū uisitauerāt: sed Heliphat, Baldach & Saphar disputantes cū eo superatos, ductus leuitate, & arrogantia illos contempsit, tanquam ignaros, & ipsę Iob aggressus est disputationē cum arguens. Sed reprehensus a Domino fuit ei dictum. 38. Quid est iłtę

Amici qui uisitauerūt Iob i tribulatione, & miseria.

inuol-

inuoluens ſententias ſermonibus imperitis; Bern. uerò ſic ait de hoc gradu. Sic oritur iſtæ ex gradu præcedenti. Monachus qui ſui negligens alios curioſè circunſpicit, dum quoſdam ſuſpicit ſuperiores, quoſdam deſpicit inferiores, in alijs quidem videt quod inuidet, in alijs quod irridet vnde animus nulla ſui cura grauatus per ſuperbiam, & alta ſe erigés, modo per inuidiam tabeſcit, modo per excellentiam pueriliter hilareſcit, & quod ſuperari dolet, & quod ſuperare ſe gaudet, amor propriæ excellentiæ facit. Tales autem nunc pauca, & mordacia verba, nunc multa in amarius uerſa, nunc luctu plena, ſemper autem irrationabilia indicit uerba. Hæc ille.

§.6. Inepta Lætitia.

¶ Tertius gradus eſt inepta lætitia. Videns enim ſuperbus ſe proſperari in temporalibus, ab hominibus laudari, honoribus exaltari, & dignitatibus ſublimari, & quos vult deprimere, inde mundialiter hilareſcit hoc habēs pro magna fœlicitate & induſtria ſua, etiam de aptis malis exultans, ſecūdū illud Prou. 2. Lętantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis, deridentes, & ſubſanantes, vel contēnentes pauperes & miſeros, ſicut dives epulo in inferno ſepultus, propterea quia in conuiuijs gaudens medicum Lazarum contemſit. Luc. 16. Procurant aliquando tales tripudia, choreas, haſtiludia, ludos & alia vana ad augendam ſuam ineptam lætitiam. Sed vt ait Iob 21. Tenent tympanum, lyram, & gaudent ad ſonitum buccinæ & in puncto ad inferna deſcendunt Bern. uerò de hoc ſic ait. Monachus qui duos ſuperbiæ gradus aſcendit cum gaudium videt interpellari, triſtitia quam de bonis alterius contrahit impatiens ſuæ humilitatis pergit ad conſilium falſæ conſolationis ex illa parte, qua ſui ſibi vilitas, & aliena excellentia moſtratur, aſtringit curioſitatem, vt in quo ipſæ uidetur excellere, notet in quo alter præcellat ſemper diſſimulet, vt Deum euitat quod triſte putatur lætitia continetur. His itaque indicijs hic gradus deprehenditur, rari, vel nulli gemitus, vt puta ſi attendas, aut ſui oblitum, aut ablutum à culpis, in ſignis ſcurilitas, in fronte hilaritas, vanitas apparet in inceſſu. pronus ad locum, facilis, & promptus in riſu, ſimilis ueficæ turgenti vento, puncto foratæ exiguo quæ ſi ſtringitur crepitat, &c.

§.7. Iactantia.

¶ Quartus gradus eſt Iactantia, ſcilicet laudare ſeipſum ſupra debitum modum diuerſis rebus, vel de pulchritudine, vel fortitudine, uel nobilitate generis, aut de diuitijs, potentia, & gloria, de induſtria artis quæ intellectus accumine, ſcientia, ſapientia, eloquentia, virtutibus, & gratia. Sed vt dicitur Prouerbio. Laus in proprio ore ſordeſcit. Vnde Catho. Nec te collaudes, & ſequitur. Hoc faciunt ſtulti quos gloria uexat inanis. Ad iactantiam etiam, & ſuperbiam pertinet portare ſuperfluas veſtes, & alios ornatus ſupra ſtatum ſuū, pompas in conuiuijs, edificijs, & equitaturis, & in alijs apparatibus, quæ omnia demum ad inferos deducunt. Vnde dicunt ipſi ſuperbi in inferno poſiti. Quid proſuit nobis ſuperbia noſtra & iactantia diuitiarum, ecce omnia tranſierunt velut vmbra? Sapien. 5. Sic Symon Magus, qui iactabat ſe poſſe mutare naturas rerum, & mortuos ſuſcitare, & in cœlum aſcendere, cadens in terram dimiſſus à Dęmonum multitudine qui cum ferebant per aerem, oratione Petri colliſus, & confractus in profundum deſcendit. Bern. autem ſic ait de hoc gradu ibi ex præcedēti gradu ſic oritur, poſtquam vanitas in ueſica creſcere, & groſſeſcere incœperit, neceſſe eſt vt ampliori foramine laſſato ſinu ventoſitas eructetur alioquin rumpetur. Deprehenditur autem hic gradus his indicijs, Eſurit & ſitit quibus omne quod ſentit oſtendat, prœuenit interrogantem, non quærenti reſpondet ipſæ quærit, ipſæ diſſoluit, uerba collocutoris præſcidit imperfecta. Si de religione agitur ſtatim viſiones & ſumma proferuntur laudat ieiunia, commendat vigilias, ſuper omnia orationes exaltat, ſi ad ludica ſermo conuertitur, in his quanto aſſuetior, tanto loquacior ita ut ſeueros animæ & graues in leuitatem concitet in riſum.

§.8. Singularitas.

¶ Quintus gradus ſuperbiæ eſt. Singularitas, facere ſcilicet aliquid vltra communia, & conſueta, ut præ cæteris reputetur & honoretur, vt circa veſtitum inuenire nouitatem veſtium magis apparentium, noua ornamenta, in ſermonibus uti uerbis peregrinis & obſcuris, in diſputationibus ſequi nouas opiniones ultra communes, in tractatibus cum alijs de aliqua materia diſcrepare à communi iudicio aliorum, vt uideatur magis intelligere factum in prouiſionibus, grauaminibus, & promotionibus uult ſingulariter præ cæteris tractare melius, de quo poteſt exponi illud Pſal. 79. Singularis. ferus depaſtus eſt eam ſcilicet uineam eccleſiæ. Ferini enim homines ſunt huiuſmodi qui uolunt eſſe ſingulares. Nam homo inquantum homo eſt animal ſociale, non ſingulare, & ibi conſumunt uineam eccleſiarum, & ciuitatem, totum pro ſe quærentes de alijs non curantes.

In statu verò spirituali recedere à communi uita regulæ à communibus constitutionibus patrum, à communibus cerimonijs & obseruantijs sine causa urgente, uel speciali reuelatione ad singularitatem pertinet, & est valde periculosum. Contra hos inuehit. Bern. in sermone dicés. Quid dicis tu amator singularitatis, communia loca, communem uitam, communem regulã, communes obseruãtias quid fastidis? Ideo Thomas non uidit Christũ cũ cæteris, quia non erat cum eis quando uenit Iesus. Quod sit periculosum ostendit Ioãnes Cassianus in prima coll. de quodam qui dicebatur Herro. qui cum esset singularis in austeritate uitæ, & admoneretur in contrarium ex superbia permanens in illa singularitate cum appareret ei diabolus in specie angeli lucis, & eius uerbis acquiesceret, demum ex suasione diaboli proiecit se in puteum. Non tamen pertinet ad singularitatem hoc, sed animi firmitatem, vt declinantibus alijs quasi omnibus à mandatis, & debitis regulis, quasi solus cum paucissimis mandata & regulam seruet, sicut in laudem dicitur de Thobia q̃ cum omnes ex filijs Israel irent ad adorandum idola, quæ fecerat Ierobã rex Israel, ille solus ibat in Hierusalem ad templum ad adorandum Deum & offerendum sacrificia, & decimas 3. Reg. 12. & cum duceretur ad captiuitatem in Niniuen cum alijs contribulibus suis, & oẽs alijs de populo suo contaminarentur in escis gentilium. s. comedendo cibos, eis prohibitos in lege, ipse solus nõ est cõtaminatus in escis eorum abstinens. s. ab esu illorum ciborum, Tho. 1. c. Bern. sic ait. Singularitas à præcedẽti gradu sic oritur. Turpe est ei, qui se supra cæteros iactat si nõ plus cæteris agat aliquid. ut ultra cæteros appareat. Perpenditur autẽ his inditijs gradus istæ plus sibi talis blãditur de uno ieiunio, qđ cæteris prãdentibus facit, quam si cæteri septem dies ieiunauerint, commodior sibi videtur una oratiuncula peculiaris, quàm tota psalmodia totius noctis, dolet aliquem se pallidiorem, & minus comedẽtem ad omnia sua strenuus, & ad communia piger, uigilat in lecto, dormit in choro.

Exemplũ de Heronis auctoritate.

§. 9. Arrogãtia.

¶ Sextus gradus superbiæ est Arrogantia, cũ s. quis attribuit sibi illam scientiam, & uirtutem quam non habet, ex hoc quærés alijs posse præesse, sub esse renuens æquari cæteris non sufferrens, adulationibus acquiescens, si aliquis eum non veneratur impatiens. Hier. 48. Sublimitatem, & arrogantiam, & superbiã & altitudinem cordis illius ego scio dicit Dominus scilicet ad puniendum. Hac arrogantia ductus Marius ciuis Romanus non contẽtus, q̃ sexies fuerat consul Romanorum, uoluit tyrannicè & insolentia esse & septimo propter quod interfectio facta est multorum ciuium bello intestino facto inter Marium & Sillam qui uoluit eum impedire in hoc, ut narrat Titus Liuius. Sic & Iulius Cæsar reuersus victor de Gallia uoluit fieri cõsul, ũ secuta sũt multa mala. Quod etiam quis credat posse uel uelit malos quodcunque separari à bonis pertinere ad arrogantiam ostendit. Aug. dicens. Quantus arrogantiæ tumor est quanta humilitatis & leuitatis obliuio & arrogantiæ quanta electio ut se quis posse facere credat, quod nec apostolis conceſſit Deus, zizaniam uidelicet à frumento putet se posse discernere. 23. q. 4. ca. Quantus. Pertinet etiam ad arrogantiam imperiosè defectiue docere uel regere subditos, & contra alios inuehere ut uideantur plus ipsis sapere ut quidam faciunt, etiam in sermonibus, etiam scriptis suis Contra quos Gratianus post Hiero. Nihil imprudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant, & parati ad lites in subditos tumidi intonant. dist. 46. §. 1. Ad idem Gre. 23. mora. ait. Habet hoc proprium doctrina arrogantium, ut humiliter nesciant inferre quæ docent, & rectæ quæ sapiunt ministrare rectè non possunt. In uerbis eorum proditur, q̃ cum docens quasi in quodam sibi uidentur summitatis culmine residere, eosque quos docentur longe infra se positos uelut in imo respiciunt, quibus non consulendo loqui sed uix dominando dignantur. His per prophetam. s. Ezechielem 34. dicitur. Vos aũt cum austeritate imperabitis eis, & cum potẽtia. dist. 46. c. Hoc habet. Bern. uerò sic ait de hac arrogantia. Sic oritur ex pcedenti. Cum ex his talis, quæ singulariter agit apud simpliciores eius opinio exercuerit, qui opera quæ cernunt, sed unde prodeant non discernunt, dum miserum beatificant in errorem mouẽt, credit quod audit, obluiscitur intentionem dum amplectitur, opinionem quiq; de omni re alia plus sibi quam alijs credit, de se uerò plus alij quã sibi, ut non solum uerbo aut operum ostentatione suam præferat religionem, sed intimo cordis affectu se credat omnibus sanctiorem, & quicquid de se laudant homines, non ignorantiæ aut beniuolentiæ laudatoris sed suis meritis ascribit.

§. 10. Præsumptio.

¶ Septimus gradus superbiæ dicitur præsumptio, cum. s. ponit se ad ea quæ excedunt facultatem suam, conditionem suam & statum. Ad præsumptionẽ pertinet q̃ quis poneret se ad

disp-

disputãdum cũ hæreticis vel alijs infidelibus ignarus scripturarum & rationũ ad argumenta corũ. Vnde & quidam religiosus ut reputabatur deuotus & sciolus: sed præsumptuosus audiens errorem Fraticellorum quæsiuit habere librum in quo erant errores illorum, ut posset cum eis disputare & conuincere. Sed quia ignarus erat in illis, captus est & hæreticus factus. Pertinet ad præsumptione, q̃ quis dum põt se iuuare in uictu, & necessarijs expectet cibum de cęlo, sicut accidit uni ex duobus hæremitis in uitas patrum qui recedẽtes ab alijs commiserunt se gubernationi diuinæ. Et itinerates cum iam cępissent esurire. & præ debilitate deficere obuiauerunt quibusdam Barbaris, qui diuina instigatione commoti præter solitum obtulerunt eis ad comedendum, quibus assensit, & acceptauerit unus eorũ intelligens à Deo dispositum, ut homines ita fieri eis obtulissent & comedit. Alter permanens in sua proteruia, & præsumptione noluit, sed expectauit cibũ sibi à Deo mitti per angelum, unde & præ famæ mortu⁹ est sui homicida. Ad præsumptionẽ pertinet agere quæ spectant ad officia aliorum, ut si subditus uelit prælatum regere, si laicus de clericis uelit iudicare, capere, & punire etiam malos clericos, si mulier uelit uiro imperare, si quis uellit facere officium quod ad eum nõ pertinet, sicut Ozias rex Iuda qui ingressus est templum Dei ut offerret incensum, sed ꝓpter suam præsumptionẽ hanc effectus est leprosus. 2. Paralip. Bern. de hoc gradu sic ait. Hæc ex præcedenti gradũ sic oritur. Qui alijs præesse putat qũo plus de se q̃ alijs non præsumat? primus in conuentibus residet, & in consilijs primus respondet, cum uocatus accedit, si iussus se intromittit, deordinat ordinata, reficit refecta, quicquid ipse non fecerit, aut ordinauerit nec rectè factum, nec pulchrè ordinatũ ęstimet, iudicat iudicantes, præiudicat iudicatis, si cum tempus aduenerit nõ promoueatur ad prioratum, suum abbatem aut inuidum iudicat, aut deceptum, ꝙ si mediocris aliqua obedientia ei iniuncta fuerit, indignatur arbitrans non minoribus sese occupandum, qui ad maiora se sentit idoneũ.

§. 11. Defensio peccati.

¶ Octauus gradus superbiæ est. Defensio peccati. Multum hoc reperitur in hominibus, ut uitia commissa excusant, alleuient, alijs attribuant, & aliquando tanquam benefacta defendant. Sed si te excusas (ait Aug.) deus accusat. Alleuiat quandoque peccatum suum cõparatione peccatorum aliorum, & præcipue superiorum. iuxta illud. Stultus uitabit correctionem, & iuxta uoluntatem suam inueniet comparationem, ideſt similem sibi, ut sic alleuiet factum suum. Aliquando uero alijs attribuit causam peccatorum suorum, vt diabolo, uel socio, & huiusmodi, sicut primi parentes quorum Adam requisitus de culpa attribuit sociæ Euæ, ipsa requisita attribuit serpenti dicens. Serpens decepit me propter quod immediate de paradiso electi sunt. Gene. 3. Aliquando etiam quis defendit peccatum suum, puta rationibus ostendens se bene fecisse. Et in his quæ sunt determinata ab ecclesia. ut velle defendere vsuram, quæ committitur sub nomine depositi, uel discretionis non esse peccatum, aut fornicationẽ simplicem, & huiusmodi, pertineret ad hæresim. Defendere etiam culpam aliorum grauis superbia est. Vnde Isid. Qui consentit peccantibus, & defendit aliquem delinquentem male dictus erit apud Deum, & homies, & corripietur increpatione seueriſſima. 11. q. 3. cap. Qui consentit. Vnde & Anastasius secundus quia uoluit defendere Photinum hereticum diuino iudicio pulsus est, vt habetur di. 19. Anastasius. Secundum Bern. sic oritur istę ex præcedentibus. Qui promptus ad omnia se consuevit ingerere, impossibile est aliquando non errare. Ad prælatum autem pertinet errantem arguere, sed quomodo culpam suam confitebitur, qui nec esse putat, propterea, cũ culpa non putatur crescit non amputatur. Multis modis fiunt excusationes in peccatis. Aut enim dicit, qui se excusat, aut non feci, aut feci quidem & bene feci, aut si male non multum, aut si multum non mala intentione. Si autem, & de illa conuincitur, aliena se nititur excusare suasione. Sed qui apertas defendit, quomodo occultas & malas cogitationes cordi suo aduenientes, humiliter reueiaret abbati?

§. 12. Simulata cõfessio.

¶ Nonus gradus superbię est Simulata confessio, cum scilicet, quis conuictus, & manifestatus de aliquo excessu cum uidet locum non esse excusationis, fatetur & ostendit signa magnæ humilitatis, & emendationi quod fictè agit ut reputetur uerè compunctus, & correctus, ad quod facit quod ait Christ. Quis aliq̃ uidit clericum cito pœnitentiam agentem, & si deprehensus humiliauerit se scilicet confitendo culpam, non dolet, quia peccauit: sed confunditur, quia perdidit gloriam suam, de pę. dist. 1. mensuram, §. quis aliquando. Ad simulatam etiam confessionẽ pertinet, quod quis in confessione sacramentali reticeat aliquod mortale præ uerecundia, quod menti occurit

occurrit in quo mortaliter peccat propter irreuerentiam sacramenti, & ex superbię proce dit, dum vult uideri iustus in eo quod tacet malo, qui peccator est ut dicit Gratia. de pœ. di. 1. §. Taciturnitas. De quadam muliere legi tur quæ erat magnæ sapientiæ, consilij, & san ctitatis. Hæc lapsa in peccatum carnis, quãuis hoc toto tempore uitæ suæ defleret & pœnitentiam ageret asperrimam, tamen quia noluit confiteri defuncta apparuit cuidam sibi nocte reuelans se propter hoc damnatam ad gehennam Bernar. uerò sic ait, ostendens quo modo ex præcedenti hic oriatur. Nonnulli qa à petitoribus arguuntur considerantes quod si se defenderent non crederetur eis subtilius inueniunt argumentum defensionis, uerba respondentes dolosæ confessionis, multus dimittitur, prosternitur corp⁹, aliquas lachrimas si possunt sibi extorquent uocé suspirijs, uerba gemitibus interrumpunt. Nec solum talis obiecta non excusat, sed ipsæ culpam quoque exaggerat. Hæc autem simulatio sic perpendi tur ait Bernard. Vasa figuli probat fornax, & tribulatio uere pœnitentes discernit. Qui uera citer pœnitent, labores pœnitentiæ non abhor rent. Cuius simulata est confessio, vna vel leui contumelia aut exigua pœna interrogatum iã humilitatem simulare non potest, murmurat, frendit, & irascitur.

§. 13. Rebellio.

¶ Decimus gradus superbiæ est. Rebellio nol le obedire superioribus vt prælatis, parętibus, & alijs cõtemnereque mandata superiorum. Prouer. 18. Impius cum in profundum uenerit in peccatorum contemnit. Vbi sciẽdum qđ non solum in maioribus ordinationibus: sed etiam in minimis quibuscunque contentus mortale est. Vnde Bernar. in li. de dispensatio ne & præcepto dicit. Neglectus ubique culpa bilis, neglectus vbique damnabilis. Et Anterius papa ait. In lege veteri habetur qđ quicunque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus a populo lapidabatur, aut de gladio subiecta ceruice contentum expiabat cruore. Nunc uero inobediens spiritua li animaaduersione trũcatur. 1. panę damnatio nis ęternæ aut electus de ecclesia rabido dæmonum ore decerpitur. 11. q. 3. Absit. Pharao rex Egypti quia contempsit mandatum domi ni permanens in sua pertinatia & duritia, demum submersus est in mari rubro, vt habetur Exo. 14. Bern. de hoc sic ait. Qui prius arrogans factus socios contempserat, iam patenter inobediens, magistrum etiam contemnit. Sciendum tamen quod gradus. 12. in tres tan tum colligi possunt, vt in sex primis sit conte ptus fratrum, in quatuor sequentibus cõtemptus magistri, & in duobus qui restant cõtem ptus Dei. Denique ubi fratrum concordiam aut magistri sententiam semper monachus spernit. quid ultra in monasterio nisi scandalum facit.

Antiquitus qui sacerdotibus nõ obtẽperabat lapidabatur.

§. 14. Libertas peccãdi.

¶ Vndecimus gradus superbiæ est. Libertas peccandi, talis vult esse similis Deo, vt scilicet libeat ei facere quod vult. Vnde dicit Anselmus in lib. de similitudinibus, quod qui vult esse liber sui, & nulli legi subijci, vult auferre coronam de capite Dei, quia solum est ei hoc proprium, ut nulli subijciatur & si impeditur à Deo, aliquibus tribulationibus vel obstaculis, ut non possit libere implere voluntatem suam malam, irascitur contra Deum, blasphemat, & iniuriatur. Huic autem accidit, quod legitur parabolicè de prodigo filio. Lucæ. 15. Qui petita à patre portione substantiæ suę, & accepta, ideſt libertate suæ voluntate, abijt in regionem longinquam in statum scilicet ruẽs malitiæ remotum a Deo, vbi dissipat totã sub stantiam scilicet uirtutis, & gratiæ à Deo habitæ & bona etiam naturalia debilitat uiuendo lasciuè, & seruiendo dęmonijs. Bern. de hoc. Per hanc libertatem monachus cum iam monachus nec magistrum uidet, quẽ timeat nec fratres quos reuereatur quanto securius tanto liberius sua desideria implere delectatur a quibus in monasterio tam pudore, quã timore prohibeatur. Sed & si fratres & abbatẽ non iam timet, nondum tamen penitus Dei formidine carebit.

§. 15. Consuetudo peccãdi.

¶ Duodecimus gradus superbiæ est Cõsuetu do peccandi, & hoc est ualdè periculosum, quia consuetudo (vt dicit sapiens) est quasi al tera natura. Vnde sicut naturalia tolli non possunt ita & consuetudo valde difficulter tol litur, verum quia natura non est, sed quasi ideò reijci potest, & si cum difficultate, inducit enim habitum, qui est dispositio de difficili mobilis a subiecto, tamen remoueri potest. Vnde & Lazarus mortuus, & sepultus cum difficultate fuit suscitatus ideſt concurrentib. pluribus actibus, quam in resuscitatione aliorum mortuorum a Christo. Nam & fleuerunt sorores, & oraueriũt pro ipso, & turba, & Xps fleuit ac clamauit. Significat autem Lazarus mortuus & sepultus peccantem ex consuetu dine secundum Aug. dum scilicet malæ consuetudinis quasi mole præmitur animus, de pę. di. 2. §. sicut in tribus. Nec tamen talis consuetudo excusat uel minuit peccatum, sed po tius aggrauat. Vnde Greg. Tanto sunt grauio ra peccata, quanto diutius animam infœlicem

detinen

detinent allegatam extra de consue. c. Cum tanto. Bernar. verò sic ait. Postquàm terribili Dei iudicio prima flagitia impunitas sequitur experta voluntas libenter reperitur, repetita blanditur, concupiscentia reuiniscit, sopitur ratio, ligat consuetudo, trahitur miser in profundum malorum, trahitur captiuus tyrannidi uitiorum, ita vt carnalium uoragine desideriorum absorptus suæ rationis diuiniq; timoris oblitus, dicat insipiens in corde suo. Non est Deus.

¶ *De superbia in quadruplici genere hominum scilicet in prælatis, in religiosis, in clericis, & in laicis, & in singulis horum est quadruplex superbia.* Cap. 4.

NOn habitauit in medio domus meæ, qui facit superbiam inquit psa. c. Domus Dei ecclesia sancta est, vt dicit Hiero. 24. q. 1. Omnibus. Medium est unitas, & charitas fideliũ, quia in medio consistit uirtus. In domo ergo est, sed non in medium, quia in ecclesia est numero, & non merito, sed in medio quo i charitate, & omni virtute per quam postmodum habitat in domo gloriæ cęlestis, de qua. Ioan. 14. In domo patris mei mãsiones multę sunt. Superbus autem: quia non habitat in medio domus, idest in charitate nõ potest peruenire ad cęlestem gloriam, superbiam autem facit, idest operatur, quadruplex genus hominum. Et hi à regno excluduntur.

¶ Prima est superbia prælatorum.

¶ Secunda est superbia religiosorum.

¶ Tertia est superbia clericorum.

¶ Quarta est superbia laicorum.

§. 1. Supbia prælatorum.

¶ Quantum ad primum de superbia prælatorum. In quatuor autem reperitur superbia in prælatis. ¶ Primo in hoc quod æstimantes meritis sui fuisse adeptos, & subditis suis meliores se esse arbitrantur. Vnde Greg. in 34. mora. circa finem sic ait. Prælato in cogitationibus superbia suggerit, quia solo vitæ merito super cæteros excreuit, & si qua ab eo aliquando bene gesta sunt, hæc importune eius animo obijcit, & cũ hunc singulariter deo placuisse insinuat quo facile suggesta suadeat, ipsum ad testimonium potestatis tradutæ retributionem vocant dicés, quia nisi omnipotés Deus te his omnibus meliorem cerneret omnes hos sub tuo regimine nõ dedisset, eiusq; mentem mox erigit, viles atque inutiles eos, qui subiecti sunt ostendit, ita ut quasi nullum dignum respiciat cui æquanimiter loquatur, vnde & mox mẽtis tranquillitas in iram uertitur, quia dum cunctos despicit sensum ipsũ que omnium sine moderatione reprehendis. Hæc ibi. Sed quatumcunque quis sit certus, quod de uolũtate domini sit propositus alijs & videatur sibi bene administrare nunquam tamen potest esse bene securus si debitũ suũ faciat, nec alijs se debet præferre, quotidie cõtingit multos subditos meliores simpliciter esse prelatis, nec sanctionem dicimus Sixtum Laurẽtio, quia Sixtus papa, ille diaconus eius Aut perfectioné Valerium epm Vincẽtio diacono eius. Et quãuis Apostolus dicat ad Ro. 13. Nõ est potestas nisi a Deo, uerũ é, sed operante quo ad bonos, sinente seu permittente quo ad malos. Vnde Hier. Audacter forte aliquid dicimus: sed tamen quod scriptũ est dicimus, non semper princeps populo, & iudex ecclesiæ per arbitrium Dei, idest beneplacitũ datur, sed prout merita nostra deposcunt. 8. q. 1. audacter. Et ponit exemplum de Saule qui Deo ordinãte fuit factus rex populi Israel, & bonus erat, & tamen postea reprobus factus est, ut habetur. 1. Reg. 15. Sic & Hyeu in nũctus est rex Israel per discipulũ Helisęi domino iubẽte. Et quãuis impleuerit mandatũ Dei in exterminando domum Achab, & omnem progeniẽ eius, & prophetas Baal: tamen idololatrię deditus reprobatus est, ut habet. 4. Regũ 10. propter quod ut dicitur Iob 26. Gigantes gemunt sub aquis, idest uiri fortes & magni sanctitate sub cura populorum ingemiscunt, timẽtes semper deficere, ut exponit Grego. ¶ Secundo superbia prælatos inuadit in hoc, quod tanquam domini uolunt in omnibus à subditis obediri, & reuereri magis dolentes de transgressione suarum ordinationũ etiam circa leuia, quam de transgressione diuinorum præceptorum. Cõtra hos dicit Apostolus. Non quasi dominãtes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Nec pietate in ulla mouentur in defectibus subditorum: sed seueritate. De quibus dicit Greg. in Homil. Hi q de falsa iustitia superbire solẽt cæteros quosque despiciunt, nulla infirmãtibus misericordia condescendunt, & quo se peccatores esse non credunt eo deterius peccatores fiũt, di. 45. Vera iustitia. In tantum autem aliq̃n tales superbia uexat, & in malis sibi uelint obtemperari, alias ipsos subditos persequuntur. Hi figurãtur per Balaam ariolum, qui iter faciẽs ad malum peragendum ideſt intendens male dicere populũ Dei, asinam cui insidebat progredi nolentem calcaribus urgebat ad eundũ & mortem minabatur. Sed diuino miraculo

De secũda supbia prę-latorũ.

asina

asina loquens arguens vesaniam illius dixit, se non posse quia angelus ante eam erat gladio euaginato, vt habetur Nume. 22. Balaam significat prælatos, asina subditos. Cum autē prælati volunt inducere subditos suos præcipiendo, suadendo, comminando ad aliquod malum non debent obedire, sed humiliter se excusare non posse, quia gladius verbi domini, quod angelus, ideſt prædicator proponit

De tertia. ſ. diuinæ ſententiæ prohibet, vt exponit Gratianus. 2. q. 7. §. Item cum Balaam. ¶ Tertio prę ſidentes ſuperbia ducuntur quando cuncta diſponere volunt de capite ſuo dedignantes audire ab alijs, quæ ipſi neſciunt, uel ſeq consilia aliorum ne minus eis ſapere videantur, cum tamen ſcriptū ſit. Prouer. 3. Nec innitaris prudentiæ ſuæ. Paulus Apoſtolus uas electionis edoctus euangelium Chriſto poſt viſionem claram Dei, & miracula facta poſt tres annos à ſua conuerſione venit Hieroſolymam ad conferendum cum Apoſtolis de his quæ ipſe prædicabat, vt ipſe refert ad Gal. ut enim dicit Greg. Si quid boni habet quæruque eccleſia ergo etiā minores meos quos ab illicitis prohibeo in bono imitare paratus ſum. Stultus eſt enim qui in eo ſe primum æſtimat, ut bona quæ viderit diſcere contemnat, diſtin. 22. de Conſtantinopolitana. Clemens etiam dicit. Nullus epiſcopus propter opprobrium ſenectutis, vel nobilitate generis à paruulis uel minimis eruditis, ſi quid forte eſt vtilitatis vel ſalutis inquirere negligat, qui enim rebelliter uiuit, & diſcere atque agere bona recuſat, magis diaboli, quā Chriſti membrum eſſe oſtenditur diſt. 39. c. Nullus. De rege Aſſuero monarcha legitur. Heſter ideſt quod habebat ſeptē ſapientiſſimos ſciētes leges, & iura maiorum quorū cōſilio cūcta agebat. ¶ Quarto rectores ſuperbia

Dequarta. detinentur cum non patiuntur ab aliis reprehēdi in his, quæ minus benefaciunt, ut enim dicitur Eccl. 8. Non ē hō ſuper terram qui faciat bona, & non peccet. & p maximē cura rei familiaria ſine peccato exercere nō poteſt ēt ab his, qui nonerunt peccatum ſecundū Gregō. Oculus quam proprius quantumcunque acutus, ſi omnia alia videat ſeipſum nō uidet.

Exēpla de his q reprehē ſionē pa tent r tolerauerunt. Non ſic egit Petrus princeps Apoſtolorum ſed reprehenſus à Paulo de nimia condeſcēſione erga Iudæos in obſeruatione legalium eum audiuit, vt dicitur ad Gala. 2. & diſtin. 8. Veritate. Dauid etiam reprehēſus à Nathan propheta de adulterio, & homicidio occulto ſubito acquieſcens pœnituit. Theodoſius imperator reprehenſus ab Ambroſio de occiſione pluriū procurata in vindictā vnius ſui militis interfecti, & prohibitus ab eo eccleſiam ingredi ante publicam pœnitentiam acquieuit, & patienter tulit. E contra Hieroboā qui manum extendit contra prophetam qui eam reprehendebat de idololatria immēs, vt caperetur aruit brachiū. Regum. 13. Ioas rex Iuda qui lapidare fecit Zachariam filium Ioiadæ ex eo quod uicia eius reprehendebat in mala multa incidit. Cum humilitate tamē, & reuerentia, & prudentia ut fecit Nathan ergo Dauid debent ſuperiores argui. Sed & ſi iniuſte arguerentur cum manſuetudine, non cum indignatione, & vindicatione debēt oſtēdere innocentiam ſuam ſicut fecit Chriſtus dicens Iudæis eum in multis calumniantibus. Quis ex uobis arguet me de peccato? Ioannis 8. & habetur. 2. q. 7. c. Teſtes. §. ecce oſtēſum. eſt.

§. 2. Religioſi decipiunt ſe ſecularrs. ¶ In religioſis quadruplex inuenitur etiam ſuperbia. Prima eſt eorum, qui deſpiciunt ſeculares, & mūdanos ēt peccatores credentes ſe inquinari ex cōſortio eorum. Similes hi ſunt Iudæis, qui vt dicitur Ioannis. 18. nolebat introire in prætorium Pilati ne contaminaren tur, timentes coinquinari cohibitatione infidelium, nec ſibi conſcientiam facientes de procuratione mortis Chriſti innocentis. Contra quos dicit dominus Deu. 23. Non abominaris Egyptium, quia & ipſe aduena fuiſti i terra eius Egyptius interpretatur tenebræ, & ſignificat ſecularem. Ad quod etiam valet illud Hierony. Diſcedite inquit ſcilicet illi, qui præſumūt de ſua bonitate ad peccatores polluti, recedite à nobis, nolite nos tangere, nolite nobis communicare. Hæc locutio non illuminat cœcum, non ſanat ęgrotum, non curat infirmum, ſed magis occidit, & in deſperationem deijcit diſt. 43. Recedite. Debent quo que religioſi conſiderare quod aliquando in ſeculo ſunt aliqui habentes meritum, & perfectionem religioſorum, & econtrario in religione aliqui deſides, & mali tenentes uitam malorum. & mundanorum. In cuius figuram legitur. Ioſue 4. quod dominus tranſito Iordane uoluit, quod duodecim lapides de ipſo fluuio ſumerentur, & ponerentur in terra ſicca in medio caſtrorū, & ecōtra duodecim alij de terra extra fluuium ſumpti ponerentur i medio fluuij Iordanis. Iordanis fluuius ſignificat ſtatum fluidum ſeculare, & terra arrida ſtatū religioſorū, ſed in examine recti iudicij Chriſti mutuat merita ordinū qualitas actionum. Quidam in ſeculo faciūt opera religioſorum. & econtra. ¶ Exemplum in uitaſpatrum quo

ad pri-

ad primum de Pannutio, qui cum oraret sibi reuelari cui associaretur in cœlis audiuit à domino, quod quidam Simphonaco qui quærebat sibi victum ex arte cantandi quem cum quęsisset Pānutius, & inuenisset interrogauit quid boni egisset in mundo isto? Respondit quod semel cum esset latro, & quædam mulier fuisset rapta quā socij eius volebāt opprimere ipsę defendi eā, & liberauit de manibus eorum. Et alia vice cum inuenisset per hęremum discurrētem, & lamētāte quandam mulierem, eo quod maritus eius, & filij tenerentur ex debito captiui: ipsę errantem reduxit & refectionem dedit, & ccc. solidos quib. redimeret maritum, & filios. Cum autem Pānutius hortaretur eum ad deserendum mundā acquieuit, & factus religiosus sanctè uixit, & obijt. Item post hoc rogauit Pānutius cui similis haberetur sanctorum, fuit ei dictum, qđ similis erat primario cuiusdā vici, qui erat in proximo, & cum uenisset Pānutius ad eū, & diligenter inquisisset de vita eius dixit se esse cōiugatum, & uxorem nō cognoscere nisi causa prolis, non raptorem non lędentem per famulos suos greges, uel fruges aliorum: litesse dantem, & hospitalem, qui demum hortatu. Pānutij intrauit hęremum, & sanctē vitam finiuit. Item tertio orauit Pānutius cui assimilatur in sanctis. Et responsum fuit quod cuidam mercatori iuste lucrans pauperibus subueniebat, & hortatu eius omnibus pauperib. elargitis intrās hęremum sanctè decessit post modum reuelatum est, ei quod assumendus esset in cœlo. Et ne in superbiam eleuaretur propterea prius illa sibi ostensa sunt. ¶ E contrario legitur in vitas patrum de quodā religioso solitario, qui erat tantæ opinionis in populo, vt ęstimaretur patria illa meritis conseruari suis, & tamen in morte eius fuit anima eius violenter à dęmonibus de corpore educta, & adinfernum delata, quia fuerat hypocrita, & superbus, quamuis autem religiosus non debeat despicere secularem uitam uel abhorrere consortium cum expedit, non tamen debet extra necessitatem multum secularib. familiaris existere, uel conuersari quia nimia familiaritas contemptum parit (ait Seneca) & quies etiam mētis resoluitur ex hoc aut dixit Antonius. ¶ Secundo superbiunt religiosi ali quando ex sua religione, & patribus se iactantus, alijs omnibus prę ferentes statū suū, quinimmo & alios despicientes, & multa mēdacia fingentes ad exaltandum suam religionem, & alias deprimendum. Et monachi quidem gloriantur se patrem habere Benedictū patrem omnium religiosorum in occidente, multosque sanctos ac summos pontifices ex monachis extitisse, ut Gregorium magnum. Eugenium, Vrbanum, & multos aliosque doctores optimamique partem elegisse, ut scilicet cum Maria sedeāt secus pedes domini ad audiendum uerbum illius, & contemplandū sed utinam tales ut bona Martha, satagerent circa frequens ministerium domini, & nō ocio torperent, & ignauia, neque enim quis uale esse bonus Israelita, idest uidens Deum per contemplationem, nisi prius fuerit Iacobita, idest supplantator vitiorum, superator passionū. Vnde in figuram dictum fuit Exod. 19. Bestia quæ tetigerit mortem, scilicet contemplationis lapidabitur, scilicet erroribus percutietur, quia animal homo, idest passioni bus subditus non percipit ea, quæ Dei sunt, primo. Corinthio secundo capitulo. Prædicatores verò, & Minores, & Augustinenses iactant se vxores habere simul Lyam secūdum, & Rachelem perpulchram Immixtaque exactione prædicationis. & doctrinæ, & contemplatione orationis. & meditationis Christum imitari cum Apostolis eius sicque cæteros præcellere. Et prædicatores quidem Dominicum quasi domino. Iesu simillimum super cęteros prædicant. Minores seraphicum Franciscum extollunt sedem Luciferi amissam replentem. Mentiuntur æquidem ipsum omni anno purgatorium expolliare suis deuotis. Augustinum summe uenerantur hęremitani, ut gemmam doctorum induentes eum habitu suo. Canonici etiam regulares & seruitæ. Nam carmelitæ à monte carmelo sub Helya initium habuisse suspicantur partem regulæ Basilij suspicientes. Sed attendat omnes quod Petrus dicit Actuum. 10. In ueritate comperi quoniam non est acceptor personarum Deus, sed in omni gente qui timet Deum acceptus est illi. Recogitent illud Hieron. Non sunt filij sanctorum qui tenent loca eorum, sed qui exercent opera eorum, distinctione quadragesima, capitulo. Non est facile. Notent dictum Gregorius. Non loca uel ordines nos creatori nostro reddunt acceptos, sed nos aut merita nostra coniungunt, aut mala desiungunt distinctione 40. capitulo, Non locat. Quanto quis habuerit nobiliorem patrem, & perfectiorem statum, & degeneret tanto sibi maior confusio, & iudiciū. Ita ergo quis afficiāt ad patres suos, & religionē, qđ alios nō contemnat, uel alijs se præferat. ¶ Tertio superbiunt aliqui religiosi eo, quod se sapientes ęstimantes

Carmelitæ vñ dicātur.

mantes ſenſu ſuo ſe regere, & ſequi nolunt ꝓpriam uoluntatem. Bernardus. Superbia quã ta uis prudens uideatur dimittẽda eſt, & abijcienda. Si enim admittitur ſuperbus prima die qua incipit habitare uult leges dare. Prouer. 26. Vidiſti hominem ſapientem ſibi uideri magis illo ſpem habebit ſtultus. Tales nolunt facere quod eis dicitur, etiam ſi prius habebant uoluntaté faciendi illud permaximè hoc eſt reprehenſibile, & periculoſum nouellis in religione. Vnde Bernar. Nouitium prudentem inſipienter ſapiẽtem in cella diu poſſe cõſiſtere impoſsibile eſt, ſtultus fiat ut ſit ſapiẽs, & hæc ſit omnis diſcretio eius, ut in hoc nulla ſit ei diſcretio, hæc omnis eius ſapiẽtia ut in hac parte nulla ſit hæc propria uoluntas ut dicit beatus Benedictus in regula. Eſt illa uia de qua dicitur Prouer. 14. Eſt uia quæ uidetur homini recta, & nouiſſima eius ducunt ad mortem. Hæc figuratur per arborem ſcientiæ boni & mali in paradiſo uoluptatis ideſt religionis cuius fructum interdictum a domino qui comedit ſcilicet ſequendo ſuum uelle quod nõ debet habere mortẽ animæ incurrit Gene. 3. Narrat Grego. in 2. dialo. de ſancto Benedicto quod cum collerarius non dediſſet parum olei quod erat in monaſterio pauperi, ut mandauerat ductus compaſſione fratrum ne ipſi eo carerent præcepit ut uas illud cum oleo proijceretur extra feneſtrã de ſummo in terram ne remaneret aliquid contra inobedientiam in monaſterio. ¶ Quarto ſuperbia religioſorum eſt eorum qui in clauſtro ſuperbiunt de diuitijs quas habuerunt in ſeculo, uel nobilitate generis, uel de his quæ ſtrenuè geſſerunt in ſeculo, aut quod multa dederint monaſterio, uel qnia multa acquirãt quaſi omnes ſint ſibi obligati & debeant eum retinere. Vnde Augu. in regula. Nec extollantur ſi communi uitæ aliquid de ſuis facultatibus contulerunt nec de ſuis diuitijs magis ſuperbiant ſi eas in monaſterio partiuntur quã ſi eis in ſeculo fruerentur. Quid enim prodeſt diſpergendo dare pauperibus ſi anima miſera ſuperbior efficitur diuitias contemnendo, quam fuerat poſſidendo, ſed certe de his ſuperbire non habet, quia bona quæ ſua dicebat ſua non erant. Vnde Dauid Paralip. dicebat domino. Tua ſunt omnia domine, & quæ de manu tua accepimus tibi dedimus. Señ. nihil eſt omnino bonum ſine ſe bono. Amb. quando hanc ingreſsus es lucem quãdo de uẽtre matris exiſti quibus queſo facultatibus, quibuſq; ſtipendijs conſtipatus ingreſſus es di. 47. ſicut, & ex hoc uidetur eis ad placitum poſſe ſibi aliqua retinere, ſed accidit eis ſpiritualiter quod accidit Ananiæ & Saphiræ corporaliter quæ retinentes ſibi aliquis ex ſuis occultè mortui ſunt Actum 5.

¶ In clericis ſimiliter ſuperbia reperitur, de quibus poteſt illud Pſa. 72. intelligi. In labore hominum nõ ſunt, quia enim habent artes facere, & cum hominibus non flagellabuntur, quia non uexantur impoſitionibus, & ſeruitutibus hominum ſcilicet dominorum & cõmunitatum ſecũdum iura, ſecus eſt de facto, ideò tenuit eos ſuperbia. Et hoc quadrupliciter. Primo in ſuperfluo ornatu ueſtium. Amictus hominis enunciat de homine. Eccl. 29. Quia ſuperbus habitus ſuperbum animum indicat. Baſilius. Omnis ornatus prẽter neceſſitatem ideſt congruitatem elationis habet calumniã. Vnde de Auguſtino legitur quod dicere ſolitus erat. Fateor de prẽcioſa ueſte erubeſco, & ideò cum mihi offertur uendo eam, & cum ipſa communis eſſe non poſſit, prẽtium ſic commune. Hinc & Bern. ad Eugenium papam ait. Tu paſtor incedis deauratus tam multa circũdatus uarietate. Oues quid capiunt, ſi auderẽ dicere dẽmonũ magis hæc paſcua quam ouium ſunt hæc. Sic faciebat Petrus: ſic Paulus lu debat Petrus neſcitur proceſſiſſe aliqñ uel gẽmis ornatus, uel ſericis, non tectus auro, nec uectus equo albo, nec ſtipatus milite, nec circumſtrepentibus ſeptus miniſtris: abſq; hoc tamen credit ſatis poſſe impleri ſalutare mandatũ paſce oues meas, ſacerdotes eius (inquit deus per Pſa. 131.) induãtur iuſtitia. Et iterũ ſacerdotes eius induam ſalutari, ideſt ſaluatore, uidelicet ornando eos conuerſatione Chriſti, qui fuit humilis in ueſtitu, & in omnibus actibus ſuis. ¶ Solent autem ſe quidam excuſare tripliciter uidelicet, quia dominus intuetur cor, & humilitatem cordis reſpicit & magiſtrum humilitatis interioris ſe fatetur dicens Matth. 11. Diſcite a me: quia mitis ſum & humilis corde. Secundo: quia debet quiſq; ſe conformare moribus eorum, cũ quibus uiuit. ut dr di. 41. Quiſquis. Tertio: quia ex hoc honor eccelſiæ queritur. ¶ Quantũ ad primum rñderi ꝑt ꝙ a corde uere humili exterior ſuperbia nõ procedit. Ex fructu (inquit Saluator) cognoſcitur arbor. Mat. 7. Præterea non uidetur ſufficere clericis, uel alijs humilitas ſola interior exteriori omiſſa. Philip. 4. Apoſtolus. Modeſtia ueſtra nota ſit omnibus hominibus. Reprehendit idem Apoſtolus comedentem idolothitum, & ſi non in uenerationẽ idoli coram infirmis mente. 1. Corin. 8. & ad Roma. 14. ex eo uidelicet ꝙ ſcandalizat

Excuſatio clericorum.

liz at infirmum cum ille estimet sapientē hoc facere in uenerationem idoli, unde ad similia trahitur per exemplum, si populus uidēs clericos deferre pomposas uestes, cogitat eos ex superbia, & inani gloria agere, vel in huiusmodi non esse peccatum. Præterea Christus nō solum humilitatem habuit interius, sed etiā exteriorem exhibuit, vt in ablutione pedum discipulorum, & alijs multis in exemplum. Ex eo autem quod dixit. Discite a me, & voluit ostendere humilitatem cordis necessariam, quia sine ea nihil valeret exterior, quā prætendunt iprocritæ non per hoc excludendo exteriorem. Item ab omni specie mali abstinere vos (ait Apostolus,) quod permaximè debent seruare clerici, vt extra de ui. & hon. cle. Cum ab omni, sed portare uestes pomposas habet speciem mali superbiæ, ergo abstinere debent ab huiusmodi. ¶ Ad secundum respondet, q̄ quis debet cōformare se moribus eorum cum quibus uiuit, quādo tales mores sunt, i. actus morigerati, & honesti, & hi proprie dicuntur mores, non autem quādo sunt abusiones. Vnde & Aug. dicit. Quod nec contra fidem nec contra bonos mores esse cōuincit, indifferenter habendum est, & pro eorū inter quos uiuitur societate seruandum est dist. 12. Illa. Non dicit simpliciter mores, sed bonos mores. Sed quomodo possunt dici boni mores, quia iure reprobatur, & à sanctis verbo, & exemplo? Dicitur enim dist. 41. Clericus professionem in habitu, & incessu probet. Et ideò nec in uestibus, nec in calciamentis decorem quærat. Insuper conclusio totius

Clerici non debent uestibus splendidis ornari.

21. q. 4. Causa hæc est, & clerici, nec fulgidis, nec claris uestibus debent ornari. Et in pluribus capitulis dictę quæstionis dicitur, q̄ priscis temporibus omnis sacratus uir cum mediocri aut uili uestę conuersabatur. Audierāt .n. quia qui mollibus uestiuntur in dominus regum sunt Matthæi. 11. Glosa tamē sum Maria dicit ibi reprehendi iactantiam, & abusum & voluptatem in huiusmodi, non ipsum usum præciosarum uestrum, qui potest fieri secundum consuetudinem regionis. Verum quia in his communiter reperitur, & iactantia, & voluptas, & superbia, & prodigalitas, & scandalum proximorum videtur simpliciter inhærē dum litteræ cum sancti hoc dixerint, & seruauerint. Nec per huiusmodi apparatum honoratur ecclesiæ, ut tangebatur in tertia excusatione, sed potius dehonoratur. Verus enim eius honor procuratur per virtutem ministrorum suorum, & precipue per actum humilitatis, & modestiæ, quod intellgentes sancti egerunt vt Augustus. & Martinus, & alij. Vnde Greg. Nihil in episcopali ceruice splendidius fulget, q̄ humilitas, dist. 100. c. Cōtra morē. ¶ Sedo superbiunt, & gloriantur clerici se culares, & regulares, sed uani in amplitudine ecclesiarum suarū multitudine ministrorum, in picturis, & sculpturis, & marmorib. & in ornamenris multiplicatis paramentorum, & de auratis uarietatis, vel polimitis, & in uasis argenteis, & cortinis. Superbia exterior, & laicalis hæc est, & uana, sed oia ista licēt ad Dei honorem fiant, & diuino cultui applicentur cui conuenit omne decus & eminens, tamen quo ad superfluitatem multas, quæ ibi concurrunt melius, & gratius Deo, vt in pauperū alimonias conuerterentur, quod & sancti fecerunt, ut Augustus. & Ambrosius, quia in li. de offi. Nonne dicturus est dominus. Cur passus es tot inopes fame mori, & certe habebat aurum, vnde ministrasses alimoniam, s. sanctorum uasorum, cur tot captiui in captiuitatem ducti, nec redempti ab hoste occisi sunt, melius fuisset, ut uasa uiuentium seruares, quam metallorum. Quid enim dices? Timui ne templo Dei ornatus deesset. Respondet. Aurum sacra non quærunt, nec placent auro, q̄ auro non emuntur. Ornatus sacrorum est redemptio captiuorum. Aug. 12. q. 2. Aurum. Nec aliquis mihi opponat inquit Hieron. Dicues fuisse in Hierosolymis templum, mēsam lucernam, thuribula, patellas, cyphos, mortariola, & cętera ex auro fabricata. Tunc hæc probantur a domino, quando sacerdotes hostias immolabantur, & sanguis pecudum erat remissio peccatorum, quanquam hæc omnia in figuram præcesserint. Nunc uerò cum pau pertatem domus suæ dñs dedicauerit portemus crucem, & delitias lutū putemus. 12. q. 2. c. Gloria. ¶ Tertio superbiunt clerici tā seculares, quàm regulares de audientia confessionum, cum habent magnum concursum, & præcipue de nobilibus, & potentibus æstimātes ad eos personas accedere ex bonitate sua & scientia, & doctrina sua, cum tamen aliquādo tales sunt imperitissimi, nec ceteris meliores, & si loquaciores, sed si haberent zelum animarum non personarum, nō se extollerent propter, quod aliquando ęmulantur, prohibentes ne ad alios accedant, & sine causa rationabili non se extollerent cum requirat magnam prudentiam, & non modicam scientiam, & castimoniam veram, quæ in se cognoscere præsumptuosum uidetur, multū habent timere ne cęcus cęco ducatum præstans ambo in foueam cadant. Cauēat ſpiri-

Gloriantur de amplis ecclesiæ

De audientia confessionum.

tualis

tualis iudex inquit Aug. de confessore, ut sicut non commisit crimen nequitiæ ita non creat munere sciētię de pę dis. 6. Qui vult. Cognoscat se igitur, ait idem in eo. ca. & purget in se quod videt alios sibi offerre, i. peccata, Quod si ab elatione non cauerit de se præsumens, & sua puritate, & zelo sine timore cōfidens, si nimiam familiaritatem cum mulieribus etiam spiritualibus sumpserit, & cupiditati intenderit, vel curiositati, quærens quæ nō oportet, Deus humiliabit eum, & in magnos incidet laqueos diaboli cum scandalo, & perditione plurimorum, quas ruina frequenter auribus nostris ubique audiumus. ¶ Quarto superbiunt, clerici magis regulares, quàm seculares, quia magis eis officium exercent de actu prædicationis cum uident ecclesiam impleri, & præcipue cum non solum aures demulcent populorum: sed mouent, & flectunt usque ad conuersionem morum, quę si meritis suis hoc ascribentes, aut ingenio, & eloquentiæ ex hoc super cęteros teneri cupientes, & honorari, & dictis suis non contradici patientes, in his etiam quæ minus bene vel falso dicta sunt. Nesciunt hi considerare, q̄ gratia sermonis etiam cū fructu cōmunis, est bonis & malis. Quod ostendit Apostolus. 1. Cor. 13. Si linguis hominum, s. placendo loquar, & angelorum intus, s. mouendo vel illuminando inquit, charitatem non habeam, factus sum sicut ęs sonans me consumens, & alios ad bonum inducens, propter quod ipsæ Apostolus, p̄dicator vniuersi raptus ad tertiū cęlum caligat corpus suum, & in seruitutem redigit, non in delitijs nutrit, ne forte cum alijs prædicaret ipsæ reprobus inuenitur, timens si non egerit quæ docuerit. In iudicio sedes ait Christ. si enim benè docueris, & male vixeris, Deum instruis quomodo te debeat condemnare. di. 40. Multi. Solent hi gloriari de filijs suis. i. conuersis: sed eos extinguunt malo exemplo vitæ suæ. Insuper aduertendū est, q̄ secundum Greg. in mora. Sermo datur prædicanti frequente rex merito non suo, sed audientis sicut etiam, & auferetur. Vnde, & dominus asinam cum voluit, qui fecit ad corripiendam vesaniam prophetæ Balaam. Numer. 22.

Superbiunt p̄pter officium.

§. 4. ¶ De superbia laicorum potest intelligi illud Esa. 28. Pedibus cōculcabitur corona superbiæ. i. illud de quo maxime superbiunt, & hoc est quadruplex. ¶ Prima est de diuitijs. 1. Thim. 6. Diuitibus præcipe non altum sapere. i. est non superbire. Dicit. n. Augustinus. Vermis diuitū superbia, ut detur. n. eis ratione diuitiarū omnibus esse superiores, & q̄ omnia diuitijs possent habere, sed attendant, quia vt dicit Iob 27. Diues cum dormierit nihil secum affert. ¶ Secunda est de nobilitate generis. Vnde Salustius. Commune malum nobilitatis est superbia. Videtur enim eis, quia à nobilioribus descenderunt, præ alijs debere honorari, & reputari. Vnde Dathan, & Abyron de nobiliori tribu exorti superbia eleuati sūt contra Moysen de ducatu populi Numeri 6. Sed ridiculosa est ista nobilitas, quæ attenditur ex parte corporis ratione generis. Oēs. n. de luto originem trahimus, & corpus cuiuslibet seruus est animæ. Non autem dicitur magis nobilis unus seruus, q̄ alius, cum seruitus non spectet ad nobilitatem, unum tantum bonum est, quod habet nobilitas, quæ carnis dicitur, quod quasi frenum est, quod debet cohibere homines ne malefaciant. Vnde Hiero. Nihil aliud uideo in nobilitate appetendum, nisi q̄ nobiles quodam necessitate astringuntur ne ab antiquorum probitate degenerent. Vnde cum quidam vituperaret alium de genere suo dicens, Tu es caput tui generis. Ille respondit, & tu es cauda tui generis, sed vt ait quidam. Nobilitas sola est animum, quæ moribus ornat. ¶ Tertio superbiunt de operibus ex genere bonis. Nam cum faciant quædam superficialia bona, vt aliquando ieiunare, dicere aliquas orationes, dare eleemosynas, audire prædicationes, laborare ad gubernandū familiam, & forte ad regendum ciuitatem p̄ diuersa officia, reputant se Dei amicos, & in gloria recipiendos, præferendo statum suum clericis, & religiosis, cum non habeant tot labores, & uexationes, sed cum his operib. immisceunt multa mala, & mortalia, & i eis permaneant per totum annum, immo & aliquando per annos, debent aduertere nullius ualoris seu meriti esse illa bona, quæ eius uidētur tam magna, quia extra charitatem facta, ut odium, fornicatio, periurium, fraudulētia, ex huiusmodi quæ frequentant. Vnde de eis verificatur illud Aggei. 1. Congregauerunt mercedes, & miserunt in saccum pertusum, in quo. s. nil remanet missum. Labores quoque eorum pro mundo sunt non pro Deo, & cum modica patiētia, & timore Dei. ¶ Quarto superbiunt erubescēdo de operibus bonis eis inconsuetis. s. sic dimittendo. Eccles. 14. Est confusio adducēs peccatum, s. quādo quis propter uerecūdiam timens irrideri ab alijs, dimittit bona facere, quod uidetur procedere ex superbia carnali, quia dū appetit honorari ab alijs, timet faciendo illa bona, quæ nō

Vermis diuitum superbia est.

Superbia aliquando oritur ex erubescentia.

sunt

probrio. Hic certè vt ait Psal. Trepidauerunt timore ubi non erat timor, ideſt cauſa timoris unde ſunt quaſi paruuli, qui exterrentur latratu catulorum qui mordere neſciunt. Seneca. Auctoritatem habemus ſenum, ſed uitia puerorum, nec puerorum tantum, ſed infantium illi leuia formidant, hi falſa, nos utraque. Hęc ille. Ille leuia formidat qui uerba irriſionis formidat, falſa formidas qui reputet dedecus quod in ueritate eſt honor. Mundus iſtæ eſt ut catulus irriſionibus latrans contra eos, qui benefaciunt, ſed mordere neſcit, quia eos non percutit, & tum ſatis latrauetit tacebit. O quam ſtrenui milites ſunt qui propter ſolum latratum derelinquunt Dominum ſuum. Bene relinquerent cum ſi armati milites inſequerentur. Si aliquis de militibus alicuius regi ipſo petēte ab eo debitum ſeruitium diceret ſe non audere ei ſeruire, quia homines obloquerentur de eo friuola, & ridiculoſa reputaretur eius excuſatio. Sic eſt friuola illorum qui propter verba hominum, dimittunt facere quæ pertinent ad ſeruitium & honorem Dei, & ſalutem animarum, vt confiteri, audire diuina facere eleęmoſynas, viſitare infirmos, & ſeruire eis, accipere euchariſtiam publicè cum alijs frequentare prædicationes, dimittere ueſtes pompoſas, cauere à mendatijs, ingredi religionem & huiuſmodi. Hi ſunt ſimiles lepori qui eſt animal valdè timidum. Vtinam tamē eſſent ſimiles ei in alijs. De eo enim ſcribitur. Prouerbiorum 30. Lepuſculus plebs infirma qui collocat in petra cubile ſuum. Lepuſculus labia habet in motu, aures longas, pedes ueloces, timor enim addit alas pedibus, ſic facere debet qui debilē ſe cognoſcit. In petra fiduciam habet, & cubile collocat qui in Chriſto fiduciam habet. Petra enim erat Chriſtus, ait Apoſtolus. ſ. ſignificatiue, Labia habet in moto qui frequenter orat, longas habet aures, qui uelox eſt ad audiendum, tardus ad loquendum, Iacob. 1. ideſt ad reſpō dēdū opprobrijs quæ ſibi dicūtur debet. n. tacere, pedes ueloces hēt, quē timor Dei occupat, quia qui timet Deum nihil negligit, ut dī Eccl. 7. c. Cauſa autem huius timoris eſſe pōt amor placēdi mundo, Sen. Defines timere ſi ſperare deſideris, nel quia forſitan Deꝰ receſſit ab eo. Vix poſſet eſſe in eo tanta timiditas in quo Deꝰ eſſet. Vñ Pſ. 22. Si ambulauero in medio tribulationis, non timebo mala, qñ tu mecū es. Oñdit ât fatuitas eorū qui erubeſcūt benefacere tripſr. ¶ Primo: q. a ipſi pmittunt ſe uinci ab irriſoribꝫ. quos magna facilitate uincere poſſunt. Sola. n. taciturnitate vincūtur irriſores, Eſa. 30. In ſilentio, & ſpe erit fortitudo ueſtra. Si. n. illi qui irridentur tacerent & animum haberent ad marcedem quam expectant, confuſi remanerent irriſores. Secundo oſtēditur hæc fatuitas ex eo, quia timēt irrideri ab his, qui irriſione digni ſunt. Qñ. n. mali irrident bonos de bonis operibus ſuis, inde eſt ac ſi cęci irrident uidentes de hoc, quod videnti, & claudi rectè incedente, & ideò ipſa irriſio irridenda eſt. Sen. Equo animo audiēda ſunt conuitia imperitorum, & ad honeſta tendenti contemnendus eſt ipſe contemptus.

¶ Tertio oſtenditur per hoc, quia erubeſcunt de hoc unde gloriari deberēt. unde erubeſcūt benè agere eo quod conſueuerunt malè agere, uel quia uident eos malè agētes. Hoc enim valdè glorioſum eſt, cū aliquis benè agit inter malè agentes, ubi malè agere conſueuit. Tales ſunt ſimiles illis, erubeſcunt quod de naufragio euaſerunt, uel de hoc quod non fecerunt quod ſoliti ſunt, uel de hoc quod ſanus eſſet aliis exiſtētibus leproſis. Sen. Nondū es felix ſi turba non te deridet. Chriſtus Mat. 5. Beati eritis dum maledixerint uobis hoies &c. Sen. Nunquā multis: ſed quibus placeas cogites.

¶ *De ambitione, & ibi de appetentibus uel procurantibus dignitatem uel officia uel beneficia curata, uel magiſtrium in theologia utrum ſit licitum.* Cap. 5.

DE uitijs deſcendentibus à ſuperbia magis quam ab aliis. Et primo de ambitione, quæ dicitur cathedra peſtilentiæ ſecundum illud pſ. Beatus uir qui non abiit in cōſilio impiorum, & in uia peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Quod intelligitur de Chriſto, & de quocunque iuſto eum imitante. Vnde Auguſt. ſuper pſalmos Noluit Chriſtus reguum terrenum cum ſuperbia, quæ cathedra peſtilentiæ rectè dicitur. quia non ferè quiſquam eſt, qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam, Hæc Augu. Peſtilentia enim dicitur morbus latè uagans, & quaſi omnes inuoluens. Amor dominandi ad ambitionem pertinet: Ambro. quoque ſuper Lucam inquit. Sæpe quos uitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubuertit, facit ambitio criminoſos, & vt dominetur quis prius ſeruit. Et propterea diabolus tēptans dixit Chriſto in monte. Hęc omnia tibi dabo. ſ. regna mundi quæ oſtenderat. ſi cadens adoraueris me.

Mat.4. Adorat enim & honorat, & seruit ambitiosus indebitè eum à quo honorem, & dignitatem sperat. In præfatu autem uersu psa. notatur triplex processus, qui potest in quolibet reperiri peccato. ¶ Tres enim sunt differentiæ peccati scilicet mortalis, ait Aug. tanquam tres mortes. Vna in corde cum scilicet ratione assentitur libidi, vel cuicunque peccato mortali, tanquam puella in domo mortua. Mat.9. Altera in opere, cum in factum procedit assensus, vt adolescens extra portam delatus. Luc.7. Tertia cum mole malę consuetudinis præmitur animus tanq̃ Lazarus fętens in monumento. Ioh.11. de pę.di.2. Sicut tribus. Denotantur istæ differentiæ seu gradus per hos terminos abire, stare, & sedere. Et sicut in abeundo, ideſt recedẽdo de loco importatur principium motus, in stando in uia prosecutio motus, in sedendo terminus motus. Ita in mali assuefactione est grauius peccatum, quã in operatione, & in operatione. ſ. exteriori magis quam in cogitatione tantum. Beatus ergo in re fuit Christus, & erit in futuro omnis iustus. Nunc autem in spe uir viriliter agens, & virtuosè, qui non abijt in consilio, ideſt non recessit à deo in regionẽ dissimilitudinis per peccatum deliberatæ cogitationis. Ab ea. n. ꝙs incipit à deo recedere in consilio impiorũ reperiens se. i. dęmonum tractantium, & persuadentium ambitionem, eis acquiescens, ut primi parentes. Et in via peccatorum non stetit ideſt non peccauit opere erectus cõtra Deũ ꝙ est uia qua itur ad inferos sicut ipsi primi parentes opere transgredientes Dei mandatum. Et in cathedra pestilentiæ non sedit, in cõsuetudinẽ ducẽs actũ ambitiones uel alterius pcti, & frequẽter iterãs ac defendẽs, vt licitũ pctm̃ suũ ut ipsi primi parẽtes, ꝙ se excusauerãt, & sic ibi ꝙescẽs. Sicut in cathedra, qui exaltat se sup alios, ita ꝑ ambitionẽ ꝙritur dignitas, & prælatio ad quam sequitur honor. Et sicut in cathedra docetur, ita talis suo exẽplo malo iducit alios ad vitium, quod inficit, & occidit animã sicut pestilentia corpus. Ber. in sermone. Potestatis ambitio angelum fœlicitate Angelica, ad quam erat creatus priuauit. Scientiæ appetitus hominem immortalitatis gloria spoliauit, non Euam cibus deflexerat, non mandatorum obliuio destituerat, sed promissio honoris, ambitio illecebrosa rapuit. Potest ergo considerari ambitio, prout est indeliberata interius eius affectione, & hic abijt in consilio impiorum. In procurata exterius operatione, & hic sterit in uia peccatorum. In continuata uberius exercitatione, & hic in cathedra pestilentiæ non sedit.

Tres differentiæ pcti mortalis.

¶ De prima scilicet ambitione prout est in mente, dicit saluator in repræhensionem Scribarum, & Phariseorum. Mat.23. Amant primas cathedras in synagogis, ideſt præcipuas dignitates, ad quas sequetur honor. Est autẽ ambitio prout diffinitur à Beato Thom. 2.2. q.131. inordinatus appetitus honoris. Et quia ad dignitatem, potentiam, & præsidentias sequitur honor, ideo inordinatus appetitus harum pertinet ad ambitionem. ¶ Quod autem ambitio sit peccatum probatur tripliciter. Primo: quia à mala radice propagatur. Secundo: quia charitati aduersatur. Tertio: quia magnanimitati contrariatur. Primum sic patet, sicut fructus est infectus, quia ex infesta radice generatur: Ita & actus humanus, qui procedit ex peccato, oportet quod sit peccatũ, sed ambitio quæ est appetitus inordinatus honoris procedit ex peccato. Nam dicit Augustinus in li. sed uera religione, quod ambitio procedit ex superbia & ex concupiscentia seu cupiditate: sed superbia & cupiditas sunt peccata vt patet supra, ergo & ambitio est peccatum, prout enim per potentiam vel dignitatem intendit quis acquirere apparentem, & excellentem honorificentiam, sic ambitio oritur ex superbia: sed prout intendit quis acquirere per huiusmodi sufficientiam apparentem, seu rerum abundantiam, sic à cupiditate oritur ambitio. Alexander in secunda parte. ¶ Secũdo ambitio probatur esse peccatum, quia aduersatur charitati. Nihil enim repugnat charitati, quæ est uita animæ nisi peccatum: sed ambitio repugnat charitati: Dicit enim Apostolus. 1.ad Corinth. 11. Charitas non est ambitiosa, ubi dicit gloſſ. idem vult alijs præponi. Charitas enim diligit proximum sicut seipsum, & ideò non vult eum subijcere sibi, sed socium esse. Appetit seruire proximo, & non sibi seruiri. Sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare. Matth.20. Ambitio igitur peccatum est.

Ambitio est peccatũ charitati aduersatiuũ.

¶ Tertio ostenditur esse peccatum ex eo ꝙd magnanimitati contrariatur. Nam quod contrariatur uirtuti morali est peccttum, quæ virtus moralis est secundum regulam rationis, sed magnanimitati quæ est uirtus moralis, secundum philosophorum. 4. Ethicorum, contrariatur ambitio. Ambitio enim est inordinatus appetitus honoris, & magnanimitas est ordinatus appetitus magni honoris. Inordinatum autem opponitur ordinato, igitur ambitio est peccatum. ¶ Pro declaratio-

ne autem huius inordinationis appetitus quę reperitur in ambitione. Nota secundum Tho. 2.2.q.131.ar.1. quòd honor importat quandam reuerentiam exhibitam alicui in testimonium excellentiæ eius uel virtutis. Circa autem excellentiam hominis, duo attendentia sunt. Primum est quod id i quo homo excellit non habet homo in seipso scilicet a se, sed est quasi quoddam diuinum in eo, & ideo non debetur sibi principaliter ex hoc honor sed Deo. Secundum considerandum est id in quo homo excellit datur homini à Deo, vt ex eo alijs prosit, vnde in tantum debet homini placere testimonium suæ excellentiæ, quod ab alijs exhibetur inquantum paratur sibi uia ex hoc ut aliis prosit. ¶ Tripliciter ergo contingit appetitum honoris esse inordinatum. ¶ Vno modo: quia appetit honorem seu testimonium de excellentia quam non habet, quod est appetere honorem supra suam proportionem, ut si malus desiderat honorem, ac si esset bonus, & desideret regimen, & præsidentiam, quæ non debetur nisi virtuosis, vel curans de uirtute, unde Ecclesia. 7. dicitur. Noli uelle fieri iudex, nisi ualeas uirtute dirumpere iniquitates scilicet aliorum scilicet recte iudicando, nec declinando a veritate, timore, uel amore cuiuscunque quod non facit malus. Refert August. in 5. de ciuitate dei. c.12. antiquos Romano cum dediti essent ido lolatriæ duo in urbe construxisse templa inter cætera, unum deæ uirtuti, aliud deo honori, & contigua, ita tamen ordinata, quod ad templum dei honoris non poterat esse accessus ni si per templum deæ virtutis. Qui quamuis errarẽt, ut infideles in facto & opinione. Nã nec virtus dea est, nec honor Deus, sed bona dei, qui solus est colendus. In signo tamen ad ordinem constructionis templorum non errabant. Volebant enim cunctis ostendere. quod ad honorem qui multum appetitur recte peruenire non potest nisi per opera virtutis. ¶ Secũdo inordinatè appetitur honor inquãtũ honoré de excellẽtia sua quã habet à deo, nõ refert in deũ, cupiés ipsum deũ, ut actorem suæ excellẽtiæ, & uirtutis principaliter honorari. Iuxta illud Apostoli Soli deo honor & gloria, sed sibi cupit illũ honoré, ut quoddam bonũ. Quod si quis obijceret q̃ absque uitio põt uti que appetit à quocunq; quod sibi detur ꝑ ꝓmio. Sed honor é p̃miũ uirtutis, ut dicit philosophus in 4.eth. ergo sibi appetere honorem nõ é pctũ. Rñdet Th. ubi supra q̃ honor non dr̃ p̃mium uirtutis ex parte ipsius virtuosi, vt hoc. s. ꝑ p̃mio experte debeat, sed ꝑ ꝓmio expetit beatitudinẽ q̃ę est finis uirtutis. Sed dicitur esse honor p̃mium uirtutis ex parte aliorum, qui. s. non habet aliquod mius q̃ od retribuant uirtuoso quam honore, qui ex hoc ipso magnitudinem habet quod perhibet testimonium virtuti: non tamen est sufficiens p̃mium ut dicitur 4.ethi. ¶ Tertio inordinate appetitur honor inquantum appetitus in ipso honore quiescit, non referens honorem ad utilitatem aliorum, & talis propter consequendum honorem in multa mala incidit. vnde Leo Papa. Mens potentię auida nec abstinere nouit à uetitis, nec gaudere cõcessis, nec pietati adhibere consensum, dist. 47. c. virum. Sicut auiditas potentiæ ad ambitionem pertinet. nec obstat si quis dicat, quòd honor de se est quoddam bonum, & maximum inter exteriora. Insuper & per honorem homines reuocantur à multis malè faciendis, ne. s. pdãt honorem & prouocantur ad bona. Vnde & Tullius dicit in lib. de tusculanis qõnibus. Honos alit artes quique ad studia accenduntur gloria, ergo uidetur licitum ipsum appetere. Nam ut respondet Tho. ubi supra. Honor & si sit bonum, appetitus tamen boni debet esse regulatus secundum rationem. Si autem transcendat regulam rationis iam non erit bonus ille appetitus boni, sic ergo appetere honorẽ inordinatè ut. s. quiescat in eo uel alio modo quod facit ambitiosus est cõtra regulã rõnis, unde & malum. Sic etiam per appetitũ ordinatum honoris. s. per debita media aliqui reputãtur à malis, & prouocantur ad bonum, nõ autem per appetitum inordinatum: quinimo per hoc datur occasio multorum malorum, cum. s. non curãt, quid mali agãt ut honoré consequãtur, unde Salustius in Catilinam non dicit q̃ gloriã honoré & imperiũ bonus & ignauus. i. malus æque sibi exoptant. Sed istæ. s. bonus recta via nititur huic. s. ignauo: quia bonæ artes desunt dolis & fallacijs intendunt. Quod ẽt illi qui non curãt de honore uituperãtur secũ dũ philosophũ intelligitur de his, qui nõ curãt de honore ſm q̃ rõ dictat ideſt q̃ non curant uitare ea, q̃ sunt cõtraria honori, ut mala o.pa. Nõ ãt intelligendũ, q̃ déat q̃rere honoré, uel facere bona, ut honoretur. Qui enim solũ ꝑ honoré uitãt mala uel faciunt bona nõ sũt uirtuosi, ut patet per philosophũ, 3.eth. ubi dicit q̃ nõ sũt uere fortes, qui ꝑ honores faciunt forcia. Appetitus igitur honoris ambitiosi: q̃a inordinatus aliquo prædictorũ triũ modorum iõ pctũ est. Aug. ẽt dicit q̃ locus superior sine quo populus regi non põt & si administretur, ut decet indecẽter tamẽ appetitur. 8.q.1. Qui

Honor triplicitèr inordinatè appetit.

§. 2. Hic prohibetur uenari honores & dignitates.

episcopatum vnde & ibi peccatum. Et talis appetitus ad ambitionem pertinet.

¶ Quantum ad secundum scilicet prout honor & dignitas procuratur prohibetur hoc pertinens ad ambitionem. Eccleſiaſt. 7. dicitur. Noli quærere ab homine ducatum, nec à rege cathedram honoris ideſt dignitatem. Sicut autem ad regem ſpecialiter pertinet ponere aliquem in regno ſuo, qui loco eius ſit, & regi iniuriam faceret, qui ab alio quam à rege ſine eius conſenſu hoc obtinere uellet, ſic Deo iniuriam facit qui ab alio quam ab ipſo dignitatem quærit. Quilibet autem rector tenet uices Dei præcipue eccleſiaſticus. Tunc aũ putatur à deo pſici ſeu de voluntate eius cũ à populis ſeu electorib. ſeu ſuperiorib. in dignitate ſine ſui affectu, vel quæſitu ponitur. Vnde ad Hæb. 5. Ne quiſque ſibi ſumit honorũ, ſed qui uocatur à deo tanquã Aaron. Quærit autem quis cathedram honoris, & ſic ſtat in uia peccatorum ambitioſorum, qui per præcamina, vel obſequia, uel munera curat dignitates, officia, vel beneficia præcipue curata, quod ptinet ad ſymoniã, ut dictũ eſt. ſ. tit. 1. c. 5. qđ fecit impius Iaſon qui ambiebat ad ſummũ ſacerdotium, ut dr 2. Mach. 4. uñ promiſit regi Antiocho trecẽta ſexaginta talẽta argenti, vt obtineret ſummũ ſacerdotiũ, qđ & fecit ita puersè agens ut conſtitueret ephebiã. i. pstibulum iuuenũ, & Iudeos tranſire faceret ad ritus gẽtilũ, & poſtea cũ mitteret pecuniã per Menelaũ ipſę addidit ad prædictam ſummã multa promittẽs, & ſibi procurauit ſummũ ſacerdotiũ. ¶ Dẽt aũt quilibet ſibi cauere ad huiuſmodi quæſtu, & procuratione triplici ex cauſa. Primo quia multa crimina inducit, ſecũdo quia quilibet iuſtus huiuſmodi fugit honorẽ, tertio: quia quietẽ mentis tollit. ¶ De primo dicit quidam philoſophus. Hoc maximum malum habet ambitioſus, quia non reſpicit Deũ, uel ſe, uel alios, ſed per phas, & nephas, & mille pericula ad dignitatem tendit, quam appetit. Ambitioſus ſemper eſt pauidus. Timet enim nequid dicat, uel faciat quod in oculis hominum diſpliceat, honeſtatem mentitur, humilitatem ſimulat, cunctis adulatur, & cunctis inclinat, omnium eſt ſeruus, & tributarius, grauem pugnam habet in ſe, dũ iniquitas pulſat animum, & ambitio cõtinet animum. Ambitioſus nulli parcit ut regnet, dominum enim non patitur ſociũ. Propter hoc Romulus occidit fratrem Remolum, ut ſolus regnaret. Iulius Cęſar plura bella ciuilia in quibus occiſi ſunt innumeri, fecit ut impeſium uſurparet, Ambitioſiſſimus Abſalon patri nõ pepercit ut regnaret ipſę, ſed per adulationes populum ad ſe traxit, & facta coniuratione contra patrem Dauid eum de regno expulit, uxoreſq; eius publicè cognouit, ut firmius poſſet regnare, ipſumq; patrem cum exercitu ſuo exterminare curauit, ſed impunitus non tranſijt. Nam fugiens de bello in mula cum tranſiret ſubtus quercum per capillos capitis ad ramum quercus remanſit ſuſpenſus, quem Ioab lanceis tranfixit, 2. Regum 18. cap. Athalia mortuo filio Ioram, ut ſola regnaret peſſima fęmina omnem de ſemine regio maſculum occidi fecit, niſi unum Ioas ſcilicet paruulum qui abſconditus fuit: ſed ipſa demum occiſa fuit. 4. Regum 11. Hieroboam rex Iſrahel ne amitteret regnum quod ſibi à Deo traditum fuit uitulos aureos fecit in Dan & Berſabee ut eos populus adoraret, & in Hieruſalem non accederet, ſed temporaliter & æternaliter punitur eſt. 3. Regum 12. Abymelech, ut principatũ acciperet in Syché occidere fecit ſeptuaginta fratres legitimos ipſe illegitimos: ſed malè finiuit faciens ſe occidere poſtquam fuit percuſſus à muliere per fragmen molę iactatum de muro ciuitatis ab eo obeſſe. Iudicum 9. ¶ Legitur in uitaſpatrum quod dum quidam frater incederet per viam lutoſam ſecum mente reuoluens, quod ſi eſſet epiſcopus faceret multa bona, & mala extirpare, cecidit in denſum lutum, vnde totus derurpatus eſt, qui ex huiuſmodi cauſa ad ſe reuerſus ad intelligendum peccatum ambitionis, quod eum ſub ſpecie boni pulſat ſibiipſi dixit. Surgite domine epiſcope. Animaduertit exinde quod in maius lutum uitiorum cecidiſſet ſi ad illud promotus fuiſſet. ¶ Secundo oſtenditur magnitudo uitij ambitionis ſeu grauitas ex hoc quod omnes ſancti fugerunt dignitates & honores cõſiderantes mala inde ſequenda. Quod etiam figuratum eſt in parabola quam dixit. Ioas contra Sychimitas ſcilicet qui interfecerant 49. fratres ſuos & ambitioſum Abymelech haberẽt in principem. Iudicum 11. Quod ſemel ligna noluerunt regem ſibi conſtituere ſuper ſe, & inungere, dixeruntque oliuæ impera nobis. Reſpondit oliua. Nunquid poſſum deſere re pinguedinem meam, quæ utuntur dij, & homines ut promouear inter ligna? Dixerunt exinde ad arborem ficum. Veni & accipe regnum ſuper nos. Quæ reſpondit. Nunquid poſſum dimittere dulcedinem meam, & fructus ſuauiſſimos, & ire ut inter ligna promoueat? Locutaque ſunt ligna ad uitem. Veni & impera nobis quæ reſpondit. Nũquid poſſũ deſerere

A quæſtu honoris iniuſto quilibet abſtineat.

Mores Ambitioſi.

Exẽpla Ambitioſorum.

De crudelitate Athalię.

Abimalech interfecit 70. fratres legitimos.

Grauitas Ambitionis.

deſerere vinum, quod lętificat deum & homines vt promueat inter ligna ? & noluit. Demum dixerunt ad rhamnum. Impera nobis. Qui reſpondit. Si me conſtituitis regem venite, & ſub vmbra mea requieſcite. Si autem nō vultis egrediatur ignis de rhamno & cōburat uos. Moraliter ligna ſunt homines iuxta illud Pſal. 1. erit tanquam lignū quod plan. &c. Regem quęrunt ſibi inungere, quia rectore quærunt qui eos manſuetè, & leniter regat, & non tyrannicè. Procurant habere oliuam: ſed renuit, quia dediti operibus miſericordiæ ſigna ti per oleum nolunt dimittere opus miſericordiæ quod impinguat lucem in ſe gratię diuinę, & proximis ſubuenit, ut proficiant, timētes ex hoc amittere bonū q̄ faciunt. Ficus deſignat contemplatiuum, qui uocatus ad regimen non acquieſcit timens amittere ſuauitatem odoris contemplationis ex ſollicitudine, & occupatione prælationis. Vitis ſignificat dilectionem feruentem, quæ etiam recuſat prælationem timens ne ex officio regiminis tepeſcat feruor dilectionis, qui lętificat Deum, & hominem. Rhamnus eſt genus rubi aſperum nimis, & aculeatum ad modum ſentis, quod ad impetum venti ſecundum Ioſephum emittit ignem, & in primo molle eſt, poſtea obdureſcit, & ſignificat tyrannum vel ambitioſum, qui ſpinis vitiorum acutus ſubditos ſpoliat, ſicut ſpinæ ſanam ouium, qui ex ſe mittit ignem peruerſæ & furioſæ conuerſationis, quo ſe & alios comburant incendio tribulationis præſentis & infernalis. Sic igitur ſancti recuſant, mali procurant, & auidè acceptant honores, & dignitates. Vnde & ipſe ſanctorum omnium ſanctificator Chriſtus Ieſus cum facto miraculo ex quinque panib. multiplicatis turbę uoluerunt eam ſibi facere regem auſugit, ut habetur Io. 6. Moyſes. 83. annorum cum mitteretur à domino, ut eſſet dux populi Hębreorum, multū reſtitit excuſans ſe quod eſſet impeditioris linguæ. Exo. 4. Saul quo melior non erat in Iſrael non quærens dignitates, ſed aſinas patris, cum a Samuele eſſet ſibi nunciatum ex parte dei, & per miracula oſtenſum quod futurus erat rex populi uocato omni populo, vt manifeſtaretur, ipſe in domo ſe abſcondit ne aſſumeretur. 1. Regum 9. Hieremias cum mitteretur à domino, & conſtitueretur ſuper gentes, & regna, & annunciandum uerbum dei ſubtrahebat ſe dicens. A. a. a. domine Deus ecce neſcio loqui. Hieremiæ. 1. Marcus euangeliſta ut ſacerdotio reprobus haberetur amputauit ſibi pollicem, vt ait Hiero. & Grego. magnus ab omni populo, & clero acclamatus in Papā occulte fugit ut vitaret dignitatem. Hiero. cardinalatum Romæ dimiſit ut litteris ſacris in Bethleem inſudaret. Et Petrus Damianus tanto honori iam exercito ut ſibi uacaret ualeſcit, Amb. ne promoueretur in archiepiſcopum electus à cunctis meretrices ad domum ſuam ire fecit, non ut eas cognoſceret, ſed ut populum ab huiuſmodi reuocaret. Greg. Nazanzenus epiſcopatum dimiſit ut ſapientiæ uacaret, & Auguſt. ſummum doctorem licēt inuitum: Valerius epiſcopus ſuus præsbyterum ordinauit ſibi præcauens ne ad urbem carentem epiſcopo deueniret, ut paſtoralem curam uitaret. Martinus autem nec Diaconatum à ſancto Hylario pictauien. epiſcopo uoluit impoſitum acceptare, indignum ſe clamitans tanto officio. Quanta igitur præſumptio, quanta ambitio, & quam periculoſa in illis homuntiones merito & actione puſilli humeros offerunt ad huiuſmodi onera grauia quæ gigantes ſapientia & ſanctitate uitæ ſibi arbitrati ſunt importabilia. Conſiderabāt hi qđ ait Aug. Nihil in hac vita, & maximè hoc in tempore difficilius, nihil laborioſus, nihil que periculoſius epiſcopi, & præsbyteri, aut diaconi officio, ſed apud Deū nihil beatius, ſi eo modo militetur, quo noſter imperator præcipit nihilque triſtius, miſerabilius, & damnabilius huiuſmodi dignitate, ſi perfunctorie res agatur di. 40. Ante omnia. Honores quoque & dignitates temporales plenæ ſunt periculis, & uicijs malis. Vnde Hiero. egregiè de Cæſare Tullius art. Cęſar cum quoſdam honorare uoluit nō ipſos honeſtauit, ſed ornamenta deturpauit. Et Boetius. Quanto maior eſt dignitas, tanto deſpectiores improbos facit. ¶ Tollit demum ambitio, & præſidentia, uel dignitas quietem mentis, inducens multas amaritudines, permaximè quādo quæritur, uel quæſita poſſidetur. In cuius figuram Lya dicitur lippos oculos habuiſſe, quia cum Martha ſollicitatur, turbatur erga plurima, in de oculus obſcuratur, & quies tollitur, quieſcēdo aūt anima fit ſapiens. Hic Greg. Omne quod hic eminet plus mæroribus afficitur, quā honoribus gaudet, & dum cor in tribulatione ponitur ad memoriā culpa reuocatur. ſ. ambitionis: diſ. 13. Nerui. Bern. quoque ſit ait. O ambitio ambientiū crux, qūo oēs torq̄s omnibus places, nil acerbius cruciat, nil moleſtius inq̄etat, nil tñ apud miſeros mortales celebrius negocijs eius Aptè figurant præſidentes per operimentum ſuperius tabernaculi domini factum de pellibus arietum rubricatis,

De his qui à dignitatibus aufugerunt propter ambitionem.

Ambitio tollit quietē mentis.

quod cooperiebat aliud cooperimentū prætiosum ipsius tabernaculi, ut habetur Exod. 26. Tabernaculum dei ecclesia est, cooperimentum superius defendēs aliud inferius ab æstu, & imbrius, & pluuij, significat præsidentes in ecclesia qui custodiunt filios dei quos tenere diligit perfectione superiores, ab incommodis, & uexationibus multis, quas ipsi sustinent. Vnde Greg. Misericors deus quos tenere diligit ab exteriorib. actionibus abscondit. Nam & paterfamilias ad cum laborem mittit seruos, à quo subditos filios suspendit, & inde filij sine uexatione decori sunt, unde serui in puluere deturpantur. Idem in moralibus. Cessatione a laboribus mundi dominus imperat. Sed uesana mens plus assequi aspera carnaliter, quam tenere blanda spiritualiter gaudet. Habentes enim manna fastidiunt, & sæpe desiderant, quæ non sine lachrymis comedunt idest honores & dignitates figuratas per allia, & cepas, quas in deserto q dam appetebant, Numeri. 11. Et sicut tales ambitiosi hic amittunt quietem conscientiæ, ita in futuro quietem gloriæ. Vnde & Christus Ioanni & Iacobo, qui per matrem uxorem scilicet Zebedei petierant sedere unus ad dexteram, & alius ad sinistram in regno suo idest primos existere in regno, quod temporale tunc estimabant ambitione dicti. Respondit Christus sedere ad dexteram, uel ad sinistram non est meum dare uobis. Mart. 21. non congruit sicut nec alijs ambitiosis. ¶ Legitur de Gotfredo priore Clarenallen. quod cum fuisset electus in episcopum Tornacensem & ab Eugenio Pa. & sancto Bernardo cogeretur subire onus, prostratus in terra dixit Monachus fugitiuus esse potero, si hinc me eijcitis, episcopus autem nunquam ero, & de dimissus fuit. Cum autem prædictus Gotfredus mortuus apparuisset cuidam claro sibi, interrogatus ab eo de illo negocio episcopatus quod non acquieuerit iussus si fuisset illud deo placitum? Respondit. Reuelatum est mihi à sanctissima Trinitate, quod si fuissem de numero episcoporum fuissem de numero reproborum.

§. 3. ¶ Quantum ad tertium scilicet permanentiam in uitio ambitionis. Hoc notat ibi in sedendo in cathedra pestilentiæ, quod non facit uirtuosus. Cathedra dignitatem signat præsidentiæ. Vnde Math. 23. dicit Christus super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei. i. dignitatem, & officium regendi, & docendi populū, quod faciebat Moyses, tenuerūt Scribæ & Pharisei, sed cathedra pestilentię dicitur, quando per ambitionem, & præsumptionem peruenitur ad eam & indigne retinetur. Nam talis prælatio ut morbus cōtagiosus occidit habentem, & alios inficit suo exēplo. Sed & autem in ea qui perseuerat, & quie scit in tali ambitione excusans se, & defendēs hoc, ut licium ut magister in cathedra. Sed ut ait Christus, Væ uobis Pharisei, qui diligitis primas cathedras. Lu. 11. Vę autem damnationem importat. Vnde dicit Christ. Qui malè sederit super cathedram iniuriam cathedrę facit. Malus enim sacerdos de sacerdotio suo non dignitatem: sed crimen acquirit, dist. 40. multi. Male autem sedet, qui ambitiose, & uitiose habet talem dignitatem uel officium, & huiusmodi. Sāguisugæ duæ sunt filiæ dicentes. Affer affer. Prouerbiorum penul. Hæ sunt ambitio, & cupiditas, quæ semper appetunt honorabiliora, & ditiora bñficia & dignitates, & sic sedent habituati in huiusmodi.

¶ Sed quæritur utrum appetere episcopatum sit illicitum, & si est mortale peccatum. & uidetur quod non. Qui enim episcopatum desiderat (ais Apostolus. 1. Thi. 3.) bonū opus desiderat, sed desiderare bonū opus non est illicitum, nec per cōsequens peccatum. Ergo &c. Præterea quod licet separare, licet & appetere, cū actus spei includat appetitū in rē sperata, sed licet sacerdoti sperare epatū, ergo & appetere. Dicit. n. Zosymus Papa de sacerdote. Qui p singulos gradus ē ordinatus debitę seruatis interstitijs cōgruis tporū, q si eū ad bonos mores exactior uita pduxerit exinde summū pontificatū sperare debebit. i. epatum, dist. 77. In singulis. Et idē dist. 59. Si officia, ergo &c. ¶ Ad hāc qōnē rndet B. Tho. 2. 2. q. 185. dicēs q in epatu pnt tria cōsiderari, quorū unū est principale, & finale. s. episcopalis operatio, per quā utilitati proximorum intenditur, secūdū illud Ioā. ult. Pasce oues meas, Aliud est altitudo grad⁹, & quia eps super alios cōstituitur secundum illud Mat. 25. Fidelis seruus, & prudēs quē cōstituit dns super familiā suā, ¶ Tertiū est q consequēter se habet ad istas. s. reuerētia, & honor, & sufficientia tpaliū sm illud. 1. Thi. 5. Qui bene præsunt presbyteri dupli ci honore digni habeātur. Appetere igit epatū rone hmōi circunstantiarū manifestū est, q illicitū ē pertinēs ad cupiditatē & ambitionē. Vnde cōtra Phariseos dns dicit Mat. 23. amāt primas cathedras in synagogis. ¶ Quātū ad secūdū. s. ad celsitudinē gradus appetere episcopatū præsumptionis est, unde dns arguit discipulos primatū querētes dicēs. Princeps gētiū dominātur eorū, Vbi Christ. dicit q gētile ē primatum

Appetere Episcopatū an liceat

Adde bonum tex. in c. Qui episcopatū 8. q. 1. & not. in c. si officina. 59. distin.

Gradū appetere Epat⁹ præsumptionis est.

matum cupere, & sic gentium comparatione animam eorum æstuantem conuertit. Sed appetere proximis prodesse, secundum se laudabile est & uirtuosum. Verum quia prout episcopalis actus habet annexam gradus celsitudinem, præsumptuosum uidetur, qđ aliquis præesse appetat ad hoc ut subditus prosit nisi manifesta necessitatis imminente, sicut dicit Gre. in pastorali, quod tunc erat laudabile episcopatum appetere, quando dubium nō erat per hunc quemque ad maiora supplicia peruenire. Vnde de facili non inueniebatur qui huiusmodi onus assumeret, præsertim cū ad hoc aliquis charitatis zelo diuinitus incitatur, sicut Esaias appetens proximis prodesse ad prædicandum se mitti petijt, qui tamen ut dicit Gregorius prius se purgatum à uitijs audiuit. Potest tamen quilibet absque uitio præsumptionis appetere alia opera facere si eum contingeret in tali officio esse, vel etiam esse se dignum ad talia opera exercenda, ita quod opus bonum cadat sub desiderio. non tamen primatum dignitatis, & sic uidetur dicendum simpliciter esse illicitum, quod probatur per Aug. dicētē in 19. de ciuitate Dei. Locus superior sine quo populus Dei regi non potest, & si administretur ut ducet, indecenter tamen appetitur, quod etiam habetur. 8. q. 1. qui episcopatum. Et quamuis expresse hic nō dicat hoc esse mortale, uī tamē ex dictis ei⁹ hoc elici posse in q. 100. ar. 5. & in scriptis in quarto. ¶ Dicit enim ibi q. præces pro se porrectæ pro dignitate uel beneficio habentе curā aiarū symonia inducunt. Ray. Hug. Hosti. & Gos. & quidam alij idem sentiunt. Et ratio eorum est, quia reputatur pro indigno ratione præsumptionis, etiā si aliās esset dignus sed nullus reputatur indignus beneficio eccle siastico in dignitate culpæ nisi propter mortale, ergo talis præsumptio est mortalis. Tunc si arguitur. Appetitus deliberatus alicuius rei cuius procuratio uel actio exterior est mortalis, est mortale, qa ad eādē spēm ptinet, sicut patet per exempla de appetitu deliberato, & opere fornicationis, furti, & alijs, & habetur de pe. dist. 1. Si cui, cum alijs. c. Sed procurare per præces beneficium curatu est mortale, vt probatū est, ergo & appetere cū & episcopat⁹ permaxime habet curā aiarū, ergo &c. Si dicatur quod appetitus & opus nō sunt circa idē, quia opus est p præces, sed appetitus est simpliciter nō ad opus præcū. Rīsio q. hoc non obstāte firma manet cōclusio. Nam & illæ qui delectatur in cogitatione morosa fornicationis, esto q. expresse nō appetat opus fornicationis non propterea euadit mortale, quia & si non expresse, tn tacitè assētit ad opus, ex quo uolūtarie dilectationē cogitationis hēt. Sic in proposito quamuis non appetat funditus præces, appetit tn illud, cuius procuratio ē mortale: nisi hoc appeteret sub cōditione, in quantum scilicet hoc esset licitum, & non peccatum, tunc non esset proprie uoluntas quæ requiritur ad peccatum, sed potius uelleitas quædam. ¶ Præterea per totam illam quæstionem. B. Th. de symonia nil dicit de mortali, & tamen certum est symoniam esse peccatum mortale. Et quis diceret hoc constare per pœnas infligi ctas, & multa quæ ibi dicuntur: Et similiter potest hoc elici ex his quæ in isto art. ponit. Dicit enim allegans. Chrisostimum. Primatum ecclesiæ concupiscere, nec iustum est, nec utile. Quis enim sapiens uult se subijcere seruituti & periculo tali ut det rationem pro omni ecclesia nisi forte qui nō timet Dei iudicium abutens primatu ecclesiæ secularitер scilicet ut conuertat eum in secularem? Hæc ille. Sed hoc agere scilicet contra iustitiam, vel abuti primatu ecclesiæ secularitер mortale uidetur. Et superius etiam dixit hoc appetere esse vitium gentile ideſt Paganorū, quod uidetur esse mortale. Super epistolam, ideſt ad Thi. 3. super illud. Qui episcopatum desiderat idem. Tho. sic dicit Aug. dicit quod locus superior indecenter appetitur, & ratio est, quia nullus debet appetere aliquid vltra uires suas sibi proportionatū alias esset stultus. Ille ergo bene posset desiderare, cuius opus esset episcopatui proportionatum. Ad huiusmodi autē nullus est idoneus, quia prælatus secundum gradum, & conuenientiā debet omnes alios excedere in conuersatione & contemplatione, ita sui respectu alij sint grex. Et hāc idoneitatē de se præsumere est maximę superbię, ergo uel appetit circunstantias ideſt quod præsit & honoretur, & habeat potestatem & diuitias, & tunc nescit quid appetat, quia non est hic episcopatus, uel ipsum opus, & hoc est superbire, & ideo non accipiēdum nisi impositum. Hæc ille. Superbia autem ex genere suo est mortale. Ex quo ostenditur magum esse peccatum, ad argumentum respondetur ad illud. Qui episcopatum desiderat &c. Dicit. B. Th. super epistolas quod multi ex hoc textu male intelligentes sumpserunt sibi occasionem ambitionis. Nō vult ergo dicere ibi Apostolus qđ qui desiderat dignitatē epatus desiderat bonū opus. Sed q. desiderat hoc opus quod est intendere saluti populi, quod opus importatur noīe epi, inter

Episcopatum concupiscere nec est iustum nec utile.

Præces porigendæ pro dignitate.

Episcopus em dr ab epi qd est supra & scopis Græce quod é intendere.

prætatur enim superintendens, scilicet saluti aliorum, istæ desiderat bonum opus, quia hoc est opus charitatis, quod potest fieri etiam sine dignitate episcopali, quamuis habens illã dignitatem ad hoc ex debito teneantur nõ attendens ad gradum & diuitias, quæ illam circunstant non dignitatem episcopalem, quæ tunc non erant, quia episcopi erant pauperes nec in honore: sed primi ducti ad tormenta. Vnde Aug. dicit ibi quod Apostolus exponere volut qui sit epõs, quia scilicet est nomen operis, nõ honoris, græcum est in. nomẽ. s. q. 1. Qui episcopatũ. Vñ & glo. Aoh. q̃ arguit ex isto. c. quod possumus appetere episcopatum ad prodesse alijs, non præesse: multum superficialiter arguit, cum in ipso. c. Aug. dicat contrarium, scilicet quod locus superior indecenter appetitur, etiam si bene administretur. ¶ Ad secundum respondetur q̃ spes sumitur dupliciter. Vno modo proprie, & sic includit appetitum rei speratę. Alio modo improprie, & large per quadam expectationẽ quasi certa seu credulitate alicuius futuri euentus, qui potest & amari & non amari, sicut dicere pos sumus reum conuictum sperare mortem quã tamen odit non amat, & sic sumitur spes à Zozimo papa in dicto c. in singulis di. 77. Sicut & Greg. cum videret populum & clerum acclamare in eum poterat sperare papatum ex illis circũstãtijs. i. expectare faciẽdũ, & tñ fugiebat & horrebat vel vt ponit quędam, gl. super c. Si officia, sperare debit id est dignus habebitur episcopatu. Nec obstat si dicatur, appetere religionem est licitum, ergo & appetere epatum cum uterque dicatur status perfectionis. Nã ut dicit. B. Th. vbi supra alio mõ respectu dicitur status perfectionis episcopatus, & alio modo religio.

Spes fr mit dupliciter

Episcopat9 dr stat9 pfectionis.

¶ Episcopatus. n. dr status pfectionis actiue: quia scilicet habet alios perficere. s. subditos, vñ supponit iam perfectionem habitam, quã nullus de se debet psumere, habet ẽt gradum & ptãtẽ supra alios. Sed religio est status perfectionis passiue, ut. s. quia tendẽdi in pfectionẽ, vñ nõ oportet q̃ sit pfectius, sed q̃ tẽdat ad eã, & in ea nõ pficit: sed subijcit alijs qd̃ pertinet non ad honore: sed humiliationem. ¶ Ad supradictã cõclusionem facere vr q̃ ait. Gre. loquẽs de dignitate epali. s. Locus regimnis, sicut desiderantibus est negãdus, ita fugiẽtibus est offerendus. Et sicut scriptum est. s. ad Hębr. 5. Nec quisquã sibi sumit honorẽ sed qui vocatur à Dño sicut Aaron. 8. q. 1. In scripturis. Non aũt uidetur denegandus huiusmodi alio impedimento non concurrente nisi pro mortali, ergo illud desideriũ ur mortale. Glo. tamen ibi dicit q̃ intelligitur de desiderantib. ambitio, scilicet ut præsint, non ut prosint, & de importune se ingerẽtibus. Et secundum hanc glo. & opinionem eorum, qui dicunt licitum est præces pro se porrigere p beneficio curato, si alias sit dignus. De quib. habeas in §. sequenti licitum esset desiderare epatum ut prosit, quod tamen unus de mille non facit de modernis. Sed ex supradictis etiam hoc licitum, & ambitiosum, & præsumptuosum est.

§. 4. Vtrum appetere beneficia sit pecca tũ mortale.

¶ Quęritur etiam vtrum appetere alias dignitates, seu officia, uel beneficia curata infra dignitatem epalem, vt abbatiam, priorat um, dechanatũ, præposituram, vel archidyaconatũ, vel ecclesiam curatam, sit mortale? Et uidet quod non: quia quod non est prohibitum alicui iure intelligitur esse concessum. 13. q. 2. Ebron. Sed ista nullo iure prohibentur, ergo vt licita conceduntur. Contrariũ huius uidetur esse rei ueritas. Et ratio, quia ubi est eãdẽ ratio, ibi & idem ius. Nam de similibus idem est iudicium, arg. dist. 5. ad eius. ¶ Sed ratio quare est illicitus, & mortalis appetitus episcopatus est propter curam, quam habet annexam, quia præsumptuosum nimis est, ut quis se reputet idoneum ad regendum animas aliorum. Sed eadem ratio est in quolibet prædictorum, quia scilicet in omnibus est cura annexa, nec differunt ab episcopatu, nisi secundum magis & minus, quia uidelicet episcopus habet curam uniuersalem suam dyœcesis, sed in prędictis officijs constituti hnt curam partialem, videlicet unius parochiæ uel unius collegij, talia autem non diuersificant speciem, sed quantitatẽ peccati. Sicut appetere furari unum florenum est eiusdem speciei cum appetitu furandi mille, licet secundum sit grauius peccatum propter maius nocumẽtum intentum. Sic in proposito maior ntique præsumptio & ambitio tanto est, quanto maior cura & maior gradus est annexus dignitati uel beneficio quod appetitur: tamen utrobique appetitus mortalis. Præterea si aliquid prædictorum petere est mortale, & illud appetere erit mortale. Nam secundum Thomam. Ray. Hostien. & Gotf. petere pro se aliquid eorum etiam si alias sit dignus inducit symoniam, quia sunt præces pro indigno ratione præsumptionis, ergo & appetere erit mortale, cum symonia sit mortale. Et ad confirmationẽ huius conclusionis uidentur facere plura dicta sãctorũ. Dicit. n. Chrisosto. qui desiderauerit primatum idest dignitatem,

uel

uel prælaturam in terra, inueniet confusionē in cœlo. nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit. di. 40. ca. multi. §. qui desiderauit. Nullus autē inuenit confusionem in cœlo aut separatur à consortio seruorum Christi, nisi propter mortale, ergo &c. Item Leo papa. Principatus quæ autem seditio extorsit aut ambitus occupauit, etiam si actibus suis vel moribus non offendat: ipsius tamen initij sui est perniciosus ex se. 1. q. 1. Principatus. Sed nō dicitur pernicioſum nisi mortale ergo &c. Item Greg. Sicut is qui inuitatus renuit: requisitus refugit est sacris altaribus admouendus, ita qui vltro ambit, & sponte se ingerit est remouēdus. 1. q. 6. Sicut Sed nullus est remouendus à promotōe nisi propter mortale, ergo &c. Item cura animarum non potest exerceri licitè, & absque mortali fine gratia scilicet in celebrando, administrando sacramenta, officiando ecclesiam solleniter, nullus autem potest esse certus ex se habere gratiam. Cum ergo frequenter, & quasi continuè habeant ista facere, videtur sponte se periculo mortalis peccati exponere. Hāc rationem videtur tangere B. Tho. in quodlibet. Si autem per superiorem ponatur ad prędicta videtur satis excusari, quia necesse habet obedire. ¶ Sciendum autē quod id qđ dictum est supra scilicet, quod non licet petere beneficiū curatum absque uitio symoniæ ſm Tho. & alios, aliqui non tenent ut Ber. in glo. Guil. Glo. Ray. & VI. in opere suo. Dicunt. n. hoc esse licitum si aliàs sit dignus. Qđ si uerum esset, certè etiam licitum esse appetere. Et idē de episcopatu. Ad auctoritates autem fortè responderent, quod intelliguntur quando hoc appetit, ut præsit, non ut prosit, vel qñ hoc quęrit per indebita media, vt per potentiam secularem, vel numera, & hmōi vel quā do aliàs est indignus. Nec requiritur certitudo scientiæ: sed sufficit certitudo probabilis coniecturæ de hoc quod sit in gratia, sicut exigitur in susceptione sacramētorū debita. Hāc opi. sequi videntur curiales, Sed quia doctores, qui contrarium dicunt sanctitate, & scientia theologiæ, & iuris sunt longè prestātiores ideò non videtur tuta prædicta opinio, nec se quenda. Dici tamen fortè posset, quod qui intenderet Deo seruire in clero non propter honores maiores consequendos, & diuitias quam in seculo: sed quia status iste melior est quam secularis, & diuinis applicatus, & magis sibi gratus, & in eo positus appetit sibi prouideri de beneficio à superiori tus, uel etiam petit, ut possit secundum conditionem suam sustentari, non ad pompam, sed ad decentiam, non habens intentionem ad curam nec ad honorem, & gradus, & pinguis beneficium, sed ad sui gubernationem, ita contentus de simplici beneficio sicut de curatō, dummodo sibi sufficiens esset non peccaret. Appetit enim, & quærit quod est de iure diuino debitum videlicet. Qui altari deseruit de altari uiuere debet (ut ait Apostolus. 1. ad Corint. 9.) Quod licitum est cuilibet. Et quamuis cura annexa sit ei quod sibi confertur, oculus tamen eius non est ad hoc principaliter; sed ad sustentationem sibi debitam ex seruitio ecclesiæ. Illud autem scilicet, qđ sit curatum est accessorium, & per accidens. Et accessorium naturam sequi congruit principale de reg. iur. lib. 6. cap. accessorium, sed principale intentum scilicet sustentatio sui uidetur licitum, ergo & quod inde sequitur non aliquid illicitum adiungendo. ¶ Ad argumentum respondetur, quod negando illud scilicet, quod hoc appetere nullo iure prohibeatur, prohibetur enim illo mandato diuinæ legis. Iuste, quod iustum est exequeris, quo mandato intelligitur prohiberi indebita procuratio uel ministratio sacramentorum, uel executio spiritualium, & huiusmodi. Itē contra illud ad Hębre. 5. Nec sibi quisquam assumit honorem, sed qui vocatur à domino. &c. Videtur etiam hoc contra ius naturale, quod aliquis quærat onus supra ures suas. Verum circa principale quæsitum huius quæstionis, & præcedentis, scilicet de episcopatu utrum sit mortale illa appetere, quia ut dicit Tho. in quodam quodlibet, quæstio de mortali, ubi non reperitur, expræsse auctoritas scripturæ uel determinatio ecclesię non nisi periculosè diffinitur, determinatio iudicio sapientum relinquitur. ¶ Ad argumentum autem factum in contrarium posset responderi dupliciter. Vno modo secundum opinionem illorum, qui dicunt nō esse illicitum porrigere præces pro se pro beneficio curato, si aliàs est dignus, videlicet qđ non est mortale procurare episcopatū p̄ preces. Vnde nec etiam appetere. Alio modo tenendo opinionē beati. Th. & sequacium, scilicet quod illud sic illicitum, & symoniacum, & secundū hanc opi. respōdebitur, quod appetitus, deliberatus eius cuius procuratio, & actus exterior ē mortalis, ē mortale hoc ē uerū qñ appetitus, & p̄curatio sūt circa idem, quod non est in proposito. Nam procuratio est per præces, appetitus autem est simpliciter vñ, & sine p̄cibus p̄prijs p̄t ee. Sed si quis ita appeteret, q̄ ēt p̄ces est paratus

Petere beneficium curatū vtrū liceat.

tus porrigere pro se, tunc appetitus & procuratio essent circa idem, & tunc secundum illã opinionem uidetur mortale. Ad illud aliud scilicet cum dicitur quod si in petitione est mortale. Et in appetitione erit etiam mortale. Respondeti potest quod non est semper verũ. Nam licet mihi appetere quod Petrus gratis & liberaliter det mihi duo pro mutuo facto sibi gratis & liberaliter, & tamen hoc petere usuram saperet. Ad auctoritates iam responsum esse videtur, vel posset dicit etiam quod dictæ sunt ad exaggerationem, tamen mihi adhuc remanet materia dubia, & ideò cauendum. ¶ Quærere ergo aut appetere huiusmodi curata principaliter propter honore, & diuitias quæ inde sequuntur hominibus, uidetur esse mortale, & ratio est: quia est contra ordinem charitatis. Nam non solum dilectio Dei & proximi est in præcepto, sed etiã ipsæ ordo dilectionis secundum Tho. 2. 2. q. 26. Est autem de ordine dilectionis ut diligatur prius salus animarum quam corporum, sed hunc ordinem talis peruertit præferens temporalia quæ ordinantur ad corpus scilicet diuitias & honorem saluti animarum quæ exercetur per curam. Præterea dist. 51. c. Qui in aliquo crimine. Ponit concilium Tolletanũ plura uitia, & impedimenta canonica à quib. debet esse immunis promouendus in episcopatu. Et inter cætera hoc ponit. Qui ambitu honorem quærunt, concludens quod ordinator eorum qui habent alia uitia debet puniri cũ ordinatis, quod non esset nisi mortale esset, ergo &c. Præterea abuti re ex quo abusu uerisimiliter potest sequi periculum salutis animarum uidetur esse mortale: quia contra charitatem. Sed huiusmodi quærere uel appetere modo dicto est abuti illa re scilicet dignitatis vel bñficij, quia illa principaliter sũt ordinata ad procurandum salutem animarum non ad temporalia. Et ex hoc abusu uerisimiliter sequitur periclitatio animarum, & ideò uidetur esse mortale. Nam nè displiceat subditis, vel Dominis temporalium, & per consequens amittat talia bñficia, uel cõsequat alia incommoda mundi non curabit de correctione subditorum uel admonitione eorum uel subtractione sacramentorum cũ expediret. Talis mercenarius cum uiderit lupum inuadentem gregem fugit tacendo, & lupus rapiet, & dispergetones, vt dicitur Io. 10. & hoc est sal infatuatum secundum Aug. s. cum quæruntur tẽporalia in cura populorũ principaliter, quod ad nihilum ualet nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus, ut habetur Matthę. 5. ergo &c. Præterea in repentinis homo operatur secundum finem præstitutũ, & habitũ præconceptum. Tali autem frequenter occurrunt ea quibus repente oportet prouidere in foro conscientiæ ratione curæ cum autem finis præstitus in eo sit temporalitas, & in eo fit habituatus secundum illud iudicabit & malè, & sic exponit se periculis peccatorum mortalium. Præterea cum quis præcipua opera spiritualia ordinat ad temporalem utilitatem, uidetur communiter ibi cõstituere finem & per cosenquens est mortale, quia auertitur ab incommurabili bono, & conuertitur ad commutabile bonum. Sicut cum quis opera de genere bonorum communiter vt ieiunia, eleemosynas, & huiusmodi facit ad hunc finem principaliter ut laudetur ab hominibus. Sed hoc talis facere uidetur. Nam quæ maximè sunt spiritualia. s. exercere curã intendit, & ordinat ad honorẽ & diuitias, ergo constituit sibi finẽ, & p cõsequẽs peccat mortaliter. Ad q facit q ait Aug. ad Valeriũ, uidelicet q nihil in hoc mũdo tristius miserabilius, & dãnabilius episcopi, vel præsbyteri, vel dyaconi dignitate si ꝓfunctoria. i. negligẽter, & adulatoriè res agat. di. 40. c. Añ oĩa. Prędicti oẽs tũc ponebant in cura vt adiutorio curæ ut dyaconi, vt cũ tpalitas q̃rit principlr, ꝓfunctorie & adulatorie agitur cura, ergo &c. Multo magis ſm oẽs peccat mortaliter, qui indignus vel ꝓp ignorãtiã crasſã, uel pp malã uitã, vel pp impedimẽtũ aliq̃d canonicũ, vt ętatis uel irregularitatis, & hmõi appetit vl q̃rit talia. Talis. n. facit cõtra iura diuina, & canonica. Facit. n. cõtra regulã aplicã. i. Th. 3. Oportet eꝑm esse ir repræhẽsibilẽ, &c. q̃ regula extẽdit ad oẽs ꝓmouẽdos ꝑcipuè ad curã. ut dr di. 81. c. Apoſ. Et in figurã Leuitici 30. ꝑceptũ fuit. Hõ q hẽt macula nõ offerrat panẽ Deo suo, nec accedat ad ministerium eiꝰ. Et ille maculæ significant peccata mortalia vt exponit Greg. dist. 49. ca. Hinc &. n. A quibus maculis debẽt esse liberi ꝓmouẽdi, qbus maculis pleni sunt tales q appetũt, & querunt hmõi promotiones. Ad hoc ẽt facit quod hr extra de elec. c. Cũ in cunctis,

¶ Sed quid de officijs & dignitatibus secularibus si appetantur & petãtur, & procurẽtur ꝑ præces, & obsequia, vt officium ptãtis, senatoris, & capitani uel lixiferi, prioratus ciuitatis, & alijs huiusmodi nunquid est peccatum? Respõsio quod si quis huiusmodi appetat, vel quærat magis curans de honore, & lucro quã de iustitia seruanda, vnde & paratus seruire amicis in licitis, & in illicitis, & lucrari per phas, & nephas, & deuiare à iure nè displiceat magis

Conclusio.

Casꝰ cõcilij Toletani in quibus aliquis est immunis à promotione episcopatus.

§. 5. Si licet officium seculare petere.

magis nec punire crimina ut debet: utique mortaliter peccat faciens contra illud Sapiē. 1. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Similiter si ignorat ea quæ spectant ad executionem debitam dicti officij, nec per alium inuiari potest, ut per assessorem. In laicis enim intolerabilis videtur ignorantia, dicit Leo papa. 38. cap. si in laicis. Et loquitur de rectoribus. Similiter si paratus est se intromittere de his ad quæ sua potestas non extendit quamuis ibi consueuit fieri puta si laicus velit de cleri cis iudicare uel de ecclesiastici disponeret, qđ eis prohibetur di. 116. per totum. Si autem intendit seruare in omnibus, & administrare iustitiā in agendis saltem per practicam competenter edoctus, & in dubijs intendens consilia quærere: illa tamē quærit, & propter honorē mundi: & ne despicabilis habeatur, non participando officia ciuitatis vt ceteri: vel ut inde lucrum consequatur quo se, & familiam valeat sustentare, & hoc per salarium deputatum, & alia consueta, vt de pœnis pecuniarijs, & litigijs nil extorquendo a subditis vltra cōstitutum, s. apportationem lignorum, & victualium, & huiusmodi, humana temptatio est, non tamen condemnandus. Et multo magis cum ista quærunt ne primati his conculcentur à ceteris: & imponantur ei onera grauia, & importabilia. Si quis autem hoc faceret ad obuiandum malis zelo iustitiæ Deum nō homines timens, quis est hic, & laudabimus eū? Tutius tamen esset extra huiusmodi esse, qa difficile est in huiusmodi officijs, quæ ibi proponuntur malis multis resistere, & opponere se torrenti. Ad quod tamen tenetur quantum in eo est, quia ut dicit Innocentius. Non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto crimini desinit obuiare. dist. 83. Error. Ad mentem etiam reducendum, quia iudicium durissimum fiet his qui præsunt, vt Sap. 6. dicitur. Qui autem sunt malæ vitæ periculosē se ingerunt ad talia, & multo magis qui etiā malæ famæ. Difficile est enim ut habituati in malis non deficiant in mal is. Vnde & Leo Papa dicit ad honores mundi siue suffragio temporis, siue merito laboris indignum est peruenire. Et notari ambitus solent, ideſt ambitio uitio, quos probitatis documenta non adiuuant dist. 61. miramur. Dicit enim Zozymus Papa. Officia secularia principalem locū non uestibulum actionis ingressis, ideſt nouis in huiusmodi, sed per singulos gradus examinatis deferunt. dist. 59. c. si officia. Et licet mali iustē iudicarent, hoc tamen est scandalum populis. Vnde Ambrosius. Iudicet istę de alterius errore, qui non habet quod in seipso cōdemnet. Iudicet ille qui non agit eadem. 3. q. 7. c. Iudicet, & per totam quæstionem istam.

Notula.

¶ De magisterio in theologia vtrum liceat appetere, petere, & procurare. Et videtur, q nō. Quia Christus dicit Matt. 23. Nec vocemini magistri, quia magister uester unus est Christus. Et Iaco. 3. dicitur. Nolite plures magistri fieri &c. In contrariū est, quia nullo iure prohibetur, & nullam curam habet annexam unde fit periculum. Responsio. ¶ Hanc quæstionem format beatus Tho. in quodlibetis sub alijs verbis, videlicet vtrū liceat alicui pro seipso petere licentiam docendi in theologia. Et respondet, q sic. Et ratio est quia nullam petit excellentiam potestatis, quod turpe esset, sed petit solum opportunitatem communicandi id quod habet communicare. Communicare autem scientiam, quam quis habet laudabile est, & ad charitatem pertinens, secundum illud Sap. 7. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico. Et 1. Pet. 4. ca. Vnusquisque prout accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. Potest tamen turpitudinem continere rōne præsumptionis, vt si ille, qui non esset idoneus peteret officium docendi. Hæc ille Ex his igitur duo præsupponuntur ad hoc vt sit licitum. Primum, q sit idoneus ad docendum, secundum, q intēdat non excellentiam principaliter: sed communicare doctrinam. Si ergo aliquod horum defuerit non licitum: sed peccatum erit per argumentum à contrarijs, vt dist. 25. qualis. Si ergo non sit idoneus, nec etiam competēter, præsumptuosus erit, & uidetur esse mortale, quia contra intentionem ordinationis ecclesiæ. Ab ecclesia enim creditur institutum tale officium magisterij, vt extra de magistris per totum, & ad defensionem, & declarationem catholicæ doctrinæ vt sciāt homines ad quos in dubijs de iure debeant habere recursum, & vt doctrina catholica publicē doceatur. Et q sit intentionis ecclesiæ, q non admittatur ad tale magisteriū non idoneus patet ex hoc, quia iurant communiter magistrandi, q non admittent ineptos ad illud, iuramentum autē non exigitur extra ordinationem ecclesiæ nisi in arduis, quæ vult omino seruari quod videtur in huiusmodi esse uerum. Nam ex contrario sequitur deriſio catholicæ doctrinę & periculum animarum. Nam simplices audito nomine magistri ad illum accedent pro cōsilio in dubijs conscientiæ vel pro declaratione scripturæ super quo quæsitus erubescens tacere ne ignarus uideatur, respondebit secundum

§. 6. Si liceat appetere magisterium in Theologia. Licet ꝑ se petere licentiam docendi.

secundum ignorantiam suam. Vnde & Inno. dicit. Miserum est cum fieri magistrum, qui nunq̃ fuit discipulus. dist. 61. Et Zozimus Papa. Quis tam arrogans, tam impudens inuenitur, qui in cœlesti militia, quæ propensus põderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus explicanda est, statim dux esse desiderat, cum tyro ante non fuerit, prius velit docere, q̃ discere. dist. 59. si officia. Merito autẽ potest dici huiusmodi magisterium militia, quia docendo, & disputando debent vsque ad mortem pro veritate certare. Accidit autem de huiusmodi imperitis magistris quod dicit Leo Papa, videlicet. Quod magistri exiſtunt erroris, qui veritatis discipuli non fuerunt. 24. q. 3. c. quid autem. Non videtur igitur talis damnationem euadere, qui manifeste ineptus, & insufficiens illud quærit, & appetit, nec eos, qui illi admittunt cũ periuri inueniantur. ¶ Quanta autem scientia requiratur ad hoc, vt possit idoneus iudicari, arbitrio ipsorum peritorum relinquatur. Si autem idoneus quo ad sciẽtiã exiſtat, sed hoc quærat non ad communicandum scientiam, sed principaliter ad honorem sui, & non Dei, & magis ad temporalia acquirendum, & exemptiones habendas, & libertate. Videtur enim grauiter, & mortaliter peccare, quia, officium spirituale facit venale. Ad quod optime facit quod dicit Beda, videlicet. Venditores columbarum sunt, hi etiam qui gradum, vel gratiam in ecclesia spiritualem quam domino largiente perceperunt, nõ simplici intentione, sed cuiuslibet humanæ causa retributionis exercent contra illud Petri apostoli. Qui loquitur quasi sermones Dei, & q̃ ministrat tanquam ex virtute quam administrat Deus, & vt i omnib. honorificetur Deus Quicunque ergo tales sunt si veniente domino nolunt de ecclesia auferri, auferant ista de actibus suis. 1. q. 3. c. non solum. Non auferetur autem, quis de ecclesia, nisi pro mortali, ergo &c. ex quo intendunt talem gradum propter temporalia exercere. Et pertinere videtur huiusmodi vitium ad ambitionem, & cupiditatem quæ maximè debent esse remota à clericis, & multo magis à religiosis. Vnde Symachus Papa. Nullus per ambitionem ad honorem permittatur accedere, nam cum hic accessus in laica conuersatione culpetur, quis dubitat, quin in religiosis, & Deo seruientib. inijciat opprobrium. 2. quæst. 1. nullus. Vnde & saluator durè inuehit cõtra Scribas, & Pharisæos, & de hoc inter cætera, q̃ amant vocari ab hominibus Rabbi quod interpretatur magister. Matth. 23. & non videtur verisimiliter hoc egisse de venialibus culpis. Cæterum attenta ambitione moderni temporis, qua omnes currunt ad magisterium, docti pariter, & indocti, & non recta intẽtione, credo laudabilius fore huiusmodi fugere, qui docti sunt ad sufficientiam, & abstinere quam quærere, ad reprimendam temeritatem eorũ, quiper phas & nephas ad talem gradum ascendunt, & tol lẽdum subterfugium excusationis eorum, cũ viderent, probos talia quærere, sicut plures fecerunt vita, & scientia clari. Et hoc nisi obedientia eos cogat, nunc enim cum Hiere. 1. se excusante demum parendum est. 8. quæst. 1. i scripturis, vt beatus Tho. fecisse legitur. Ad argumenta respondetur. Prohibuit tempus aliquem vocari magistrum ea intentione, ne quis æstimaret illuminationem mentis, quam quis percipit ex doctrina magistri, siipsi tanquam magistro principaliter attribuere, cum ipsæ Christus solus Deus sit magister, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioan. 1. ideſt sine quo nullus illuminatur. Ad illud Iacobi respõdetur, quod intelligit de his, qui ex ambitione hoc quærunt ex præsumptione. Vnde ibi glo. Nisi discreti, & in scripturis docti.

Scientia quanta requiratur ad magisterium.

¶ Sciendum etiam uitium ambitionis reperiri circa exteriorem cultũ, i. ornatus corporis, & apparatus. Vñ dr Actu. 20. 5. c. q̃ Agrippa & Bernice cũ ambitione multa, i. apparatu introierũt in prætoriũ. Et 2. Paralip. 16. dicitur, q̃ super corpus Aza regis Iuda mortui combusserunt aromata, & vnguenta ambitione nimia. Sed vt dicit Tho. 2. 2. q. 130. artic. 2. hoc non est nisi fm, q̃ cultus exterior pertinet ad honorem. Præsumptuosus. n. ambitiosus, & arrogans. Primo quidem ignorãt seipsos inquã tum significãt se bonis plusquam sunt digni. Secundo sunt insipientes, vel presumentes in quantum conantur ad honorabiliora, & alta, quæ sunt supra ipsos. Tertio indebitè utũtur eis. Demum quando non possunt perficere re darguuntur, & ab alijs, & è propria conscientia. Et cum non possunt habere honorem in virtutibus, & in magnis factis; volunt honorari per fortunas. Vnde ornant se uestibus, & componunt figuras corporis sui, vt decentes videantur, & volunt, q̃ bonæ fortunæ eorum sicut diuitiæ, & huiusmodi sint manifeste alijs vnde, & ipsi dicunt, & narrant fortunas suas, vt inde honorentur. Non tamen ambitio est circa exteriorem ornatum, uel fortunam, nisi secundum, quòd hoc pertinet ad honorẽ. Thomas, & Albertus in commento super libro. Ethicorum. §. 7. Ambitio in exteriori cultu.

De

De præſumptione. Cap. 6.

PRæſumptio dicitur multipliciter. Aliquando.n. ponitur pro ptobatione ſemiplena i iure,& ſic dicitur in reg.iuris,ꝙ ſemel malus ſemper præſumitur malus, extra de reg. iur. lib.6.cum ſuis concordantijs. Aliquando ſumitur pro quadam bona confidentia, & ſic accipitur.Iudith.6. benedictus es domine, qui non de relinquis pręſumentes de te.Et di. 4. c.Denique dicit Greg. ꝙ mulier quæ fluxum ſanguinis patiebatur. Chriſtum præſumpſit tangere,ſ.deuotè confidit propter ſanitatem habendam. Aliquando ſumitur pro una ex ſpeciebus blaſphemiæ in ſpiritumſanctũ qua quis indebitè ſperat Dei miſericordiam conſequi permanendo in peccatis.Aliquando ſumitur prout opponitur magnanimitati, & eſt ſpecies ſuperbiæ. Et de hac alijs modis acceptionis omiſſis, nunc hic agitur. ¶ Et poteſt deſcribi ſe, ꝙ præſumptio eſt vitiũ quo quis agreditur vel exequitur ea,quæ ſupra facultatem ſuam ſunt, & conditionem. ¶ Pro cuius declaratione ſciendum eſt, ꝙ magnanimitas, eſt virtus moralis tendẽs ad magna opera, & magnos honores: ſed ſecundum rationem,& ſecundum uirtutem ſuam,& dignitatem:huic aũt uirtuti opponitur, aliquod uitium ſecũdũ defectum,& aliquod ſecundum exceſsũ ſicut & in alijs uirtutibus moralibus.Et ſecundum defectum quidem opponitur uitium puſillanimitatis,quo quis retraliit ſe ab his bonis,quibus eſt dignus uel aptus,dum.ſ.non conatur ad operandum ea, quæ ſibi competerent ſm ſtatũ ſuum,& hoc prohibetur Eccl.7. Noli eſſe puſillanimis in animo tuo.Sed per exceſsũ opponitur magnanimitati præſumptio,& ambitio,ſed diuerſis modis.Nec eſtinconueniẽs vni virtuti opponi plura vitia ſecundum diuerſos reſpectus. Vitium enim ambitionis opponitur magnanimitati inquantum inordinatè tendit ad magnos honores, & indebitè vtitur eis,quia nec ad debitum finem,nec debito modo. Sed magnanimitas tendit ad illa ordinatè,& debito modo.Vitium aũtẽ præſumptionis attentat magnum opus eccedens tamen ſuam facultatem.Hunc Ariſto.ventoſum vocat 2.& 4.Ethicorum. Sed magnanimitas aggreditur opus ſibi proportionatum. Quod autem aliquis attentet opus facere ſuam facultatem excedens, uitioſum eſt, & peccatum quaſi contra ordinem naturalem exiſtens; quod facit præſumptuoſus.Thom. ſecund.ſecun.q.130.Et de hoc Iudith. 6. de ſe,& de ſua uirtutę præſumentes humilias.ſ. tu Deus.

Deſcriptio pręſumptionis.Magnanimitas uirtꝰ cui præſumptio opponitur.

¶ Circa hoc tamen tria ſunt notãda.Primum eſt,ꝙ ſicut exiſtens in ſtatu ętatis imperfectæ .ſ.puerilis, præſumptuoſus eſſet ſi attentaret facere ea quæ ad ſtatum perfectæ ætatis .ſ.uirilis pertinent,ut itinerando,facere, magnam dietam;portando maximum põdus faciendo ſermonem ad populũ,& huiuſmodi. Non autẽ eſſet præſumptuoſus ſi ad hoc tendat puer ut ad opera ętatis perfectę proficiat puta ſi ambulet per aliquod miliare,ſi portet paruum pondus,ſi aliquid mente recitet corã aliquibus huiuſmodi,ſic exiſtẽs in ſtatuuirtutis imperfectæ eſſet pręſumptuoſus,ſi ſtatũ attẽtaret facere ea, quæ ſunt virtutis perfectę,vt exponere ſe operi ubi eſſet periculum martyrij,uel tradere ſe uitæ contemplatiuæ, vel exponere ſe aliorum regimini, uel facere exceſſiuas pęnitentias, & huiuſmodi non autem eſſet præſumptuoſus ſi ad hoc tendat,ut in virtutem perfectam proficiat, ut faciebat Apoſtolus ad Phil.3.Quæ retrorſum oblitus in anteriora me extẽdens ad brauium ſequor ſupernæ uocationis,quaſi per continuũ profectum.Nemo.n. repẽte fit ſummus,ſed a minimis quiſque incboat, ut ad maiora perueniat,dicit Gratianus de pę.di.2.dumſanctam. ¶ Secundo notandum eſt, ꝙ ſi homo uult ſe trahere,& cõuertere ad diuina per operationem,contemplationem,& huiuſmodi,uniendo ſe eis per intellectum,& uoluntatem,quãuis diuina ſint ſupra hominem non tamen dicetur præſumptuoſus ſi debito modo.i.ſecundum capacitatem ſuam ſe applicet eis,& ratio eſt,quia in homine ſunt quædam potentiæ naturales,ut intellectus, & voluntas, per quas poteſt homo coniugi immortalibus diuinis.Eſſet autem præſumptuoſus ſi intellectum applicaret ad ea,quæ ſunt ſupra capacitatem ſuam ad apprehendendum propter, quod dicitur Eccleſiaſtici tertio. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris.

§.1. Caſus ꝓ ſcriptionis.

¶ Tertio notandum eſt,ꝙ ſi quis intendat aliquod uirtuoſum opus facere uirtute ſuaexcedens facultatem ſuam,talis dicitur uentoſus, & præſumptuoſus. Et hoc modo non ſumus ſufficientes cogitare aliquid boni,uel facere ex nobis,ut dicitur 2.Cor.3. ideſt in uirtute propria,ſed ſi aliquis attentat magnum opus facere non ex ſe, ſed uirtute diuini auxilij, hoc iam nõ erit præſumptuoſum: cuius ratio eſt, quia magnũ opus de ſe cã fiducia diuini auxilij, facultatem noſtrã non excedit. Tho. ſe.ſe.q.130.qđ intelligo cum illud eſt ꝓportionatum ſm cõdõnẽ ſuã ꝓſuppoſito auxilio communi

communi gratiæ. Nam si quis attentaret facere miracula, aut prædicare indoctus sub fiducia diuini auxilij magna præsumptio esset. Sed attentando celebrationem, communionem, religionis ingressum regimen impositū, & huiusmodi cum debitis circunstantijs, hæc cum diuino auxilio fiunt, & si non propria virtute, vnde non esset præsumptio. ¶ Si quæratur, quod sit grauius peccatum præsumptio, aut pusillanimitas sibi contraria? Respondetur. Ista possunt considerari tripliciter. s. secundum suam speciem secundum suā radicem, & secundum effectum inde sequentē.

Grauius pctm̄ est p̄sumptio q̄ sit pusilanitas.

¶ Secundum primā considerationem sit pusillanimitas est deterius, & frequentius, ueterius quidem est, & grauius peccatum eo, qđ per pusillanimitatem homo recedit à bonis quod est pessimum ut dicitur. 4. ethicorum. Præsumptuosus autem habet actum similiorem actui magnanimi inquantum conatur in magnum, & ideò pusillanimitas magis opponitur magnanimitati, quam præsumptio, unde, & grauius peccatum est. Est etiam frequētius peccatum pusillanimitas. Manifestum est enim quod pluries accidit esse pusillanimes aliquos, quia scilicet omittunt facere bonum quod possunt, quam qui se extendant ad faciendum bonum, quod non possunt, & ideò frequentius. Secūdum hoc igitur beatus Thomas dicit pusillanimitatem simpliciter esse malus, quam præsumptione. ¶ Secundum autem considerationem secundam scilicet, quantum ad radicem earum, tunc præsumptio est grauius quam pusillanimitas. Nam radix præsumptionis est superbia, radix pusillanimitas est ignorantia suæ possibilitatis, & pigritia, grauius est autem superbia quam pigritia, immo superbia dicitur delictum maximū a psalm. secundum glosam ibi, & secundum considerationem hanc dicitur Eccle. 37. O p̄sumptio nequissima vnde creata es? Vbi respondet glo. quod de mala uoluntate creatu ræ scilicet de superbia. Et Hieronymus ad Paulum, & Eustochium. De nulla re ita irascitur Deus, quam si peccator præsumptuosè superbiat. ¶ Secundum tertiam considerationem videtur grauius præsumptio nam ex p̄sumptione hominum sequuntur innumera mala sibi, & alijs. Ponunt enim ex ea homines se ad honores, & dignitates, & officia indignissimi, & imperitissimi, volunt facere multa indebite de sensu suo præsumentes, neque homines neque Deum timentes ea attentantes sub quibus deficiunt. Et alia magna scandala faciunt. Vnde dicitur Sapien. 16. cap. Semper præsumit seua conturbata conscientia. Pusillanimitas nocet sibi priuando se illis bonis, quæ facere posset, alios per accidens non iuuando ut posset.

¶ Extendendo huiusmodi materiam præsumptionis dicit Ambro. quod Dauid qui dixerat. ps. 29. Ego dixi in abundantia mea ideſt bonorum spiritualium, non mouebor in eternum scilicet recedendo à rectitudine uitæ per peccatum. Sciens sibi nocuisse illam iactantiam, & præsumptionem, subdit. Auertisti faciem tuam a me scilicet subtrahendo gratiam, & factus sum conturbatus in peccata uaria lapsus. 6. q. 1. c. Imitare. In quibus uerbis ps. tria ostenduntur.

¶ Primo sui præsumptio, ibi. Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum.

¶ Secundo Dei punitio. ibi. Auertisti faciem tuam a me.

¶ Tertio mali consecutio ibi. Factus sum conturbatus.

¶ Loquitur præsumens de se in corde suo cō fidens de abundantia bonorum spiritualium suorum, non mouebor scilicet recedendo à Deo per peccatum in æternum nunquàm, sic Petrus Apostolus de se p̄sumens inquit. Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego, q̄ tamen cæteris deterius cecidit negans Christum ad uocem ancillæ Matth. 26. ¶ Sciendum tamen est quod triplex est p̄sumptio. Prima est præsumptio de propria iustitiæ, secunda est præsumptio de sua scientia. Tertia est præsumptio de iniusta potentia. De prima dicit Hiero. Nulla præsumptio pernicioſior quam de propria iustitia, & scientia superbire. Præsumit autem quis de propria iustitia quando propter opera p̄cedentia sua bona multiplicata ita confidit de virtute, & cōstantia sua, quod amisso timore exponit se periculis peccatorum tanquam sit certus de nō peccando. Sed ut ait Leo papa in sermone. 40. Nemo de sui cordis puritate confidat, scilicet præsumendo, quia peruigil ille hostis acrioribus pulsat insidijs, quos maximè nouit abstinere peccatis. Et per hunc modum diabolus aliquando decipit homines, ut cum per plura tempora non fuerint temptati, vel inclinati ad aliquod genus peccati, & præcipue carnis, & habuerint opportunitatem peccādi sic reddat eos securos ideſt incautos, & demum trahat ad malum. ¶ Vnde legitur in uitaspatrum quod cum quidam esset infirmatus grauiter, & iam senex propter quod erat grauius congregationi petijt ille licentiam ab abbate eūdi ad ciuitatem ad locum ubi ab aliqua mu-

Prę sumptio de propria. Iustitia.

liere

lxre gubernaretur ut nõ esset onerosus fratribus, cui cum abbas contradiceret ne fortè in fornicationem caderet ille cõtristatus ait. Ego sum mortuꝰ corpore, & quomodo põt istud mihi contingere? Cui ille. Et si tu mortuꝰ es non est mortuus diabolus temptator, qui cũ fuisset in ciuitatem, quædam uirgo ob deuotionem se obtulit ad seruiendum ei. Et cum aliquantulum conualuisset ex nimia sumpta familiaritate, & fiducia eam cognouit, & ex ea filium susceptit, de quo tamen publicè pœnituit exhortans alios sui exemplo ne de se præsumerent. Et uerò homo habet timere, & non præsumere considerata hominũ inuali tudine, dęmonum fortitudine, & lapsorum multitudine, tanta est imbecillitas nostra, ut vnum uerbum blandum, vel asperum nos flectat ad malum, & cogitanti de diuinis subito surripiat pessima temptatio. Nisi quia Dominus adiuuit me ait Psal. 93. paulominus habitasset in inferno anima mea. Hostes autẽ tarta rei ita robusti sunt & callidi, vt nos locustæ reputemur, & ipsi gigantes respectu nostri, sicut figuratè dixerunt exploratores terræ pro missionis de inhabitatoribus eius. Lapsus in numeri, & talium qui uidebantur impeccabiles, vt Dauid, Salamonis, Ezechie, & Iosiæ & aliorũ. Vnde Hiero. ad Eustochium si Paulus apostolus uas electionis & præparatus in euãgelium Christi ob carnis aculeos, & incentiua uitiorum reprimit corpus suum, & in seruitutem subijcit, & tamen uidet aliam legem in membris suis repugnantem legi mẽtis suæ si post nuditatem, ieiunia, famem, carceres, flagella, supplicia, in se reuersus exclamat. Infęlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? tu te putas securum esse debere? 32. q. 5. Si Paulus. ¶ Et ubi quis ita de se præsumeret, quod exponeret se scienter periculis peccatorum mortaliter peccaret, iuxta illud Eccle. 3. Qui amat periculum incidet in illud ut si quis ex aspectu fixo in aliquã persõnã vel familiari colloquio, uel turpi societate uel loco, iam expertus est lapsum, & recenter & aduertenter ad ista se ponit, male se posse istę à mortali excusare. Beatus ergo uir qui sẽper est pauidus, dicitur Eccle. Qui uerò mentis est duræ nimis pręsumendo corruet in mala unt. Nullus ergo in quantacunqué abundantia meritorum dicat. Non mouebor in æternum. Bene quilibet debet proponere non moueri se à Deo, & uirtute recedendo unquã, sed cognoscat se fragilem, & aptum ad perpetrãdum omnia mala nisi custodiat eum Deus & ipsæ etiam se custodiat uitando occasiones malorum, & sic obseruet scilicet fugiendo pericula. ¶ Secundo præsumit aliquis de sua scientia quando in his quæ sapientes dubitant ipse audet præcipitare sententiam, sicut faciunt hodie multi prædicatores, & confessores. Vel qui etiam quod peius est reprobant dicta magnorum doctorum, & sanctorum quorum corrigiam calciamentorum non sunt digni soluere. Contra hos dicitur Ecclesiastici. 32. In medio magnatorum loqui non præsumas. Quod ineptè faciens Heliu iuuenis reprehendens scilicet Iob & amicos eius reprehensus fuit à Domino. Ad magnam autem præsumptionẽ de sua scientia pertinet qui sine causa urgere mutant leges, & statuta maiorum tanquam ipsi melius cognoscãt quam antecessores sui datores legum, & religionum pleni sapientia. Sed vt dicit Nicolaus papa. Ridiculum est & satis abominabile dedecꝰ, ut traditiones quas a patribus accepimus infringi patiamur disti. 12. In cuius figuram præceptum fuit à Domino in ueteri lege. Ne transgrediaris terminos quos patres tui posuerunt, ideſt ordinationes. Nec ex hoc q; alibi seruatur contrarium debet quis mutare de leui mores quos inuenit in loco antiquatos in rebus indifferẽtibus nisi sit ratio multum urgens, & sine scandalo, aliàs ptæsumptio esset. Vnde Hiero. Illud breuiter admonendum puto, vt traditiones ecclesiasticas præsertim quæ fidei non officiunt ita obseruandas vt à maioribus traditę sunt, nec aliorum consuetudinem contrario more subuerti, dist. 12. c. Illud. Et dicit ibi gl. super verbo fidei, vel etiã moribus bonis. ¶ Ad magnam utique præsumptionem pertinet, vt ponat se quis ad audiendum confessionem, qui ignarus est etiam communium, præsumens hoc ex sua bona conscientia, & intentione aliquali practica & bonitate, seu subtilitate naturali intellectus, nec potest talis excusari à peccato mortali de huiusmodi præsumptione, quando est ita rudis, ut nec casus à quibus ipsæ potest absoluere, uel non absoluere sciat discernere, nec excommunicationem maiorem à minori, nec peccata communia mortalia, puta nesciens fornicationem simplicem esse mortale, uel cogitationẽ deliberatam alicuius mortalis æstimans omnem iram esse mortale, & sic de gula, & inuidia, & q; non teneantur quis ad confitendum, & communicandum nisi in morte, & huiusmodi contractus uarios nec intelligens, nec sciens salté his super his dubitare. Ratio huius est, quia præstat causam efficacem ruinæ proximi sui, & si non directè. s. hoc intendens, tamen indirecte

Præsumptio de propria scientia

Ignarus audiens cõfessionẽ peccat mortaliter.

rectè scilicet non faciens debitè id ad quod tenetur, quia non debuit se ponere ad illud ad quod aptus non erat in damnum alterius per regulam. Qui occasionem damni dat, damnum quoque dedisse videtur, extra de iniur. & dã.da. Si culpa. Ad quod facit optimè qđ ait Aug.de pę.di.6. Qui vult confiteri peccata vt inueniat gratiam sacerdotem quærat scientem soluere & ligare,ne eum circa se negligens extiterit,scilicet ex ignorãtia instruẽdi negligatur ab illo qui salubriter monet eũ, vt uitet cœcum ne ambo in foueam cadant scilicet confessor, & confitens,& loquitur de fouea æternæ damnationis in quam nullus cadit nisi propter mortale.Nec excusatur à toto ex hoc quod ponitur ad hoc à prælato suo quinimo & ipsæ prælatus cum eo in foueam cadit eandem secundum Alber. quia nec debuit cęcum exponere,nec ille debuit omnino ineptus obedire. ¶ Posset tamen excusari talis in his tribus casibus.Primo quando periculum mortis confitenti immineret nec alius posset haberi,tunc enim quilibet potest,& debet audire propter efficatiam sacramenti ne ea priuetur.Secundo quando confitens est peritus sufficienter ita quod ipsum confessorem docet,& ostendit grauitatem suorum peccatorum & creditur bonæ conscientiæ. Tertio quãdo cõfitentes sunt personę spiritualiter viuentes & frequenter confitentes,quæ nõ consueuerunt habere nisi venialia. ¶ Ad magnã pręsumptionem pertinet, & periculosam ingerere se ad regẽdum alios qui se ignorãt. Et similiter ad prædicandum cum non est sufficienter aptus,vel cum non est missus.Ad magnam pręsumptionem imputandum est quod ponat se quis ad exercitium aduocandi, consulendi in iure, iudicandi, medicandi, si non studuit,vt competenter sit in huiusmodi edoctus.Et videtur pro regula posse sumi illud, quod quicunque ponit se ad aliquod exercitium publicum ex quo potest alijs exinde seq; notabile damnum uerisimiliter in persona vel rebus propter ignorantiam magnam illius circa illud exercitium qđ peccet mortaliter,arg.extra de iniur.& dã,dat.ca. Si cul. ¶ Tertio pręsumit quis de potentia & hoc cũ utitur potestate, quam non habet ad aliquid faciẽdum, de qua præsumptione potest illud exponi.Ecclesiast.6. Hoc uanitas & præsumptio spiritus est,uanitas est: quia nil ueri effectus agitur,præsumptio est: quia sibi attribuit potestatem quam non habet. Vnde Gratianus de pœ.dist.6.§.finali dicit, Nemo uidelicet alterius parochianũ iudicare præsumat.

Excusatur confessor ignarus.

In huius figuram mandauit in ueteri lege Leuitici.19.vt transiens per alienum agrum, falcem in alienam messem nullus mitteret, uide licet vt exponit Gregorius, in eum qui non est sibi commissus falcem iudicij non mittat. 6.q.3.c.Scriptum,& hoc scienter agendo utique morraliter peccat.Ratio est, quia facit cõtra iustitiam expresse vsurpans potestatem alterius, & peruertit ordinem iuris, & hoc hẽt locum & in foro pœnitentiali, & in foro contentioso ecclesiastico, & ciuili. Nam qui absoluit audiendo confessionem si non habet auctoritatem, uel si habet auctoritatem audiendi non habet potestatem absoluendi à tali casu,si scienter facit quis dubitat mortalem esse talem præsumptionem, & similiter absoluit ab excommunicatione à qua non potest. incidere etiam talis præsumptor in excommunicationem papalem, si esset religiosus, ut habes in 3. parte titulo 25.capitulo 54.ibi vide de hoc. Similiter dispensando uel commutando uota, quæ non potest scienter peccat mortaliter in tali præsumptione. In foro etiam contentioso si quis iudicaret aliquem non sibi subditum scienter peccaret mortaliter, etiam in foro seculari, ut si episcopus propter sententiam contra totaliter exemptos,vel religiosi contra clericos, & huiusmodi sententiæ sunt nullæ.

¶ Similiter ad magnam præsumptionem & mortalem pertinet rectorum secularium si volunt iudicare clericos,& ad iudicia sua trahere siue pro debitis siue pro talis impositis ab ipsis laicis quia nullam potestatem habent su per eos.11.q.1.per totum. Similiter si clericus exerceret officium ordinis, quem non haberet,puta subdiaconus cantaret euangelium diaconus diceret missam, & huiusmodi, uel laicus faceret officia quæ nullo modo possũt fieri nisi per clericos esset mortalis præsumptio.Vnde & Ozias rex Iuda, quia præsũpsit templum Dei ingredi ad dandum incensum Domino,quod officium erat sacerdotũ à Deo percussus tot⁹ factus est leprosus ut habetur. 2.Paralip.26.¶ Ad magnam præsumptionem & mortiferam spectat mutare non solum materias & formas,sed etiam & ritus,& quę pertinent ad solẽnitatem sacramẽtorũ,& officiorũ ecclesiasticorũ.Ad præsumptionẽ maximã spectat,vt inferior superiorũ uelit iudicare,& sententiare contra eum cum non possit.Vnde dr in decre.di.21.intantũ.Intantum hanc prę sũptionẽ sãcti patres apũd Calceonem,in generali cõcilio detestati sũt q.a. s.quidam Dyoscor⁹ noie psũpsit sẽtẽtiã excõmunicationis

Ozias propter eius prę sumptiõnẽ fuit tactus lepra.

Præsumptio de propria potẽtia.

contra

De præsumptione Dioscori.

contra Leonem Papam dictare, ut eum sine aliqua audientia subito cõdemnaret. Nec vocat à præsumptione subditus, qui & si non iudicio sententiæ, tamen temerarie condemnat facta prælatorum dubia, quæ possunt bene, & male fieri, quod Deo displicere ostenditur p figuram. Nam vt habetur in 2. Regũ. 6. cũ archa domini Dauid ordinante reduceretur in Hierusalem cum in itinere bobus ducẽtibus eam recalcitrantibus archa aliquantulum inclinata fuisset. quidam nomine. Oza qui eam cum bobus ducebat temerarie tetigit eam quasi retineus, nẽ caderet, propter quod a domino subito percussus est morte. Et ut exposuit Gratianus 2. q. 7. Plerũque. §. his itaque. Greg. in moralibus. Archa designat prælatũ, qui & in se debet habere manna dulcedinis, & virgam austeritatis, & legem iuris, & scientia: boues recalcitrantes sunt subditi discoli, quibus quia prælatus inclinatur condescendens aliquando imperfectioni eorum, aliquis præsumptuosus, quasi retinet archam ne cadat, dum præsumptuose iudicat, & reprehendit prælatum de nimia remissione. Vnde Oza interprætatur robustus, qui scilicet præsumit de sua uirtute. Posset autem esse ita inordinata talis præsumptio quod mortem incurreret animæ. Item pertinet ad præsumptionem, quod aliquis se intromittat de officijs aliorũ, & de his quæ non spectant ad eum necessitate, vel charitate moueretur ad supplendum defectum alterius. Vnde dicitur in regula iuris, quod non est sine culpa qui rei, quæ ad eum non pertinet se immiscet, extra de regu. iuris lib. 6.

Oza robustus interprætatur.

§. Pœna p̃sumptionis.

¶ Punitio quam facit Deus cõtra p̃sumptionẽ ibi nota secundo cum dicitur. Auertisti faciem tuam à me. Auertit autem Deus faciem suam à creatura rationali dupliciter. Vno modo subtrahẽdo gr̃am, sicut cũ aliqs offendit. ab aliquo subtrahit faciem seu aspectum suũ ab eo nolens uidere eum. Et hoc facit Deus præsumptuoso, qñ est mortalis eius præsumptio. Deuteronomio. 32. Abscondam. n. faciẽ meã ab eis, generatio. n. peruersa est. Alio modo dr̃ Deus auertere faciem suam subtrahendo feruorẽ, & actualẽ deuotionẽ, & spiritualẽ gustũ, qđ facit aliqñ spõsus erga sponsam ex paruo defectu, magis sit circumspecta, & timorosa, & de hoc in psal. 30. Ego dixi in excessu mẽtis meæ. Et fm aliã irã. In pauore meo proiectus sum à facie oculorũ suorũ qđ est verbũ aiæ deuotæ uidelicet, cũ sentit se priuatã cõsolationib. spũalib⁹, & gustu Dei timẽs se dereliq̃ã à Deo, sed iõ Deus de hoc agit ad tempus ad excludendã præsumptionẽ. Nam si ad placitum suũ aĩa sentiret consolationẽ nimis de se p̃sumeret, & negligentiæ se daret. & parũ à defectibus paruis se caueret, sicut si ursum per aspiceret, & videret in faciem sponsæ efficeretur nimis irreuerens, & leuis.

¶ Quantum ad tertium scilicet consecutionẽ mali certum est q̃ à missa gratia Dei per præsumptionem non potest sequi nisi malum de quo conturbatur meus. Vnde in uersu prædicto subditur. Factus sum conturbatus, idest totus turbatus. Cor enim impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, nunc æstuãs per vnam passionem, nunc per aliam, quandoque per uanam lętitiam, quandoque per uimiam tristitiam, & huiusmodi. §. 5.

¶ *Do curiositate in quo agitur de spectaculis, & uitijs, quæ procedunt ex nano aspectu & etiam de studio seculariũ litterarum, utrum sit licitum.* Cap. 7.

CVriositas inter gradus superbiæ supraponitur, & ab ea procedere uidetur. Vitium est pene omnes inuoluens, & parum cognitũ, sed multum nociuum, quod a se remoueri exoptat psalmista. 118. dicens. Auerte oculos ne videant vanitatem in uia tua uiuifica me. Vbi tria ponit.

¶ Primo ostendit sui debilitatem ibi. Auerte oculos meos.

¶ Secundo petit excludi curiositatem, ibi. Ne videant uanitatem.

¶ Tertio appetit dirigi circa uniuersitatem, ibi. In uia tua uiuifica me.

¶ Ostendit primo ex sui debilitatem, quia postulat à Deo hoc fieri quod uidet per se facere non posse scilicet auertere oculos suos, à uanitate ad quam curiositas inducit ad inspiciendum. Multum enim homo inclinatur ad sciendum. Nam (ut dicit philosophus.) Omnes homines natura scire desiderant. Et Ecclesiast. 1. dicitur. Non satiatur oculus uisu, nec auris auditu. Multo enim magis appetit scientia, & veritatis cognitio, quam diuitiæ quarum appetitus est insatiabilis, & merito: quia scientia pertinet ad perfectionem animæ, nõ aũt diuitiæ. Et iõ orare debemus, vt p ficiat, qđ per nos nõ ualemus. s. auertere oculos a uanitate. i. inordinata, & inutili cogitatione. Ipse. n. Deus (ait Apostolus ad Phi. 2.) operat̃ in nobis, & velle p̃ficere p bonã uolũtate, Ideo aũt nociũ ẽ, ut excludat aliquãdo §. 1.

a regno cœlorum. ¶ Vnde curiosus figuratur per illum qui se excusauit non posse accedere ad quam fuerat cenam inuitatus dicés. Iuga boum emi quinque, & eo probare illa

Figura curiosi.

Luc. 14. Bos propter cornua, quæ habet eminentia in capite signat superbum qui in se habet eminentiam æstimationis de se super cæteros. Et propter ruminationem designat considerationem inordinatã, qua discutit ritè singula. Quinque paria boum sunt quinque sensus exteriores a quibus ortum habet omnis nostra cognitio. Paria uero sunt non singularia, quia ipsorum sensuum organa exteriora sunt duplicata, ut duo oculi: duæ aures: duæ nares; duo labia; duæ manus, in quarum pulpis præcipue uiget tactus. Probare uadit, qui curiose utitur eis, ut experiatur q̃d delectationis i hoc reperiat. Hic autẽ si emit huiusmodi paria boum, dans pro prętio salutem animæ suæ eam scilicet præponens, ut delectetur in cognitione inutili & uana rerum secundum sensum uel intellectum, utique seipsum priuat cęna gloriæ. De qua dicitur Apocalip. 19. Beati qui ad cenam nuptiarum agni uocati sunt. ¶ Sed uidetur huiusmodi in cognitione intellectiua, uel sensitiua, nõ posse esse peccatum. Nam sensitiua deseruit intellectiuæ. Cognitio autem intellectiua secundum se est bona. In hoc enim uidetur consistere perfectio hominis, ut intellectus eius de potentia reducatur ad actum, quod fit per cognitionem ueritatis. Præterea illud quod quis consequitur a deo non potest esse malum, quia deus nõ est actor mali. Sed quæcũque abundantia cognitionis est a deo. Iuxta illud Ecclesiastici. 1. c. Omnis sapientia a domino deo est. Et Sapiẽt. 7. dicitur, Ipse dedit mihi horum quæ sunt sciam ueram, ut scientiã dispositionem orbis terrarum, & uirtutes elemẽtorum, ergo &c. Præterea illud per quod quis assimilatur deo, nõ potest esse malum, sed homo assimilatur deo, per hoc quod ueritatem cognoscit, & quia omnia nuda & aperta sũt oculis eius. Ad Hęb. 4. Et primi Reg. 2. dicitur. Deus scientiarum dominus est. Ergo quantuncunque abundat cognitio ueritatis non est mala, sed bona. Appetitus autem bonũ nõ est uitiosus, ergo circa cognitionẽ ueritatis non uidetur esse uitium curiositatis uel aliud. ¶ Respondet beatus Thom. secunda secundæ quæst. 167. ar. 1. quod cognitio ueritatis quamuis de se sit bona, potest tamen per accidens alicui esse mala, inquantum uel superbit ex ea, uel utitur ea ad malum. ¶ Vitium autem curiositatis non est circa ipsam cognitionem ueritatis directè, sed circa appetitum, & studium cognoscendę ueritatis, quãdo scilicet est inordinatus. Quamuis ergo bonum hominis consistat in cognitione ueri, tamen perfectũ bonũ hominis nõ cõsistit in cognitione cuiuscunq; ueri, sed i cognitione sũmæ ueritatis perfecta, ut per philosophum in 10. ethi. patet. Et ideo potest esse uitium i cognitione aliquorum uerorũ secundum quod talis appetitus circa illa non debito modo ordinatur ad cognitionem summæ ueritatis in qua consistit summa felicitas. Et sic soluitur primum. Ad secundum & tertium respõdeo quod quamuis cognitio ueritatis, quam habemus a deo, & per quam assimilamur deo de se sit bona, non per hoc excluditur quin homo possit cognitione ueritatis abuti in malum, uel etiam inordinate cognitione ueritatis appetere. Non enim sufficit ad uirtutem bonũ appetere: sed oportet etiam ipsum appetitum boni esse regulatum secũdum rationem. In hoc ergo consistit uitium curiositatis in appetitu & studio inordinato circa cognitionẽ rerum de quo orãdus est deus, ut amo ueat dicendo: Auerte oculos meos ne uideãt uana. &c.

Vtrum circa cognitionem sensitiuam sit peccatum.

Cognitio ueritatis alicui per accidẽs potest esse mala.

¶ Quantum ad secundum scilicet de ipso uitio curiositatis, sciendum quod sicut duplex est oculus scilicet corporis qui dicitur sensus & animæ qui dicitur intellectus, ita duplex est curiositas scilicet intellectiua, & sensitiua, & ideo i plurali dicit oculos meos ne uideãt uanitatem. Et quamuis curiositas sensitiua exerceatur per alios quatuor sensus sicut & per uisum, tamen nomine uisus intelligitur omnis sensatio, unde cõsueuit dici. Vide quã bonũ, soauẽ hẽt cãpana. i. audi. uide quam bonum odorem habet iste flos. i. odora. Et Christus dixit discipulis suis: videte manus meas & pedes. i. palpate. Lu. ult. Et Psa. 32. Gustate & uidete. Vanũ autẽ dicitur res inutilis, uel quæ non cõsequitur finem ad quem ordinatur, sicut medicina dicitur uana, quæ non inducit sanitatẽ ad quam ordinatur. Cognitio in homine ordinari debet ad aliquam utilitatem secũdum rationem, sicut & omnis actus humanus, aliàs uana est & curiositatis utiũ. Vñ sap. 13. dr. Vani, sũt oẽs hoies i q̃b. nõ subẽ sciẽtia dei. i. q̃ ñ ordinãt sciam suã, & cognitionẽ ad deũ saltẽ ut ultimũ fin. Et Hiero. ait d̃ q̃busdã curiosis. Nõne uidẽt uobis i uanitate sẽsus, & oscuritatę mẽtis ingredi, q̃ dieb⁹ ac noctibus dyaletica arte torq̃nt, q̃ phisic⁹ p̃ scrutator oculos trãs cęlũ leuat, & ultra p̃sũ dũ terrarũ, & abyssi i quodã inane d̃mergit q̃

§. 2. Duplex est oculus.

iambum

ianibum seruet qui tantam metrorum siluã in suo studioſius corde diſtinguit: ut habet. 30. di. nonne. Vident ergo oculi uanitatẽ, cũ quis ſequitur curioſitatem intellectiuã uel ſenſitiuam. Et quantum ad intellectiuam notandum ſecundum Bea. Tho. 2. 2. q. 167. ar. 1. quod quinque modis ipſe curioſitas exercetur.

Quinq; modis exercetur curioſitas.

¶ Primo inquãtum quis intendit ſuo ſtudio in cognitionibus ueritatis, prout per accidẽs coniungitur ei malum, ſicut illi qui ſtudent ad ſcientiam ueritatis, ut inde ſuperbiãt. Vñ Aug. in lib. de moribus eccleſiæ. Sũt qui de furtis uirtutibus, & neſcientes quid ſit Deꝰ, & quanta ſit maieſtas ſemper eiuſdẽ manentis naturæ magnum ſe aliquid agere putant. ſi uniuerſam iſtam corporis molem, quam mundum nũcupamus curioſiſſime intentiſſi mèque perquirant. Vnde & etiam tanta ſuperbia in eis gignitur ut in ipſo cælo de quo ſæpe diſputant inhabitare nideantur. Similiter illi qui ſtudent addiſcere aliquid ad peccandũ, uitioſum ſtudium habent ſecundũ illud Hiere. 9. Docuerunt linguam loqui mẽdacium. Et qui addiſcunt incantationes, ſortilegia, & maleficia, ueneficia, & huiuſmodi, uel experiuntur ea ſi habent effectum. Iſid. etiam in li. ſententiarũ dicit. Ideò prohibetur chriſtianis figmenta legere poetarũ, qa nimiũ excitãt mẽtẽ ad incẽtiua libidinũ, diſ. 37. Ideò. Quod præcipuè uidetur habere locum in Ouidio Metamorp. & de arte amandi, & Iuuenali, & ſimilibus. Ambroſius quoque dicit aſtrologia & hmõi ſciẽtijs q deſpectæ ſunt & qui his ſtudent curam animę habent di. eadem. §. 2.

¶ Secũdo mõ cũ quis ſtudet addiſcere ab eo à quo non dẽt, ſicut illi qui perquirunt aliqua futura uel occulta à dæmonibus in quo reperitur curioſitas ſuperſtitioſa. Vñ Aug. de uera religione. Neſcio an philoſophi ipe dirẽtur à ſide uicio curioſitatis imperſcrutandis dæmonibus propter ea ât Xps dæmonem confitẽtẽ ipsũ dũ clamabat. Scio te q ſis ſanctus Dei, increpabat ut taceret. Lu. 4. ca. ut. f. nos doceret nõ eſſe quærẽdũ à dæmonibꝰ ẽt cognitionẽ in ueritatis, qa ppea aliqua uera aliqñ dicũt, ut homines his allecti eis credãt & tãdẽ ad aliqd malũ deducãt. Ad hanc etiam ſuperſtitioſam curioſitatẽ, & pelliferã pertinet ars notoria, qua qs quærit acquirere cũ certis obſeruantijs diuerſas ſciẽtias. Et de hac infra in titulo de ſuperſtitionibus. Dicit etiam Auguſt. in tit. de diuinationibus & maleficijs quæ fiunt in inuocationibus dæmonum, is portentis per dæmonum fallaciam illuditur curioſitas humana, dum id impudenter appetant ſcire quod nulla eis ratione cõuenit inueſtigare. 26. q. 5. nec mirum. Debẽt autem qui habent huiuſmodi libros induci ad comburendum tales libros, & ſcripta, ne alij abutantur exemplo eorum quod ſcribitur Act. 19. ſcilicet quod quidam qui fuerãt curioſi ſectati contulerunt libros, & combuſſerunt coram hominibus.

¶ Tertio modo & alijs ſequẽtibus poteſt eſſe uitium ex ipſa inordinatione appetitus, & ſtudij addiſcendi ueritatem. Et hoc primo inquantum per ſtudium minus utile retrahitur a ſtudio, quod ex neceſſitate ſibi incũbit ut ſi habens curam animarum, uel audire cõfeſſionem, neſciens quid ſpectat ad talem officiũ inſiſtat ſtudio philoſophiæ uel aſtrologiæ, uel poeſi & hmõi quod Hieronymus reprehendens inquit. Sacerdotes Dei omiſſis euãgelijs, & pphetijs uidemus comedias legere amatoria bucholicorum, uerſuum uerba cantare, tenere Virgilium in manibus, & id qd in pueris eſt cauſa neceſſitatis, crimen in ſe facere uoluptatis diſt. 37. c. Sacerdotes. Hinc & Origenes dicit Sciniphes, & ranas quibus percuſſa fuit Egyptus ſignificare uanam gloriam dyaletieorum garrulitatem, & ſophiſtica argumenta. Siliquæ quoque porcorum quibus prodigus ſaturari cupiebat. ſed nequibat doctrinas figurant gentilium ſecundum Hieronymum, ſed & ipſæ Hieronymus ueberatus fuit acriter in infirmitate, & ſibi dictum q Ciceronianus erat non chriſtianus, eo quod nimis uacabat ſtudio Pla. & Ci. delectatus ſuauitate. Et ſi quando prophetas legere incipiebat ſermo horrebat incultus, ut ipſæ diſt. 37. legimus, cum §. ſc. Sicque ex curioſitate retrahebatur à ſtudio ſcripturę magis utili & neceſſario. Vnde & religioſis & clericis in ſacerdotio uel dignitate conſtitutis prohibetur ſub pẽa excommunica. ſtudium legum, & phi. i. mediſinæ ut magis poſſit uacare ſtudio theologiæ & canonum extra ne cle. uel mo. c. fi. & c. non magno.

Appetitus ſtudij põt eſſe uitium.

Garrulitas Dyalecticorũ equi paratur Rannis.

¶ Quarto modo inquãtũ aliquis ſtudet ad cognoſcendum ueritatem ſupra proprij ingenij ſicultatem, quia per hoc homines de facili labũtur in errores. Vnde dicitur Eccl. 3. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Et poſtea ſequitur. Multos enim ſupplantauit ſuſpitio illorum, & in uanitate detinuit ſenſus eorum. Ad quam curioſitatem pertinet, qđ aliqui inueſtigent

stigent de mysterio trinitatis, uel incarnationis, vel sacramenti eucharistiæ, & prædestinationis ex hmõi rationibus naturalibus, de quibus dicit Ambro. In quoque digitum ori ad moue, scrutari non licet diuina mysteria, scilicet curiose. Vnde & in figuram Numeri. 4. fuit præceptum. Alij nulla curiositate videãt quæ sunt in sanctuario, ideſt occulta mysteria Christi priusq; induantur, ideſt nisi uelata, & quia curiositate ducti filij Israel uiderunt archam dei reductam per boues à Phili steis, qui in bello abstulerant eam in Bethsamis, mortui sunt septem milia virorum, & quinquaginta milia plebis de Bethsamitis, ut habetur. 1. Reg. 6. Per maxime simplices debent cauere ab huiusmodi curiosis quæstioni bus. Vnde Aug. dicit quod cũ quærunt aliqui quod Deus faciebat ante mundi creationem, Respondendum est æternam gehennam curiosis præparabat.

Nota quid sit respõdẽdũ his q̃ quærunt quid faciebat Deus ante mũdi creationem.

¶ Quinto modo quando homo appetit cognoscere ueritatem circa creaturas non referendo ad debitum finem, s. ad cognitionem dei: sed in ipsa cognitione sola delectatur. Vnde Aug. de uera religione dicit: Quod in consideratione creaturarum non est uana & pertura curiositas exercenda, sed gradus ad immortalia, & semper manentia faciendus. Salomon qui dicit se curiose multa inuestigasse pp̃, nimiã curiositatem quã habuit ad inuestigandum de opinionibus hominũ circa scibilia, infamatus legitur nimio amore mulierũ, quod Origenes intelligit pro doctrinis gentilium uarijs, & multis quarum amore delectatus à ueritate erranit, postea tamẽ emẽdatus. Seneca i epistola. Demens meritò uideret si cum saxa in monumentum senes fęmineq̃ cõgererẽt, cum interim tus pectacula expectaret armata, sederem otiosus & huiusmodi q̃ stiunculas ponerẽ. Quod non perdidisti hẽs: cornua nõ p̃didisti, ergo cornua hẽs. Nõ vacat ad istas ineptias. Ingens negotium in manibus est. Mors me sequitur. Fugit uita. Aduersus hæc doce me. Hæc ille.

§. 3. Cognitio sensitiua est causa multorũ peccatorum.

¶ Oculus quoque corporalis prout includit omne sensum exteriorẽ uidet uanitatẽ, cum curiosus est, quę curiositas sensitiua cã multorũ pctorũ est, & oẽs pene inuoluens cõsistit in appetitu, & studio inordinato cognoscẽdi p̃ aliquẽ sẽsum exteriorẽ. ¶ Pro cuius declaratione dicit B. Tho, 2. 2. q. 167. q̃ cognitio sensitiua ordinatur ad duo. ¶ Vno mó tã i nominibus quam in brutis ordinatur ad corporis sustentationẽ, inq̃tum. s. per hmõi cognitionẽ boies. & alia animalia uitant nociua, & conquirunt sibi necessaria ad sustentationẽ, sicut ouis uidẽs lupũ fugit, & hõ uidens inimicum quod facere nõ posset, si nõ uideret, & uidẽs cibum sumit illũ. ¶ Alio modo cognitio sensitiua specialiter in homine ordinatur ad cognitionẽ practicã, uel speculatiuam, uidẽs. n. herbã medicinale medicus ordinat eã ad medicinã. Vidẽs exercitia alicuius artis qũo fiũt addiscit ut fm eã operẽt. Cõsiderãt p̃ uisũ audi tũ vl alios sẽsus pulchritudinẽ & virtutẽ creaturarũ, exorgit ide i cognitionẽ creatoris. Qñ igr̃ nõ apponit studiũ circa sẽsibilia cognescẽ dã p̃dictis modis, & causis, s. pp̃ necessitatem sustẽtandæ naturæ uel pp̃ studiũ ueritatis intelligendæ tũc oculus uidet uanitatẽ & peccatur curiositate uel alio uitio. Nã ẽt si ñ ordinatur ad male cõcupiscendũ, uel detrahẽdũ, aspiciẽdo. s. facta aliorũ solũ ex hoc q̃ ñ ordinãt ad aliqd̃ utile, sed potiꝰ auertit hoiem ab aliqua utili consideratione, curiositas, & uanitas est. Vñ & Aug. i lib. cõfess. fatet se peccare in aspiciendo à casu canẽ currẽtẽ post leporẽ, eo q̃ hic aspectꝰ auertit aliqñ ab aliqua utili consideratione, & uanus inquit hebesco. Et quis luxuria & gula sint circa tangibilia & gustabiliã, sicut & vitũ curiositatis, est tñ ista dria inter ista fm B. Tho. ubi sup. ¶ Nam Luxuria, & gula sunt circa delectationes quę sunt in usum rerum tangibiliũ, & gustabiliũ, & curiositas est circa delectationẽ cognitionis, & tactus, & gustus, & aliorum sensuum, sed inordinate & uocatur cõcupiscẽtia oculorũ hæc curiositas rõe, iã dicta, quia. s. noĩe oculi intelr̃ ois sensus. Vñ & Aug. in x. confes. oñdens dr̃iam hmõi dicit ex hoc euidẽtius discernitur quid curiositatis quid uoluptatis agat̃ p̃ sensus quod uoluptas pulchra suauia, canora, sapida leuia spectat̃. Curiositas aũt ẽt cõtraria tentandi eã ad sub eundam molestiã sed experiendi, nocendiq; libidinem. Hæc ille. Sic ergo luxuria quærit delectationem in ordinatam tactus, sed curiositas quærit delectationem inordinatam cognitionis, quæ habetur per tactum de re, & sic de aliis sensatis. Vnde & uirgines tentantur de uitio carnis per modum curiositatis, scilicet ut experiantur qualitatem illius delectationis uenereę, & cognoscant magis quam alię personæ non uirgines fm Pe. de Pal. Sed & qui experti sunt delectationẽ ueneream aliquãdo incitantur, & stimulantur ad turpia magis aliquando ex curiositate. s. ad experiendum nouos modos turpitudinum, quam ex luxuria. Et ideò orandus est Deus ne oculi videant uanitatem. ¶ Dicit etiam Beda q̃ vitium curiositatis

Curiositas inducit ad luxuriam.

Curiosè alterius facta dinoscere.

riositatis est in dinoscendis capiēdisq; uicijs proximorum, quod fit per particularia sensibilia. Quod tamen intelligendum, secundum Tho. ubi supra non quando hoc fit animo, scilicet considerando facta aliorum ad utilitatem suam, ut scilicet inde proficiat prouocatus exemplo bono alterius, vel etiam ad vtilitatem alterius, vt scilicet corrigatur ab eo regula charitatis seruatis debitis circunstātijs. Sed cum quis considerat facta aliorum ad despiciēdum, vel detrahendum, uel saltem inutiliter inquirēdum, & hoc enim curiosum est & vitiosum. Vnde Prouerb. 24. dicitur. Non insidieris nec quæras impietatem ī domo iusti nec uastes requiē eius. Ad quod facit qđ dicitur. 6. q. 1. c. Ex merito. Officium singulorum sit charissimi non solum oculos habere castos, sed & linguam, nec aures prurientes quis habeat ideſt curiosas. Nec quid in domo cuiusquam agatur, alia domus per eos unq̄ nouerit. De quibusdam mulieribus uanis dicit Apostol. 1. Thimo. inuectiue, q̄ circuierint domos, & non solum ociosè, & uerbosè, & curiosè. Dyna filia Iacob, quia egressa est domū patris, vt uideret fœminas regionis curiositate ducta, oppressa, & uiolata fuit à Syché. Genesis 34. Nec de manibus eius eruta nisi quā da ui fratrū, ad figurādū, ſm Hug. q̄ oīa egrediēs per curiositatem de domo propriæ conscientiæ timoratæ ut curiosè intueat creaturas p̄ aliq̄ sensationem, inde uiolatur a diabolo p̄ cōsensum in aliqđ malū, quā dyabolus uiolatū detinet blādicijs, dum remordentem conscientiam de malo uane consolatur, spe venie uel emendationis, uel cōparationis peccati aliorum, sed fratres ideſt affectus uiriles animæ sensualitati uim facientes, & occidentes per pœnitentiam vitia eripiunt de manib. dyaboli.

Nota curiositatē Dynę filiæ Iacob.

§. 4. ¶ Quantum ad tertium ubi appetit propheta dirigi circa uniuersitatē creaturarum, ibi. In via tua uiuifica me. Nota q̄ uia Dei est vniuersitas creaturarum, quia per considerationem earū riens uadit ad Deū, & tūc uiuificatur mens cum deueniendo in cognitionem Dei per creaturas. Iuxta illud ad Rom. 1. Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciunt. Cognoscendo Deum diligit eum, & omnis boni cōtentiuū per dilectionem. u. Dei anima uiuificatur. Ex pulchritudine enim, creaturarum percipitur pulchritudo Dei creatoris omnium. Ex magnitudine earū magnitudo Dei. Ex perpetuitate Dei ætetnitas. Ex uirtute Dei perfectio &c. Et ista est pia curiositas, & bona.

Quid sit via Dei.

¶ De spectaculis etiam dicit. Beda quòd non §. 5.
solum in addiscēdis artibus magicis, sed etiā in contemplandis spectaculis consistit concupiscentia oculorum, quæ secundum Augu. facit hominē curiosos. De huiusmodi autem dicit B. Tho. 2. 2. q. 167. ar. 2. q̄ inspectio spectaculorum redditur uitiosa, inquantum per hoc homo fit pronus ad uitia vel lasciuiæ, uel crudelitatis per ea quæ sibi repræsentantur. Vnde & Chrisost. dicit, q̄ adulteras, & inuerecūdas mentes constituunt tales inspectiones.

Spectacula an sint peccatum.

Sed quæritur vtrum sit mortale talis inspectio? Et uidetur quod sic: quia dicitur de cōsecr. di. 1. Qui die solemni prætermisso eccle siæ conuentu ad spectacula uadit excommunicetur, sed nullus excommunicari debet nisi pro mortali, ergo videtur mortale, præterea dicit Aug. super ps. Vident homines uenatorem, & delectantur. Væ miseris si se nō correxerint, videbunt enim saluatorem scilicet in indicio, & non tristabuntur, dist. 86. qui uēditoribus. Sed uæ importat damnationem æternam secundum Hiero. Contristari etiam in aduentu saluatoris non est nisi reproborum, ergo &c. In contrarium est quia Alber. super 4. dicit quod spectacula siue sint inuenta tantum ad tedium remouendum, & solatium mortalitatis humanæ, siue etiam sint talia, qđ habeant annexam utilitatem, quamuis immi sceatur uanitas, ut aucupia, uenationes, & huiusmodi in personis secularibus sunt tollerānda exercitia eorum, dummodo non fiant tempore interdicto, vel loco sacro, ergo non est mortale Etiam Tho. supra non dicit simpliciter esse vitiosam, sed inquantum prouocat ad malum. Posset sic distingui. Aut ipecta culā sunt talia quæ sunt repræsentatiua pia-rum rerum, ut adoratio magorum, occisio innocentum, passio Christi, ascensio, missio spiritussancti, & huiusmodi. Et horum exercitia de se sunt licita, & similiter inspectio eorum. Vana tamen quæ aliquando ibi miscentur sunt resecanda, & multo magis si qua turpia committerentur à iuuenibus, qui talia præparant. Aut non sunt talia, & tunc aut illa sunt expresse prohibita à iure, ut torneamenta, & duella extra de tor. per totū, & 2. q. 4. monomacham. Vel etiam ibi probabiliter imminet periculum uitæ, vel notabilis lęsionis, exercitium horum mortale est. Inspectio autem horum non uidetur mortale, nisi quis ita inordinatè afficeretur ad aspectum huiusmodi quod etiam accideret ad inspiciendum si præciperetur contrarium, uel nisi quis propter hoc dimittat diuina in diebus festiuis.

De spectaculis distingue.

Et de hoc intelligitur.c.inductum supra.Qui die solemni. Vel daret operam efficacem ad hmõi facienda,sicut qui prouocant ad ista,vel soluunt facientibus, quia alias non facerent. Aut non sunt expresse prohibita,& tũc si representãt multum turpia,& lasciua ea exercẽtes mortaliter peccant.Et de hoc conse.di.2. c.Pro dilectione. Et inspectio voluntaria taliũ mortale est,quia nil aliud est quam delectari de turpibus,& de scuis,tum etiam quia piculo tẽptationis spõte se exponit,& de hoc intelligit, c. supradictũ Aug. Qui venatorib. Loquitur.n. ibi de histrionibus,& venatorib. cum bestia vennata,si à casu respicit talia nescíens fieri huiusmodi representationes, non videtur de facilis cõdẽnandus pro leui, & incauto aspectu.Si autem alia uana,& solatiosa repræsententur ob solacium, quod tamẽ non fit in opproprium ecclesiæ, uel cleri vel religionis,de se non videtur mortale, nec exercitatio,nec aspectio,vt facere laruas,dracones, reges,& huiusmodi, similiter aspicere corrizantes,saltantes.currentes ad brauium, in palestra se exercentes, uel hastiludijs, vel alijs ludis,de se non uidetur mortale,quamuis uanitas sit,& amissio temporis. Posset tamẽ ibi esse mortale per accidens, propter aliquod malum superueniẽs,vel malam intentionem, in huiusmodi,vt si quis ex aspectu mulierum chorizantium trahatur in concupiscentiam earum.Clericis etiam,& religiosis talia aspicere magnum peccatum videtur propter scãdalum populi.Vnde dicitur de conse.dist. 5. Non oportet,idest non congruit ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus interesse. Et in capitulo præcedenti dicitur, quod laruas dęmonum ante se fieri nõ consentiant. Et quia multa malą contingit in huiusmodi fieri ideò detestanda, & reprehendenda sunt in prædicationibus,& alia huiusmodi.

Clerici, & religiosi aspicientes choreas peccant.

§.12. Incautus aspectus ad multa viția inducit.

¶ De curiositate, & aspectu uano oculorum quantum est periculosus plusquam aliorum sensuum abusus. ¶ Committi potest peccatum per uisum magis quam per alium sensum multipliciter,incessanter,& faciliter, secundum magistrum Vmbertũ in expositione regulæ Augustin. Inducit incautus aspectus ad quolibet capitalium uitiorum. ¶ Primo enim irritat gulam.Gen. tertio uidit mulier lignum quod esset bonum ad uescendum, & pulchrum oculis aspectuque delectabile, & intulit de fructu eius,& comedit.¶ Secũdo incitat cupiditatem.& auaritiam.Matth. quarto.Ostendit ei idest Christo, diabolus omnia regna mundi, vt scilicet incitaret ad appetitum eorum. Ambro. Meus auari semper aurum semper argentum uidet. ¶ Tertio prouocat ad superbiam. Vnde Bernard. dicit, quod Lucifer uidens filium Dei ęqualem patri, voluit assimiliari sibi,vt esset æqualis, & ipsæ patri. Vnde in corde suo dixit, similis ero altissimo.Esa.14. Et in fabula dicitur, quòd bufo se propterea inflauit in prato, qa ibi uidit bouem magnum pascentem, & uoluit ei assimilari in magnitudine, sed crepuit. ¶ Quarto commouet iram. Matth.18. Videntes conserui eius quæ fiebant contristati sunt valdè sic, & fratres Ioseph videtes quod a patre plus cęteris amaretur oderant eum nec poterãt ei quicquam pacificè loqui. Gen.38.¶ Quinto concitat inuidiam. 1.Regum.2.Videbis emulum tuum in cunctis prosperis in Israel,& paulo post ut deficiant oculi tui, & tabescat anima tua scilicet inuidia hæc uidendo.Socrates. Vtinam oculi inuidorum in omnibus ciuitatis essent, ut de omnium felicitate torquerentur. Sexto fouet accidiam.Accidiosus enim uisa intemperie temporis non audet exire ad opus, sed torpescit in domo.Eccl.11.qui considerat nubes nunquam metet.¶ Septimo inflammat ad libidinẽ.Eccl.9.Propter spẽm mulieris multi perierunt,& ex hoc concupiscẽtia quasi ignis exardescit.Gen.6.Videntes filij Dei filias hominum,quod essent pulchrę acceperunt uxores ex hominibus,quas elegerant, propter quod postea secutum est diluuium, sic Egyptij videntes Saram uxorem Abraæ quod esset pulchra nimis, nunciauerunt Pharaoni,& sublata est mulier.¶ Gen.duodecimo. Sic Sampson videns mulierem Dalidam de Philisteis adamauit, quæ tandem fuit causa mortis suæ Iudicum. 14.sic Dauid videns Bersabeæ lauantem se misit pro ea, & adulterium perpetratus est.2.Reg.11.senes iudices populi uidentes Susannam exarserunt in concupiscentiam iuris. Dan.tertiodecimo. ¶ Omne igitur peccatorum genus per oculos generatur. Et ideò Christus dixit, si oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuum tenebrosũ erit,quia scilicet omnes tenebræ peccatorum per malos oculos inducuntur. Et ideò si oculus tuus scandalizat te, erue eum scilicet non aspiciendo illum unde scandalizaris, & proijce abs te ait saluator Matth. decimo octauo.¶ Secundo oculus potest incessanter inducere ad malum,quod non sic est de alijs sensibus. Nam alijs sensus non semper habent obiecta in promptu, vt patet in auditu,

Oculus inducit ad multa mala.

ditu, gustu, odoratu, & tactu, sed oculus semper habet quod potest inspicere, & inde peccare si uelit 2. Petri. 2. oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti. ¶ Item actus oculi uelocior est quàm aliorum sensuũ. Vnde Apostolus coniungit eam cum momento dicens. In momento, in ictu oculi, & ideò, faciliter per ipsum peccatur. Vnde Iudicum 10. dicitur, quòd cum intrasset ante faciem eius statim captus est in oculis eius, & ideò dicitur Ecclesiast. trigesimosexto. Nequius oculo quid creatum est, quasi diceret nihil, si quis malè utatur. ¶ Item quamuis impudicitia possit uigere in omnibus sensibus per maximè tamen in uisu. Et in olfactu quidem cũ in odoribus meretricis delectatur iuxta illud. Aspersi cubile meum myrra, & aloe, & cinnamomo. Prouerbiorum septimo. Item in auditu, cum uox eius uel cantus auditur Ecclesiast. 9. Colloquium eius quasi ignis exardescit. Vnde Bernar. dicit, q̃ est sicut Sibillus serpentis. s. toxicans. In gustu conuiuando cũ ea propter quod dicitur Ecclesiast. 9. Cũ muliere aliena non sedeas, nec accumbas cũ ea, nec altercaris in uino cum ea. In tactu. Prouerb. 6. Qui ingreditur ad uxorem proximi sui non erit mundus cum tetigerit eam. In oculis 2. Pet. 2. Oculos plenos adulterij. Licet ergo uigeat corruptio impudicitiæ in omnibus sensibus, plus tamen in oculos. Tactus. n. simplex solam suauitatem carnis suscipit. Auditus dulcedinem eloquij. Odoratus fragrantiam odoris. Gustus nihil propriè de ea percipit, sed uisus colorem, figuram, gestus, ornatum, membra, & totius corporis dispositioné percipit. Et quanto plura sunt, tanto maioré ignè accendunt. Item frequentius potest uideri persona, quàm tangi, uel audiri, uel cum ea comedere. Potest quis uidere omnes mulieres unius ciuitatis, & omnes concupiscere, sed non sic tangere, audire, & huiusmodi. Vñ Trenorum 3. dicitur. Oculus meus depræda tus est animam meam in cunctis filiabus urbis meæ. Item audacius oculus peccat in mulieres, quam alij sensus. Audet enim quis uidere multas mulieres cum quibus non auderet loqui. Item non potest ita deprehendi impudicitia oculi sicut aliorum sensuũ. Item in satiabilior est alijs sensibus. Ecclesiast. 1. Non satiatus oculus visu. Et ideo Aug. in regula. Nec dicatis uos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius 23. q. 5. Nec solo. Cauendum est igitur à curiositate oculorum. De quinque sensibus habes supra in prima parte titulo secundo ca. 3. & 5.

¶ Sed quæritur vtrum liceat in litteris secularibus studere, uel eis vti, & Gratianus quidẽ hanc quæstionem mouet de uiris ecclesiasticis. dist. 37. per totum. Et arguit pro & cõtra. Demũ sic soluit in §. Cur ergo. Seculares litteras quidam legunt ad uoluptatem poetarũ figmentis & uerborum ornatum delectati. Et tales repræhenduntur à sanctis. Vnde Hiero. Vino inebriantur qui scripturas sacras malè intelligunt, atque peruertunt Sicera qui abuntur seculari sapientia, & dialeticorum tenticulis quæ non tam uincula sunt appellanda, q̃ fantasmata. s. umbræ quædam, & imagines, quæ cito pereunt & resoluuntur. dist. eadem. Et in primo ca. dicitur, episcopus libros gentilium non legat, hæreticorum autem legat pro necessitate, & tempore. Quadam uerò literas seculares ad eruditionem eas addiscunt, ut errores gentilium legendo detestentur, & utilia, quæ in eis inuenerint ad usum sacræ eruditionis deuoti conuertant, & tales laudabiliter literas seculares addiscunt. Pro qua conclusione firmanda inducit exempla, figuras, & auctoritates sanctorum, exempla uidelicet Moysi, & Danielis qui in omni scientia Aegyptiorum, & Chaldeorum fuerũt eruditi, de quib. dicit Hiero. dist. ea. Qui de mẽsa, & uino regis nolunt comedere ne polluãtur. s. Daniel cum socijs utique si sapientiam atque doctrinam Babyloniorũ scirent esse peccatum, nunquam acquiescerunt discere quod licebat. Discunt autem non ut sequantur, sed ut iudicent atque conuincant. Figuras hmõi habemus in hoc q̃ præcepit dominus filijs Israel ut spoliarent Aegyptios auro & argento moraliter instruens inquit Gratianus, ut siue aurũ sapientiæ siue argentũ eloquentiæ apud poetas inuenerimus, in vsum salutiferũ eruditionis uertamus. In Leuitico uero primitias mellis. i. dulcedinem humanæ eloquentię dño iubemur offerre. i. ad honorem uti. Magi quoq; dño tria munera obtulerunt in quibus nonnulli tres partes philosophiæ intelligi uolũt. Deniq; in expositione psalterij Cassiodorus ait. Omnis splendor rhetoricæ eloquentiæ oẽs modi poeticę locutionis, q̃libet uarietas decore pronũciationis à diuinis scripturis sumpsit exordiũ. dist. ea. §. Sed contra legitur. Confirmatur idem auctoritate Bedæ dicentis. Turbat acumen legentium, & deficere cogit qui eos à legendis secularibus libris omnibus modis æstimat prohibendos in quibus si qua inuenta sunt utilia quasi sua sumere licet, alioquin Moyses & Daniel sapiẽtia & literis

§. 7. Studere in scriptis secularibus.

Q̃ licet in eis studere.

literis Ægyptiorum, & Chaldeorũ non paterentur eruditi, nec ipſę magiſter gentium aliquos uerſus poetarũ ſuis ſcripturis indidiſſet vel dictis, Et gloſa ibi ponit illa dicta poetarũ .ſ. in epiſtola ad Titũ illud Pigmenidis. Cretenſes malę beſtię, ſemper mendaces, vętris pigri. Et in epiſtola. 1. Pauli. 15. ad Cor. illud. Terentij. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Illud autę quod addit ibi glo. Odero ſi potero ſi non inuitus amabo, quod dicit eſſe in dictis Apoſtolis non eſt uerum, quia ibi nõ habetur, ſed bene in actibus apoſtolorũ illud. Genus quidem cum ſimus Dei in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. ¶ Item Hiero. ſuper epiſtolam ad Titũ ſi quis ad grammaticam artem nouit, vel dialecticã, vt rectè loquendi ratione habeat, & inter vera, & falſa diiudicet, non improbamus. Sed ex ſynodo Eugenij Pape hoc habetur ſtatutum, vt ab vniuerſis epiſcopis ſubiectis plebibus, & alijs locis in quibus neceſſitas occurrit omnino cura & diligẽtia habeatur, vt magiſtri, & doctores cõſtituãtur q ſtudia literarũ liberaliumq; artium dogmata doceant: quia in his maxime diuina manifeſtantur, atq; declarantur mandata diſt. ea. de quibuſdam B. Th. 2. 2. q. cxlvij. dicit q ſtudiũ philoſophiæ ſm ſe eſt licitũ & laudabile pp veritatem quã philoſophi perceperũt Deo illis reuelante, ut dr. Ro. 1. Sed quia quidã philoſophi abuntur ad fidei impugnationem, ideo Apoſtolus dicit ad Col. 2. Videte ne qs uos decipiat p philoſophiam & inanem ſciẽtiam, ſm traditionẽ hominum, & nõ ſecundũ Chriſtũ. ¶ Sed uir uenerãdus in ſanctitate, dignitate, & ſcientia præclarus dominus Io. dominici hanc materiã plenus diſcutit & declarat. Quendam. n. librum edidit intitulatũ Lucula noctis qui totus eſt materia huius qõnis. ¶ Querit. n. argumentatiue procedens, vtrum ſit licitũ chriſtianis ſecularibus literis uti. Et in corpore qõnis ubi poſt argumenta ad partem negatiua determinat qõnem in ea. quod incipit. Eam dico philoſophiam, declarat ſe philoſophiam ſeu ſeculares literas nuncupare, quas Ethnici ſeu ſeculares homines vt cõter inueniſſe creduntur. ¶ Hãc. ſ. philoſophiã inquit ipſe auctore. Varrone quadrifariã diuiſerũt, videlicet in rõnalẽ, moralem, naturalem & diuinã. Ad rõnalem ptinere voluerit dialeticã, cæteraſq; artes libertles. Moralẽ uerò diſcripſerunt Ethnicã, & poeſis nõ modicã portionẽ cũ hiſtorijs, q eo ad mores cõueniunt, quo virorũ, mulierũq; actus recitantes qñ uiuendi, & timendi in male tradunt exempla. Huic riuulo oẽm ciuilẽ tractatũ placuit applicare. Sequit proinde naturalis, ſeu ab idioma te greco phyſica dicta, q de rebus ſenſibilibus inueſtigatione ſua à cẽtro terræ uſq; ad ſummũ cœlũ de quocunq; potuit opinare pſumptione ſolerti voluit hre ſermonẽ. Tãdẽ diuinales ſeu netaphyſicales quã theologiã uocamus de magicis ſacris dęmonibus ſeparatis ſubſtantijs & natura diuina pertractans, futurũ ſeculũ cũ ciuibus ſuis opinatus, & actionibus credenda nõ aũt ſcienda multiplr diffinit. Sicq; ex hoc uno fonte, quẽ philoſophiã ſeu amorẽ ſapiæ, vndę plãtatę Pythagora philoſophi nomen eſt ortũ quatuor flumina nata aiæ paradiſum humectant, in riuulos multos diuiſa, hinc ꝓdeunt grãmatica, rhetorica, hiſtoria, & cætera multa. Et poſt multa in eo. c. dicit ad qõnẽ ꝓpoſitã poſſe particulariter ñderi, uidelicet q naturalis philoſophia, quę rerũ creationẽ nõ nouit & eternitatẽ, ſed per petuitatẽ mũdi, aut ꝓbare nitit, aut ſupponit, & p hmõi eſt veritati cõtraria, in ſupſi cie tñ ut credo. Theologica ẽt q metris currit, vel proſa ſynceritate fidei in ſuo neſtimẽto rebellis nequaquã ſunt legẽdę niſi à paucis in fide bene fundaris quorũ eſt infideles & hæreticos expugnare. Hi. n. ſi ſciũt triticũ à zizania ſeparare, dẽnt mixtũ migma in area uentilare & purũ, & defectatũ cibũ, & potũ nõ cõpactũ populis miniſtrare. Duas uerò aliàs humanæ philoſophiæ partes chriſtianis diſcurrendo uidere cũ ad eius officiũ pertinuerit, aut finis pietatis id petierit, ſine ut uitẽ ociũ uiciorũ ſentina, cũ meliora ſe nõ pñtauerint. Sit hæc cõcluſio ſancti Hieronymi dicẽtis ſup epiſtola ad Titũ. Si qs grãmaticã artẽ nouit, uel dyaleticã, vt rectè loquẽdi rõnẽ hẽat, & inter uera falſaq; diiudicet nõ improbamus. Geometria autẽ & Aritmetica, & muſica hñt in ſua ſcientia ueritatẽ, ſed non eſt illa ſcientia pietatis. Scientia pietatis eſt noſſe legere ſcripturas, & intelligere prophetas, & euangelio credere, & apoſtolos nõ ignorare, diſt. 38. Si quis Accedit ad idem. Anticus in epiſtola dicit. Tamdiu liberalibus artibus immorãdum eſt, quãdiu animus meliora agere non põt. Rudimenta ſunt noſtra non opera. Et idem in epiſtola 35. quemadmodum ſtudere omnibus annis honeſtũ eſtẽita non omnibus inſtitui turpis, & ridiculoſa res iſta eſt. Senex elementarius iuueni parendũ eſt, ſeni utendũ eſt. Hæc oĩa ille. Cui addi põt quod ait Hiero. de Daniele & ſocijs. ſ. diſcũt aũt non ut ſequantur, ſed ut iudicẽt atque cõuincant. Qũo ſi quiſpiã aduerſus mathematicos volẽs ſcribere imperitus matheſeos riſui pateat, & aduerſus philoſophos

Philoſophia diuiditur.

Quomodo ſtudẽdũ in literis ſecularibus.

philosophos disputans si ignoret dogmata philosophorum. di. 37. qui de mensa. Hinc & Ambro. super Lucam. Legimus aliqua ne negligantur, legimus ne ignoremus, legimus nō ut teneamus, sed ut repudiemus. Item Aug. si quid ueri de Deo, Sibilla vel Orpheus aliqua gentium uates aut philosophi prædixisse noscuntur, ualet quidem aliquid ad paganorum vanitatem reuicendam, non tamen ad istorū: scilicet quæ sunt fidei auctoritatem complectendam, dis. 37. si quid ueri. ¶ Ad prædictam questionem præfactus uir uenerandus in se. c. quod incipit tertius terminus. Respondet. Plenius declarās hos terminos concessum, cōsultum, mandatum, præceptum, prohibitum,

Concessum. & usum. ¶ Et quantum ad primum dicit illud esse concessum quicquid per indulgentiā ab eo, qui id iuridicè potest largitum utraq; parte in libera potestate beneficiati manente. Accipio autem magis strictè concessum, quam faciat lex ubi dicit, quod non est prohibitum uidetur esse concessum, sicque concessus est usus carnium humano generi post diluuium. Hoc modo reordicendū aliquibus aptis, & solidatis in fide, ethnicorum studium esse concessum, & ad hoc facit ca. De quibusdam. dis.

Consultum. 37. ¶ Consultum addit supra concessum, non solum persuasionem, sed etiam maioris boni conditionem. Consiliamur enim, ut ex pluribus q; honestius fuerit eligamus. Hinc dico ad dubium, q; cū melius studium penè omnis homo possit frequentare, q; sit studiū philosophorum. Non. n. de pari pugnant lectio Christianorum, & lectio græcorū, sed incōparabiliter sicut ad propositum Hiero. scribit Augus. Pulchrior est ueritas Christianorum, quam Helena græcorum. Esset absolute in cōi cuilibet consulēdū, ne legat codices ethnicorum, esto q; incertis casibus hodie alicui foret consulendum præfacto studio dare operam efficacem, ut in capi. Qui de mensa, dist. 37.

Mandatum. ¶ Mandatū uult iurisperitus maximè Archi. cum Hugo. 14. q. 1. quod debetur infra præceptum fore, ex consilium superare in eo quod obligat ad pœnam contrarium facientem, quod non facit concilium, sed non obligat ad culpam, q; est de ratione præcepti. Tunc dicitur ad quæsitum per iudicem sempiternum fore mandatum, ne quis in dictis gētilium debeat permanere. Verberari enim iussit Hieron. ut Ciceronianum, ipso uerberato teste ad Eustochium, quod factū Gratianus assumit in cano ne pro stabilimento conclusio iis eiusdem di.

Præceptum. 37. c. legimus. ¶ Præceptum autem est cuius transgressio mortale crimē inducit. 14. q. 1. qđ debetur. An uerò sub tali præcepto libri gentilium Christianis intelligi debeant inducti, temerariè nō audeo affirmare, licet multi textus id uideantur sonare, vt illecti earum doctrinarum blanditijs resipiscant aliqui, earum uinculis astricti uelut bos ad uictimā ducerentur. Tali zelo impulsus ut credo non mediocriter tali facultate instructus beatissimus Hiero. scripsit de filio prodigo ad Damasum Papam. Dęmonum cibus est carmina poetarum secularis scientia rethoricorum põpa verborum. Nulla ibi saturitas ueritatis, nulla ibi refectio iustitiæ reperitur. Studio si earum in famę ueri & urtutum penuria perseuerant. ¶ Prohibitio non distinguitur à præceptoniſi quia illud affirmatiuum, ut honora patrem, & matrem, hoc negatiuum, ut non occides. Et secundum hoc creduntur à sanctis lectiones ethnicorū codicum prohibitæ multis de causis; ita tamen ut omnis prohibitio conditionalis intelligatur & non absoluta. Causæ autē sunt istæ & similes, si qui forent melioribus obligati, ut sacerdotes qui dicunt curæ animarum uacare, vt. c. sacerdotes di. ea. Itē ubi de sumptibus, de quibus debent pauperes sustentari tales literæ emerentur soluēdo doctoribus, vel libros acquirendo, ut in c. Legant di. ea. Itē cum pp taliū lrarū amorem lię sacrę cōtēnerētur, & negligerētur ut in c. Vino inebriātur, di. ea. Itē si causa uanitatis cōtingeret frequentari prædictas, ut in c. nonne di. ea. Itē si ad insanē gloriā, uel quodūis uitium inclinarent legentes. Item & fortius si deducerēt ad errorē. Ad quod facit c. iō dist. ea. Oēs hæ causæ tanguntur, di. 37. in c. præallegato. Verum: quia ut plurimum hæc mala ex præfatis lecturis proueniunt sicut exempla patentia, & cōscientiæ propriæ clamant, prohibitæ præsumuntur in pluribus. Et ideò debent detestari, sermonibus uilipēdi, earūq; sectatores increpari, non quia in se malæ, sed quia media sunt ad deuiandum a Deo. Vnde & Gre. fidei zelator deuotus Titi Liuij uiri maximè eloquentis libros, quot quot reperire potoit combussit. ¶ Vsus autem est secundum Augu. & magistrum in. 1. sen. di. 1. id q; in usum uenerit inferre in id quod fruēdum est, i. in Deū mediatè vel immediatè. Sicq; oēs usus licitus est, & abusus illicitus. Sic igitur q studeant in gentilibus doctrinis propter Dēū, hi illis utantur, & licitum est eis, immo & meritoriu, qui uerò ob vanitatem uel aliquē aliū finem, hi eis abutuntur, & illicitè studeant in eis. Et quia cōiter homines abutūtur, ideò cōmuniter tales reprænduntur.

Prohibitio.

Nota qđ Gregorius libros Titi Liuij quot quot in uenit combussit.

Vsus.

De

¶ De temerario iudicio. Cap. 8.

TEmerarium iudicium quod est speciale peccatum, ex curiositate & superbia procedit. Vbi sciendum quod B. Th. 2.2.q.60. quod iudicium secundum suam primam impositionem importat determinationem rectam iustorum. i. eorum quæ iusta sunt. Sed ampliato uocabulo extenditur ad significandum omnẽ determinationem in quibuscunque siue speculatiuis siue practicis: Vnde & dicitur quòd cęcus non potest iudicare de coloribus, nec infirmus propter gustum infectum de saporibus. Ipsum autem iudicium prout est actus iustitiæ tripliciter redditur uitiosum. ¶ Primo cum quis iudicat de his in quibus non habet potestatem, puta cum quis in iudicio examinat causam eius qui non est sibi subditus, & condemnat, uel absoluit eum per sententiã, ut laicus clericum, uel qui non habet regimẽ, condemnat alium qui sibi non subditur. Et hoc dicitur iudicium usurpatum pertinẽs ad præsũptionem de quo supra in capitulo de præsumptionibus ¶ Secundo redditu iudiciũ uitiosum cum quis habens regimen, & potestatem super eum quem iudicat non secundũ iura determinat redens unicuique quod debitum est condemnando, scilicet rerum, & absoluẽdo innocentem, sed iniustitiam faciat amore uel timore ductus odio vel cupiditate uel ignorantia culpabili, & dicitur iudiciũ peruersum seu iniustum. Et de hoc supra. ti. 1. ca. 19. de iniustitia. ¶ Tertio modo cum quis procedit ad iudicandũ de alio ex leuibus signis & causis, & nõ sufficientibus ad cognitionem facti. Et dicitur iudiciũ suspitiosum, vel temeriariũ, & de hoc nũc agitur alijs duobus omissis. Quod quia uitiosum prohibet Apostolus .j. ad Cor. 4. Holi ante tempus iudicare quoadusque uenat domin⁹. Huius uitij ut dicit. Chrisost. penè nullus reperitur immunis, sed clericus, religiosus, & laicus, rector, & subditus eo inuoluitur. Sed per hoc cum est criminale condemnatur. Vnde Christus. Luc. 6. Nolite iudicare & non iudicabimini. Nolite condẽnare & non condemnabimini. i. nolite iudicare ut condemnetis .i. reputando dignũ hominem damnationem de eo, de quo nõ est certum. Vnde Ps. 118. Feci iudicium & iustitiam, idest iustum iudicium, & rectum, nõ tradas me calumniantibus me superbis .i. non tradas me propter hoc demonibus superbis, qui accusant quotidie bonos falsò, tamen & hęc dicitur calumnia, sicut diabolus falsò accuit. Iob domino dicens, q̃ propter prosperitatem ei seruiret. Iob. 1. Vbi ampliando materiam. Nota quòd triplex est iudicium temerarium

¶ Primum de proximo suo.

¶ Secundum de Domino Deo.

¶ Tertium de seipso.

¶ Quantum ad primum de quo principaliter intenditur. Nota quod iudicium temerarium est, cum aliquis opus proximi de quo non habet sufficientia ad cognoscendum, utrum bonum uel malum sit in mente sua firmiter ẽsti mat seu determinat illud esse malum, & dicitur esse iudicium suspitiosum, seu temeriariũ. Circa quod tria uidenda sunt. Primo de eius causa. Secũdo de eius malitia. s. quãta sit. Tertio quare prohibita. ¶ Quantũ ad primum sicut dicit Tullius suspitia importat opinionẽ mali, quæ ex leuibus iudicijs procedit. Et contingit ex tribus secũdum B. Tho. 2.2.q.60.ar. 3. ¶ Vno modo ex hoc q̃ aliquis in seipso malus est. Et ex hoc ipso, q̃ conscius est malitiæ suæ faciliter de alijs malè opinatur, secundum illud. Ecclesiast. 10. Stultus. idest peccator in uia ambulãs cum ipse sit insipiens, oẽs existimat insipientes. Auarus cũ sit assuetus fraudibus & mendacijs in emendo uel uẽdẽdo, omnes ementes, & vendentes credit similia facere. Luxuriosus qui respicit iuuenes & loquitur mala intentione lasciua, ita quos uidet recipere, vel loqui cum hmõi, malum idẽ iudicat. Sed non sequitur, quod si ipse malus est, alij sint mali, & si essent manifestè mali, non tñ semper malefaciũt & mala intẽtione. ¶ Scõ modo pronenit hoc ex eo, quod quis malè afficitur ad alterum. Cum. n. quis contẽnit alium uel odit, uel irascitur, vel inuidet ex leuib. signis, opinatur malè de ipso, quia unusquisque faciliter credit qđ appetit, quia igitur malè affectus ad aliũ appetit sibi malum, promptus est ad cogitandum malum de eo. Ad hoc facit quod ait. Hieronimus. O inuidia primũ tui mordax quidã prohnefas nomini Christiani relicta trabe in oculo proprio in alieno festucam quærunt, idest ex hoc quod inuident alijs de leuibus defectionibus iudicant & condemnant eos. ¶ Tertio modo prouenit hoc longa experientia. Vnde dicit philosophus, in 2. ethicorum quod iunes iunt maxime suspitiosi quia multotiens sunt experti aliorũ defect⁹. Primæ duæ cãæ suspitionis manifestè pertinent ad peruersitatẽ affect⁹. Tertia uero diminuit rõnẽ suspitionis, vñ ẽt peccatũ. ¶ De his ãt q̃ de se sũt mala, vt blasphemię, homicidia, adulteria, & hmõi, ut dicit.

§. 1. Quid sit iudiciũ temerariũ

Iudicio sit uitiosum tripliciter.

Suspitio fit ex tribus.

In quib. licet suspicari.

dicit Beda, licet nobis suspicari & iudicare mala: immo contrarium facere. ideſt estimare ea vt bona, & licita esset peccatū & error periculosus, unde. 11. q. 3. dicitur, & est sententia. Hiero. si quis dixerit iustū scilicet opus iniustum, & iniustum, iustum, uterque abominabilis est apud Deum, sed nullus est abominabilis apud deum nisi propter mortale, ergo hoc est mortale. Vnde dicit ibi gl. quod hoc intelligitur uno modo cū quis dicit uitia esse virtutes, uel econuerso talis mortaliter peccat. Et consonet hoc ei quod dicit Aug. super epistolam ad Corin. scilicet quod errare in rebus necessariis est mortale peccatum cū quis scilicet iudicat, seu putat opus bonū esse malum & conuerso. Nam quilibet adultus tenetur scire hoc bonum illud malum, hæc in gl. quod itelligitur de necessariis ad salutē, quorum trāsgressio vel omissio est mortale secus de uenialibus. In illis enim necessarijs ad salutē ut dicit Hiero. parum distat a uitio decipere uel decipi posse christianum. Et ad eos dirigitur illa imprecatio. Esa. 5. Væ qui dititis, scilicet in corde uestro bonum malum, & malum bonum &c. Non tamen continuè peccat mortaliter, qui erat in necessarijs, sed pro illo tempore quo omittit, uel negligit addiscere illa secundum Th. ¶ Qnantum ad secundū ideſt de malitia quanta sit scilicet ueniale uel mortale. Nota secundum B. Thom. ubi supra quod triplex est gradus suspitionis. Primus est cum quis ex leuib. indiciis incipit dubitare de bonitate alicuius, ut cum uides probū virum, & religiosum ridere, uel durè loqui alicui, uel aliquod solatium dicere, incipit cogitare illum esse leuem, & non ita sanctum sicut communiter tenetur, & hoc est ueniale, & leue peccatum. Pertinet enim hoc ad tētationem humanam sine quā aita ista non ducitur, ut habetur in glo. super illud 1. ad Corin. 4. Nolite ante tempus iudicare. ¶ Secundus gradus est cum aliquis pro certo malitiā alterius existimat ex leuibus inditiis, & hoc si sit de aliquo graui. i. mortali erit mortale tale iudicium, quia non est sine contemptu proximi interiori, sicut si quis ex hoc quod uidet hominem bonę famę uel quē ignorat cuius conditionis sit, loquentem cum muliere quā non cognoscit in loco honesto, & modo modesto, & firmiter in mente existimat eos loqui de turpibus, uel intētione praua ut inducat ad malum, cum hoc agere sit mortale, tale iudicium erit illi peccatū mortale. Similiter si quis uidens hominem comedentem pluries, uel hora prima in die qua est ieiunium eccle siæ ut in quadragesima, & cum non cognoscat eum nec sciat motiuum ad comedendum firmiter in animo credit, quod peccet mortaliter, & quod transgrediatur præceptū ecclesiæ peccaret ipsę iudicans mortaliter, quia potest habere legitimam causam non ieiunandi, ut infirmitatem, uel multum laborem necessarium & huiusmodi, in quo casū non peccat non ieiunando nec transgreditur mandatum ecclesiæ. Secus autem, esset cum iudicaret per præsumptionem, uidelicet qđ si talis omittit ieiunium sine causa legitima peccet mortaliter in transgrediendo præcepta ecclesiæ. De hoc tamen non iudicat, utrū habeat causam legitimam uel nō cū nesciat. Similiter cum quis ex eo quod aliquis nō cō uersatur domestice cum aliquo ut prius, uel ostendit aliquam iram ad eum pro certo credit quod habeat odium mortaliter ad illum mortaliter peccat. Non enim omnis ita uel indignatio est odium. Sed cū quis habet signa satis urgentia seu probabilia malitiæ alterius ut puta, quia est malæ famæ depræhēsus pluries in tali uitio, loquitur suspectus cum suspectat in loco, & tempore suspecto, nō esset mortale. Tamen cauendum est etiam tunc à iudicio nisi sit suspicio uiolenta, quę facit hominem conuictum in foro contentioso. Vnde glo. dicit super illud. Nolite iudicare. Et si suspitiones uitare non possumus: quia homines sumus, iuditia tamē ideſt diffinitiuas firmas quę sententias continere debemus. Si quis autem iudicat aliquem determinatè & certitudinaliter de peccato ueniali siue sufficientibus signis uenialiter peccat. Vnde saluator ait Matth. 7. In quo iudicio iudicaueris. s. de mortali uel ueniali iudicabimini scilicet & uos a Deo. Sed quid si quis ex aliquibus signis exterioribus iudicat aliquem superbū, iracundum vel gulosum, & huiusmodi, quæ sunt vitia capitalia. Videtur dicendum quod si iudicat illum habere talia uitia secundum passionem ubi frequēter, & communiter est uenialе non secundum rationem deliberatā in mortali communiter est ueniale. ¶ Tertius gradus suspitionis est cum aliquis iudex procedit ex suspitionibus ad condemnandū aliquem, & hoc directè est contra iniustitiā, unde & mortaliter. Est enim iustitia, & iniustitia proprie circa operationes exteriores, & ideò tunc iudiciū suspitiosum pertinet directè ad iniustitiam quando ad actum exteriorē procedit in foro causarum. Sed iudicium suspicioſum interius in mente pertinet ad iniustitiam reductiuè secundum quod comparatur

ad exte-

Suspicio uel iudicium qñ sit mortale.

ad exterius iudiciū sicut actus interiori ad ex
tereriorem,ut cnpiscentia ad fornicacionem
& ita ad homicidium.Prohibetur autem in iu
re iudicem iudicat ex suspicionibus.Vnde di
cit Melchiades papa.Primo super omnia di-
ligenter inquirite,ut cum iustitia,& charita-
te diffiniatis: nullum iudicetis suspitionis ar
bitrio, sed primum probate.2.q.1.primo ubi
Triplex suspicio dicit glo.quod triplex est suspitio.¶ Prima est
temeraria quæ scilicet oritur ex leuibus indi
ciis,vt cum ex locutione aliquarum personā-
Temera ria. rum leuium dicitur malum de aliquo, & de
hac intelligitur quod dictum est,unde respō
Proba- bilis. da est:quia non facit probationē. ¶ Secunda
est probabilis, ut cum oritur infamia de ali-
quo,apud etiam graues personas,hæc etsi nō
facit sufficientem probationem iuducit tamē
purgationem,quam potest prælatus exigere,
Violen- ta. tit.2.q.8.Præsul.¶ Tertia est uiolenta, vt cū
reperitur suspectus cum suspecta, nudus cum
nuda in eodem loco. Hæc quia cōuincit indu
cit condemnationem tanquam sufficienter ꝓ
batum sit,ut 32.q.1.Dixit dominus.Quod iu
dicari non debeat per suspitiones, sed per suf
ficientes probationes ostendit Euaristus papa
dicens.Si deus omnium conditor:Sodomorū
mala quorum clamor usque ad cœlum perue
nerat omnia sciens prius nec credere nec iudi
care uoluit quam ipsæ ea cum fidelibus testi-
bus diligenter inuestigans quæ audierat ope
re comprobaret. Nos qui sumus homines, &
peccatores quibus incognita sunt occulta iu-
dicia dei hęc prȩcauentes nullum ante veram
iustamq; probationem iudicare & dānare de
bemus.2.q.1. Deus oīpotens.¶ Quantum ad
Ex su- spēsione iudicare prohibe tur.Ad- dequod habetur in l.2.ff. de fer. & in l. minor . ff. de mi nor. tertium scilicet quare sit prohibitum iudicare
ex suspitione?Respōsio,quia ex hoc sequitur
triplex malum. Nam contemnit proximum,
usurpat dei proprium. lędit sęipsum. ¶ Qđ
homo contemnat proximum ex iudicio suspi
tioso sic declarat B.Th.2.2.q.60. Et hoc qđ
aliquis habet malam opinionem de aliquo,&
absque sufficienti causa iniuriatur ei,& cōtē-
nit ipsum in mente sua.Nullus autem debet
contemnere proximum, uel quodcunque no
cumentum inferre absque causa urgente, qa
hoc est contra charitatem proximi. Et ideo
ubi non apparent manifesta signa de malī-
cia alterius,debemus eum ut bonū hre.Vnde
Apost.Ro.14. Qui nō māducat manducantē
non spernat, scilicet iudicando ipsum malum
& gulosum, uel idololatram quo ad idoloth
ta,& qui manducat non manducante nō iudi
cet,vt superstitiosum,& huiusmodi. Si quis
obijcerit quod iudicium magis debet esse de
eo quod in pluribus accidit quam de eo qđ
in paucioribus, sed in pluribus accidit quod
homines male agunt. Nam dicitur Eccle.1.
Stultorum infinitus est numerus proni enim
sunt sensus hominum, & cuncta cogitatio ad
malum ab adolescentia sua,ut dicitur. Gene.
6.ergo potius debet dubius factum hominis
iudicari in malum, quam in bonum, quia sic
minus falletur, cum fallifit malum intelle-
ctus propter falsitatem.Respondet B.Th.vbi
supra.ar.4.quod quamuis homo dubium fa-
ctum in melius interpretādo frequētius fal
litur,tamen melius est quod frequentius ho
mo fallatur habendo bonam opinionem dē
malo homine quā quod rarius fallatur habē-
do malam opinionem de bono homine, qđ
cōtingeret si dubia in partem peiorem inter
prætarentur. Nam nulla iniuria fit alicui ex
primo,sed ex secundo utiq;. Sed neq; etiam
in hoc falli pertinet ad malum intellectus iu
dicātis bonum de malo homine facto dubio.
Aliud est enim iudicare de rebus,aliud de ho
minibus. Nam in iudicio de rebus attendi-
tur ibi solum bonum iudicātis si uere iudicet
scilicet pro ut est,& malum quæ falsò iudicet
quia bonum intellectus est uerum, & malum
est falsum secundum philosophum in 6. ethi
corum.Ipsi autē rei de qua iudicamus nil no
tet qualitercunque iudicemur,& ideò debet
homo niti ut de reb. iudicet prout sunt. Sed
in iudicio quo iudicamus de hominibus præ
cipue attenditur bonum, & malum ex parte
eius de quo iudicatur,qui in hoc ipso honora
biliter habetur quod bonus iudicatur, & con
temptibilis si malus iudicetur. Et ideo debe-
mus attendere in tali iudicio potius quod bo
num iudicemus hominem nisi manifesta ra-
tio ostendat contrarium. Ipsum autem falsū
iudicium hominis benè iudicātis de malo ho
mine non pertinet ad malū intellectus ipsius
sicut nec ad perfectionem eius pertinet co-
gnoscere ueritatem singularium contingen-
tium,sed magis pertinet hoc ad bonum effe
ctum hominis secundum charitatem iuxta
illud.1.ad Cor.13.Charitas non cogitat ma-
lū.s.de proximo.¶ Secūdo ex iudicio hmōi su- Iudicās temera- rię usur pat pro prium dei. spitioso usurpatur dei propriū.Dicitur.n. di.
32.Erubescant.Occultorū cognitor & iudex
est deus,iō solus hēt iudicare de occultis,qa
solus nouit occulta,ſm illud q; ait Salomon.
Tu solus nosti corda filiorū hominū,& illud.
2.Paral.6.Homines uidēt quæ foris sunt,de-
aūt intuetur cor. Cum igitur in his quæ de
sę mala non sunt, sed de genere bonorum,
vt eleæmosynæ,ieiunium,& huiusmodi, uel

in diffe-

indifferẽtia, vt comedere, bibere, loqui, & huiusmodi, malitia, eorum. i. ꝙ sint male facta procedat hoc ex mala intentione facientis, & intentio sit occulta, ideo iudicans mala de aliquo, vsurpat Deo iudicium suum, unde ualde superbus, & arrogans. Et ideo dicit Apostol⁹ Rom. 14. Tu autem qui es, qui iudicis alienũ seruum, i. quomodo præsumis iudicare cor alterius quod Deo reseruatur? Pertinere etiã ad temerarium iudicium, ꝙ aliquis qui eum qui nunc malus est, manifestè velit iudicare damnandum, nisi per præsuppositionem, s. si perseueret in malo. Potest. n. quilibet quantũcunque malus conuerti ad dominum. Vnde & Leo Papa dicit. Nemo est desperandus dũ est in hoc corpore constitutus, hoc. n. esset iudicare de futuris, quorum cognitio Deo est nota. Sed & de præteritis malis proximi quę nouimus non debemus iudicare, s. ꝙ perseueret in eis nisi hoc appareat: sed æstimare, ꝙ pœnituerit. Nam ut dicitur. 1. q. 7. sancimus. nemo iudicandum est immemor salutis suæ. ¶ Pro regula igitur iuris habeẽ, ꝙ dubia sunt in meliorem partem interpretanda. extra de reg. iur. cap. estore. Vbi etiam nota. secundum B. Th. ubi supra, ꝙ interpretari in meliorem vel deteriorem partem contingit dupliciter. Vno modo per præsuppositionem, alio modo per determinationem. Secundum primũ modum. s. præsuppositionis, tunc cum debemus aliquibus malis adhibere remedium, siue alienis, siue nostris, ad hoc ut securius remedium adhibeatur debet præsupponi, quod deterius est, quia remediũ quod est efficax cõtra maius malum multo magis erit contra minus. Et sic bonus nesciens si adhuc uerè pœnituerit, de commissis iudicans per præsuppositionem, acsi non pœnituerit sufficienter, iterum pluries dolet. iuxta illud Iob 9. Verebar omnia opera mea. Et uidens personam ignotam, uel procliuem ad malum tollam ante eũ quod posset furari, vel unde posset malè agere non iudicandum illum malum determinatè, sed præsupponendo, ꝙ esse posset sibi, & mihi prouideo. Sedm alium modum. s. ad terminationis, sic dubia in meliorem partẽ sunt interpretanda. ¶ Quantum ad tertiũ per huiusmodi iudicium lędit homo seipsum. Nam vt dicit Aug. de occultis alieni cordis temerè iudicare peccatum est. In quo. n. alium iudicas (ait Apostolus ad Rom. 2.) seipsum cõdẽnas ideſt tibi noces committẽdo peccatum unde punieris. Quãtum enim hoc displiceat Deo, ostenditur per punitionem. ¶ Legitur enim in vitispatrum, quod cum duo germani simul heremo habitarent ad seruiendum Deo, ad tantam puritatem, mentisq; perfectionem uenerant, ut ad placitum suum viderent alter alterius gratiam per splendorem quẽdam extra refulgentẽ super eos. Accidit ut die quadam irent ad visitandum patres per hęremum, & cum minor ex eis videret unum ex filijs patribus comedentem sexta feria in hora tertiarum, iudicauit illum transgressorem ieiunij, quod tũc habebatur ut præceptum. Reuersus igitur ad cellulam propriam cum maior orãs optaret uidere splendorem solitum sup fratrem minorẽ nil uidere potuit, propter quod vocauit eum, & scisitatus est si in aliquo eũ conscientia remorderet nam mirabatur, qđ non videbat lucem super eum vt prius. Ille verò diligentius perscrutans conscientiã suã; de nullo inquit recolo nisi, ꝙ uidens talẽ patrem comedere ante horam male suspicatus sum de eo. Quod intelligens maior illud temerarium iudicium fuisse causam illius subtractionis gratiæ. Iustam. n. causam potuit habere ille soluendi ieiunium, & sic non peccare. Pœnitentiam ęgit cum eo, & redijt ad lucem prisinam. ¶ Item in vitispatrum cũ duo fratres satis iuuenes, & apparẽtes discurrerẽt prædicando verbum Dei, accessissent ad quãdam deuotissimam mulierẽ audita fama sanctitatis suæ post diuina colloquia commendãtes se orationibus suis abierunt. Illa uidens illos ita iuuenes cepit suspicari, & hęsitare de puritate, & bonitate illorum, quasi non possent in tanto discursu puritatem seruare, propter quod cum orationi se dedisset per spatiũ temporis sentiens se aridam, & non gustare solitam dulcedinem, cum miraretur, & pie cõquæreretur de tanta ariditate, demum apparuit sibi beata Maria dure arguens eam de temeraria suspitione contra fratres suos, dicens ꝙ esset sufficiens in mundo conuersantes cõseruare eos, & ꝙ propterea illa dulcedine priuata fuerat. Super quo pœnitens de temerario iudicio eos in uenerationem habuit. Exemplum etiam de hæremita, qui iudicabat Gregorium in papatu deliciari quomodo fuit sibi declaratum.

¶ Quantum ad secũdum principale. s. iudiciũ quo iudicatur Deus temerarie ab homine. ¶ Sciendum quod temerarie iudicãt de Deo qui in passione positi, arbitrantur Deum non esse iustum, vt illi qui dicebant prouerbium illud. Patres nostri comedebant uuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt, ideſt sunt alligati, vt vulgariter dicitur, ideſt patres nostri peccauerunt, & nos portauim⁹ pœnam

Iudicãs mala de aliquo vsurpat iudiciũ Deo

Exemplum de suspitione.

Dubia sunt in bonum interpretanda.

§. 2. De Deo temerarie iudicare.

nam pro eis Ezech. 18. quod esse falsum ostē dit dominus dicens. Filius non portabit iniquitatem patris, id est non luet pœnam pro eo, nec patet iniquitatem filij, sed unusquisque in iniquitate sua morietur, quod uerum est quo ad pœnam tangentem animam seu in alia vita. Nam pœna temporali secū dum iustitiam diuinam, & humanam punitur unus pro alio, ex causa uaria. Iudiciū autem temerarium est quo arbitrantur aliqui deum non parcere pœnitentibus quando grauè est peccatum quod falsum esse ostendit. ¶Psal. psamo 50. dicens. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris, quę locutio obscura est, & ideo exponenda. Est igitur unus intellectus secundum B. Tho. post glo. super epistola Rom. 3. ubi ponitur hæc auctoritas sic. Ego peccaui tibi soli. i. quia rex sum non habens superiorem hominem qui me puniat de adulterio, & homicidio cōmisso, id est tibi deo reseruatur peccatum meū puniendum, malum corā te feci, id est scienter & si alij ignorauerint, uel coram te id est oculo aspectu oculo misericordiæ tuæ ad te conuersus, ab hoc ergo pctō munda me: quia cognosco. id est doleo, & pœniteo, quod supra petierat, & hoc ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum indicaris, s. ex hoc sequitur hoc bonum: quia iustificaberis, id est iustus manifestaberis, id est uerax in sermonibus tuis in quibus ueniā promittis peccatoribus conuersis non solum illo sermone Ezec. 18. Peccator in quacunq; hora cōuersus fuerit &c. quia hmōi uerba psalm. prius fuerunt dicta ante uerba Ezech. sed etiam illo sermone quo dicitur Leui. 26. Orabunt pro impietatib. suis & recordabor fœderis mei. Et Deuter. 30. si dictus pœnitudine reuersus fueris ad deū reducet te dominus deus tuus, & miserebitur tui, & uincas, i. uinces opinionem hominū falsō æstimantiū cum iudicaris ab eis. Aestimatis quod non parces peccatum Dauid uel alijs peccatoribus ita quod ly, ut hic tenetur consecutiuè non causatiuè. Alius sensus est ut ly, ut referatur non ad illud munda me: sed ad illud tibi soli peccaui cōsecuti ne tuā non causatiue, & est consensus. 2. Regū 12. Ego peccaui tibi ut iustificeris sermonib. tuis, id est ex peccato meo consecutum est, quia tu apparens iustus, id est fidelis, & uerax in tuis sermonibus, id est promissionibus non frangens ipsa, & contrafaciens propter peccatum meum uel aliorū. Promiserat enim deus Dauid quod regnum suum stabiliret in æternum. 2. Regum 7. quæ promissio erat implenda per incarnationem Christi, sed à quibusdā dicebatur quod propter peccatum Dauid non esset: deus illam obseruaturus, sed quia talis prophetia erat prophetia nō cōminationis, quæ mutari potest si humana merita mutantur sm illud. Hiere. 8. Repente loquar aduersus gentem, quia ad illa respicit, sed erat prophetia prædestinationis secundum quā prædicitur aliquid quasi oibus modis implendum. Et ideò si factum non fuisset, quod promissum est. Dauid præiudicaret diuinæ iustitię. i. ueritati, & non appareret deus verax, & fidelis in promissis oīno de implendis. Sed implēdo promissum illud etiā peccantem Dauid apparet iustus, uerax in suis sermonibus promissoriis, & vincit opinionem falsam qua iudicatur mutabilis, & nō fidelis in promissis. Et hęc est expositio secūda ad propositum Apostoli ibi inducta. Alię expositiones dimittātur. ¶Item iudicant alij deū temerarie eo. s. qđ affligat bonos, & nō præmiet hic de quib. dicitur Malach. 3. Dixistis vanus est qui seruit deo, & quod emolumentum recepimus, quia mandatis eius obediuimus? Sed hoc esse falsum, & temerarium iudicium ostēdit ipsę dicēs Hiere. 12. Qđ iudicis mecū in iudicio contendere? Oēs dereliquistis me, unde quilibet meretur gehēnā non solum propter originale & alias pœnas, & iō nullus potest conquæri. Hier. 12. Iustus quidē tu es, de pę. di. 3. quid ergo, ubi dicitur. Quid ergo turbantur, nemo uidēt malignos prosperitatē habere turbetur. Nō hæc retributio malignitatis neq; virtutis, & si aliquo mō contingit ut aliqua sit retributio uel malitiæ uel uirtutis, non tamen sm qđ dignū est, sed simpliciter ueluti quidā gustū iustitię uel inditij, ut qui resurrectionem non credunt talibus doceantur. Quando itaq; videmus maliguum ditescere non subruamur, & quando uidemus bonum mala pati nō turbemur, illic corona, illic supplicia. Est & alia ratio, quia non potest malus in omnibus malus esse, sed habet aliqua bona. Nec bonus in omnibus bonus esse, sed habet aliqua peccata, quando ergo prosperitatem habet homo malus, malo capitis sui est. Cum ergo pro illis bonis paucis hic retributionem accipit illic iam plenius punietur. Potest etiam referri memoria bonorum ad minorem pœnam habendam. ut bona quæ inter multa mala fiunt proficiant ad præsentis uitæ uel futuræ præmium obtinendum, sed ad tolerabilius extremi

iudicij

Qualiter exponitur Tibi soli peccaui & malum &c.

De secūda iudicatione de Deo Temeraria

Supplicium subeundū sicut de fide & cæteris. §.3.

De iudicio temerario de se ipso.

Iudicās se Deo gratum.

Iudicās se spiritualem.

Non curās aliorum dicta.

Iudicij, quæ sine charitate habētur, hæc ibi. Quantum ad tertium principale, scilicet iudicando de seipso temerariè dicitur. 1. Cor. 11. Si nosmetipsos iudicaremus, non utique a domino iudicaremur. In iudicio hoc, prio primo oportet fieri diligentem examinationem, & de hoc intelligitur auctoritas. Secundo redargutionem, & punitionem in se de manifestis, & hoc qlibet iuxta illud Psal. 118 Feci iudicium, & iustitiam. Tertio potest fieri absolutio, ut scilicet qs pro certo reputet se innocētem, & sine mortali & hoc nulli licet. Et de hoc Apostol. 1. ad Cor. 3. Neque meipsum iudico, hæc Tho. super epistolas. ¶ Sciēdum igitur quod tale iudicium est temerarium, quando quis existimat certitudinaliter esse se deo gratum & uirtuosum, quia eū nō remordet conscientia de mortali. Vnde ab hoc iudicio caue sibi Apostolus dicēs. 1. ad Cor. 4. Neque meipsum iudico idest innocētem pro certo me non estimo. Cuius rationē assignans subdit. Nihil mihi cōscius sum idest non habeo cōscientiam alicuius peccati mortalis, sed non in hoc iustificatus sum idest nō sufficit ad hoc, quod me iustum uere pronunciem, quia pñt aliqua peccata in me esse, quæ me latent iuxta illud psal. 18. Delicta quis intelligit. Sed hæc scilicet certitudo iudicij de corde alicui⁹ reseruatur soli deo, propterea subdit. Qui autem iudicat me dominus est secundum illud Prouc. 16. Spirituum ponderator est dominus. Nam de homine dicitur etiā ad quo seipsum. Nemo scit scilicet per certitudinem utrum odio uel amore, scilicet dei sit dignus. Eccl. 9. quamuis enim quis iudicat se age e uirtuosa opera, & frequenter & dele abiliter & prompte quo ad debitum finem, quod est signum habitus generati, tamen quia actus uirturum acquisitarum sunt ommmo similes actibus uirtutum infusarum, non potest quis scire, utrū talis actus bonus procedat a uirtute præcisè acquisita in ipso, quæ non sufficit ad salutem, aut uirtute infusa necessaria ad salutem, quæ est gratia. ¶ Secundo est temerariū iudicium de seipoſo cū estimat sibi licere iudicare de cunctis reputās se spiritualem pro eo quod dicit Apostolus. 1. ad Corin. 2. Spiritualis omnia iudicat, & ipse a nemine iudicatur, temerarium est enim et præsumptuosum, ut quis reputet se spirituale, nam secundum Th. super dicta auctoritate dicitur spiritualis, cuius spiritus illustratur secundum intellectum & inflammatur secundum affectum a spiritusſancto, quod sciri pro certo non potest. Nec intelligitur illud Apostoli, quod talis spiritualis iudicet omnia facta hominum etiam dubia, sed quod de singulis quæ pertinent ad salutem rectum iudicium habet utrum scilicet hoc sit bonum uel malum. Nam ut dicitur. 1. ethicorum. Vnusquisque bene iudicat quæ cognoscat, & horū est optimus iudex, sicut medicus de medicinalibus, & sicut uere uirtuosus de moribus, qui sint boni uel mali, qui autem non est spiritualis modo predicto non potest bene iudicare de huiusmodi. Et ideo subdit q ipse spiritualis a nemine idest ab homine non spirituali non iudicatur. Non autem intelligendū est tanquam a superiori suo non possit iudicari sicut alij. ¶ Tertio est iudicium temerarium quando quis æstimat nō curandum quicquid iudicent uel suspicentur homines de eo bonum uel malum ait Apostolus. 1. Cor. 4. Mihi autem pro minimo est, ut a nobis iudicer utrum scilicet sim fidelis & idoneus minister Christi aut ab humano die idest ab humano intellectu quocunque, uel i præsenti tempore secūdum glo. Temerarium est hoc. Nā dr Eccl. 41. Curam habe de bono nomine, & Augusti. Qui negligit famam suam nimis crudelis est. 11. q. 3. Non sunt audiendi. Vt ergo dicit B. Thom. super epistolas in dicto passu de iudicio aliorum hominum erga se dupliciter curari contingit seu curā habere. Vno modo quatum ad alios qui ex eorum bono opere ædificantur, & malo scandalizantur, & sic boni non pro minimo: sed pro magno habēt ab hominibus iudicari, cum dicat Mat. 5. Videāt opera uestra bona & glorisicent patrem uestrum. Alio modo quantum ad seipsos, & sic non multum curant, quia nec gloriam temporalem concupiscunt, iuxta illud Esa. 51. Nolite timere opprobrium hominum. Et hoc est quod ait Apostolus. Mihi autem, idest quantum ad me pertinēt pro minimo dicit, quia fama inter minima bona computatur idest inter temporalia. ¶ Quarto iuditium temerarium est ut aliquis æstimet iudicium suum in agendis infallibile, & alios idē debere sentire, cum dicat Aug. de conse. di. 4. In una & eadem re tot fere sententiæ, quot homines, & Apostolus ad Ro. 13. Aliud iudicat inter dié & diem idest aliqua die abstinendum, & aliqua non secundum continētiam legis. Alius iudicat omnem diem scilicet habendum indifferenter ad abstinendum, uel non abstinēdum, & intelligitur de illis legalibus proprie de quorum obseruatione erat uaria opinio inter Iudæos conuersos, uel etiam de illis abstinentijs, quæ licitè possunt seruari omni

die,

die, vt non comedere carnes, & huiusmodi. Et subdit Apostolus. Vnusquisque in suo sé su abundet. i. liber sit ad sequendum quod sibi uidetur, quod intelligitur secundum. Th. ibidem de indifferentibus, non de his quę de se mala sunt. Iustum ergo iudicium iudicate (ait Christus Ioann. 7.) secundum quod fecit Psal. 118. dicens. Feci iudicium & iustitiam, i. iustum iudicium.

¶ *De ingratitudine, & ibi de multis beneficiis nobis Deo concessis de quibus homo debet esse gratus Deo. Cap. 9.*

QVia prima & secunda species superbię quibus homo bona à Deo accepta ab eo non recognoscit, sed sibi attribuit, uel meritis suis ascribit, ad ingratitudinem pertinet secũdum Tho. ideò uidendum est de ipsa ingratitudine. Potest autem sic describi. Ingratitudo est uitium, quo beneficiatus non retribuit benefactori quod debet. Pro cuius declaratione est sciendum qđ duplex est debitũ. Vnum scilicet legale ad qđ scilicet quis lege astringitur, & ad hoc reddendum inducit iustitia uirtus cardinalis. Aliud est debitum morale ad quod scilicet quis inducitur ex honestate uirtutis & hoc reddit gratia seu gratitudo respectu beneficij accepti ab alio quæ est uirtus specialis pars annexa iustitiæ. Et quia ex hoc aliqđ ẽ pc̃tm· quia repugnat seu cõtraria tur uirtuti, iõ ingratitudo q̃ nõ reddit q̃ dẽt benefactori cum contrarietur gratitudini est peccatum semper secundum. Bc. Tho. 2. 2. q. 107. ar. 1. Vnde & Apostol. 2. ad Thim. 3. in gratitudinem connumerat in alia peccata cũ dicit. Erunt homines seipsos amantes parentibus non obedientes, ingrati, &c. Nec potest se aliquis excusare à uitio ingratitudinis ex impotentia, quia scilicet non potest recompẽsare benefactori, quia ad debitum gratitudinis reddendum magis attenditur uoluntas quã opus. Vnde Sen. in 1. de beneficijs dicit quod beneficium non in eo quod fit, aut datur consistit, sed magis in dantis aut facientis animo, & Deo sufficit uoluntas recompensãdi cum de est facultas. Procedit siquidem debitum gratitudinis ex debito amoris à quo nullus dẽt uelle absolui, secundum illud Ro. 13. Nemini quicquam debeatis nisi ut inuicẽ diligatis, & attenditur ibi æqualitas uoluntatum, ut scilicet sicut ex promptitudine uoluntatis beneficus aliquid exhibuit, ad quod non tenebatur, ita, & ille qui suscepit beneficium aliquid supra debitum recompensat, uel habeat uoluntatem recompensandi si non põt effectu recompensare. Nec etiam ex obliuione potest quis excusari ab ingratitudine nisi illa procederet ex naturali defectu, quæ non subiacet uoluntati, non autẽ ex illa quæ pue nit ex negligentia, nã ut dicit in Sene. in 3. de beneficijs. Apparet illum non sæpe de reddẽ do cogitasse cui oppræsit obliuio. Vnde de illo antiquo populo ingrato dicitur in Psalm. 105. Obliti sunt Deum qui saluauit, qui fecit magnalia in Egypto mirabilia in terra Cham terribilia in mari rubro, & dixit disperderet eos. Vbi ponit Psal. illorũ ingratitudinem qa obliti sunt Deum non solum in hoc, quia nõ dilexerunt nec laudauerunt Deum benefactorem, nec aliquid in eius obsequium fecerunt: sed grauiter ostenderunt adorantes uitulum aureum pro Deo, & conquærentes de eo, & quia sunt indignati contra eum. ¶ Scđo in breui describit beneficiorum à Dño collatorum multitudinem ibi qui saluauit eos &c. Saluauit eorum patres tempore famis in Egypto postea fecit magnalia in Egypto, copiosissimè multiplicando eos, flagelando Egyptios multipliciter, terribilia in mari rubro eos per mediũ sicci maris pẽducẽdo, & Pharaonem cum exercitu ingressum in aquis submergendo, mirabilia in terra Cham per desertum deducẽdo cum pastu manne de cęlo, & terram Cham. i. terrã promissionis ipsis habitatoribus extinctis eis in possessione concedẽ do. ¶ Tertio subdit ingratitudinis punitionẽ, ubi, dixit ut disperderet eos, uoluit quidem eos delere pro illa ingratitudine qua adorauerunt uitulum aureum, sed Moysę orante placatus factus est & suspendit sententiã. Sed cũ plures idolatrassent, & multis modis Deũ offendissent, propter q̃ dati sunt in seruitutẽ pluribus uicibus, subdiuersis tyrannis in libro Iudicũ & 1. Reg. & cum clamãtes ad dominũ compuncti ad Deum reuerterẽtur, Deus liberasset eos de necessitatibus suis, demũ ad dẽtes summã ingratitudinẽ uidelicet in occisione crudelissima unigeniti filij Dei dispsit eos per uniuersum in seruos, & ancillas destructa usque ad fundamenta ciuitate Hieru salem in numerabilibus personis mortuis gladio, pestẽ, & fame ex illis ab exercitibus Titi & Vespasiani, & uicijs infidelitatis, & alijs dẽditos ad æternã dãnationẽ deducit. Et quia omnia in figurã cõtigebãt illis. Facta sunt aũt propter nos ait Apostolus. 1. ad Corinth. 10. Fuit. n. istæ p· pulus figuratiuus populi christiani. Ita demum eueniet christianis, & peiora si ingrati fuerint inuẽti. Saluauit enim eos

à peccatis

Debitũ duplex.

Adde quod habetur in §. sciendum instituț. de dona. & i aut. vt cum de appella. cog. §. Causas aut̃ collat. 8. & in l. unica. C. de ingra. libe.

De ingratis l. propera tur.

à peccatis eorum per passionem suam. Fecit magnalia in Egypto tenebrosa mundi, quia magna documenta doctorum magnas cõuersiones populorum, magna exempla perfectæ uitæ sanctorum fecit mirabilia in terra Chã, in terra ecclesiæ mirabilia miraculorum, mirabilia sacramentorum, & inter ea præcipuũ euchristiæ: terribilia in mari rubro, quia prostrationes diaboli, & omnium peccatorum, & iterum in mari pœnitentiæ, & lachrymarũ, & in mari rubro effusionis sanguinis martyrum glorioſorum. Vnde timere habent ne si inueniantur ingrati dispergantur, & temporali dati in captiuitatem aliorum, & spiritualiter in cruciatum dęmoniorum & cætera.

§.1. Ingratitudo peccatũ spetiale

¶Est autem ingratitudo speciale peccatum. Quamuis enim secundum Beatum Thomam 2.2.q.107.arti.2.in quolibet peccato sit materialis ingrartitudo ad Deum inquantum.s. facit homo aliquid quod potest ad ingratitudinem pertinere: quia summus benefactor est nobis, & tunc est circunstantia aggranãs peccatum, tamen formaliter ingratitudo est quando actualiter beneficium contemnitur, sicut enim gratitudo est specialis uirtus habens diuersos gradus, quorum primus est quod beneficium recognoscat, secũdus quod gratias & laudes agat, tertius quod retribuat pro loco, & tempore secundum suam facultatem. Ita ingratitudo quæ ei opponitur ut patet ex ipso nomine. Nam ingratitudo dicitur quasi non gratitudo est speciale peccatum habens diuersos gradus. Et quia quod est ultimum in generatione est primum in resolutione. Ideò primus gradus ingratitudinis est, ut homo beneficium non retribuat secundum quod recepit, secundus est quòd dissimulet, id est non laudet, nec gratias agat, tertius est qđ non recognoscat siue per oblinionem siue per quęmcunque alium modum. Et quia in negatione intelligitur affermatio opposita. Ideò ad primum gradum ingratitudinis ꝑtinet, ꝙ aliquis retribuat mala pro bonis. Ad secundũ quòd beneficium uituperet. Ad tertium quod quasi maleficiũ reputet in mẽte tua ipsum beneficium. Vnde Seneca in tertio de beneficijs. Ingratus est qui dissimulat, magis ingratus qui non reddit, ingratissimus qui est oblitus. ¶Est autẽ ſm Thom. uti supra quandoque mortale, quandoque ueniale ipsum peccatũ ingratitudinis. Dicitur.n. quis ingratus dupliciter, ut dictũ est. Vno modo per solã omissionẽ: puta quia nõ recognoscit uel nõ laudat, vel nõ retribuit uices pro bñficio accepto. Et hoc nõ est semper mortale, quia debitũ gratitudinis est, ut homo etiã aliquid specialiter tribuat, ad quod nõ tenetur. Et ió si illud prætermittit non peccat mortaliter. Est tamen peccatum ueniale, quia hoc nõ ꝓuenit nisi ex negligentia quadam aut ex quadam indispositione hominis ad uirtutem. Potest tamen contingere, quod talis ingratitudo sic etiam mortale peccatum, uel propter interioré cõtentũ, uel propter cõditionẽ ei⁹, qđ subtrahiatur benefactori à beneficio, quod ex necessitate debetur siue simpliciter, siue in aliquo casu necessitatis, sicut si quis patrẽ suũ qui post Deũ est maximus benefactor filij cũ ab eo receperit esse, cõtemneret recognoscere, ut patrem suum, propter utilitatẽ cõditionis, vel debilitatẽ sensus, vel tenuitatẽ substãtiæ & huiusmodi. Aut etiam nõ subueniret ei in magnis necessitatibus suis cum posset, uel non laudaret eum in quo laudandus est præcipue cũ ex tali omissione laudationis sequitur ei uituperium, uel infamia ipsius patris. Et idem uidetur de alijs, qui magna beneficia contulissent. Secundo modo dicitur aliqs ingratos, quia non solum prętermittit implere gratitudinis debitum, sed etiam contrariũ agit. Et hoc ẽt ſm cõditionẽ eius, quod agitur qñq; est peccatũ mortale, qñq; ueniale, puta si quis Deũ summũ omniũ bñfactorem quasi odiat seu pro nihilo habeat, uel cõdemnat, ꝙ eũ fecerit in hũc mũdum uenire, & esse quod solet accidere cũ quis est tribulationib. & angustijs, & tẽtationib. præsſus, uel nõ hẽt bona quæ in alijs cernit, uilificãs beneficia Dei sibi cõcessa. utique hoc est peccatũ mortale quando ſm deliberationẽ rõnis euenit. Secus si secũdũ motum sensualitatis. Multomagis esset si ipsa Dei beneficia uituperaret sibi collata, uel blasphemaret eũ ꝙ in mundum fecit eũ uenire, & quod nil ab eo habuit nisi mala, & hmõi. Adhuc ãt grauius si aliqs faceret i iniuriã Dei vt ꝓsequẽdo seruos Dei, & hmõi. Et similiter qui parẽtes exprobraret, & cõtumelij afficeret, aut uerberaret, aut alias personas multum benefactrices, talis ingratitudo esset mortale, aliàs ueniale, de ingratitudine magna populi đi vt loquẽs Moyses. Deu. 32. ait. Incrassatus est dilect⁹, & recalcitrauit, incrassat⁹, impĩguat⁹, dilatat⁹, dereliqt Deũ factorẽ suũ, & recessit à Deo salutari suo. Incrassatus. ſ. i naturalib. bonis collatis sibi, impiguatus in spũalib⁹, dilatat⁹ i tẽporali⁹, recalcitrauit. ostẽdẽdo ope, dereliqt Deũ, nõ recognoscẽdo beneficia, & recessit à Deo nõ agendo gratias ei, non laudãdo ipsum: sed idola. Cũ

Aliquis dicitur ingrat⁹ dupliciter.

Ingrat⁹ contrarium agens.

autem ingratitudo est veniale talis ingratitudo non est contra charitatem, sed præter: q̃ a non tollit habitum charitatis, sed excludit aliquem actum eius ut feruorem, & quamuis in quolibet veniale peccato, sit ibi aliquid ingratitudinis inquantum, s. peccatum veniale tollit aliquem actum uirtutis, per quem homo obsequitur Deo, non est tamen ibi perfecta ratio ingratitudinis. ¶ Cum autem ingratitudo est mortale difficulter potest reperiri nisi mixta cum materijs aliorum peccatorum, nam si quis non recognoscat uel contemnat Dei beneficia in se, erit ibi communiter accidia uel inuidia. Et si iniuriatur parentibus vel alijs benefactoribus uerbo, erit ibi contumelia, vel blasphemia, vel aliquid aliud. Et si facto erit ibi furtum, uel impietas uel læsio corporalis, & huiusmodi. Cum autem quis hoc solum faciat, ut ipsum beneficium notabile vituperet, & vilificet, uel contemnat, fortè solũ ibi ingratitudo erit. Et ut dicit beat. Thom. vbi supra, nihil prohibet formalem rationem alicuius specialis peccati in pluribus generibus peccatorum materialiter inueniri. Et secundum hoc in multis generibus peccatorũ inuenitur ratio ingratitudinis. Notandum etiam secundum Thom. ubi supra, quod ille qui ignorat beneficium nõ est ingratus, si beneficium non recompenset, dummodo sit paratus recompensare si nosset. ¶ Est autem laudabile, vt ille cui prouidetur seu datur beneficium ignoret dupliciter, primo modo propter inanis gloriæ uitationẽ sicut beatus Nicolaus fecit cum proijciens occultè aurum in domo conuicini pauperis humanum fauorẽ uitare voluit. Vnde Seneca in secundo de beneficijs cum dixisset, quod hoc beneficij lex est quod alter scilicet dans statum debet obliuiſci dari. Alter scilicet recipiens memor esse accepti, quasi se declarans in 7. eiusdem libri dicit. Errat si quis æstimat cum dicimus eum, qui beneficium dedit obliuiſci excutere nos illi memoriam rei præsertim honestissimæ. Cum ergo dicimus meminisse non debet hoc, uolumus intelligi prædicare non debet nec iactare. Secundo est laudabile, vt ignoret beneficium, quia in hoc ipse amplius beneficium facit quo consulit verecundiæ eius, qui beneficiũ accipit. Vnde Sen. dicit in eodẽ lib. quod interdũ fallẽdus, ẽ qui iuuatur ut habeat, nec a quo acceperit sciat.

Ignorãs beneficium dupliciter laudat.

§. 2. Ingratitudinis grauitas

¶ Grauitas huius peccati ingratitudinis magna est, propter quod ps. excitat se ad gratitudinem exhibendam dicens. Benedic anima mea domino. ¶ Secundo prouocat se ad ingratitudinem fugiendam dicens. Noli obliuiſci omnes retributiones eius ideſt beneficia ei⁹. Appellat autem beneficia retributiones: q̃a facientibus nobis mala, pro malis Deus retribuit bona, ideò noli obliuiſci, quia hoc pertinet ad ingratitudinem, & vt magis euitet ingratitudinem enumerat beneficiorum reuerendam multitudinem ibi. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, &c. Ipsa autem grauitas huius peccati ostenditur ex quatuor quæ ex ea sequuntur.

¶ Primo concessa bona auferuntur.

¶ Secundo dimissa peccata reuertuntur.

¶ Tertio grauissima mala oriuntur.

¶ Quarto promissa beneficia subtrahuntur. §. 3. Ingratitudo aufert concessa.

¶ Quãtum ad primum dicit Aug. quod Deus dederat gratis abstulit ingratis. Vnde saluator dixit Iudæis ingratis postquam posuit parabolam uineæ plantatæ, & locatæ agricolis, vbi ostenditur ingratitudo illorum. Ideò auferetur à uobis regnũ Dei. Præter expositionem litteralem parabolæ videlicet de illo populo Iudæorum qui vt uinea plãtatus a Deo ideſt positus in terra promissionis cum torcularis legis, quæ timore præmebat, i. retrahebat a malis, & sepe. s. custodiæ angelicæ, & turri templi nominatissimi in cultu diuino locatus, ideſt deditus fuit in curam principibus sacerdotum, ut Deo faceret fructificare p bona opera. Et ad sollicitandum hoc misit diuersis temporibus plures nuncios ideſt prophetas: sed illi, ut ingrati occiderunt prophetas, & demum filium Dei patris, qui uineam plãtauerat, & locauerat, propter quam ingratitudinem ablatum est regnum Dei. i. regimen fidelis populi ab eis, & itellectus uerus scripturarum. Habet nihilominus parabola sensum moralem. ¶ Vinea enim designat animã quãlibet quæ a Deo plantatur in creatione, in qua ponitur torcular remorsus conscię turris rõnis, ex qua possit uidẽdo distinguere amicos ab inimicis, sepe circundatur, s. custodia angelica, quæ undique custodit, locat colonis. s. appetitui intellectiuo, & sensitiuo, uites in ea sunt inclinationes ad uirtutes, vel quod plus est habitus uirtutem, qui infunduntur in baptismo. Tempus fructuum appropinquat cum incipit haberi usum liberi arbitrij, quo debet in honorem Dei fructus producere bonorũ operũ, tunc mittit Deus nũcios suos. i. bonas inspirationes, & instinctus mẽtales ad bñfaciẽdũ, uel documenta p̃dicatorũ, & aliorũ. Sed ut ingratus istos mortificat, & cõtẽnit. Demũ ipse Dei filius in sacramẽto altaris nenit ad eum, sed uel non recipit, uel receptum

Anima dicit vinea.

ejicit

De ingratis circa sacramentum altaris.

eijcit extra se,& crucifigit malis operibus suis secũdũ illud quod ait Apostolus ad Hebreos 6.c.de prauis christicolis. Rursus crucifigentes Dei filiũ in semetipsis, & ostentui habites. Quid ergo facit dominus his ingratis? Aufert ab eis regnũ Dei, illud uidelicet de quo ait Apostolus Rom.14.Regnum Dei non est esca & potus: sed iustitia pax & gaudium cũ spiritusancto.Iustitia aũt est omnis uirtus ſm philosophum.De hac ingratitudine conquærens dominus sub nomine uineæ qũo per ipsum auferuntur bona spiritualia dicit Esa. 5. Vinea facta est dilecto meo,& sepiuit, & lapides elegit ex ea.s. ad faciendum materiam p custodienda ipsa. Lapides sunt patres solidi uirtute,qui custodiunt animas,& plantauit uineam electam.i.uites præcipuas, & ædificauit turrim,& torcular extruxit in ea,expositasunt supra.Et expectauit ut faceret uuas,& facit labruscas,uuæ sunt opera uerè uirtuosa, labruscæ sunt opera, quæ habet apparentiam boni.Et subdit de hac ingratitudine loquens, & conquærens. Quid ultra debuit facere uineæ,& nõ feci? Et nunc ostenda quid faciam uineæ.Auferam sepem.i.subtraham custodiã.s.sollecitationem angeli custodientis,diripiã materiam.i. patres remouendo, ponam eam desertam subtrahendo gratiam,nõ putabitur à prælatis per reprehensionem superfluorũ, nec fodietur per contritionem, & confessionem.Ascendent spinæ malorum desideriorũ super eam,& nubibus mandabo ne pluant super eam.i.uerbum subtraham compunctionis à prædicatoribus, &c. Ad hoc etiam facit qđ ait Hiero.in li.iudi.Deus qui uidet in abscondito prospiciens mentem,& animos uitijs ac passionibus seruientes, & in corde eius se nõ diligi,sed aut auaritiam,aut libidinem, aut iactantiam,descendit mente eius. s.subtrahẽdo gratiam, & reliquit domum eius uacuam, s. uirtutis.11.q.3. audi. Primi parentes, quia repleti omnibus bonis naturalibus,& spiritualibus omnium uirtutum, & temporalibus ingrati fuerunt Deo adherẽtes aduersario ei⁹, & mandatum transgredientes,omnibus uirtutibus expoliati sunt.Ingratus enim extitit inquit Aug.qui plenus uirtutibus Deum omnino non timuit,de pẽni.dist.6.

§.4. Peccata quomo redeũt.

¶ Quantum ad secundum propter ingratitudinem peccata dimissa redeunt. Vnde dominus in parabola de seruo debitore decem milium talentorum,qui ut ingratus noluit misereri conseruo suo pro paruo debito centum denariorum ob amorem domini sui, qui sibi remiserat decem milia talenta,iratus ipsæ dominus contra eum tradidit eum tortoribus, quousque redderet uniuersum debitũ Matt. 18.Vbi dicit Rabanus. Considerandum est, quia dicit uniuersum debitum,quia non solũ peccata quæ homo egit post baptismum imputabuntur ei ad pœnam,sed etiam originalia quæ ei in baptismo dimissa erant. ¶ Quomodo autem peccata dimissa per pœnitentiam, vel baptismum per recidiuum sequens dicantur redire propter ingratitudinem de beneficio pceptæ remissionis,tractatur diffuse hæc materia de pẽ.dist.4.in prin.tam in tex.quam in glo.Et in 4.senten.dist.22.per to.& B.Th. ibidem in scripto,qui demum post alias opiniones determinando dicit,q̃ peccata dimissa realiter,nunquam redeunt ad animã,nec quo ad culpam,nec quo ad pœnam,ut scilicet pro omnibus dimissis sustineat pœnam, sicut si nũquam fuissent dimissa.Nec etiam sequens culpa recidiui est tantæ grauitatis sicut omnia dimissa peccata simul, nec etiam digna tanta pœna quantam merebantur omnia illa. Sed redire dicuntur secundum quid non simpliciter.i.secundum quendam effectum aggrauationis propter illam circunstantiam ingratitudinis. Habet.n.illa culpa recidiui quandã maiorem grauitatem propter illam ingratitudinem, quam grauitatem si haberet qui beneficium illud non percepisset sicut etiam ille, q̃ recepisset magnum beneficium à Domino suo temporali super excessu perpetrato cõtra eum sibi relaxato utique maiori pœna dignus est quam si non recepisset tantum beneficiũ. Et hoc idem confirmat Gratia.de pœ. di.4.§. uerum dicens. Illa peccata dimissa redire dicuntur, quia quisque post acceptam remissionem ad uomitum redierit, tanto grauius punietur, quanto benignitate Dei abusus singulorũ remissioni acceptæ ingratus extitit hæc ibi.Vnde & Guliel.dicit q̃ quamuis quis non teneatur peccata debito modo confessa iterũ confiteri,debet tamen dicere se aliàs in similia incidisse si recidiuauit, ut deprehendatur maior grauitas peccati propter illam ingratitudinem adunctam.Seruus etiam liberatus à seruitute propter ingratitudinem commissam erga Dñm suum redigitur in seruitutem secũdum iura. Dicit Apostolus ad Hebreos 10. Deteriora meretur supplicia, qui filium Dei conculcauerit,& sanguinem eius pollutũ duxerit, quẽadmodum Iudæus, & hoc pp ingratitudinem. Quanto.n. quis recipit maiora beneficia,tanto faciens mala magis ingratus est unde cæteris paribus grauius peccat, & grauius punitur.Ex quo sequitur q̃ pro eodem

peccato cæteris paribus grauibus punietur fi delis, q̃ infidelis religiosus q̃ secularis, & præ latus q̃ subditus, quia plus ingratus ſm B. Th. ad quod facit quod dicit. Vrbanus Papa. 12. q. 1. ſcimus. Et exemplum in uitiſpatrum de il la Caluaria quæ adiurata dixit ſe i uita fuiſſe Paganam, & in inferno eſſe. Et ſub paganis Iu deos. Et ſub Iudæis malos chriſtianos in pro fundo.

§. 5. Ingrati tudo in ducit multa mala.

¶ Quantum ad tertium pp ingratitudinẽ in currit quis multa mala & temporalia, & ſpiri tualia. Dicit. n. Apoſtolus Ro. 1. de antiquis philoſophis, quòd cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, neq; gratias egerunt: ſed euanuerũt in cogitationib. ſuis, ſibi attribuentes beneficium eis à Deo cõceſ ſum ut intellectus. Propter hoc uitium ingra titudinis tradidit illos Deus in reprobũ sẽsũ & vitio idolatriæ contra naturam. i. tradi per miſit. Et poteſt ponit multa alia peccata grauia, in qua mcurrerunt. Repletos inquit omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, &c. ibi uide. Ezechias rex Hieruſalem poſt uictoriam maximam & liberationem de manibus. Sennacherib, quia nõ ſufficienter gratias egit, cantando canticũ dño, ſm moré illius po puli, ideo propter ingratitudinem ægrotauit Ezechias vſque ad mortem, ut dicit Ioſeph⁹, hiſtoriam habes. Eſa. 38. Ioas rex Iuda ingra tiſſimus fuit ergo Ioiada ſummum ſacerdotẽ, nam uxor eius occultauit eum, cum paruulus eſſet, & quæreretur ad occidendum ab Attha lia, & poſtea in ſeptimo anno ipſæ Ioiada or dinauit ſibi dari regnum interfecta Atthalia cum poſtea mortuo Ioiada filius eius Zacha rias repræhenderet eum de uitijs ſuis, adeò malus, & ingratus fuit, q̃ fecit eum occidi. Vñ poſtea infirmatus eſt, & mala ſibi fuit vt ha betur 2. Paral. 24. Viri Sichen quia ingrati fuerunt occi en. 70. filios Gedeonis, à quo liberati fuerant e manib. Madianitarum occiſis centmmuigiuti milibus ex eis, ideò ſuſti nuerunt multam præſſuram. Indæi ingratiſſi mi de beneficijs Chriſti, ut cum crucifigeret, capta tandem Hieroſolyma poſt mortem in numerabilium ferro, peſte, fame, diſperſi ſunt per orbem. Magis tamen Chriſtus conquæri tur de noſtra ingratitudine, q̃ de ſua paſſione dicens per deuotum Bern. Vide homo quæ pro te patior. Ad te clamo qui pro te morior. Vide plagas, quibus afficior. Vide clauos, quibus cõfodior, & cum ſit tãtus dolor exterior, & interior, plus tñ crucior, q̃ te ingratum ex perior. Huius ingratitudiuis mitabatur Salo mon Eccleſiaſt. 9. ubi dicit. Ciuitas parua, & pauci in ea uiri, uenit contra eam rex magnus & extruxit munitiones eius per gyrũ, & perfecta ẽ obſidio inuẽtusq; ẽ uir pauꝑ in ea, & liberauit eã p ſapiẽtiã ſuã, & nemo deinceps recordatus eſt pauperis illius. Ciuitas hic mũ dus eſt, parua eſt reſpectu uniuerſi, pauci uiri .i. uirtuoſi in ea rex q uenit cõtra eã diabol⁹ eſt, q̃ oẽs tenebat obſeſſos, ut caperet p dam nationẽ, pauꝑ inuẽtus in ea Xps eſt, qui libe rauit eam per prudentiam ſuam, diabolũ paſ ſione ſuperando, ſed non eſt qui recogitet tã tum beneficiũ, & qui audiat uerba illius pau peris ecce maxima ingratitudo.

§. 6. Ingrati tudo ſubtra hit pro miſſa.

¶ Quãtũ ad quartũ dicit Augu. Nõ eſt dignus dãdis qui ẽ ingratus de datis. Et Bern. Ingra titudo eſt uẽtus deſicans, & vrens fontẽ diui næ pietatis, fluenta gratiæ roré miſericordiæ. Sap. 16. Ingrati ſpes tãquã hibernal glacies ta beſcet. i. deficiet. ſ. quia nõ recipiet beneficia, q̃ ſperabat, ipſa demũ gloria fidelib. promiſſa ingratus priuatur. Vnde gl. ſuper epiſtola ad Corin. Nemo donis Dei fiet beatus, qui eis extiterit ingratus. Sicut. n. ſm iura ciuilia pa ter pp ingratitudinẽ põt priuare filiũ, ex tota hereditate bonorũ ſuorum, qui aliàs non poſ ſet, ita Deus pater priuat ingratos hæreditate gloriæ ſi perſeuerent in ingratitudine. Nõ. n. de facili ſunt ſubtrahenda beneficia ingra tis, vñ dicit B. Th. 2. 2. q. 107. q̃ circa ingratũ duo ſunt conſideranda. Primũ quidem quod ipſæ ingratus dignus ſit pati, & ſic certũ eſt, q̃ meret̃ bñficij ſubtractionẽ. Aliud eſt conſi derãdũ. ſ. q̃d oportet ipſum beneficiũ faecre. Et primo quidẽ nõ debet eſſe facilis ad ingra titudinẽ iudicãdã, q̃a frequẽter (ut ait Señ.) qui non reddit, tñ gratus eſt ex eo uidelicet q̃a forte nõ occurit ei facultas aut opportuni tas reddẽdi ſecũdo deẽ attẽdere benefic⁹ ad beneficiatũ de ingrato faciat gratũ, q̃d ſibi nõ põt primo beneficio facere forte faciet ſecõ, q̃ ſi beneficij multiplicatis ingratitudinẽ au geat, & peior fiat tũc à beneficiorũ exhibitio ne ceſſare dẽt, & ſic facit glorioſius Deo, de quo Lu. 6. q̃ benignus eſt ſup ingratos, & ma los, qué imitari debemus, ut ibi dr̃, nam ut di cit Hiero. Moderatio Dei ac pietas, ſolũ nñm recitũ ꝙrit, ac nos cupit lõga ſua bonitate ſal uare, uidelicet nõ ſubtrahẽdo bona nobis col lata, diu expectãdo ad pẽnitẽtiã addẽdo con tinuẽ, & alia, ut grati reuertamur ad eum. Et ſubdit Hiero. q̃ ſi nõ cõuertimur ſi duri cor de ſumus, ſi i peccatis uſq; ad mortẽ illicitè pduram⁹, aſſiduè peccãtiũ nõ miſereẽ Deus. diſt. 93. c. Diaconi, & ſic demũ ablatis à nobis bonis ſuis ingratos ad gehẽnã tradit, & iõ noli

obliuiſci

ngrat tudo zechiæ & alio rum.

obliuiſci omnes retributiones eius. Sed benedic anima mea dominum.

Depoté tia animæ.

¶ Anima habet potentias quibus operatur intellectiuam, ſcilicet uolitiuam, & ſenſitiuam benedic ergo intellectu rememorando & cõſiderãdo bona tibi collata. Omnia noſtra ſunt ait Apoſtolus. 1. ad Corin. 3. ſ. diuinalia ad fruendum. i. perſonæ diuinæ intellectualia. i. angeli ad ſeruiẽdum, quia ut dicitur ad Heb. 1. Omnes adminiſtratorij ſpiritus ſunt. Rationalia ad conuiuendum ideſt homines. Irrationalia ad utẽdum pſal. 8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. Diſce, ait Bern. conſiderare ſingula quæ tibi apponuntur ſcilicet beneficia, ut nulla ſint quæ debita gratiarũ actione fruſtrentur. Benedic affectu ſuper omnia diligendo tantum benefactorem. Nam Ethnici hoc faciunt, ut diligant eis bñfacientes. Aug. in li. dẽ cathechizandis rudibus, Gamare piget rea mare non pigeat ſcilicet deum pro tantis beneficij. Nullus enim eſt tam ſeræ mentis. i. ita ingratus & durus, qui & ſi non uult impendere, uult tamen rependere. Sed tanta eſt ingratitudo hominis, ut quodcunque temporale etiam uile magis quàm deum diligat. Vnde ſi finali iudicio hanc ingratitudinem exprobando, reprobis oſtendet dicens (ut ait Chriſoſt.) Ego propter uos homo factus ſum. Propter uos deluſus, & crucifixus. Vbi eſt tantatum mearum iniuriatum fructus. Vbi eſt ſeruitus quam mihi debuiſtis prætio ſanguinis: Ego ſuper gloriam meam uos habui cum eſſem deus apparens homo, & uos omnem rẽ uilisſimam terræ amplius dilexiſtis quam iuſtitiam meam & fidem. Benedic ſenſitiua potentia. i. uoce laudando deum, & omnibus ſenſibus eius ſeruiendo, iuxta illud apoſtoli'. Magnificabitur Chriſtus in corpore meo'. Ad huiuſmodi ſcilicet obſequium præſtandum deo inducit omnis creatura ſeruiens ad nutum ſuo creatori. Vnde dicit Hug. de ſancto uictore quod quælibet creatura trina uoce quemlibet alioquitur uidelicet accipe, redde, fuge. Accipe beneficium ex me ad uſum tuũ. Accipe inquit cœlum a me illuminationem, & motum. Accipe inquit ignis a me calorem. Accipe ab aere reſpirationem. Accipe ab aqua refrigerium, & lotionem. Accipe ait terra a me animalia, uictualia, metala, & ſuſtentationem.

Nota qđ q̃libet creaturaquẽ libet tri na uoce alloquitur.

¶ Secunda uox eſt redde ſcilicet obſequium tuo benefactori & meo creatori, qui ideo me creauit ut tibi ſeruirem, ego ut grata ſemper tibi obſequor dum tibi ſeruio. Tu ergo multomagis ſibi obſequium præſtes in honorem ſuum me utẽdo, & ſibi de meo obſequio tibi impẽſo gratias agẽdo, ne ingrata inuenias. ¶ Tertia uox é fuge. ſ. ſuppliciũ tibi paratũ propter ingratitudinẽ. Nã ſi ingrata eris non me bene uteando & gratias agendo, omnes erimus contra te ad iudicandum pro deo tuã ingratitudinem Sap. 5. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Cœlum dicet: lumine meo imperpetuum priuetur. Ignis ãt, a me in inferno crucietur. Aer in me uentilebitur. Aqua per me in niuibus infrigidetur. Terra in cẽtro meo ubi collectę erunt omnes immundiciæ elementorum incarceretur. Ergo benedic recognoſcendo, diligendo, & ſeruiendo domino. Beneficia autem de quibus debet benedicere ne ingrata inueniatur in breui conpræhendit dicens. Qui propitiabitur &c. ubi nota ſex.

¶ Primo oblata diuinalia, ibi. Qui propitiatur.

¶ Secuudo collata ſacrãlia. ibi. Qui ſanat.

¶ Tertio ſublata infernalia, ibi. Qui redimit.

¶ Quarto data naturalia, ibi. Qui coronat te in miſericordia.

¶ Quinto allata temporalia. ibi. Qui coronat in miſerationibus.

¶ Sexto reſeruata ſupnalia, ibi. Qui replet in bonis &c. Pro his oĩb⁹ cũ cęco illuminato da gloriã deo, ut ſibi dictũ fuit Io. 10. Et cũ phariſeo, ſed humiliter dic. Deus gratias ago tibi, nã ut dr Eccl. 1. Ad loca uñ exeũt flumina. ſ. gr̃arũ reuertũt ad Deũ. ſ. p̃ gr̃arũ actionẽ & recognitionẽ a creatura rõnali, ut iterũ fluãt ut. ſ. de beniſicijs pceptis gr̃as exhibẽtes, beneficia potiora ſumamus inquit Greg.

¶ Quantum ad primũ dicit Apoſtolus ad Ro. 3. Quẽ de⁹ ,ppoſuit ,ppitiatorẽ p fidẽ in ſanguine eius. Deus. ſ. pater propoſuit ideſt pro omnibus poſuitque, ideſt filium ſuum propitiatorẽ. i. reconciliatorẽ, & ſatisfactorẽ pro nr̃is iniquitatibus. Ipſę. n. ut dicit. Io. in. 1. cano. é propitiatio ,p pctis nr̃is, & hæc propitiatio applicatur nobis per fidẽ nr̃am quã. ſ. habemus in ſanguine eius. i. in paſſione, in qua lauit nos a pctis nr̃is in ſanguine ſuo, ut dicit Apocal. 1. Vñ ſepties ſudit ſanguinẽ ſuũ. i. in circũciſione, in oratione in horto, in flagellatione, i coronatione de ſpinis, in fixura manũ & pedũ cũ clauis, in lateris apertione, ut nobis propitiaretur cõtra ſeptẽ capitalia uitia. Sanguis (ait Leo Papa) ſanguine auferẽ. i. ſanguis pcti ſanguine Chriſti. Cum enim inimici eſſemus propter iniq̃tates nr̃as, recõciliati ſumus (ait Apoſtolus ad Ro. 5.) per mortẽ filij eius ipſo pro nobis ſatisfaciente, & ſic inimicitiã remo

Gratiſſimꝰ Deo redemptione.

uente iniquitatum nostrarum. Benedic ergo anima mea domino, qui dedit tibi diuinalia ideſt filium ſuum vnigenitum in mortem acerbiſsimam crucis, ut propiciaretur omnib. iniquitatibus tuis, & te Deo patri recõciliaret, & te pararet ad patiendum aduerſa pro eo, & omnia mala, quid retribuam a domino, inquit Pſal. 115. pro omnib. quæ retribuit mihi? Cum enim exercerem inimicitias aduerſum eum propter iniquitates meas, hoc ipſe mihi retribuit, vt dignaretur mortalitatem meam & miſerias meas aſſumere, & pro me mortem ignominioſam ferre. Nõ video aliud munus faciendum pro retributione tanti beneficii, ne ingratus ſim quã vt calicem ſalutaris accipiã vt ſuſtineã penas & paſſiones, pro ut ipſe ſuſtinuit pro amore. Sed quantum ſit ingratus peccator circa tantum beneficium, oſtendit Aug. in perſona eius ſic loquens. Cũ eſſes inimicus patri meo .ſ. propter iniquitates tuas reconciliaui te per me, & cum longe eſſes veni vt redimerem te, & cum inter montes ſiluasque omnes errares ſcilicet vitiorũ & ignorantiarum quæſiui te inter lapides & ligna iuueni te ſcilicet idola de huiuſmodi adorantem. Et ne luporum ferarumque rabido ore laniareris ſcilicet dęmonum, collegi te ſcilicet reuocando a malis verbo, & exemplo, humeris meis portaui ſcilicet in cruce pęnam peccatorum tuorum ſuſtinendo laboraui, ſudaui, caput meum ſpinis oppoſui, lancea latus meum perforari permiſi, tot iniuriis, & calamitatibus laceſitus ſum. Et tu diuideris a me, hæc ille. q. d. oĩa hæc feci, vt propiciatus, & reconciliatus me diligeres, mihi obſequium præſtares, & tu es ita ingratus, vt me offendas, a me recedas. Benedic ergo anima mea domino recte viuendo.

§. 9. ¶ Quantum ad ſecundum dicit Pſal. 106. Miſit verbum ſuum & ſanauit eos. In eo miſit quod incarnatum fuit. Et ſicut ipſe Chriſtus conſtat ex uerbo, & carne quæ eſt res ſenſibilis, ita vt medicus veniens ad ſanandũ medicinas inſtituti. i. ſacramenta conſtantia ex uerbis quæ ſũt formæ ſacramentorum, & elemẽtis ſeu rebus elementaribus quæ ſunt materia eorum. Nam vt dicit Aug. Accedit verbũ ad elementum & fit ſacramentum. 1. q. 1. detrahe. Sicut autem ſunt. 7. infirmitates animę noſtre ſic. 7. inſtituit medicinas ſacramentales contra eas, vt nullam dimitteret inſanatã. Qui ſanat inquit Pſ. 112. oĩs infirmitates tuas. Prima infirmitas eſt peccatum originale, quã ſanat Deus medicina baptiſmi debitè ſumpti. Secunda eſt peccatum mortale actuale, quod gratia priuat animam, & hanc ſanat medicamento pęnitentię. Tertia eſt peccatũ veniale cũ quo in paradiſum intrare non põt, & hanc ſanat extrema vnctione, quamuis ẽt & aliis ſacramẽtis. Quarta eſt ignorantia agendorũ pro ſalute, & hanc ſanat ſacramẽto ordinis, qui ad hoc datur, vt inſtruant miniſtri ecclęſiæ ſe & alios de moribus & fide. Quinto eſt concupiſcentia, per quã eſt pro cliuus ad laſciuias & delectationes inordinatas tactus & hanc ſanat ſacramẽtũ matrimonii reſtringẽdo ipſam ne feratur ad corruptelas illicita, ſed cõtẽtus ſit ſua vxore, & hęc quidem medicina pro debilibus nimis. Nam fortioribus aliud extat remedium. Sexta infirmitas eſt malitia, quędã inclinatio ad appetendum mala, cõtra quã datur medicina euchariſtiæ. Septima eſt fragilitas, ſeu debilitas ad bene operandum, contra quam datur medicina confirmationis, Pe. de Tharã. in 4. Sanat ergo dñs oẽs infirmitates, qui ut medicus de cęlo miſſus eſt iuxta illud. Eſa. 61. Ad annũciãdũ mãſuetis miſit me, vt mederet contritis corde. Et cũ iſtis medicinis ſanat, cũ actu debito aſsumũtur, ſed tãta eſt ingratitudo hominis, vt vel cõtẽnãtur tãta beneficia, vel idebitè ſumãtur & ideò pauci ſanãtur. Vñ Aug. ſuper Io. quãtũ eſt in medico ſanare venit cęgrotũ, ſed ipſe ſe interimit qui præcepta medici ſeruare nõ vult. Noli ergo obliuiſci retributiones eius o anima.

Grati ſimus de collatione Sacramentarum.

Infirmitates quas Deus ſanauit in nobis.

¶ Quãtũ ad tertiũ dicit Au. de cõſ. di. 4. Firmiſſime tene quòd oĩs qui concipitur ex uiro & muliere naſcitur cũ pctõ originali & morti obnoxi⁹, ſ. ęternę ḋ qua canit eccl'a libera me domine de morte æterna Et pſ. 33. Mors pctõrũ peſsima. Nã i iferno erit mors ſine morte, ſecũdũ Gre. in moralib. i. pęna mortalis nũquam deficiẽs. Maior pęna in mũdo eſſe nõ põt quã mors. Nã ſecũdũ philoſophũ. Mors eſt vltimũ terribiliũ, hęc tamẽ pęna cito trãſit, ſed pœna mortis infernalis nũquam, ſed dominus redimit. ſ. liberat per gr̃am ſuam prætio ſanguinis ſui ad hoc interitu mortis infernalis, uitam tuam. ſ. amiſſam per peccatũ. Ecce quantus interitus. Ibi. n. ẽ priuatio diuini vultus. i. uiſionis Dei, ignis cruciatus dęmonũ inſultus, conſciæ remorſus, peruerſorũ tumultus, tenebrarũ locus, perpetuus flectus, ſeu omnis refrigerii defectus. Ab hoc interitu infernali redimit dñs hoiem, & toties quoties mortale cõmiſi. O ingratitudo immẽſa, & cęcitas miſeranda, ſi a morte corporali te aliquis ſemel liberaret, perpetuo illũ amares, illũ laudares, ciq̃ ſeruires & libertatem a morte peſsima non recognoſcis.

Grati ſimus pro liberõne ab inferno.

scis. Noli ergo obliuiscī, &c.

§.11. Pro dationena turaliū.

¶Quantum ad quartum. Misericordia dicitur quasi miseriam adimens, sed maior miseria esse non potest quam non esse. Tanta est hęc quod in appetitum creaturæ cadere non potest absolutè, ante conceptum tuum nihil eras. Anima enim cuiuslibet de nihilo creatur cum corpori infunditur. Cum ergo nihil esses tantam misericordiam fecit Deus, ut ibi esse daret, & nobilissimum esse. Nā in anima posuit imaginem Trinitatis, & distinctus, quā in angelis. Similitudinem deitatis magis quā in alijs, inquantum sicut Deus est totus in toto orbe, & totus in qualibet parte, ita in orbe suo ideſt corpore tota in toto, & tota qualibet parte corporis. Participationē cum omnibus creatis esse, scilicet commune cum elemētis, uegetari cum plātis sentire cum brutis, intelligere cum angelis. Repræsentionem uniuersitatis. Ibi enim sunt quatuor humores in corpore, conformes quatuor elemētis. Quinque sensus exteriores, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Et quatuor interiores. ſ. sensus communis, ęstimatiua, phantasia, & memoria, quasi nouem cœli, nā decimum empyreum, in quo Deus resident per gr̄iæ manifestationem, est pars intellectiua, ſ. intellectus, & volūtas. In qua parte videt Deus, & amatur cum sanctis, & angelis eius. Omnium dominator est psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Aug. Oia fecit Deus propter hominem, unde in sex diebus cuncta creando habitationem homini fecit, & ornauit, & postea creando in possessionem posuit, duplicem in natura subsistantiam, ſ. corporis, & aiæ, vt possideat duplicem in cœlo glorificationem scilicet animæ, & corporis, in quo beati homines in futuro angelos sanctos antecellent, cum ipsi corpora nō habeant, vnde nec gloriam corporum per consequens, demum in Deo psonalem unionem. Nam in Christo est humanitas, & diuinitas unita. Nec est in illa humanitate nostra assumptum aliud suppositū, quam dui uerbum, Agnosce ergo o christiane, (ait Leo Papa) dignitatem tuā, & diuinæ consors factus naturæ noli in veterem uilitatē de gr̄i cōuersatione redire. Considerans ergo ingratitudinem hominis super hoc Moyses ait. Deum, q̄ te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui. Deu. 32. q.d. quomodo potes esse ita ingratus. Ecce quō coronauit te i mia. Quāuis. n. oīb. q̄ creauit misericordiam fecerit de nō esse, pducēdo, ista tñ misericordia tibi coronā sup omnia dedit conferendo tam nobile esse, & dīuum, & regnum oium.

¶Quantum ad quintum. Miserationes Dei i plurali dici possunt plurima bona spiritualia, & corporalia, quibus nos consolatur remouens miserias nostras in gubernatione nostra, ita q̄ coronat te in misericordia respectu creationis, coronat te in miserationib. respectu gubernationis, coronat inquit vndiq; circundans te totum, animam scilicet, & corpus suis beneficijs. Coronat singulari prouisione quasi nil de alijs creaturis uideatur curare ut tibi subueniat. Vnde Sap. 12. dicitur. Cum magna reuerentia dñe disponis nos. Et Prouer. 8. c. Dilitiæ meæ esse cum filijs hominum. Miseriæ famis, & sitis prouidet cibarijs, & potibus varijs, ne fastidium generetur. Miseriæ nuditatis uestimētis plurimis laneis, & lineis, sericis. Miseriæ frigori calor e ignis. Miseriæ tenebrarum, lumine lunæ, & solis. Miseriæ paupertatis, diuitijs auri, & argenti, & cętorum metallorum, & lapidum prætiosorum. Miserię infirmitatum, medicinis in numeris, sensibus ipsis copiosè, & suauiter prouidit. Visui de pulchritudine cœlorum. Audi tui de suauitate sonorum cantus, & istrumentorum. Gustui de dulcedine ciborum. Odora tui, de fragrantia odorum florum, & aliorum Tactui, de lenitate diuersorum obiectorum. O quantę sunt miserię aīæ. Repletus ait Iob 14. multis miserijs, quas releuat diuersis miserationibus, Quantas enim inspirationes, & incitamenta ad bonum immittit, Quot documenta scripturę sacræ, Quot exhortationes sanctorum, Quot exempla perfectorū. Quātas varietates artium, & artificiatorum ad tollendum ocium, Quot euasiones periculorū, Quātas expectationes ad emendaciones peccatorum, Quot auxilia angelorū, psa. 90. Angelis suis Deus mandauit &c. quomodo misereatur pater filiorum misertus est Deus. Sed tanta est ingratitudo nostra, vt conquærendo dicat. Esa. 1. Filios enutriui, & exaltaui ipsi autem spræuerunt me, &c.

§.12. Pro datiōe tęporaliū.

¶Quantum ad sextum. Certum est, quod de §.13. siderium nostrum hic impleri non potest, ut experientia docet. Sic ut dicit ps. 16. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Ibi enim beati possidebunt bona, quæ dicuntur septem dotes, q̄ implebunt animam, & corpus, & totaliter qetabunt, uidelicet uisionem clarā, qua implebunt sapientia, compræhensionem, qua implebunt securitate, dilectionem perfectissimā, qua implerunt gaudio seu fruitione quo ad corpus agilitatem, subtilitatem claritatem impassibilitatem. Vel septem bona, q̄ hic desiderantur, sed nunquam possidentur ple-

nè diuitias, honorificentias, potentias, seu dominia, delectationes, sanitatem vitæ perpetuî tatem scientiam virtutem. Ibi plenè habétur. Habentur si quidem virtutes morales in patria, sed alium vsum, sicut & diuitias & honorem, sed per alium modum quam hic. Ergo benedic anima mea domino &c. & ne sis ingrata.

¶ De *tentatione qua homo tentat deum*. Cap. 10.

TEmptatio Dei, ideſt qua homo temptat Deum ſpeciale peccatum eſt procedés ex ſuperbia, & prę ſumptione hominis de qua inquit dominus per Pſa. 77. Temptauerunt, & exacerbau erunt Deum excelſum, & teſtimonia eius non cuſtodierunt. ¶ Circa hoc uidenda ſunt tria.

¶ Primo quid ſit Deum temptare.

¶ Secundo quare & quomodo ſit peccatum.

¶ Tertio de punitione.

§. 1. ¶ Quantum ad primum. Sciendum, quod tẽptatio Dei eſt uitium, quo hõ prætermittit facere quod poteſt ad pericula euitanda, uel aliqua agenda reſpiciens ſeu expectans diuini auxilij effectum. Pro cuius declaratione dicit. B. Tho. 2. 2. q. 47. ar. 1. quod temptare eſt proprie experimẽtum ſumere de eo qui temptatur. Poſſumus autem experimentum ſumere de aliquo verbis, & factis. Ex uerbis quidé experimentum ſumimus, quãdo inquirimus an ſciat, vel velit, uel poſſit illud imple re quod quærimus. Factis autem cum per ea quæ facimus, exploramus alterius prudentiã, vel uoluntatem, uel poteſtatem. Vtrumque horum contingit fieri dupliciter. Vno modo aperte, ut cum quis ſe temptatorem profitetur ſicut Sampſon propoſuit Philiſteis probleuma ad temptandum eos, ut Iud. 14. Alio modo inſidiose & occultè, ſicut Phariſei temptauerunt Chriſtum quãdo interrogauerũt. Licet nobis dare cẽſũ Cęſari? Matth. 22. Rurſus quandoque huc ſit expræſse, ut cum quis dicto uel facto intendit experimentum ſumere de aliquo, ut cum Iudęi ſignũ de cęlo quærebant a Chriſto temptãtes enim ut dicitur. Lu. 11. Quandoque interpretatiuè, quando ſcilicet & ſi hoc non intendit ut experimentum ſumat, id tamen agit quod ad nihil aliud uidetur ordinabile niſi ut experimentum ſumat, ſicut ſi quis portaret multam pecuniam, per uiã, quã nouit latronib. aſſuetã, eſſet hoc quaſi illos latrones temptare, ſi furentur, quãuis non intendat hoc. Vnde Bern. dixit de pecunia rapta à latronibus Magna pecunia magna temptatio. ¶ Sic igitur homo tẽptat Deũ quandoque uerbis, quandoque factis, uerbis quidem cum loquimur cum Deo orãdo. Vnde in ſua petitione aliquis expręſsè Deum tẽptat, quando ea intentione à Deo aliquis poſtulat, ut exploret Dei ſcientiam, poteſtatem, & uoluntatem. Factis autem expræſsè temptat, quando per ea quæ facit intendit experimentum ſumere diuinæ ſapientię, poteſtatis, uel pietatis. Sed quaſi interpretatiuè Deum temptat qui etſi non intendat experimẽtum ſumere de Deo tamen petit, uel facit aliquid ad nihil aliud utile, niſi ad probandum Dei poteſtatem, bonitatem, uel cognitionem, ut Zacharias in petendo ſignum ab angelo pro filio ſibi naſcituro. Lu. 1. Et Gedeon imponẽdo uellus in area rore implendum in ſignum uictoriæ. Iud. 6. ſicut ſi aliquis faciat equum currere ut euadat hoſtes, hoc non experimentum de equo ſumere, ſed ſi equum currere faciat abſque aliqua neceſsitate, hoc nihil aliud erit, quam experimentum ſumere de equi uelocitate. Et idem eſt de omnibus aliis rebus. Quando ergo propter aliquam neceſſitatem, uel utilitatem committit ſe aliquis diuino auxilio in ſuis petitionibus, uel factis, hoc non eſt Deum temptare. Dicitur enim. 2. Paral. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus hoc ſolum reſidui habemus, ut oculos noſtros ad te erigamus. Et ſic ſancti uiri moti ſunt ad petendum præcibus diuinæ poteſtatis effectum ex neceſſitate, uel utilitate in miraculis faciendis ad hoc à Deo, Quando autem hoc agitur abſque neceſſitate, uel utilitate, hoc eſt interpretatiuè temptare Deum. Vnde ſuper illud. Deuter. 6. Non tẽptabis Dominum Deũ tuum dicit gl. ¶ Deũ temptat qui habens quod faciat, ſine ratione committit ſe periculo experiens utrum poſſit à Deo liberari. A quo cauendum fore docuit Chriſtus exemplo ſuo. Cum enim poſſet de pinnaculo deſcendere uia humana, quia per ſcalas noluit mittere ſe deorſum, ut ſuadebat dyabolus quia periculũ erat ſecundum naturam, & miracula facere tunc non erat expediens. Et propter eãdem rationem non uolebat aliquando in Iudęam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Ioã. 7. Hoc idem Abraham docuit exemplo, quando deſcendens in Egyptum dixi Saray eſſe ſororem ſuam. Gen. 12. In quo facto inquit Auguſt. oſtendit quod nemo debet tẽptare Deũ ſuum

Tẽptare quid eſt.

Verbis & factis Deum tẽptare.

ſuum cum habeat quid ſalubriori conſilio faciat, ſ. ſecundū uiam humanam. Fecit, qđ potuit Deo cōmiſit in quē ſperauit. 22. q. 2. quæritur. Sic & Paulus Apoſtolus fecit ſe ſubmitti per ſportam de muro ut euaderet inſidias. 2. ad Cor. 11. nec expectauit quod Deus mitteret angelum ſuum. Quod autem B. Agatha recuſauerit medicinam corporalem dicens. Habeo dominum Ieſum qui ſolo ſermone reſtaurat vniuerſa, non in hoc temptauit Deū. Experta enim erat erga ſe diuinam beniuolētiā, vt vel infirmitates non pateretur, quibus medicina indigeret, vel ſtati in ſe ſentiret diuinæ ſanationis effectū. Et quę a iure communi exorbitant, in cōſequentiā non ſunt trahenda, de Reg. iu. in 6. niſi quis haberet ſimilē inſtinctum a ſpirituſſancto. Tēptauerunt ergo illi patres Iudęorum in hęremo Deū, ut ꝓbarent potentiā Dei ſi poſſet eis ꝓuidere, dicētes, vt ait in alio Pſ. 77. Nunq d poterit Deus parare menſam in deſerto. Nunq d & panes poterit dare? Nunqd introducere in terram ꝓmiſſionis, & alijs modis. ¶ Eſt āt peccatū. ſ. temptare Deū, qđ patet ex eo quod in lege prohibet Deu. 6. Non tēptabis dñm Deum tuū. Rō huius eſt ſm B. Th. 2. 2. q. 97. ar. 2. qa (ut dictum eſt) temptare eſt expimētū ſumere ſeu ꝓbare. Nullus aūt expimentum ſumit de eo de quo eſt certus. Et iō tēptatio oīs ex ignorantia uel dubitatione procedit, aut eius qui tēptat ſicut cum aliquis experimētum de aliqua re ſumit, vt eius qualitatē cognoſcat, vt eū magr interrogat diſcipulū, vt ſciat ſi didicit vel intelligit lectionem, & aurifex aurum fricat, vt ſciat quantum eſt mixtum, aut procedit ex dubitatione aliorū, ſicut cū q s experimētum ſumit de aliqua re ut alijs oñdat, per qué modum dī Deus tēptare hoīes, ut Abrahā Gen. 22. circa immolationem filij, ut. ſ. oñderet mundo obediētiā eius & Thobiam, vt oſtenderet alijs patientiā ſuā, & hmōi. Et ſic Xps temptaūt Philipū dicens. Vñ ememus, panes, &c. vt. ſ. oñderet Xps paruitatem fidei ſuæ. Ipſe. n. Chriſtus ſciebat, quid eſſet facturus. Io. 6. Ignorare aūt uel dubitare de his, q̄ pertinent ad diuinam perfectionem, ſ. poteſtatis, ſapientiæ uel bonitatis eſt peccatum. Sic ergo temptare Deum, ut cognoſcat, quis eius virtutem, peccatum eſt. Si quis autem ad hoc experimentum ſumat eorum, quæ pertinent ad diuinam perfectionem, non ut ipſe cognoſcat, ſed ut alijs demonſtret, hoc nō eſt temptare Deum cum ſubeſt iuſta neceſſitas, vel pia utilitas, & alia quæ ad hoc concurrere debent. Sic. n. Apoſtoli petierunt a dño, ut in nomine Ieſu Chriſti fierent ſigna, ut dī Act. 4. vt. ſ. virtus Chriſti in fidelibus demonſtrarē. Si quis autem hoc attemptaret facere, ſ. miracula, eſto quod faceret ad confirmationē fidei veritatis, niſi ſuper hoc haberent inſtigationem a ſpirituſſancto ſicut habuerunt ſancti, pertineret hoc ad temptationem Dei. Qđ autem ait Pſal. 33. Guſtate, & uidete quoniā ſuauis eſt dominus. Et Apoſtolus. Rom. 12. Probetis, quæ ſit uoluntas Dei bona beneplacens, & perfecta, non pertinet hoc ad temptādum Deum, nec ibi eſt peccatum, quia intelliguntur de cognitione affectiua Dei, & probatione, ſecundum quam quis experitur in ſe guſtum diuinę dulcedinis, & cōplacentiā diuinæ uolūtatis, q̄ ꝓuenit ex eo, q̄ qs totaliter ſe ſubijcit Dei volūtati, & attēte, & affectuoſe cōſiderat diuinā uolūtatem, & ex hoc ſequit in eo ex potentia diuinę dulcedinis. Sed ꝓbare Dei voluntatem vel bonitatem cognitione ſpeculatiua, vtrū. ſ. ſit bona voluntas Dei uel utrū Deus ſit ſuauis, hoc ꝓtinet ad temptandū Deum, ſicut & probare utrum deus poſſit eū iuuare, & ſibi ꝓuidere, q̄ fecerunt illi patres. Vñ dicit. Quadraginta annis ꝓximus ſui gñationi huic. ſ. Iudęorum i deſerto adiuuādo, defendendo ab inimicis, ꝓuidendo in neceſſitatib. Loquit̄ p ſimilitudinem hoīes, qui cum eſt ꝓximus ꝑt iuuare. Et dixit ſp hi erat corde eſtimādo uel dubitando, utrum poſſim iuuare, & eis prouidere? & corde erant, i. voluntate, & malitia ſua. Qđ autem rex Achaz repræhendit̄ cum q̄ ſitus ab Eſaya, vt peteret ſignum dixit. Non petam, & non temptabo dominum Eſa. 7. propterea fuit q a ñ pro ipſo ſolum, ſed pro totius populi inſtructione mouebat petere ſignū quaſi impeditor cōis ſalutis. Neq; n. hoc petendo temptabat Deum, tū q a hoc faciebat ex Dei mādato, tū q a hoc ꝓtinebat ad cōe vtilitatem, ſignū. ſ. liberationis humani gñris, ut ibi patet. Abraham autem cum petijt ſibi ſignū dari de terra promiſſionis danda ſemini ſuo non temptauit Deum q a hoc fecit ex inſtinctu Dei, & ibi magnum myſterium incarnatiōis. Tho. ubi ſupra. ¶ Hoc āt pctm opponit̄ virtuti religionis ſm Th. vbi ſupra ar. 3. quia cum finis uirtutis religionis ſit Deo reuerentiam exhibere, oīa illa quæ ꝓtinent ad irreuerentiam Dei religioni opponunt̄, ꝓtinet āt ad irreuerentiam hoīs temptare eum. Nullus. n. præſumit temptare cum cuius excellentia certus eſt. Et communiter eſt mortale. Vnde dicitur Sap. 1. Inuenit̄ dñs ab his, qui non temptauit eum. Quod āt non inueniatur Deus a creatura, ut. ſ. cognoſcat

Tempta re Deū eſt peccatū gra uiſſimū.

Vitium temptationis opponit̄ religioni.

eum

eum,& posſideat ꝑ gratiam,non eſt niſi ꝑ impedimentum mortalis peccati, hoc ét ex punitione ipſius notatur in Pſ. 94. cũ dicit. Ipſi non cognouerunt vias meas,i.opera mea ſeu mãdata mea quibus itur ad Deum inter quæ mandata hoc eſt. Non temptabis dñm Deum tuum.& ꝑ hoc iuraui eis.i. firmiter decreui ſi introibunt ſi pro non.i. ꝙ non introibũt in requiem meam,i.terrã promiſſionis,quę figurabat viam æternam. Et ſic fuit,quia nullus eorum,qui numerati ſunt in Egypto,ſ. ſexcẽ tamilia hominum ad prælia aptorum intrauerunt,ſed mortui ſunt in deſerto,exceptis Caleph,& Ioſue. Propter,quod hortatur Apoſtolus, vt caueamus ab iſto cum ſit multũ graue dicens. 1.Corin. 10. Neq; tẽptemus Chriſtum ſicut,quidam temptauerunt,& a ſerpẽtibus perierunt,vt habetur Numeri.22. Multis aliis vicibus,& modis temptauerũt. Et nota,ꝙ diuerſimode homines temptant Deum. Aliqui videlicet Dei potẽtiam,ſeu poteſtatẽ Aliqui Dei ſapientiam uel veritatem, aliqui Dei patientiam uel bonitatem.

§.2. De temptatoribus ob erubeſcẽtiam qui cum poſſint euitare non euitant pericula.

¶Temptant Dei poteſtatem illi,qui in periculo poſiti cum poſſint remediare via humana nolunt expectantes effectum diuiuæ poteſtatis.i.liberationé a Deo, ſicut Iudas Machabeus,cum reperiret ſe cum paucis, & videret exercitum Bachidis multum cum poſſet declinare certamen erubeſcentiã ductus ne videretur fugiſſe hoſtes committẽs ſe Deo,bellum iniit contra illum,& ibi occiſus eſt. 1.Macha.9. Si quis etiam infirmaretur,& nolet uti medicinis non propter abominationem ſtomachi ad eas vel timorem nocumenti vel impotentiam emẽdi,ſed vt a domino ſanaretur ſicut B.Agatha.Dei potentiam temptaret,niſi haberet ſuper hoc familiare conſiliũ a ſpiritu ſancto ſicut illa, vel quia vellet illam pœnam ſuſtinere propter amorem feruentẽ ad Chriſtũ,ut ſanctus Aegidius vulnus gutturis retinere voluit abſq; curatione. Pertinet etiã ad temptandum Dei poteſtatem,ꝙ aliquis aggrediatur pericula abſque neceſſariæ,ſperãs Dei potentia adiuuari, ſicut fecerũt Abyſai cum aliis duobus,qui acceſſerunt ad hauriendum aquam de ciſterna Bethleem,vt afferrẽt Dauid tranſeuntes per medios hoſtes Philiſteos,qui & Bethleem tunc tenebant. 2. Reg. 23. Duella etiam aſſumere voluntarie pertinet etiã ad temptationẽ Dei. Vnde, & prohibentur,vt dicit Nicolaus Papa.2.q.4. monomachiam,Dauid faciendo duellum cum Goliatli,vt habetur 1.Reg.17. nõ tẽptauit Deũ, quia vt dicit Nico.de Lyra ſuper dicto c. hoc fecit ex inſtinctu ſpiritusſancti, & idem dicit glo.ſuper c.monomachiam. Fuit etiam figura duelli,quod Chriſtus fecit cum diabolo ſignato in Goliath,qui potentia,& malitia ſua omnes exterrebat. Sed Chriſtus figuratus in Dauid,qui interpretatur manu fortis funda humilitatis,& lapide fortitudinis ,totus inermis malitia ſuſtinendo humilimam paſſionem , eum proſtrauit . Qui etiam prius in deſerto temptatus cum tribus lapidibus ſumptis de flumine,ideſt tribus auctoritatibus ſcripturæ inimicum vicit temptantem , vt patet Matthæi.4.

§.3. Inſcij ꝑdicationis dicũ tur temptare Deum.

¶Temptant Dei ſapientiam,qui inepti, & inſci ponunt ſe ad prædicãdum,vel legendum, vel diſputandum cum hæreticis ſperantes à Deo ſibi infundi ſcientiam,ſicut factum eſt Apoſtolis. Sed dicit Hieron. Quod illis ſuggerebat ſpiritusſanctus hoc alijs exercitatio , & quotidiana,& cæt. Temptant Dei ſapientiã, vel veritatem,qui faciunt purgationes vulgates pro aliquo manifeſtando,puta cũ habent ſuſpectum aliquẽ de furto, adulterio uel alio ad probandum innocentiam ſuam,& manifeſtandum,ꝙ non fecerit illud,volunt, ꝙ tãgat ferum cãdens, vel bibat aquam bullientẽ ſperantes , ꝙ Deus ſic manifeſtet veritatem in hoc, quod noceat , ſi illud non perpetrauit aliàs noceat , hoc etiam prohibetur expreſſa cuique : quia eſt Deum temptare.2.q.4.c. 1.& ca.conſuluiſti. Vnde Henricus Imperator cum ſuſpectam habere vxorem quæ viro , & ſancta erat de adulterio,coegit eã nudis plãtis ſuper ferrum ignitum incedere . vnde in morte,ſua coram Chriſto accuſatus, & punitus fuit . Illa tamen : quia coacta fecit illeſa euaſit cum innocens eſſet,vt habetur in chronicis . Similter etiam prohibetur dari alicui corpus Chriſti ad probationem alicuius ſceleris, de quo ſuſpectus habetur . Vnde illud ca[illegible]culo ſane,& cap.ſepe.2. quæſt. 4. in quo ſtatuitur,eſt abrogatum ſecundum Gratianũ, & B.Thom.in quarto . In veteri autem teſtamento cum habebatur vxor ſuſpecta de adulterio permiſſa fuit purgatio quæ fiebat per aquas certo modo.ut habetur Numeri quinto , ad vitandum maius periculum , ſcilicet vxoricidium , ſicut & quædam alia permiſſam ſunt.

§.4. Petẽtes ſibi peccata dimitti, & iniurias non dimittunt Deum temptãt

¶ Temptant tertio Dei bonitatem aliqui , & clementiam, vel patientiam , qui petunt ſibi peccata dimitti,& tñ ipſi non dicuntur iniuriis alijs odium retinẽtes, vel aliàs indeuotè orant,propter qđ dicitur. Eccl. 16. Ante orationem ꝑpara animam tuam,& noli eſſequaſi homo

homo qui temptat Deum. Vbi dicit glo. quod Deum, temptat, qui orat quod docuit scilicet dimitti sibi debita, sed non facit quod iussit, quia non dimittit ipse debita suis offensoribus. Qui enim se ad deuotionem non disponit cum orare vult non facit quod in se est, vt exaudiatur à Deo. Vnde quasi interprætatiue tẽptat quasi vellit probare si est ita bonus, quòd ét si nõ quærit exaudiri faciendo quod in se est, tamen velit Deus eum exaudire, & dare gratiam illam. Et licet hæc interprætatiua tẽptatio videatur ex præsumptione procedere, & indiscrẽtione, tamen secundum Bea. Tho. vbi supra hoc ipsum ad irreuerentiam pertinet Dei, vt homo præsumptuosè, & sine debita diligentia se habeat in his, quæ pertinent ad Deum, hoc tamen communiter non est mortale. Temptat Dei patientiam, & boni tatem, qui permanens in peccatis sperans sibi dari a Deo ante terminum vitæ spiritum cõ punctionis quasi velit probare Dei patiẽtiam si eum ad pœnitentiam expectabit contra quẽ loquitur Apostolus ad Ro. 2. An ignoras qđ benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam tuam, & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram, idest cumulas tibi punitionem Dei. ¶ Exemplum de quodam iuuene leui & lasciuio, qui cum esset deditus vitijs orabat Deum omni mane ante omnia, vt nõ permitteret eum mori sine auisamento, idest quod prius sibi notificaretur q̃ moreretur. Quadam igitur vice cum sic oraret apparuit ei angelus dicens se à domino exauditum, quod non moreretur scilicet sine auisamento. Ex qua re factus magis securus voluptatibus mundi insistebat, post aliquantu lum temporis vno mane surgens de lecto sen sit dolorem capitis, & cum locij eum vocarent ad vana excusauit se non posse ire, sequẽti die aripuit eum febris licet lenta amici & consanguinei inc piunt cum admonere de cõfessione scientes vitam eius lubricam. Ipse autẽ trufabatur. Nũquid ego moriturus sum dicens quia vultis me confiteri? succrescit se bris, & illi magis horrantur ad pœnitentiam, vt citius sanitatem recipiat? Respondit bene credo propter scelera mea hoc accidisse, sed conuenientius est quod ego uadam ad ecclesiam ad confidendum quam quod dem laborem confessori ad veniendum, sanatus omnino ibo ad confitendum ad ecclesiam. Cumque inualuisset infirmitas, & multum grauaret ipsum sui sollicitarent. Non habeo inquit caput ad hoc præ dolore, & grauamine, nescirem inquit dicere, sed alleuiatus à febre volo facere quod suadetis. Demum apparuit ei angelus dicens. Agnoscis me? Qui re spondit, non. Ego sum (ait angelus) qui tibi an nunciaui ex parte Dei quod nõ morieris sine auisamento iam tempus est, vt transeas de hoc mundo. Cui ille. Quomodo est hoc, nun quid Deus deceptor est, quia promisit auisamentum & nõ dedit? Cui angelus, immo pro missum seruauit. Nam non solum auisamentũ vnum dedit: sed multa primum fuit dolor ca pitis, secundum febris, tertium solicitatio ami corum, quartum augmentum infirmitatis, sed noluisti audire temptãdo Deum, & ideò opor tet te exire. Et subito moriens ad inferna descendit, &c.

Exemplum de iuuene lasciuo.

¶ *De schismate, & ibi tractatur de duobus gerentibus se pro summo pontifice quid agendum sit pro serenitate conscientiæ.*

SChisma ex superbia & ambitione cõmuniter deriuatur & charitati ecclesiasticæ unitis contrariatur. Et sic potest diffiniri vel describi. ¶ Schisma est vitium, quo quis sub summo pontifice esse recusat, & membris ecclesiæ ei subiectis communicare recusat. Pro cuius declaratione dicit B. Th. 2. 2. q. 39. ar. 1. quęno men schismatis secundum Isid. lib. ethimol. à scissura animorum vocata est. Scissio autem vnitati opponitur. Vnde peccatnm schismatis dicitur q̃ directe & per se opponitur vnita ti. Sicut enim in rebus naturalibus id quod est per accidens nõ cõstituit speciem, sic nec in rebus moralibus in quibus illud quod est intentum illud est per se, quod autem sequitur præter intentionem est quasi accidens. Vnde peccatum schismatis propriè est specia le peccatum eo quod intendit se ab unitate se parare quam charitas facit: charitas autem nõ solum alteram personam alteri vnit spirituali dilectionis vinculo, sed etiam totam ecclesiam in vnitate spiritus. ¶ Et ideò propriè schismatici dicuntur, qui propriè sponte, & intentione se ab vnitate ecclesiæ separant quæ est vnitas principalis. Nam vnitas particularis aliquorum ad inuicem ordinatur ad vnitatem ecclesiæ sicut compositio singulorum membrorum in corpore naturali ordinatur ad t otius corporis vnitatem. Ecclesiæ autem vnitas in duobus attenditur, scilicet in connexione membrorum ad inuicem seu communicatione, & iterum in ordine omnium membrorũ ad vnum caput secundum illud. Col. 2. Inflatus sensu carnis suæ & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & connexione

Schisma quid sit, & unde oriatur.

Quis dicatur schismaticus.

xiones subministratum, & constructum crescit in augmentum Dei. Hoc autem caput est ipse Christus, cuius vicé in ecclesia gerit summus pontifex. Et ideò schismatici sunt, qui (vt dictum est) subesse renuunt summo pontifici, & membris ecclesiæ ei subiectis communicare recusant. Hinc & Pelagius papa ait, schisma si quidem ipsum quod grecum nomen est scissuram sonat, sed in vnitate scissura esse non potest. Non ergo unitati communicant qui schismaticis communicant, partes ipsi sibi fecerunt, & ab eo quod vnum est vt apostoli Iudę iam verbis loquar semetipsos segregantes spiritum non habent. 14. q. 1. schisma. ¶ Et quamuis hæresis etiam diuidat hominem ab vnitate fidei catholica: tamen schisma est speciale vitium distinctum ab ipsa, nam hęresis opponitur directe & per se fidei, & schisma opponitur per se ecclesiasticæ vnitatis charitati. Et ideò sicut fides, & charitas sunt diuersæ virtutes, quamuis quicunque caret fide caret & charitate, non tamen econuerso. Ita hæresis & schisma sunt diuersa vitia, quamuis hęreticus sit ét schismaticus: sed non econuerso. Et hoc est quod ait Hieron. super epistolam ad Cal. Inter schisma & hęresim hoc arbitror interesse, quod hæresis peruersum dogma hét, schisma autem ab ecclesia separat. 24. q. 3. inter. Et tamen sicut amissio charitatis est via amittendi fidem, ita schisma est uia ad hæresim, vnde differūt sicut dispositio & habitus, vel sicut genus, & species.

Est proprie spirituale peccatū.

§. 1.

¶ Est autem schisma peccatum absque dubio mortale, quia contrariatur charitati ecclesiasticę vnitatis. Si enim peccatum quod committitur cōtra charitaté alicuius personæ particularis est mortale, vt odium particulare contra proximum, multo magis quod perpetratur cō tra charitatem totius ecclesiasticæ congregationis, vt schisma. Bonum. n. quanto communius tanto diuinius secundum philosophū & per consequens melius, & malum ei oppositum deterius. Patet etiam grauitas maxima huius peccati ex dictis sanctorum. Dicit enim August. Neque schismatici aliquid, sibi ex iustitiæ mercede promittant, quia vbi charitas non est, non potest esse iustitia. Dilectio enim proximi malum non operatur. 24. q. 1. vbi. Ité Beda super Matth. Quicunque ab vnitate fidei, vel societate Petri apostoli quomodolibet semetipsos segregauerint nec tales a vinculis peccatorum absolui, nec ianuam regni cœlestis possunt ingredi. q. eo. Segregatur autem quis ab vnitate Petri per schisma per quod quis non subijcitur summo pontifici, qui locum tenet Petri. Item Cyprianus dicit. Cuncti schismatici quia foris sunt. i. extra ecclesiam spiritum sanctum non habent. q. eo. dicimus. Hoc idem ostenditur ex graui punitione eorum diuina, & humana. Et de diuina loquitur Cyprianus. 7. q. 1. dicens Deniq; quam si inseparabile unitatis sacramentum, & quod sine spe sit, & perditionem sibi maximam de indignatione Dei acquirant qui schisma faciunt declarat diuina scriptura in libris Regum. 3. c. 12. Vbi a tribu Iuda & Beniamin decem tribus scissæ sunt, & relicto rege sub alterum sibi foris constituerunt. Et indignatus est (inquit) Dominus omni semini Israel, & demoliuit eos, & dedit in direptionem donec abijceret eos a facie sua, & quia dissipatus est Israel à domo Dauid. 4. Reg. 17. Et tanta indignatio Domini extitit cōtra eos, qui schisma fecerunt vel etiā cum homo Dei ad Hieroboam missus esset, qui ei peccata sua exprobraret, atque vltionem futuram prædiceret, panem apud illos edere, & aquam bibere uetaretur, quod cum non custodisset, & contra Domini præceptum pransus fuisset, statim diuina censura percussus est, vt inde regrediens impetu ac morsu leonis in itinere necaretur. 3. Regum decimotertio. Sed adhuc in euangelio suo Dominus maiorem suæ intelligentiæ lucem manifestat, quod ijdem qui tunc se a tribu Iuda & Beniamin scinderant, & Hierosolymis relictis secesserant Samariam, vt inter pseudo prophetas & Gentiles computarentur. Nam cum primum discipulos in ministerium salutis mitteret mandauit, & dixit. In viā Centium ne ieritis, & in ciuitaté Samaritanorum ne intraueritis. Et ad in Iudęos prius mittens gentiles adhuc prætexire iubet. Addendum euim gentibus ciuitatem Samaritanorum, vbi erant schismatici qui debebant omitti ostendit in hoc schismaticos gentibus .i. paganis coęquari. Et post pauca inducit exēplum Datham & Abyron & Chore qui fecerunt schisma in illo populo hębreorum cū esset in deserto contra Moysen & Aaron querētes sibi vsurpare ducatū populi pro Moyse, & summum sacerdotium pro Aaron, qui terribiliter a Deo puniti sūt. Nā vt dicitur in Psa. 105. Aperta est terra & deglutiuit Dathā & operauit & super congregatione Abyron, iuxta vocé Domini. Numeri. 16. Et exarsit ignis in synagoga eorum, & flamma combussit peccatores, scilicet Chore cum sacerdotibus complicib. suis, vt habetur, Numer. 16. hæc Cyprianus. ¶ Verum quamuis schisma sit graue peccatum, & grauius peccato idolatriæ punitum, quia

Est mortale.

Schisma est grauius idolatria.

quia adorantes uitulū aureum gladio occisi sunt ut habetur. Exo. 32. Schisma faciēntes, s. Dathan & Abyron à terra absorpti sunt nō sequitur q̄ schisma sit grauius infidelitate, sed communiter & ex genere suo infidelitas grauius est. Rō huius est ſm Th. 2. 2. q. 39. ar. 2. quia cū queritur in cōi de duobus peccatis q̄ sit grauius, intelligenda est qō de grauitate quæ attenditur secūdū genus peccati. Genus aūt peccati seu spēs attēditur ex obiecto & ideò illud pctū quod maiori bono contrariatur illud ex genere suo est grauius, sicut peccatū in deū est grauius, quā commissum i proximum. Manifestum est āt q̄ infidelitatis est pctū cōtra ipsum deū ſm & i se é ueritas prima cui innititur fides. Schisma est cōtra ecclesiasticam unitatē quæ est quodā bonū participatum & minus quā sit ipsę deus, & iō in fidelitas ex genere suo é grauius schismate. Sed si cōsideretur grauitas pcti ex circūstātiis sic posset cōtingere q̄ aliqs schismaticus grauius peccaret, quā aliquis infidelis, & hoc uel ꝓp maiorē cōtēptum, vel ꝓp maius periculū q̄ inducit, uel propter aliquid hmōi. Nec obstat prædictis, si dicatur quod charitas cui opponitur schisma est maior fide, cui opponitur infidelitas, & quod opponitur maiori bono maius malum est secundum philosophū in 8. ethico. Nā ut dicit Tho. ubi supra. Charitas hēt duo obiecta. Vnū principale. s. boni tatē diuinā. Aliud secūdariū, si donū ꝓximi. Schisma aūt & alia peccata, quæ sunt contra proximū opponuntur charitati quātum ad se cūdū bonū, quod est minus bonū q̄ ipsæ de⁹, & iō illa pctā, quę sunt contra proximū sunt minora q̄ ifidelitas. Sed odiū cōtra deū vtiq; grauius est infidelitate. ¶ Inter pctā tñ cōtra proximum schisma est maximum, quia cōtra spirituale bonum multitudinis. Ité nō obstat si dicatur, quia Hiero. dicit. Quod grauius est punitū sceleratius esse cōmissum. 24. q. 1. non afferamus, sed schisma est grauius punitū ido latria (ut dictū est.) Nā ut dicit Th. ubi supra dictū Hiero. ueram est cōiter de pœna in hoc mundo. Aliqñ tñ ex aliqua cā secus est. Et rō est, quia cū pœnæ sint quædā medicinæ ad arcendū homines à peccatis, ideo aliquādo ubi est maior pronitas ad peccatum aliquod, seuerior debet pœna adhiberi, sicut ét ab ecclesia maior pœnitentia iniungitur uxoricidæ q̄ matricidæ ex eo, quod proniores sunt homines ad occidendum uxorem quam matrē. Et sic ad propositum, ille populus erat pronus ad schismata, & rebelliōes ut dicitur 1. Esdræ 4. & ideo magis illud punitum, & etiam non erat ita notum populo, quod semper Moyses deberet esse princeps illius populi, sicut quod deberet semper adorare unū deū, quod habebant per legem, & ideo oportuit rebellantes illius principatui pœna inconsueta, & horribili puniri. Item quod Cyprianus dixit schismaticos gentilibus coequari, hoc non est simpliciter uerum ſm quid, quantum. s. ad separationem in genere ab ecclesia.

Odium contra deū est grauius ifidelitate.

¶ Schismatici in pœnam priuantur ab ecclesia potestate ordinis seu cōsecrationis, quod scilicet ad licitum usum: potestate iurisdictionis simpliciter & potestate administrationis in tēporalibus. Pro maiori horum declaratione dicit B. Th. 2. 2. q. 39. ar. 3. qđ duplex est potestas spiritualis. Vna quidē sacramentalis, quæ confertur per aliquam consecrationem, quæ dicitur potestas ordinis seu consecrationis, & hęc indebilis est & auferri nō potest sicut nec ipsæ caracter ab anima. ¶ Omnes. n. consecrationes sunt immobiles manente re quæ consecratur, sicut patet etiam in rebus inanimatis. Nā altare semel consecratum nō consecratur iterū, nisi fuerit dissipatum, & iō talis potestas remansit secundum essentiā suā in homine, qui eā adeptus est siue labatur in hæresim, siue in schisma, vel aliud malum, quod patet ex hoc, quia talis rediēs ad ecclesiam non iterum consecratur. Sed: quia potestas inferior non debet mitti in actum nisi secundum quod mouetur à superiori ptāte, sicut ét patet in naturalibus, inde est q̄ tales usum ptātis ammittunt, s. hęretici, & schismatici, scilicēt quod non liceat ei; illa sua potestate uti, si tamen usi fuerint: eorum potestas effectum habet in sacramentalibus, quia in his homo non operatur nisi ut instrumentum dei, unde effectus sacramentales non excluduntur propter quamcunque culpam cōferentis sacramentum.

Potestas consecrationis ñ aufertur à schismatico.

¶ Secūda potestas est iurisdictionis quem ex simplici hominis iniunctione confertur, & talis potestas nō muiolabiliter adhæret, unde i schismaticis, & hæreticis non remanet: sed ecclesia aufert ab eis, Vnde nec excommunicare, nec absoluere, nec indulgentias dare possunt, aut aliquid huiusmodi, Quod si fecerint nihil est actum. Cum ergo dicuntur tales non habere potestatem spiritualem intelligendum est de potestate secunda uel si intelligatur de prima scilicet consecrationis, referendum est hoc non ad assentiam potestatis, sed quo ad legitimum usum eius. Et sic intelligendum est illud quod ait Cyprian⁹ de Nouatiano schismatico septima q. 1. Noua-

§. 3.

1. Nouatianus qui nec vnitatem ſpiritus, nec coniunctionem pacis obſeruāt, & ſe ab eccleſiæ vinculo, atq; a ſacerdotum collegio ſeparat neque epiſcopi poteſtatē poteſt habere, nec honorem, qui epiſcopatus nec unitatem voluit habere, nec pacem, hæc ille. Idē Didicimus oēs omnino hęreticos, & ſchiſmaticos nihil habere poteſtatis ac iuris. 44. q. 1. dicimus. ¶ Sunt ergo uera ſacramenta, quæ conferunt, uel conficiunt ſchiſmatici ſi ſeruent formam eccleſiæ. Nec obſtat quod dicit Pellagius papa. 34. q. 1. ſchiſma. uidelicet. Schiſmatici quia i unitate unū nō ſunt, vt quia in partem eſſe uoluerunt, ut quia ſpiritum non habent corporis Chriſti ſacrificium habere non poſſunt, & in fine. Noli ergo (inquit idē) quaſi nulla ſchiſmaticorum, atq; eccleſiæ differētia ſituelle indifferenter vtrorumq; ſacrificiis ſociari. Non eſt Chriſti corpus quod ſchiſmaticus conficit ſi ueritate duce dirigimur, hæc ille. Dicit enim ibi gl. 10. & bene, quod intelligitur hoc, uel cum ſchiſmaticus non ſeruat formam eccleſiæ uel ſi ſeruat dicitur corpus Chriſti non eſſe confectum ab eis, quia nō confert eis effectum ſpiritualem ipſius ſacramenti. ¶ Vnde & Gratianus poſt longam diſputationē huius materiæ, ſcilicet utrum ſacramenta hæreticorū & ſchiſmaticorum ſint uera ſacramenta, quam ponit. 1. q. 1. §. ex his uerbis. Augu. poſt c. quod quidam in fine. §. ſic dicit. Sciendum quod ſacramenta hæreticorū dicūtur irrita uel damnāda, falſa, & inania ſcilicet in diuerſis capitulis ibi poſitis nō quantum ad ſe, cum ſint ſancta, & uera etiam ab hęretico celebrata, ſed q a cū illicitè dantibus perfidis ſint ad iudicium illicitè accipientibus ab eis non conferunt ſpiritum ſanctum, irrita, & non uera dicuntur, quia quod promittunt, & conferre creduntur non tribuunt hęc ibi. Idem de ſchiſmaticis, iō autem recipientes ſacramenta ſcienter ab hæreticis, & ſchiſmaticis proprie, & ſtrictè dictis non recipiunt effectum gratię, & ſi characterem quo ad imprimentia ipſum ſecundū Thom. quia ficti accedunt cum in hoc faciant contra præceptum eccleſiæ hoc prohibentis, excepto baptiſmo in caſu neceſſitatis.

Sacramēta hęreticorū dicūtur irrita.

§. 4. ¶ Schiſmatici etiam priuantur poteſtate adminiſtrationis temporalium, & in dignitatibus conſtitui, immo etiam & poſſeſſionibus ſuis. Vnde Auguſtinus. Relegātur leges ubi manifeſte præceperunt imperatores eos, qui pter catholicę eccleſiæ communionem uſurpant ſibi nomen chriſtianum, nec uolunt in pace colere pacis auctorē, nihil nomine eccleſię audeant poſſidere di. 8. quo iure. Vnde & 23. q. 8. per totum dicitur quod hæretici ſunt ſuis & eccleſiæ rebus expoliandi, & qui poſſidēt hæreticis ablata nō dicūtur aliena poſſidere, quod uidetur intelligendum eum ſit auctoritate & licentia papæ uel domini ualentis dare hanc licentiam & idem iudicium dicitur de ueris ſchiſmaticis. 24. q. 1. qui cōtra & 23. q. 5. de liguribus. De alienationib. factis à ſchiſmaticis, ſcilicet de bonis eccleſię quod nullæ ſunt, & nullius uigoris habeſ extra de ſchiſma. c. 1. cum gl. Item cum ordinati ſcienter a ſchiſmaticis ſolus papa diſpēſat, ſed cū ignoranter ordinatis diſcretus prælatus poteſt diſpēſare extra de eo qui ab hære. ordi. c. 1. Sed quo ad prælaturam præcipuè epiſcopatus ſolus papa diſpenſat extra de ele. c. quia diligētia ſecundum Hoſtię. Et cum reuertuntur ad eccleſiam recipiendi ſunt ſecundum Ray. cū manus impoſitione, & ſatisfactione, ut ſpiritum ſanctum accipiāt, quem extra eccleſiam non habebant. 24. q. 1. dicimus. Nec creditur eis ſi dicunt ſecum diſpenſatum, niſi oſtēdāt diſpenſationem, extra de ſchiſma, c. 2.

Schiſmatici ſūt ſpoliādi poſſeſſionib⁹ nō tamē eodem mō quia ignobiles plus quā nobiles. gl. in d. c. q contra not. in l. fi. ff. deī ius uoc.

¶ Schiſmatici inſuper, & per iudicium eccleſiaſticum excōmunicantur, & per poteſtates ſeculares diuerſis modis coercētur. Rō huius eſt ſecundum beatum Thomam 2. 2. q. 39. ar. 4. quia dicitur. Sapi. 11. Per quæ peccat quis per hæc & torquetur. Schiſmaticus (ut dictū eſt) in duobus peccat. In uno quidem, quia ſe parat ſe à communione membrorum eccleſiæ. Et quantum ad hoc cōueniens pœna ſchiſmaticorum eſt ut excommunicentur. Vnde & Nume. 16. dicitur in figuram huius. Recedite à tabernaculis impiorum hominū, qui. ſ. ſchiſma fecerunt Dathan & Abyron, & nolite tangere ea quæ ad eos pertinent ne inuoluamini in peccatis eorū. Et 24. q. 1. dicimus. In alio uerò quia ſubdi recuſant capiti eccleſiæ, & ideò quia coherceri nolunt per ſpiritualem poteſtatem eccleſiæ iuſtum eſt, ut tēporali poteſtate coherceantur. Vnde 24. q. 5. dicitur, quod diuinæ & humanæ leges ſtatuerunt ut ab eccleſiæ unitate diuiſi & eius pacē perturbantes a ſecularibus poteſtatibus comprimantur. Nec eſt inconueniens quod duplici pœna puniantur ſcilicet ſpirituali per excōmunicationē, & temporali per cohertiones in rebus uel perſonis ſecundum beatum Th. ubi ſupra. Cum enim pęnę huiuſmodi uitæ ſint medicinæ quādo una non ſufficit ad coherendum hominem à malo ſuppaditur merito alia, ſicut & medici circa infirmitates corporales, ita & eccłia cū aliqui per excōmuni-

§. 5. Schiſmatici excōmunicā tur. Adde quod notatur in c. ſchiſma 24. q. 1.

cationem

cationem non ſufficienter reprimuntur adhi bet cohertionem brachij ſecularis. Sed ſi una ſufficeret non apponeretur altera. Vnde Pel lagius papa. Quiſquis ergo ab Apoſtolicis eſt diuiſus ſedib. ſchiſmaticum eſſe non dubito, & contra uniuerſalem eccleſiam altare erige re conatur. De talibus inſertus Calcedonen ſi conſilio canõ ſic dicit. Qui a communione ſeipſum ſuſpendit, & collectam facit, & altare conſtituit, & noluit vocanti epiſcopo conſen tire neque obedire, & primo, & ſecũdo uocã ti hunc omnino damnari, nec unquã vel ora tionem mereri, nec recipere eum poſſe hono rem. Si enim permanſerit turba facies, & ſedi tiones eccleſiæ per extraneam poteſtatem tã quam ſeditioſum comprimi ſcilicet ſtatuim⁹. 23. q 5. Non uos, & in c. ſe. incipit, de liguribus, ſic idem ait. Regulæ patrum hoc ſpecia liter conſtituerunt, ut ſi qua eccleſiaſtici offi cij pſona cui ſubiectus eſt reſtiterit uel ſeor ſum collegerit aut aliud altare exerit ſeu ſchi ma fecerit iſtæ excommunicetur atque dam netur. Quod ſi forte, & hoc contempſerit, & permanſerit, diuiſiones, & ſchiſmata faciẽdo, per publicas poteſtates opprimatur. Et paulo poſt. Mille alia exempla, & conſtitutiones ſũt quibus euidenter agnoſcitur, ut facientes ſchi ſuras in eccleſia ſancta non ſolum exilijs, ſed etiam proſcriptione rerum, & dura cuſtodia per publicas poteſtates debeãt cohercerri. Et quia ſolent huiuſmodi cum per uiolentiã co hercentur conquæri de iniuſtitia, quia cogi non debent, nec etiam ad bonum. Reſpondet ad hoc Auguſtinus dicẽs. Schiſmatici dicunt. Cui vim Chriſtum intulit, quem coegit. Ecce habent Apoſtolum Paulum. Agnoſcant ineũ prius cogentẽ Chriſtum, poſtea docẽtẽ prius ferientem poſtea cõſolantem. Mirum eſt quo modo ille qui pœna corporis ad euangelium coactus intrauit plus his omnibus laborauit qui ſolo uerbo uocati ſunt 23. q. 6. Et ad hoc fecit quod habetur Mat. 22. & Lucæ 14. Exi in vias, & ſpes & compelle intrare, ſcilicet in domum eccleſiæ. Item Auguſt. Quando uult Deus concitare poteſtates aduerſus ſchiſma ticos, aduerſus diſſipatores eccleſiæ blaſphe mi non mirentur: quia Deus concitat, ut a Sa ra uerberetur Agar. Cognoſcat ſe Agar po nat ceruicem quæ cũm humiliata diſcederet a domina ſua, & conqueſta eſſet angelo de domina ſua. Reſpõdit. Reuertere ad dominã tuã, ad hoc enim affligitur ut reuertatur. 23. q. 3. Quando.

§. 12. ¶ Sed quid cũ duo uel plures in eccleſia ſunt gerẽtes ſe pro papa, & quilibet eorum habet ſuam ſequelam quis eorum dicetur ſchiſmati cus cum ſuis ſequacibus. Reſpondeo. Aut cõ ſtat, & cõmuniter tenetur, quod quilibet eo rum incurſus eſt ideſt non canonicè electus, Aut cõſtat unum eorum canonicè, & ritè ele ctum uidelicet à duabus partibus cardinaliũ, & ſine uiolentia, & alius poſtea ſuper in lectus. Aut dubitatur quis illorum ſit canonicè & ritè electus unus uel alter. ¶ Et in primo ca ſu nullus eorum, ſed quilibet eorũ ſchiſmati cus cum his qui ſcienter ſequuntur ipſum, & excommuu icati ipſo facto, extra de ele. c. Li cet. Et de hoc loquitur. c. 79. di. Si duo, ubi di citur. Si duo ſorte contra fas temeritate con certantium fuerint ordinati ſcilicet in ſumm os pontifices, nullum eorum futurum ſacer dotem, ideſt ſummum pontificem permittim us, ſed illum ſolum in ſede Apoſtolica per manſurum cenſemus, quem ex numero cleri corum noua ordinatione diuinum iudicium, & vniuerſitatis clerus elegerit. hæc ibi. Nec obſtat quod hoc ſtatuit Honorius Auguſtus, ad imperatorem non ſpectat ſtatuere aliq d de electionibus eccleſię ſicut nec de reb. alijs eccleſiaſticis, ut dicitur di. 96. Bene. Hoc. n. fe cit rogatu eccleſiæ, & eccleſia approbauit, & ſic poteſt, & ualet ac ſi eccleſia feciſſet, rõne approbationis. Quando ergo conſtat nullum eorum canonicè electorũ. ut quia nõ a cardi nalibus: ſed ab alijs in quo caſu loquitur. c. Si quis ex epiſcopis, diſt. 79. c. ſi quis pecunia. Vel ſi a cardinalibus, nõ tamen a duabus par tibus, ut in decretali de elect. Licet, qui tali adhæreret uere ſchiſmaticus eſt. Et per conſi lium prouidendum eſſet cum cardinales hui uſmodi cã eſſent. Aliàs ipſi cardinales alium canonicè eligẽt, & ille uere Apoſtolicus erit. Et nota q, ex hoc q, electio papæ ſymoniacè facta eſſet à cardinalibus dummodo aliàs ri tè ceſſari non poteſt, nec tolli qn ſit uerus pa pa. Et ſimiliter quantuncunq; criminoſus, & irregularis eſſet electus, vt dicit gl. ſuper c. Si quis pecunia. Et plenius gl. in c. j. ¶. In ſecun do caſu cum ſcilicet conſtat unum canonicè electum, & poſtea alius ſe intrudit, ſicut Cor nelius papa qui Fabiano ſucceſſit, & poſt eũ canonicè creatũ. Nouatianus quidã papã ſe fecit. Tunc primus eſt apẽicus uerus, & alius apoſtaticus antipapa, & antichriſtus ſchiſmati cus uerè cũm ſequacibus eius. Vnde, & Gra. poſt c. Si duo di. 79. §. ſeq. dicit quod hoc ca. de eo non intelligendum eſt, qui uno p apoſtaſiam ordinato à cardinalibus, & religio ſis clericis Apoſtolicæ ſedis intronizatur, etiam ſi ille apoſtaticus ita cathedram

Incaut⁹ ad papa tum eſt ſchiſma ticus.

Poſt ca nonicè electum ſe intru dens eſt ſchiſma ticus.

Petri

Petri violenter tenuerit, vt canonica electio intra urbem fieri non valeat, hæc ibi. Et ad hoc optime facit quod dicit Cyprianus. 7. q. 1. Factus est Cornelius episcopus de Dei, & Xpi eius iudicio de clericorũ penè oium testimonio, de plebis quæ tunc affuit suffragio, sacerdotum antiquiorum, & bonorum uitiorũ consensu, cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus ideſt cum locus Petri, & gradꝰ cathedræ sacerdotalis vacaret, quo occupato & de Dei uoluntate atque omnium uirorum consensu firmato, quisquis iam episcopus fieri uoluerit foris fiat necesse est, nec habet ec clesiasticam ordinationem, qui ecclesiæ non tenet unitatẽ, quisquis ille fuerit, licet de se multum iactans, & plurimum sibi uendicans, prophanus est, alienus est, foris est, & cũ post plurimum esse non possit: quisquis potest unum qui solus debet esse factus est, iam nõ secũdus ille, sed nullus est, hæc ibi, & in se. c. idem dicit. Nouatianus episcopus non est q. Cornelio episcopus in ecclesia. 17. episcopis facto adulter atq; extraneus episcopus fieri a desertoribus per ambitum nititur. Et contra tales sic intrusos imprecantur multæ maledictiones di. 23. i nomine domini. ¶ Sic sub Eugenio tertio factam est schisma tpe beati Bernard. Nam ipso Eugenio rite electo alius intrusus est, sed meritis. & laboribus ipsius Bernardi ablatum est illud schisma, & remanẽte Eugenio in sede, apostolicus ille ad nihilum redactus est, deinde sub Iohãne. 22. factum est aliud schisma. Nam cum ipse Iohannes per extrauagãtem suam declarasset fore hæreticos, qui Christum assererent pertinaciter nil possedisse in communi etiam mobile, eum sit contra euangeliũ expresse, ut patet Io. 12. & 12. q. 1. habebat dominus. Quidam nuncupati Fraticelli de opinione fecerũt schisma, asserentes Papam Ioannem hæreticum cum successoribus, & sequacibus eius, & fecerunt alium Papam Pisis, & adhuc perseverat illa hæresis. Græci etiam circa annum domini nongentesimum schisma facientes in hæresim etiam inciderunt de spiritu sancto reprobatam, extra de sum. Trini. & fi. catho. cap. 1. li. 6. sed reducti ad unitatem ecclesiæ, & ueritatẽ fidei sub Eugenio. 4. qui nunc Petri sedẽ tenet. ¶ In tertio uero casu. s. cum dubiũ est, quis illorum duorum sit canonicè electus, puta quia electio primi dicitur facta per metum qui cadunt in constantem uirum, quamuis in duabus partibus cardinalium postmodum ab eisdem sit electio alterius sine uiolentia, & metu quocunque. Sicut accidit casus circa domini 1380. annos. Nam mortuo Gregorio. 11. cardinales debentes procedere ad electionem successoris, fuerunt, ut dicitur a Romani comminati, quod occiderentur, si non eligerent. Italicum aliquem. Elegerunt ergo archiepiscopum Baren. qui tunc erat Romæ experimentes ei, quod eum eligebant ad vitandum periculum, seu fingebant eligere, sed postea data opportunitate alium liberè, & non coactè intendebant eligere. Electo igitur illo qui Vrbanus sextus dictus est. Ille ut fertur dicit, quod si uolebant eum eligere uoluntariè eligerent, quia intendebat Papa esse. Publicato igitur illo Vrbano pro Papa, & a cardinalibus adorato, & consecrato de consensu eorũ, ac principibus Christianitatis hoc per eos significato qđ canonicè esset electus. Inde post aliquot mẽses ipsi cardinales recesserũt abeo & fugiẽtes ad ciuitatẽ Fundẽsem, quæ est in principio regni, ibi elegerunt alium, q. dictus est Clemens sextus, qui transtulit curiã suam in Auinionem, Illumque uenerata est pro papa tota Francia, & Hispania & Cathalonia. Alteri uero. s. Vrbano adhæsit obediens Italia Elemania, & Vngaria. Perseueraut̃que hoc pessimum schisma ultra triginta annos. Cum igitur hic esset dubium, & ignorantia facti, qa exceptis cardinalibus, & paucis alijs tunc prẽsentibus cæteri scire non poterant si talia fic processerũt uel aliter, cum diuersi diuersimo dẽ gesta referrent. Et partim etiam ignorantia iuris, quia dubium uersabatur apud pijssimos, utrum fuerit talis metus, qui cadere posset in constantem uirum necne. Vel etiã quia post electionem habuerunt tempus liberum ad recedendum, & non fecerunt quamtitius. Sed econtrario per signa expressa ostenderunt uoluntariè, & liberè factam electionem. ¶ Ignorantia autem facti cum probabilis est excusat: sicut excusatur Iacob cognoscens Lyam non uxorem suam pro Rachele uxore sua, quod etiam expresse dicitur. 1. q. 4. §. nota tandum. Et plenius in glo. ibi quæ etiam declarat qũo dicatur ignorantiam probabilis, q̃ excusat siue sit de facto proprio, siue alieno, ignorantia iuris ciuilis, seu canonici ad quod spectat huius materiæ discussio, ut dicit ibi glo. & sic non excusat cum est tale ius, quod quis de facili per se scire potest, uel per alios dum tamen habeat copiam peritorũ, ut. ff. de iniur. & fac. ignorã. & di. 38. Si in laicis. Excusat tamen si est tale ius, quod quis nec per se nec per alios scire potest, cum peritissimos fallat, & diuersi contraria sentiant. ar. distin. xxviij. §. ult. cum glo. Ideò in illo schimate illi

fuerunt

Schisma tpe Bernardi sub Eugenio tertio.

Cũ dubitatur quis sit canonicè electus.

fuerunt uerè, & propriè schismatici, qui præsentes scientes factum, contra iura scienter, vel contra conscientiam fecerunt schisma tale passionibus ducti amoris, vel odii, cupiditatis, & ambitionis. Alii uerò qui vni vel alteri Vrbano scilicet uel elementi obedientes adhærebant moti ad huiusmodi tenendum non temporaliter, sed ex conscientia ex auditis consiliis petitorum non erant uerè & propriè schismatici etiam si ei qui non erat verus adhæsissent, quia præter intentionem eorum erat error, & diuisio eorum. Quamuis.n. ignorantia iuris diuini vel naturalis neminé excuset, vt dicit Gratianus in dicto §. Notandum. Ibi non erat talis ignorantia: quia & si credere in vnum caput, sicut in vnam catholicam ecclesiam, sit de articulis fidei, quæ spectat ad ius diuinum, tamen credere hunc esse illum vnum caput vel alium, cum duo sunt gerentes se Papa, non est articulus fidei, sed qui secundum iura & ecclesiæ est electus, quod scire pertinet ad factum, & ius canonicum. Quauuis ergo una pars excommunicaret alteram cum sequacibus, & schismaticam nũcuparet, qui simplicite inhærebant excusari videbantur a uitio schismatis, durante illo schismate, post Vrbanum succesit ex illa parte Bonifacius nonus, Bonifacio succesit Innocentius sextus. Innocentio Gregorius duodecimus. Ex alia parte Clementi succesit Benedictus duodecimus. ¶ Sub his autem scilicet Gregorio duodecimo ex vna parte, & Benedicto ex alia factum est aliud schisma circa annos domini 1410. Nam recedentibus cardinalibus ab vtroque Papa, & conuenientibus Pisis ibiq; concilium vniuersale celebrãti depositis illis duobus scilicet Gregorio & Benedicto per concilium vel conciliabulũ sub ea uidelicet ratione depositis, quia dicebãtur scandalizare facto suo publico totam ecclesiam, cum non vellent conuenire simul in aliquo vno loco, vt promiserant, & iurauerãt ad dandum efficaciter vnionem ecclesiæ. Demum creatus est Pisis Alexander qui dicebatur prius Petrus de Candia Cardinalis ordinis minorum. Cui succesit Ioannes 23. Bononiæ electus. Et cum penè omnes reges, & principis christianitatis dimisis Gregorio, & Benedicto obedientiam dedissent Alexãdro, & succesori suo, tamen adhuc maximum dubium erat, vtrum illud Pisis celebratum fuerit verum generale concilium, vel conciliabulum cum nullus eorum qui se gerebant pro Papa fuerit auctoritate congregatum. Item vtrum causa propter quam fuit creatus ille tertius, scilicet Alexander videlicet, quia Gregorius & Benedictus scandalizabant ecclesiam ex facto suo, quia scilicet dissimulabant vnionem dare ecclesiæ vt promiserant, esset vera. Nam de Gregorio repertum est contrarium, vt apparuit de facto postea, quia sponte renunciauit in concilio Constantiensi. Et vtrum potuerit illos deponere pro illa causa, & per consequens ibi creatus esset verus Papa, scilicet Alexander, vel antipapa. Ex quacunque trium partium quicunque simpliciter credebat suum esse verum papam & non alium, motus conscientiæ dictam ne paratus etiam alteri adhærere, si hoc ibi constaret, excusatus creditur a uitio schismatis, & sententiis eius. In cuius signum est, quòd in qualibet obedientia erant multi peritissimi, & sanctissimi viri, & cum Deus, & natura non deficiant in necessariis, sed vnctio doceat de omnibus, vt dicit Ioan. in canonica sua. Non est credendum spiritumsanctum deseruisse ecclesiam, cuius instinctu regitur. distinctio octaua. Qui contempta. Vel Christum recessisse a suis qui dixit. Ecce vobiscum sum omnibus diebus Matth. vlt. si error ille fuisset periculosus & damnabilis. Insuper & sub Vrbano & Bonifacio fuerunt sunt quæ claruerunt miraculis vt sancta Brigida, & Catherina de senis credentes in illũ, & sub Clemente & Benedicto ex alia parte fuit beatus Petrus Lucimburgo cardinalis eius clarens miraculis. Sub Bonifacio & Gregorio fuit dominus Ioannes dominici cardinalis eius eximiæ scientiæ & probitatis. Et sub Benedicto magister Vincentius Maximus prædicator, & sanctissimæ vitæ. Idem senserunt, & scripserunt, & consuluerunt ipsi venerabiles viri dominus Ioannes dominici, & magister Vincentius. Tandem Deo miserante cum sic nauicula Petri fluctibus quateretur domino quasi dormiente exurgens tranquillum fecit. Congregato enim Concilio Constantiæ per Imperatorem Sigismundum assignatione ibi facta ipsius per Papam, ad quem spectat huiusmodi, vt patet distinctio decimaseptima, per totum, & per Ioannem vigesimumtertium, & per Gregorium duodecimum, & cardinalibus Benedicti omnibus ad ipsum concilium vniuersale accedentibus cum cardinalibus Ioannis, & Gregorium decretum est, vt pro efficaciori modo vnionis fiendæ per modum cessionis procedendum fore. Sicque Gregorius duodecimus præfatus sponte omni iure papatus cesit, & renunciauit per Carolum de Malatestis

Aliud schisma iter Gregorium & Benedictum.

sum in hoc procuratorem in publico concilio. Ioan. 23. præfatus fugam arripuit. Sed Imperator Sigismundus eum insecutus cœpit, & reddire compulit ad præfatum locum concilii. Et quia cedere nolebat, ac etiam multis actibus suis ecclesiam scandalizabat depositus fuit. Et similiter Benedictus, quia ad concilium venire noluit, nec mittere, nec incorporari nec cedere, depositus fuit. Demum de communi concilio, & assensu omnium cardinalium Gregorii, & Ioannis, & Benedicti qui illic conuenerant; & omnium nationum, s. Italicæ: Gallicæ: Alemaniæ: Hispanicæ: Angliæ assumpti sunt aliqui, qui simul cū cardinalib. haberent vocem in electione fienda summi pontificis. Sicque ad electionem procedentibus creatus, est canonicè dominus. Otho Cardinalis de colomnensibus vocatusque Martinus quintus. Acceptatusque ab omni clero, & principibus christianitatis vniuersis pro vero, vnico, & indubitato apostolico Petri successore Iesu Christi vicario. Et decretū fuit, quicquid fuisset a quocunq; illorum trium, qui se gesserunt pro Papa concessum, & ordinatū in sua duntaxat obedientia ratū esset, & firmū, vnde & omnes remanserunt in suis dignitatibus, & officiis. Et quāuis ille pertinax olim dictus Benedictus in castro Paniscolæ cōfugiens moreretur in sua duritia ab omnibus derelictus, factus est post eum a paucissimis antipapa quidā Eugenius, sed subito res illa euanuit nā cessit spōte omni iuri si quod haberet in papatu. Creditur autem procuratum tale concilium congregari laborib. & industria domini Ioannis dominicis cardinalis Ragusini, qui pluries accessit ad Imperatore aliquando in habitu cardinalatus aliquando inhabitu transformato ad suggerendum, & sollicitandum illud negotium.

§. 7. ¶ Quod autem in dicto schismate sic dubio, nullus esse condemnandus, cuicunq; illorum trium adhæreret pura conscientia non solum rationib. iā breuiter assignatis probatur, sed & quidam magister eximius in theologia tūc cancellarius Parisiensis ad idem propositum quasdā conclusiones scripsit approbatas per doctores totius vniuersitatis.

Prima conclusio. ¶ Prima conclusio est. Quocunq; contendentium de papatu demonstrato nō est hæreticū dicere. A. non est papa. Ratio huius cōclusionis est, quoniā nulla propositio ad cuius verificationē exigitur, veritas vnius propositionis cōtingentis, & ad fidē impertinētis, est de necessitate, aut integritate fidei. Nā sicut propositio copulatiua, cuius vna pars est tota cōtingēs, & cuius vna pars est falsa, & impossibilis, est tota falsa aut impossibilis, sic in proposito. Constat āt quod ad verificationē istius. A. est papa, exigitur non solum vnā: sed multas propositiones contingentes esse veras, vt quia electio est ritè, & canonicè celebrata, & ab illis, qui habēt ptātem, & similes. Cū ergo nesciatur si electio papæ est canonicè celebrata nisi a paucissimis interessentib. & intelligētib. & per maximè quoniam sapientissimi de hoc dubitant, vt in prædicto schismate. ideò non est hæreticum dicere, quòd talis, vel talis non est Papa, quia, s. non pōt esse electus canonicè. Nō. n. pertiet ad fidē, quòd sit istæ vel ille Papa, sed quòd sit vnus Papa, ille. s. qui eligitur, vt ordinauit Christus vel ecclesia. di. 23. c. In nomine domini.

Secunda conclusio. ¶ Secunda cōclusio est. Quod in statu prædicto stat aliquos cē apud quos istud pertinaciter asserere. A. nō est Papa saperet hæresim. Rō huius conclusionis est, quoniam propositio dicitur sapere hæresim quādo ex ipsa assumptione cum aliquibus veris quæ rōnabiliter negari non possūt sequitur error in fide. Sed possibile est aliquos homines per reuelationem, vel aliter sic certificatos esse, quòd oia rite facta sunt, & canonicè in electione ipsius. A. in Papam, quod rōnabiliter dubitare nō possunt, tunc tales si negant, A. esse, vel fuisse Papam, incidunt in errorem istū, quòd rite electus, & consecratus in Papam non est Papa, nec vnquam fuit Papa, & quòd nō succedit Petro, & multa similia, quæ sunt hæretica. ar. 7. q. 1. factus, & extra de elec. licet.

Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio est. In hmōi schismate tā dubio, temerarium, iniuriosum, & scandalosum est asserere oēs tenētes istam partem, vel oēs alteram, vel neutralem etiā adultos vniuersaliter extra statum salutis esse, vel excōmunicatos, vel rōnabiliter de schismate suspectos. Rō huius cōclusiones est, quoniam multi sunt ex vtraque parte, & neutrales, quibus non est materia ista clarificata, quin rōnabiliter possint negare, vel dubitare propositionem istā. Quocunq; contēdentiū de papatu demōstrato. A. est vel fuit ritè electus. A. non est schismaticus vel hæreticus, & similes ad quas sequitur. A. nō esse Papam. Assumptum docet experientia, & tot doctissimorū diuersè aduersæq; sentētiæ. Et cōstat multos esse simplices, qui ad talia dubia inuestigāda non tenetur qui nō mouētur nec fauore, nec odio, vel quæstu ad non fauendū illi parti, vel illi, & parati sunt obedire veritati sufficiēter agnitæ nec sunt pertinaces. Quod nō ptina-

ces

ces, ergo nec excõmunicati, nec de schismate rationabiliter suspecti. Tota ratio huius fundatur in hoc; quia nunquam fuit, tam uerisimilis, & uehemens causa dubitationis in alio schismate sicut isto. Cuius signum euidens est uarietas opinionum inter sanctissimos, & doctissimos ex utraq; parte, immo præsuppositis illis, quæ facta sunt, & cõcessis, adhuc restant quæstiones iuris ad utrumlibet disputabiles, quæ omnia incertitudinem rationabilem generant in hoc schismate, & ab errore pernitioso plurimos excusant, ar ad hoc a simili, vigesimaquarta q. tertia. c. dixit. De similibus enim idem est iudicium extra de translat. ca. Inter corporalia.

Quarta conclusio.

¶ Quarta conclusio est. Quacunq; parte demonstrata temerariũ, & scandalosum, & sapiens hæresim est asserere sacramenta ab eis confecta suam efficatiam non habere, & sacerdotes nõ esse consecratos, pueros nõ esse baptizatos, & eucharistiam non esse cõfectã, & huiusmodi. Ratio est, quoniam neq; schisma, neq; hæresis, neq; quocunq; vitium impedit, quin sacramenta habeant suam efficaciam, quod vtique verum est quantum ad essentiam sacramentorum, quia vera sacramenta sunt seruatis, quæ fieri debent, & debita forma, & materia, & huiusmodi (ut dictum est supra) Scienter tamẽ sumentes a præcisis non recipiunt effectum ultimum sacramẽto rum, id est gratiam, & hoc ideo, quia ficti accedunt, cum faciant contra ordinationẽ ecclesiæ, quæ hoc prohibet. Excipitur tamen baptismus, qui in casu necessitatis a quocunq; schismatico, vel hæretico, vel pagano susceptus cõfert gratiã, vt expresse dicitur. 32. di. §. Cæterũ. Vnde Cyprianus, qui dixit sacramẽta et baptismũ a schismaticis, vel hæreticis collata irrita esse & inania, vt habetur. 1. q. 1. c. Sicut eunuchus. Si quis inquit reprehendi tur ab Augustino, & alii doctorib. ecclesiæ in supradicto. §. cæterum, sed quãdo schisma est dubiũ, & obscurũ, ut istud de quo est termo, credendum est sacramenta a quacunque parte conficiantur suum effectũ vltimũ, s. gratiam conferre, dummodo aliàs dispositi sint & contra conscientiam alicui partium non adhæreant.

Sacramẽtum baptismi à quocũq; susceptã confert gratiam.

Quinta conclusio.

¶ Quinta conclusio est. Quod possibile est aliquos veræ patri assentiẽtes ueraciter eẽ schismaticos, & aliquos falsæ parti assentientes, modo prædicto esse schismaticos. Rõ huius conclusionis est, quia stat aliquem veræ parti assequentem sic esse pertinacem, quod propter quæstum, vel uanam gloriam, vel aliam causam non habet animum paratum ad obediendum veritati cognitæ si per ecclesiã, vel aliter reperiretur illum errare, vel etiam dũ in tãto dubiorum inuolucro pro sua assertione sustinenda separat se a membris ueris, & unitate ipsius ecclesiæ. Non enim est schisma tantum in separatione membrorum a capite, sed etiam in separatione pertinaci membrorum ad inuicem. Ex quo consequenter habetur, quod est temerariũ, & periculosum unã partẽ uel aliã generaliter impugnare, & ab eiusdem cõicatione causa detestatione declinare. Altera pars conclusionis patet ex tertia conclusione supra posita.

¶ De sententiis excommunicationis, quæ §. 8.
feruntur ab una parte contra aliam dicit, quod fieri non deberent, quia excommunicatio fieri non debet, nisi pro mortali, ut dicitur. vndecima q. 3. nemo immo nec pro mortali, nisi post contumaciam, vt q. e. certum. In hmõi ãt non debet quis iudicari de mortali. Si tamen sententia proferatur, prout factum est: nõ est curãdũ. Quod. n. ait Greg. 11. q. 3. Sententia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est & seruanda, vt dicunt doctores. Hoc intelligẽdũ e t quando profertur a pastore seu iudice suo, sed in hoc casu cum non reputet ferentem huiusmodi sententiam iudicẽ suum, & habet probabilem causam hoc æstimandi: nullam debet illam credere decima q. tertia cui illata.

¶ Demũ ex præmissis præfatus doctor elicit §. 9.
quatuor documenta. ¶ Primum est quod inter homines eiusdem obedientiæ expedit ad hære sententiis latis a suo superiore credito, alioquin non esset vinculum charitatis inter eos, & hoc placet, alias sequerẽtur multa incõuenientia, & magna confusio. ¶ Secundum documentum est de casibus reseruatis Papæ, de dispensationibus, & aliis in foro conscientiæ, uel foro publico seu cõtentioso, possunt homines secundum credulitatẽ suæ partis, & suam partem, & seipsos quietare teneno pro facto id quod superior eorum ab eis creditus fecerit. Neutrales autẽ uidentur habere sufficientem recursum ad ordinarios, apud quos secundum eorũ opinionem commuiter loquendo est potestas deducta. Et hoc satis placet excepto eo, qđ dicit de neutralibus. Nõ bene. n. itelligo qño quis possit bene esse nautralis. ¶ Tertium documentũ est, quod tamen primum ponit, quod apud plurimos potest hic applicari documentum Ambrosii ad ar. quod habetur. 12. di. illa. de ieiunando vel non ieiunando, videlicet cum

Romę fum ieiuno ſabbato, cū Mediolani ſum non ieiuno. Ita & tu ad quancunque eccleſiā veneris illius mortem ſerua, ſi non vis cuiquā eſſe grauis, nec quemquam tibi. Ita inquit ille. Idem homo pro diuerſitate locorum, & tēporum, & perſonarum, ſine periculo ſchiſmatis, & damnationis nunc huius partis, nunc alterius dictis, & ſententiis obedire poteſt, & nunc cum iſtis, nunc cum illis communicationem præſtare. Iſtud documentum non placet, non enim concipio quomodo illud poſſit ritè fieri. Cū enim poteſtas iuriſdictionis ab imo ſummo ſcilicet Papa Chriſti Vicario deriuetur in alios inferiores prælatos, ſicut ſenſus, & motus a capite in membra influit. Propter quod Chriſtus uni ideſt Petro dixit. Tibi dabo claues regni cœlorū. Math. 16. ad comendandum unitatis ſacramentum, & quod a Papa in alios eſſet iuriſdictio deriuanda, vt ait Cyprianis. 24. q. 1. loquitur, cum duo capita eſſe non poſſint. Alioquin eſſet mōſtrum in eccleſia, oportet quod ab vno vero, vel præſumpto deriuetur poteſtas in alios. Si ergo cū eſt in terras obedientiæ vnius, illi adhæret vt ſūmo capiti a quo æſtimat haberet poteſtatē, vt a prima origine & ſic abſoluit & absolutionem ab alio pro ſe quærit, quādo accedit ad terras obedientiæ alterius, quis dabit auctoritatem abſoluendi eos, qui ſunt de illa obedientia, vel, vt poſſit ipſæ abſolui ab illis. Non ille primus, cum habeat iſtos vt præciſos. Non ſecundus cum iam adhæſerit primo & ſic a ſecundo habeatur ſchiſmaticus. Non uterque, quia tunc eſſent duo capita. Conuenientius uidetur dicendum, quod uni eorum adhærendo ſecundum quod magis dictat cōſcientia, non ad quem magis temporalitas trahat illius auctoritate fungatur abſoluens illos, & abſolutionem quærens ab illis, qui ſūt de obedientia ipſius cui adhæret. De hominibus autem alterius obedientiæ non ſe intromittat, niſi ad obedientiam reuerſos eius cui ipſe adheret. Illos tamē non propter hoc cōdemnet. Et ſiquidem contingeret illum non eſſe verum, cui cum pura conſcientia adhæſit, in abſolutione ſupplebit defectum ſummus ſacerdos dominus Ieſus qui habet claues, cui aperitur nemo claudit. Ignorantia autem probabilis excuſat eum. ¶ Addit quartum documentum dicens. Vbi homo nihil in ſe ſentit carnale, vel tenebroſum trahens eum ad iſtā partē tenendam, vel aliam, nō debet ſibi ſeruare ſcrupulos. Veriſimū ē. n. illud Chriſti. Si oculus tuus fuerit ſimplex totum corpus tuū lucidū erit. Nolo āt ex iſtis, & præcedentibus dicere, quòd in oī caſu ſic liceat de obediētia Papæ & eius sētētiis sētire, & uaria iudicare, ſed tantummodo vbi rationabiliter, & pronabilis hētur ratio de iure dubitādi, vt eſt in ſupradicto ſchiſmate. Et hoc documentum multum placet quantum ad utramq; partem. Ex prima parte elici pōt iſta concluſio, quod in prædicto ſchiſmate, & multomagis quando eſſet minus dubium, quis mouetur ad inhærēdum, & obediendum vni magis quam alteri, nō ex conſcientia & ueritate cognita ſed ex tēporalitate, vt qua vnus magis iuuare pōt, vel maiora beneficia cōfert quā alter, ille eſt in malo ſtatu animæ ſuæ etiam adhærēdo vero. Ex ſecūda parte notādum diligēter, quòd non idem dicēdū de quolibet ſchiſmate, alioquin ſchiſma, & chimera idem eſſent, & sētētiæ latæ contra ſchiſmaticos, & tā duræ infectiones, & punitiones frinolæ eſſent, & inutiliter membranas occuparent. Quando igitur ſchiſma eſt euidēs, & clarè a non paſſionatis poteſt percipi, vt in primo caſu & ſecundo ſupradictum eſt, tūc locum habēt quæ dicta sūt in 2. & 3. §. de ſchiſmaticis. Nec ignorantia excuſaret eos, quando per ſe, uel per alios de facili, ueritatem ſcire poſſunt. Et de huiuſmodi ītelligitur illud quod dicit Pelagius Papa de ſchiſmaticis veris loquens. Nec enim alleuiat eorū crimē: magis verò auget, quòd eos diu reſtitiſſe dixiſtis, ne aplicis ſedibus cōicantes in ſua cōione reciperēt. In hoc. n. dū & illi inculpādi sūt, qui cōmunicare talibus uoluerūt, multo magis tamē illi execrādi, qui nō ſolū in ſacerdotibus cōioné apoſtolicarū ſediū, verū ēt in ipſis ſpræuerunt. Sed nec illud eis prodeſt, quod eos in eiſdē literis, vel ignorantia rationis, vel ſimplicitatē intellectos ſui, a noſtra ſe cōione ſuſpendiſſe perhibetis. Idipſum. n. magis eſt, propter quod ſchiſmatici ſunt &c. 24. q. 1. ſchiſma. Hic & Beda ait, tractās illud Io. i cano. Ois qui credit, & nō permanet in doctrina Chriſti deū nō hēt. Si quis venit ad vos & hāc doctrina nō affert, nolite eū recipere i domū, nec ei aue dixeritis. Hæc Io. de ſchiſmaticis ſiue de hæreticis vitādis, quæ verbi, docuit ēt factis exhibuit. Nā cū apud Epheſū Balnea lauādi gratia fuiſſet ingreſſus, & vidiſſet ibi Cherintū, continuo diſcesſit non lotus dicēs. Fugiamus hinc ne Balnea corruant in quibus Cherintus lauatur inimicus veritatis, vt refert de eo Policarpus. 24. q. 1. omnis. Itē Amb. Cyprianus nō putauit fidem eſſe in ſchiſmate. Nā & ſi fidem erga Deū tenerent, tamē erga dei eccleſiam, non tenebant, cuius patiebātur velut quoſdam artus diuidi, membraque

braque lacetari. Etenim cum propter ecclesiam Christus passus sit, & Christi corpus sit ecclesia, non uidetur ab his Christo fides exhiberi, à quibus passio eius euacuatur, atque distrahatur, 24.q.1.c.aduocauit, itē Alexāder 2. ait. Qui extra ecclesiā sunt, nec ligare possunt nec soluere, nec reconciliando ecclesiasticę communioni reddere, nec excommunicando eius societate priuare, quæ ipsi hæresi uel schismate polluti siue sententia notati penitus carere probātur. Et cū dominus daret oībus parē ligandi, atque soluendi potestatē. Petrus pro omnibus, & præ omnibus claues regni cœlorum se daturum promisit dicens. Tibi dabo claues regni cœlorum. Quicunque ergo ab unitate ecclesiæ, quæ per Petrum designatur alienus fuerit execrare potest, conse crare non ualet, excommunicationis uel reconciliationis potestatem non habet. 24.q. 1. audiuimus. Item. 1.q.7. quoties, traditur forma qua schismatici reuerentes ad unitatē ecclesiæ debent abiurare schisma promittentes sub iureiurando nunquam in schisma relapsuros, & in scriptis redigere promissionem sub obligatione pœnæ æternæ. Hęc omnia, & similia de uere, & propriè schismaticis intelliguntur, primo uel secūdo mō dictis: nō tertio.

§.10. ¶ Schisma aūt, quod nunc regnat factum, anno domini. 1450. uel circa sub Eugenio. 4. uidetur pertinere ad secundum modum schismatis potius, quam ad tertiū, quod dubium uocatum est. Nam cum Martino. 5. canonice fuerit creatus ipsę Eugenius, & acceptus à tota christianitate pro unico, & indubitato apostolico, & per plures annos papatū tenuerit, congregatio facta Basileæ, quæ aliquando cōcilium fuit, quia auctoritate Martini congregatum, & postea etiā auctoritate Eugenii confirmatum, cum fuerit dissoluta translato concilio Ferrariam propter propter reductionē. Grecorū, & inde Florentiā propter superuenientem ibi pestem, affecta est conciliabolum, & synagogna Sathanæ adeò, ut basiliscum pateret ipsa Basileę cōgregatio, à usu temerario pśumēs deponere Eugenium, & creare Amedeū ducē Sabandiæ dictū Felicem. Pro ratione iustificationis suę impietatis allegauit. Primo quod ipsę Eugenius Papa non potuit dissoluere illud concilium sua auctoritate firmatum. Et ex hoc secundo, quod conilium ē supra Papam ad iudicandum de ipso. Tertio: q̄ quia scandalizabat ecclesiam iuste ipsum concilium deposuit, & depositio alium creare potuit. Sed primum esse falsum ex hoc ostenditur, qa eius est destituere, & dissoluere cuius est statuere, siue constituere, cum sint eiusdē potestatis actus ar. extra de re. iuris, omnes. Sicut autem papa potest condere canonē generalem, ita & tollere potest, & mutare, utpatet. 25.q. 1.§. his ait. Et sicut solus pōt concilium generale indicere, & facere celebrare, & ei auctoritatem dare, ut dis. 17. per totum, ita & dissoluere potest. ¶ Secundum falsum esse multa iura declarant. Non enim Papa habet auctoritatem à conciliis principaliter; sed à Christo, ut habetur di. 21. quāuis. Et ipsæ Papa dat robur, & auctoritatē ordinatis in cōcilio, ut dicitur extra de elec. significasti. Nec est cōtra, i. qđ dicit Gre. dist. 15. sicut sancti. i fi. uidelicet, quod seipsum non illa destruit. s. ordinata in cōciliis, uniuersalibus primis, si qs absoluere, quæ illa ligant præsumit. Nam ut ibi dicit glo. Io. & si bene, hoc itelligitur, quātum ad ea, quæ pertinet ad articulos fidei, nā quantum ad positiua magis standum, est sententiæ papæ quam aliorum. Dicitur etiam 9. q. 3. Nemo iudicabit primam sedem iustitiam temperare desiderantem, neque ab omni clero neque ab Augusto, neque à rege, neq; populo iudex iudicabitur. Idem dicitur in 4. c. se. ponit ibi glo. tres exceptiones. ¶ Prima in foro pœnitentię tunc enim iudicatur à suo cō fessore, sed ille tunc tenet locū Dei. ¶ Secunda cum submittit ipsę sua sponte seiudicio ec ecclesiæ concilii, uel alterius, sicut accidit in Symacho Papa, & Leone, ut. 2.q. 5. auditum, & q. 7. nos si. & distinct. 21. nunc autem. Tertia in crimine hęresis. Vnde dicitur distinct. 40. si Papa. A nemine est iudicandus, scilicet papa nisi deprehendatur à fide deuius. Vbi dicit gloss. hoc uerum si se non uellet emendare, nam ubi se emendaret nec tunc deponeretur, per quoddam decretum factum in concilio Constantiensi. Addita, est quarta exceptio, scilicet in casu schismatis, quod uidetur, intelligendum de schismate dubio, eū. s. sunt duo pontifices creati, & dubitatur, quis eorū sit uerus, ut tunc fuerat non de manifesto, scilicet cum unus canonicè creatus, alius postea intrusus, aliàs cum quilibet episcopus possit recedere ad obedientia papæ, & sic facere schisma, & sic habebit quotidie papa iudicari cum tamen iura contrarium clament. Vnde Anacletus Papa inquit. Electionem summorum pontificum sibi dominus reseruauit distinctione 79. Cum ergo nullus horum casuum in proposito reperiatur, quia nec a fide deuius Eugenius, nec se submisit concilii iudicio, nec esset nunc aliquod schisma, quæ ratione potuerit

Ceschismate Basileæ.

In tribus casibus Papa iudicatur.

concilium, imo conciliabulum iudicare de ipso non apparet. ¶ Tertium etiam friuolū est, nam propter nullum peccatum excepta infidelitate, papa potest deponi. Vnde gl. illa quę habetur. 40. di. si Papa, dicens quod Papa potest deponi propter quodcunque peccatum, quod scandalizaret & ecclesiam, si incorrigibilis esset, quia inobedientia dicitur infidelitas opinatiuè loquitur non assertiue. Nā ipsę Ioannes cuius ē gl. sentit contrarium di. 79. dicēs quod cum dicitur propter hęresim posse deponē sumitur ibi propriè & strictè hęresis pro errore in fide, non per contumatia, vel inobedientia, nec reperitur aliquis Papa depositus precisè propter scelera sua, sed propter schisma tollendum. Quales autē fuerint quantæ sanctitatis & famæ qui deposuerunt Eugenium & apostaticum illum & antipapa elegerunt sciunt plurimi, quia multi eorum infames & scandala plura in diuersis locis fecerunt. Et quales electores talis electus Amedeus ambitiosus summè cupidus & dolosus. Eugenio ad pauperes liberalissimo, ad ecclesias, & religiones, deuotissimo: nullus sapientiæ suæ in se derogat. Circa regimen autem diuersi diuersa dicunt, sicut & de quibuscunque præsidentibus. Sed vt dicit gl. super. ca. non nos distinctio. 40. Facta summi pontificis quæ scilicet de se manifesta non sunt, excusāda sunt, vt facta Sampsonis, & furta Hæbreorum. Non ergo videntur posse excusari a vitio proprii schismatis, & pœnis eius recedētes ab obedientia Eugenii. Et qui Amadeo dicto Felice, qui excommunicatus est solemniter cum fautoribus suis per Eugenium in concilio Florentino, vt Papę obediunt, nisi forte simplices, & idiotę qui sequuntur in hoc diœcesanos suos paratos ad contrarium, quando eis cōstaret de veritate ab eis ignorata. Quod autem aliqui dicant se credere, & mente teneri Eugenium vt verum papam, & illum reputari antipapam, sed tamen ad uitandū scandalum suum. s. amissionis rerum, exilii, incarcerationis, priuationis beneficiorum, periculi mortis, illum infelicem ab extra venerantur, vt papam nominant, & huiusmodi, tamē corde Antichristum detestant. Non videtur magis excusari a mortalis, quam Marcellinus Papa cū in veneratione idoli posuit grana incensi super prunas timore mortis compulsus di. 21. nunc. Aut quam Salomon cum ob amorē mulierum idolis genua flectebat ad complacendum eis, quæ tamen corde non adorabat. Est enim ibi mendacium in christiana religione, seu his quæ pertinēt ad fidem, qđ est pernicioſum mendacium. 22. q. 2. primum. Est enim mendacium non solum in uerbo, sed in opere, quod tamen propriūs dicitur simulatio, vnde nec. B. Tho. excusat à damnatione antiquos philosophos qui concurrebant cum populis ad venerandum idola exteriùs, quamuis scirent non esse deos, ar. ad hoc di. 1. præsbyteros, qui. Hæc pro paucis dicta sunt ratione schismatis. Sed de potestate Papæ & concilii infra dicetur in fine tertiæ partis si vitā concesserit dominus.

Papa non deponitur propter Selussium: sed propter schismatandum.

Marcellinus Papa timore mortis adhoranit Idola, ideo non excusatur à peccato.

¶ Diuiserūt sibi uestimēta mea, & super uestēmeā miserūt sortē psal. 21. loquitur psal. in persona Christi cōquærētis pie de crucifixorib. corporaliter sed nō minus de crucifigētibus spiritualiter, per schismata hæreses, & malos mores. Vestimēta Christi significāt spūaliter ecclesiā, seu fideles aliquādo. Vnde de ipsis loquēs propheta ait. His omnibus vestimēto vestieris. Esa. 49. Et i ps. ad Christū loquēs ait. Mirra. s. amaritudinis & mortificationis. Gutta est quoddam genus aromatis qnod tollit inflaturas, & tumores, & significat humilitatem, quæ tollit superbiam. Cassia quæ in locis aquosis crescit immensam, & significat fidē hęc odorē spirāt. aliis boni exēpli, & hoc a uestimētis tuis a domib. eburneis. i. a fidelib. tuis secūdū gl. qui dicūtur uestimenta Christi, quia sic uestimētum inhæret uestitur eumq; circundat & ornat, sta fideles Christo inhęrēt per dilectionē, circūdat p imitationē exteriorē, ornāt per uenerationē, dicūt & domus, quia Christus inhitat p gratiā, & refectionē, Eburneę p castitatē, & fortificationem ex quib. s. virtutib. delectancrūt te. i. tibi placuerūt o Christe, vel delectabile te habuerunt filiæ regū, filiæ spūales regum. i. prælatorū sctorū. Est ergo ecclesia uestis Christi, & uestimēta eius. Vestimēta in plurali p p multiplicitatē rituum, morum, & diuersorum idiomatum ecclesiarum diuersarum. Vnde & Io. sępē ecclesiis, in Asia mittit Apocalipsim suā, vt 1. c. dicitur. Testis in singulari dicitur p p vnitatē vnius fidei, spei & delectionis vnde Christus Petro ait. Super hāc petrā ædificabo ecclesiā meam. Math. 16. Sed uestimenta hæc partiuntur, & diuidunt schismatici, sortiuntur uero mali prælati. Et sic diuiserunt sibi uestimenta mea &c. In quibus tria possunt notari.

Detestatio schismatis per modum sermonis.

¶ Primo enormitas schismatis, ibi. Diuiserunt uestimenta.

¶ Secundo vnitas regiminis, ibi. & super uestem meam.

¶ Tertio prauitas regiminis, uel grauitas charismatis, ibi. miserunt sortem.

Quantum

§.12. Enormitas schismatis.

¶ Quantum ad primũ enormitas schismatis ex hoc apparet, quia illi qui uestimenta Christi corporalia diuiserunt fuerunt gentiles, & Christi crucifixores, & maxime offendentes, paganis similes eé schismaticos Christus ostẽdit cum cõiunxit Gẽtiles cũ Samaritanis qui schismatici erãt separati. s.a iudeis dicens. In uiam gentium non abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum nõ intraueritis. Christũ quoque crucifixum quantum in se est, quia diuisionem faciunt propter quam tollẽdã inter nos, & Deũ, & populũ gẽtilẽ, & iudaicũ Christus crucifixus est. Et ideo Apostolus admonet dicens. 1. ad Cor. 1. Nõ sint in vobis schismata. De iudæis quidẽ dicitur quòd schisma erat inter eos. Io. 9. Et hoc quantum ad illos qui Christum blasphemabant & cum deuotis personis non concordabant ad sentiendum unum de Christo. s. quòd sctũs & bonus & Deus erat. Quã grauiter aũt propter magnitudinem sceleris puniãtur a Deo æternaliter, & præsentialiter, ab ecclesia spũaliter, à seculo temporaliter habes supra e.c. §. 3. 4. & 5. qui ãt sint principales ad causandũ schisma ta ostẽdit Hiero. dicens. Veteres perscrutans historias inuenire non possum alios scidisse ecclesiã Dei, & de domo domini populos seduxisse præter eos, qui positi sunt dñi sacerdotes, & Prophetas. i. speculatores. Hi uertũtur in laqueũ tortuosum ponẽtes scãdalũ in oi loco. 24. q. 3. trãsferũt. Diuisores sunt hæretici, & schismatici, uestimẽta Christi congregationes fidelium, uel sacramenta, uel scripturas sacras secundum glo. sub quibus Deus latet, ut homo sub uestimento. Diuiduut autem hæc dum peruenerunt, & corrũpunt malè exponendo, uel indigne tractando.

§.13. Vnitas ecclesię est uestis christi.

¶ Quantum ad secundum dicit glo. quòd uestis Christi ẽ unitas ecclesię, seu ecclesia quæ una est, unde in symbolo dr̃, unã sanctã catholicã. i. uniuersalẽ ecclesiã. Et Cant. 6. una est inquit columba mea, & perfectus de ecclesia columba mea, & ideo sicut unitas diuidi non potest, ita nec ecclesia. In cuius figurã uestis illa Christi dicit Euangelista. Ioan. 19. quòd incõsutilis erat, et desuper contexta per totũ, nõ habens uidelicet scissuram aliquam factã ad acũ, hæretici igitur & schismatici quantum in eis scindere quærũt, & secũdũ hoc dicit Hiero. de quibusdã hæreticis, & schismaticis. Vetus origẽs inter se populorũ furore collisus indifcissam dñi tunicam, & desuper contextam minutatim per fraudem decerpit, & Christi uineã e, terminãt vulpes 24. q. 1. qñ. Sed pualere nõ pñt, sicut nec milites sciderunt tunicã illam unde Pelagius allegãs Aug. Sic nullo modo põt rectè dici ecclesia ĩ qua schisma est restat ut qñ ecclesia nulla esse nõ põt, nisi ea fit quãm ĩ apostolicę sedis per successiones episcoporũ radice cõstitutã hoĩum nullorũ malitia ullo modo valeat extinguere. 24. q. 1. pudenda. Hic & Cyprianus. Ecclesia una est, quæ ĩ multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, qũo multi radii sunt: sed vnum lumen, habent & rami arboris multi sunt: sed robur vnum tenaci radice fundatũ. Et qũo de fonte vno riuuli plures defluunt, & numerositas licet diffusa uideatur exũdãtis copię largitate, unitas tñ seruatur in origine. Auelle radiũ solir à corpore diuisionem unitas non capit. Ab arbore frãgere ramum, fructus germinare nõ poterit. A fonte præcide riuã, præcisus arescit. Sic & ecclesia Dei luce perfusa, per totũ orbẽ radios suos porrigit. Vnum tñ est, quòd ubiq; diffenditur, nec unitas corporis separatur, hæc ille. 24. q. 1. Loquitur, & per totũ c. illud, multa de unitate ecclesię pulchra dicit Hiero. ét dicit ꝙ ecclesia unica colũba appellatur, quæ spõsa pulchra sine ruga, sine pctis, macula & hortus conclusus, & fons signatus, & puteus aquæ uiuæ, & paradisus cũ pomorũ fructus, q. e. oib. Greg. ét dicit in li. moral. ꝙ ĩ una domo comeditur agnus, quia ĩ una catholica ecclesia uera hostia redẽptori ĩmolatur. Sola ẽ quę ĩtra se positos ualida charitatis cõpage custodit, extra quã ois petit sicut extra archã oẽs reperti diluuio perierũt. q. e. quia.

Extra ecclesiã efficitur aliquis tripliciter.

¶ Et nota ꝙ extra ecclesiæ unitatẽ significatã per dñi uestem ponitur quis tripliciter. s. ꝙ perfidiã, per sententiã, per malitiã. Per perfidiã, s. hæresis, & schismatis, efficitur quis separatus ab ecclesia. Vnde Cyprianus. Cũ hæreticus in ecclesia nõ sit, benedicit, cũ a Deo sit maledictus vitã pollicetur cũ sit mortuus, Deũ inuocat, cũ sit blasphemus. 1. q. 1. si quis inquit. Et Augu. Quodlibet horum hæretici, & schismati accipiãt, s. donorum: charitatem tñ quæ operit multitudinẽ peccatorum, quæ & propriũ donum est catholicæ unitatis & pacis ipsi nõ habent. q. e. multæ. ¶ Secũdo per sententiam, s. excommunicationis ponitur quis extra ecclesiæ unitatẽ, vnde Aug. Qui excommunicatur, fathanæ traditur qũo? quia. s. extra ecclesiam ponitur. Extra ecclesiam aũt diabolus est, sicut in ecclesia Christus. Ac per hoc diabolo traditur, qui ab ecclesiæ communione remouetur. xj. q. iij. omnis. Sed hoc uerum est, quando iuste excõmunicatur. unde Origẽ. super Leuit. Cum quis nõ recto iudicio foras mittitur. i. extra ecclesiam

per excommunicationem, si ante non exiterit. i. si non egerat vt exire mereretur nō lædi tur. Interdum qui foras mittitur intus est, & qui foras est intus videtur retineri. 24. q. 3. c. cum aliquis. ¶ Tertio efficitur aliquis extra ec clesiam per peccatum. s. mortale, vnde Greg. Nec istæ dicendus est esse in ecclesia, & ad istam societatem spiritus pertinere, qui ouib. Christi ficto corde miscetur. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum. 24. q. 3. de illis. Et Hiero. Qui est aliqua sorde peccati pollutus de ecclesia dici non potest. de pe. di. 1, ecclesia.

¶ Quantum ad tertium notatur prælatorum prauitas in hoc, quòd mittūt sorte super vestē domini, quę significat ecclesiam, vt. s. eorum sit non Christi, quærunt videlicet regimen ec clesiæ ad sua commoda, non vt Christo lucri faciāt animas. Iuxta illud Apostoli. Vnusquis que quæ sua sunt, quærit, non quæ Iesu Chri sti, De quibus Aug. Sunt in ecclesia quidam præpositi, de quibus Apostolus dicit, sua quæ rente, non quæ Iesu Christi, quid est sua quę rentes? non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda consequentes, lucris inhiantes, ho nores ab hominibus appetentes. 8. q. 1. Con tra hos inuehit Ezechiel dicens. Veh pastoribus qui pascebant semetipsos. 34. Vel pōt ibi notari grauitas charismatis, ibi. Miserunt sortem. Nam sicut in missione sortium præter in dustriam, & laborem hominum. domino tamē disponente consequitur quis illud quod sorte dirimitur, sic sine meritis hominum, & labore quis adipiscitur, & ei cōfertur a domino vestis Christi. i. charitas, vt ponit gl. per quam pertinet ad vnitatem ecclesiæ. Hæc est uestis nuptialis sine qua quis reperitur in nuptiis ec clesiæ numero excluditur de ea merito, vt ha betur parabolice Matth. 22. Possunt homines mittere sortem. i. ponere, & quærere signa de monstratiua quis debebat habere vestem domini. i. charitatem puta si audit libenter verbum Dei, si est promptus ad bonum, & dolet de præteritis. Sed dominus dat ipsam cui pla cet secundum illud prouerb. 26. Sortes mittū tur in sinu. s. ab hominibus sed a domino tem petantur. i. disponitur quis habeat quod sorte quęritur. Sic cecidit sors super Matthiā. Act. 1. ideſt illud signum distinctiuum. i. super humilem. Interprætatur enim paruulus.

TITVLVS QVARTVS DE inani gloria.

¶ *De ipsa primogenita superbiæ filia.* *Cap. 1.*

PRIMOGENITA superbia filia est vanagloria quæ est vitium capitale, ex quo septem alia oriuntur secundum Gre go. 31. moral. vt infra dicetur. Et q. iānis multum suæ genitrici pessimæ assimilietur, differt tamen realiter ab ea. Nā superbia inor dinatè excellentiam appetit. Inanis gloria vē rò manifestationem ipsius excellentiæ apud alios. Postquam. n. turrim Babyl. i. superbiæ celsitudinem in mente sua cœperit ædificare pertingentem ad cœlum vt celebretur nomē eius in terra per vanam gloriam exquirit. Cu ius tamen finis confusio est secūdū illud Apō stoli ad Phil. 3. Gloria eorum in confusionē.

¶ Et cum cætera vitia in seruis diaboli inhabi tent, vt dicit Chriso. hæc etiā in seruis Dei ha bitaculum cœperit. Nulla enim est tam excel sa virtus quæ dulcedine gloriæ non tangatur, ait quidam ex gentilibus. Vnde & vul gare prouerbium est quòd cuilibet placet ca ro a laude. Vnde narrat Valerius Maximus, quòd cum in quodam bello, quidam mutus strenuè dimicasset, ita quòd debebatur ei: secundum morē illius ciuitatis triumphus. i. quidam honor vnde resultabat ei magna glo ria, cum sibi non daretur, tanta fuit auditas il lius gloriæ quòd fregit vincula mutitatis, & petiit illū triūphū. De sancto Basilio legitur, quòd in diebus solemnibus cum in habitu pō tificali ornatus processionaliter iret, ordina uerat vt quidam ibi diceret. Pater sepulchrū tuum nondum est perfectum, iube ergo cōpleri, quia nescis quando dominus ueniet, & hoc ne insurgeret fumus inanis glorię. Sed & cum Papa consecratur, quidam eleuans in arundine stupam incensam clamat. Pa ter sanctæ sic transit gloria mundi. s. cito.

¶ Ratio autēm huius quare tam ardenter desi deratur est, quia beatitudo quæ naturaliter appetitur, habet in se gloriā. i. claritatē, & de corem, sed veram, & permanentem, unde & ipsa beatitudo frequenter in scripturis gloria nuncupatur. Psa. 149. Gloria hæc est omnibus sanctis eius. Et Iaco. 1. Beatus vir qui suffert temprationem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, ideſt præmium. Alia rō est, quia naturaliter homo appetit perpetuā ri, & quia in uita non potest cum moriatur, quærit per gloriā. i. famam, quæ durat in men tibus hominū. Vnde dicit sapiēs de iustis. Vi-

In ser uis Dei etiā re peritur inanis gloria.

Exem plum.

Quare autē ar denter desi deratur.

uente

uent nomina eorum in ſeculum ſeculi. Prima eſt inanis gloria ſecundum Aug. quæ campũ intrat contra virtuoſos pugnatura, vltima eſt in receſſu, vnde quia nullus quaſi euadit quin ab ea aliquando feriatur, propterea ſaluator Matth. 5. non dixit ſimpliciter negando, beati qui non habent ſpiritum. i. ventum inanis gloriæ: ſed beati pauperes ſpiritu. i. qui parũ habent de ea. In huius figuram fortiſſimus, & ſãctiſſimus Sampſon cũ maxilla aſini mille ex Philiſteis occidiſſet, aliquantulũ gloriatus eſt dicens. In maxilla aſini, &c. Iudi. 15. ſubito tamen humiliatus eſt ſitiens vſque ad mortem, vt recognoſceret a Deo omnem ſuam virtutẽ. Sic & Apoſtoli fortiſſimi poſtea ſancti cũ ſimplicitate vitæ ſuę, & doctrinę dęmones ab obſeſſis corporibus expuliſſent, & vitia in mẽtibus eorum occidiſſent cum ad Chriſtum reuerſi de huiuſmodi gloriarẽtur, Chriſtus eos exemplo terruit ſathanæ de cœlo cadentis, & vnde ortum habet inanis gloria. Tanto autẽ inquit Aug. de ciuitate Dei efficimur Deo acceptiores, quanto fuerimus ab hac immũditia mũdiores. Hanc Chriſtus vitare exemplo ſuo nos docuit dicens. Ioan. 8. Ego gloriam meam non quæro, & meritò, quia ipſa ducit ad cõfuſionem ęternam, vnde Pſal. 48. Qui cõfidunt in virtute ſua & in multitudine diuitiarum ſuarũ gloriantur. Frater non redimit redimet homo non dabit Deo placationem ſuam, vbi tria de inani gloria notantur.

¶ Primo cauſa a quo oriatur, ibi. Qui confidunt in virtute ſua.

¶ Secundo materia in qua exerceatur, ibi. Et in multitudine diuitiarum ſuarum gloriãtur.

¶ Tertio qua pęna puniantur, ibi. Frater non redimit redimet homo.

§. 1. ¶ Quantum ad primum oſtendit Pſa. cauſam inanis gloriæ eſſe ſuperbiã. Nã ex hoc, quòd confidunt homines in virtute ſua gloriantur Conſidere autem in virtute ſua, eſt æſtimare mala, & pericula poſſe euadere, & bona ſpiritualia ſibi poſſe procurare ex ſeipſo. Eallitur ãt talis per ſuperbiam appetentem excellentiam ſupra ſe, ęſtimans ſe aliquid eſſe cum nihil ſit, vt ait Apoſtolus ad Gal. 6. Nã ſine me (inquit Chriſtus) nihil poteſtis facere Io. 15. quinimmo, ſecundum Apoſtolorũ. 2. ad Cor. 3. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis, ſi ãt accepiſti, ſ. a Deo omnia, ait idem, quid gloriaris quaſi non acceperis? Sciendum tamen ſecũdum Tho. 2. 2. q. 132. ar. 1. quòd appetitur gloriæ de ſe nõ nominat aliquid uitioſum, ſed appetitus inanis glorię. Sic ẽt gloriatio ſiue gloriari poteſt benẽ & malẽ fieri. ¶ Pro cuius declaratione videndum eſt quid ſit gloria. Circa quod dicit Tullius in rhetorica ſua, ꝙ gloria eſt frequẽs de aliquo fama cum laude. Et ad idem pertinet quod ait Ambr. ſ. quòd gloria eſt cũ clara laude notitia. Gloria igitur claritatem quandam ſignificat, vnde gloriati idẽ eſt quod clarificari, vt dicit Aug. ſuper Ioã. tractans illud uerbum Chriſti. Clarifica filium tuum. Ioan. 17. Claritas. n. decorem quændã habet & manifeſtationem. Et ideò nomẽ gloriæ importat manifeſtationẽ alicuius de eo quod apud homines decorum uidetur, ſiue illud ſit aliquid corporale, ſiue ſpirituale hominum. Quia uero illud quod eſt ſimpliciter clarum à multis conſpici poteſt & à remotis, ut patet exẽplũ de lumine ſolis vel ignis, ideò propriè per nomẽ gloriæ deſignatur quòd bonũ alicuius deueniat ad notitiam multorum, & approbationem, ſecũdũ quod dicit in Tito Liuio, quòd gloriari ad unum non eſt. Largius tamẽ accepto nõie gloriæ non ſolũ cõſiſtit in multitudinis cognitione nomẽ gloriæ: ſed ẽt paucorũ, vel etiam unius ad ſui ſolius, dum. ſ. aliquis proprium bonum conſiderat, ut laude dignũ. Quod autẽ aliquis bonum ſuũ cognoſcat, & ut uirtuoſum approbet non eſt peccatum ſed laudabile, ſecũdũ illud Apoſtoli. 1. ad Cor. 2. Non ſpm̃ huius mundi accepimus, ſed ſpiritũ qui ex Deo ẽ vt ſciamus quę à Deo data ſunt nobis. Sic̃r nõ eſt pctũ ꝙ aliqs bona ſua uelit ab alis approbari ob aliquẽ bonũ finẽ, ſecũdũ illud Mat. 5. Sic luceat lux vr̃a. i. vita. ut uideãt opa vr̃a bona, & glorificẽt patrẽ ueſtrũ. Hæc Th. ¶ Gloriat igr̃ aliquis tripl̃r. In dño, in proximo, i mũdo. In dño gl̃atur ꝙ aliquod bonũ in ſe recognoſcẽs, & ut uerẽ bonũ approbãs, & cõplacẽtiã hr̃s illud à deo recognoſcit. Ad qđ hortat̃ Apoſt. 2. ad Cor. x. dicẽs. Qui gloriatur i dño glorieť. Et quia dicit Apoſt. hoc eſſe ſcriptũ, ſciẽdũ eſt hoc hẽri Hiere. 9. c. ſub his verbis. Qui gloriatur i hoc glorieť ſcire & noſſe me. Apoſtolus dicit. In dño glorieť qđ forte eſt ſecũdũ antiquã translationẽ, uel idẽ ſm̃ ſniam, qđ uerbũ B. Th. ſuper epiſto. Pauli exponit tripl̃r. Vno mõ vt ly in dño denotet obiectũ gloriãdi, q. d. ex hoc glorieť, ꝙ hẽt in ſe dm̃ cognoſcẽdo, & amãdo, quod expreſsẽ ponit̃ in Hiere. cũ dicit, ſcire noſſe me, ut ſciẽtia referat̃ ad cognitionẽ ſpeculatiuã, & noſſe ad guſtatiuã per amorẽ. Alio mõ gl̃ari in dño eſt gloriari ſm̃ Deum. i. de his q̃ ſunt ſecundũ Deũ, uidelicet bonis actibus, & rebus ſpũalib. unde Apoſt. 2. ad Cor. 1. Gloria ueſtra hęc eſt teſtimonium cõſciẽtię noſtrę, ꝙ cõſcia nõ remordet

Gloria quid eſt.

Gloriat aliquis tripliciter.

mordet de peccatis grauibus, sed atteſtabat operibus noſtris approbans ea, ut bona, & laudabilia, non de malis ſic vt ille de quo Pſ. 51. ait. Quod gloriaris in malitia. Tertio modo gloriari in domino eſt gloriã ſuã, & bonum ſuum reputare ſe habere à domino totum quod cedit gloriam ſuam referens in domino, ſecundũ illud Pſ 3. Tu domine ſuſceptor meus es, gloria mea, ideſt cauſa gloriæ meæ. Et ſic proprie ſumitur ab Apoſtolo cũ dicit: In domino glorietur: q. d. non nobis debemus imputare gloriam noſtram, ſed Deo vnde ſubdit ibi. Nõ enim ille probatus eſt, ideſt approbatus a Deo, vel ab hominibus, qui ſeipſum commendat de ſe gloriando, ſed quem Deus commendat, ideſt commendabilem facit bonis operibus, & miraculis. Nã Deus eſt cauſa totius boni operis per homines facti.

Gloriatur quis ex proximo qũo exponitur.

¶Gloriatur ſecundo quis ex proximo, ideſt ex bono proximi cum ex bonis, quæ habet doctrinæ, uel exemplaris vitæ videns alios proficere & ſe laudari, & in opinione bona eſſe approbat illud, & cõplacentiã habet propter utilitatem aliorum inde ſequentem, uel etiã cum alios uirtuose ſe habere conſpiciẽs & Deo ſeruire ac ſalutem aliorũ procurare, & illos approbat & laudat, & complacentiã habere de eorũ laude propter Dei honorem & proximorũ vtilitatem. Et ſic filius ſapiens eſt gloria patris, ut dicit Salomon. Et Apoſt. dicit de Chorinthiis. Gloria noſtra vos eſtis. Et iterum expedit mihi mori magis quam vt gloriam meam quis euacuet, i. bona in famã & opinionem, habitã ex bonis operibus faciendo ſcilicet aliquid unde illum denigraret, & propter hoc aliquando ſancti gloriantur, ideſt ſe laudant iuſtè, vt homines qui minus quam debent de uirtutibus eorum ſentiunt, & opinantur auditis magnis eorum bonis in maiori ueneratione, & deuotione habeat eos indeq; magis proficiant. Sic Apoſtolus Paulus magnalia ſuo Chorinthiis narrat, quibus per eum conuertens pſeudo Apoſtoli ſuperuenientes ſua falſa doctrina contemptibilem reddiderant: dicens. Si uoluero gloriari non ero inſipiens. 2. Cor. 22. Id enim fecit propter vtilitatem ipſorum, vt doctrinæ ſuæ ſanæ magis aſſentirent.

Gloriatur quis in mundo.

¶In mũdo gloriatur qui bona temporalia habita recognoſcit, & ea reputat ut magna bona in eis delectatus, appetit laudes humanas: & de illis cõplacẽtiam habet ut proprium commodum, & magnũ bonum. Vnde Greg. in moral. dicit. Omnes huius ſæculi dilectores pro temporali gloria uſq; ad mortem deſudare appetunt, pro ſpe perpetua nec parum in labore ſubſiſtũt, di. 47. omnes. Pro hac conſequenda Romani multa pericula grauia ſuſtinuerunt, & labores mirabiles, vt ponit Augu. in li. 4. de ciui. Dei. Vnde & poeta de Marco Torquato, qui conſul exiſtens, quia filius ſuus mouerat bellum contra hoſtes contra edictum ſuum quamuis victoriam obtinuiſſet decapitari fecit, dicitur de eo. Vicit amor patriæ, ſ. illum Marcũ ad illud faciendum laudumq; immenſa cupido. Sed hæc gloria vana eſt, & turpis, de qua ait Matathias. A uerbis uiri peccatoris ne timueris, quia gloria eius ſtercus, & uermis, hodie extollitur, cras non inuenitur: quia conuerſus eſt in terrã ſuã. 1. Mach. 2. Gloria eius ſicut ſtercus. Et de hac dicitur Apoc. 18. Quãtum ſe glorificauit & delitiis fuit, tantam date ei tormentũ, & luctum. Hæc igitur eſt uana gloria, quę uitium eſt. Vnde Auguſtinus 5. de ciuitate Dei dicit. Sanius uidet qui amorẽ laudis uitium eſſe cognoſcit. Sed & Ethnicus ille Tullius fons eloquentię in primo de officiis ait. Cauenda eſt glorię cupiditas. Eripit enim animi libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet eſſe contentio. Hoc ille magnus Scipio ſeruauit, qui gloriã fugiebat: ſed tanto plus eum ipſa ſequebatur. Hanc uitare Apoſtolus edocuit dicens. Nõ efficiamur inanis glorię cupidi inuicem prouocantes inuicem inuidentes. 1. ad Gal. 6. Idem Chriſtus prius præcepit dicẽs Mat. 6. Ve faciente eleæmoſyna neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, ideſt ſiniſtra intentio laudis, & gloriæ temporalis, non ſe immiſceat in bono opere quod agis figurato per dexterã. Sed quia Apoſt. dicit. Imitatores Dei eſtote, ad Eph. 5. Poſſet alicui uideri gloriam hominum, & laudem eſſe quærendã: quia dominus Deus hoc facit Eſa. 43. Omnis qui inuocat nomen meũ in gloriam meam creaui eum. Inſuper cũ ipſe nobis gloriam in præmium pro bonis operibus promittat ſecundum illud Rom. 2. His qui ſecundum patientiam ſunt boni operis, gloriam & honorem promittit Deus, licitè uidetur illud eſſe appetendum. Per appetitum etiam gloriæ & laudis homines prouocantur ad bonum. Vnde Tullius de tuſculanis quæſtionibus inquit. Honos alit artes, quiq; ad ſtudia accenduntur gloria ſcilicet temporali. Sed ad hoc reſpondet beatus Th. q. ea. arti. eo. Ad primum quod debemus Deum imitari, non omni modo, quia nec poſſumus, ſed modo nobis congruo. Quod enim Deus quærat a nobis gloriam, ut ſcilicet eum glorificemus, & ſe laudet, hoc non facit propter ali-

Marcus Torquatus fecit filiũ ſuũ decapitari: quia mouebatur bellum contra edictũ ſuũ.

quam

quam ſuam utilitatem, quia ex hoc nõ ſe extollit, & nil boni ei accreſcit cum bonum infinitum ſit in ſeipſo, ſed facit propter bonũ noſtrum. Non.n. poſſemus eum cognoſcere ſi ſe non manifeſtaret nobis ſuam magnitudinem inſinuando per ſcripturas. Sic & quis poſſet gloriam, & laudes appetere, inquãtum.ſ. hoc cederet in utilitatem aliorum, & honorem Dei, & non proper ſuum commodum. Ad ſecundum dicendum, quod gloria quæ promittitur à Deo in premium non eſt gloria mũdi uana: ſed uera. Et hãc debemus quærere iuxta illud. Gloria mea in Deo eſt. Ad tertium dicẽdũ, quod etſi aliqui prouocẽtur ad uirtutũ opera ex appetitu glorię humanæ ſicut ex appetitu aliorũ temporalium bonorũ, tamen non ſunt uere uirtuoſi, qui propter gloriam temporalem opera uirtutum faciunt, uel dicit Auguſtinus in 5. de ciuitate Dei. Nihil igitur (ut ait Apoſtolus) per inanem gloriam fiat ex quo uitium, eſt oriens ex propria confidẽtia, & ſuperbia.

§. 2. ¶ Quantum ad ſecundum. ſ. de materia qua inanis gloria inuenitur: ſciendum, quod habetur in diuitiis. Vnde pſal. 48. In multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Sunt autem multiplices diuitiæ.

¶ Diuitiæ criminales.

¶ Diuitiæ temporales.

¶ Diuitiæ ſpirituales.

Aliqui uane gloriantur de primis, Alii de ſecundis. Alii de tertiis. ¶ Diuitiæ criminales ſunt uitia copioſa, de quibus dicit uirgo gloriosa in cãtico ſuo. Diuites dimiſit inanes. Lucæ 2. ſcilicet uacuos bonis ſpiritualibus. Certum eſt, quod non loquitur præciſè de diuitiis temporalibus. Nam Abraham erat diues in poſſeſſione auri, & argenti, ut dicitur Gene. 13. & tamen non fuit uacuus, ſed plenus gratia, & uirtutibus. Similiter Dauid, Iob, ſanctus Ludouicus rex Francorum. Loquitur ergo de his, qui ſunt diuites, ideſt abundantes in uitiis. In multitudine harum diuitiarum gloriantur, qui in ſe delectantur laudari de ſceleribus ſuis, uel ſe laudãt apud alios, ut de uindictis, de luxuriis, de tripudiis, de inſidiis, & de deceptionibus. Vnde & prouer. 20. dicitur. Malum eſt dicit omnis emptor, ſ. ei à quo uult rem emere, ut ſic pro uili prætio det illam, & cum receſſerit, ſ. emendo illam tunc gloriatur in ſe uel cum alijs, de hoc uidelicet, quod deceperit illum, & lucratus multum fuerit. Sed certe uana eſt iſta gloria, ideſt falſa. Vanum enim aliquãdo idẽ eſt, quod falſum, ſic accipitur ibi. Non aſſumes nomen Dei tui in uanum. Exo. 20. ideſt falsò, & mendaciter iurando. Et quod ſit falſa talis gloria patet, quia gloria (ut dictum eſt ſupra) importat claritatem. Gloria.n. quaſi clara. Sed talis gloria, & ipſa opera mala de quibus gloriantur habent obſcuritatem, & tenebroſitatem, & ducunt ad tenebras infernales, quia obſcuritas, & cœcitas mentis eſt gloriari, unde quis deberet: confundi. Pſ. 4. Vt quid diligitis uanitatem, de malis gloriando? & pro ideſt quęritis mendacium. q.d. falſa eſt talis gloria.

¶ Diuitiæ temporales ſunt ſubſtantiæ huius mundi, ut pecunia, aurum, & argentum, iocalia, domus, agri, ueſtimenta, ornamenta, mercimonia, & huiuſmodi. De quibus ſaluator Lucæ. 6. Vę uobis diuitibus, qui habetis conſolationem ueſtram, ſcilicet in ipſis diuitiis quie ſcendo. Gloriantur ergo in huiuſmodi, qui quærunt de ipſis diuitiis laudari, & placet eis eſſe in opinione hominum propter huiuſmodi, & alia temporalia, ut potentia, dominium, pulchritudo, fortitudo corporis, & huiuſmodi. Sed uana eſt talis gloria, i. ualdè caduca, & tranſitoria non habẽs firmitatem, ſed multum mutabilitatem, ſicut dicitur aliquando uanum, iuxta illud. Prouer. 31. Vana eſt pulchritudo, ideſt ualdè caduca. Qđ patet, quia per mortem omnia hoc dimittũtur, & hic ét frequenter auferuntur, uel amittũtur, uel corrumpuntur. Vnde Iaco. 5. dicitur. Diuitiæ ueſtræ putrefactæ ſunt, aurum, & argentum ueſtrũ eruginauit. Et 1. Thimo. 6. Diuitibus præcipe non altum ſapere, ideſt non gloriari nec ſperare in incerto diuitiarũ ſuarũ. Omnis caro fœnum, ideſt omnis gloria eius quaſi flos fœni. Arefactum eſt fœnũ, & flos eius decidit. Eſa. 40. & quamcitius. ¶ Diuitiæ ſpirituales ſunt uirtutes, & bona opera de quibus dicitur. 1. Corin. 2. In omnibus diuites facti eſtis in illo, ſ. Chriſto ita ut nil uobis deſit in ulla gratia, ſcilicet quantum ad neceſſaria ad ſalutem. Et Eſa. ait 33. Diuitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia, ſcilicet cum guſtu, & timor domini ipſę theſaurus eius. Gloriantur de his diuitiis, qui appetunt de his laudari, uel cum audiunt uel æſtimant ſe de huiuſmodi laudari: complacentiam in ſe habent de ſua opinione, & fama, prout eſt quoddam bonum temporale gloria mundi. Sed uana eſt iſta gloria, ideſt res inutilis, & infructuoſa faciens ipſa opera bona, ut ieiunium eleęmoſynam. orationem, & alia inutilia, & fructum perdere ſupernæ gloriæ. Sic etiam aliquando dicitur uanũ, Iuxta illud. Opera eorum uana, i. inutilia, & riſu digna. Hiere. 51. Et Iohan. 8. c. Vanus,

dicitur

Diuitiæ temporales.

Diuitiæ criminales quænt.

Diuitæ ſpirituales.

dicitur, labor unde sequitur finis ad quē ordinatur, secundum illud psa. 126. Nisi dominus ędificauerit domū in uanū laborauerunt, qui ædificant eam, ideſt nisi operibus bonis, quæ facimus, quibus præparamus nobis domum non manufactam in cœlis, dominus ędificet, ideſt intentio ſit, ut placeamus ei, & quæramus gloriam eius, ſecundum illud Apoſtoli. Omnia in gloriam eius, ſ. Dei facite. Fruſtra laboramus, & nō conſequimur illud ad quod bona opera ordinantur ex ſe. Et iō uana, eſt huiuſmodi gloria, reſpectu etiam hominum, a quibus eſt ipſa gloria, quorū iudicium eſt certum, & qui uanitati aſsimilantur. Homo. n. uanitati ſimilis factus eſt. pſal. 143. Gloria uana eſt. Cum ergo quilibet naturaliter deteſtetur caducitatem, falſitatem, inutilitatem, & hæc reperiantur in gloria mūdi, quę propterea uana dicitur iō ſumme fugienda eſt. ¶ Et ut magis cuitetur cōſideremus adhuc magis huiuſmodi gloriæ paruitatem, & utilitatem. Et primo quātum ad materiam. Quid eſt pulchritudo corporis humani; de qua non pauci, & præcipue mulieres gloriantur? Quam modica. Certe cum omnibus fucis ſuis non poterit mulier ſuæ faciei facere colorem tam uiuacem qualem habet roſa, uel uiola, quia nec Salomon in omni gloria ſua ueſtitus eſt ſicut unum ex his, ſ. liliis, ait Chriſtus Math. 5. Sed & modica febris cito pulchritudinem aufert. Quantaſit pulchritudo, & fortitudo corporis humani oſtēditur cum tenuis uermis araneæ uel ſcorpionis ad terram proſternat. Quid ſericum ueſtium, unde aliqui gloriātur; niſi ſtercus uermium? Quid aurum, & argentum niſi ſex terræ quę pedibus conculcatur? Quid uaria niſi pelles murium? O quanta uanitas, & fatuitas gloriari ſe eſſe circundatum ſtercoribus uermium, fęcibus terræ, pedibus murū, lanis pecudum. Sed nec glorietur ſapiens in ſapientia ſua, ait dominus. Hiere. 9. Vbi ſapiēs ſ. in diuinorum cognitione, ut Plato. Vbi ſcriba in moralibus, ut Socrates, Seneca, Tullius. Vbi inquiſitor huius ſæculi in naturalibus, ut Ariſtoteles, Pictagoras. Nonne Deus ſtultā, fecit ſapientiam huius mundi? ait Apoſ. 1. ad Corin. 1. Stultam eſſe oſtendit, & nullam, ſcilicet dum operatus eſt, quæ illi dixerunt impoſsibilia, quærentes gloriam hominum de ſua ſapientia, & non Deum glorificantes. Vere iſta gloria eſt uana reſpectu tēporis, & loci, ubi quæritur. Quæritur. n. in terra, quæ reſpectu, cœli æſtimatur ab aſtrologis, ut punctus Sed & de ipſa terra duæ tantū partes ex quinque habitātur, & in his duabus partibus nullus unquam fuit, qui ubique fuerit nominatus. Et ſi hoc cōtingeret non abhominibus laudaretur, ſed ſi aliqui laudarent alii vituperarent. Sic. n. quilibet ſanctus, & doctus tranſiuit per gloriam, & ignobilitatem, per infamiā & bonam famam, ut ait Apoſto. 2. ad Corint. 6. Sed ſi hoc aliquis obtineret, parum durat, quod in Chriſto oſtenſum erat. Nam cum dominica in ramis omnes laudaſſent eumclamātes Gloria, & honor ſit tibi Chriſte redemptor, &c. Inde ad quinque dies clamauerunt omnes crucifige eum, in multis contumeliis, & opprobriis affligentes eum. Hic etiam à quibus quæritur, & habetur talis gloria puluis ſunt, ideſt, homines, puod autem in pulueribus ſignatur cito deletur. Quantum autem detrimenti ſequatur ex tam uana re in ſc. §. dicetur pro 3. par.

Inanis gloriæ paruitas utilitas, & deteſtatio.

¶ Quantum ad tertium, ſ. de pœna ſeu punitione huius uitii oſtenditur dum ſubditur in ſpalmo. Frater non redimet, &c. Locutio obſcura eſt. Sic autem intelligitur. Frater ideſt Chriſtus, qui propter aſſumptam noſtram humanitatem, dicitur frater noſter, iuxta illud quod ait pſal. in perſona eius ad patrem. pſa. 21. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Hic frater, ſ. Chriſtus non redimet tales, qui gloriantur uanè in diuitiis ſuis, i. non faciet participes ſuæ redemptionis. Quamuis enim per ſuam paſsionem omnes redemerit quantum ad efficaciam, non tamen omnes quo ad efficientiam. Non enim percipiunt effectum huius redemptionis, qui eius ueſtigia non ſequūtur, ſed qui mundi gloriam non quæſiuit: ſed fugit confuſiones mundi ſuſtinuit. Si autē ipſę Chriſtus non facit per gratiam ſuam hominem participem ſuę redemptionis, homo quicunque ſit redimet de ſeruitute diaboli tales ut legatur interrogatiuè. q. d. certè nullus, ſic exponit Grat. 13. q. 2. in præſenti, §. uerū hoc. Non igitur dabit Deo placationē ſuam, nec per ſe, nec per alium poterit Deum recōcilare, ſed damnabitur propter inanem gloriam, & ſuperbiam. ¶ Et ſic inanis gloria eſt mortale peccatum ex quo conducit ad damnationē æternam, quod uerum eſt non tamen ſemper ſed in tribus caſibus, ut dicit B. Thom. 2. 2. q. 133. art. 3. In his caſibus contrariatur inanis gloria dilectioni Dei, omne autem quod contrariatur dilectioni Dei mortale eſt. ¶ Primo quidem quando quis gloriatur, de aliquo falſo, quod eſt contra diuinam reuerentiam, ut ille de quo dicitur Ezech. 38. Eleuatū eſt cor tuum, dixiſti Deus ego ſum. Idem eſt cū gloriatur, de aliquo mortali cōmiſsio, quod cum

§. 3.

De punitione inanis gloriæ.

Inanis gloriam eſt mortale peccatum in trib. caſibus.

facit

facit corã aliis se de illo laudando ad iactantiam pertinet, si in mente gloriando habendo deliberatam complacentiã cordis, cũ æstimat se laudari de tali peccato erit manis gloria, sic grauissimè puniti sunt a Deo, qui vanam gloriã quæsierũt de rebus mundi, quam terribiliter puniendi sunt qui de peccatis, quæ sũt in Dei iniuriam gloriãtur. De Dauid rege, & propheta legimus 2. Reg. vlt. quòd quia numerare fecit populum suum sibi subditum, vt sic gloriaretur in multitudine subditorũ, ita Deo displicuit quòd per prophetã Gad sibi optio data fuit, vt vnum ex tribus eligeret in punitionẽ illius inanis gloriæ. Aut per septẽ annos famẽ in terra, aut per tres mẽses guerrã, aut per triduum pestem. Elegit quod magis cõe fuit sibi potẽs occidere sicut aliis. s. pestem, & sic in triduum de peste mortui sunt circa 70. milia hominũ. Herodes Agrippa qui decapitauit Iacobũ, vt scribitur. Act. 12. Sed plenius in historia ecclesiastica cum esset iratus Tyris, & Sydoniis venientes ad eum, vt reconciliarentur sedentem pro tribunali vestibus aureis indutum, & ad radium Solis, vt magis luceret, cum a populo darentur ei laudes, vt Dei non hominum, quibus ille acquiescebat, & gloriabatur, mox percussus est ab angelo, & vermibus scaturiuit corpus eius. De Herode Agrippa.

¶ Secundo inanis gloria est mortale quando quis refert intentionem suam ad gloriam, vt vltimum finem, ad quem etiam ordinat virtutum opera, vel eleęmosynas faciendo, orationes, ieiunia & huiusmodi. Pro quo fine conse quendo paratus est facere aliquid mortale, vt sequatur gloriam temporalem, vel ne amittat famam quam habent homines de eo. Vnde Aug. in 5. de ciui. dei, ait. Hoc vitium scilicet amor humanæ laudis quod pertinet ad inanem gloriam, tam est inimicum piæ fidei si maior sit in corde cupiditas gloriæ quam dei timor, & amor, vt diceret Christus. Quomodo potestis vos credere gloriam ab inuicẽ expectantes quę a solo Deo est non quærẽtes? Ioan. 5. Timebant enim quidam ex illis ne reputarentur ignorãtes, vel ne extra synagogã ponerentur, & perderent famam hominum, si credidissent in Christum. Exemplum cum aliquid tractatur in cõcilio ciuitatis quod est contra iustitiam, cui ciuis assentit, & persuadet, vt sic laudetur a ciuibus, quod sit amator cõitatis vel amicus tenentium statum, seu gubernantium ciuitatem, vel ne se opponendo perdat famam, & opinionem, quam habebant de eo personæ quod sit rectus homo, & huiusmodi, sicut Pilatus cum vellet Christũ dimittere, quia innocentem inuenerat, cum audiuit a iudæis, si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, timens ne amitteret gloriam, seu famam, quam quærebat, & amabat, ut scilicet omnia faceret, quę pertinerent ad conseruationem status Imperatoris, ipsum iniustè morti adiudicauit, similiter cum mulier impetita de turpitudine, timens ne clamando, uel aliter rennuendo infamaretur, & gloriam seu opinionem perdat apud alios suę honestatis, peccato assentit, sicut fecit Lucrecia nobilissima Romana, quæ cum esset in maxima fama suæ castitatis Tarquinius filius Tarquini Regis Romanorũ cum maritus eius Collatinus domui abesset, requisiuit eam de turpitudine, & cum assentire nollet, minatus est eam occidere, & seruum iuxta eam, vt postea apud maritum, & consanguineos accusaret illos reperisse in adulterio, & propterea occidisse, propter quod tantum amauit gloriam suæ famæ, conseruationem suæ castitatis, quòd assensit committere adulterium, ne poneret famam immaculationis, & infamanis in gloria sua, quo facto vtique mortaliter peccauit, vt ostendit Augustinus in 1. de ciuitate Dei. Idem iudicium est de quocunque alio, quod quis agit, vel omittit contra salutem a imæ, vt consequatur laudem humanam, vel ne amittat famam. De Lucretia.

¶ Tertio cum quis illud de quo gloriatur prę fert Deo quod prohibetur cum dicitur Hierem. nono. Nõ glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, ne dues in diuitiis suis, scilicet ita quòd illa plus diligat quam me, quia hoc esset mortale, vel etiam cum præfert testimonium hominum testimonio Dei, sicut illi de quibus dicitur Ioan. 12. Dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei. Certe maxima præsumptio est, & digna terribili pœna vt miserrimus seruus velit capere vxorem domini sui, & talis domini qualis est Deus. Gloria est sponsa Dei, quam pro se vult & nemini communicare, vt quis scilicet attribuat tanquam sit, seu reputetur causa bonorum suorum, Ego dominus (ait per Esa. 48.) gloriam meam alteri non dabo, Vnde & angeli decantauerunt. Gloria in altissimis Deo scilicet sit, Lucæ 2. Hanc vult vsurpare qui gloriam propriam quærit, quod debet quilibet summè cauere.

¶ In huius figuram legitur Gen. trigesimonono, quòd Ioseph cum esset pulcherrimus iuuenis, & valde industriosus, & prudenter, & fideliter ageret, negotia domini sui, vxor ipsius domini sui videns eum ita elegan-

tem

tem philocapta ex eo, sollicitabat eum ad stuprum, ille aũt recusabat dicens. Omnia quæ sunt i domo dominus mihi cõmisit, & de eis dedit potestatẽ, preterquam in te, quæ eius vxor es, quomodo possum committere tantũ nephas? Demum cum semel per uestimentum eum teneret, ut cum ea dormiret, ideſt, commisceretur, ille aufugit uestem dimittẽs. Istæ dominus Ioseph est dominus Deus. Ioseph qui interpretatur augmentum, seruus suus significat quemlibet seruum Dei, qui tẽdit ad augmentum virtutum, talis pulcher est animo, iuuenis fortitudine mentis, prudens in opere. Vxor domini est gloria. Quærit ergo gloriam, quæ à Deo tribui debet vidẽs aliquem multum proficere in uirtutibus sibi cõiungi, ut sibi eum attribuat, & ut laudem quærat ab hominibus, & in ea delectetur, cum offertur stimulat mentem. Sed uerus fidelis discere debet in mente resistendo. Dominus dedit mihi quasi dominium bonorum suorum, omnium excepta te, quia pro se vult gloriã. Et si oporteat etiam uestem temporaliũ rerum, uel etiã vitam ipsius corporis, quod in dumẽtum animæ est debet dimittere ne gloriam Dei auferat. In alijs casibus vana gloria communiter est veniale. Et quia veniale disponit ad mortale, ideo & ab hac cauẽdũ est, Ps. 63. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Dicit Bern. super Qui habitat, quod sagitta uolans in die est uana gloria, quæ in charitate bonorum operum mentem tãgens ante vulnerat quam uideatur. Sed si sint paruulorum tales sagittæ, ideſt. peccata venialia efficiuntur plagæ disponitue, ideſt mortalia, nisi cito curentur.

Inanis gloriam tripliciter hominem aggredi tur.

¶Et sciendum, quod inanis gloria tripliciter aggreditur hominem in principio, in medio, in fine operis boni. In principio quidem cum quis instigatur ut bonũ opus, putat eleemosynã, ieiuniũ, orationem, sermocinationes ordinatas, gubernationem domus ornatũ corporis, lectiones & alia huiusmodi faciat, vt laudem humanam inde consequatur. Quod si fiat meritum operis amittit, & pœnam incurrit uanæ gloriæ debitam, propterea Christus Mat. sexto ait. Attẽdite ne iustitiã uestrã faciatis, ideſt opera oẽ genere bonorum coram hominibus, ut uideamini ab eis, scilicet ut laudem ab ipsis recipiatis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem. ¶Vbi notãdum quod non prohibet simpliciter dominus opera bona fieri in manifesto coram hominibus, sed ne fiant illa intentione, vt laudetur, ideſt propter uanam gloriam. Et quia illi qui sunt imperfecti sunt satis inclinati ad laudem hominum procurandum. Ideò vt docet Greg. in moralibus tales si qua bona faciunt singularia extra communia & necessaria ad salutem, occultè facere debent, ne inanis gloria inficiat intentionem, sicut fecit beatus Nicolaus comprouidit necessitati conuicini tribus uicibus occultè proiiciens per feneſtram in domum illius non modicũ auri, ut nuptui traderet tres filias nubiles, quas præ paupertate intẽdebat prostituere, ut inde cum ipsis uiueret. Sed uiri perfecti & qui sunt positi in exemplum aliorum debent in publico bona facere etiam singularia, vt inde populi ædificentur, & ad similia prouocentur, sicut fecit beatus pater Dominicus, qui in domo quarũdam matronarum hospitatus, quæ hæreticis adhæserant, qui sub pelle ouina austeritatis, vt lupi animas earũ deuorabant, dormiuit per totam quadragesimam super tabulam, manifestè portauit cilicium, ieiunauit in pane & aqua, ut uel sic exemplo suæ pœnitẽtiæ veræ non similatæ illas de errore reduceret, quod & factũ est. Debet ergo quilibet sibi cauere ne propter laudem humanam acquirendam aliquid faciat, quia ut dicitur Lucæ 11. Si oculus tuus fuerit neque, ideſt intentio, totum corpus tuũ, ideſt opus quod ex illa procedit tenebrosum erit, ideſt iniquum Intentio tua operi tuo nomẽ imponit (inquit Ambr.) In medio verò ifidiatur uana gloria, quia & si quis aliquod bonum cœpit, puta intẽtionem ad honorem Dei, & salutem proximi siu, & de hoc laudatur, uel cum cogitat, & de hoc laudari, inaniter hilarescit. Hinc Augustin. in lib. confess. ad dominum loquens ait. Laudatur homo aliquando de aliquo dono, quod dedisti ei, & tamen plus gaudet se laudari, quam domum quod dedisti ei. Nollẽ ut aliquod bonum meum augeret suffragatio oris alieni, sed fateor auget, scilicet ex laude audita non solum, sed & uituperatio minuit. Quotidiana fornax nostra est lingua aliena. Hæc ille. Sed ad contrarium debet homo niti. Nam ut dicit Greg. undecima quæst. tertia. inter uerba, cum quis calumniatur, seu aliquid mali de eo dicitur, quod in se non esse cognoscit, in magnam debet lætitiam prosilere, innocentiam tamẽ suã ostendere. Cum aũt laudatur de bono, quod in se non recognoscit, uel tantum quantũ dicitur, quod frequenter accidit, magnã tristitiam mentis debet habere. Verum non debet aliquis propter impulsum inanis gloriæ bonum deserere inchoatum. Vnde dicitur

Quod opa bona publicè fieri prohibẽtur.

De austeritate beati Dominici.

Eccl.

Eccl. 11. Qui ventum obseruat, nunquam bene seminat, i. attendit in opere suo, ne surripiat ventus inanis gloriæ nunquàm benefacit, quia imperceptibiliter inspirat ventum. Sic legimus de beato Bernardo, quod cum semel feruenter prædicaret, & omnes eum deuotè audirent, temptatio inanis gloriæ eum arripuit dicens menti suæ. Ecce nunc benè prædicas, libenter audiris, sanctus ab omnibus reputaris, &c. Quod perpendens B. Ber. aliquã tulũ tacitus stetit, sed dubito a Deo illustratus temptationi respõdit. Nec propter te cœpi, nec propter te dimittam, & suam prædicationem vsq; ad finẽ prosecutus est. ¶ In fine verò operis insidiatur cũ perfecto bono opere, quis vanam complacentiam habet. Vnde in figuram dictum fuit Genesis tertio. Tu insidiaberis calcaneo eius. Calcaneus, qui est finis corporis signat complementum operis, cui serpens insidiatur, vt vulneret inani gloria. Quod quis gaudeat, & complacentiã habeat cum diligenter compleuerit opera sua, vt orõnes, confessiones, eleemosynas, & alia hmõi a natura, & gratia est. Nam, & delectatio perficit opus secundum philosophum, & opera virtuosa dicũtur fructus spiritus, quia secundum Ambro. pascunt mentem sanctam & sincera delectatione. Nõ est ergo istud de seuitioſum. Sed quod vanam complacẽtiam habeat in se glorians de tali opere, vel se laudans, vel gaudens, quod inde laudem hominum acquirit, hoc ad inanem gloriam pertinet. Ad hoc vitium pertinet, quod aliqui faciunt ecclesias, hospitalia, capellas, calices, paramenta cum armis suis, quando hoc faciunt, vt laudẽtur. psal. 5. Gloriabuntur in te domine omnes, qui diligunt nomẽ tuum. In te inquit non in se. Sic B. Greg. de se narrat circa finẽ moral. quod postquam perfecit illud opus scilicet expositionis Iob quædam suggestio inanis gloriæ ei obrepserat, quam tamen profunda humilitate contriuit. Hanc dominus euitare docuit quãdo sanato leproso ei præcepit dicens. Vide nemini dixeris. Mat. 8. Et iterum quando oblatum ei surdum, & mutum ducit eum seorsum à turba, eũ sanauit, & eo sanato præcepit turbæ ne cui diceret. Math. 9. Non timebat Christus incurrere, vanã gloriã: quia peccare nõ poterat, sed in hoc exemplũ dedit, vt quantum in nobis est occultemus bona opera nostra, ne. s. ide quæramus laudem nostram, quod pertinet ad vanã gloriam, & hoc intendit Christus præcipere prohibendo talem. s. malam intentionem ibi signatam. Sed quantoplus præcipiebat tanto magis manifestabant, quia quanto magis se sancti volunt occultare, tãtomagis Deus eos manifestat. Sicut narrat Hiero. de sancto Hilarione, qui fugiebat per loca occulta post miracula facta, propter concursum populorum, sed non solum homines, quinimmo, & dæmones cum manifestabant. Ait Christus Ioã. 8. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil é. Anselmus in lib. de similitudinib. assimilat vanam gloriam Farfallæ quã pueri insequuntur, vt capiãt, quia eis videtur quid pulchrũ, sed eum acc episse credunt au fugit ab eis, & ad aliũ locum volat, sed si caperent, quid habent nihil idest rem vilem, quæ ad nihil valet. Sic pueriliter viuentes gloriam mũdi quærunt quasi quid magnum, & cum credunt se habere fugit ab eis, & si consequuntur rẽ fragilẽ habẽt. ¶ Dẽt ergo quilibet vanã gloriam fugere, quia res est fragilis gloria mundi. Vnde Boetius de philosophica consolatione. O gloria, o gloria, quid aliud es in milibus hominum, nisi inflatio quædam aurium, i. ventus discurrens per aures audientium laudem hominis: Et cum gloria sit quidam effectus honoris, & laudis, ex hoc enim, quod aliquis laudatur, vel quæcunq; reuerẽtia exhibetur redditur clarus in notitia hominum. ¶ Ideò secũdu. B. Tho. 2. 2. q. 132. art. 3. sicut magnanimitas, est circa honorem, ita & circa gloriam. Vnde sicut moderatè magnanimus vtitur honore, ita & mooeratè vtitur gloriam, s. secũdũ rationem. Vnde sicut philosophus dicit in 4. ethicorum de magnanimo; quòd honor sibi paruum, quid reputatur, ita & gloria. Magnitudini enim animi repugnat, vt res modicus tantum apprætietur, & de eis glorietur. Et similiter repugnat magnitudini animi, quod de his, quæ non sunt, glorietur. Vnde dicitur in 4. ethicorum, quod magnanimus magis curat veritatem, quàm opinionem. Item in 4. ethicorum, dicitur, quòd magnanimus non é contentiosus, quia nihil æstimat magnũ, Nullus enim contendit, nisi pro re quam æstimat magnam. Item ibi dicitur, quod non curat, vt laudetur scilicet propter se, vt etiam dicit B. Thom. q. ea. arti. eod. ad perfectionem hominis pertinet, quod ipsæ cognoscat se, sed quòd cognoscatur ab aliis nõ pertinet ad perfectionẽ eius. Et ideò nõ est per se appetendum, vt. s. cognoscatur ab aliis, potest appeti inquantum vtile ad aliquid, vel ad hoc quod Deus ab hominibus glorificetur, vel ad hoc quòd homines proficiant ex bono, quòd in alio recognoscunt, vel ex hoc quod homo ex bono, quod in se recognoscit per studium laudis

Vanam gloriam assimilatur. Farfallæ.

Magnanimitas est circa gloriã.

laudis alienæ ſtudeat in his perſeuerare, & proficere. Et ſecũdũ hoc intelligẽdum eſt illud Eccleſia. 41. Curam habe de bone nomine. De vnitate ipſius glorię habes ſup. in 3. §.

Inanis gloria virtutes eneruat

¶ Secundo debet euitari, quia virtutes eneruat pſal. 52. Dominus diſsipat oſſa eorũ qui hominibus placent, diſsipat, i. diſsipare per mittit oſſa, i. virtutes, & opera perfecta ex quibus conſiſtit, robur animæ, qui hominib. placent, ſ. quærentes laudes humanas, quod pertinet ad vanam gloriam. Vnde Grego. in moral. aſsimilat vanam gloriam latrunculo, qui itinerantem, vt amicum à tergo occurẽs aſſociat, & poſtea eum expoliat. Nam inanis gloria incedenti per viam bonorum latenter occurrit, & virtutibus, & meritis animam expoliat.

Figura.

In cuius figuram legitur. 4. Regul. 20. quod cũ Ezechias rex Iuda legatis regis Babyloniorum oſtendiſſet omnia ſua præcioſa, aurum, & argentum, & aromata, & theſauros ſuos, ductus quadam vana gloria dixit ei Eſaias propheta ex parte Dei, quod oĩa illa quæ viderant illi legati Babyloniorum ipſi Babyloni auferrẽt, & aſportarent in terram ſuam quod impletum fuit tempore Ioachin, & Sedechiæ regum Iuda per Nabuchodonoſor regem Babyloniæ, vt patet Hiere. c. fi. ad ſignificandum, quod eum quis manifeſtat theſauros virtutum propter laudem humanam ipſos diabolus rex confuſionis aſportat ſeu aufert.

Inanis gloria.

¶ Tertio inanis gloria vitia multiplicat.

Vitia multiplicat.

Eſt enim vnum ex ſeptem capitalibus vitiis, ſecundum Tho. 2. 2. q. 132. ar. 4. quod probatur per Greg. 31. moral. quamuis. n. quidam ponunt ſuperbiam vnum ex capitalibus, & hi non aſsignant vanamgloriam capitale eſſe uitium, rationabilius uidetur, quod dicit Greg. in 31. moral. ſ. ſuperbiam non capitale uitiũ: ſed reginam eſſe, & matrem uitiorum à quæ mediate oritur inanis gloria, ut unum ex capitalibus. Ratio huius eſt: quia ſuperbia importat quendam appetitum inordinatum excellẽtię. Ex omni autẽ bono, quod quis appetit, quandam perfectionem, & excellentiã conſequitur. Et ideò cum fines omnium uitiorum ordinentur in finem ſuperbiæ propter hoc quandam generalem cauſalitatem ſuper omnia alia uitia, ut dicatur mater omnium. Inter bona autẽ per quę quis excellẽtiam cõſequitur uidetur, pręcipue ad hoc operari gloria inquantum importat manifeſtationẽ bonitatis alicuius. Nã bonum naturaliter amatur, & honoratur à cunctis, & ideò ſicut per gloriam, quæ eſt apud Deum cõſequitur homo excellentiam in rebus diuinis, ita per gloriam, quæ eſt apud homines conſequitur, quis excellentiam, quę eſt in rebus humanis. Et ideò propter propinquitatem ad excellẽtiam, quam homines maximè deſiderant, conſequẽs, eſt quod ſit multũ appetibilis, & quia ex eius inordinato appetitu multa alia vitia oriuntur ideò dicitur uitium capitale.

Gre. appellat ſuperbiã reginã uitiorũ.

¶ Et quamuis ex genere ſuo non ſit mortale per hoc non tollitur, quin ſit capitale, & ea plura etiam mortalia oriantur, ex ea autẽ oriuntur filiæ ſeptem. ſ. inobedientia, iactantia, hypocriſis, contentio, pertinacia, diſcordia, & præſumptio nouitatum, ſecundum Grego. in 31. moral. Horum ſufficientiam ſic aſsignat B. Tho. q. c. ar. 5. illa uitia, quæ de ſe nata ſũt ordinari ad finem alicuius uitii capitalis, illa dicuntur filiæ eius. Finis autem inanis gloriæ eſt manifeſtatio propriæ excellentię ad hanc autem poteſt tendere dupliciter. Vno modo directè. Alio mõ indirecte. Si directè, aut per uerba, & ſic eſt iactantia. Aut perfacta, & ſic ſunt facta habentia aliquam admiratioũẽ, ſic eſt præſumptio nouitatum. Si per facta alia, ſic eſt hypocriſis. Si indirectè, & hoc quatuor modis. Primo quantum ad intellectum, & ſic eſt pertinacia, per quam homo nimis innittitur ſuæ ſententiæ nolens cedere ſententiæ meliori. Secundo quãtum ad uoluntatem, & ſic eſt diſcordia, dum non multa propter uoluntate diſcedere, ut cũ aliis concordet. Tertio quantum ad locutionem, & ſic eſt contentio, dum aliquis clamosè cum aliis litigat. Quarto quantum ad factum, dum quis non uult exequi ſuperioris præceptum, & ſic eſt inobedientia. Quamuis autem ira cauſet diſcordiam, & contentionẽ, tamen quia hoc nõ agit communiter, niſi cum adiunctione inanis gloriæ, per hoc. ſ. quòd aliquis reputat ſibi glorioſum, quòd non cedat uoluntati, uel uerbis aliorũ, ideò ponuntur filię inanis gloriæ. Iactantia uerò quantũ ad cauſam iteriorẽ eius, quæ eſt arrogatia ponitur ſpẽs ſuperbię ſed exterior frequẽtius ordinatur ad gloriã, & honorem, & iõ ponitur filia inanis gloriæ.

Filię inanis gloriæ.

¶ *De inobedientia.* Cap. 2.

INobedientia prima filia eſt inanis gloriæ. De qua dixit Samuel propheta. Quaſi ſcelus idololatriæ, eſt nolle acquieſcere ideſt, obedire. 1. Regum 15. Ex quo arguit Grego. Sine obedientia quiſquis infidelis eſſe conuincitur, etiam ſi fidem tenere videatur. 3. q. 1. ſciendum. Dicit beat. Thom. ſec. ſec. q. 205. quòd illa comparatio non eſt ſecundum æqualitatem, ut ſcilicet ita ſit graue peccatum inobedientiæ ſicut idolatriæ, ſed ſecundum

ſimilitudinem

Inobediētia a liquādo est spetiale uitium.

similitudinem aliquam inquantum, scilicet redundat in contemptum, Dei sicut idololatria, & si non tantum. ¶ Est autem inobedientia aliquando vitium generale aliquando prium, & speciale. Sic & obedientia sibi cōtraria aliquando est virtus generalis, aliquando specialis distincta a cæteris. Pro cuius declaratione dicit Thom. secund. secun. quæst. 104. artic. secundo, quod si accipiatur obedientia proprie prout respicit intētionem formalem ratione præcepti sic obedientia est specialis uirtus, & secundum hunc ad ipsam requiritur, quòd impleat aliquis actum iustitiæ, vel alterius virtutis intendens implere præceptum, puta honorat parentes, seruat festa, & ieiunia, quia hæc sunt præcepta Dei vel ecclesiæ aliter non facturus. Sed si accipiatur obedientia largè, pro executione cuiuscunq;, quod potest cadere sub præcepto sic erit uirtus generalis, & concurrit cum actibus, omnium uirtutum, sic inobedientia cum per intentionem respicit rationem præcepti contēnendo idest renuēdo se subiici regulæ sic est peccatum speciale, & ad ipsam sequitur, quod actualiter contemnat præceptum. Si uerò accipiatur largè inobedientia, pro omissione cuiuscunque, quod cadere potest ex quacunque intentione fiat, non tamen contemnendo præceptum, sic est uitium generale, & reperitur in omni peccato, & sic ab Ambro. diffinitur peccatum esse cœlestium inobediētia mandatorum. Hic ergo dicetur de inobedientia, prout est uitium generale, ut frequētius in scriptura sacra accipitur, aliquando prout est speciale. Tantum autem est uitium inobedientiæ, vt per eam de paradiso expulsi simus, nec reuerti potuerimus aliter quam per obedientiam durissimam Christi, qua parti obediens fuit vsque ad mortem crucis. Vude Apostolus Rom. 5. Sicut per inobedientiam unius hominis Adæ scilicet, cū comedit de ligno boni & mali contra Dei præceptum multi constituti sunt peccatores, ita per obedientiam unius hominis Iesu Christi multi iustificabuntur, qui scilicet imitati eum fuerint inobedieatia præceptorum, & sic in figuram per aliam uiam reuersi sunt Magi in regionem suam Matthæ. 2. qui sunt duces fidelium. Regio nostra est paradisus, via alia id est contraria ad eam, ex qua inde uenimus, est obedientia, per inobedientiam enim in hoc exilium venimns. De hac spalm. inquit. Maledicti, qui declinant a mandatis tuis spal. 118. Vbi tria notantur.

Primo punitio rebellionis, ibi. Maledicti.

¶ Secundo expressio inobeditionis, ibi qui declinant.

¶ Tertio purificatio transgressionis ibi a mandatis.

¶ Quantum ad primum. Sciendum, quod per inobedientiam seu rebellionem incurritur, maledictio Dei, quod ostendit psalm. dicens: Maledicti scilicet a Deo. Ad quod etiam facit quod dicitur Deutero. 27. Maledictus, qui nō permanet in sermonibus legis huius. nec eos opere perficit si licet obediendo. Et Eccl. 41. Veh uobis impii viri, qui dereliquistis legem altissimi, scilicet per inobedieutiam, & si nati fueritis in maledictionibus nascemini, & si mortui fueritis in maledictione erit pars uestra. Maledictio Dei designatpunitionem. Dicere .n. Dei est facere. Maledicit ergo Deus cum malum pœnæ facit, idest irrogat inobedienti. Maledicit autem propter inobedientiam tripliciter Deus,

§. 1. De inobedientiam incurritur maledictio Dei

¶ Primo per afflictionem corporis.

¶ Secundo per impugnationem orbis.

¶ Tertio per priuationem numinis.

De primo dictum fuit. Adę propter iuobediētiam suam Maledicta terra in opere tuo, idest propter opus tuæ transgressionis. Terra corporis tui erit maledicta, & afflicta multipliciter. Spinas enim, & tribulos diuersorum passionum, & infirmitatum germinabit tibi. Omnes enim pœnę quibus subditi sumus famis, sitis, caloris, frigoris, & infirmitatum sunt in pœnam illius inobedientiæ. Spinas enim concupiscentię terra sensualitatis germinat, quia caro concupiscit aduersus spiritum ad Galata. 5. quod ex illa inobedientia processit immeditè enim cum ratio non obediuit Deo, & caro se rationi rebellauit. ¶ Secunda maledictio est, quia omnes creaturæ pugnant contra hominem propter inobedientiā ubi prius obediebant homini. Sapienti. 5. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Et iustè quidem actum est, cū omnis creatura Deo obediat, faciens id ad quod instituta est, & sic præceptum posuit cunctis creaturis, & non præteribit psalm. 148. quod patet ad sensum si inobediens Deo reperitus fuerit cum ad hoc ei seruiāt, ut obediāt Deo oēs impugnēt eū, & maledicāt affligendo ipsum etiam uermes, & pulices, & muscæ, & aranеæ. De inobedientibus dicitur etiam. Deuteronomio. 28. Si nolueritis audire uocem domini Dei tui ut custodias, & facias omnia mandata eius, scilicet obediēdo, ueniet super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te Maledictus eris in ciuitate, maledictus i agro, maledi

Inobedientia maledicitur.

Secūda maledictio.

cum horreum tuum, maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus uentris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouiũ tuarũ, maledictus eris ingrediens, i. incipiens aliquod opus, & maledictus egrediens, i. finiens opus. Et maledictiones explicans subdit. Mittet dominus famem, & esurié & increpationem in omnia opera tua, quæ facies donec conterat te, & perdat velociter. Adiũgit tibi dominus pestilẽtiam donec cõsũmat te, percutiet te dominus egestate, febri, frigore, ardore, & æstu, aere corrupto, ac rubigine. Sit cœlum super te æneum, & terra quã calcas ferrea. Det dominus imbrem terræ tuę puluerem, & de cœlo descendat super te puluis. Tradat te dominus corruentem ante hostes tuos, per vanam viam egrediaris contra eos, & per septem fugias, & dispergaris per omnia regna terræ, sitque cadauer tuum in escã cunctis uolatilibus cœli, & bestiis terræ percutiet te dominus vlcere Egypti scabię, & prurigine. Percutiat te amentia, & cęcitate, & furore mentis. Et multa alia ibi habes. Ecclesia ẽt punit inobedientiam maledictione excõmunicationis. Nam pertinaciter inobedientes excõmunicat, Apostolus. 2. Corin. 10. Et in prõptu habentes vlcisci omnem inobedientiam. Vnde 11. q. 3. absit dicitur. In ueteri lege, qui sacerdotibus non obtemperasset, aut lapidabatur, à populo, aut contemptum, scilicet inobedientiæ expiabat cruore. Nunc autem inobediens spirituali animaduersione truncatur, ideſt excommunicatur. Excommunicatio aũt maledictio dicitur in iure, vt 24. q. 3. cum sancti viri, in §. præcedenti, ad illud capitulum.

Tertia maledictio inobedientiæ.

¶ Tertia maledictio, quæ omnibus peior est, quia priuatur Dei visione, & cõsortio sanctorum. Maledicti erunt, qui contemnunt te scilicet per inobedientiã, Thob. 13. Christus. n. dicet reprobis, qui mandata sua non seruauerant. Discedite a me maledicti in ignem æternum. In huius figuram Christus maledixit ficulneæ, quam sine fructu reperit. Math. 11. Vnde subito siccata est non apta nisi ad ignẽ, sic qui sine fructu obseruationis, mandatorũ reperiuntur a Christo maledicuntur, ideſt reprobantur, ita quod amplius mereri non possunt, vel Deo frui, sed ad ignem gehennæ mittuntur. Efficitur etiam inobediens aridus per indeuotionem, quam habere non potest Vnde Bernar. Non dabit inobediens copiam sui tantæ obedientiæ amator, qui mori malui quam non obedire scilicet Christus. Sed neque fructum exauditionis in oratione percipit, vnde prouerbio 28. qui declinat autem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Augustꝰ. quia præceptis Dei auertitur, quod in oratione postulat, nõ meretur. Inter omnes creaturas non videntur esse, nisi duæ quæ Deo inobedientes sunt, scilicet diabolus & malus homo, & ideò congruum est, vt sicut quasi ab omnibus male dicitur diabolus in detestationem sui, sic & inobediens homo, & cum eo societur, quasi attinẽs eius, sicut Christi dicuntur, parentes, frater, sor, & mate, qui faciunt patris sui cœlestis voluntatem, vt dicitur. Mathei. 12. Vltra punitionem seuerę sisman in obedientiæ. Adæ propter, quòd dicitur. Gen. 3. Adam exemplum meum in punitione inobedientiæ ab adolentia mea, vt mihi caueam ab inobedientia, plura alia exẽpla habentur. Vxor quidem Loth propter inobedientiam suam ad uerba angeli uersa, est in statuam salis. Gen. 19. Saul propter inobedię tiam suam priuatur de regno, unde dicitur. 1. Reg. 15. pro eo, quod abiecisti sermonem domini, & dominus te abiecit ne sis dominus in Israhel, & rex. Propheta domini, qui contra præceptum manducauit in Samaria propter suam inobedientiam a Leone suffocatus, est in via tertio. Regum decimotertio. Quidam etiam, quia noluit obedire vni ex filiis prophetarum dicenti sibi ex parte Dei, quod percuteret eum vulnerando, a Leone percussus est tertio. Regum vigesimo. signans inobedientiam prælatorum, qui uolunt gladio correctionis percutere vitam subditorum. De filio inobedientiæ dicitur Deutero nom. vigesimumprimum. Si genuerit homo filium contumacem, & proteruum, qui non audit imperium patris, & coercitus obedire contemnit, accusatus, a parentibus inporta ciuitatis coram senioribus lapidabit, eum omnis populus. Vasti regina vxor regis Assueri, quia contempsit ad eum accedere, ut imperauerat, priuata est regno, & coniugio. Hester primo. Ionas, quia noluit domino obedire in eundo ad prædicandum in ciuitatem. Niniuem, orta tempestate propter hoc in mari proiectus est. Ionæ secundo. Populus Israhel, quia Deo obedire contempsit, ideſt decem tribus a Salmanasar Assyriorum in captiuitatem ductæ sunt in Niniuem, & post regem populus Iuda cum rege suo. Sedechia propter contemptum mandatorum, Dei a Nabuchodonosor in Babiloniam captiui ducti sunt, ut in quarto Regum ultimo, & Hieremiæ ultimo. Iosephus, & Azarias; quia contra obedientiam Iudæ machabei ducis exercitus Israel mouerunt bellum.

Loth.

Saul.

Vasti regina.

Ionas.

Populus Israel.

Iosephus, & Azarias

De quo dã monacho inobediente suo Abbati.

lum cõtra inimicos, debellati sunt occisis duobus milibus, 1. Machabeorum 5 3. Quidã monachus nomine Malchus, quia contra obediẽtiam abbatis recessit ad uisitandum parentes, captus est ab infidelibus, ubi multa perpessus est, ut habetur in uitaspatrum. Quidam liberatus a beato Benedicto cum uexaretur, a dyabolo, quia contra obedientiam ipsius patris ordinem sacrum susceperat, a dyabolo arreptus est iterum. Marcus torquatus consul Romanorum, quia cum esset in campo cõtra hostes, filius eius contra obedientiam seu mandatum patris ipsius bellum quamuis magnam uictoriam haberet eum decapitauit, ut narrat Valerius, quod Augustinus in libro de ciuitate Dei non reprobat. Cauendum est. n. summè ab inobedientia, quæ tot maledictionibus, tot malis punitur.

§. 2. De secũdo genere pcti inobedientia.

¶ Quantum ad secundum. Inobedientia ipsa exprimitur, dum dicitur, qui declinant. Declinare autem a mandatis, est recedere ab eis, idest non obedire. Esa. 30. Neque ad dexteram, neque ad sinistram, scilicet uiæ declinetis. Via ad patriam, est obseruatio mandatorum. Mandata sunt de actibus uirtutum secundum Thomam, quæ cum consistat in medio, ille declinat ad dexteram uię qui recedit a mandato per excessum circa virtutem, ille declinat ad sinistram, qui recedit a mandati obseruatione per defectum virtutis. Sicut circa primum mandatum, ad sinistram declinat, qui idolla colit non Deum, ad dexteram, qui superstitiosè colit, & sic de aliis. Sed ut ait Psalmista 13. & allegat Apostolus ad Romam. 3. ad ostendendum uniuersos declinare. Non est intelligens, neque requirens Deum, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum ubi secundum beatum Thomam super dicto passu in epistolis Paul, psal. notat, primo inobedientiam, uel transgressionem mandatorum, ibi. Non est intelligens. Secundo amissionem inde præmiorum, ibi simul inutiles facti sunt, tertio collectionem, in huiusmodi cunctorum, ibi non est qui faciat bonum, &c. ¶ Primo inobedientia notatur ibi. omnes declinauerunt simul, ideſt recesserunt a regula diuinæ legis. Esaiæ. 56. Omnes in viam suam declinauerunt, ideſt a mandati Dei recedentes propriam uoluntatem secuti sunt. Sed huic declinationi præmittuntur duo, quæ concurrunt in peccato. Primum est defectus discretionis, seu rationis, ibi, non intelligens. Omnis enim malus est ignorans, inquit philosophus, quod uerum est in particulari eligibili. Secundum est defectus rectæ intentionis. ibi. aut requirens deum non est, scilicet intentionem suam dirigendo ad deum, psalmus 26. Faciem tuam domine requiram. Amissio præmii notatur ibi. simul inutiles facti sunt. Hoc inutile dicimus, quod non consequitur finem suum, & ideo cum homines a deo declinant non obedientes mandatis eius, propter quem consequendum facti sunt, inutiles dicuntur, cum non assequantur præmium. Sap. 4. impiorum multitudo non est utilis, in terram promissionis, ex omnibus numeratis in Egypto aptis ad prælium, scilicet sex centis milibus solum duo intrauerunt, scilicet Caleph, & Iosue, qui manserunt, & firmi, & steterunt in obediendo domino. In figuram, quod de omni uniuersali multitudine, quæ fiunt in sex mundi ætatibus, nullus intrat in uitam æternam, nec princeps, uel sapientissimus ut Moyses, nec sacerdos etiam summus ut Aaron nisi duo obseruet charitatis mandata dilectionis, scilicet Dei & proximi. Et in his duobus mandatis uniuersa lex pendet. Matth. 22. Comprehensio cunctorum notatur ibi. Non est qui faciat bonum scilicet aliquis quod intelligitur secundum propriam uirtutem, ideſt nullus per seipsum facit bonum, nisi a deo adiutus, uel complete nullus bonum facit, quin scilicet in aliquo deficiæ, iuxta illud. 3. Regum. 8. Non est qui faciat super terram bonum, & non peccet. Vel loquitur de congregatione malorum. Non est usque ad unum, scilicet Christus & sic ponitur exclusiue. Sed notandum quod cum quasi omnes declinent a mandatis, diuersi tamen de causis declinant ab eis.

Declinatur amãdatis domini propter tres causas.

¶ Aliqui per impotentiam.

¶ Aliqui per ignorantiam.

¶ Aliqui per certam scientiam.

Quantum ad mandata dei nullus potest iustè se excusare, quod seruare non possit. Nam & si non propria uirtute, tamen cum adiutorio gratiæ cuncta seruare potest, adquam recipiendam si facit quod in se est, norei denegabitur. Vnde Hiero. dicit. Maledictus omnis, scilicet a deo qui dicit deum diquid non possibile præcepisse. De mandais autem hominum dicit B. Tho. 2e. 2e. q. 43 quod si prælatus tot præcepta multiplicet quod ea subditus implere non posset, excusatur a peccato. Et ideo prælati debent abstinere a multitudine præceptorum. Ad hoc fiat re-

Transgressio mandatorũ ex inobedientię.

gula iuris. Nemo potest ad impossibile obligari, extra de regulis iuris libro sexto. Et intelligitur, non solum de impossibilitate facti, sed etiam iuris, secundum glossam, ibi. Vnde si prælatus contra ius, aliquid mandat non potest, obligari ad illud, ideſt nec tenetur, nec debet obedire. Si autem dubitat, vtrum possit facere, quia graue, & durum est, obedire debet. Vnde distinct. 9. capitulo. in memoriam dicitur. Licet uix ferendum ab illa sancta fide imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus. De ignorantia mandatorum ex qua aliqui declinant. Nota quod in mandatis quæ sunt de iure diuino, nulla ignorantia excusat a mortali, sed ut Apostolus dicit. Ignorans ignotabitur, ideſt a Deo reprobabitur, si trãsgrediatur mandata necessaria ad salutem. In positiuis seu humanis præceptis nisi habeat iustam causam ignorantiæ, vt quia non potuit scire, nec habuit qui doceret, non excusatur, apeccato, qui tenetur ad seruandum, & non seruat. Vnde August. Illis omnino ignoti non poterit, qui a quo discerent habentes operam non dederunt, distinct. 37. §. fin. Et Nicolaus Papa dicit. Si decreta Romanorumpontificum non habetis, de neglectu, & iniuria redarguendi estis, distinct. 20. De ignorantia tamen multa habes supra in prima pãte, & infra in titul. de accidia. ¶ Declinat aũ scienter a mandatis, & aliquando hoc exsufficienti ratione, aliquando ex neglectu, aliquando ex coutemptu. ¶ Ex ratione nullus potest declinare licitè a mandatis Dei in vllo casu, nisi Deus sibi contrarium mandet, ut mandauit Oseæ, quod recognosceret mulierem fornicariam. Oseæ. 1. qui in hoc non peccauit secundum Tho. quia hæc é iusta lex, & præceptum. quod Deus ordinat. Sed in præceptis prælatorum potest declinare aliquando sine peccato. Dicit tamen Petrus de Paude in quarto, quod si prælatus præcipit alicui aliquid errans non præcepturas si sciret ceritatem, potest talis salua obedientia, ideſt sine peccato non implere illud, extra: de rescriptio. capitulo si quando. Dicit etiam idẽ Petrus, quod præcepta principis intelligũtur saluo iure alterius. C. de eman. libe. nec anté. Vnde non oportet semper mandatum Papæ implere, sed sufficit causam probabilem, non implendi allegare, vt expræsse dicitur in illo capitulo, si quando. Illa enim ratio debet mouere delegatum, quæ mouit delegantem. Vnde si scit se habere causam non implendi, quod papa mandat, quam si sciret, credit verisimiliter, quod contrarium mandasset, non tenetur implere super dicto capitulo, si quando de rescript. Dicit ét Ant. de Bu. quod subditus mandato superioris debet obedire, nisi subsit causa, quam allegare debet uerbo scilicet vel scripto. Nec dicitur, quis contrauenire mandato superioris, si motus iusta causa non obedit. Si autem dubitat utrum superior eum intendat obligare ad faciendum, etiam si sciret factum, vnde monetur subditus, ad non faciendum æstimans iustam causam habere, debet obedire, artic. 23. quæstio. prima, quid culpatur, vel significando expectare secundam iussionem, vt in capitulo si quando de rescription. Ex neglectu declinando, ideſt non seruando mandata diuina aut humana facere contra obedientiam, est inobedientia, prout est uitium generale, saltem ea, quæ sunt ab Apostolis, & eorum successoribus instituta nulla desidia negligantur, nulla dissensione violentur, nulla concertatione turbentur. Iulius Papa. vigesimaquinta quæstione secunda, amputatio. Sciendum tamen secundum Thomam. secund. secund. quæstione 104. quod ubi committitur peccatum veniale, nõ est ibi propriè inobediẽtia: sed cum committitur mortale. Nam uenialia non sunt contra præcepta. ¶ Vbi etiã secundum Cancellarium Parisiensem, & alios doctores, quod non omnes ordinationes ecclesiæ, uel prælatorum sunt in præcepto, ita quod transgredientes etiam scienter peccent mortaliter, sed sic in lege diuina quidam sunt monita simplicia, contra, quæ faciendo esset de se ueniale, ut illud. Leuitic. decimonono. Coram canor capite surge, ideſt reuerentiam senioribus præbe. Quædam præceptoria, contra quæ operando esset mortale, vt decem præcepta, & quæ reducuntur ad ea, & in nouo testamento credere explicitè articulis fidei, & sacramentum suscipere secundum tempora, & qualitatem personarum. Ita etiam in lege canonica, uel ciuili seu ordinatoribus prælatorum sunt quædam præceptoria, quædam monitoria, qui facit contra præcepta diuina uel humana sumendo propriè, & strictè præceptum, etiam si non faciat ex contemptu, sed ex neglectu, peccat mortaliter unde Gregorius, quod præcipitur imperatur, quod imperatur necesse est fieri. quartadecima quæstione prima, capitulo, item Gregorius. Apostolus, secundo Thimo. tertio, inter criminalia ponit illud. Parẽtibus non obediẽtes, & ad Rom. decimotertio, qui

potestati

Ex rõne declinãt mandatis Dei.

Addc qđ man dauit in hoc leg. nec autẽ Bald. & post eũ Alexan.

Ex neglẽtia declinamus, a mandatis Dei.

Nõ omnes ordinatiões sunt in præcepto.

poteſtati reſiſtit prelatis non obediendo, Dei ordinationi reſiſtit, & ipſe ſibi damnationem acquirit. Ratio huius, eſt ſecundum beatum Tho. ſe. q. 105. ar. 1. quia illud eſt mortale, quod contrariatur cnaritati, per quam eſt in nobis vita ſpiritualis. Talis autem eſt inobedentia preceptorũ. Exigit. n. charitas, qua dominus diligũtur, et mandatis eius obediatur, ſecundnm illud Ioã. 14. ſi quis diligit me ſermonẽ meũ ſeruabit. Et in preceptis Dei continetur, quod etiam ſuperioribus obediatur, ecundum illud ad Hęb. vltimo. Obedite præpoſitis ueſtris, & ſubiacete eis, & Roma. 13. omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Facit etiã contra iuſtitiam, & charitatẽ Chriſti, qui nõ obedit iuſtis præceptis ſuperiorum, per hoc, quod ſubtrahit obediẽtiã debitam. ¶ Ex contemptu autem declinat, a mandatis, qui non tantum ex negligentia, ſed etiam ex quadam rebellione, & obſtinatione tenuit ſubiici præceptis ſuperiorum, & hoc eſt inobedientia ſtrictè, & formaliter ſpeciale peccatum. Vnde prouerbio. 18. Impius cũ in profundum peccatorum venerit contemnit, & Chriſtus Lucæ 10. Qui uos ſcilicet prę latos ſpernit ideſt contemnit in mandatis ue ſtris, me ſpernit. Item Nicolaus papa, Si quis dogmata, mandata, interdicta, ſanctiones, uel decreta pro catholica fide, uel eccleſiaſtica diſciplina, pro correctione eminentium, uel futurorum malorum à ſedis apoſtolicæ præſule promulgata contempſerit, anathema ſit. i. fiat. 25. q. 2. ſi quis. Et ut dicit Bern. in lib. de diſpenſationibus, & præceptis. Contemptus utique damnabilis, ideſt mortale eſt. Facere aliquid ergo contra præceptum diuinũ, uel humanum non ex contemptu, ſed ex paſſione, mortale eſt. Facere autem ex contemptu non ſolum mortale eſt, ſed grauius, & nõ ſolum ſi fiat contra præceptum, ſed etiam ſi fiat contra mãdatum, ideſt contra illud quod de ſe eſt veniale mortale. Vnde qđ dicit Aug. Nullus eſt adeo ueniale, quod non fiat criminale dum placet, di. 25. §. alias. Exponit glo. in cuius contemptus, ſcilicet uenialis, ita quod ipſe cõtemptus eſt mortale. ¶ Et quãuis graue peccatum mortale ſit talis inobediẽtia, ſeu præcepti contemptus, non tamen grauiſsimũ omnium. Cum enim grauius ſit contemnere præcipientem, quam præceptum eius, ideò illa peccata, quæ ſunt contra perſonam præcipientem ſunt grauiora peccatis inobedientiæ quæ ſunt cõtra præceptorũ eius ſicut blaſphemia erga deum, homicidium erga proximum magis, quam inobedientia, ſecundum Thom. ubi ſupra. Et quia ut dicit Aug. in lib. confeſ. In poteſtatibus humanæ ſocietatis ſicut ad obiediendum maior minori rectè pręponitur ita Deus omnibus di. 8. Quæ contra mores. Ideò quanto ſuperior eſt ille, qui præcipit, tãto grauius eſt eẽ inobediẽtẽ illi, & ideò grauius eſſe inobiẽtẽ Deo, quã hoi. Itẽ ex transgreſsione preceptorum diuerſorum eiuſdẽ ſu pprioris, tãto eſt aliquid grauius pctũ, quanto magis preceptũ illud ẽ de intẽtione præcipiẽtis, ſiue dei, ſiue hois. Itẽ ſciẽdũ, qđ pctũ primi hõis, qđ in oĩs emanauit, nõ fuit inobediẽtia ſcđm, qđ eſt ſpãle pctũ, ſed ſuperbia ex qua hõ ab inobediẽtia proceſsit ſm Th. pſ. 124. declinãtes autẽ i obii. i. recedẽtes a mãdatis, quibus obligãtur, & p hoc itrãtes in obligationes pęnæ debitę p trãſgreſsione adducet dominus cum omnib. iniquitatẽ. ſ. ad ĩfernum. De cõtẽptu tamẽ plenius habes i tertia parte i ti. de religioſis. ¶ Quãtum ad tertiũ. Attendẽdũ §. 3. qđ in plurali dicit a mãdatis tuis, quia plura ſunt mãdata diuina, & humana, a quorum nullo dẽt declinare. Mandata eccleſia eccleſiæ, & prælatorum Dei mandata dici poſſunt, ſi iuſta ſunt, quia a deo inſpirata eis ſecundum illud. Prouerb. 8. quod ait ſapientia diuina per me legum conditores, iuſta decernunt. ¶ Et quãuis communiter aſsignetur differentia iſta inter mandatum, & præceptum, quia mãdatum non obligat de neceſsitate ſalutis, eius tranſgreſsio eſt ueniale, ſed præceptum ſit de neceſsitate ſalutis. quia obligat ad mortale. tamen frequenter mandatum ſumitur pro præcepto. Vnde Chriſtus diſcipulis loquẽs de dilectõe ſummè neceſſaria haberi, dixit. Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis inuicem. Ioh. 15. Et alia uice ait. Mandatum nouum do uobis ut diligatis inuicem. Io. 13. Et ipſe Ioannes in prima cano. ſua inquit. Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat, & fratrem ſuum, ſic etiam in pſalm. mandatum ponitur, pro præcepto hic, & alibi quaſi ſemper ſecundum illud pſal. 118. Tu. ſ. deus mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis, ideſt nalde: quia uſque ad mortem ſufferendam. dicitur Eccl. 4. Vſque ad mortem certa pro iuſtitia cõſeruanda, circa quam ſunt mandata. Cum autem ſint multæ ordinationes eccleſiæ, & rectorum, quæ ſint mandata eſt præcepta obligantia de neceſsitate ſalutis, non eſt facile de omnibus determinare, poteſt tamen de hoc haberi aliqua cognitio ex materia uel forma. ¶ Ex materia quidem ſi ſit ordinatio de re neceſſaria ad charitatem, uel iuſtitiam uel diuinam reuerentiam, ut illud de correctione

Quid ſit ex cõtemptu tranſgredi pręceptum.

Inobediẽtiam nõ ẽ grauiſsimũ peccatũ.

Mandatum nõ obligat de neceſsitate ſalutis, præceptum uerò ſit.

fraterna. Corripe eum inter te,& ipsum solum Mat. 18. quod est præceptum diuinum, & quod eucharistia a ieiunis sumatur, quod est præceptum ecclesiæ de cõse. di. 2. liquido, & quod non fiant Clandestina matrimonia. 30. q. 5. per totum. Et quod non reddatur debitum in adulterio permanẽti ab alio. 22. q. 1. per totum,& huiusmodi, hoc tamen potest male determinari, nisi excommuni declaratione Doc. ¶ Ex forma autem ideſt ex modo locutionis, vel scripturæ ipsius ordinationis, potest hoc percipi multipliciter. ¶rimo ex pœna spirituali posita in contrafacientem, ut sentẽtia excommunicationis lata, quæ pœna maxima est in ecclesia. 24. q. 3. Vnde omnes ordinationes ecclesiæ prælatorum, quæ fiunt, vel factæ sunt sub pœna excommunicationis latę sententiæ nulli dubium sunt præceptoriæ. quamuis, nõ dicatur verbum præcipiendi, vel mandandi, & scietur contrafacientes subditi peccant mortaliter nisi contineat intolerabilem errorem. Idem si fiant suspensionis, depositionis, vel interdicti, sed si fiãt sub pœna excõmunicationis comminatorię ideſt non latæ sententiæ: sed ferendæ non est vsquequaque uerum, & clarum. Quibusdam videtur, quod fit mortale transgressio talis ordinationis secundum Io. Neapol. præcipue cum est in iure communi scripta, si autem ab homine fiãt dubium est. ¶ Secundo potest hoc perpẽdi ex pęna corporali grani, ut si prohibeantur, aliquid sub pœna mortis, uel mutilationis, prout fit per leges, & statuta ciuitatum, quę secundum Thom. in 1. se obligant etiam in foro conscię tiæ ad obseruantiam, vel pœna incarcerationis, quæ infertur etiam ab ecclesiasticis, & in religionibus mortale est. Non enim infertur talis pœna nisi pro eo, quod multum esse lesiuum iustitiæ, & boni communis. Idem uidetur si sub pęna grauioris culpę debita aliquid prohibeatur, vt in religionibus aliquibus.

¶ Tertio potest hoc haberi si ordinatio fiat sub tali forma præcipio, uel mando, in uirtute obedientiæ vel spiritus sancti, vel sub interminatione maledictionis æternæ, uel sub obligatione peccati mortalis. Huiusmodi modis vtuntur communiter nunc prælati cum intendunt præcipere subditis aliquid necessario faciendum, & ecclesia in suis ordinationibus.

¶ In regula tamẽ beati Francisci etiam absque tali modo loquendi habẽtur multa pręcepta obligantia ad mortale, vt habetur in cle. Exiui de paradiso, extra de uerb. sig. sed cũ præceptũ sit obiectũ obediẽtiæ scdm Th. ubi supra quocunq; innotescat, & quibuscunq; uerbis

Ad de ad istod c. similẽ text. in aut. de sanctiss. epi. §. oĩ bus colla. 9. & i c. uemo Episcopus. 2. q. 1.

præceptũ supioris subdito, certitudinaliter tenetur obedire, aliàs statur virtuti uerborum, iuxta illud Greg. Humanę aures talia uerba iudicãt qualia foris sonant. 22. q. 5. humanæ. Vbi dicit gl. qđ cũ nõ cõstat de itellectu legislatoris, uel mãdãtis, nõ est a uerbis recedendum, vt extra despon. c. ex literis, & ff. de leg. Iul. non alter aliàs autẽ faciendo cõtra ordinationes ecclesiæ vel prælatorũ, uel regularum, vel statutorum, quæ nõ sunt præceptoriæ est veniale, nisi fieret ex cõtẽptu. Præcepta autẽ ecclesiæ communia, ad quæ oẽs obligantur, sunt plura, ut de obseruatione festorum, de obseruatione ieiunorũ, de confessione semel in anno fienda, de communione etiam suspicienda, de auditione missæ diebus festiuis, de euitatione excommunicatorum, de abstinentia ab ęsu carniũ feria sexta, & sabbato in Italia, de sumenda eucharistia ieiuno stomacho, quo ad nõ infirmos grauiter, de cauẽdo a tor neamentis, de non faciendo aliquid eorũ in quibus, est lata sententia excommunicationis a iure. Vltra ista decem cõmunia genera sunt, quædam alia præcepta spectantia ad speciales status, ut ad clericos, uel religiosos, vel cõiugatos, uel medicos. Et de decem præceptis legis diuinæ habes supra in prima parte, titu. 14. c. 4. De præceptis ecclesię habes infra in tractatu de accidia, quæ cõmuniter omittũtur ex negligentia, quæ ad accidiã pertinẽt. Et in ti. de gula, quo ad præceptum de ieiunio, & abstinentia carnium. De præceptis pertinentibus ad status prędictos, uel aliorũ, habes in 3. parte in titulis de illis statibus. Nunc agetur solum de prędicto solutionis decimarum, qđ partim diuinum est, & partim ecclesię, s. quo ad quo tam. Et ex contemptu aliquando dimittitur propter malam uitam clericorum.

De retentione decimarum ubi agitur quomodo, & si excusantur non dantes decimas. Cap. 3.

SVmite psalmum, & date tympanum psalterium iocundum cum cithara. Ps. 80. Sic exponit Gratianus. 13. q. 1. ecclesias. §. 2. Sumite, s. uos populi psalmũ, in diuina officia, quæ principaliter sunt de psalmis. Psalmus. n. interprætatur laus Dei, & officium totum est ad laudem dei. Sumite ergo diuina officia a clericis, & date eis tympanum, ideſt temporalia, quæ idcirco dicũtur tympanum, quia sicut ad sonũ tympani homines corporaliter gaudent, & recreantur, ita per tẽporalia recreat corpus, & lętificatur in sui sustentatione. Qui. n. seminãt spũalia ab eis dẽnt mettere corporalia. Et qui altario seruiũt, viuere dẽnt de altario.

tario, ſm Apoſtolū. 1. ad Cor. 9. Et Chriſtus Lu. x. Dignus é operarius mercede ſua, & multa alia teſtimonia ſcripture q̄ ibi no. Gra. Et p̄pea iſtitutū é à Deo, & eccl'a decimas dari in ſuſtētationē miniſtrorū eccleſię, qui populis miniſtrāt ſpūalia. ut diuina officia, & ſacra ſed ut ſint fructifera aiab. iſta. ſ. pſalmi diuinorū, & tympanū decimarū. & oblationū, ſit ibi pſalteriū, ſ. decachordū. i. obſeruatio decē p̄ceptorū, iuxta illud. In pſalterio decē chordarū pſallite illi. Et iſta obſeruantia præceptorum ſit cum cithara, quæ dulcius ſonat pſalterio, ut dicit glo. & ſignificat charitatem. Nihil enim dulcius charitate. Tunc pſalteriū eſt iocundum, i. obſeruantia mādatorū quādo ſit in charitate. Et diuina igitur miniſtranda, & temporalia decimarum danda cum obedientia mandatorum, & charitate Exod. 22. Decimas, & primitias non tardabis domino offerre. ¶ Eſt autem triplex decima.

§. 1. Decima ſpiritualis.

¶Prima decima ſpiritualis.

¶Secunda decima temporalis.

¶Tertia decima ſubſtantialis.

¶Decima ſpiritualis, quæ figurabatur per decimam materialē eſt humiliatio, ſeu recognitio q̄is ſui boni à Deo, & defectus ſui à ſe. Decima eſt perfectionis ſignū, quia denarius numerus ē numerus quodāmō p̄fectus, q̄a ē limes primus numerorū. Nā ultra nō procedit niſi replicādo præteritos numeros. Nouenarius é numerus iperfectus, q̄a nō attingit ad decimum. Dare ergo Deo decimā ſpūaliter ē quicquid perfectionis i ſe ē deo attribuere, & quicquid defectus eſt ſibi retinere. i. a ſe recognoſcere ſm illud Oſeæ 13. Perditio tua ex te Iſrael, tm̄ i me ſalus tua. Ad quod facit q̄d ait. Hyer. ſuper Malachiā. Poſſumus decimas & primitias ſic interpretari, ſic quis doctus, & eruditus in lege dñi pōt alios erudire, nō dēt ſuæ attribuere prudētię igenioq; q̄d poſſidet ſed gr'as agat primū dño; qui cuncta largitur, deinde ſacerdotibus, & miniſtris a quibus eſt eruditus 16. q. 1. Reuertimini.

§. 2. Decima tempora lis.

¶Decima tēporalis é obſeruatio quadrageſimæ cum debita obſeruatiōe, & deuotione, & ieiunio. Cū. n. annus per 365. dies voluitur, ieiunando 36. qui ſunt a prima dñica quadrageſimæ uſq; ad Paſca ieiunabiles, nā ſex dñi cis diebus qui interponuntur nō ieiunātur, quaſi anni decimas Deo damus. Eſt. n. 36. numerus decimā pars dierum anni. Hęc Gre. de cōſ. di. 5. Quadrageſima, quibus tm̄ quatuor dies priores additi ſunt ab ipſo Gre. ut cōformemus nos Chriſto in ieiunio qui 40. diebus ieiunauit, Sed et perfectē det decimam huius temporis, debet hoc tēpore per maximè abſtinere à uitiis. Et ſicut 40. horis ſtetit Chriſtus in ſepulcro ſeu mortuus, ita illis diebus ſit murtuus ſenſibus exteriorib. i. mortificatus, & & ſic 40. diebus ſtetit in mundo poſt reſurrectionem ad conformandum diſcipulos. & niſi tandum, ita illis dieb. magis inſiſtas cleæmoſynis proximorum, & ſicut 40. hebdomadis, ſtetit in utero uirginis, ita illis diebus vaces Deo orationi, & puritati. Et ſicut 40. menſibus prædicauit in mundo ita illis diebas audias prædicationes.

§. 3. Decima ſubſtæ.

¶Decima ſubſtantiæ tempotalis eſt decima pars fructuum, quos quis recolligit in terris ſuis De quibus dicitur Leuitic. 27. Omnes de cimæ terræ ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum domini ſunt: Et q̄ hmōi decimæ non dentur conquæritur dominus dicēs. Malach. 3. c. Si affliget homo Deū: quia uos configitis me? & dixiſtis: In quo configimus te, in decimis, & primitiis, & penuriavos maledicti eſtis q. d. quia non dediſtis decimas, ideo habuiſtis maledictioné pecuniæ. Et ſubdit. In ferte omnem decimationem in horrea mea, ut ſit cibus in domo mea, & probate me, ſi nō effudero ſuper uos cataractas cęli &c. Et dicit Aug. Decimæ ex debito requirūtur, qui eas dare noluerit res alienas inuadūt. 16. q. 1. Hoc tm̄ intelligendū cū requireretur, ut infra declarāt. Et Inn. q̄ in ſignū uniuerſalis dñii quaſi quodā titulo ſpāli dñs ſibi decimas reſeruauit extra de dec. c. Cū nō ſit. Ponit aūt Ray. multa mala quę proueniūt dātib. decimas. Vñ Aug. Cū decimas dādo cęleſtia, & terrēna poſſis p̄mereri, pro auaritia tua duplici benedictione fraudaris. Hęc é. n. dñi iuſtiſſimi cōſuetudo, ut ſi tu illi decimā nō dederis, tu ad decimam reuoceris: dabis impio militi, quod non uis dare ſacerdoti. 16. q. 1. c. Decimę. Item Aug. eo. q. Non enim Deus noſter poſtulat prę miū ſed honorē, & qui dignus eſt nobis totū dare decimā dignā à nobis recipere nō ſibi, ſed nobis proculdubio pro futurā. Antiqui p̄res iō oībus copiis abūdabāt, quia decimas dabant. Quod non accipit Chriſtus accipit fiſcus. 17. q. 7. maiore. Ecōtra remuneratio dantiū decimas ſm Ray. é quadruplex. ſ. abūdātia fructū ſanitas corpis, remiſſio p̄cātorū, & cęleſtę præmiū. De primis duab. dicit Aug. ſi decimā dederis nō ſolū abūdātiā fructuū: ſed & ſanitatē corporis cōſequeris. 16. q. 1. Decimę. De aliis duab. dicit i. c. Qui ergo ſibi p̄miū, aut cōparare, aut idulgētiā p̄cātorū deſiderat p̄mereri, reddat decimā, & de nouę partib. ſtudeat eleęmoſynā dare pauperib. ¶Videndū ergo q̄d ſit

Adde bonū tex. in ar. in l. remunerādi, ff. māda. & 1. q. 1. in c. iudices. vbi decimæ non dantur pro præcio, ſd̄ ad honorem.

decima, quid primitiæ, de quib. debeat dari, a quibus personis, & quibus locis, & an excusentur pcto non dãtes ubi nõ consueuerũt dari. Nota primo Hiero. super Eze. ponere multiplicé decimã. Et hr extra de decim. c. 1. ubi dicit. Decimam partem omnium frugũ leuiticę tribui populus ex lege debebat. Rursus ex ipsis decimis leuitæ hoc est inferiorũ ministrorum gradus, decimaa dabãt: sacerdotib. Erant que & aliæ decimæ quas vnusquisq; ex populo Israel in suis horreis reseruabat, comedere eas cũ iret in Hierusalé in tẽplũ, & in uestibulo tẽpli, sacerdotes & leuitas ad conuiuiũ inuitarent. Erant & aliæ quas pauperib. reconde bant. At uerò primitiæ quas de frugib. offere bant, non erant spãli noie diffinitæ, sed offerentiũ arbitrio derelictæ. Traditioné quoq; accipimus Hæbreorũ, nõ legé præceptã, sed arbitrio magistrorũ inolitã, quòd qui plurimũ quadragesimã partẽ dét sacerdotib. qui minimũ sexagesimã, Inter quadragesimã ãt & sexagesimã licebat quodcunq; noluissent offerre. Hæc ille. ¶ Quare aũt primitiæ dentur, & qũo hoies ad hoc teneãtur. Dicit B. Th. 2. 2. q. 86. art. 4, Quod quia Deo dẽmus exhibere id qd præcipuũ est, iõ offerebãtur primitiæ in recognitioné diuini beneficii, s. quòd aliquis profiteatur fructus terræ à Deo recipere. Et dabãtur ex primis fructib. tanq̃ quid præcipuũ, Et quia sacerdos constituitur populo in his quæ sunt ad Deum, iõ primitiæ cedebant in usum sacerdotum, pertinet ãt ad ius naturale, ut ex reb. sibi datis à Deo, aliquid tribuat ad suum honoré. Sed quòd talib. personis exhibeãtur, s. sacerdotib. aut de primo fructibus, aut in tãta quãtitate, hoc fuit in lege ueteri determinatum. In noua autem lege per determinationem ecclesiæ diffinitur, ut primitias hoies sal uent secũdũ consuetudiné patrię & indigẽtiã ministrorum ecclesiarum, unde 16. q. 7. dicitur, quòd decimas, & primitias quas iure sacerdotũ esse sentimus, ab oi populo accipere dñt. ¶ Decima aũté propria, & uera est decima pars omnium bonorũ instẽ acquisitorum Deo debita, extra e. Tua nobis. Vnde secundum Ray. dari de omnibus fructibus terrarũ arborum, hortorum, nutrimentis aialium, lana, lacte, fœno, lignis, piscationibus, uenationibus, afflictis pensionibus, molendinis ét ad uentum, balneis, fulloniis, metallariis lapidiciniis, de lucris ex negociis consecutis, & artificiis, & cæteris bonis 16. q. 1. Decimæ, & q. 7. cap. Quicunque recognouerit, extra eo. commissum, &c. Nuncios. Et generaliter de omni licito ẽm Host. & Tho. Fit autem talis dictinctio de decimis, quia quædam sunt pso nales, quædã prædiales, quędã mixtæ. ¶ Personales sunt, quæ debẽtur ex negociatione, & artificio, seu scia, i. ex lucro acquisito p sciam, ut per lecturas, aduocationes, consultationes & hmõi, militia, uenationes, piscatiões, officio regiminis, & hmõi. Et hæ personales dari debent ecclesiæ parrochiali seu baptismali, ubi quis audiuit diuina, & recipit sacramenta ut 16. q. 1. Quæst. & 13. q. 1. §. 1. Et hoc nisi aliud obtineat de cõsue. extra e. c. 1. & extra de dec. ad apostolicæ. Vel nisi præscriptæ sint qnæ tamen præscriptio per laicũ fieri non potest hæc Ray. Tho. & Host. Reges tamen, & princeps personales decimas solueret episcopo illius diœcesis in qua habent principale domicilium secundum Inn. Et possunt dari personales decimæ in fine anni ar. extra de pig. c. Ex literis. De te etiã donata, uel legata notauit Hug. 16. q. 1. Decimæ, quod debeat dari decimaliter fuerit decimata à legatore, uel donatore: sed de successore hęreditatis paternæ filius nõ tenetur si decimata sunt bona à patre, sed hæres extraneus bene tenetur. De illicitè acquisitis in casibus ubi competit restitutio ut in furto, usura, iniusto bello, & hmõi, uel ubi de necessitate oportet ut fiat erogatio, ut in symonia, non debet dari nec recipi decima personalis, sed in aliis illicitè acquisitis, ut per turpitudinem debet dari si pctm̃ est occultum, non autem si est notorium debet recipi ẽm Th. ¶ Decima prædialis est quę prouenit ex ipsis prædiis. extra eo. ad apostolicæ & c. pastorales & ẽm Host. debent dari indistincte à possidente prædia siue iuste siue iniustè possideat, & non solum si possideantur prædia à catholico, sed etiam Hęretico Iudæo, uel Pagano extra eo. c. de terris. Et ratio huius est, quia dantur ratione prædiorum extra eo. c. de terris, etiam si fuissent seminata semine furtiuo, & huiusmodi. Tho. & Ray. Quod si quis arborem excisam in silua portet ad locum, ubi multo plus, ut secundum Inno. soluet decimam ecclesiæ ubi sita est silua deductis expensis quas fecit in transferendo, & debet dari parochiæ in qua situm est prædium hmõi decima prædialis. 16. q. 1. quis laicus, & 13. q. 1. §. & extra eo. quoniã, & hoc nisi aliud obtineat de consuetudine, & debent dari decimæ non deductis expensis, nec etiam illis, quæ sunt pro fructibus colligendis extra e. cum sint hoies debent quoq; dari statim qñ fructus, percipiantur antequã non separet cẽsus, uel tributũ, & hmõi. Qd si prius fuerit facta dcã sepatio. dabit nihilominus

Decime sunt.

Primitię quare dentur.

Decimę personales.

Decima prædialis.

nus decima integra, extra eo.c. Tua nobis.

Vtrum autem debeant deportari ad ecclesiã, vel dare in agris, & vineis, dicit Hostien. in hoc esse standum consuetudini, extra de sepul.c.Certificari.¶Decima mixta est, quæ de agnis,& aliis fetibus animaliũ prouenit, quæ sunt in pascuis,partim enim ista decima prænenit a prædiis,vbi pascuntur animalia, & sic sunt prædiales,partim custodia personarum, & sic sunt personales,propterea dicitur mixtæ.Et istæ secundum Hostie. dandæ sunt illi ecclesiæ vbi est consuetudo dandi. Quod si non appareat consuetudo dandi si animalia continue pascuntur in parrochia eius,qui est dominus ipsorum, & qui gerit curam eorum dari debet propriè parochiæ si autem pascuntur in alia parrochia diuidi debent inter ecclesiam vbi pascuntur & propriam, extra de testa.c.Relatũ.Sed Tho.& Ray.dicunt,quod de lacte,fetu, & lana debet dari ecclesiæ vbi pascuntur. In huiusmodi autem decimis non tenentur dare optima,nec tenentur dare magis vilia,sed mediocria. 16.q.1.cap.Decimæ. Item nota quod si pascua pro animalibus annuatim vendantur secundum Inn. decimam præcii soluent illi ecclesiæ vbi sunt pascua.

Sed si dominus fundi patiatur gratis pascũ bestias in fundo, cum herba quã euellit bestia transeat cum onere suo scilicet decimæ dñs bestiæ tenebitur dare etiam decimam valoris herbæ.ff. de vsufr. l. si usufructus.¶ Vtrum decimæ possint præscribi? Respondeo a laicis non, extra de ptæscrip.c.causam,sed a clericis sic,si parrochiam habent,extra de præscrip.c. de quarta.Religiosi quoque si nõ habent parrochiam ipsas præscribere non possunt,quia nec possidere 16.q.1.Placuit.Sed si habent, tunc ratione parrochiæ eas præscribunt, extra eo.c.Cum contingat & c.Cum in tua. Et nota quod episcopus qui dicit se præscripsisse decimas i alieno episcopatu oportet quod alleget,& probet titulum, quia ius cõmune est contra eum nisi tanti temporis allegetur præscriptio cuius contrarii memoria non existat. extra de præscrip.c.Episcopum lib.6.Itẽ nota, quod si consuetudo percipiendi decimas fuerit præscripta in uno prædio alicuius parrochiæ,non extenditur hoc ad aliud prædium,quod de nouo colitur,extra eo. Cum contingat.Idem qui diu decimas non soluit, & nunc vult soluere: non debet soluere illis qui ex sola prescriptione decimahactenus perceperunt, sed ecclesiæ parochiali scdm Guil.¶ Vtrum decimæ illarum rerum de qb. non consueuerunt dari antiquitus debeantur, illis,qui eas habent in feudum, uel eas recuperauerint aut ecclesiæ?Respondet Ray.Videtur, quod milites qui alia decimas recipiunt possint illas petere eo quod illis terra illa ab antiquo fuit decimalis,& una eadem res non debet duplici iure censeri,extra eo. Cum in tua.Vel forte uerum in monasterio, uel ecclesia,secus in laico qui non debet eas recipere sic nec etiam decima noualium. Vnde consulendum est quod soluat parochiali ecclesiæ. Idem Hosti. item sciendum secundum Ray. quod si quis tenet decimas in feudum non propter hoc recipiat decimas noualium, sed debentur ecclesiæ parrochiali, quia huiusmodi concessione,& priuilegia sunt arctanda nõ amplianda extra eo.tua,nisi forte sint religiosi,& ex priuilegio decimas percipiant, quia perciperent etiam decimas noualium. extra eo.c.Ex parte el 2.Quod si ipsi religiosi non ex priuilegio decimas alicuius ecclesiæ percipiebant,sed ex præscriptione, tunc decimæ noualium non eis: sed ecclesiæ sunt soluendæ extra eo.c.Cum contingat.

¶A quibus debent dari decimę? Respondeo quod debent decimę ab omnibus laicis. q.8. Decimas,& extra eo. c. A nobis item clerici tenentur ad decimas non de ecclesiis: sed de rebus suis,extra eo.ca.2.itẽ religiosi tam exẽpti quam non exempti de terris,& possessionibus suis acquisitis,& acquirendis tenentur integrè soluere decimas illis,quibus eędẽ possessiones fuerant decimales,ext. eo.c.Statuto li.6.item leprosi tenentur ad decimas,si tamen sint communiter uiuentes non tenentur de hortis,& nutrimentis animalium, ubi etiam intelliguntur fetus.Et omnia predicta intelliguntur de iure communi secus, si quis habet aliquid ex priuilegio.Item Iudęi, & si ad decimas personales non teneantur, quia non recipiunt diuina, nec sunt de ecclesia tamen tenẽtur ad decimas pdiales,extra eo.ca. De terris,itẽ scdm Th.2.2.tenẽtur clerici dare papæ requenti.Nam in ueteri testamento mãdauit dominus leuitis recipiẽtib. decimas a populo,ipsos dare decimam decimę summo sacerdoti.Naturaliter.n.rõ dictat,ut ille,q habet curam de cõi statu prouideantur sibi unde possit exeq ea quæ ptinẽt ad cõem salutẽ. Tenentur,ergo clerici dare decimam summo pontifici si exigat,item uendẽdo aceruum ante decimationẽ ecclesia hẽt actionem in decima contra utrunq;.s.& emptorem, quia res transiuit ad eum cum onere decimarum,ext. e.c.Pastor.& contra uenditorem pp dolum eius, & qa habet pretium rei uẽditæ.22.q.2.

Monemus

Decima mixta.

Vtrum decimæ præscribantur.

§.4. Omnes laici, & etiam clerici tenetur dare decimas. Glos.notabilr, in d.c.2. & tex.i c.si quis laicus. 19.q.1.

Tenentur clericidare decimas Summo Pontifici.

Monemus, Potest ergo petere à quo maluerit, sed si recipit, ab uno liberatus est alter. Ité cũ colle ctis fructibus, decimę statim debeãt dari si non soluantur statim non competenter solui possunt, & ante solutionem aceruus per furtum vel rapinam de arca, vel arca sublatus fuit, tenetur rusticus ad dandum decimam, quia fuit in mora, & sic periculum spectat ad eum. Sed si non fuit in mora non tenetur, sed aget ecclesia contra actorem. & similiter non tenetur si sacerdos fuit causa moræ.

§.5. Quatr dandæ sunt decimę.

¶ Qualiter & quando teneantur homines dare decimas ex præcepto? Dicendum secundũ Th. se. se. q. 87. Præceptum de solutione decimarum partim est morale indictum ratione naturali, partim est iudiciale robur habens, ex institutione diuina. Conueniebat etiam cum cerimonialibus quantum ad aliquam significationem. Morale quidem inquantum ratio naturalis dictat, ut his qui diuino cultui ministrabant, populus necessaria ministraret. Quis .n. militatur unquam stipendiis suis? ait Apostolus 1. ad Cor. 9. Iudiciale est quantum ad determinationẽ certę partis, s. decimam, quæ determinatio introducta est in institutione diuina pertinens ad æqualitatem ẽm conditionẽ illius populi conseruandam, quia trib. leuitica diuinis mysteriis mancipatã possessiones non habebat, & ideò dominus uoluit eis dari decimas a populo. Cerimoniale est in quantũ signat, quòd quicquid perfectionis ẽ in nobis Deo debemus attribuere, imperfectionem uerò, & defectus nobis reseruare. i. a nobis recognoscere. Denarius. u. numerus quia est primus limes numerorũ signat perfectionem, & nouenarius defectum, & imperfectionem. Est aũt hęc differentia inter cerimonialia, & iudicialia præcepta, quia cerimonialia illicitum est seruare tempore nouæ legis & mortiferum, iudicialia uerò, & si non obligent ad seruandum, tamen absq; peccato possunt obseruari, & ad eorum obseruationem obligantur aliqui si statuantur pro legibus auctoritate eorum. quorum est condere leges, sicut si aliquis princeps statuerit, ut qui furatus fuerit ouem reddat pro ea quatuor, subditi illius tenentur ad obseruantiam eius. Nũc autem in proposito determinatio quotæ. i. decima cum sit iudiciale proprie, & stricte non autem cerimoniale nisi largè ratione significationis spiritualis, per quem modum omnia in figuram contingebant illis, assumpta est ista determinatio ab ecclesia tempore nouæ legis pro statuto seu lege, ut. s. non minus populus nouæ legis conferat ministris noui testaméti, quàm populus antiquus cõfert ueteris legis, cũ ad maiora teneantur, & nobiliores sint ministri noui testamenti quàm ueteris, ut ostendit Apost. 2. ad Cor. 3. Sic igitur ad solutionẽ decimarum tenetur homines partim ex iure naturali, quod sẽper durat uidelicet ad illud vt ministri ecclesiæ à populo sustententur: sed non magis per decimas, quàm per aliũ modum, partim tenentur ex institutione ecclesiæ. s. quantum ad quotam. i. decimam, quæ tamen pensatis opportunitatibus temporum, & personarum posset aliam partem determinare, ubi ergo consuetum est dari ex præcepto tenentur ad eas.

¶ De non dãtibus decimas utrum excusentur à peccato ex eo, quia non est consuetum dari in illis partib. uel datur uix centesima, & de quibusdam tantum, ut frumento, & uino, non de alus secundum cõsuetudinem loci. De decimis personalibus dicunt Raymun. & Host. i summis suis, quòd cũ sint nõ de iure diuino, sed hominis præcepto. Nã Leuitici ult. fit rãtum mentio de prædialib. & consuetudo tollat ius humanum, uel in totũ si est generalis; vel in parte si est particularis. dis. 12. c. Consuetudo, ideò non soluentes ipsas ubi est cõsuetudo non soluendi excusantur à culpa. Nã necessariò illæ sunt soluendæ quæ debentur ex lege diuina. s. prædiales, uel loci consuetudine approbata, extra eo. In aliquib. Idẽ dicit Hug Cardin. cuius sententiã ponit & tenere videtur Archid. 16. q. 7. & extra eo. Discretioni. li. 6. De prædialibus autem est maior difficultas, & communiter canonistæ uidentur tenere quòd cõsuetudo nõ soluẽdi non excuset à peccato nõ soluentes, Et aliqui assignãt istã rationẽ: quia sunt de iure diuino. Sed nulla consuetudo potest tollere uel prçualere iuri diuino, ut dist. 8. per totum, ergo &c. ¶ Sed ad hoc respondet Io. Neapol. in quodlibet 3. q. 16. quia uidelicet dupliciter põt dici aliquid esse de iure uel lege diuina. Vno mõ strictè pro eo quod est de iure naturali, & de pertinẽtib. ad finem, & sic est uerũ quòd cõsuetudo nõ põt tollere tale ius diuinum. Sed isto modo acepto solutio decimæ non est de iure diuino & naturali, sed bene sustentatio ministrorum a populo, quod potest fieri per reditus beneficiorum & oblationes, & alio modos. Alio modo dicitur aliquid de iure diuino largè. i. pro omni eo quod cõtinetur i scriptura, siue sit iudiciale, siue ceremoniale. siue morale. Et isto modo consuetudo potest tollere aliquod præceptum de lege diuina, putà iudiciale, qđ erat assumptum pro statuto ciui-

§.6.

Adde quod cõsuetudo de non soluẽdo decimas non excusari, quia est cõtra bonos mores & étex. & glo. in c. 1. extra de consuetudine. 8. di. mala. & 12. q. 2. bonę rei & 12. di. 5. oia.

tatis

ratis vel ecclesiæ,& sic est in proposito. Vel potest dici si dicatur q̃ decimæ sunt de iure diuino,& naturali,q̃ exactio seu redditio nõ est de iure diuino, sed ius exigẽdi, & debitu reddendi si petantur seu ipsa redditio. Et sicut quilibet potest remittere ius suum,ita ecclesia fructus decimarum,quod facit nõ petẽdo. Alii verò assignant istam rationem, quia præsupponendo,q̃ solutio decimę sit de lege ecclesiæ,tamen legem scriptam nõ potest tollere consuetudo,nisi sit rationabilis, & præscripta,vt dicitur extra de consue.c. fi. Et dicitur rationabilis,quam non probat ius, sed toleratur a iure,& irrationabilis, quæ improbatur a iure,vt dicit ibi Bern.in glo.& Archid. Sed ista consuetudo non dãdi decimas reprobatur a iure. Ad hoc potest responderi q̃ fm Pet.de Ancho.super c.Statutum. Cũ decre. aliqua isto modo loquitur infringit vtiq; consuetudinem,quo ad illud tempus in quo statuitur,sed si post editam decretalem, adhuc duret consudo in cõtrarium per debitum tẽpus,infringet post modum cõsuetudo decretalem, si Papa scit, & tolerat. In hoc tamen sunt uariæ opiniones.s.si consuetudo sequẽs possit infringere cõstitutionem, & reprobat consuetudinem in cõtrarium,vide de hoc supra in prima parte tit. 19.ca.vnico de consue.

¶ Dicit autem Tho.2.2.q.77. q̃ licèt ecclesia possit requirere decimas,tamen laudabiliter non requirit eas in locis,in quibus sine scandalo requiri non possit per dissuetudinẽ, vel aliam causam,nec tamen illi qui non soluunt in illis locis sunt in statu dãnationis, nisi forte propter obstinationem habentes uoluntatem non soluendi,etiam si ab eis peterẽtur. Idem sentit Alex.de Hales in sum. Nõ tamẽ videtur sufficiens requisitio curati,ad hoc q̃ teneatur reddere vbi non est de consuetudine exigendi. De Papa nulli dubium, q̃ ipso ordinãte q̃ exigerentur vbi non est consuetũ tenerentur homines,sed vtrum ad requisitionẽ diœcesani teneantur dubiũ, & iõ ad Papã tunc recurrendum,& consulendum.Idẽ Th. super Gen.c. 14. dicit q̃ vbi nõ est cõsuetudo dandi decimas,& clerici habent sufficientem victum,non tenentur homines pro illo loco, & tempore dare decimas.Sed vbi est cõsuetudo dandi,vel ministri ecclesiæ non habẽt sufficienter tenentur ad dandum. Item Tho.in quodlibet.sic dicit & melius.Nulla consuetudo contraria soluit homines ab obligatione reddendi decimas,quia hæc obligatio fundatur super ius diuinum, & ius natutale, unde semper tenentur homines reddere decimas si ecclesia exigat,contraria etiam cõsuetudine nõ obstante,& in terris in quibus est consuetudo,q̃ decimę soluãtur, ipsa consuetudo quasi expostulat decimas,vñ peccaret qui nõ redderet: sed in terris in quibus non est cõsuetudo cõis,quòd decimæ dentur & ecclesia non petit, videtur ecclesia remittere dum dissimulat.Et ideò homines in terris illis nõ peccãt decimas nõ dãdo.Durũ.n.esset dicere q̃ oẽs homines Italiæ & partium orientalium qui non dant decimas damnarentur.Et hmõi argumentum possumus ab Apostolo accipere cui deberentur necessaria victus, ab his quibus prædicabat,tñ non accipiebat,nec tamẽ peccabãt, qui ei non dabant,alioquin male egisset cũ eis Apostolus non accipiendo. Ideo autem Apostolus non exigebat quod sibi debebatur ne offendiculum daret euangelio.Vnde non bene facerent rectores ecclesiarum,si in terris illis decimas exigerent,vbi nõ est consuetudo dari,si probabiliter crederẽt,q̃ ex hoc scãdalũ oriretur. ¶ Quod aũt in aliquibus terris milites exigant decimas,hoc nõ est: quia ipsi habeant ius exigẽdi decimas quia cum hoc sit ius spirituale, quod dẽtur ministris,non cadit in laicam personam: sed illę res temporales quæ de iure exiguntur a clericis.i.fructus decimarum ex concessione ecclesiæ datæ sunt illis propter quædam seruitia facta ab eis ecclesiæ: sicut etiam ecclesia põt remittere ipsos fructus,qui dãtur pro decima non tamen remittit ius exigendi decimas,nec tollit debitum reddendi, hæc Tho. qui hæc dicit de decimis simpliciter, & indistincte siue prædialibus,siue personalibus.Et huic.si sententiæ satis concordant dicta Gul. & Arthid.in prædialibus,& dicta Ioã.An.de quibusdã decimis,si bene & non superficialiter intelligantur Archid.verò super c.Discretioni.extra de deci. lib. 6. postquam ostẽdit per multa iura,& dicta sanctorum in decretis et decretalibus posita decimas esse debitas ecclesiis. Addit tñ sic. In hoc dicebat frater Hug.magister in theologia quòd decimæ prędiales debentur ex præcepto,sed nisi petẽtur nõ tenẽtur,dare,sed si petantur & non soluãtur ab illis,qui debent,tũc peccãt mortaliter. & sic videtur loqui iura de decimis quòd sũt cogendi ad solutionem per censuram ecclesiasticã.Et hanc sententiã uidetur sequi Hosti.in gl.super c.A nobis.extra eo.versi.Quinque istæ canones.Hęc Archid.¶Io.uerò An. super c.A nobis extra de deci.& primi.in nouella,post multa per quæ probat decimas de necessitate soluendas sic concludit Quicunque

Vtrum ecclesia possit requirere decimas

Nota casum ubi non soluuntur decimę.

Quod milites habent decimas

Decimas dare & de necessitate salutis.

cunq; ergo monitus non ſoluit integraliter decimã negari nõ põt, quin peccet mortaliter qui ttãſgreſſor diuinæ & humanæ legis, nec non & iudici contumax reperitur, vnde & excommunicari põt. Et hoc probat Ludouicus Imperator iubens ne prętextu inceſtus clericorum retineatur. ſ. decima, & dicit ſic. Qui vero decimam poſt trinam admonitionem & ſacerdotum prædicationem dare neglexerit excommunicetur, vt in Lõgobardia, de deci. li. vlt. Et per hoc dicũt quidam quòd in religionibus illis, vbi de more non ſoluitur decima, nec prædicatur, nec exigitur, non peccant mortaliter homines, qui nõ dãt decimas quaſi Romana eccleſia videatur ſuper hoc ſaltẽ quo ad præterita diſpenſare; ne contingat tantam multitudiné in hac cauſa dãnari, arg. infra e. c. in aliquib. & i eo qđ legitur infra de cõſe. eccl. c. Aqua, & de cle. exc. vel interdic. mi. c. Si celebrat. Alii verò dicunt, ꝙ cum ad ſolutionem decimæ ex præcepto quilibet ſit obligatus ſemper peccat non ſoluẽs. ar. extra eo. Ex tranſmiſſa, & ſemper eſt in mora ſicut fur. Et hæc opinio vt ſecundum rigorem iuris præferenda, prima tamen benignior, & efficiator eſt. Et ideò ad vitandum animarum periculum expræſsè eſt amplectẽda. ar. ſupra de appel. ca. fi. ¶ Illud autẽ pro certo teneas, ꝙ quantuncumque clerici delinquant, vel decimis abutantur, nunquam tamen de hoc habent laici diſputare, nec dñt propter hoc decimas detinere. vt infra e. Tua nobis. Hæc ibi. & ſic videtur concor. Tho. Ioã. verò Neapol. in 3. quodlibet q. 19. ſic dicit quòd præceptũ de decimis dãdis non obligat, quia ſit de iure naturæ, vel de iure ſcripto in noua lege, vel in veteri quãtum ad decalogũ & moralia, ſed inquantũ vel iudiciale vel ceremoniale. Et quia huiuſmodi iudicialia, vel ceremonialia tranſierunt nõ obligant. Vnde Aug. dicit in quodã ſermone quòd ſabbata obſeruare, & decimã dare, & circũſionẽ facere, & hmõi imperfecta erant, tranſieruntque oĩa & perfecta ſunt, ſed obligat hoc præceptũ de decimis, quia eſt de iure poſitiuo papæ qui præeſt toti eccleſiæ cuius eſt ſtatuere maximè talia q̃ videntur ad cultum Dei ordinata, & ad ſuſtẽtationẽ eorũ qui vacant diuino cultu: quę vt eſſet quædam conſonantia: & noui & veteris teſtamenti, ſtatuit vt taxatio veteris teſtamẽti de decimis ſeruaretur etiam in nouo, quòd poſſet etiã ſtatuere ſi ei videretur propter aliquã cauſam rõnabilẽ, quòd plus vel minus daretur, & tale ſtatutum omnes obligaret. Cõſuetudo autem non dandi decimas in aliquibus terris quandiu toleratur ab iſtis, qui præſunt eccleſię & maximè a Papa propter cuius ſtatutũ oẽs obligantur excuſat quantum ad hoc, quòd quandiu non petunt; poſſunt licitè tenere. Sed ſi peterẽt maximè de conſenſu papæ in talib. terris oẽs tenerẽtur dare. Hoc .n. eſſet iam amplius hanc conſuetudinẽ non tolerare ſeu approbare, ſed deſtruere unde ſicut legem abrogatam per contrariam legem, ſi legislator reuocaret omnes obligaret, reuocata ſi conſuetudine poteſt deſtruere non tolerando, & omnes ad ſui ſtatuti obſeruantiã obligaret, cui ſtatuto videtur derogari per contrariam conſuetudinem quandiu fuerit tolerata, & quaſi per conſequens approbata. Vlricus autem dicit quoniam nulla decima ſoluitur uidetur quòd dñi prædiorum breui manu ſoluerit eccleſiæ decimas: & quòd eis deinceps eccleſia redonauerit. Innoc. autẽ multum rigidè incedit in iſta materia dicẽs, quòd i eo qđ decimę nõ ſoluũtur, vel minus plenè redduntur, nulla cõſuetudo valet, vel excuſat a peccato. Anto. de Bu. dicit, quòd canoniſta non eſt bonus determinator in iſta materia, ſed theologus cuius ſcientia eſt ius diuinum. Vnde cũ ſint decimę de iure diuino & ad theologos magis ſpectet declaraio, determinatio dubiorum circa ius diuinum, quã ad canoniſtas, uidetur qđ theologis ſit ſtandũ magis, quam canoniſtis. Dicit etiam quod cum fuerit confeſſus ipſæ pluribus probis & famoſis viris magiſtris i theologia; nulla eſt ſibi facta cõſcientia de ſolutione decimarũ. Ipſæ tamẽ videtur tenere quod ſint ſoluendę. ¶ Sed nota in hoc omnes cõcor. quod vbi eſt conſuetudo dandi, omnino homines tenentur ad dãdũ, & debet eis fieri conſcientia. Dicit tamen Hoſti. qđ compoſitio inter perſonã eccleſiaſticam & laicos aliqua parte decimæ quota de conſenſu prælati ſuperioris vellet. Ray. etiam dicit quod ſi quis retinuerit decimas longo tempore: & veniens ad pœnitentiam petit ſibi remitti, quia aliàs oporteret eum mendicare, ſacerdos ſi videt ipſum contritum; & prææs eius inuiti veritati, debet ſibi remittere tanquã pauperi cũ hoc idem poſtea dare dẽret. 16. q. j. quoniam. Vl. addit qđ etiam ſi eſt diues, poteſt in totum, vel in partem dimittere ex quo vult in poſterum abſtinere. Si quis autem uelit ſimpliciter intelligere Cle. illã. ſ. quod teneantur confeſſores facere conſcientiam confitentibus, etiã ſi in hoc nõ fuerit requiſiti, quia de hoc alii docto nihil dicũt, tunc videtur ſufficere, quod faciat conſcientiã per iſtum modum. ſ. quod ſi exigerentur

Nota mariam decimarum potius ad Theo. quando canoniſtas pertinere.

Omnes tenentur decimam dare, ubi eſt conſuetudo

exigerentur sint parati dare ad mãdatum ecclesiæ, alias (vt dictum est) non essent in statu salutis, quia contemnerent præceptum ecclesiæ. Vbi est consuetum dare de toto facere conscientiã vt dẽt, vbi verò de aliqua quota, & parua cõsueuit dari illam dent. Nec tamẽ videtur q̃ opporteat facere cõscientiam nisi principalibus domus. Nam filiisfamilias serui & huiusmodi dare non possunt.

¶ *De iactantia. Cap. 4.*

IActantia secundum Greg. est filia inanis gloriæ, & põt sic describi q̃ est vitium quo quis se verbis extollit super illud quod est, vel qđ homines opinãtur de eo. Virtuti veritatis opponitur ꝑm specié actus, quia cõiter in ea reperitur falsitas, sed secundum causam suã ex qua & si non semper tamen vt frequẽtius accidit contrariatur humilitati. Nã procedit iactãtia ex superbia sicut a causa interius motiua & impellente. Ex hoc. n. q̃ aliquis per arrogãtiam interius supra se eleuatur, sequitur plerunque q̃ exterius maiora quædam de se iactet, licet aliquando ex vanitate quadã non ex arrogantia ad iactantiam procedit, & ex illa vanitate delectatur, quia talis est secũdum habitum, & ideò arrogãtia per quam aliquis supra seipsum extollitur est spẽs superbiæ nõ tamẽ idem iactantiæ est, sed vt frequẽter causa eius. Et propter hoc Greg. ponit iactantiã terram speciem superbiæ. Plerunque procedit iactantia æb inani gloria sicut a causa finali inquantum. s. iactator intendit q̃ per suam iactãtiã gloriam cõsequatur, & ideo secũdum Greg. dicitur oriri ex inani gloria, & esse filia eius secundum rationem finis. Prohibet autem hanc dominus dicens. Eccl. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ vbi dicit gl. iactantiam, & superbiam prohibet. Hanc vt vitiosam puniendam a domino ostendit Psa. 11. dicens. Disperdet dominus vniuersa labia dolosa & linguam magniloquam qui dixerũt linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt quis noster dominus est. Vbi potest notari triplex iactantia.

Iactãtia unde procedit.

¶ Primo iactantia per ironeitatem. ibi. Disperdet dominus uniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.

¶ Secundo iactantia per vanitatem, ibi. qui dixerunt linguam nostram magnificabimus.

¶ Tertio iactãtia propter falsitatem, ibi. labia nostra a nobis sũt, quis noster dominus ẽ.

¶ Quantum ad primum. Sciendum q̃ cũ aliquis dicit de se aliquos defectus quos in se nõ esse cognoscit, & cũ hoc facit, vt inde reputetur humilis, & sic laudetur, vel porta vestes multum abiectas, vel faciẽ pallidã quærit ea tentione, vt reputẽt mortificatus, & cõtẽptor mũdi, ibi ẽ iactãtia, & aliud ẽt vitiũ qđ dr̃ ironia sc̃m Tho. 2. 2. q. 113. ar. 2. tamen sc̃m diuersa. Iactantia quidẽ inquãtũ per exteriora intendit ostendere virtutem in se, quam non habet. Ironia verò inquantum ostendit defectum exterius, quem in se nõ recognoscit. Vnde hmõi dicit Christus Matt. 6. Exterminant enim. n. facies suas ideſt extra terminos naturales aptant facies sua herbis, vel quibusdam lotionibus, vel vnctionibus, vt appareãt pallidi, vt appareant hominibus ieiunantes, & sic reputẽtur abstinẽtes. Et philosophus dicit q̃ sup abundantia, & valde defectus iactãtia est, qñ. s. fit ad istum finem. Vnde de beato August. legitur, quòd nec nimis prẽcioſas vestes volebat deferre, nec nimis abiectas, qa ĩ vtroq; ali qñ hoĩes q̃rũt gloriã suã, qđ ptinet ad ironicã iactãtiã. Iactãtia per ironiam.

¶ Quantũ ad secundum vt proue. 26. dr̃ ironico. Cũ submittit vocẽ suã. s. qſpiã dicẽdo de se vilia, ne credideris ei. Septẽ. n. nequitiæ sunt in corde illius proue. 26. i. plena nequitia. Sed de his dicit Ps. in p̃dicta auctoritate. Disperdet dñs. i. p diuersos modos perdet ẽternaliter. s. & spiritualiter, & aliqñ tẽporaliter vniuersa labia dolosa, qui. s. i verbis suis vtũtur dolo dicentes defectus de se, quos non recognoscunt in se ad decipiendũ audientes vt sic ẽstimẽt eos humiles. Vnde subdit linguam magniloquã, Linguã. n. oris, & si sit humilis, tñ lingua cordis ẽ magna, qa magnificari intẽdit. Notãdũ tñ quòd dicere, de se vilia, vel ostẽdere actu, vel minora, seu defectuosa, p̃t fieri tripliciter secũdũ Th. 2. 2. q. 113. ar. 1. Vno modo salua ueritate, dũ. s. quis maiora quæ sũt in se reticet, & quędã minora, seu defectuosa de se profert, quæ tñ in se esse recognoscit. Et hoc non pertinet ad vitiũ ironiæ nec est peccatum, secũdũ genus suum, nisi per corruptionem alicuius circumstantiæ puta talia dicendo personis infirmis, vnde illi scandalizentur, aliàs laudabiliter fieri põt, sicut apostolus Paulus vocat se minimũ apostolorũ, & ꝑsecutorẽ se fuisse ecclesiæ 1. Cor. 15. Et vir cũ quo est Deus, & q cõfortatus est a dño, dic. Stultissimus sum virorũ, & sapiẽtia hoĩum nõ est mecũ, vt dr̃ prouer. Nec tñ uitiũ ironiæ cõmittit, qa loquit̃ sc̃m reputationẽ mundanorũ, qui ẽstimant stultitiã mundationẽ mũdanã cõtẽnere, quę mũdi sapiẽtia, vel loquit̃ de sapientia, quæ rõne acqrit̃ ñ de ea q̃ diuina ĩspirõne. Amos ꝓpheta negãdo se eẽ, ꝓphetã dicẽs. Nõ sũ ꝓpheta. c. 7. ñ peccauit. s. ñ erat de origine ꝓphetarũ, vt

Dicere uilia de se vel ostendere sit tripliciter.

Qualiter Paulus fugiebat iactantiã.

vt

vt dicit Grego. quia cognouit tunc actualiter non habere spiritū prophetiæ. Sic & beatus Franciscus sine irronia appellabat se maximū peccatorem certa consideratione & respectu ¶ Secundo modo potest aliquis dicere minora de se, & vilia quæ tamen in se nō recognoscit aut cum negat aliquid boni de se quod in se esse cognoscit, & hoc pertinet proprie ad ironiam quæ est speciale peccatum, & contrarium veritati per defectū, & ideò euitādū. Et de his dicit philosophus in. 4. ethico. quòd quidam minora de se dicunt fugientes tumidum idest elationem: sed non propter hoc excusantur a peccato si mentiuntur, quia non debet sic vitari vnum peccatum quod committatur per hoc aliud. Vnde August. super Ioann. Non ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur. 22. q. 2. nō ita. Et Gre. incauti sunt humiles qui mendatio se illequeant. q. incauti. Et tale peccatum minus est graue scilicet ironia quam iactantia. Vnde philosophus dicit in 4. ethico. quod irones & minus dicentes gratiores sunt secundum mores scilicet iactantes. ¶ Tertio mō dicit quis minora de se quæ non recognoscit intendens inde magis commendari. Et talis ironia est mixta cum iactantia. Et secundum philosophum est grauius iactantia. Et de hac dicitur Eccle. 19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo, sed disperdet dominus vniuersa labia dolosa. Hic & Cato. Ne re collaudes, nec te culpaueris ipsæ. Hoc faciunt stulti &c.

§. 2. ¶ Iactantia secunda est per vanitatem scilicet cum aliquis dicit de se laudabilia ex quadam loquacitate vel leuitate mētis sine aliqua necessitate vel vtilitate, quod fieri non debet, iuxta illud. Prouer. 27. Laudet te alienus, & non os tuum. Et Seneca. Laus in proprio ore sordescit. ¶ Vbi aduertendum quod triplici ex causa potest quis laudare seipsum. ¶ Vno modo sui iusta vtilitate, cū scilicet qui est tribulationibus circundatus, vel calumniatus seu desperatione temptatus, propter quod recogitat bona facta, vel coram aliis refert ad sui animationem, & confortationem, sicut Iob sanctus cum esset flagellatus multipliciter, & visitatus ab amicis argueretur de vita sua præter ita tanquam non vere sed simulate Deo deseruiret, se coram eis laudauit dicens. Oculis sui cæco, & per claudo. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam Iob. 29. & multa alia similia in capitulo seq. Vnde Baldach. falsum dixit arguens eum de iactantia propter istas sui commendationes dicens. Vsque ad quem finem verba iactabis. Et Ezechias rex Iuda cum sibi dictum fuit per Esayam ex parte domini quod moreretur, & non uiueret, compunctus de peccatis dixit. Recordare domine quomodo ambulauerim corā te in veritate, & quod bonum est in conspectu tuo feci. Esa. 38. Quod idcirco fecit secundū Gre. in moralibus, ne in ipso immenso dolore, quem habebat de peccatis desperaret, sed cōfortaretur fiducia operū bonorum præteritorum. Si quis etiam se laudaret non deficiendo a veritate, ut euitaret aliquod periculum vel malum. Sicut fecit Paulus cum se ciuem Romanorū esse manifestauit propter quod fuit dimissus liber, qui tenebatur captiuus vt habetur Act. 16. laudabiliter faceret. ¶ Secundo modo proximi charitate, vt cum quis habeat aliis prædicare, vel dirigere aliqua laudat de se, & narrat mirabilia, vt audientes immittētur, seu vt doctrina eius efficacius recipiatur. Et hoc laudabiliter fit, sicut fecit Apost. Pau. ad Cor. scribens in 4. epistola. Cum. n. pseudo apostoli. i. prædicatores post recessum Pauli ab eis quos ad fidem traxerat ipsis prædicarent, & Pauli famam & auctoritatem scientiæ, & sanctitatis quæ fiffent supprimere, vel minuere, vt ab eis contemptibilis haberetur. Paulus charitate, & zelo salutis illorū ductus, vt vitarēt illos qui errores disseminabāt, & quæstum inde quærebant, & suæ doctrinæ verisimæ inherent mirabilia, & multum laudabilia de se refert. Vbi post laudem de genere suo, quia de semine Abrahæ & Israelita se cō mendat de ministerio Christi dicens. Ministri Christi sunt: ego & vt minus sapiens dicā scilicet secundum apparentiam plus ego, scilicet sum. Quarto quis plus se laudat, tanto uidetur minus sapiens, quod verum esset si sine causa rationabili faceret. Et ostendit quomodo fuit fidelis & magnus seruus Christi ex duob. i. ex multis & magnis laborib. habitatis pro Christo, quos ibi explanat, & extra magis reuelationibus diuinorum sibi factis, quia raptus ad tertium cęlum ad videndum Deū. 2. ad Cor. 11. & 12. c. Et. 1. Corin. Per omnia omnibus placeo scilicet in licitis quęrens non quod mihi vtile est, sed quod aliorum factus sum Iudæis tanquam Iudæus his qui sine lege sunt, tanquam sine lege essem &c. ¶ Tertio modo fit hoc cum defectuositatæ, siue uera dicat se laudando siue falsa, ut cum monetur ad hoc ex cupiditate, ve lex vanagloria, vel ex vanitate, & hoc pertinet ad vitiem iactantiæ. Vnde & philosophus dicit in 4. ethi. quod iactator

Laudat se aliquis tribus ex causis.

Laudat se quis ex charitate.

Quanto quis se extollit tanto plus uili péditur.

Laudat quis se ex defectuositate.

ctatòr fingit de se maiora existentibus: quandoque nullius grā ideſt ex vanitate, quādoq; gratia honoris,& gloriæ,quandoque gratia argenti.Ibi etiam dicit, quod aliqui iactant seipsos propter lucrum, qui de seipsis fingunt ea ex quibus possint lucrari,puta quod sint medici,vel sapiētes,vel diuini.Quod autem medicus narrat solemnes curas infirmorum per eum factas,& doctor disputationes, & lecturas in quibus cōmendatus fuit de scientia sua, & artifex artificiata ab eo,vt inde lucretur dicendo veritatem, & nō derogando aliis illius conditionis,in se nullum peccatum videtur. Sed communiter excedunt plus dicētes quā sit rei veritas,& cum aliorum depræsſione, & hoc semper peccatum.Vnde Proner.28. dicitur qui se laetat & dilatat scilicet extendendo suas laudes iurgia concitat: nam audientes cum ex hoc videant eis diminui honorem suum contra illum insurgunt, & vilificant de iactantia docentis,vel prædicantis.Ambr.etiā super. Beati immacu.dicit. Vitium animi est indignis secretas vulgare,quod fit vel loquacitate incauta dum sine iudicio vollat irreuocabile verbum, vel adulatione vt ei placeat, cui secreta reuelat,vel iactatione scientiæ, ut plura uideatur scire.di.43.§.fi. De his ergo iactatoribus dicit Psa.11. Qui dixerūt in facto, linguam nostram magnificabimus.i.laudando irreuocabiliter opera nostra.Vnde gloss.dicit ibi,quod notatur iactantia & superbia ex qua homo magna loquitur de se,gallina cum fecit ouum non cessat clamare donec perpenditur quod ouum fecerit, sicque ouum perdit. Sic dominus disperdet hos, per diuersos modos perdet confundendo aliquando in vita hac,& puniendo in alia.

§.2. ¶Tertia iactantia est propter falsitatē,vt cum aliquis laudat se de eo quod non est in se.Vnde & philosophus dicit,quod contrariatur veritati.Et de hac dominus.Hiere.48.Sublimitatem eius,& arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis illius, scilicet Moab ego scio ait dominus, & iactantiam eius, & quod non sit iuxta eum virtus eius.i. ita virtuosus, & potens sicut se dicit, & hoc proprie sonat iactantia dicitur.n.a iaceo iacis. Quæ.n. quis vult longè a se ponere in altum eleuat, & extollit.Et sic aliquis proprie tunc se iactat,quādo de se supra se aliquid dicit. Et quamuis ēt ad iactantiam pertineat quod aliquis dicat de se, vel facit, vnde ostendit plus de se quā opinetur de eo,quod Apostolis refugit dicēs Parco autem ne quis existimet supra id quod videt in me,aut audit aliquid ex me.2. ad Corint.12. tamen magis propriè iactantia cum offert se supra id quod est in se. & sic opponitur veritati per excessum secundum Tho. se. se.q.112.ar.1. Vnde & Iudæi dicebant Christo.Tu de teipso testimonium perhibes,testimonium tuum non est verum.Io.8.q.d. quia te iactas communiter iactatores dicunt mendatia, Christus tamen veritatem dicebat, & nobis necessariam. ¶ Est autem tunc mortale secundum ipsum.Tho.tripliciter. ¶Vno modo ex se inquantum contrariatur veritati, cū scilicet illud de quo quis mendaciosè iactat, est cōtra gloriam Dei,aut cum iniuria,& contumelia proximi,sicut ille de quo dicitur Ezech.28.Eleuatum est cor tuum,& dixisti Deus ego sum,& Pharisæus qui se iactabat non esse sicut alii homines iniusti,&c.addens cōtumeliam publicani. Luc.18. & similiter cum quis se iactat de aliquo criminali, quod non fecit æstimans inde haberi pro strennuo. Sed etiā verum dicendo,nō excusaretur a mortali propter approbationem mali & scandalum proximi, sicut illi de quibus dicitur Esa.3. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt nec absconderunt. ¶ Secundo est mortale ex fine cum scilicet quis iactat se, ut inde possit decipere proximum & notabiliter lædere spiritualiter & temporaliter.Vnde & philosophus dicit in 4. ethi. quod turpior est qui se iactat causa lucri,quam qui se iactat causa gloriæ vel honoris, est enim ibi mendacium pernicioſum ex quo intendit damnum proximi. Sicut si quis se iactaret esse magnum medicum, vel aduocatum,& magna fecisse, quod tamen falsum est,vt inde ponant se homines in manibus suis cum damno, & periculo eorum.Cerretani etiam qui se iactant de multis indulgentiis,& alis quæ falsa sunt & prædicatores, & confessores,& diuinatrices, vt inde obtineant temporalia, vel inducant ad mala confidentes de illorum bonitate, nulli dubium quin mortaliter peccent.¶Tertio iactantia potest considerari per respectum ad causam, unde aliquando procedit scilicet superbia,quæ superbia si mortale sit erit.& ipsa iactantia mortale,vt cum quis scientiam suam, industriam,& virtutem deliberatè sibi attribuens, & non Deo iactat, seu laudat se de huiusmodi,hoc tamen difficile est cognoscere,& de eis loquitur psalm. 11.cū dicit persona iactatorum. Labia nostra a nobis sunt. Magna iactantia cum superbia est ista locutio, vt scilicet aliquis dicat labia ideſt locutionem suam,& doctrinam a se esse,& nō a Deo a quo est omne datum optimum. Vnde talis

Iactare vnde derivatur.

Iactātia est mortale tripliciter.

perfectum

perfectum communiter dicit in corde, quis noster dominus est? q. d. nullus, sed nos ipsi habemus in potestate nostra, quod tamen falsissimum est, quia omnis sapientia a domino Deo est. Vnde in inferno dicunt miseri iactatores, quid nobis profuit superbia nostra, & iactantia diuitiarum? Ecce omnia transierũt quasi vmbra. Sap. 5. Sed disperdet dominus hos. In aliis casibus iactantia communiter est veniale. Et hos etiam dominus grauiter punit. ¶ Vnde narrat Greg. in li. dyal. de quodã sancto viro qui cum visitasset quoddam monasterium monialium quendam puerum dęmoniacum ibi inuenisset, qui molestus erat monasterio propter hoc. Et cum ductus esset ad domum sancti viri præerat quibusdam liberatus est a demone meritis, & precibus sancti viri. Sed cũ super hoc se incautò iactasset dicens, dyabolum non habuisse potestatem in puerum, cum fuit cum seruis Dei, sed moniales nõ timebat, immediate rursus puer arreptus est dyabolo, & vexabatur prępendens viri Dei peccatum suum iactantiæ multum dolẽs, dixit sociis quod nõ cõmederet quousque dominus lachrymis & præcibus eorũ illũ liberaret, quod & factum est. Legitur etiam in vitas patrum, quod abbati Appollonio sanctissimæ uitæ in hęremo commoranti, vox de cœlo ueniens dixit Appolloni per te perdam sapientiam sapientum in Egypto, & omnium culturam dęmonum subrues. At ille ait. Aufer a me iactãtiam domine, ne forte eleuatus super fratres meos cadam ab omnibus bonis. Et dixit ei vox. Mitte manus tuas ad ceruices & quod compræhendis restringe, & sub arena subrue. Et continuo apposita manu ad cervicem appræhendit Ethiopem paruulum clamantem & dicentem. Ego sum dęmõ. Et uox ad eum. Perge quocunque uolueris securus.

Exemplum.

De Appolonio Abbate.

Iactantia quanuis in verbis communius cõsistat, tamen etiam in operibus reperitur qui busquis querit ostentare quod est, vel vltra id quod est secundum statum suum, puta cũ sit multum pauper vtitur præciosis vestibus, & aliis pompis, vt diues videatur, vel etiam si dines esset, vult illud manifestari sine causa rationabili. Et cum tali iactantia concurrunt plura alia uitia aliquando vt superbia, inanis gloria, mendacium, prodigalitas, & huiusmodi. Vnde de rege Assuero dicitur quod fecit grande conuiuium, vt ostenderet diuitias iactantię suę. Et ad hoc potest induci illud psa. 48. Ne timueris cum dines factus fuerit hõ, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius quoniam cum interierit nõ sumet omnia, nec descendent cum eo gloria domus eius. Vbi tria nota.

Iactantia in operibus

¶ Primo quod ex abundantia reproborum nõ debet quis cõsternari, ibi. Ne timueris.

¶ Secundo quod in iactantia operum exteriorum non valent immorari. ibi. Cum multiplicata fuit gloria domus eius

¶ Tertio quod exuberantia prædictorum habet perpetualiter cruciari, ibi. Nec descendet cum eo gloria domus eius.

¶ Quantum ad primum. Sciẽdum quòd quis consternitur ideſt timet videns aliquam malum ditescere, & prosperari. Potest hoc procedere, quia considerat q̃ ille põt ei nocere, sed timere non debet, si dominum secum habeat per gratiam psal. 26. Dominus illuminatio mea & sa. m. quã timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? q. d. a nullo. Pone me iuxta te & cuius vis manus pugnet contra me inquit Iob. 17. Hanc Isido. de summo bo. Secundum catholicam fidem nec naturæ Dei nocere quisquã potest, nec natura Dei iniuste nocere cuiquam potest nec nocere quenquam iniuste patitur, quoniam qui nocet ait Apostol. recipiet hoc quod nocuit. 11. q. 3. Secundum Ne timeas ergo psal. cum dines factus fuerit homo, vt scilicet tibi noceat. Quod si boni ęmulatores fueritis. s. seruatoris legis, quis nobis nocebit? inquit Petrus in canonica. q. d. nullus? Dominum autẽ Christum Iesum timere, & sanctificare in cordibus vestris. Et si quis corpori noceret, non tamen spiritui, quinimo quod nocet corpori iuuat spiritum, ait Amb. Sed nec corpori, quisquam nocere valet nisi volente Deo. Aliquãdo uerò uidens quis malos ditescere, & prosperari contristatur, & timet ne forte uidens seipsum tribulari & paupertate, & aliis miseriis affici, ne dispiciatur a Deo, & non curet de eo, & sicut in præsenti, ita in futuro in miseria se reperiat, & econtra Deus gratum habeat illum diuitem malum, & acceptum, & propterea prosperetur hic & in futuro. Et in huiusmodi sic vacillantis, & timentis persona inquit psalmista. 72. Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias & dixi. Ergo sine causa iustificaui cor meum, i. sine utilitate cor muudum tenui, & laui inter innocentes manus meas, ideſt præseruaui me ab operibus immundis peccatorum, sicut innocentes, & tamen fui flagellatus tota die .i. diuersis tribulationibus percussus a Deo in die gratiæ & castigatio mea in matutinis ideſt in nocte culpæ cum incidi fui punitus, sed si dicebam narrabo sic æstimans iustos

§. 5.

Nemo nubetur ex abundãtia reproborum.

non

non rectè tractari a Deo, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. ¶ Dicitur enim Prouer. 3. Flagellat dominus omnem filium quẽ recipit, quẽ diligit dominus castigat. Et Apo. 3. Ego quos amo arguo, & castigo ad Hebre. 12. Quod si extra disciplinam estis cui participes facti sunt omnes sancti, ergo ad vlteri, & non filii estis. s. legitimi. Non semper osculatur pater filium ait Ambro. sed aliquando castigat, ergo cum castigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim amor plagas suas, quæ dulciores sunt cũ inferuntur amare. 5. q. 5. non semper. Difficile immo impossibile est ait Hieron. vt parentib. qs & futuris fruatur bonis, & de deliciis trãseat ad delicias, vt in vtroque seculo sit gloriosus, hic implere ventrem, illic mentem, æstimabã ergo vt cognoscerem vere scilicet veritatem reputans eos fẽlices qui abundant temporalibus, & si sint mali, & infẽlices qui his carẽt, sed hic labor est ante me, scilicet ad cognoscẽdum quousque intrẽ in sanctuariũ Dei, ideſt in secretum iustæ & diuinę dispensationis, & retributionis, & intelligam in nouissimis eorum, scilicet in morte: subito enim defecerũt, & perierunt propter iniquitatem suam. Ergo ne timueris cum diues factus fuerit hõ. s. te a Deo derelictũ, & cui curã non habere pro eo quod non habes illam abũdantiam vt diues.

§. 6. De iactantia pẽposa. ¶ Quantum ad secundum debet quis abstinere a pompis mundi, in quibus superbia & vana gloria reperitur, & iactantia quędam. Nã istę pompæ cito deficiunt, & ad pœnas ducũt ętternas. Vnde in inferno positi ipsi reprobi dicunt. Qui nobis profuit superbia nra, & iactãtia diuitiarum, ideſt diuersę pompę quibus iactanter ostẽdimus magnas habere diuitias? Ecce omnia transierunt sicut vmbra sapiẽ. 5. Propterea dicit ps. 48. Cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum interierit nõ sumet omnia. i. aliquid ex omnib. suis pompis, neque descendet cum eo gloria eius. Descendet siquidem talis, non ascendet ad ęlũ quo sancti ascendunt, sed descendet in infernum nõ cum gloria: sed cum summa ignominia. Sed simul ostendatur quomodo multiplicat diues iniquus gloriam domus suæ, & qũo descendet per hoc ad infernum cũ ignominia. ¶ Multiplicat gloriam domus suæ primo in lectis. Nam facit multum speciosa, vel prętiosa, vtpote intarsiata, & bene polita deliciosa nimis, cum ornamentis variis, & culcitris mollibus, & lintheaminibus bissinis, & rechamatis, sed vt dicitur Amos. 6. c. Veh vobis qui dormitis in lectis eburneis, & in stratis vestris. Veh importat maledictionẽ ętternam. Qualem autem lectum habeant in alia vita aut fulcimentum pro lecto eius in inferno parato dr̃ Esaiæ 4. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum, subter te sternetur tinea, & operimẽtum tuum erũt vermes, erit ergo pro culcitra tinea, & pro coopertorio vermes. Glo. ibi. Qui prius pallia aureo gemmisque distincta habebãt satis moleste sustinebunt superbi hunc lectum. Et qui sustinere non possunt, quod in lecto eorum sit vnus pulex, vel pediculus qñ in lectis eorum erunt tineę sub eis, & vermes super eos quid facient? Et ut dr̃ Esa. vlt. Vermis eorum non morietur. Quia igitur, cum multiplicata fuerit gloria domus eius in lectis diuersis ornamentis, & pompis in quibus non est nisi q̃dam iactantia, non descendet cum eo gloria eius, sed ignominia, & ideò vitanda ex hac cõsideratione lecti quem cito habebit in morte. Ecc. 10. Cum moritur homo hęreditabit serpentes & uermes. Secundo consideratione lecti dñi Iesu Christi Aug. Lectum autem suũ dimisit Christus discipulis suis, quicunque vult cum illo quiescere in cælo in illo iaceat lecto, moriatur in cruce si vult crucifixum placatum uidere. Crucem aũt intelligo totã uitã eius cruciatu plenam. Item Bern. Circumire possum cęlum, terram, mare, & oĩa quæ in eis sunt, & non inuenio te nisi in cruce o bone Iesu. ibi iaces ibi cubas, ibi dormis in meredie. Tertio quiescendo in lecto cõscientiæ q̃ mundificatur lachrymis compunctionis, iuxta illud pſalm. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, & tunc ẽt efficitur floridus, secũdum illud Can. 1. Lectulus noster floridus. ¶ Exẽplum in vitis fratrum prædicatorum de illo scolari diuite, & mũdano, quẽ visitans in domo sua supprior conuentus Bononiensis, vbi hoc cõtingit Cõpatriota suus cum vidisset in camera sua pompa lecti sui, & alias suas delicias, post locutionẽ mutuã de factis patriæ eorũ, cũ ille scolaris pactũ exegerat ab eo prius ne supprior diceret sibi aliquid de Deo timẽs de conuersione sua, qđ & ille promiserat, nisi tm̃ duo verba in recessu. Demũ volens recedere ait, scitis quid scriptũ est de his qui volunt gaudere in hoc mundo, & hmõi pompas in lectis, & aliis quærere? Rñdit ille quid? ait ad qđ dixit Esaias ꝓpheta. s. Subtiliter te sternetur tinea, & operimentũ tuum erũt vermes. Post recessum huius ita impressum est verbũ illud in mente eius de tali diuitia lecti infernalis, quod nunquam potuit quiescere quousq; religionẽ ingressus est. ¶ Secũdo multipli

Exẽplũ.

Iactãtia ornamẽtorum.

Iactãtia in equitatu.

cat gloriam domus suæ in equitaturis tenendo plures equos non necessarios, pulchros ad pascendũ oculos aspicientium, & ornatos variis modis, sed si hoc prohibitum fuit a domino regi, quanto magis milliti, & populari ẽt diuitiũ? Dixit enim dominus Deut. 17. Cũ fuerit constitutus rex non multiplicabit sibi equos. Et dum Saul primus rex bonus fuit hoc seruauit, rediens de agro cum bobus non in

Iactãtia Saul.

equitibus, vt habetur. 1. Reg. 11. sed malus & superbus effectus multiplicauit sibi equos. Absalon etiam cum per ambitionem voluit vsurpare regnum, multiplicauit sibi currus & equites ob iactantiam. Hoc displicere Deo ostenditur. Zach. 12. c. vbi dicitur in illa die dicit dominus, percutiam omnẽ equum in stuporẽ, & ascensorem eius in amentiam. Quæ desidia, & vanitas est ista, non velle incedere per vnum miliare nisi in equo, cum sit homo sanus tanquam frustra dederit dominus pedes homini? Quanta crudelitas pascere mulas, & equos abundanter, & homines ad imaginem Dei factos fame sinere periclitari, ornare equos auro, & argẽto, & pauperes dimittere nudos. Vnde Amos 6. dicitur. Veh nobis qui opulenti estis in Syon, & confiditis in mõte Samariæ optimates capita populorũ ingredientes pompaticè domum Israel. Quid enim huiusmodi equitatu superfluæ nisi põpa sathanæ quam tamen fidelis quisque abnunciat in baptismo? Quia ergo multiplicata fuerit gloria non descẽdet cum eo gloria eius sed ignominia. In cuius figuram ingressus eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mari, & reduxit dominus super eos aquas maris, Exo. 14. eos, scilicet submergens. Vnde dicunt mali vt habetur. Esa. 30. Ad equos fugiemus, & subditur tanquam domini respõsio super hoc. Ideò fugietis, & super veloces ascendemus, ideò veloces erunt, qui vos persequenter. Qñ Heraclius Imperator recuperauit lignum sanctæ crucis, q̃ de Hierosolymis rex ipsius Cosdræ asportauerat Persas, inde cum ipso reuersus, quando voluit Hierosolymã intrare equo insidens cum magno apparatu baronum, equestrium, clauserunt se inuicem muri portæ ciuitatis miraculosè apparensque angelus domini dixit, quod dominus Iesus q̃ando ingressus per portam illã ad subeundum passionem crucis non superbum equum ascendit, iuxta prophetiam Za-

Iactãtia in conuiuiis.

chariæ dicentis. 9. q̃. Ecce rex tuus uenit tibi iustus, & saluator, pauper ascendens super asinam, & super pullum asinæ. ¶ Tertio multiplicat diues iactator gloriam domus suæ in conuiuiis ostendendo iactantiam, & vanam gloriam domus suæ in multitudine epularũ & varietate in ornatu ministrantium, & præciositate vasorum argenteorũ aureorũ. Sen. in epistola. Non magna nobis cõstat fames, sed ambitio, iam non sunt homines dentibus & ore & ventre ad coquinam contenti, oculis quoque gulosi sunt. Balthasar rex Assyriorũ cum in Babylonia fecit conuiuium cum principibus suis magnum, non fuit contentus ibi vti vasis suis præciosis, sed & adduci fecit vasa aurea quæ Nabuchodonosor de tẽplo dñi asportauerat ad bibendum in eis. Sed ita displicuit Deo, q̃ subito apparuerunt contra eum digiti tres manus scribentis in pariete, mane Tethel, Phares. In quibus verbis fuit p̃nunciatum ibi ut exposuit Daniel interpres illius scripturæ, q̃ ablatũ erat sibi regnũ, & datum Medis & Persis q̃d impletũ fuit nocte sequẽti ipso interfecto, & ciuitate capta a Cyro. Daniel. 5. c. Salomõ quoq; faciẽdo magna conuiuia in sua curia, & nimiam pompam in familia, & equitaturis grauabat nimis populum sibi subditum collectis, p̃ quod cũ petissent a filio eius Roboam alleuiari, & ille noluisset, amisit maiorem partem dominii sui. Nam recesserunt abeo decem tribus, vt habetur. 3. Regum 12. Vnde Esa. 5. dicitur. Veh qui cõsurgitis mane ad ebrietatem sectãdam, & ad potandum vsque ad vesperã, & vt vino estuetis cithara, & lyra, tympanum, & tibia in conuiuiis vestris, & opus dñi non respicitis. Et quãuis in laicis sint hmõi cõuiuia iactantia plena, & multis aliis vitiis repræhensibilia, multo tñ magis in clericis, & prælatis ecclesiæ qui debent humilitati, & sobrietati insistere, sed & ipsi in hmõi frequenter incidunt, & excedunt. Vnde Hiero. super Micheã ait. Ecclesiæ principes qui diliciis affluunt, & inter epulas atque lasciuias pudicitiam seruare se credunt, propheticus sermo describit q̃ eiiciendi sunt de spaciosis domibus, lautisq; cõuiuiis, & multo labore epulis exquisitis. Et si vis scire quo eiiciẽdi sunt propter malas cogitationes, & opera sua, euangeliũ lege in tenebras. s. exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium. dist. 35. Ecclesiæ. Quia igitur cum multiplicata fuerit gloria domus eius in familia & conuiuiis, descendet in infernum cum ignominia non cum gloria, cum miseriis, nõ cum diuitiis, sicut diues ille qui epulabatur quotidie splendidè, sepultus est in inferno. Luc. 16. Ideò cauendum est ab huiusmodi & pauperib. parãda cõuiuia ad necessitatẽ subleuandã nõ ad iactantiã ostendendam, ut fecit

rex

rex Assuerus vt ostenderet diuitias iactantiæ suę Hester. 1. Sic docuit Christus. Cum facis prãdium, vel cænam voca pauperes, claudos, & debiles, &c. Lu. 4. Quod & ipse fecit in cõ uiuio suo facto in monte, nõ principes sacerdotum, scribas aut officiales Pilati inuitans sed turbam humilẽ, non super tapeta, sed super terram, vel fœnum sedentem, nõ delicio sis cibis, sed pane, & piscibus paucis, nõ saturatos & repletos, sed esurientes ne deficiant, in via. ¶ Quarto multiplicat gloriam domus suæ diues iactator ĩ ædificiis eius faciẽdo magna ædificia, & ea multipliciter ornando. Cõtra hos inuehit dominus maledictionem dicẽs. Hier. 22. Veh qui dicit, ędificabo mihi domum latam, & cœnacula spacioſa qui aperit sibi feneſtras, & facit laquearia cedrina, pingitq; ſynopide, Et quia frequenter iſta fiunt cum iniuſtitiis, vel qa ex malè acquiſitis, vel cũ iniuriis proximorũ, ideò dicitur Hier. 22. Veh qui ædificat domũ ſuã iniuſtitia, & Eſa. 5. Veh q̃ cuniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis ſcilicet auferentes ꝓximo ſua, vt pro uobis habeatis, nunquid uos ſoli habitabitis ſuper terram? Non ſic egerũt patres noſtri, qui lõgo viuebant tempore. Nã dicit Apoſtolus ad Hębr. 11. de patriarchis. Fide Abraham demoratus eſt in terra rępmiſſionis tanquam aliena in caſulis habitando cũ Iſaac, & Iacob, & cohęredibus rępmiſſionis eiuſdẽ. Expectabant enim fundamẽta habentem ciuitatem cuius artifex & conditor eſt Deus. Ad deteſtationem huiuſmodi iactãtiæ & vanitatis etiam facit quod Sen. dicit in epiſtola, domus munimẽtum ſit aduerſus infeſta corporis, Hanc an ſepes erexerit, an uarius lapis gẽtis alienę nihil intereſt, ſcito teho mines tam bene culmo quã auro tegi, contemnite cæteta, quæ ſuperuacuus labor velut ornamentum ac decus potuit. Mementote nihil præter animum eſſe mirabile, cũ magno nihil eſt magnum. Hæc ille. Paulus quoque primus Hæremita uiſitatus a ſancto Antonio quęſiuit ab eo an adhuc chriſtiana religio ri tus gentilium in edificiis ſumptuoſis imitare tur, & audito quod ſic defleuit cõquæſtus va nitati tãtæ homines deditos, Magna fatuitas videt hoc, ut cum homines nunc ſint ita bre uis uitæ faciunt ſibi tã ſumptuoſa habitacula, cũ antiqui qui longo tempore viuebãt in tabernaculis habitarent, etiam diuites vnde Hieron. Sic ędificabant quaſi ſemper victuri, ſic comedunt, & bibunt quaſi cras morituri dicentes. Comedamus & bibamus cras enim moriemur. Per maximè autem religioſi caue re debent ab huiuſmodi pompoſis ædificiis quæ etiam laicis reprehenduntur a ſanctis Vnde Bern. Video quod ſine magno dolore videri non debet quoſdam poſt aggreſſam Chriſtri militiam rurſum ſecularibus impli cari negociis, rurſus terrenis cupiditatib. im mergi, magna cura erigere muros, & negligere mores. Idẽ abiecta ſancta ſimplicitate qua ſi religioſas quaſdam nobis creauimus habitationem honeſtates, in quibus tantum com paſſum eſt animalibus, vt pænè in hoc omnes effecti ſimus animales idem. Obſecro in peregrinatione huius ſæculi quę eſt militia ſuper terram, ædificemus non nobis domos ad habitandũ, ſed tabernacula ad deſcendendum, utpote cito euoladi, & intraturi in patriam & ciuitatem. Facile eſt, quod naturale eſt, Nunquid non facile eſt, & ſufficiens naturæ & cõgruum conſcientiæ ipſam ſibi cellam de uirgultis contexere, de luto plaſmare, vndecũq; operire, & decẽtiſſime inhabitare? Quid amplius inquirendum? Etſi vſu ſopiantur huiuſmodi dilectiones, etſi ſunt qui vtantur tanquam non vtentes, tamen contemptu melius quam vſu vincuntur huiuſmodi affectiones, Hęc ille. Magis debent delectari uiri ſpirituales in aſpectu cœli, quam recti, & potius admirari ŏpera Dei, quam hominis. Sed & talia fiunt ſæpe ex rapinis, & uſuris, & quæſtibus tum multis mendaciis, quę accuſabunt iſta procurantes in iudicio iuxta illud Abachuc. Lapis qui de pariete eſt clamabit, & lapis q̃ inter iuncturas ædificiorum eſt reſpõdebit. Vnde & de quodam fratre qui erat implicatus huiuſmodi negociis legitur in uitis fratrũ, qđ fuit viſus in pœnis purgatorii cũ cãna ad menſurandũ in manu. Et deb. Domini co quod cum reuerſus Bononiam vidiſſet cellas aliquantulum in ędificio eleuatas cœpit amarè flere & dicere fratribus. Quam cito uultis facere magna pallacia. De Chriſto uero inquit Hiero. Nunc verò cum paupertatè domus ſuæ pauper dominus dedicauerit portemus crucem, & delicias lutum putemus. 12. q. 2 gloria. Ipſe enim non habuit vbi caput ſuum reclinaret, nec domum, nec agrum, & natus, poſitus eſt in præſepio, & mortuus in ſepulchro ſepultus alieno ẽ. ¶ Quinto multiplicatur gloria domus eius diuitiis, & filiis ex uobilitate generis, vñ ſe iactãt quia ſ. nati sũt de ſtirpe regia, vel alicuius magni principis, vel de magna familia & famoſa & huiuſmodi. Sed multum uana & irrationabilis eſt iſta iactantia. Nã omnes ſumus geniti prima noſtri origine ex uno pre Adã. Nõ. n. fecit Deus

Iactãtia in ædificiis.

Iactãtia diuitiorũ & nobilitatis.

unum Adam de argento uel auro, ex quo orti sunt nobiles, & aliū de luto ex quo nati sunt ignobiles. Sed fecit deus unicum Adam de limo terrę, ut Gen. dicitur. Aut ergo omnes nobiles, aut omnes ignobiles. Vnde. Malachiæ. 2. dicitur. Nunquid non pater unus omnium nostrorum Nōne deus unus creauit nos Quare ergo deſpicit proximū ſuum unuſquisque ueſtrum, a ſcilicet iactando ſe de nobili familia natū, & aliū de ignobili genere Sed ſi aliquid magni eſſet in tali nobilitate generis, magis eſſet illorū a quib. deſcendit quā ſuū, unde non habet ipſę inde gloriari, vel ſe iactare, ſed potius illi. Vnde Sen. Nemo in gloriā ueſtram uixit, nec quod ante nos fuit noſtrū eſt, animus nobilem facit. Ne autem homines multā æſtimationem facerēt de huiuſmodi nobilitate generis Deus eā videt cōtēpſiſſe. Nā in ueteri teſtamēto primum regem de minima familia aſinas quærentē. ſ. Saulē aſſumpſit ſeruū, ſecudū. ſ. Dauid ſuſtulit eum de gregibus ouium minimū inter fratres. In tempore gratiæ elegit piſcatores ignobiles, in principes eccleſiæ & vt dicit Apoſt. 1. Cor. 1. Videte vocationem veſtrā fratres nō multi nobiles, non multi potentes, non multi ſapientes, ſed quæ ignobilia, & contemptibilia ſunt elegit Deus vt confundat fortia. Non ergo eſtimatur etiam ab eis Ethnicis ſapiētib. nobilitas carnis, ſed animi ex optimis moribus reſultans. Vnde Sen. Nemo altero nobilior niſi enim rectius ingeniū, & bonis artibus aptius. Et Plato inquit. Neminē regē niſi ex ſeruis oriūdū eſſe, neminē ſeruū niſi ex regibus. Omnia iſta longa uarietas miſcuit, & ſurſum deorsū fortuna verſauit. Hæc ille, Sic āt ex ea dē radice ꝓcedit ſpina, & roſa, & roſa quidē nobilis eſt & grata, q a non ceſſat būfacere eis qui iuxta eam ſunt. ſ. odorē ſuū ſpargēdo. Spina vero uilis & exoſa, quia pūgit quos tāgit. Ita ex eiſdē parētibus naſcūtur aliq̄ duo. Vnus verò nobilis in morib. gratis ſeruiens oīb. Alius ignobilis grauis & diſplicibilis cūctis, ſicut patet de Eſau, & Iacob uterinis. Et de Tito & Domiciano filiis Veſpaſiani imperatoris. Nobilitas ergo vera ē aīum quæ moribus ornat, inq̄t ſapiēs. ¶ Signa āt huius verę nobilitatis aī ſunt, liberalitas, māſuetudo, virilitas, magnanimitas, gratitudo. ¶ Primū ſignū nobilitatis ē liberalitas. Nā & Deus qui nobiliſſimus ē liberaliſſimus ē Tāto. n. ē eius liberalitas, ut nō ſolū ſua, ſed & ſeipsū dederit, & nō ſolū ſuis, & ſibi ſeruiētib. ſed ēt hoſtib. Ipſę. n. ſolē ſuū oriri facit ſup bonos, & malos, & pluit ſup iuſtos, & iniuſtos Matt. 5.

Signa ræ nobilitatis.

Ad dādū fecit q̄cūq, fecit. Nā creaturas rōnales fecit vt eis daret, irrationales vt eas daret Leo q dī rex animaliū & nobile animal eſt liberale. Vnde & Ariſto. dicit qđ eſt animal cōmunicatiuum. E contra nō dare eſt ruſticitas magna. Quidā milites interrogauerūt ſe mel magnum Alanum audita fama eius ſciētiæ quæ eſſet maxima curialitas. i. nobilitas. Reſpondit quod dare. Quod cum placuiſſet eis interrogauit ipſę eos, & quod conferrent ad inuicem ſuper quid eſſet maxima ruſticitas. Et cū cōferendo nō concordarēt, nā unus dicebat vnū, alius aliud. Reſpōdit Alanus. Ego poſui uos in via ſoluēdæ q̄ſtionis, & neſcitis conſiderare. Nam ſi curialiſſimum eſt dare, ſequit quod ruſticiſſimum ſit eius cōtrariū. ſ. auferre. Et ideo uos eſtis ruſticiſſimi q̄ inceſſantur aufertis a pauperibus. ¶ Sēdm ſignū verę nobilitatis ē manſuetudo, & miſeri cordia. Sen. Nullū magis ex omnibus, q̄ clemētia regē & principē decet. Prouer. 20. Māſuetudo & veritas cuſtodiunt regem, & clemētia firmat thronus eius 3. Reg. 20. Reges Iſrael clemētes ſūt. Rex apū ſolus nō habet aculeū, cū omnes aliæ apes habeāt, qđ iracū diſſimē in vulnere cum pungunt relinquūt. ¶ Tertium eſt virilitas in eos qui repugnant. Vnde militibus datur enſis, quo vti debeant in hoſtes non ſubiectos, & ſi in hoſtes corporis, multo magis in hoſtes animi. i. reſiſtendo tentationibus, ne efficiantur ſerui diaboli. A quo. n. quis victus eſt, ei ſeruus additus eſt dicit. Pe. in prima cano. Seruus permaxime eſt cōtra nobilitatē. ¶ Quartū eſt animi magnitudo, qua quis modica cōtemnit, & magna appetit. Vnde non ſunt verò nobiles, q̄ ponūt amorem ſuum in vno milite, potius q̄ in cœli rege. Et cum omnis terra ſit vnus pūctus reſpectu cœli, & oīa quę ſub Sole ſunt unitas ſunt, non nobiles, ſed viles ſunt, q̄ appetunt, & finem ſuum ponunt in terrenis, cœleſtia contemnētes. ¶ Quintum ſignum nobilitatis eſt gratitudo. ¶ Demum mulplicatur aliquando gloria domus iniqui in diuerſis corporalib. bonis, in quibus vani homines ſe iactant, vt in ſanitate, ſed vt dicit. Iaco. 4. Quæ eſt vita noſtra, vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Nullum animal reperitur ita infirmum ſicut homo, & ita læbile. Iactat ſe aliquis de pulchritudine, ſed vt dicitur Prouer. vlt. Fallax gratia. ſ. humana & vana eſt pulchritudo cito amittitur, & niſi cum amorē dīi coniungatur, occaſio eſt multorū malorū ſibi & aliis, ſicut patet in Maria Magdalena, quæ erat in ciuitate peccatrix,

Iactātiæ diuerſorum.

eatrix, & in Maria Egyptiaca, & Pelagia & aliis. Alter se iactat de fortitudine corporis. Sed vt dicitur. Sap. 6. Fortioribus fortior instat cruciatio, quia nisi tales permaneant in timore Dei abuntur. Quanto fortius est corpus, tanto fortiorē quis inimicū habet cum quo pliatur, & per contrariū cū corpus est de bile, & infirmū debilitatur hostis noster, vnde Apostolus. Gloriatur non in fortitudine, sed in infirmitatibus suis 2. Cor. 12. Alius se iactat de agilitate & velocitate corporis. Sed valde vanum est se iactare de eo, in quo multa aīalia hominē excedunt, vt canes, lepores. Assael frater Ioab qui agilis erat, & velox ut capra, confidens de sua velocitate, quia insequebatur Abner principē exercitus Ysboseth occisus est ab eo, 2. Reg. 2. Sed neque de scientia dēt aliquis se iactare vel gloriari, cū omnis sapientia a dño Deo est. Eccle. 1. Et in scīē tia nemo possit dēmones superare, qui tamē propter scientiam suam pœnas inferni nō euadunt quæ etiam est scientia nostra, cum nec natura vnius formicæ uel herbæ pfectē sciamus. Vnde bene dixit quidam philosophus. Hoc tm̄ scio quod nescio. Tenebris enim inuoluimur (inquit. Ioab. 37.) nec nosipsos pfectē scire valeamus, cū ergo multiplicata fuerit gloria domus diuitiis mundanis, cū interierit non sumet omnia, ideſt aliquid de quibus iactabatur nec gloriam quā hic habebat, descēdet cū eo, sed summa ignominia in inferno, ergo abiicienda omnis iactantia, & in domino gloriandum non in mundo.

¶ *De præsumptione, in quo agitur de ornatu mulierum inordinato utrum sit mortalis. Cap. 5.*

PRæsumptio nouitatū filia est inanis glorię, & videtur consistere istud vitium in hoc, quod aliquid in actibus exterioribus aliquid inconsuetum facit sine rōnabili causa. Et quia hoc vt plurimū fit ad ostentationē, & laudem consequendam, iō ponitur inanis gloriæ filia. Et de hac pōt intelligi illud qd dominus ait per ps. 80. de populo suo Israel. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, Ibunt in adinuentionibus suis. Populus Dei olim fuit populus Iudaicus, dum habuit veram fidem, & permansit in cultu veri dei. Nunc aūt: qa non audiuit legem suam, quæ mandabat prophetam suscitādum de medio eorū de fratribus suis, ideſt de genere suo, ideſt Christū Iesum quem deberent audire & obedire, nec legem seruant mandatorum, nec ad opera Christi uoluerunt attēdere, ideo dimissus est a Deo, subtracto lumine fidei, & est factus nō populus Dei, sed populus diaboli. Si autē dimissi sequuntur desideria cordis eorum quæ semper fuerunt de terris acquirendis, vsuris sine cessatione vacantes, Vadunt tenentes ad mortem æternam in adinuentionibus suis, quotidie inuenientes nouas fabulas, & extortas expositiones bibliæ, vt patet in Thalmut eorum, vt videantur non errare. Sed sapiēres valeant reputari. In nouo testamēto populus Dei est populus Christianus, qui solus habet veram fidem, quia Israel dici potest, quod interprætatur videns Deum, quia Deum videt nunc per fidem. Cum autem hic populus nō audit legem Dei, eam seruando, neque intendit ei pro vltimo fine, & ut summo bono eum eligendo, & sibi inhærendo, & omnia opera sua ad gloriam eius dirigendo, dimittit eos Deus, non quidem populum suum, quia desistere nō potest populus eius, quin semper sit, sed eos de illo populo Christiano, qui recedunt a lege eius, dimittit quidem eos non secundum prouidentiam, sed secundum gratiam, quam subtrahit eis, neque enim eos dimitteret ipsæ, nisi prius ipsi dimitterent eum qui dimissi a Deo sinuntur seq desideria cordis eorum. Cor autem homines ex se (vt dicitur. Hiere. 17.) prauum & inscrutabile. Et sic prauum est cor, ita & praua eius desideria, & inde sequuntur praua opera, sicut ex radice infecta fructus corrupti. Ex corde enim exeūt cogitationes malæ, ideſt furta, adulteria, acidia, & huiusmodi, vt dicitur. Matth. 15. c. Vadunt autem ad inferos non solum per consueta mala communia, sed quotidie adinueniunt nouas vias. Quod documento sanctorum patrum sancitum est superstitiosa adinuentione præsumendum non est. Stephanus papa. 2. qō. 4. consuluisti. Vadunt per vitium præsumptionis nouitatum rectores adinueniendo nouas vias vltra consuetas, ad regendum populū, siue etorqueant a subditis substantias quod pertinet ad cupiditatem, siue vt laudentur ab hominibus de modo regimi nis, tanqnam sapientiores antiquis, receden do siue causa a semitis eorum, contra illud prouerb. 22. Non transgredieris terminos, quos posuerunt patres tui. Vadunt doctores in adinuentionibus suis, qui non sequuntur dicta sanctorum, sed opiniones nouas subtiles & curiosas, non vtiles ad prurien dum aures. Et si iuristæ sunt non aspiciunt ad intentionem legis, & equitatem, sed ad de struendum antiquorum sententias. Hilarius in libro de trini. intelligentia dictorum ex

cauſis eſt aſſumenda dicendi, quia nõ ſermoni res, ſed rei ſermo debet eſſe ſubiectus. Vadunt in adinuentionibus ſuis prædicatores, q̃ grandia verba trutinantes inter mulierculas, & plebeios de ſacris litteris philoſophantur, & minorum geſticulationibus ad riſum excitant auditores ſecundum illud. Apoſtoli. Ad fabulas autem conuertentur. Iudi. 2. Hi ſunt fontes ſine aqua, ſcilicet ſapientiæ & nebulæ turbinibus agitatæ quibus caligo tenebrarũ reſeruatur. Vadunt in adinuentionibus ſuis clericis in officiando, qui vt placeant laicis, dicunt miſſas mortuorum, & alias votiuas indiſtinctè, quibuſcunque diebus mutantes officia ordinata, cantantes non ſecundum no tam, ſed ſecundum leuitatem, & biſcãtantes, & pulſantes in organis ballatas contra omnẽ honeſtatẽ cultus diuini, vt fieri ſolet in theatris non in eccleſiis. Sed vt dicit Greg. Deum manibus, ideſt operibus ſtimulat, ideſt prouocat ad iram, qui populum vocis delectat, diſt. 92. in ſancta. Vadunt in aduentionib. ſuis religioſi, qui non contenti communibus ordinationibus aliquid ſingulare agere volunt in orando, in comedendo, in loquendo, in aliis auſteritatibus, vt præ cæteris reputentur, ſed tales confuſi remanent, niſi ſpirituali inſtinctu ſpirituſſancti moueantur, ſicut ſanctus Germanus & Dominicus, Franciſcus & alii. Vadunt in aduentionibus ſuis populi qui ad inueniunt quotidie nouas adinuentiones ad frangendũ ordinationes eccleſiæ, ac ſi in nullo eſſent ſubiecti prælatis, & ipſi debeant eos regere, & quæſtiones eorum etiam dirimere & peccata punire, & taliis grauare, ſapientiores ſe iudicantes eccleſia quæ regitur a ſpirituſancto in ordinationibus ſuis, ac ſi minus bene talia prohibuiſſet. Et ut de aliis omittamus adinuentionibus permaximè iſtud vitiũ in ornatu quotidie renouatur, dum viri, ſed multomagis mulieres ob vanitatem quotidie variant veſtes contra quos dominus Sopho. i. viſitabo ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina. In quo actu reperitur ſimul, & vitium præſumptionis, & nouitatum ex vana gloria frequenter procedens, & vitium immodeſtiæ. De quo pſ. ait pſ. 143. Filiæ eorum cõpoſitæ circumornatæ, vt ſimilitudo tẽpli. In quibus tria de hoc vitio poſſunt notari.

¶ Primum, quod a mulieribus frequentatur, ibi. Filiæ eorum compoſitæ.

¶ Secundum quòd in veſtibus perpetratur, ibi. Circumornatæ.

¶ Tertium quod in coloribus augmentatur, ibi. vt ſimilitudo templi.

¶ Quantum ad primum manifeſtum, quod immodeſtia ornatus, & præſumptio nouitatũ in mutatione veſtium potiſſimè reperitur in mulieribus. & ideò pſ. non dicit loquens de mundanis, filii eorum, ſed filiæ eorum cõpoſitæ, vnde & ſacra ſcriptura, cum loquitur de ornatu corporis, & veſtium nominat mulieres, vt Prouerb. 7. inquit Salo. Ecce mulier occurrit illi habitu meretricio præparata ad capiendas animas, & Eſa. 3. Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ tuæ. ſ. Syon. ſ. in vana gloria ornatus, & ambulauerunt extento colo, quod eſt ſignum ſuperbiæ & nutibus oculorum ibant ex curioſitate, & concupiſcentia, & plaudebãt pedibus ſuis. ſ. chorizando, & ſaltando, & cõpoſito gradu incedebant, de caluabit dñs verticem filiarum Syon, & dñs crines earum nudabit, & 1. Pe. 3. dicitur. Mulieres ſubditæ ſũt viris ſuis, quam non ſit extrinſecus capillatura, aũt circundatio auri & argenti, aut indumenti veſtimentorumque cultus, ſed qui abſconditus cordis eſt homo incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus. Et Paulus. 1. ad Timot. 2. Volo mulieres orare in eccleſia in habitu ornato cum verecundia, & ſobrietate, ideſt temperatè ornantes ſe non intortis crinibus, aut auro vel Margaritis, aut veſte præcioſa. i. exceſſiua ſui ſtatus, ſed quod decet mulieres promittentes pietatẽ per bona opera, & Ioan. Apoc. 17. dicit qđ mulier æternaliter crucianda quæ ſignat congregationẽ reproborũ erat circundata purpura, & coccino, & inaurata lapide præcioſo & margaritis. & habebat poculum aureũ in manu ſua, qđ ſignat apparentẽ delectationẽ, & cõplacentiã inanis gloriæ, & cõcupiſcentiæ in operib. ſuis, & habebat in fronte ſcriptum myſteriũ Babylon magna. i. confuſio infernalis ſibi reſeruata. ¶ Duplex aũt ratio poteſt aſſignari quare iſtud vitium immodeſtiæ & ſuperflui ornatus magis reperitur in mulieribus quam in uiris. Prima eſt, quia ipſæ ornatus mulieris vltra vitium immodeſtiæ eſt prouocatiuus ad laſciuiam, quo ad aſpiciẽtes ex eo, qa adiicit ad apparentiã pulchritudinis, quæ quanto maior eſt, tanto plus allicit, & excitat cõcupiſcentia in hoĩs, cũ aũt mulier ſit caput peccati, & arma diaboli ſm Originẽ, qua. ſ. ſcõs viros deicit, vt patet i Dauid, & laqueus eius quo. ſ. capit incautos. Propter qđ dicit. Salo. Eccl. 7. Inueni mulierẽ amariorẽ morte, q̃ laqueus eſt venatorũ, i. dęmonũ. Iõ diabolus ſciens qđ per hãc multos capit, & occidit inſtigat ipſã mulierẽ ad ſe ornãdũ ad hoc, vt talis armatura eius ſiue gladius ſit acutior, & magis politus ad ,puocãdũ ad

§. 2. De immodeſtu ornatu mulierum.

Quare magis reperiãt in mulieribus iſtud vitium.

ad cõcupiſcẽtiã ſui,& laqueus magis efficax ad capiendũ,& detinendũ.Sed conſideret attẽte vana mulier, quia tot mortibus digna eſt,& pœnis inferni quot per vanum & exceſſiuum ornatum ruere facit,ſ.n. qui occaſionem præſtat mortis corporalis,vel damni tenetur,& incurrit pœnam inferni,quanto magis qui eſt occaſio mortis animę alterius per ornamenta varia,& alias uanitates, extra de iniur.& dam.da. dicitur. Qui occaſionem dã ni dat damnum quoq, dediſſe videtur. ¶ Vnde & de quadam comitiſſa habetur,ut in li. (ni fallor) de ſeptem donis,quod cũ eſſet mulẽ liberalis ad pauperes,& orationibus dedita,ſed multũ vana in ornatu,& præcipue capillorũ,poſt mortem apparuit cuiuſdã ſibi ſimilari deuotę mulieri,& interroganti de ſtatu ſuo,reſpõdit ſe fore dãnatam præcipuæ ꝓpter ornatum capitis & capillorum, vnde & vidit mr illa caput illud habere plenum ſerpentibus mordentibus ipſũm loco capillorũ in pœnam illius uanitatis,ſed multi ſunt alij uani ornatus qui magis adhuc prouocant ad laſciuiam. ¶ Secunda ratio quare iſtud uitiũ magis reperitur in mulieribus eſt ex eo quia ſicut magnanimus omnia iſta temporalia parua æſtimat, & ipſam gloriam temporalem, vnde de ea modicam curam habet,ita econtra puſillanimus parua magna æſtimat, & ipſam gloriam mũdi magnũ bonũ reputat.Mulier aũt cõiter parui animi eſt,& debilioris cognitiõis quã vir,vñ & gloriã tpalẽ magnũ ꝙ arbitratur.Et cum nõ ualeat apparere vl exaltari in magnis negociis,quia nec in regimine nec in docẽdo,vel negociãdo.& hmõi, ſaltẽ in apparẽtia pulchritudinis quærit gloriam cõſequi,quæ tamen eſt quid vanũ & trãſitoriũ,ꝙa vt dr Eſa.40. Omis caro fœnum, & omis gloria eius quaaſi flos fœni,ꝙ cito marceſcit, & mirũ eſt,qũo cũ mulier quęrat ſumopere oia hre pulchra qũo aiam ipam q̃ nobilior é, & pręcipuũ in hoie uellit hre fedã & maculatã. Aug. Ecce omnia pulchra ſunt cũ iniqs,& tñ ipſi ſunt turpes.ſ.in aia. ¶ Iſtis ſic ſuperfluè & vitioſe ſe ornãtibus accidit ſicut euenit cui dã regi qui cõuocatis omnibus magiſtratib. terræ ſuæ fecit conuiuiũ magnũ & nõ erat aliquis angulus in domo qui nõ eſſet coopertus purpura & pciosis pãnis. Aufuit & qdã philoſophus qui cũ uellet excreare expuit in faciẽ eiuſdem regis,& cũ miniſtri eius capiẽtes eũ uellẽt ducere ad ſuſpẽdiũ nõ permiſſit rex ſed quęſiuit ab eo quare id feciſſet. Qui reſpõdit. Vidi omnia loca plena auro & argẽto & purpura,& ideò in barba regis incraſſata expinguedine ciborũ me mundaui & purgaui ñ enim vidi locum minus mundũ qd audiẽs rex compunctus eſt. Sic diabolus videſ hominẽ, ꝙ deberet eẽ dominus creaturarũ alia rũ & pulchrior eis qđ minus pulcer ſit eis,immo immũdus expuit in eumipſũ cõtẽnendo uel in faciem conſciẽtię eius ſuggeſtionibus malis maculando. Et hoc etiam figuratũ fuit in expuitione quæ fiebat in faciẽ eius qui nolebat ſuſcitare ſemẽ fratri ſuo,vt habẽt Deut. 25.c. Frater hominis ſine ſemine defunctus ſ.ſine filio habito eſt diabolus qui ſine ſpe ſalutis dãnatus eſt cui ab homine debet ſemẽ ſuſcitari,ꝙa ex hominibus repandæ sũt ruinę angelicę. Sed ſi hõ nõ tẽdit ad hoc ut.ſ.per uirtutes aſcẽdat ad cælũ nõ vult ſuſcitare ſemẽ fratri ſuo. Vnde tanquã immũdũ animo expuitur in faciem eius quia abominabilis redditur. Certè erubeſceret domina domus ſi videret ſe turpẽ & ancillam pulchram. Anicilla caro eſt,anima domina. Vnde multum erubeſcere debet ꝙ corpus ornetur,& pulchrũ appareat,& anima maculis plena inueniat ex uanitate ornatus. Quia igitur vitiũ iſtud ímodeſtia ornatus magis reperit in fœminis,ideò dicit pſal. 143. Filie eorũ cõpoſitæ. Sed cõpoſitio iſta vana eſt ꝓcedẽs ex incõpoſitione mẽtis & tollẽs í futura reſurrectione ultimam pulchritudinem & claritatem corporis,vñ ad Phil. 3. Saluatorẽ expectamus dñm nrm Ieſum. Chriſtũ qui reformabit. ſ. in finali iudicio corpus humilitatis noſtræ,i. corpus noſtrum humiliatum & deiectum,cõ figuratum corpori claritatis ſuę.i. ſimilatum corpori ſuo glorioſo. Corpus ergo ꝙ nõ fuit hic humiliatum,ſed exaltatũ & glorificatũ ꝓ uana ornamenta,tunc non glorificabitur,ſed inter reprobos obſcurabitur. Vnde Bern. ſup dicta auctoritate Apoſtoli. Nunc eãt nunc rideant qui corpa ſua pellibus muriũ.i.gyris& uariis & ſtercoribus uermiũ.i. ſericis informant quia cũ uenerit dominus ad iudicãdũ nõ reformabit niſi ꝙ abiectionis & hũilitatis inueniet. Sic diues epulo qui induebatur purpura & byſſo,ſepultus eſt in inferno,& in ęternum cruciabitur. Luc.16.

¶ Quantum ad ſecundũ principale perpetratur hoc pctm ímodeſtiæ cũ pſũptione nouitatum circa ueſtes. Vnde ſubdit pſ. Circũ ornatæ nõ ornatæmẽte, ſed circũornatæ.i. circa corpus ex oĩ pte ornatæ,ſed vt dr Eccl. 19. Facies hoies,& riſus dẽtiũ,& amictus corpis annunciant de illo. Tãta enim diligẽtia,& põpa ornatus ſinuãt totaliter mũdo deditã mẽtẽ, Dñs deus qñ emiſit primos parẽtes ad paradi §.2.

Adde ꝙ dixit Eneas Syluius in epłis cũ mulierẽ videsnõ hoiem, non belua, ſed Diabolum eſſe credito. Exẽplũ.

Philoſophus quidam expuit in barbam Regis.

so, non fecit eis tunicas, sericas, sed pelliceas. i. pellibus animalium. Gen. 3. ut cognoscerent se similes bestiis effectos & viliter ad tegendum nuditatem & arcēdum frigus induēdos. Sed ad iuenit præsumptio, & vanitas hominū pannos laneos ex lana ouium formatos, adiūxit lineos in molliciem ex corticib. herbarum, & his non contenta superinduxit serica ex stercoribus uermium, adiunxit uaria ex pellibus murium, addidit gemmas, aurētū, & aurū ex vanitate. Sed ut dicit Sene. in epistola. Quemadmodum stultus est qui equum empturus, non ipsum aspicit, sed stratum & frenos. Sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex cōditione vestis, q̄ nobis circundata est modo existimat. ¶ Aduertere debēt diligenter quod dominus cōminat pro huiusmodi vano ornatu. Esa. enim 3. dicitur. In illa die. s. iudicij uniuersalis vel punitionis temporalis, auferet dominus ornamentum calciamentorū, & torques, & monilia, armillas, mitras, discriminalia, & paristelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & gemmas in fronte pendētes, & mutatoria, & lintheamina, & acus, & specula, syndones, & vittas, & teristra, & erit ꝓ suaui odore fætor, ꝓ zona funiculus, ꝓ crispāti crine caluitium, pro fascia pectorali cilicium. ¶ Hic posita sunt oīa ornamenta mulierum a capita vsque ad pedes circumquaque, quæ tunc erant in usu, quorum aliqua nobis ignota, ꝓpter dissuetudinem, aliqua adhuc remanēt in aliquo simili. Vnde glo. ibi armilas uocat ornamenta brachiorum, loco quarum sunt modo manicæ ita longæ & latæ ut sufficeret ualor pro optimo vestitu. Paristelidas vocat ornamēta talorum. i. in fine vestis logo cuius potest nunc æstimari cauda cū frappis. Murenulæ dicuntur cathenulæ circa colum, loco cuius nunc aliquid opere polimito deest rechamatura. Olfactoriola vocat quædam in quibus continebant ibi muscum, & possunt dici nasitegria, quæ fiunt serico intexa, aliq̄do & inter muscum seruata. Teristra vocat uestes ęstiuas, valde subtiles, & dicuntur a teria qđ est ęstas, vulgariter possunt dici giorneæ vel cothardiræ. Ornamētū calciamētorū sunt calciamenta rostrata, vel planulæ pictæ & altæ ad ostendendā magnitudinem, quam nō habēt. Torques sunt collaria, monilia, q̄ scilicet pendent ante pectus quæ solent esse de Margaritis. Mitræ hæc dici possunt q̄ portantur in capitibus multum eminētia supra caput ad modū coronæ vel bireti. Discriminalia sūt pectines, & directoria eburnea, q̄bus capillos aptāt capitis. Inaures sunt annuli in auribus appositi perforatis in paruula ætate q̄bus adhuc utūtur Iudæi, & antiquitus magis vt patet in scriptura. Christianæ ātm manus digitis tenēt, & pro vno nō decet in signū matrimonij, sed de plurib⁹ pōpa ē. Gēmę in fronte pendentes, sunt aliquæ perlæ quas in coronis suis ante frontem deferunt. Mutatoria sunt plura & varia vestimēta pulchra, quibus diuersis temporibus mutantur. Lintheamina his sup alia vestimēta desuper, sed valde subtilia adhuc deferunt Romanæ. Acus sunt spilecta quæ in diuersis partibus ponunt pro firmatione ornamētorū. Specula & magni ualoris hūt sup in domo secū, ut frequēter se in ipsis qūo sint cōpositę possint ispicere. Sindones, camifeas subtiles, & reticulatas, vel uela in capite. Vittæ sunt quibus capillos ligāt vel colligūt ne defluāt, & si suos nō hūt ligāt alienos, zona cingulū est qđ nūc fit de serico intexto, & ornamētis auri, & argēti. Crinesca pilli crispati, vel tricati flaui facti, cū frequēti humectatione, & solis deficatione, & inde capitis lęsione. Fascia pectoralis dici pōt qđ nūc ponūt pannum cum bōbicę. Et pro his ornamētis promittit dns ignominiā, & pænā & merito, quia in his magna prodigalitas, & crudelitas reperitur, cum pauperes moriātur fame, & frigore, & mulieres, & in tātis, & in tā vanis ornamētis abundēt. Cōtra quos inuehit Iacobus in cano. c. 5. dicēs. Agite nūc diuites, vlulate in miseriis, quę venerūt vobis, diuitię vestræ putrefactæ sunt, vestimēta vestra a tineis comesta sunt. Et sciendum secundum Tho. se. se. q. 169. ar. 1. quod circa ornatum exteriorem tripliciter potest ostendi.

Oīa ornamēta mulierū

¶ Primo prēter morem consuetum.

¶ Secundo propter inordinatum affectum.

¶ Tertio propter nimium defectum.

¶ Quantum ad primum debet se homo in cō §. 3.
seruatione exteriori conformare moribus eorum, cum quibus uiuit quando scilicet non sunt mali mores, vnde Aug. in li. confes. Quę contra hominū mores flagitia sunt, pro morum diuersitate uitanda sunt, vt pactum inter se ciuitatis, & gentis cōsuetudine, vel lege firmatum, nulla ciuis aut peregrini libidine uiolet, turpis est enim omnis pars, quę suo nō congruit uniuersō, di. 8. quæ cōtra mores. Idē etiam dicit in li. de doctri. christiana. quisqs rebus prætermittibus. s. ut cibo, potu, uestibus, & hmōi, restrictus vtitur quā in se hēant mores eorū, iter quos viuit, aut supstitiosus, aut intemperās est. Et si qs sic eis vtitur, ut metas cōsuetudinis bonorū inter quos versatur, ex

Ornatus prēter moreē est peccatū

cedat

cedat aut flagitiosus est, aut aliquid significat di. 40. Et hoc intelligendū est ut supra scilicet quādo proprie sunt mores ideſt actus morigerati ea quæ frequētantur cōmuniter ab hominib. talis loci. Nam abusiones nō debet quis imitari. Sed ut dicit Isido. in Simoni. paruum vsum lex & ratio uincat. Si enim de vsu patriæ est, ut mulieres deferant vestes versus collum scisas, & apertas vsque ad ostētationem pectoris, & mammillarum, ut in partibus Rheni valde turpis, & impudicus est talis usus, & ideò non seruandus. Sed de usu communi patriæ est deferri mulieres vestes caudatas pulverem excitantes, & uiā mūdātes cum eis, ut fit Florētię hoc turpe est, & detestādū nō illis cōformādū. Similiter de planulis altis uestibus lingulatis, vel pforatis, nō sequaris turbā in malū, ait dns in ueteri lege. Vtrū āt hmōi sit mortale pctm infra declarabit. ¶ Legitur in li. de. 7. donis q cū q dā sanctus p̄ p̄ciuitatē ambularet, obuiauit cuidā mulieri, ornatæ vestē habēti caudatā, & iuxta caudā uidit diabolum ridentem cui mandauit adiurādo ut sibi diceret causam sui risus, q respōdit. Ideo risi, quia socius meus sicilicet alius diabolus cum insideret caudæ huius mulieris, mulier cū traxit caudā vestis ad se, ne luto uię deturparetur, in lutum cecidit ipsę socius meus. Ex quo ostenditur ista diabolo placere, quod non esset si sine peccato fierent, similiter q mulier utatur veste utili, vt econtra, ut fit in ludis, turpe & vitiosum secundum Tho. vbi supra ar. 2. tum quia contra consuetudinem communem, tum q a posteſt esse causa lasciuiæ. Prohibebatur autē hoc in veteri lege Deut. 22. ex eo, quia gentiles tali mutatione habitus utebātur in superstitionibus idololatrię. In decre. di. 30. si qua mulier, hoc prohibet sub anathematæ scilicet ferendæ sententię ratione cuiusdam superstitionis hęreticę ut ibi dicit glo. Vñ si q s nunc nō ex superstitiōe, uel uanitate, sed ex causa rationabli utatur huiusmodi, puta ad uitādum periculum, vel ex defectu, uestimēti alterius, peccatum non esset, secundum Thom.

§. 4. ¶ Sc̄o p̄cedit pctm circa ornatū uestiū pp inordinatū affectū. Qui q tū ad supabūdātiā tripliciter accidit. ¶ Vno mō in q tū ex superfluo cultu vestiū hō q̄rit gloriā, ſm q vestes pinēt ad apparatum & ornatū. Vnde Greg. in homi. ait, Sunt nōnulli qui in cultu præciosarū sub tiliū; uestiū, nullū putāt eē peccatū, si culpa nō eēt, nequaq̄ sermo Dei tā uigilāter exprimeret, q diues q torq̄batur apud inferos purpura, & byſſo indutus fuiſſet. Nemo quippe p̄ciosā uestē. i. exceſſiuam proprii ſtatus niſi ad inanē gloriam quęrit, hęc ille. Nec obſtat, q ministri altaris, aut principes & alii in dignitatib. constituti utuntur uestibus multū p̄ręciosis, q a non faciunt, hoc seu non ordinatur de se ad sui gloriam, sed ad significādum excellentiam sui ſtatus, & ostendendum magnificentiam diuini cultus. ¶ Secundo mō p excesſum affectus est inordinatus, inquantū p superfluū cultū vestiū quærit q s delitias corporis, scd̄m q ordinat uestimētū ad corporis fomētū, q̄rendo habere delicatas vestes quæ delectēt carnes, ut subtiles camisias & hmōi, circa quos ait Christus Matthæi. 11. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regnum sūt i. terreno regi militant nō cælesti scd̄m Greg. ¶ Tertio mō fit inordinatio, ex hoc q nimiā sollicitudinem ponit circa cultū, & aptationē uestium, ēt si non sibi aliqua inordinatio ex parte finis, & multum tēporis ibi p̄ditur, q̄ non est sine magna culpa, cū nil p̄ręciosius tēpore habeat. Vnde Christus Matt. 6. & de uestimento q̄d solliciti estis. s. superflue. Cōsiderate lilia agri quō crescunt, non laborant, neque nent, & Deus sic vestit, igit ut Ait apostolus. 1. Thi. 6. Hntes alimēta, & q bus tegamur, his contēti sumus. Considerandū diligēter q ait Iob. 1. Nudus egressus sum de utero matris meę, nudus reuertar illuc. s. in terrā matrem nostram primam, de qua facti sumus.

Exēplū.

Vsus patriæ in superfluitatibus nō ē seruādus.

Ornatus uestiū pp affectū ē peccatū.

¶ Tertio potest esse peccatum in usu uestiū propter defectum. Et hoc uel ex negligentia hominis inquantū non adhibet studiū, & laborem, vt utatur cultu vestiū, prout oportet. Vnde & philosophus dicit in 7. ethi, quod ad molliciē quæ uitium est pertinet, q hō trahat vestem per terram, ne laboret in retinēdo eam, vel hoc potest fieri, ut inde quærat gloriam & ostentationem. s. ut reputetur mortificatus, & contemptor mundi, ex eo q uestes multū utles dilaceraras, vel unctuosas defert, vnde & Ber. dicebat, q in uestibus paupertas placebat, sordes autem nūquam, quia signū erat uel negligentis animi, uel gloriā affectātis. Et Hiero. Neq, affectatæ sordes, nec exquisitæ deliciæ laudem pariūt. Quod in cibis, vel uestibus dicit Gratianus intelligendum dist. 41. §. Præterea. Verum qui uerbo, & exemplo habent alios prouocare ad pœnitētiam, & mūdi contemptum decet u libus indui, sicut fecerunt quidā ex prophetis. De quibus Apostolus ad Hęb. 11. circuierūt in melotis. i. selauinis, in pellibus caprinis, ut Helias. Et glo. super illud Ioan. habebat vestem de pilis camelorum. Matth. 3. Qui pœnitentiam p̄dicat habitum §. 5. Ornatus pectū ex defectu.

bitum pœnitentię ostendat, Narrat Vmber
De pdi- cat orib. habētib. sūptuo- sas ue- stes. tus in expositione regulę, quod cum quidam magnus prędicator actu prædicaret acriter detestando, & increpando pompam uestium, & ipsę cappam haberet sumptuosam surrexit in medio populi quidā fatuus clamosę dicens. O stulte qūo credis inducere auditores hos ad dimittendum pompam uestium, cum tuipsę utaris, ut patet in cappa tua. Et sic patet de circumornatione uestium.

§.6. Ornatus pec- catū pp colores. ¶ Quantum ad tertium principale. s. de coloribus adiunctis in ornatu, dicit psal. ut simili tudo tēpli. s. sūt filię, de quib. locutus est. Tēplum non solum ornatur auro, & cortinis uarijs, sed etiam coloribus multis in picturis, sic uanæ mulieres corpora sua quæ ratione fi dei sunt tēplū spūs sancti scām Apostolū. 1. cor. 6. faciūt tēplū diaboli, dū alterantes picturā a Deo factā, ad imaginē suam instinctu diaboli ponūt colorē album, & rubeū, & sic ut hypocritę exterminat facies suas, ut appareāt hominib. ieiunātes (ut Christus Mat. 6.) Hoc expræssè repræhēdit insignis martyr Christi Cyprianus dicēs in li. de habitu uirginū. Nō uirgines, non viduas, sed & nuptas puto etiā oēs fęminas admonēdas, qđ opus Dei & farā eius & plasma. adulterāt nullo mō audeāt adhibito flauo colore, nigro puluere, vel rubore, aut quolibet medicamine, qđ dicit, qa multa faciūt ad huiusmodi ornatum Et subdit, Manus Deo inferūt, quādo quod ille formauit reformare intendūt. Impugnatio ista est diuini operis pręuaricatio ueritatis, Deū uidere nō poteris, quādo oculi tui nō sunt, i. faciei color quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit illum sectata es. Rutilos atq, depictos oculos serpentis imitata es, de inimico tuo tracta cū illo pariter arsura. Hæc ille. Qñ autē hoc sit mortale habes in §. fe. Certe magna nimis præsumptio, & superbia est uelle aliam formare effigię, quam Deus nō dedit tanquam despiciendo opus Dei, & qp ipsę melius ualeat facere. Quamuis enim Apost. dicat 1. ad Cor. 7. Quæ nupta est cogitat q̄ mundi sunt quomodo placeat uiro, & propter hoc permittat eam ornari cum sobrietate, nō tamen ut fingat colorem, quē non habet, hoc enim est decipere & maritum & alios & mendacium opis quod maritis displicere deberet, & eis. s. prohibere fucos. Vnde Aug. ad Posidiū. Fucare pigmentis quo vel rubicundior uel candidior color appareat adulterina fallacia est, qua non dubito etiam ipsos maritos se decipi nolle, quibus solis permittēdæ sunt ornari, ut. s. placeant secundum ueniā, non secundum imperium. Nam uerus ornatus chri
Verus ornatus Christianorū sūt boni mores. stianorum, & christianarum nō solū est nullus fucus, sed nec auri, uestisq, pōpa, sed mores boni, de conse. dist. 5. Fucare impia Iezabel regina, quæ se ornauit stibio. i. colore, putās per hoc ad sui amorem trahere Hyeu de mandato eius præcipata est de senestra, & a bestijs comesta in parte, ut habetur 4. Reg. 9. Hester Regina cum se pręsentauit Assuero ornata, & colore roseo, comitata damicellis, subito Assuerus uidens eam uersus est in furorem in facie. Sedet ex timore pallida facta, subito in clementiam uersus est furor eius. De ipso etiam ornatu uano habes infra in titu. de gula c. de choreis.

§.7. Supflue ornare secūdū prię ritū an sit peccatū mortales. ¶ Quęritur utrum ornatus mulierum secūdum morem patrię qui uidetur uanus, & superfluus quo ad uestes incisas, perforatas, lingulatas, polymitas ideſt richamatas caudatas, deauratas quo etiam ad mitras seu baltheos capitis, capillaturas varias bombicem circa dorsum margaritas, zonas aureas, planulas altas, fucos, & huiusmodi sit peccatū mortale? Et arguendo ad partem affirmatiuam videtur quod quantum ad quæsitum sit mortale in quolibet prędictorum scilicet ornatus mulierum. Primo sic dominus Deus i scripturis sanctis non comminatur damnationem æternam vel grauem punitionem nisi propter mortalia. Ratio huius est qua iustus est dominus, & iustitiam dilexit. Exigit autem iustitia, ut secundum mensuram delicti sit & plagarum modus, ut dicitur. Deu. 25. Sed dominus cōminatur grauem punitionem mulierib. faciētibus huiusmodi uanitates p Esa. dicentem. 3. sic Auferet domibus ornamentum calciamentorum & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, &c. & infra. Et erit pro suaui odore fætor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali a ciliciū, pulcherrimi quoque uiri tui gladio cadent ergo &c. ¶ Secūdo sic. Quod est cōtra doctrinā apostolicā uidetur eē mortale, p illud Lu. x. dictū nostri saluatoris. Qui uos audit me audit, & qui uos spernit me spernit. Arg. etiā ad hoc. 11. q. 3. Qui omnipotentem. Vnde & contra eam doctrinam non ualet per quæmquam dispensari, ut dicitur 25. q. j. sunt quidā, sed talis ornatus est cōtra doctrinam apostolicā. Dicit eū beatus Petrus in 1. canonica. 3. ca. Mulierum nō sit extrinsecus capillatura, aut circūdatio auri, & argenti, aut indumenti uestimentorumque cultus. Et Paulus apostol. 1. ad Thi. 2. de mulieribus. Ornantes se nō in tortis crinibus

bus aut auro, aut margaritis, aut præciosa veste &c. secundum Hiero. Veh importat damnationem æternam cui imprecatur vel pronunciatur, sed Mat. 18. dicit dominus Iesus, Veh illi per quem scandalum venit, scandala aũt. i. ruinæ spirituales multoties euenire ex facto huiusmodi ornatus mulierum pluribus infirmis mentibus satis credibile est. Ad idẽ facit quod dicitur de iniur. dam. da. c. si culpa, Qui occasionem damni dat damnum quoq; dedisse videtur, ergo &c. ¶ In contrarium & ad partem negatiuam arguẽdo scilicet, quod huiusmodi ornatus non sit mortale probatur sic. Quod sanctorum patrum documento, vel decreto sancitum non est superstitiosa ad inuentione præsumendum non est, vt dicitur in canonica. 2. q. 4. c. cõsuluisti. Hoc est enim contra illud prouerb. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ, vt exponit Hiero. & habetur de cõsi. ca. ne innitaris, sed nullus sanctorum patrum siue summorum pontificum siue doctorum determinat huiusmodi ornatum simpliciter esse peccatum mortale, nec sanctus Tho. se. se. q. 169. ar. vbi quæstionem spiritualem mouet circa huiusmodi, dicit hoc esse mortale nisi in quibusdam casibus, ergo in aliis casibus non erit mortale, per ar. a contrariis dist. 25. qualis, & ipsius doctrina est ab ecclesia approbata specialiter per Io. 22. similiter & irrefragabilis doc. Alexan. de Ales hoc non asserit nisi in certis casibus, ergo in aliis non erit mortale. ¶ Veniendo breuiter ad decisionem quæstionis, saluo semper rudicio cuiuscunque melius sentientis, & determinatione ecclesiæ videtur sic dicendum. In ornatu huiusmodi duo sunt diligenter examinanda. Primum est intentio ornantis. Secundum est ipsæ ornatus in se. ¶ Et quantum ad primum. Cum multiplex possit esse intentio circa huiusmodi, sic secundum varietatem intentionis erit ibi ali quando mortale, aliquando veniale, aliquando nullum peccatum. Nam si mulier se ornet hac intentione, vt trahat homines ad sui concupiscentiam certum est ibi peccatum mortale esse, quia agit contra charitatem proximi tendens ad mortem animæ eius, etiam si non sequatur ruina alicuius per concupiscentiam eius arg. de pœ. di. 1. si cui. Et in pluribus aliis capitulis in quibus expræsse habetur, q̃ sola cogitatio deliberatiua est mortale. Et ibi est propriè per se scandalum actiuum, & mortale secundum doctrinam b. Tho. se. se. q. 43. ar. 3. & 4. Et ad hoc facit illud prouerb. 7. Ecce mulier in habitu meretricio præparata ad capiendas animas. ¶ Si verò non hoc intendat, sed istud aliud, scilicet iactantiam & humanam laudem si sibi constituit finem suum vltimum magis diligens ipsam gloriam, quam salutem animæ suæ vel gloriam æternam, parata facere contra Dei & ecclesiæ præcepta, vt consequi possit illam gloriam, tunc est eis peccatum inanis gloriæ mortale secundum beat. Tho. secunda secundæ quæst. 132. Moralia enim ex fine trahunt speciem secundum philosophum in li. ethi. ¶ Si autem intendat quandam complacentiam illius vanitatis ornatus ad quem ita ornatè afficitur quod ibi constituit finem adeò quod etiam si crederet certitudinaliter proximum ex illo ornatu ad ruinam trahi non curaret, vt consequatur cõ placẽtiam illam. Sic etiam erit mortale. Et sic intelligit Petrus de Tharan. illud dictum August. dist. 25. §. criminis. Nullum est adeò veniale quin fiat criminale, dum placet complacentia videlicet fruitionis. Et multomagis si in Dei contemptũ hoc ageret. In quo casu loquitur Cyprianus in auctoritate superius inducta in præcedentibus. Vel cum intendit trahere ad concupiscentiam sui extra matrimonium intelligitur dicta auctoritas Cypriani. ¶ Si verò intendat aliquam inanem gloriam ve iactantiam vel complacentiam in huiusmodi ornatu leuem, scilicet citra salutem animæ infra dilectionem Dei & proximi erit veniale secundum B. Tho. 2. 2. q. 169. & q. 132. ¶ Demum si intendit præcisè placere viro ne huiusmodi committendo reddatur ei odiosa, & sic inclinetur ad aliarum concupiscentiam vel quia imperatur sibi hoc a viro peccatum siquidem nullum erit. Ad hoc facit quod ait Apostolus. 1. ad Thi. 2. Mulieres in habitu ornato cum sobrietate & verecundia. Similiter si intendat ex hoc vitare opprobrium hominum ne scilicet omisso ornamẽto secundum modum patriæ despiciatur a cæteris, aut ut coniugio tradatur nullum videtur vel leue peccatum.

Quod talis ornatus nõ videtur peccatũ mortale.

§. 8. Superfluitas ornatus.

¶ Quantum ad ipsum ornatum in se duo possunt ibi vitia inueniri, scilicet superfluitas exprælsè quæ pertinet ad prodigalitatem, & in tentiuum seu excitatiũ libidinis ad quod illud inducit. Et quantum superfluitatem, cũ non omnis prodigalitas sit mortale, sed aliqñ & frequentius veniale, & iõ isto respectu non poterit illud iudicari mortale nisi fuerit valdè euidẽs & enormis excessus. In quo cõsiderãdũ ẽ, q̃a q̃ vni ẽ magnus excessus vt vxori comitatiui vel paupis artificis vestis veluta ta auro texta aut gemmmata. Alteri paruus vel nullus, vt vxori principis vel militis. Ad

quod

quod facit optimè quod dicit Augu. in li. de doctrina christiana, videlicet. Quid loco,& tpi,& personis conueniat, diligenter attendẽ dum est, ne temerè flagitia repræhendamus. In his enim omnibus non vsus rerum, sed libido in culpa est. Et habetur di. 41. quisquis. Et quamuis Aug. videatur ibi loqui principa liter de cibis, tñ Gratianus in fi. illius di. §. vlti. extendit illud ẽt ad indumẽta, vt. s. debeat in hmõi attendi mos patriæ qui vsus patriæ, & si sit immoderatus & vanus, vnde & abusus creaturæ, non tñ omnis abusus creaturæ est mortale. Non comedendo nimis ardenter est ibi abusus cibi, & tñ raro mortale. Si quis autem vellet dicere non propriè esse abusum creaturæ nisi in transgressione præcepti tunc nec in ipso excessu ornamenti, & prodigalitate erit semper abusus creaturæ, sed quando esset mortale. Quantum autem sit ille excessus quo ad superfluitatem seu prodigalitatem ornatus quod facit mortale, fateor me nescire dare regulã generalem, nec de facili posse dari, nec reperio aliquem dedisse, vnde prudentiæ & arbitrio boni viri relinquendum est.

Lasciuia ornatus est peccatũ.

¶In quantum verò ipsæ ornatus mulieris est prouocatiuus ad lasciuiam, videtur ibi distinguendum de occasione data sufficienter, vel accepta. Si enim mulier ornet se secundum decentiam sui status, & morem patriæ, & nõ sit ibi multus excessus, & ex hoc aspicientes rapiantur ad concupiscentiam eius, erit ibi occasio potius accepta quam data. Vnde non mulieri, sed ei soli qui ruit ex aspectu eius imputabitur ad peccatum saltem mortale, ar. ad hoc. 23. q. 5. de occidendis. Poterit autem esse tantus excessus, quod erit ibi occasio etiam data ex parte mulieris se ornantis. Qualis autem sit istæ excessus, vt mortale valeat iudicari ad arbitrium boni viri videtur dimittendum. Boni viri dico non solum in conscientia: sed in sufficienti peritia circa huiusmodi: sed ex his quæ notat Alex. de Ales in suo. 2. non de facili dẽt de huiusmodi mulieres de mortali condemnare. Dicit enim quod licet viris & mulieribus se ornare secundum consuetudinem ciuitatis, & statum, & conditionẽ personæ se ornantis. Ita tamen quod non sit ibi libido in uoluntate, quod pertinet ad intẽtionem, de qua dictum est supra quando est ibi mortale vel veniale. Nec sit ibi scandalum in exteriori opere, quod pertinere videtur ad nimium excessum. Nec tamen asserit in contrarium faciẽdo esse mortale, quia non semper, sed & sucis vti, quod præ cæteris vanitatibus videtur magis pulchritudinem ostentare, & per consequens magis ad lasciuiam incitare b. Tho. se. q. 169. ponit non esse mortale de se, sed mortale vel veniale secundum intentionem vtentis, & conditionem personæ, vt si non sit in statu nubendi præcipue religiosa in quibus forte esset mortale, quinimmo & turpitudinem non naturalem, sed ex aliqua superuenienti ægritudine accidentẽ, per hoc occultare his, quæ nuptæ sunt, vel in statu nubendi, sine peccati fieri posset secundum bea. Tho. ¶Ad idem scilicet quòd prædicta de se non sint mortalia possent adduci rationes sequentes. Omne peccatum mortale est contra legem diuinam vel humanam, quod patet per diffinitionem Aug. Peccatum est dictum, vel factum vel concupitum contra legem Dei, in lege Dei includitur & humana sed huiusmodi ornatus non est contra legem Dei, vt patet discurrendo per mandata decalogi, aut per mandata euangelica. Nec contra legem canonicam humanam vel ciuilem. Et si dicatur quod in antiqua compilatione decretalium prohibeatur indistinctè portatura vestium in cisarum vel frappatarum. Satis est quod in noua compilatione non habetur ne membranas occupet frustra. Non autem antiqua, sed noua compilatio in vsu habetur & ligat, ergo &c. ¶Præterea quod innititur mori patriæ seu sit secundum vsum ciuitatis, non est contra ius naturale & diuinum, & si turpitudinẽ aliquam videatur habere, vt mulierem incedere non velato capite; sed in capillis etiam si ille mos sit contra ius positiuũ, dummodo tamen non reprobetur a iure, licitus est, vel saltem non criminale. Turpis est enim pars vniuersi suo non congruens, vt dicitur distin. 8. quæ contra mores. Aug. etiam refert documentum sibi datum a sanctissimo Abrosi. ad quamcunque ecclesiam deueneris morem illius serua, si nõ vis cuiquã esse scandalum, nec quemquam tibi. dist. 12. Illa. Sed ornatus hmõi est de more multarũ patriarum & locorum, nec est contra ius diuinum aut naturale, nisi forte valdè notabilis excessus, nam parum pro nihilo reputatur. ar. de conse. dist. 2 reuera. Et secundum philosophum paruus recessus a medio non corrũpit bonũ virtutis, & sic non erit contra ius, sed præter. Nec etiam reprobatur a iure mos istæ quinimo ex hoc quod clericis prohibetur ornatus mundialis arguẽdo a cõtrario sensu laicis cõcessus vr, dicitur enim 21. q. 4. Omnis iactantia, & ornatura corporalis aliena est a sacrato ordine. Et in ca. se. per to. Et in cle. c. qñ de vi. & ho. cle. quod clericis prohibetur portare

Qđ ornatus đ se nõ sit mortale ꝓbatur.

Secũdo.

vestes

De mulieribus iustis q̃ portabant uestes deauratas.

uestes nimis lõgas incisas, lingulatas & huiusmodi de laicis nihil dicitur. ¶ Preterea. Facta sanctorum sunt immitanda quæ nõ sunt priuilegiata. Nam de priuilegiatis erat regula in contrarium, quæ a iure li. 6 de regiu. c. priuilegium. Sic enim ab exemplis sanctorum, arguit Aug. 23, q. 3. ei uindicta. 2. q. 6. vides. Sed multi sancti, & sanctæ uisi sunt talibus. Nam de Ioseph sanctissimo legitur quod pater eius fecit ei tunicam polymitam scilicet richamatam. Gen. 27. Hester quoque sanctissima cũ ingrederetur ad regem Assuerum domicellas secum habuit quarum vna vestimenta interrã defluẽtia, & sic caudata retinebat. Iudith castissima, & vidua induit se ornamentis suis, & imposuit sibi mitram, & alia huiusmodi. Sãcta Cecilia deauratas vestes deferebat, & plures aliæ nec obstat si dicatur, q̃ hoc fecerunt pro loco & tempore propter excellentem fructum inde sequẽdum, quia quod est in se licitum, non fit illicitum propter piã intentionem seu bonum inde secutum. Indecens est enim crimen suum alienis commodis impẽdere inquit Leo Papa di. 44. sicut Et ad salutem sempiternã nullus ducẽdus ẽ opitulante mendacio, ait Aug. 22. q. 2. Primũ. Ex his ergo videtur, quod cum prætatæ in prędictis non peccauerint, quod possint mulieres eas in hæc imitari, vel saltem in eis hoc non sit mortale. ¶ Ex prædictis igitur uidetur dicendũ quod vbi in huiusmodi ornatibus confessor inueniebat clare, & indubitanter mortale, talem non absoluat nisi proponat abstinere a tali crimine, vt sic interni sequatur arbitrium iudicis. 11. q. 3. tunc vera. de pẽ. di. 5. Falsas. Quando in huiusmodi reperit esse veniale non deneget absolutionem, etiã si nollet dimittere, sed in illo perseuerare, quia venialia non sunt de necessitate confessionis secundum b. Tho. in 4. sen. Si vero non potest clarè percipere vtrum sit mortale, vel veniale, seu ex intẽtione ipsius, quã nescit intelligere, vt illa exprimere seu ex qualitate & quantitate ipsius ornatus, non videtur tunc præcipitanda sententia, vt dicit Gui. spe. in quodã simili ut. s. deneget pp hoc absolutionem, vel illi faciat cõsciam de mortali, qa faciẽdo postea cõtra illud, etiã si illud in se nõ esset mortale, ei erit mortale, quia omne quod ẽ cõtra conscientiam ædificat ad gehennam. 28. q. 1. §. ex his. Et cum promptiora sint iura ad soluendum, quam ligandum. dis. 1. ponderet. Et melius sit domino reddere rationẽ de nimia, quã de nimia seueritate, vt dicit Chri. 26. q. 7. alligant, potius videtur absoluendũ & diuino examini dimittẽdum. Fateor tamẽ quod & prædicatores in prędicando, & cõfessores in audientia confessionum dñt talia detestari, & reprehendere, & persuadere ad dimittẽdum eum sint nimia & excessiua, ut cõmuniter accidit, nõ tñ ita in distinctè assere re esse mortalia. Et ad hoc optime facit quod dicit Aug in epistola ad Præsidiũ, & allegat b. Tho. se. se. in nostra qõne. Nolo vt de ornamentis auri, vel vestis propriam habeas in ꝓhibenda sentẽtiam, nisi in eos qui coniugati nõ sunt, neque cõiugii capaces qui cogitare debẽt qũo placeant Deo. Illi aũt cogitant quę mũdi sunt, qũo placeant vel viri vxoribus vl uxores uiris &c. Inducendi essent rectores ciuitatũ exhortationibus, vt per statuta pænalia pecuniarũ auferent talia præcipue superfluitates vestium auri, argenti, & gemmarũ, & hmõi. ¶ Ad argumenta autem facta ꝓ parte affirmatiua respõdent ad primum. s. auctoritatem Esa. quod intelligitur in casu i quo est ibi mortale vel nimis excessus. Vnde ꝓpter abusum talium rerum, dominus permittit illa auferre & dare contraria in punitionẽ criminis, quod potest etiam esse in venialib. ¶ Ad secundum, scilicet de doctrina apostolorum, ad hoc respondetur quod non omne quod est contra doctrinam apostolorum est mortale, aut indispensabile, sed solũ quantũ ad ea quę pertinent ad fidem vel bonos mores necessarios ad salutem. Nam sicut in legenti qua circa moralia, & euãgelica & canonica lege, quędã ponunt ꝑceptoriè quorũ transgressio est mortale, quædã mãdatoriè inducẽtia trãsgressorem ad ueniale, quædã cõsultoriè ad nullũ omittẽdũ talia ligãtia peccatũ, sed ad maius promouẽtia bonũ. Ita & in doctrina apostolica. Qñ ãt intelligatur in talib. scpturis esse ꝑceptum & mãdatũ ex mõ loqñdi, & de veritate hmõis ipartũ scpturarũ nõ ꝓt clarè regula hñi, sed scm materiã subiectã, & declatiões scõrũ. De hmõi dictũ ẽ sup. i. c. de in obediẽtia. Talis ãt ornatus ab aplis non ꝓhibẽt ꝑceptoriè, nisi i eo cãu, cũ fieret ad lasciuiã vel mortalẽ iactãtiã, vt dicit Tho. sed mãdatoriè, uel exhortatoriè q̃patet ex euidẽti rõne, qa si ꝑceptoriè diceretur & vlr sequeret hoc incõueniẽs, qđ quicũq; portaret vestẽ auro intextã, aut argẽto, ẽt si regina, mortaliter peccaret, qđ ẽ absurdũ dicere. ¶ Ad illud ẽt qđ dr a quibusdã in antiquo uolũine decre. q̃ ꝓhibebant aliqua ex hmõi sub pęna priuationis sacrõrũ, nõ ꝓt inde argui, qđ illud de se sit mortale, qa subtractio sacrõrũ nõ fit nisi pro mortali, sed quod tũc qñ eccla hoc pro-

Solutio argõrũ.

phibuit, si tñ hoc fecit, q̃ mihi est ignotũ erat mortale in trãsgredientibus illud. Ordinationes. n. ecclesiæ vel prælatorũ cũ fiunt sub pœna excommunicationis, postquam fuerit promulgatæ & acceptatæ moribus vtentium, utique ligant transgressores ad mortale, & hoc non quia illa sint mala, sed quia prohibita & præceptoria per talem modum statuendi, qđ argui potest ex illa ratione supra inducta. Sed cum leges canonicæ & ciuiles aliquando nõ promulgentur, aliquando promulgatæ moribus utentium non recipiantur, aliquando receptæ per contrarias leges, vel etiam per contrariam consuetudinem abrogentur, vt dis. 4. c. Denique cum capitulis seq. ideo non promulgantibus ipsis in robore suo, non ligatur qs peccato, & per consequens non peccat vnde priuari non posset iustè sacramentis. Nec argui potest (ut dictum est) ibi esse mortale, qa comminatio est pœnæ excommunicationis, sed tunc argui potest cum lex ligabat nõ abrogata. Sic in proposito ex hoc quod non habetur illud c. in noua compilatione patet, qđ ecclesia uoluit ligare fideles & bene, quia prælati non debent laqueum inijcere animabus secundum doctrinam apostoli, quod fit ipsa præcipiendo ad quorum contraria fideles sũt proclines, ad quod facit. c. de uiduis 27. q. 1. de facientibus autem huiusmodi ornamẽta artificibus, quid dicendum sit, habes supr. ti. 1. c. 23. de turpi lucro. Ad tertium & vltimũ de occasione ruinæ quæ inde sequitur iam responsum est, quia non in omni occasione data quomodocunq; seu scandalo est peccatum mortale in dante, sed quando hoc intẽdit, vel dictum uel factum in se est tale, quod est sufficiẽter inductum ad ruinam. Nã qs diceret ex uerbo ocioso vl leui dicto ab aliquo si aliquis ruit in mortale, ppter hoc ipsũ dicẽtẽ in peccate mortalite, cum neque hoc ipsæ intendat, nec credat, alias caueret, erit ergo tunc occasio potius accepta quam data. Sicin proposito de ornatu qui utique tam inordinatus esse potest, q̃ erit occasio efficaciter data, unde & mortale.

¶ *De pertinatia.* *Ca.* 6.

PErtinacia filia est uanæ gloiæ quæ opponitur uirtuti pseuerantiæ secundum excessum. Pro cuius declaratione dicit Tho. 2. 2. q. 138 rarti. 1. quod laus perseuerantiæ in hoc consistit, quod aliquis non recedat a bono, propter diuturnam tolerantiam difficilium, & laboriosiorum, cui opponitur per defectũ mollicies, & per excessum pertinacia, pertinẽtia in hoc consistit quod nimis propriæ sentẽtię inhæret. ¶ Pro cuius declinatione dicit. Tho. se. se. q. 138. art. 2. quod pertinax dicitur secundum Isid. in l. ethimo. qui est impudenter tenens quasi ad omnia tenax. Et hoc idẽ dicitur pertinax, eo quod in proposito suo ad uictoriam perseuerat. Antiqui enim dicebãt vitia quam nos uictoriam appellamus. Et hoc philosophus in 7. ethi. hyponomines uocat. 1. fortis sententiæ, q̃a scilicet perseuerant in ꝓpria sententia plus quam oportet, sicut econtra mollis minus quam oportet, perseuerãs autem sicut oportet, vnde in medio existit Id eò ãt aliquis nimis persistit in sua propria sententia, quia per hoc vult suam excellẽtiã manifestare, quasi plus aliis intelligat, & ideo dicitur a Greg. oriri ex uana gloria, quamuis autem pertinax excedat in hoc, quod persistit nimis in aliquo habente difficultatẽ habet tamen aliquam delectationem in fine sicut & fortis & perseuerans, Vnde dicit philosophus in 4. ethicor. quod gaudent pertinaces si sunt uincentes, & tristantur si sententiæ eorum infirmę appareant, sed quia ista delectatio est uitiosa, ex eo q̃ eam nimis apperit & tristitiam ei cõtrariã, fugit, ideo aliquo modo assimilatur pertinax incontinẽti seu molli. In libro Catholicon habetur quod ꝓtinax dicitur durus, impudens, irreuocabilis, indocilis, obstinatus. Durus, quia nõ cedit sẽtẽtię alterius, sicut materialiter durũ dicitur quod non cedit, sed resistit tactui. Impudiens, qa non erubescit contrariis etiam ueritati, uelsapienti. Irreuocabilis, quia nõ potest reuocari a sua sententia seu opinione. Indocilis, quia edoceri non potest. Obstinatus, quia etiã in futurũ intendit permanere in sua sententia. §. 1.

¶ De pertinacibus potest exponi illud ps. 57. Furor illis secundum similitudinem serpentis sicut aspidis surdę obturantis aures suas, quæ non exaudiet uocem incãtantium, & uenefici incantantis sapienter. Loquitur prophe ta de peccatoribus qui ut in uersu præcedẽti dicit. Alienati sũt a uulua, ideſt separati a charitate, quę est quasi uulua, ideſt porta ecclesiæ per quã cõcipit conuersos, Per charitatẽ enim incorporãtur ecclesię. Errauerunt ab utero recedentes a ueritate doctrinæ per quã nutriebantur in utero existentes, ideſt in congregatione ecclesię. Locuti sunt falsa malè uiuendo, uel malè docendo. Illis ergo siue in dæis siue hæreticis siue malis christicolis furor est scđm similitudinem serpentis. Furor est ad impugnandum ueritatem, & resistẽdũ

nun-

nunciantibus eam. Sicut Saulus ibat furijs inuectus & ditum toto corpore virus efflabat. Actuum. 9. c. Est ergo illis furor ad similitudinem serpentis qui semper gestat secum venenum mortiferū. Vnde dicit glo. ibi. Ira irreuocabilis. Ecce pertinacia. Nam pertinax dicitur irreuocabilis sic serpens antiquus qui nō solum veneno inobedientiæ, sed & pertinacię infecit primos parentes, vt persisterent in errore suo excusantes se. Pertinax durus, & obstinatissimus est in malo, vnde Iob. 41. Cor eius indurabitur quasi lapis. Et Iacob patriarcha prophetizans de pertinacia scribarum, & phariseorū quam ostenderunt in non recipiēdo doctrinam Christi qui scribæ, & pharisei cōiter descenderunt de Simeon & Leui filiis suis quib. tunc loquebatur ait. Maledictus furor eorum, quia pertinax in contradicendo Christo, & indignatio eorum, quia dura. Gene. pen. c. Inter serpentes nullus aūt pernicio sior aspide. Iuxta illud Deutero. 32. Venenum aspidum insanabile. Huic aspidi comparatur pertinax. Vnde dicit, quasi aspidis surdæ &c. Vbi tria de pertinaci.

¶Primo: quia renuit influentiam Dei aspirantis ibi. sicut aspidis surdæ.

¶Secundo: quia repellit sapientiam viri declarantis ibi. Quæ non exaudiet &c.

¶Tertio: quia contemnit sapientiam prælati fulminantis ibi. Vt venefici.

§. 2. Pertinax cōparatur aspidi.

¶Quantum ad primum pertinax assimilatur aspidi surdæ: quia non vult audire inspirationes de eis cedendo & assentiendo. Aspis a natura non est surda: sed astutè agit, vt sit surda quia vt dicunt naturales, & glosa ibi notat, qñ percipit se adiurandam, vnam aurem figit in terra, aliam obturat cauda, vnde nō audiēs sic non educatur de cauerna sua. Sic pertinax & durus ne audiat vocem Dei, quia ad cor loquitur per inspirationem, aurem figit in terra ex vna parte videlicet cogitatum suum ponit in terrena, in aliā mittit caudam, i. ex alia parte promittit sibi longitudinē vitæ seu peccata sequentia addit præteritis intendens in eis persistere, & ex hoc non audit vocem diuinæ inspirationis, vt educatur de cauerna malitiæ, sed vt dicitur in prouer. Cor durū male habebit in nouissimo, & Prouer. 28. Qui mentis est duræ corruet in malum, sicut accidit ad literam Pharaoni, cui cum pluries fuisset dominus locutus per Moysen, vt dimitteret populum suū liberum, pluries propositi, & promisit, sed detentus amore terrenorum, & vana spe euadendi flagella, noluit audire dominum, sed induratum est cor Pharaonis, vt dicitur Exod. 7. & persistens in sua pertinacia ad persequendum populum illum, demū in mari rubro submersus est. Stephanus etiā prothomartyr de pertinacia arguens Iudęos, cum quibus disputabat, Dura inquit ceruice, & incircuncisis cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis. Act. 7. Et dñs ad Moysen. Cerno quòd istæ populus duræ ceruicis sit, dimitte me vt irrascatur furor meus super eos, & deleam eos de terra. Exod. 32. Vnde & Hiero. Si non conuertamur, si duri colli sumus, si vsq; in finem in malis perseueramus, assiduè peccantiū non miseretur Deus, dist. 93. c. diaconi. Econtra Dei seruus dicit cū ps. 84. Audiā quid loquatur in me Deus, idest in mente occultis inspirationibus acquiescēdo, & executioni mandando. Et hoc est quod dicit deuota anima in canticis. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est mihi. Loquitur per occultam inspirationem ostendēdo suam bonitatem, & suauitatem, quam debet summè diligere & mundana & vana contemnere. Et tunc anima liquefit quando semota omni duritia, totam se Deo per viam facit, vt subintrent diuina in effectu, & currat effectu feruenter implendo mandata.

§. 3. Pertinax repellit sapientiā.

¶Quantum ad secundum repellit pertinax sapientiam hominis sibi declarantis errorem suum, & ideò assimilabatur aspidi quæ non exaudit vocem incantantium, quia non exiit de cauerna sua prout intendit incantator sic pertinax non vult de cauerna sui erroris exire, prout intendit prædicator, uel doctor qui eum admonet de peccato suo, cōtra illud agēs Prouer. 3. Ne innitaris prudētiæ tuæ. Et iliud Ro. 12. idipsum inuicem sentientes non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Veh inquit dominus per Esa. 5. c. qui sapientes estis in oculis uestris, & corā vobismetipsis prudentes. Magna superbia, & pertinacia ista est, vt velit quis plus sibi credere quam omnibus aliis cum nullus sit adeò sapiens quin aliquādo possit errare. Nec debet quis hoc inconueniens reputare, vt prædicatio, vel doctrina veritatis quę optima est significetur hoc per incantationē quæ mala est & prohibita. 26. qō. 5. c. 1. Nam hoc vsitatum est in scripturis sacris. Sic Grego. in li. morali, dicit Dauid qui malus fuit in proditione, & morte Vriæ significare dominum Deum, & Vriam bonum, & fidelem signare populum prauum Iudæorum pertinacē. Nam Deus ipsum populū Iudęorū hortabatur vt reuerteretur ad domum scilicet ecclesiæ in conuiuio suæ doctrinæ cū tenens cibum regium doctrinæ apostolorum ei mittens.

mittēs vt letaretur cum vxore ſua, ideſt ſapiē tia vera quam olim habuit populus, vt vxorē ſibi inhærens. Sed ipſæ populus iurauit, i. ſe firmauit pertinacia ductus ſe hoc non facturū, ſed ſecuturū archā quæ erat in papilionibus. i. ſinagogam quieſcentem in cerimonialibus legis, propter quod Dauid dimiſit eū cū literis continentibus mortem eius. Permiſit enim dominus illum populū in ſua pertinacia ſequi legalia, & in literis quas defert ſecū in teſtimoniū contra ſe. 2. Reg. 11. Non exaudit igitur pertinax vocem incantantiū, quia non acquieſcit ſniæ ſapientum, & hoc eſt vale periculoſum. Nam pertinacia eſt quæ perficit rōnem hęreſis circa ea quę ſunt fidei. ¶ Dicit enim Petrus de Tharan. in 4. quod ad hęreſim requiruntur duo. Vnum quaſi materiale, ſcilicet error in intellectu. Secūdum quaſi formale ſcilicet pertinacia in voluntate. Vnde Aug. in li. contra Manicheos ait. Qui in eccleſia Chriſti morbidū aliquid prauūque ſapiunt ſi correpti, vt rectum ſanumque ſapiāt reſiſtant contumaciter ſuaque peſtifera dogmata emendare nolunt: ſed defenſare perſiſtunt hæretici ſunt. 24. q. 3. qui in eccleſia. Sed ſi quis in aliquo erraret æſtimās illam eſſe regulam, & fidem eccleſiæ paratus emendare cum ſciret non eſſet hęreticus. Vnde idē Auguſtinus. Si qui ſniam ſuam quamuis falſam atque peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt, quærunt autem cauta ſollicitudine veritatem corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos reputandi. 24. q. 3. dixit apoſtolus. Vñ & abbas Ioachim qui errauit circa myſterium trinitatis aſſerēs magiſtrum Petrum hæreticum pro eo qđ dixerat in 1. ſenten. di. 1. quod pater & filius & ſpiritusſanctus quædam ſumma res eſt dicēs ipſæ Ioachim non eſſe in trinitate vnitatem veram & propriam, ſed quaſi collectiuam & ſimilitudinariā, ſicut multi homines dicūtur vnus populus, reprobatur opinio & ſententia eius tanquam hæretica, & approbatur ſententia Petri prædicti tanquam catholica. Verum quia ipſę Ioachim ſubmiſit omnia ſcripta ſua correctionis ſedis apoſtolicæ aſſerens ſe tenere quod credit eccleſia, & ſic nō fuit pertinax in ſua ſententia, excuſatur a uitio hæreſis, vt habetur extra de ſum. tr. & fi. ca. c. damnamus. Abbas Seraphin eximiæ uitę & abſtinentiæ errabat in eſtimando Deum eſſe corporeum, & habere membra, manus, ſcilicet & pedes, & oculos ſicut homines, qa ſcriptura ſacra hoc refert, non intelligens medullam, & tamē nō fuit hæreticus, quia huic non pertinaciter inhęrebat, quod poſtea pro hæreſi fuit reprobatum ab eccleſia. 24. q. 3. c. pen. Vnde cum ſibi fuiſſet error ſuus demonſtratus a Ioāne Caſſiano eum dimiſit, vt refert idem Ioannes in collationibus patrum. Multum ſancti uiri vitium pertinacię a ſe excluſerunt. Aug. in 1. li. de trini. Non pudebit me ſicubi erro diſcere. Quiſquis hæc legit uel audit, vel pariter certus eſt pergat mecum, vbi parirer hęſitat quærat mecum ubi errorem ſuum cognoſcit redeat ad me, vbi mecum reuocet me. Ingredia mur ſimul veritatis viam tendentes ad eum de quo ſcriptum eſt. Quærite faciem eius ſemper, ideſt veritatem. ¶ Narrat Greg. in ſi. dialogo. de Paſcaſio dyacono perito viro, & magnæ uenerationis in populo pp ſuam probitatem adeō, vt dalmaticam eius mortui iacentis in feretro cum fierent exequiæ eius quidam dęmoniatus cōtingens liberatus eſt hic fuit repertus in balneis poſt mortem ſuam a ſancto Germano epiſcopo Capuano cum illuc acceſſit cauſa infirmitatis, & cum miraretur, & quæreret quid ibi agaret quem nouerat eſſe mortuum? Reſpondit ſe ibi deputatum. i. animam ſuam: ſed in corpore aereo aſſumpto apparentē, pp hoc qa cū rpe ſuo fieret ſchiſma in eccleſia duob. ſe gerentib. p papa. ſ. Symacho & Laurētio demū dimiſſō Laurentio a populo & clero ſuſceptus eſt Symachus, & habitus pro ſummo pōtifice vnico & vero. Ipſe tñ Paſcaſius permāſit aliquantulū pertinax in parte Laurentii quaſi ipſæ Laurentius eſſe deberet ſummus pontifex potius q̄ Symachus. ¶ Legitur etiam in vitaſpatrum, quod quia quidam pater magnæ abſtinentiæ pertinax fuit in ſua opinione ad credendum peccatum molliciei non eſſe peccatum, ſicut nec etiam cum quis purgat nares vel aures a ſuperfluitate, quas producit natura apparens poſt mortem ſe proprer hanc pertinaciam eſſe dānatum æternaliter amico ſuo reuelauit. dēt igit quilibet cauere ne ſit ptinax in ſuo sē ſit. Et cum in aliqua materia variæ reperiunt opiniones ſine præiudicio ſalutis ante determinationem eccleſię licet quamcunque earū tenere, ita tñ alteri inhęrere, quæ ſibi magis vī rationabilis, uel cōmunior quod paratus ſit tenere contrarium, ſi per eccleſiā illa determinaretur. Nam qui ſic pertinaciter inhæret vni, q̄ ēt ſi aliud eccleſia determinaret. illa nō defereret, pertinacia in eo hmōi eſſet mortale, ſicut Chriſtū habuiſſe aliqua in communi cum diſcipulis, vel non habuiſſe, vtrumlibet credi potuit ante determinationem eccleſiæ. Sed poſtquam fuit determinatum per

De Paſcaſio diacono.

Ioan.

Io.22. Christum habuisse in cõi cum discipulis aliquid pecuniæ & tenere pertinaciter contrarium esse hæreticum iudicatur, vnde quicunque sciens determinationem ecclesiæ teneret contrarium hæreticus esset, sicut sunt Fraticelli de opinione vulgariter dicti. Et nõ solum circa ea quæ sunt fidei & bonorum morum: sed ét circa agenda non debet quis esse pertinax in sensu suo. Vnde de B. Bern. cui tẽpore suo non fuit similis in sanctitate, sapientia & fama miraculorum, legitur q̃ hoc dixit ad extrema veniens in documentũ fratrũ. Sẽper magis secutus sum iudicium aliorum, q̃ proprium sensum.

§.4. ¶ Quantum ad tertiũ obaudit pertinax sententiam fulminantis excõicationis. Vñ dicit ps. 57. Non audiet vocem venefici incantãtis sapienter. Veneficus dr̃ quasi uenena faciens, sed in medicina sicut de serpente Tyro venenosissimo fit medicina, quæ dicitur tyriacha a thiro qui valet cõtra venenum & alios morbos. Veneficus ergo põt dici prælatus ecclesiæ qui de veneno excõicationis facit medicinã. Excõicatio. n. & venennũ vr̃, & medicina. Venenum quidem inquantũ ad statum temporalem excõicati qui ponitur extra numerũ fidelium ac si esset mortuus, & ét primitiuo tpe talis vexabatur a diabolo per excõicationẽ, vnde Apostolus. 1. ad Cor. 5. dicit de Corintho quodam quem excõicauit. Hunc tradidi Sathanæ in interitu carnis. i. ad vexandũ corpus, inficit ét alios excõicatus participantes scienter cũ eo, in casu non concesso, veneno peccati saltem venialis excõicationis minori, vel ét peccati mortalis q̃n hoc faceret in conceptum, vel q̃n participarent in diuinis officiis, ſm Tho. in 4. & alios. Fit tñ de hoc veneno medicina tyriacæ contra venenũ peccati mortalis ad ipsum propellendum. Ad hoc. n. ordinata est, & ꝓp hoc fertur cõtra aliquem, vt quia nõ vult audire sniam prælati recipiẽtis sibi sub pœna excõicationis, vt abstineat ab aliquo criminali opere, & emendet, pertinax manens, excõicatus sit, & euitetur ab omnibus fidelibus, & sic per pœnam illius confusionis reuertatur ad pœnitentiam, & spiritus saluus fiat, vt dicit Apostolus. 1. ad Cor. 5. de excõicato, & ideò Christus dixit Mat. 18. de peccatore nolẽte se emendare per fraternam correctionem. Dic ecclesiæ. i. prælato ecclesiæ si ecclesiam non audierit. i. si prælato ei præcipienti sub pœna excõicationis, vt desistat a malo non obedierit, sed pertinax fuerit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. i. non participes cum eo post excõicationem, vnde excõicatio medicinalis dr̃, non mortalis ab Aug. 2. q. 1. c. multi, nec obstat q̃d dicitur. 1. q. 3. nemo valet, q̃ anathema. i. excõicatio est æternę mortis damnatio: quia hoc est verum cum ip sa contemnitur & non seruatur, vt dicit glo. ibi. Reperitur maxima pertinacia, & inobedientia in illo cõtemptu, quæ faciunt hoiem dignum æterna damnatione, ét si sni a excõicationis iniustè lata esset contẽnere ipsam, & non seruare esset mortale ſm doct. nisi cõtinere t intollerabilẽ errorẽ. s. cũ excõicaretur q̃s, quia non vult aliq̃d malũ facere, vel post legitimã appellationẽ. Et ideò dicit Greg. Snia pastoris siue iusta, siue iniusta sit timenda est. 11. q. 3. Sed notandum q̃d dicit psalmus. Incantantis sapienter, pro quo alia littera habet medicamenti medicati, i. a sapiente medico præparati seu tẽperati. Si enim medicina non temperetur a sapienti medico ſm proportionem, & qualitatẽ infirmitatis & infirmi: non iurabit, sed nocebit. Nec sapiens medicus abscidit mẽbrum, cum aliter põt curare infirmum. Sic prælatus ecclesiæ non debet esse subitus ad fulminandũ excõicationem, Non. n. debet fieri nisi ꝓ mortali crimine, in quo est pertinax, & incorrigibilis, nolens parere mandato iusto prælati præcipientis, ſm Tho. in 4. Et 11. q. 3. c. Nemo. Neque quis debet inducere, vel petere fieri excommunicationem contra aliquem nisi cum sperat per illum modũ sibi satisfaciendum esse de damno habito, puta, quia credit quod propter hunc timorẽ ille qui lędit faciet debitum suum. Nam si faceret animo nocendi saluti illius, hoc pertineret ad liuorem vindictæ & esset mortale. Prælati etiam ipsi non debent ferre tales sententias in suis ordinationibus, cum verisimiliter æstimare valeant subditos eas non timere, nec propter eas ordinata seruare, hoc enim esse laqueũ iniicere animabus., quod contra eos militaret. Dicit enim Augustinus quod nihil sic debet formidare Christianus sicut separari a corpore Christi, scilicet per excommunicationem. 11. quæstio. 3. cap. nihil.

¶ Vnde excommunicatio maior dicitur anathema, quod interpretatur separatio. Nam talis est separatus a septem bonis magnis, & ideò summè debet timeri, & caueri semper. ¶ Primo est separatus a cœlo: quia nunquam intrabit cœlum nisi absoluatur ab ea. Vnde Christus ait Matth. 18. Quæcunque ligaueris super terram erunt ligata in cœlo, ideſt a Christo, & a curia cœlesti, etiam si iniustè ligaretur & contẽneret. Vnde Chrisost. Nemo contemnat vincula ecclesiastica, quia non est

Excõicatio dicit medicina & venenum.

Prelatus non dẽt subito dare excõicationem.

Excõicatus est separatus a septẽ bonis.

homo qui ligat: sed Christus qui dedit potestatem talem hominibus,& homines fecit dignos tanti honoris. 11.q. De Christo autem dicitur Apoc. 3. q̃ habet clauem, scilicet regni cœlestis, claudit & nemo aperit, ideſt cui claudit cœlum, quod facit per excommunicationem nemo potest aperire illi nisi ipsæ qui non aperit permanenti in excõmunicationẽ. ¶Secundo separatur ab omni sacramento ecclesiæ. 3.q.4. Engeltrudam. Nullius sacramẽti talis est capax. Ratio est: quia est extra ecclesiam etiam numero Sacramenta autẽ conferuntur existentibus in ecclesia. Vnde talis nec absolui potest a peccatis in confessione quantuncunque esset contritus, & depositus ad faciendum omnia, nisi prius absoluatur a vinculo excommunicationis secundum Th. in 4.& si absolueretur non valeret, sed oporteret iterum postea absolui. Nec talis matrimonium contrahere potest. Si tamen contraheret tenet quidem matrimonium, sed peccat mortaliter contrahendo. Et si recipit ordines sacros vel exequitur actus eorum, vt celebrando, cantando euangelium, & huiusmodi, efficitur irregularis, indigens dispensatione papæ. ¶Tertio separatur ab ecclesiæ suffragio. Dicit Apostolus. Ro. 12. Omnes sumus. n. corpus in Christo, scilicet mysticum, & spirituale Clarum est, q̃ membrum separatum a corpore non recipit partem nutrimenti, qđ per cibum assumitur. Cibus huius corporis sunt orationes, & huiusmodi, & alia bona q̃ fiunt in ecclesia, sed excommunicatus est mẽbrum separatum ab ecclesia. Dicit enim Aug. Omnis enim qui excõmunicatur, s. iuste Sathanæ traditur, quomodo Sathanæ traditur, quia scilicet extra ecclesiam eicitur. Extra ecclesiã autẽ est diabolus, sicut in ecclesia Christus. 11.q 3. Omnis, & ideò non habet partẽ bonorum quæ fiunt a fidelibus. Vnde diabolus habet maiorem potestatem seruiendi in eũ spiritualiter,& temporaliter, ut dicit magister sentẽ. in 4. Nullius etiam indulgentiæ est capax. ¶Quarto separatur a diuino officio, vnde Isido. Cum excõicato nec orare licet. 11. q.3.c. Cum excõicato. Vnde dicunt docto. Ray. & alii, q̃ si excõicatus est in ecclesia, qñ dr̃ diuinum officiu debet admoneri, vt exeat ecclesiam, & si exire non uellet, uiolenter põt emitti: Et si hoc fieri non posset propter potẽtiam personæ debet dimitti officium quousque exeat etiam missa si nondum incœpit canonem. Secus si incœpisset, quia tunc debet prosequi vsque ad cõionem sumptam, & postea residuum de ecclesia exeũdo in sacristiã dicere, hoc autẽ seruandũ est qñ excõicatio est notoria. Nã si occulta est, nõ vitãdus in publico, ne ꝑdatur crimẽ, hoc tñ ꝑ decretũ Cõstã. ꝓhibita est hmõi participatio in diuinis quo ad excõicatos denũciatos in ecclesia & notatim. Tñ vide hoc plenius infra in 3. par. ti. 26. c. 1. & 3. Ipsæ tñ excõicatus sciẽter participãs in diuinis nõ euadit mortale peccatũ. Et simiiter participãs cũ eo in diuinis sciẽter ſm Th. in 4. & Arch. Ad qđ facit qđ habetur. 11.q.3. c. Qui cõicauerit vel orauerit cũ excõicatis, si laicus est excõicetur si clericus deponatur. Et intelligitur de excõicatione nõ in crimine criminoso, quia incideret in excõicationẽ maiorẽ eandẽ. Sed de cõicando in aliis ex contemptu, & de orando in diuinis officiis. Talis. n. pœna. i. depositionis & excõicationis nõ infertur nisi pro mortali. Intelligẽdũ ẽt illud ſm modificationẽ illius decreti Cõstantiens. ¶Quinto separatur a fideliũ consortio, quia non põt participare cũ aliis fidelib. nec ipsi cũ eo in comedendo, vel bibendo, vel salutãdo, vel orãdo, vel cõicando. Vñ versus. Os orare vale cõio mensa negatur. s. excõicatis. Os. i. locutio, mensa, i. comedere cũ eis, aliàs contrariũ faciẽdo in casu nõ concesso incurrit excõicationẽ minorẽ ipsæ participãs, cũ quasi accederet ad aliqđ sacrm scienter ante absolutionẽ peccaret mortaliter: sed a quolibet simplici sacerdote qui põt audire eius confessionẽ põt ab ipsa absolui. Insup peccat saltẽ veniali ter sic participando, mortaliter autẽ si faceret hoc ex contẽptu. Et similiter ipsæ excõicatus participando cũ aliis. Excipiũtur tñ quidã casus in qb. licitè põt participari cũ eis, qui cõtinẽtur. in hoc vsu. Vtile lex humile res ignorata necesse. Hr̃ hoc. 11.q.3. Qm̃ inter tex. & gl. Sed declarationẽ horũ hẽs plenè in 3. par. tit. 26. c. 1. qđ autẽ nõ dẽant fideles participare cũ excõicatis ex exordinatione apostolorũ. Vñ. 1. Cor. 5. dicit Apostolus. Si qs frater noiatur, aut fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus &c. cũ hmõi nec cibũ sumere. s. licet. Vbi dicit Aug. q̃ Apostolus noiationẽ appellat excõicationẽ. 2.q.1. Multi, ad hoc ẽt facit qđ habetur. 11.q.3.c. sicut apostoli, cũ ca. se. ¶Sexto separatꝰ a quolibet actu legitimo, vnde nec testificari põt nec accusare, nec aduocare, nec iudicare, & iudicata per eum cum notoriũ esset non tenerent, nec absoluere, nec ligare, nec eligi potest ad dignitatem seu prælaturã, nec eligere. Vide declarationẽ horum in tertia par. titu. 25. capitu. 76. in capitulo de causa, finali excõicationis solũ ad prædicationem admitti potest, sicut & infidelis quilibet ut cõuertaꝰ ex do-

Excõicatus non põt testificari, nec accusare,

ex doctina ad ueram pniam, & obediẽtiam. Et in primitiua eccleſia ad oſtendendã auctoritatem prælatorum ipſius & roborãdam, & inducendum timorem, & reuerentiam eis, qui excommunicabatur immediatè corpora liter uexabatur a diabolo, ſicut patet. 1. Cor. 5. de Corintho, quem propter incæſtũ notorium Apoſtolus excõicauit dicens. Hunc tradidi ſathanæ vt ſpiritus eius ſaluus fiat &c. ¶Septimo ſeparatur poſt mortem a fidelium ſepulchro, & officio, quia non debet ſepeliri in eccleſia, uel cęmiterio, ſed extra ſicut animalia bruta, & infideles, nec debent deferri cum modo conſueto fideliũ ad eccleſiam, aliàs qui cõtrariũ facerent ſcienter peccarent mortaliter, & incurrerent clerici excommunicationẽ, de quo tamẽ uide in 3. par. ti. 25. ca. 33. Nec poſſunt fieri pro eo orationes ſolẽnes ſeu officiũ, niſi prius abſolueretur poſt mortẽ a ſentẽtia, quod fieri põt quando apparent ſigna cõtritionis ante mortẽ, quod quæſiuit abſolutionẽ. Exemplũ de illis ſanctimonialibus quas beatus Benedictus excommunicauit propter loquacitatem ſuã, quæ poſt mortẽ earum uiſę ſunt exire de ſepulchris, & de eccleſia quãdo celebrabatur, & dicebatur officium quas cum beat. Benedictus reconciliaſſet non ſunt uiſæ amplius exire. Vide hoc in 2. dialogorum beati Gregorij Papę.

¶De *Hypocriſi.* *Cap.* 7.

HYpocriſis filia eſt inanis glorię. Et inter pſecutiones eccleſiæ graues figuratas p quatuor beſtias, quas Daniel uidit de mari egreſſas, hæc ẽ tertia, prima. n. beſtia ſimilis leænæ fuit perſecutio tyrannorũ infideliũ, & q crudeliter ut leænę deſeuierũt cõtra eccleſiã p cruciatus uarios, ex qua multi pierunt corpore multi aũ fidẽ negantes. Scda beſtia ſimilis vrſo ſignificauit pſecutionẽ hęreticorũ, q varijs, & falſis doctrinis fideles uexauerũt & multos interfecerũt erroribus. Tertia ſimilis erat pardo qui habet colorem variũ, & ſignat pſecutionẽ quæ nũc eſt hypocritarũ qui ſub vario colore ſanctitatis multos decipiunt, & ad uitia perducunt. Hanc ſequetur pſecutio. Antichriſti ſignata p quartã beſtiã feram diſſimilẽ aliis, qui præcipue cũ hypocritis cõtra veros fideles pugnauit. ¶Hypocrita aũt vt dicit Iſid. in li. ethi græco vocabulo in latino ſimulator interprætatur, qui dumuitijs malus ſit bonum ſe palã oſtẽdit hypoc. enim falſum, & criſim iudiciũ interprætat, q falſũ iudiciũ inducũt in mẽtibus hoĩm, q. ſ. ex illis bonis actib. exterioribus iudicãt eos bonos vñ idẽ Iſid. dicit quod hypocritæ nomẽ tractũ ẽ a ſimilitudine eorũ, q in ſpectaculis cõtecta facie incedũt diſtinguẽtes vultũ uario colore, vt ad perſonæ quã ſimulãt colorẽ ueniãt, mõ in ſpecie viri, mõ in ſpecie fęmĩnę ut ẽt laude populũ fallãt, ſicut cũ fingit ſe eſſe Iouẽ vel Herodẽ, vel Chriſtum, vel angelũ & hmõi, vel ſecundũ alios ab ipſo quodeſt ſupra, & criſis quod eſt aurum, dicitur quaſi deſuper aurũ, hypocrita enim de ſuper, ideſt ab extra in operibus oſtẽdit ſe eẽ aurũ ſanctitatis, ſed intus eſt lutũ cupiditatis, vnde Gre. de hypocritis loq̃tur tractãs illud Iob. 41. Sternet ſibi aurũ quaſi lutũ. ſ. Leuiathã, de quo ibi loquitur q ſignat vel diabolũ, vel Antichriſtũ, qui aurũ. i. viros ſanctitate fulgentes, ſm exteriora, ſubſternit ſibi quaſi lutũ, ideſt vitijs coinq̃natũ ſubiicit. Hi ergo & per aliquid aurũ & p aliquid lutũ ſunt, ſicq, aurũ quaſi lutũ ſternit, qñ ocultis peccatis exigentibus p quoꝺ lutum erant etiam virtus, quæ publicè claruerat, per quod aurũ erant manifeſtè diſſipat, de pę. di. 2. c. multi. Eſt ergo hypocriſis ſimulatio quędã nõ oĩs, ſed illa qua quiſi mulat perſonam alterius. i. per opera de genere bonorum oñdit ſe exterius ſanctitatẽ habere, qua p peccatũ priuatur, hoc autẽ peccatũ eſt. ſ. ſimulatio talis. Rõ huius ẽ, quia ẽquodã mẽdaciũ. Mendaciũ ãt ſemper eſt peccatũ ſcđm Au. ¶Pro cuius declaratiõe dicit b. Th. 2. 2. q. 111. ar. 1. q ad virtutẽ veritatis pti net ut aliqs talẽ ſe exhibeat exterius p ſigna exteriora qualis ẽ. Signa ãt exteriora ſũt non ſolũ verba, ſed ẽt facta. Sicut ergo veritati opponitur q aliquis p verba exteriora aliud ſignificet, q̃ habet apud ſe in mẽte, q pertinet ad mẽdaciũ, ita ẽt veritati opponitur, q aliqs per aliqua ſigna factorũ, vel rerũ aliquid de ſe ſignificet contrariũ ei q in eo ẽ, qđ ,ppriè dicitur ſimulatio. Vñ propriè dicitur ſimulatio eẽ quodã mẽdaciũ in ſignis exteriorũ factorũ. Nõ refert autẽ utrũ qs uerbo, uel facto mẽtiatur quin. ſ. illud nõ ſit mẽdaciũ & peccatũ. Notãdũ tñ diligenter ſcđm Th. vbi ſup. q ſicut aliquis verbo mẽtitur, qñ ſignat illud qđ nõ eſt, nõ ãt qñ tacet qđ eſt, quod aliqñ licet. Ita ẽt ſimulatio eſt qñ quis per exteriora ſigna factorũ, vł rerũ ſignificat aliquid qđ nõ eſt, nõ autem ſi aliquis prætermittat ſignare quod eſt. Vñ poteſt aliquis peccaũ ſuũ occultare abſque ſimulatione. Et ſecundum hoc intelligẽdum eſt dictum Hiero. ſ. ſecunda tabula poſt naufragium eſt peccatum abſcõde re, ideſt non manifeſtare alijs extra confeſ-

Hypocriſis ueritati opponitur

Hypocrita dr.

sionem, ne. ſ. aliis Iude ſcādalum generetur. Propter q̄ inuectiuè dicitur, cōtra manifeſtātes ſcelera ſua. Eſa. 3 Peccatum ſuū quaſi Sodoma prędicauerūt, nec abſcōderūt. ¶Sciendum etiā ſecundū b. Th. vbi ſupra ar. 2. q̄ habitus ſanctitatis puta religionis vel clericatus ſigna ſtatū, quo quis obligatur ad opera perfectionis, & ideo cum quis habitum ſanctitatis aſſumit intendens ſe transferre ad ſtatum perfectionis, ſi per infirmitatem deficiat, non eſt ſimulator, vl̄ hypocrita, nec tenet̄ talis manifeſtare peccatū ſuū ſanctitatis habitū deponēdo. Vnde Greg. 31 moral. dicit quod ſunt nōnulli, qui ſanctitatis habitū tenēt, & perfectionis meritum exequi non ualent. Hos nū q̄ credēdū eſt in hypocritarum numerū currere, quia aliud eſt infirmitate, aliud malitia peccare. Si autē ad hoc ſanctitatis habitū ſumeret vt ſe iuſtum oſtēderet, eſſet ſimulator & hypocrita. Notādū ēt ſm eūdē. 2. 2. q. 196. ar. 1. quod religio nominat ſtatum pfectiōis ex intētione finis, non ex habitione ipſius perfectionis. Vnde nō oportet q̄ quicūq; eſt in religione ſit iam perfectus, ſed q̄ ad perfectionem tēdat. Nō ergo eſt talis hypocrita ſi non habet pfectā charitatem, ſed ad hoc tendere tenet̄ & operam dare, ut habeat perfectā charitatem per exercitia religionis, quod ſi cōtēnat tendere ad perfectionē per ea quę ſunt religionis, tūc eſt ver hypocrita, & ſimiliter ſi ingredit religionē, vl̄ clericatū aſſumat pp tpa litatē principaliter, ut ſub habitu ſctitatis mūdo fruat. ¶Si āt q̄rat vtrū hypocriſ. ſit mortale pcm. Rndet b. Th. 2. 2. q. 111. ar. 4. q̄ in hypocriſis ſūt duo. ſ. defectus ſanctitatis, & ſimulatio ipſius ſi ergo hypocrita dicat̄ ille eius intentio feratur ad vtrumque, ut. ſ. aliquis non curet ſanctitatem habere, ſed ſolum ſanctū apparere, ſicut conſueuit accipi in ſacra ſcriptura, ſic manifeſtum eſt quod mortale eſt. Ratio huius eſt, q̄ a nullus totaliter priuatur ſanctitate, niſi propter morale, ſed talis priuatur ſanctitate totali. Si autem dicatur hypocrita ille qui intendit ſimulare ſanctitatē, a qua deficit p peccatū mortale, ita q̄d hypocriſis ſolū dicatur ipſa ſimulatio ſanctitatis, tūc q̄uis talis ſit in peccato mortali, ex quo priuatur ſctitate, nō tamē ipſa ſimulatio eſt ei sē p in peccatū mortale, ſed q̄nque uenīale, q̄d diſcernendum eſt quādo. ſ. ſit mortale vel uenīale ex fine intento in ipſa ſimulatione. Nā ſi finis repugnet charitati Dei vel proximi, puta ut diſſeminet errores, vel damnificet ꝓximū notabiliter erit mortale. Si autē finis non repugnet charitati Dei, vel proximi, puta cū delectatur ipſa fictione erit veniale, de quo philoſophus dicit quod ē magis unus quam malus, in 4. Ethi. Pe. de Pal. ēt in ſcriptis dicit quod ſi quis ſimulat opera ſanctitatis, vt iniqtas ſua pallietur & ipſę ſctūs reputetur, delectatus ipſæ laude ſui hypocriſis eſt ſem p peccatū. Si autē hoc faciat vt Deus honoret̄, & proximus ædificet̄, ſicut ſi religioſus oſtendat corā laicis maiora ſigna pfectiōis, q̄ corā fratrib. ſuis, vt illi ędificent̄, ſic nō eſt hypocriſis, vel ſi eſt largè ſumpta pcm nō eſt. Vñ de b. Dñico legitur, q̄ cum in itinere multum ſitibūdus eſſet prius ſitim extinguebat ad fontē, & poſtea in hoſpitio parum bibebat de uino, & hoc ne aſpicientes ſi ibi uoluiſſet ſatisfacere ſiti cū potatorē reputarent, ſed abſtinentem & ſobrium, & ſic etiam fratres ſuos docebat, vt corā populis oſtēderent exēpla sāctitatis ad eorum conuerſionem. ¶Prædicatio Chriſti multum fuit contra hypocritas, & nullum hominum genus videtur ita acriter, & frequenter rephēdiſſe ſicut hypocritas, vt patet i euāg. Primū vitiū, a quo eccleſia ī principio quadrageſimæ docet abſtinere, ē hypocriſis. Cū ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Matth. 6. Et rō ē q̄a hypocriſis eſt impeditiua fructus pniæ ad quā inducere intēdit eccleſia i illo tpe. Fructus. n. pœnitētiæ eſt remiſſio culpę & adēptio gloriæ. ſcđm illud. Pœnitētiā agite appropinquabit. n. i uobis regnū cælorū. Sed hoc auſert hypocriſis, Vñ Iob dicit, Nō apparebit in cōſpectu domini oīs hypocrita. i. nullus hypocrita, & Eſa. 33. ēt ait, Cōtriti ſūt i Syō pctōres poſſedit tremor hypocritas, tremor. ſ. dānatiōis. Hoc vitiū ſūmē deteſtati, ſūt oēs ſancti vñ & Aug. dicit. Nolo habere hypocritas. Malū eſt cadere a p poſito, peius eſt ſimulare propoſitū, ſi nō ſeruat foris ſanctitatem dimidius cecidit, ſi intus hūit ſimulationē totus cecidit. 12. q. 1. Cer tè vbi dicit glo. q̄ vult dicer̄ q̄ ē peius p hypocriſim peccare, q̄ manifeſte. i. magis piculoſū ſibi & aliis, ſibi, q̄a corrigi nō pt, cū ſit occultū peccatū eius aliis q̄a non ita poteſt caueri. Ad quod facit lex, quę dicit quod plus eſt veneno occidi, quā gladio. C. de maleſi. l. Vnica.

Vtrū hypocriſis ſit mortale.

¶Cōtra hypocritas loquēs dñs p pſ. 49. peccatori dixit Deus. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtm̄ meū p os tuū? Tu uerò odiſti diſciplinā. Vbi tria pnt notari ad hypocrita. ¶Primo ſimulatio sāctitatis ī actiōe, ibi. quare tu enarras iuſtitias meas? ¶Scđo oſtētatio ꝓbitatis in locutiōe. ibi. & aſſumis teſtm̄ meū. ¶Tertio deteſtatio uirtuoſitatis ī affectione. ibi. Tum verò odiſti diſciplinā &c. §. 1.

¶Quantum

§.2. ¶Quantū ad primum. Narratur aliquid non ſolum ſermone, ſed & opere ſicut cœli enarrant gloriam Dei, nō loquēdo, ſed opere ſuæ claritatis & influxus in inferiora, & cęli ſpirituales operibus virtutum & miraculorū enarrant gloriam Dei. Iuſtitia hic dicitur opus de genere bonorum, vt eleęmoſyna, ieiunīū, oratio, & huiuſmodi. Vnde magiſter veritatis docens vitare hypocriſim ait, attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominib. ne videamini ab eis. Mat. 6. Iuſtitiæ Dei dicūtur & noſtræ opera bona noſtræ: qa a nobis ſunt, Dei quia a Deo inſpirantur, vel quia ad Deū diriguntur, ſi bene fiant, peccator ergo narrat iuſtitias Dei cum hypocrita facit opera de genere bonorum, vt appareat iuſtus. Sed ſimulatores, & callidi prouocant iram Dei ait Iob. Et ideò dī Eccleſiaſt. 1. Non fueritis hypocrita in cōſpectu hominū. Sed largè ſumendo.

¶Nota quod triplex eſt hypocriſis.

¶Prima eſt dęmonis.

¶Secunda carnis.

¶Tertia hominis.

Hypocriſis dęmonis. Magnus hypocrita eſt diabolus. Nam vt (ait Apoſtolus. 2. [Cor. 11.]) Ipſæ ſe transfigurat in angelū lucis. Et hoc dupliciter. ſ. viſibiliter, & inuiſibiliter. Viſibiliter dum ſumit ſpeciem ſanctitatis, in qua corporaliter appareat, vt ſanctus æſtimatus perſuadeat malum. Sicut apparuit Sauli in ſpecie Samuelis ſancti prophetæ quando conſuluit phitoniſſam, vt habetur. 1. Regum. 28. vt ſic adoretur ab eo ſecūdum Aug. Sic enim apparuit Antonio in forma Chriſti, cuidam nouitio in forma virginis Mariæ, In forma angeli boni multis perſonis. Inuiſibiliter dum ſuggerit malū ſub ſpecie virtutis. Vnde Gre. ait. Sæpe vitia ſe ingerunt. & virtutes eſſe ſimilantur, ſicut tenacitas, per ſimonia ꝓdigalitas liberalitas, furor, zelus, remiſſio, miſericordia, indiſcretio, & abſtinentia. In huius figuram legitur Hiere. 41. ꝙ octoginta viri de Sichen, & de Silo, & de Samaria raſi barba, & ſciſſis veſtibus ſqualentes cum irent ad templum Dei munera, & thus habentes in manu, vt offerent domino Iſmahel qui erat de ſemine regio egreſſus in occurſum eorum de Maſphat incedēs, & plorans ibat, qui dixit ad eos: Venite ad Godoliā quem ſcilicet præfecerat rex reliquiis Iuda, ꝙ cum veniſſent ad medium ciuitatis interfecit eos, ſolum euaſerunt ex eis. 10. qui dixerunt ſe habere theſauros abſconditos. Viri iſti ſignant virtuoſos quos etiam numerus figurat. Nam reſultat ex denario octies multiplicato: numerus denarius deſignat decalogum veteris teſtamenti, & octonarius octo beatitudines noui teſtamenti. Vtraque ergo ſeruantes barbam radunt, quia de propriis uiribus fiduciam ſibi ſubtrahunt. Veſtes qui ſibimetipſis in exterioris decoris laceratione non parcunt oblaturi in domo domini thus, & munera deferunt, qui exhibere in ſacrificio domini orationem cum operibus pollicentur, ſed tñ ſi in ipſa ſancta deuotionis via cautè circumſpicere neſciunt, Iſmahel, ideſt diabolus de ſemine regio, quia a Deo creatus occurrit, cōpaſſionem ſimulans & profectum, & ad dominum terræ quaſi promouere velle oſtendens dum. ſ. inſtigat ad aliquod bonum, vt per hoc inducat malum, puta prælationem, prædicationē, audientiam confeſſionum, viſitationem parē tum, a dconuerſionem eorum, frequentationem mulierum ad ſanctos viros, & huiuſmodi. Sed in ipſa via talis piæ operationis occidit, dum ambitione, ſuperbia, terrena cupiditate, negligentia, amore ſenſuali, a vita gratiæ ſe iungit, ſolumque pœnitentes euadunt manus, qui figurantur per habentes theſaurum occultum. In 1. moraliū, circa fi. De iſto hypocrita dicit Chriſtus loquens de malo ſeruo partē eius cum hypocritis ponet Lu. 12. ideſt cum dęmonibus. Humilitas. 1. timor, & fiducia diuini adiutorii, & timor ſuiipſius faciunt cognoſcere deceptiones huiuſmodi, vnde pſ. 15. Ab altitudine diei, ideſt diaboli qui ſe trāſfigurat in angelum lucis timebo, ego vero in te ſperabo ſ. liberari ab eo. Hypocriſis carnis. ¶Caro ēt eſt magna hypocrita, & hoc dupliciter. Vno modo ſimulat ſe eſſe infirmam & debilē, & nō poſſe facere quæ ſuggerit ſpiritus, ſ. ieiunare, vigilare, & huiuſmodi. Mat. 26. Spiritus quidē prōptus eſt caro autem infirma. Et alqn conqueritur ipſa caro ſeu ſenſualitas cōtra ſpiritum, ꝙ nimis grauat eam, & ꝙ non poterit perſeuerare. In huius figuram legitur Thob 3. ꝙ cum Saray reprehenderet ancillam de ſuis inſolentiis illa murmurans contra eam contumeliā inferens ait. Nunquid me uis interfi.e re, ſicut interfeciſti viros tuos, nunquam videamus ex te filios interfectrix virorum tuorum? Saray ſignificat rōnē, ancilla ſenſualitatē. Cum aūt rō arguit ſenſualitatē de ſuis leuitatibus, & reprimit eam murmurat caro, ſeu ſenſualitas conqueritur, ꝙ nō ei permittitur ſequi appetitus ſuos. Caro. n. concupiſcit aduerſus ſpiritū, & ſpūs aduerſus carnē ad Gal. 5. Accuſat ipſam rōnem ut crudelē, & interfetricem ſeptē virorū, Septē viri ſunt quinque ſenſus, & appetitus concupiſcibilis, & irraſcibilis, quo tō mortificat quo ad uitia & va-

Vitia ſimulantur uirtutes aliqn eſſe.

nitates. Vîri sunt quia legitimi dati a Deo, vt eos licitè sequatur, & obediat rôni vsq; ad vsum liberi arbitrii, sed postea mortificantur concupiscentiis, & si ratio vult viua permanere. Et cum ancilla, ideſt caro quærit aliq̃d inordinatè facere, ratio coercet & arguit eam, & de hoc ipsa conqueritur dicens se indiscrètè habere, & occidere velle corpus. Et commi nans quasi optat, vt filios bonorũ operum nõ generet. Sed ratio lachrymis, & orationibus se debet iuuare vt illa fecit. Aliã hypocrisim exercet caro per illusionem. Aliq̃n enim simulat se quasi mortuam vitiis, & tentationibus, vt non sentiat spiritus tentationes carnis, & cum ei offeruntur magnæ occasiones, & pericula malorũ, vt conuersando cum mulieribus domesticè, vel mulieres cum viris non patiãtur stimulos aliquos, vt ex hoc spiritus confisus de sua constantia, & virtute demum ruat in aliquod scelus. Vnde similis est vulpi quæ est animal fraudulẽtũ & læsiuũ. Vulpis enim q̃n famescit, cũ per aliam viam sibi prouidere non põt ponit se extẽsam in agro quasi sit mortua, q̃d aues quæ circunstant videntes appropinquant sibi, & videntes ipsam non moueri æstimantes mortuã volitant super eam, & tunc vulpis callida surgit velociter, & capit aues, & comedit. Ita caro simulat se mortificatã vitiis, & passionibus, sed cum ex hac confidentia quis sibi non cauet: sed operatur incautè, insurgit caro, & occidit spiritum. Sic in figurã huius Sanson fortissimus qui nimis confidit de Dalida muliere dilecta, cum tñ expertus fuisset pluries insidias eius, dormiens in gremio eius abscisis capillis traditus est i manus inimicorũ per eam. Sanson spiritus robustus, Dalida sensualitas, quã naturaliter quis multum diligit, & tñ experitur sæpe insidias eius contra ipsum quamuis fingat se diligere spiritum. Si autem nimis cõfidit, ita quod obdormiat torpore & negligentia, abscisis affectibus, & propositis deuotis mentis quasi capillis capitis imperceptibiliter traditur in manus dęmonum illudendus. ¶ Tertia est hypocrisis qua vnusquisque quærit decipere aliũ sub specie sanctitatis, sicut discipuli pharisęorum cum Herodianis, q̃n interrogauerunt Christum sub specie inquirendi veritatem, si liceret dari censum Cęsari, præmiserunt magnã cõmendationem eius dicentes. Magister scimus, quia verax es &c. vt scilicet sic simpliciter aperiret eis cor suũ, intendentes ex responsione sua eum calumniari vel capere. Vnde Christus dixit eis, quid me tentatis hypocritæ? Mat. 22. Dupliciter ẽt quis quærit decipere per hypocrisim alios. Vno modo in spũalibus, vt cũ quis prẽdit magnã austeritatẽ vitæ, & mortificationẽ, & detestationẽ vitiorum vt videntes deuotione afficiantur ad eũ, & sic disseminare valeat errores, & hæreses, sicut faciebant illi hęretici qui erant tpe beati Dñici, vt habetur in legenda eius, & Fraticelli de opinione, & multi alii. Quidam alii faciunt se patres spirituales simplicium mulierculârum, & sub specie obedientiæ & mortificationis, & cum exemplis sanctorum quasi similibus inducunt ad multas turpitudines, vnde Apostolus. In nouissimis diebus recedent q̃dam a fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dęmoniorum loquentium hypocrisi mendacium, & Mat. 7. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouiũ intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Attendite, ideſt diligentius cõsiderate & cauete. Prophetæ dicuntur prædicatores, religiosi, & prælati falsi sunt hypocritæ sunt. Vestimẽta ouium, quæ deferunt sunt opera de genere bonorũ. Lupi rapaces intus sunt quantum ad intentionẽ malam decipiendi, & opera occulta mala. Vñ & in figuram huius mandauit dñs in lege. Non seres agrum diuerso semine, semen est verbum ex cuius emissione, seu pronũciatione sequitur conceptus in mente audiẽtis, ager est mundus. Seminat autem agrum diuerso semine, qui agit pia opera, & dicit bona verba, & exinde proponit crimina tanquam licita, & falsa documenta, vt semen diuersum a primo seminato. ¶ Alio modo intendit decipere proximum per hypocrisim in temporalibus, vt cum quis prætendit opera sanctitatis, vt adipiscantur ecclesiasticam dignitatẽ, vel beneficium, vel si est laicus frequentat ecclesias, audit missas, eleęmosynas multiplicat palam prædicationes non dimittit, religiosis, & famosis personis familiaris efficitur, vt sic simplices, & viduæ existimantes bonos tales viros confidant de ipsis, & pecunias eis tradant ad negociandum, quas eis auferunt dicentes se amisisse, & infortunia passos. ¶ Hoc dñs phibet figuratè in lege veteri dicens. Nõ indueris veste quę lana linoque contexta est. Vestis quæ corpus circunstat est conuersatio exterior nostra, in qua apparemus hominib. Lana quæ calida est & fructus ouis animalis innocentis sunt opera charitatis. i. de genere bonorum, quæ propriè fiunt ab ouibus Xpi, lĩnũ q̃ frigidũ est, & fructus terræ sunt opera iniqtatis q̃ frigidũ reddũt aĩum, & oriunt ex cupiditate. In veste aũt lana linoque contexta lana apparet, & linum quasi sub ea latet, & ideo

De astutia vulpecuulæ.

Hypocrisis hominũ.

Hypocrisis pter tẽporalia.

Hypocrisis pter tẽporalia.

ideò congruè signat conuersationem hypocritarũ in quib. opera deforis bona patẽt, sed intus in corde opera praua latent, & cupiditate plena. Cauenda est ergo hypocrisis & hoc q̃a mortem animæ inducit. Vnde Aug. Malui habere cæcos, vel claudos. i. simplices, & imp fectos, q̃ plangere mortuos, quicunque hypocrita est mortuus est 12. q. 1. Nolo.

§ 3. Hypocrita ostẽtat se bonum in uerbis.

¶ Secundũ quod notatur de hypocrita ẽ ostẽtatio bonitatis in sermone, cum dr assumis testm̃ meum p os tuum. Testm̃ Dei est sacra scriptura, q̃ testamẽtũ Dei dr, q̃a ibi Deus attestat. i. manifestat filiis suis, quid agere debeant, vt hæreditatẽ eius capiant. In hoc testõ agitur de materia confessionis, de materia dilectionis, laudationis & de materia p̃dicationis, & totius christianę religionis. Assumit ergo hypocrita testũ Dei p os suum & malè dum confitetur fictè, non manifestans omnia peccata quę recolit, sed quibusdã expressis alia q̃ verecũdiora sunt dimittit, ne reputetur ita malus sicut extitit, sed bonus vel minus malus, q̃ ad hypocrisim pertinet. Vñ Aug. Cautus sit pœnitens, ne verecũdia ductus, diuidat cõfessionẽ, hoc est. n. ad hypocrisim tendere, & sp venia carere, de pæ. dist. 1. quinimmo nouum mortale committi. Clerici quoq; & religiosi cum dicũt officium diuinũ assumũt testm̃ Dei p os suum, quia psalmi sunt de ipso testõ sed si uoluntariè mẽte distrahuntur hypocrisis est, quia ex ipso actu ostẽdũt se diuinis vacare cũ tñ mentem habeãt ad inutilia & vana. Vnde dñs Iesus Matth. 15. hypocritæ bene prophetauit de uobis Esa. dicẽs populus hic labiis me honorat, cor aũt eorum longè est a me, quod vtique graue peccatum est & magna Dei irreuerentia, sicut si quis aliquid petens ab aliquo magno dño cum secũ loqueret interrumperet sermonem, & cum famulo eius confabularet. Orare aũt est cũ dño Deo loqui. Et ideò magna irreuerentia ẽ ad alia uoluntariè duerti. Prelati & p̃dicatores assumunt testm̃ Dei p os suũ, dũ p̃dicãtes scripturas dicunt & non faciunt, corrigunt & reprehendunt grauiter defectus alio rum, cum tamen ipsi sint similes vel peiores, quibus dicit Christus. Lu. 6. hypocrita eiice prius trabẽ de oculo tuo. i. grauia peccata de oculo mentis, & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. i. aptus eris ad corrigendum minora aliorum peccata. ¶ Septem maledictiones inuehit dominus cõtra scribas, & pharisęos hypocritas significantes rectores ecclesiarũ prædicatores, & religiosos hypocritas, ut habetur Matth. 23. ¶ Prima est. Veh uobis Scribe & Pharisei, qui deuoratis domos uiduarũ, simulates longam orationẽ. Hi sunt qui promittunt dicere & missas & psalteria, & plures oratiões in missis, & nil faciũt, & ad inueniũt orationes b. Cypriani, & breuia varia, & sic dilatant phylateria sua secundum Chrisost. ¶ Secunda est. Veh vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ q̃ circumittis mare, & aridam, ut faciatis vnum proscriptum, & cũ factus fuerit faciatis eum filium gehennę duplo, q̃ uos proselitus dicebatur, qui ex gentilitate cõuertebatur ad Iudaismũ sicut Ruth Moabitis, & Achior, hoc cum magno studio procurabant illi pharisei, & locum nũc tenẽt religiosi, qui utique non seruant regulã suã, sed tenent proprium, quos Aug. appellat hypocritas. 12. q. 1. Nolo. Solent hi quærere alios trahere ad religionẽ suam è seculo, & magnificant fimbrias suę religionis alijs præponentes, sed factum religiosum monachum, vel monialem, suis malis moribus & exemplis faciunt peiorem, q̃ cum esset in sæculo. ¶ Tertia est. Veh vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, qui decimatis mentam, & anetum, & omne olus & relinquitis quæ grauiora sũt legis. s. iudicium, & charitatem Dei. Hi sunt q̃ faciunt subtiles conscientias aliis, & imponũt onera grauia & importabilia in humeros hominum, diligito autem suo nolunt ea tãgere. Prædicant contra pompas & gloriam temporalem & ipsi sunt talibus implicati, diligẽter seruãt aliqua cerimonialia, charitate uacui. Quarta est. Veh vobis Scribæ & Pharisei, qui mundatis quod deforis est calicis & parapsidis, & intus pleni estis immunditia. Hi sunt qui ciuiliter uiuunt secundum doctrinas hominum, cauentes sibi in exteriori conuersatione neminem lędere verbo vel facto, affabiles cunctis, intus tñ pleni sunt ambitione & superbia, inuidia & odiis, amantes primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi. ¶ Quinta est. Veh uobis Scribæ & Pharisei, qui similes estis sepulchris dealbatis, q̃ apparẽt hominib. speciosa, intus aũt sunt plena spurcitiis. Hi sũt q̃ vident austeri, modesti, casti, & mortificati, sed intus sũt, & in occulto pleni delitiis amãtes primos recubitus i cœnis, vbi sũt meliores boli, & exinde penetrãt domos mulierũ. i. monasteria, & captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis, quas deuotas appellant pleni spurcitia carnalis amoris. ¶ Sexta est. Veh vobis Scribæ & Pharisei hypocritę q̃ ædificatis sepulchra pphetarũ, & patres uestri occiderunt illos. Hi sunt qui querunt hono

rare sepulchra sanctorum,& ecclesias eorum & ornare sculpturis,tapetis,argento,& auro, & luminaribus quasi affectum, & deuotionem ostendentes ad eos,cum nullam realiter habeant,sed si viuerent persequerentur eos, nec auditent nec imitarentur exempla eorũ. ¶Septima est. Veh uobis Scribæ & Pharisei hypocritę qui clauditis regnum cęlorũ ante homines. Vos enim non introitis nec introeuntes sinitis intrare. Veh autem secundum Hiero. importat damnationẽ æternam. Scribæ erant doctores & declaratores legis, Pharisei quædam pars populi religiosius cęteris venientes. Hi ergo nõintrãt in regnum ꝓpter vitia sua,nec sinunt intrare cupientes propter mala exempla quibus alios corrumpunt,unde dicit Aug. nemo in ecclesia amplius nocet,quã qui peruersè viuens nomen vel ordinem sanctitatis retinet. In exemplum quippe culpa vehemẽter extenditur,qñ pro reuerẽtia ordinis peccator honorat, dist. 83. Nemo. ¶Prohibuit dominus in veteri lege æsũ struthionis in figurã s.q̃ nullus sibi debet incorporare,& cõformare mores hypocritarũ, sed cauere,& expręsè dominus declarans inqt. Attendite a fermento phariseorum,quod est hypocrisis. Quod autẽ struthio significet hypocrisim,& quare ottẽdit Greg. li. 31. moraliũ tractans illud Iob. 39. pẽna Struthionis similis est pẽnis Herodii,& Accipitris qui dereliquit in terra oua sua. Tu forte calefacies ea in puluere, obliuiscit qđ pes conculcet ea aut bestia agri conterat,duratur ad filios quasi non sint sui. Verba sunt domini loquentis ad Iob. quæ exponens Greg. ait: Accipiter & Herodius reliquas aues volatus sui velocitate trãscendit. In Catholicon dicitur, quod Herodius est auis rapacissima,quæ Aquilam vincit,& rapit dicitur vulgariter phalco. Struthio aũt pẽnæ eorum similitudinẽ habet sed uolatus eorum celeritatem non habet, A terra.n. eleuari nõ valet,& alias quasi ad volatũ specietenus erigit,sed tamen nunquam a terra se volando suspendit. Ita sunt omnes hypocritæ qui dum bonorum uitã similant,imitationem sanctę visionis habent, sed veritatem sanctæ actionis non habent. Animas quidem per figuram sanctitatis extendunt,sed curarum secularium põdere grauati nullatenus a terra subleuãtur, sicut aũt Struthio signat hypocritas,ita Accipiter & Herodius electos, & Accipiter & Herodius parua habent corpora sed pẽnis dẽsioribus fulta,& ideò cũ ueloci tate trãsuolant,quia parũ ẽ qd grauat,multũ qd leuat. Sic electi in hac uita, & si absq; grauamine aliqñ culpæ esse non pñt,tñ parũ ẽ ꝙ deprimit,& multa uirtus bonæ actionis,quæ eos in alta sustullit. Struthio verò raris pẽnis induitur,& immani corpore grauat,vt si uolare appetat,ipsa paucitas pennarum molem tanti corporis in aerem non suspẽdit. Sic hypocrita si qua facit quæ leuent.s. bona,pauca tamẽ sunt & mala perpetrat multa, quæ grauant. Item & si pennæ Struthionis ad pennas Herodii & Accipitris similitudinem coloris habent,similitudinem virtutis nõ habẽt. Nã illorũ pẽnę concluse firmiores sunt,& uolatu aerẽ pręmere virtute suæ soliditatis possunt. Sed Struthionis pennæ dissolutæ eo uolatum assumere nequeunt,quo ab ipso quẽ ꝑmere debuerant aere tranfcenduntur. Sic electorum virtutes vt pennæ solidę uolant, vt uentum humani fauoris pręmant,sed si hypocritarum actio cuilibet rectè videatur uolare non sufficit,quia fluxæ virtutis pennam laudis humanę aura pertransiit. Et cum opera ab extra hypocritarum & bonorum sint similia,quo discernantur Christus oñdit dicẽs,a fructibus eorum cognoscetis eos,ideſt falsos prophetas.s. hypocritas. Vnde sequitur in auctoritate Iob. 39. Quę Struthio derelinqt oua sua in terra. Oua Struthionũ sunt filii hypocritarũ,quos.s. verbis & exẽplis exteriorũ bonorũ actuũ Deo gignũt. Oua quippe insensibilia in semetipsis sunt,sed calefacta in uiuis violatili cõuertuntur. Ita paruuli auditores ac filii,certũ est quod frigidi & insensibiles remanẽt,nisi doctoris sui sollicita exhortatiõe calefiãt, hypocritæ ergo, quia quãuis puerũ semper operentur.s. mẽte,loqui tñ recta non desinunt. Bene autem loquendo in fide,& cõuersatione filios pariũt. Sed quia eos bene uiuendo nutrire nõ possunt ideò dicitur eis. Relinquit in terra oua sua. Oua in terra descerere est natos per conuersationem filios nequaquam a terrenis actibus interpositio exhortationis nido suspendere. Oua in terra dereliquisse est nullum cælestis vitę filiis exemplum præbere. Sed quia derelictos hypocritarũ filios supna cura nõ deserit,sed intima electione præscitos largitate gratiæ respectu calefacit,ideò subditur i Iob. Tu forsitã i puluere calefacies ea,subaudi ut ego deus calefacio illa quia scilicet paruulorum animas & impfectorũ in medio peccãtium positas, quasi in puluere amoris mei igne succendo. Et cũ de se dñs dicat,ꝙ oua in puluere calefacit derelicta ex hoc etiam indicat apertè ꝙa ipsæ operatur intrinsecus per verba doctoris,q & sine uerbis nullius hois calefacit,qđ uoluerit in

frigore

frigore pulueris, vt ex hoc humilietur quisquis doctor in docendo, & nō sibi ascribat cōuersionem auditorum quod suum non est. Subdiitur adhuc de Struthione. Obliuiscitur q̄ pes cōculcet, aut bestia agri cōterat ea. Pes signat transitū operationis humanæ qui cōculcat ouā, cum operatio est peruersa trahēs suo exēplo ad malū. Bestia in agro deuorās, & cōterēs ouā, est diabolus in agro mundi, quērēs quem deuoret. Obliuiscitur ergo hypocrita ouā sua. i. filios nō curās, q̄ pes hominis ideſt mala alicuius suo exemplo, vel bestia agri. i. diabolus sua praua suggestione eos spiritualiter occidat, quos spiritualiter genuit. Sed veraces magistri super discipulos habent viscera timoris ex virtute charitatis. Vnde nō obliuiscunt eorū sed verbis, & exemeplis cautos reddunt a malis hominibus, & dæmonū tētationibus. Vñ Apostolus. Denunciamus vobis in noīe dñi nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre inordinatè ambulāte, & nō scdm traditionē nostrā, Et alibi. Timeo ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua: Ita corrupātur sensus vestri &c. hypocritæ quasi obdurati cordibus uiuūt, nec sibi ipsis timēt vel diligūt nec ipsos filios quos generāt ulla pietate debiti amoris agnoscūt. Vñ subditur. Duratur ad filios quasi nō sint sui. Quē enim gratia charitatis nō infundit ꝓximū suū, etiā si ipsę hūc genuit Deo extraneū respicit. Cuius enim mēs. s. hypocritæ sp exterriora appetit, intus insensibilis fit, & nulla compassione charitatis erga ꝓximum mollescit. Ostendit demū Greg. per multas auctoritates qūo apostolus Paulus erat sollicitus, & cōpatiētes filiis suis. Assumit igit hypocrita testū dei. i. scripturā p os suū docēdo, p̄dicādo, sed malè, quia qui p̄dicat nō furādū furatur in occulto, saltē gloriē Dei, qui p̄dicato non mechādū mechata deo recedēs, & iō ueh sibi.

§. 4. De iustā tia hypocritis.

¶ Hoc aūt tertio ostenditur. s. detestatio bonitatis, quia tu odisti disciplinam, ideſt veram compositionem morum, & coertionem vitiorum, quæ pertinet ad discipulatum Christi, ad Hebre. vlti. In disciplina perseuerate. Ostēdit exterius hypocrita habere disciplinā, sed fictam habet. Vt autem dicitur. Sapien. i. spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, quam sit pessimum istud vitium, ostendit sanctus Seuerinus in quodā sermone sic dicēs hypocrisis subtile malum, secretum virus, uenenum latens, virtutum fucus, tinea sanctitatis. Aduersa omnia nituntur viribus suis armis suis pugnant, impugnant palam. Vnde & cauentur tam facile quam videntur, hypocrisis securā simulans, fallit prospera, curiosa mentitur, & crudeli arte virtutes truncat mucrone virtutum, ieiunium ieiunio premit, orationem oratione uacuat, miserium miseratione prosternit, hypocrisis cognata febris frigido poculo propinat ardorē qđ corporibus est hydropisis hoc hypocrisis animabus, hydropicus bibendo sicut, hypocrisis inebriat sitim. Nolite (ait Christus) cū ieiunatis fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant enim facies suas. Hypocrita licet tibi sit facies inculta, neglecta cutis, tristis vultus, exterminatus aspectus, hic ab hominibus in ueneristi laudem, sed corā Deo fructū, ieiunii perdidisti, hypocrita abstinentiæ intrasti fluctus, continentiæ consēdisti undas, enatasti ieiunii pelagus, & in ipso portu ieiunii naufragasti. Fratres fugiendum uirus, pestilētia cauenda, quæ de remediis creat morbos, conficit de medecina languorem, sanctitatē vertit in crimen, placationem facit reatum, generat de propitiatione discrimē, hypocrisim q̄ fugerit uincit, qui incurrerit non euadit, Sic nostrum simplicitatis ieiunium de puritate purū hominibus occultum, diabolo ignotū, donatum thesaurum qui non abscondit perdit virtutes proditę non manebunt, hæc ille.

¶ Ex hoc ostenditur magnitudo peccati, & nocumentum, quia pessimus ille hominum antichristus per maximè cū hypocrisi decipiet. Vnde Gre. 25. moral. tractans illud Iob. 34. Qui regnare facit hypocritā propter peccata populi, dicit quod potest hic omnium hypocritarū caput Antichristus designari. Seductor quippe ille tūc sanctitatem simulat, ut ad iniquitatē pertahat. Membra autē eius sunt, qui per fictam sanctitatis speciem appetunt videri quod non sunt. Ille quidem principaliter hypocrisim sumit, quia cū sit damnatus homo, Deū se esse mētitur. Sed ex eius corpore nūc prodeūt q̄ iniquitates suas sub tegmine sacri honoris abscōdunt. Sed quam breuiter deficiat gloria, quam quærit hypocrita, & quomodo virtutibus priuetur, & tandem æternaliter puniatur pulchrè ostēdit Iob dicēs 20. c. Gaudiū hypocritæ ad instar pūcti gloq̄ est Gregor. ex moral. quia, scilicet lętitia & delectatio eius in laude hominum transit, & pæna sequens permanet. Ad instar puncti, dicit, quia sicut stylus in puncto, dum ponitur leuatur, sic hypocrita præsentis uitæ laudem dum tangit amitti. Sequitur si ascenderit vsque in cœlum superbia eius. i. si cælestem vitam se agere simulet, & caput eius nubes tetigerit. i. si intellectum suum similem.

Antichristus p hypocrita maximè decipiet.

similem ueris prædicatoribus ostenderit, qua si sterquilinium in fine perdetur. i. mens eius in fine ꝑ vitiorum fuorū fœtore damnabit. Et qui cum viderant dicent, vbi est, quia si. ipso extincto neque hic vbi elatus fuerat apparet, neq, in eternitatis requie velut somniū euolans non inuenietur, quia scilicet quēdā uisio phantasmatis est, quę hoc ostendit in imagine, q̄ nō habet in ueritate quæ sōnio comparat, ab eo omnis laus & gloria dum tenetur, amittitur. Et transit sicut uisio nocturna, qua. s. quo se diutē meritis humanis ęstimationibus videt deo esse ꝓhibitū, nō de soliditate virtutes. Oculis qui eum uiderat, nō videbit, quia in morte amatoribus suis absconditur, qui eum cōsueuerant admirādo cōspicere. Nec vltra intuebit eū locus eius quia scilicet linguæ adulantium in quib. tanquā in loco quiescebāt, hunc fauoribus ad iudiciū nō sequūtur. Filii eius atterentur ęgestate, quia qui in hypocrisim ex eius imitatione nascūtur, dum ueritatis soliditatē nō tenēt, in cordis ęgestate deficiūt, & manus, eius reddent ei doloré, quia dānationē iustā ex iniqua operatione recipient. Interim aūt fit q̄ sequit. Ossa eius implebūtur uitiis adolescētiæ eius, quia uidelicet dute in eo prauitatū consuetudines a vitio sumptę sunt pessimę inchoationis. Et cum eo in puluere dormient. i. vsque ad mortē non cessabit ab eis. Et paulo post. Panis eius uertetur in fel aspidū intrinsecus, q̄ scilicet de panē sancti eloquij cui studet, non ut ex eo viuat, sed ut doctus appareat, dū malè quærit, prauè intelligit in hęreses labendo, fit ut sicut ueneno aspidū moriatur. Diuitias quas deuorauit euomet, q̄. s. diuitias sapiētiæ, ideſt doctrinas sacrę legis quas legēdo deuorauit obliuiscens euomat. Et de uentre eius extrahet dominus eas, quā iusto iudicio de memoria eius euellet, vel ad litteram tales etiā diuitias rerū cōgregat, quas oēs dimittūt. Caput aspidū surget, & occidet eū lingua uiperæ. Aspis paruus est serpens. Vipera prolixioris ē corporis, & sic nascit ut uiolēter exeat. Vnde uipera quasi uipariēs. Caput ergo aspidis surgit dū initiū suggestionis occultę libenter suscipit. Et occidit eū lingua uiperę quia uiolentis post modū tentationibus deuictus traditur. Non uideat riuulos fluminis. Riuuli fluminis sūt dona spiritussancti, fides, spes, charitas, quæ hypocrita non considerat, quia solis uisibilibus intendit. Torrentis melis & butyri, mel desuper ideſt ex aere cadens dulcedinē signat diuinitatis, butyrū quod ex carne est mysterium est incarnationis Christi, quæ mysteria hypocrita non gustat. Fruitionem etiam diuinatis & humanitatis Christi in patria potest significari, qua ille priuatur. Lucet quę fecit omnia, nec tamē cōsumetur. i. persoluet in tormentis, quę illicita conseruauit delectaria. Et vt sine fine crucietur viuere sine fine compellitur. Hæc omnia in glo. Deficit ergo gloria eius priuat gloria Dei, & in pœna locatur inferni. ¶ Exemplum ponit Greg. in 4. dyalogorum, de quodam heremita, qui ab hominibus reputabatur sanctus, propter magnam abstinētiam, quā prętendebat facere, & magnam modestiam exteriorem. Demum ueniens ad extrema, cum circunstarent plurimi, qui ad eum causa uisitationis accesserant sperantes aliq̄d documentum habere, & forte signum videre Deo operāte, coactus est exprimere suam simulationem, & damnationem dicens. Cum ego videbar ieiunare occultē comedebam, & si quid boni agebam, ut sanctus reputarer laborabam, propter q̄d ecce traditus sum draconi ad deuorandum proter hypocrisim meam. Iam pedes meos, & corpus in os suum assumpsit, & residuum ad se trahit. Quasi simile habetur in vitaspatrum de alio qui in tanta opinionis celebritate erat apud incolas, ut æstimarent homines se meritis illius & præcibus in terra sub sistere, & ex morte eius omni bono carere, sed qui hypocrita erat visus est in morte, a quodam sancto quod dæmones aduenirent pro anima eius, & dictum fuit vni eorum. Educ illam miseram animam de corpore per uiolentiam, vt qui nunquam passus est mequietē habitare in ea propter hypocrisim suam sic cum uiolentia & inquietudine ducatur ad inferna. Et subito vnus dæmonum imisit vnicos ferreos per os eius, & cum maxima uiolentia illam de corpore extraxit, quam multitudo dęmonum sequebatur uerberando, &, cum magno impetu deducendo ad inferos.

Vipera dr̄ q̄ siuepatiēs & est ꝓlixior Aspide.

¶ *De discordia per modum prædicationis, & ibi de partialitatibus ciuitatum.* Cap. 8

Discordia est sexta filia inanis glorię secūdum Greg. sub qua continetur seditio secūdū Thom. ut species sub genere, & ideò nō numeratur inter filias inanis gloriæ, qua sub discordia comprænditur, unde in isto capitulo agetur de vtraque, & de discordia Dicit Cyprianus martyr. Neque ad Cayn re spexit dominus, neque ad munera eius ideſt

non

non acceptauit. Quomodo enim Deum pacatum habere poterat, qui cum fratre non pacē sed zeli discordiam habebat? di. 90. Neque.

Discordia dr quasi diuersum cor ab altero.

¶ Dicitur autē discordia quasi diuersum cor ab altero. Importat secundum Tho. 2. 2. q. 37. ar. 2. quandam diuersitatem seu disgregationem uoluntatum inquantum scilicet uoluntas vnius stat in vno, & voluntas alterius stat in alio. Quod autem voluntas alicuius in proprio sistat: prouenit ex hoc quod quis præfert quæ sua sunt his, quæ sunt aliorum. Et hoc cum sit inordinatè pertinet ad superbiam, & inanem gloriam, & ideò ponitur discordia filia inanis gloriæ. Propterea autem est discordia peccatum secundum Tho. 2. 2. q. 37. ar. 1. quia quamuis voluntas vnus hominis in se considerata non sit regula voluntatis alterius quam oporteat sequi, tamen voluntas hominis inquantum inhæret voluntati diuinæ sit regulata secundum primam regulam, scilicet Dei. Et ideò discordare a tali voluntate proximi est peccatum: quia per hoc discordatur a regula diuina. Sed si voluntas hois sit Deo contraria: est quædam peruersa regula, a qua discordare bonū est, vnde sicut facere discordiam per quam tollitur bona concordia quā charitas facit est graue peccatum. Propter quod dicitur Prouer. 6. Sex sūt quę odit Deus & septimum detestatur anima eius, & ponit hoc septimum esse, qui seminat inter fratres discordias, quod est officiū diaboli, qui seminat zizaniā in medio tritici. Matth. 13. Sic cauſare discordiam per quam tollitur mala concordia de qua dicit Ezech. Maledicta eorum concordia, scilicet inuolendo malum laudabile est. Quod intelligens Paulus posuit discordiam inter Phariseos, & Seduceos, qui cōcordabant in iniusta persecutione & nocumento sui dr enim Act. 23. Sciens Pau. qđ vna pars esset Saduceorū, alia Phariseorū exclamauit in concilio dicens. Viri fratres ego Phariseus sum, & filius Phariseorū, de spe & resurrectione ego iudicor. Et cum hoc dixisset facta est dissensio inter Phariseos, & Saduceos, hoc ét fecit Christus dicens. Non veni mittere pacē, sed gladium. Math. 10. scilicet separando cōcordiam in malo. ¶ Est autem discordia aliquando mortale aliquando nullum peccatū, aliquando venale. Pro cuius declaratione dicit be. Tho. se. se. q. 37. ar. 1. quod discordia opponitur cōcordiæ quæ causatur ex charitate. Charitas autē multorū corda coniungit in aliquod vnum, quod est principaliter bonum diuinum, secundario bonū proximi. Discordia igitur ea ratione est peccatum, inquantū cōtrariatur huic concordiæ. Potest igitur discordia contingere tripliciter. ¶ Primo per se. Et ex intentione quando scilicet quis dissentit ab alijs in eo quod ab eis quæritur: vel tractatur quod scit ipsę pertinere ad honorem Dei, & bonum proximi ductus odio, amore, timore, vel huiusmodi, & hoc est mortale ex suo genere propter contrarietatem ad charitatē, licèt primi motus huiusmodi discordiæ propter imperfectionem actus sint venialia, Vnde Apostolus ad Galathas. 5. c. Inter opera carnis ponit dissensiones, ideſt discordias, & de his dicit qui talia agnnt regnum Dei non cōsequentur. ¶ Secundo per accidens & sine intentione, sed cum errore periculoso vel pertinaci inhæsione, vt cum agitur aliquod quod satis est clarè apparet esse ad honorem Dei, vel bonum commune, vel priuatę personę, & maiori parti, & sapientiori, qui in facto requiruntur videtur tali modo faciendum, & aliquis dissentit ab eis, & non concordat, quia sibi nō vr hoc bonum vel ita bonum & hoc nō sine peccato est veniali saltem: vel ēt morlali secundū materiā in qua discordat, qa animis de suo sensu præsumit contrā illud Prouer. 3. Nec inuitaris prudētiæ tuę. Et illud. 2. Corin. vlt. Idē sapite, pacē habete. Secus aūt si illud in quo conuenirent oēs alij, esset manifestē contra Deum, vel proximū, quia tunc dissentire ab aliis, & non concordare laudabile est secundum illud Exod. 23. Non sequaris turbam in malum. Nec ille propriè discordat ab eis, sed ipsi ab eo. ¶ Tertio modo cōtingit discordia inter duos, vel plures sine pctō vtriusque & hoc quia est de eo qđ non est manifestè bonum, & quia vterq; intendit bonū honoris Dei, vel proximi vtilitatem, sed vni vr vno modo agendum aliquod quod tractatur, alteri aliud contrario modo, & rationes probabiles sunt pro vtraque parte, & plures etiā, & sapientes pro vtraque parte, vel inter duos magnę authoritatis, & probitatis. Et sic etiam in sanctis viris inuenitur aliquādo discordia. Vnde & Act. 15. Facta est dissensio inter Paulum & Barnabam. i. discordia, & hoc circa factum Ioannis qui & Marcus dicebatur discipuli eorum. Nam quia recesserat ab eis vt parentes visitaret Paulum ipsum reuersum nolebat amplius habere in societatem ductus zelo iustitiæ. Barnabas volebat recipere motus instinctu misericordię & sic discesserunt abinuicem. Fuit etiam hoc ex diuina prouidētia ordinatum propter vtilitatem, inde consequentem, vt sic diuisi pluribus fructificarent. §. r.

Nota qđ iter ea quæ odit Deus maxime odit discordia.

¶ De seditione, nota qꝫ ipsa seditio discordiā importat. Seditio.

importat, non quamcunque, sed inter partes alicuius multitudinis. ¶ Vnde Isid. dicit in li. ethimo. quòd seditiosus est qui dissensiones animorum facit, & discordias gignit. Conuenit autem secundum Tho. 2. 2. qõ. 42. ar. 1. in aliquo cum schismate rixa, & bello, & in aliquo differt. Conuenit in hoc, quia importat quandam contradictionem sicut illa. Differt autem in schismate: quia schisma opponitur vnitati spirituali, scilicet multitudinis ecclesiasticæ. Seditio autem vnitati temporali, seu seculari scilicet multitudini ciuitatis. ¶ Differt autẽ a bello, & rixa, quia bellum propriè est contra extraneos hostes quasi multitudinis ad multitudinem. ¶ Rixa autem vnius ad vnum vel paucorum ad paucos. Sed seditio propriè est inter partes vnius multitudinis inter se dissentientes, puta cum vna pars ciuitatis excitatur in tumultum contra aliam. ¶ Secundo ẽt bellum & rixa important impugnationem in actu, sed seditio dici põt siue sit huiusmodi impugnatio in actu, siue fiat ẽt præparatio ad impugnationẽ huiusmodi. Vnde glo. dicit. 2. Corin. 12. Seditiones sunt tumultus ad pugnam, scilicet quibus se præparant, & intentant pugnare. Hoc aũt agere est peccatum. Vnde Apostolus numerat seditiones inter alia peccata a Gala. 5. & est speciale peccatũ, quia habet speciale bonum cui opponitur, scilicet vnitatem, & pacem multitudinis.

Seditio est mortale.

¶ Est aũt mortale ex genere suo, vnde Apostolus cõnumerat ipsam inter mortalia. Ratio huius est secundũ Tho. 2. 2. q. 42. ar. 2. quia seditio opponitur vnitati multitudinis, ideſt populi ciuitatis, vel regni. Dicit Aug. 22. de ciui. Dei quod populum determinat sapientes, nõ omnem cetum multitudinis: sed cetum iuris consensu, & vtilitatis communione sociatũ, vnde manifestum est vnitatem cui opponitur seditio esse vnitatem iuris, & communis vtilitatis. Ex quo patet, q̃ opponitur seditio iustitiæ & bono communi, & ideò ex genere suo est mortale, & tanto grauius quanto bonũ commune quod impugnatur per seditionem est maius quam bonũ priuatũ quod impugnatur per rixam. Et peccatum huiusmodi primo quidem in his qui procurant seditionem qui grauissimè peccant, sicut fecit Siba filius Bocri qui clamans coram omni populo israel. Non est tibi pars in Dauid &c. fecit seditionem faciens tribus israel recedere a regimine Dauid. Sed Ioab procedens contra eum fecit eum decapitare, vt habetur. 2. Reg. 20. Talis fuit Barrabas latro qui in seditione fecit homicidium. Mat. 26. Secundo in eis qui sequuntur eos perturbãtes bonũ commune, sicut illa multitudo, quæ secuta est Absalonẽ in coniuratione contra patrem suũ Dauid, & suos adhærentes, & sequaces. Sed puniti sunt qñ ex peste mortui sunt septuaginta mília virorum de illo populo Dauid numerare faciẽte populũ 2. Reg. 22. Non enim solũ propter peccatũ Dauid. sed etiam propter coniurationem populi prædictam occisi sunt secundum Tho. Illi verò qui bonũ communæ defendunt eis resistentes non sunt dicendi seditiosi, sicut nec alli qui defendunt se, cum inuaduntur ab aliis dicendi sunt rixosi. Item regimen tyrannicũ cum non sit iustũ, quia non ordinatur ad bonũ commune: sed ad bonũ priuatũ regẽtis, vt dicitur in 3. Politi. ideò perturbatio huiusmodi regiminis, non habet rationem seditionis, nisi fortè quando sic perturbatur in inordinatè tyranni regimen, quod multitudo subiecta maius detrimentum patitur ex turbatione sequenti, quam ex tyranni regimine. Magis autem tyrannus seditiosus est qui in populo sibi subdito seditiones, & discordias nutrit, vt diutius dominari possit. Vnde Ioiada summus sacerdos, qui cum multitudine armata abstulit regnum Iuda ab Athalia qđ sibi iniustè vsurpauerat, non fuit seditiosus, sed virtuosus. 4. Reg. 11. Similiter Aioth, Barach, & Gedeon auferentes dominia ab oppressoribus suis, vt in li. Iudicum patet.

Propter seditionẽ mortui sunt peste. 70. milia viorum.

§. 2.

¶ De discordia & seditione quæ pertinent ad partialitates ciuitatum, & castrorum põt exponi illud ps. 54. Vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate tota die circundabat eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia. Vbi tria quæ videtur quotidie in ciuitate animæ siue ecclesiæ, siue congregationis politicæ. ¶ Primo malũ simpliciter execrandum, ibi. ¶ Vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. ¶ Secundo peccatũ inde multipliciter propagandũ ibi. Tota die circundabat eam super muros eius iniquitas. ¶ Tertio damnum horribiliter expectandum. ibi. labor in medio eius & iniustitia.

§. 3.

¶ Primo igitur notandum est malũ totaliter execrandum & euitandum, scilicet malũ dissensionis quam vocat psal. contradictionem dicens. Vidi iniquitatem, scilicet per excessũ & pro ideſt cõtradictionem q. d. iniquitas excessiua in ciuitate est contradictio, & diuisio, sed omne regnũ in seipsum diuisum desolabitur (ait Christus Lu. 11.) ¶ Est autẽ triplex contradictio vel diuisio. ¶ Prima dissensionis internalis. ¶ Secunda discordationis fraternalis. ¶ Tertia seditionis popularis. ¶ Prima cõ

tradictio

dictio & diuiſio vñ ꝓcedũt aliæ diſſẽſiões ẽ ī ciuitate ſeu regno aiæ ī qua ſunt plures potẽtiæ & affect. quaſi plures hoies ī ciuitate, vł regno. Vñ di. ſapiens Cato. Cõueniẽt nulli q ſecũ diſſidet ipſæ i. q hẽt diſcordiã in ſe non hẽbit cõcordiã cũ aliquo dic. Aug. Iſmael ut ſepararet a populo Dei nõ obſuit mr ancilla, ſ. Agar ſed fraterna diſcordia, di. 56. c. Iſmael q̃ ſ. ipſæ habuit cũ Iſaac. Iſtã fraternã diſcordiã Apoſt. uocat ꝓſecutionẽ dicẽs ad Gal. 4. Is q ſcđm ſpm̃ natus ẽ. i. Iſmael ꝓſequebatur eũ q ſm ipsũ natus ẽ. i. Iſaac. Liber verò Geñ. appellat ludũ, dr. n. Gen. 21. ꝙ cũ videret Sarra Iſmaelẽ ludentẽ cũ Iſaac diſplicuit ſibi. Se cũdũ Originẽ ſup Gen. hi duo fratres geniti ex Abraã, ſignant duo appetitus ab aĩo ꝓcedẽtes. Appetitus ſ. rationalis hic eſt Iſaac ſecundum ſpiritum natus, quia gratiæ Dei, ut quis uiuat ſecundum rationem. Alius eſt appetitus ſenſualis ſecũdum carnem natus hic eſt Iſmael. Inter hos eſt contradictio, & diſſẽſio, quia ſecũdum Apoſtolum caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnem. Hęc ſibiinuicem aduerſantur. Et ſi appetitus rationalis vincat, & dominetur carni tunc eſt vera concordia in regno animæ. Sed ſi appetitus ſenſualis ſubiiciat ſibi ſpiritum paſſionis ſequens perſecutio eſt, diſcordia eſt inter fratres iſtos. Nam remurmurat ſynderesis, & cõſcientia remordet. Dicitur autẽ tũc ludus, quia ſicut Iſmael ludens ſolatio ſi cũ Iſaac paruulo quęrebat illum ſuperare, & trahere ad illicita remitẽtẽ. ſ. ad adorãdum imagines luteas ab eo factas. Sic caro blãditur ſpiritui, & illecebroſis cũ eo deceptionibus agit, vt delectationibus alliciat voluptatibus molliat, ad terrena inducat, qđ ꝓpẽdẽs virtus ſapiæ vł diſcretionis ſignata ꝑ Sarrã ſcđm Originẽ, ſeparare debet, & diſiungeꝛ ipsũ ab eo. i. nõ aſẽtire, & ſi remanebit animus in cõcordia, & pace. De peccatorib. n. dr. Oſeæ. x. Cor eorũ diuiſum eſt. ſ. per uarias paſſiones. Et oẽ regnũ in ſeip. di. deſ. i. ꝓueniet ad deſolationẽ dãnatiõis ęternę. ¶ Secũda cõtradictio eſt diſcordię vnius ad alterum. Et iſta eſt magna iniquitas. Vñ Cyprianus. Inexpiabilis eſt culpa diſcordię nec paſſione purgatur. diſ. 90. c. Neq;. Sic quis enim diſcordaret ab alijs in aliquo, quod eſt manifeſtè ad honorẽ Dei, vel bonũ cõe vel priuatæ ꝑſonæ aduertẽs illud eſſe bonũ, ſed ꝓp odiũ inuidias, inimicitiã, vel partialitatẽ, diſcordãs talis ẽt ſi martyriũ ſuſtineret, nõ ſaluaret ī tali diſcordia manẽs. Et quia inde ẽ magnũ peccatũ, iõ in decretis dicitur. Diſcordantes clericos epũs vel rõne, vel poteſtate ad concordiã trahat diſ. 90. c. 1. &c. ſtudendum eſt epis, vt diſſidẽtes. i. diſcordãtes fratres ſiue clericos ſiue laicos ad pacẽ coarctẽt. Qđ ſi nollẽt & inimicitia ſit aperta, & odiũ in deteſtationẽ vitij, dicitur diſ. ea. Oblationes diffidentiũ fratrũ neque in ſacrario, nec in gazophilatio recipiantur glo. ibid. cũ. ſ. odium eorum eſt aptum, & notoriũ. ¶ Tria autem ſunt quę generant diſcordiã in ciuitate & eccleſia ¶ Primum proprij commodi ꝓcuratio inordinata. ¶ Secundum honorum & onerum diſtributio improportionata. ¶ Tertium tranſgreſſionum punitio relaxata. Qñ aliquis nimis intendit ſuæ utilitati, alij inde grauãtur, & modicam cum eo poſſunt habere concordiam unde Sen. in ꝓuer. Principiũ diſcordię eſt aliquid ex communi ſuum facere. Turpiuſque nihil eſt, quã cũ eo bellum gerere cum quo familiariter vixeris. Propter ꝙ dr in decretis, ꝙ lex q̃ ligat homines ſubditos ad ſui obſeruantiam, & ex hoc ligat in cõcordia & pace ꝙ nullo priuato cõmodo, ſed pro communi ciuium utilitate, debet eſſe cõſcripta, diſt. 4. Erit Videmus in corpore humano, ꝙ qñ humores ſunt indebita ꝓportione, corpus ẽ ſanũ, ſed qñ ītrat diuiſio, ꝙ unus nimis abundet cęteris, inde ſequit diſcordia infirmitatis. Roboã qa nimis voluit ꝓuidere burſæ ſuæ, ut poſſet facere expẽſas ſuꝑfluas in curia ſua, et pr eius Salomõ & diminuere noluit exactionẽ tributorũ, ſeu talearũ ex hoc tanta ẽ exorta diſcordia inter tribũ Iuda & trib. Iſrael qđ nũquã tolli potuit, & ſic amiſit magnã partẽ dñij ſui, vt hr. 3. Re. 12. Induceꝛ ẽt nouos mores nõ neceſſarios ad rectitudinẽ uitæ inducit diſcordiã, uñ indecretis dr. Diſcordiã parit ꝑsũptionouitatũ. ¶ Secũdũ gerãs diſcordiã ẽ qñ nimis aliqui uexãtur in collectis, & aliis laborib. alii nimis alleuiant, uel cũ honores, & officia aliquibus copiosè cõferunt, aliis ãt parũ, vel nihil ide gñat diſcordia, & inuidia inter eos, vel cũ rectores nimis grauãt ſubditos, ꝓp ꝙ ſubditi minus diligũt eos. Dicit Gre. Dũ reuerẽtiã minores potẽtiorib. exhibẽt, & potẽtiores minoribꝫ. dilectionẽ ſpẽdũt, uera cõcordia fit ex diuerſitate, cõtextio, & rectè officiorũ adminiſtratio geriſſingulorũ di. 89. ad hoc, ſic in corpore hũano (ait ad Ro. 12.) multa mẽbra hẽmus, ſingula ãt mẽbra ñ eũdẽ actũ hñt, nec unũ uſurpat officiũ alterius aut cõtẽnit. In uno corpe cõgregationis, uel ciuitatis dñt eẽ multi poſiti in diuerſis officiis, non uni totũ, uel pꝛa, alteri nihil ſed cuiq, ꝙ ſibi cõgruit nec dẽt uſurpare exercitiũ alterius, nec cõtẽnerẽ ipm ut uilius, ſed

Tria generãt diſcordiã in ciuitate.

Pręſumptio natũ gignet diſcordiã.

ſed eius auxilio uti. Si aũt ſecus fiet diſcordia ſequit. Sic de dño Deo dicit Iob. 23. Qui facit cõcordiã in ſublimibus. i. in angelis diuerſis diuerſa officia cõcedẽs nec unus officium alterius uſurpat, & ſi qñ uidẽt in aliquo negocio diſcordare, ſicut princeps Perſarum reſtitit. i. angelis prẽlatus Perſis principi ſeu angelo prẽlato Iudæis dũ quæreret ille liberationẽ illius populi. Perſarũ autem princeps retẽtionem in Babylonia propter utilitatẽ illius patriæ ex exemplis bonorum concordiam fecit Deus dũ Dei uoluntate id factum eſt utriſque uolentibus quod Deo placitum erat. Hiſtoriã habes Dan. 10. expoſitionem in prima parte quæſtiõis. Quiſquis corpus affligit, ſed ad concordiam deſerit, laudat quidem Deũ in timpano, ſed non laudat in choro. Hiero. Nã in choro ſummè uitatur diſcordia uocũ qui tollit melodiam cantus. ¶ Tertium eſt p quod ſequitur diſcordia non punire delicta. Nam ex hoc datur audacia malis ad lædẽdũ alios ex quo diſcordiæ & inimicitiæ ſequuntur, & ſi puniantur aliqui impotentes, & non alij maiores inde oriuntur etiam indignationes, & diſcordię maiores. Tribus Beniamin quia noluit punire ſcelus cõmiſſum ab hoĩb. ciuitatis Gabaa qui erãt in tribu ſua inde orta eſt diſcordia inter eos, & alias tribus, & p pter hoc mouẽtes bellũ contra eos penè totã gladio peremerunt. Multum ergo debet cauere diſcordia, maximè quia ut ait Hier. poſt Saluſtiũ concordia paruę res creſcunt diſcordia maximę dilabuntur, quia ſicut uirtus unita eſt magis infinita ideſt fortior, ita quanto magis eſt diuiſa tanto debilitatur, & demum deficit, quia omne regnum in ſeipſum diuiſũ deſolabitur. ¶ Tertia contradictio eſt ſeditionis vnius partis ciuitatis tum ultuantis cõtra aliam partem ſicut ſunt partialitates Gibellinorum contra Guelfos, & econtra ſiue alia diuerſis nominibus appellatę quibus plenæ ſunt ciuitates Italiæ. Has uocat Apoſt. Sectas inter opera carnis quæ qui talia agũt regnum Dei non cõſequuntur ad Gala. 6. Et magnitudo peccati oſtenditur ex hoc, quia dicitur di. 46. Seditionarios ſtatuimus nunquam ordinãdos. Nõ autẽ prohibetur quis propter peccatum ordinari pręcisè niſi enorme, & pro huiuſmodi olim imponebatur ſolemnis pœnitẽtia q̃ ſcilicet commouebat totam ciuitatem uel uillam. Experientia autem magiſtra rerum docuit, ut patet in multis ciuitatibus, vbi ſunt tales cõtradictiones quod dum una pars ſeditioſè agit contra aliam, & impugnat & expellit ſi poteſt in proceſſu temporis inualeſcens proſcripta ſeditionem mouet contra illam expellens, & lędens, & ſic demum ueri ficatur uerbum Chriſti, quia diuiſum omne regnum in ſeipſum deſolabitur. Tria autem magna mala reperiuntur in hniuſmodi ſeditionibus, & partialitatibus. Mala q̃ partialitas ĩ ciuitate facit.

¶ Primum magna fatuitas

¶ Secundum magna crudelitas.

¶ Tertium magna in eo diuturnitas.

¶ Quantum ad primum nõ uidetur ſub cęlo eſſe ſtultior gens quam partiales. Et ratio ẽ, quia hoc ſcelus eſt in appetitu ſtulti, & dãno ſi mali. Delectatur quis in operibus carnis, & gulæ damnabiliter quidem erat, oblectatur alius in turpi lucro & inſatiabili cupidine rerum errat abſque dubio, alius intumeſcit põpis, & glorioſo faſtu lętatur & hic etiam grauiter peccat, & ſic de aliis. Sed omnes hi errãt in appetitu boni tranſitorii delectatione illecti, ſed partiales ex appetitu, & deſiderio mali dum partialitatẽ & diuiſionẽ affectãt ponẽtes in periculo ſubſtantiam temporalem, corpus, filios, conſanguineos, amicos, & eorum bona. Quid enim boni ex partialitate lucrentur nõ uidẽt niſi hæc pericula experiri, & cũ hoc æternis ſupplicijs cruciari. Vnde partiali cõgruit illud Eccle. 22. Super plumbũ quid grauabitur & quod illi aliud nomen quam ſatuus. Arenam, & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt ferre, quam hominem imprudentem, & fatuum, & impiũ. Huiuſmodi enim partialis ſimilis ẽ frenetico qui gaudens exponit ſe magnis periculis, nil reputãs ea & hoc q̃ ratione caret. Secundum malum eſt nimia crudelitas. Treno. 4. Filia populi mei crudelis quaſi ſtruthio. Filia populi Dei ẽ q̃libet aĩa fidelis, ſed crudelis ut ſtruthio, q̃ ſicut ſtruthio deſerit oua ſua nec curãs de eis, ita partialis non uidẽt curare de filiis, & familia, & aliis ſuis pp partialitatem. Non inuenitur tanta crudelitas in aliquo genere hominum, quãta in partialibus, & ſeditioſis. Ratio huius eſt quia habitum odii ſemper habent contra homines contrariæ partis tam notos, quã ignotos, præſentes, præteritos, & futuros, aduerſus infantes, & ſenes, aliquando aduerſus cõſanguineos, & affines, & cõtra eos qui aliquãdo ſibi ſeruierũt in multis, & horũ omniũ quibus odium gerunt in mente homicidę dici poſſunt. Qui enim odit fratrem ſuum homicida eſt. j. Ioan. 3. Sed ultra odiũ cordiale quia exprimere ualeat ſeueras, & immanes crudelitates, quas contra aliam partem exercent non parcunt ætati, non ſexui, non conſanguinitati, non amicitiæ non fidei, non religioni, non

ni, non sanctitati, sed vsque ad deuorationē humanæ carnis peruenium. Sed his iusto iudicio Dei euenit frequenter, quod accidit crudelissimis Adonibezec regi Iebus seu Hierusalem, cui capto fuerunt abscisi pedes, & manus, & positus fuit sub mensa comedentium, sicut canis, qui memorans suę exercitæ crudelitatis ait. Reddidit mihi Deus quod feci. Septuaginta enim reges abscisis magnum, & pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea reliquias ciborum, sicut feci, sic mihi factū est. Iudic. j. c. Et quod accidit crudeli Tyro regi Persarum, qui ex crudelitate delectabatur effundere sanguinem humanū, sed hūc captum regina Damaris, cuius filium occiderat decapitari fecit, & caput eius in ollam seu vtrem sanguine plenum demergit dicēs, sanguinem sitisti, sanguinē bibe. ¶ Tertium malum est magna in eo diuturnitas. Nam semper morantur in huiusmodi diuisionibus, & partialitatibus, nec faciunt sibi conscientiam. Vnde cum non cognoscunt morbum, medicinam pœnitentiæ non quærunt. Venia autem non datur nisi correcto, de re. iur. li. 6. c. peccati. Nec tales possunt absolui, nisi abrenunciēt partialitati, ita scilicet quod omne odium dimittant, scilicet ex corde, & appetitum nocumenti contra iustitiā alteri parti. Falsa enim pœnitentia dicitur cum sic disceditur ab vno peccato, ut non discedatur ab altero, ut habetur de pœ. di. 5. Falsas, vt cum retinet odium, & inimicitias absolui non debet. Et si absoluatur nil ei valet. Quod autem dimittat partialitatem in qua inueteratus est, & firmiter habituatus, multum difficile est: nisi de gratia operetur. Execranda igitur est nimis contradictio seditionis & partialitatis.

¶ Secundum principale quod notatur in verbis psalmistæ est, quia multiplex peccatum ex huiusmodi contradictionibus præcipue partialitatum procedit. Tota die inquit circunda bit eam, scilicet ciuitatem vbi sunt discordię & partialitates super muros eius præcipue q̄ sunt principales, scilicet ad custodienda ciuitatem sicut muri & defendendam iniquitas quæ varia, & multa est, sed maximè iniustitię perfidiæ & maliuolentię. Siquidem passiones quibus sunt pleni discordes, & partiales, ut timor & amor ad compartalem: odium ad aliā partem ita peruertunt iudicium interius, vt reputent bonū malum aduersæ partis hominem, & malum bonum suum cōsectatorem: illum puniant etiam innocentem: istum consocium absoluant malefacientem. His malè iudicantibus dicitur Amos. 6. Conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absynthium, dicitur autem. 11. q. 3. Quicūque consanguinitate, aut amicitia, aut ostili odio, aut inimicitiis iudicando ducitur, peruertit iudicium Christi qui est iustitia & fructum eius in amaritudinem vertit. Remota aūt iustitia ait Aug. de ciui. Dei quid sunt regna nisi magna latrocinia? Est autem hic moribus valde infectiuus vnus inficit alīū. Vnde de huiusmodi potest intelligi illud Apoca. 9. De ore eorum scilicet partialium procedit ignis, scilicet furoris fumus, scilicet superbiæ & sulphur, scilicet detractionis fętentis, & ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum. Qui.n. cōmunicauerit superbo induet superbiam dicitur Eccl. 13. & Eccl. Non ambules cum hoie iracundo ne efficiaris similis sibi. Semper tales obloquuntur cōtra partem aduersam, & sicut aer pestilens quanto magis attrahitur tantomagis inficit. Ita corrumpūt mores bonos colloquia mala. 1. Corin. 15 Et sic circundabit ex omni parte talem ciuitatē tota die iniquitas. ¶ Secunda iniquitas est perfidia. Sunt enim de numero illi de quibus ait Apostolus. Confitentur se nosse Deum factis aūt negant q̄ nimmo Christum produnt. Dicit enim Beda. Qui societatem fraternitatis aliqua peste discordię commaculant Christū produnt, vt Iudas. 11. q. 3. c. abiit. Nulli autē magis commaculant communitatem discordiis quam seditiosi & partiales. In baptismo quidē abrenūciatur diabolo & pompis eius, & ascribitur militiæ Christi per chrismationē, sed vt proditor per partialitates se ponit ad militiā diaboli. Et ita sunt pertinaces in sua partialitate, quod potius fidem negarent quam partem, & sectam quam sequuntur. Qui non est mecum (ait Christus) cōtra me est, scilicet in fraterna charitate, & qui nō colligit mecum trahendo homines ad cōcordiā, vnitatem & pacē, vt ego dispergit. Sed tandē ipsi disperguntur, quia dispersit superbos, vt sunt partiales, mēte cordis sui. Lu. 1. Cauenda igitur &c. ¶ Tertia iniquitas tota die circundans ciuitatem partialem est maliuolentia, quæ continua est in mentibus talium. Hæc est ut dicitur Iob. 31. ignis deuorans usq; ad consummationem, & omnia eradicans germina. Chrisost. de compūctione cordis. Si inimicitiæ semel occupauerint homines, omnia q̄ fiunt, quæ dicuntur, quæ audiuntur, ita accipiuntur, vt maiores, & lōgiores proficiant inimicitias. Quis posset enumerare criminalia mala, quæ ex maliuolentia partialium, & seditiosorum oriuntur, hinc homicidia, hinc adulteria.

Perfidia orit ex seditione.

Maliuolētia orit ex seditione.

Iniustitia orit ex seditione.

adulteria,illinc meretricia,raptus, fornicationes,monialium violationes,rapinæ,furta,incendia,ſacrilegia ſacrorum locorum, alii fame moriuntur,alii igne comburuntur, alii decapitantur,alii membris detruncantur,manibus, lingua, & aliis membris, etiam quod verecundum eſt dicere pudendis,&c. In clericis continentia,in religioſis deficit vita regularis.

§.5. ¶Tertium, q̃ dẽt expectari ex ſeditionibus, & partialitatibus eſt damnum horribile, & multiplex,& hoc eſt.Labor in medio eius, ſ. ciuitatis ſeditioſæ & partialitatibus deditæ, & iniuſtitia iam dicta. ¶Eſt autem labor tribulationis in mundo.¶Eſt labor confuſionis in extremo. ¶Eſt labor cruciationis in inferno.¶De primo inquit pſ.13. Contritio & infœlicitas in viis eorum. Et quia viam pacis non cognouerunt, & cõcordiæ contritio.i.ad nihilum deductus ſtatus eorũ. & infœlicitas miſeriarũ.Partibus enim adinuicẽ inimicãtibus exigentibus de meritis hominum, dæmoniis inſtigantibus Deo permittente vna pars præualet contra aliam illam expellit:expulſa vagando diſcurrat cum magno ſui labore, & incommodo bona eius auferuntur a contrariis,vt nullum fructum indè percipiat ſed labore paupertatis crucietur,ædificia deſtruuntur,Sylueſcunt arua,vineæ præciduntur, arces & induſtriæ dimittũtur adoleſcẽtuli ægeſtate cõpulſi ad ſtipendium vadunt cum labore,& ſudore, iuuenes pulſi non ſumunt vxores, quæ eos gubernent puellæ innuptæ cum anxietate expectant, religioſi non inueniunt eleęmoſynas.Sed nondum malorum finis.Cũ enim non fuerint purgata:ſed aliquantulum punita peccata expulſorum, & peccata expellentiũ interim fuerint impleta. Vox tonitrui tui (inqt ꝓpheta) in rota. pſ.76. Fit.n. uos tonitrui iudiciorũ Dei terribiliũ rota verſatili.Reuerſiq; expulſi expellentes ꝓſcribunt eo rũque bona diripiunt, & cęde etudeliori craſſantur,& tribulationibus multipliciter exponunt. Sicque impletur illud Eſa.28. Manda remanda,expecta reexpecta, modicum ibi, & modicum ibi, vt vadant & cadant retrorſum & conterantur illaquentur, & capiantur. Mãdat enim vna pars aliam expellendo proſcribendo. Aliaque pars reuerſa remandat quæ eam proſcripſerat. Expectat pars proſcripta reuerſionẽ ſuam, & ſimiliter alia emiſſa poſtea reexpectat ſuum regreſſum. Modicum ibi, ideſt in vna partium bonorum temporalium & ſpiritualium remanet. Et modicum ibi,ideſt in alia parte contraria cum poſtea ipſa proſcribitur. Sicque vadunt ad mortem eã dũt retrorſum,vt nõ videant caſum ſuũ. Cõterunt in puluerem miſeriarũ,q̃a contritio,& infœlicitas in viis eorum,ideſt operibus taliũ tẽporalium.Sicque vt dicitur Hiere.46. Fortis impegit in fortẽ, & ambo pariter corruerunt. Facta diuiſione inter tribum Iuda & Beniamin ex vna parte,& decem tribus iſrael ex altera quæ prius fuerant ſub vno dominio multa mala fecit vna pars cõtra aliam demũ vtraque pars contrita eſt, & infœlicitatẽ captiuitatis,& duræ ſeruitutis incurrit. In ciuitate quoque Romana conquiſitio dominio orbis,poſtquam diſcordiæ partialitatum,& ſeditionum vrbem ingreſſæ ſunt agente Mario contra Syliam,& econtra Catilina contra Sertorium & Ciceronem,Cęſare contra Pompeium innumeræ cędes ciuium ſecutæ ſunt ſanguis effuſus humanus ſupra modum.Et ſi tẽpore Octauiani imperium pacificum fuerit ſummo Deo operante ob natiuitatem Chriſti demum paulatim ad nihilum deductũ eſt, vt verificetur dictum Chriſti.Omne regnum in ſeipſum diuiſum &c.Et ſic labor in medio eius. ¶Secundum eſt labor in extremo confuſionis vix.n.tales in extremis poſſunt deſerere partialitates & odia. Qui ſi moriantur in tali ſtatu ſine ſignis contritionis non debent eis dari ſacramenta quod eſt ad magnam confuſionem.Sed non miror, quia eccleſiaſtica ſepultura deberent carere. Nam regulare eſt quod qui moritur in aliquo peccato mortali notorio debet priuari ſepultura eccleſiæ, niſi fuerit eccleſiæ reconciliatus ſeu oſtenderit ſigna pœnitentiæ, vt 13.q.2.c. quibus.Et extra de ſepul.parochiano. Vnde in eo implebitur illud Hiere. 22. ſepultura aſini ſepelietur,qui proijcitur in flumine vel fouea extra ciuitatẽ. Quod ſi ſua præſumptione uel ſuorum fuerit in eccleſia ſepultus hoc ſibi erit ad cumulum damnationis,& hoc procurantium. 13.qõ.2. Cum grauia.Sed neque etiam pro talibus poſſunt dici miſſę vel officia,quia vt dicit Leo papa. Cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus,ſcilicet pro eo orando.24.q.2.ſane.Ecce quantus labor confuſionis in remanentibus. ¶Tertium eſt labor cruciatus infernalis.Nam vt dicit Auguſt. Si quis ſenſerit aliquod mortalium in ſe dominari, niſi pœnitentiam egerit æterna illum flamma trucidabit in libro de igne purgatorii. Et ſic regnum hominum partialium deſolatur.& pergit ad deſolationem æternam. Vnde ſumme cauendum ab huiuſmodi regno.

Confuſio oritur ex ſeditione.

De

¶ *De contentione. Cap. 9.*

SEptima & vltima filia inanis gloriæ est cõtentio cũ qua habet magnam vicinitatem litigium. Et ideo hic de vtroque. Contentio tamen opponitur concordiæ seu charitati. Litigium verò amicitiæ. ¶ Pro cuius declaratione dicit b. Tho. 2.2. q. 116. art. 1. q̃ litigium p̃priè consistit in verbis, cum scilicet unus verbis alterius contradicit. In qua contradictione duo possunt attendi. Quãdoque enim contingit contradictio propter personam dicentis, cui contradicens consentire recusat propter defectum amoris animos venientis. Et hoc uidetur pertinere ad discordiam contrariam charitati. Quandoque verò contradictio oritur ratione personæ quam quis contristare non veretur, & hæc contradictio est litigium oppositum amicitiæ seu affabilitati, ad quam pertinet delectabiliter aliis conuiuere. Vnde Philosophus dicit in quarto Ethicorũ quòd qui ad omnia contradicunt, causa eius quod est contristare, neque quoscunque curantes discholi, & litigiosi vocantur. Prohibẽtur aũt litigiosi ad ordines promoueri & præfaturas, dum dicit Apostolus. 1. Thim. 3. Non litigiosum. s. oportet esse ep̃m, quod extenditur ẽt ad alios clericos. Et rõ huius prohibitionis est, vi dicit Gratianus dist. 46. §. 1. & c. se. quia litigiosi sunt superbi, vel adulationibus sibi animos principũ conciliant, vel fratribus suis detrahendo infamiæ notam ingerũt vel inter fratres seminando discordiã, seditiones facere nunquam cessant. Ostendit aũt Iacobus apostolus. 4. c. tale vitium procedere ex concupiscentia, prout videlicet concupiscẽtia importat inclinationẽ habitualem ad peccata quæcunque. Vnde ait. Vnde bella, & lites in vobis, nisi ex concupiscentiis quæ militant in membris vnis. ¶ Contentio autem diffinitur ab Amb. q̃ est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris, & hoc prout est peccatum. Nam contentio etiam ponitur a Tullio in 2. rhetoricę color rhetoricus, dicit enim qd̃ contentio est oratio ad confirmandũ & confutandum accõmodata. Inquantum aũt est uitium Apostolus admonet vitare ad Ro. 12. dicens. Non in contentione, & æmulatione. s. ambulemus conuersando, & Cato. Contra verbosos noli contendere verbis, & Grego. in mora. Ego puto salua fide melius, s. esse alieno intellectui cedere, quam contentionib. deseruire. Ponitur autem a Greg. contentio filia inanis gloriæ ex eo: vt dicit b. Tho. 2.2. q. 38. ar. 2. quod contentio est quædam discordia in verbis. Discordantium autem vterque in sensu suo stat, & vnus alteri acquiescit. Proprium aũt est superbiæ & inanis gloriæ propriam excellentiam quærere. Sicut aũt discordantes sunt aliqui ex eo, q̃ stat in propriis, ita contendentes sunt aliqui ex hoc, q̃ vnusquisque verbo, qd̃ sibi vĩ defendit, vt sic nõ videatur minus bene, q̃ alius cognoscere illud de quo contenditur. Qñ sit mortale dicetur infra. De vtroque igitur simul & largè sumendo põt exponi illud ps. 106. Effusa est contentio sup̃ principes, & errare eos fecit in inuio, & non in via. i. p̃ contentionẽ. Et dr̃ Deus errare facere permissiuè, non quia causet errorem. sed quia permittit sicut ẽt exponitur illud Amos. 3. Si erit malum in ciuitate. i. vniuersi quod dñs non fecerit. s. permissiuè. Vnde Aug. in Ench. Nihil fit nisi omnipotens fieri velit, vel ipsæ faciendo, s. quantũ ad bona, vel sinendo fieri. s. quantũ ad malũ. Facit igitur cõtentiosos errare. i. permittit, & hoc quia incedunt non in via, quæ Christus est dicẽs. Ego sum via, veritas, & vita Ioh. 14. Qui non fuit cõtentiosus: sed humilis, & mitis, sed in inuio. i. in imitatione diaboli, q̃ superbus est, & rex super oẽs filios superbię, vt dr̃ Iob pen. Ipsæ est inuium, ideſt extra viam, quia extra gratiam, & misericordiam Christi. Vel inuio ambulant, seu operantur non in via, quia extra charitatẽ sunt quæ uia dr̃ ab Apostolo. 1. Corinth. 12. inquiens. Ad hunc excellentiorẽ viam vobis demonstro, & Aug. Ipsa est via quæ ducit ad cœlum. Vel via est obseruatio mandatorũ iuxta illud psal. 118. Viam mandatorũ tuorũ cucurri. Cum igitur cõtendentes non ambulent in via charitatis. intẽdẽtes q̃rere veritatẽ, in sua cõtentione, sed vadũt in inuio æmulationis & supbiæ errare eos Deus facit. i. p̃mittit, & ipsos, & alios audientes. Vñ Apost. loquẽs de cõtentione ait. 2. Thi. 2. Noli cõtendere verbis. Ad nihilũ. n. vtile est. s. hoc nisi ad subuersionẽ audientiũ. Effusa est ergo &c. Vbi notandum, q̃ triplex est cõtentio. ¶ Prima est cõtẽtio æmulationis effusa ab inferiorib. super. i. erga principes superiorum. ¶ Secunda est contentio disputationis effusa ab opinionib. sup. i. inter principes magnorũ. ¶ Tertia est contentio litigationis effusa a disceptationibus super. i. iuxta principes magnatorum, vel rectorum.

Litigiosi non debent promoueri ad ordines.

Contentio qualiter diffinitur.

§. 1. Contentio æmulationis ex inuidia.

¶ Prima cõtentio est quę procedit ex inuidia, quã hñt adinuicẽ aliqui erga suos principes. i. doctores. Nam cum vident doctorẽ aliorũ magis laudari, & in opinione quam suum inuidẽt, & cõtendũt cõtra laudãtes alios. Talis

contentio fuit in Chorintis conuersis ad fidē a Paulo. Vnde eos redarguentes ait. 1. Cor. 1. Contentiones sunt inter vos, hoc autē dico, quod vnusquisque dicit ego sum Cœphæ. i. Petri, ego Pauli, ego Appollo, diuisus ē Christus? Et in c. 3. Cum sint inter vos zelus, & cōtentio, i deſt inuidia, ex qua procedit cōtētio. Nonne carnales estis, i deſt sensuales & bestiales? Existimabāt tales, q̄ qui a meliori & maiori sancto fuisset baptizatus ille maiorē gratiā cōsecutus fuisset, quasi ipsi homines darēt gratiam, vt Christus. Et sic qui habebant affectionē ad vnum populum magis cōmēdabāt, & cōtendebāt cōtra baptizatos, vel conuersos ab aliis tāquā a non ita sanctis hominibus, & nō tātam gratiam cōferentibus inuidebātq; inuicem. Sed magnus error istæ errat, q̄a homines non sunt collatores sacralis gratiæ, sed Christus, & sic errabant in inuio, & nō in uia incedentes veritatis, & iō Paulus reduxit, sic & discipuli Ioānis Baptistæ æstimātes. Ioānē magistrum suum maiorē Christo cū viderēt, q̄ plures cōcurrere incipiebāt ad sequelā, & doctrinam Christi, quasi inuidētes sibi hæc significauerūt, & fortè aliq̄n de hoc cōtendebāt, q̄ maior esset magister eorū, & iō potius deberēt sequi. Sed Ioānes eos eduxit de tali inuio, cum misit duos discipulos suos dicens, tu es qui vēturus es &c. vt. s. vidētes miracula eius, agnoscerēt, & crederent verū Messiā, & sibi magis adhærerent, vt dicit. Chriſo. Sic & cōtendūt quidam quotidie de prædicatoribus, & doctoribus, de sanctis fundatoribus religionum, quis fuerit maior Dñicus vel Frāciscus vel Aug. vel Thom. & huiusmodi. Fatuæ sunt istæ cōtentiones, & nil nisi erroē & discordiā generāt. ¶ Legitur de duobus doctoribus, quorum vnus habebat in magnā deuotionē Io. Bap. alius Io. euāg. cū quilibet multū suum commendarer, & alterum alteri præferret, cōdixerunt sibi in publico facere disputationem solemnem super hoc ad probandū quis maior esset. Sed nocte præcedenti diem assignatam disputationis. Ioannes Baptista suo deuoto doctori apparuit, & Ioannes euāgelista suo reuelātes quod disputationem talem dimitterent, quia ipsi bene cōcordabant in cœlis insimul, ita ipsi inuicē haberent concordiam, & charitatē in terris, & sic demum in supernis viderent hanc veritatē. Insuper eum conuersis ad fidem ex Iudaismo quidā alii ex gentilitate Romani essent inter se altercabantur, & cōtendebāt, alter alteri se præferens & alium despiciens. Nam ut dicit magister in glo. circa finem prologi in continuo.

Exēplū de disputātib. de eccellentia sanctorum.

Iudæi enim conuersi propter sanctos patres a quibus originem duxerant, & legem specialiter eis a Deo datā, Gentiles conuersos despiciebant, dicentes se propter obseruantiam legis meruisse gratiam Christi dicētes. Nos de genere Abrahæ nati sumus cui promissio primū facta est, populus peculiaris Dei sumus. Nos de Egypto fori manu & mirabilibus signis Deus eduxit. Nos de sicco vestigio mare rubrum transire fecit. Manna pauit, Aquā de petra fluxit, & soli legem eius accepimus. Ad nos specialiter venit Dei filius. Vñ ait in euāgelio. Nō sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Econtra Gentiles conuersi dicebant. Quanto plura beneficia vobis concessa narratis, tanto peiores vos esse ostenditis. Nam eisdem diebus quibus mare rubrū transistis, & postea ante idola saltastis, & quæ manibus vestris fecistis, & ꝓprio ore quę pau loante de summersione Pharaonis & exercitu eius laudes Deo reddideratis, idola adorastis & laudastis in deserto, post mānā celitus datum in deserto fastidientes in Egyptum redire voluistis. Sæpe Deum ad iram irritastis, & ad vltimū Christū in lege, & prophetis uobis promissum occidistis. Nos itaque uobis digniores sumus, qui vt de Christo audiuimus in eum credidimus. Vnde per prophetā de nobis dñs ait ps. 17. Populus quem nō cognoui seruiunt mihi, in auditu auris obediuit mihi, vnde constat nos non ex industria sed ex ignorātia deliquisse. Si apostolos, & prophetas habuissemus, idola non coluissemus. Quod de gñis nobilitate vos iactatis, si qua talium gloria est, tūc Ismahel & Esau pñt pariter gloriari, cū de eisdem parentib. nati sunt. His igitur altercantibus Apostolus se mediū interposuit oēs cōtentiones eorum hinc inde dirimens, ad vnam cōcordiam oēs addu xit, oñdens nullus eorū meritis suis esse saluatos, quia oēs & Iudęi, & Gentiles sub peccato tenebantur, sed per Dei gratiā liberati sunt (vt ait Apostolus ad Ro. 10.) ¶ Non est distinctio Iudęi, & Græci, oēs. n. peccauerūt, & ægēt gratia Dei, & iustificati gratis gratia ipsius, ad Ro. 3. Et cōtentiones vitandas esse oñdit dicens Ro. 13. Nō in cōtentione & æmulatione. Sic ēt de reductione regis Dauid in regnū suū cōtendētes trib. Israel cū tribu Iuda se diuisē rūt, q̄a dura verba adinuicē habuerūt. 2. Regū. 19. Sermo. n. durus suscitat rixas. Prou. 15. ¶ Secunda contentio est disputationis, sed rationabiliter facta Apostolus. 1. Cor. 11. Si quis videtur inter uos contentiosus esse, nos talē cōsuetudinē nō habemus, sed neque ecclesia

§. 2. Cōtētio i disputationib.

Dei

Dei. Rñdēte obsecro absque cōtentione Iob. 6. Honor est homini, qui separaret se a cōtentionibus. Prouerb. 20. Vbi enim zelus, & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauū Iacob. 3. Triplex autem est uitiosa contētio, & talis euitanda.

¶ Primo, quia contra scientiæ ueritatem.

¶ Secundo, quia cōtra modestiæ cōgruitatē

¶ Tertio, quia propter materię inutilitatem.

Cōtētio contra veritatē est peccatum.

¶ Contentio primo modo quando. s. est impugnatio ueritatis aduertenter, & modo inordinato, ut cum clamore & hmōi, est peccatū mortale secundū Tho. 2. 2. q. 38. Vnde & Apost. ponit contentiōes inter opera carnis, de quibus dicit q̄ qui talia agunt regnum Dei non consequentur, quod uidetur intelligendū de rebus importantię, ut quæ pertinēt ad fidē, uel bonos mores vel determinata per ecclesiā, uel pertinentia ad doctrinas utiles, vel alia notabilia. Nam contentio quę fit iter puerōs ēt contra ueritatem non uidetur mortale. Multū debet euitari. Et ratio quare debet euitari contentio est quia ut dicit gl. super illud. Noli contendere uerbis. Contentio minus stabilitatis habet, sæpe generat odii scrupulum. Solent. n. in contentione talia opponi eliminato etiam maliuolentiæ argumento, ut moueat animos insipiētiū fratrū. Nec pōt esse contentio quin extorqueat aliquid contra conscientiam, ut intus in animo perdat, & foris victor accedat. Nemo enim patitur se uinci, licèt sciat uera esse quę audit collatio ergo esse debet inter Dei seruos, non altercatio. Hæc ibi. ¶ Secundo modo contentio est peccatū, quando etiam fieret pro ueritate, sed modo inordinato, ut cum clamore & hmōi. & tunc uidetur ueniale peccatum, secundū. Tho. se. se. q. 38 ar. 1. Nisi fortè tanta inordinatio fiat in contendendo quod notabilē scādalum sequatur aliorum, qua posset eē mortale unde Apostolus postq̄ dixisset. 2. Thi. 2. noli contendere uerbis subdit causam, ad nihil enim utile est nisi ad subuersionem audiētiū. Subuersio autem importat notabile scādalū. Sed si fiat cōtentio ad impugnādū falsitatē debito mō, tū claudabile ē. Et sic catholici cōtēdūt contra hęreticos ad defendēdū ueritatē, vnde glo. super illud. 1. Regum. 4 accidit ut quadā die &c. dicit catholici contra hæreticos contentiones non commouent, nisi prius ad certamen conuocentur. In quo tamen diligenter cauendum est ut non ponāt sed ad contendendum cum Iudęis, vel hæreticis, nisi benè periti, ne fidei doctrina confusioni pateat, si ne scirent sufficienter respōdere obiectis. Insuper etiam nec coram idiotis, & simplicibus, secundum Tho. se. se. q. 10. ar. 7. quorum fides tāto firmior in eis est quāto minus cōtrarietatis aliquid audierūt. Audientes enim contraria his quę tenent incipiunt uacillare. ¶ Tertio modo contentio est uitiosa propter materiæ inutilitatem, ut cum fiunt contentiones de rebus nullius utilitatis utrum sic uel aliter sint. Vnde Apostolus. 1. Thimo. 6. Si quis aliter docet, & nō acquiescit sanis sermonibus Iesu Christi & quæ secundum pietatem est doctrinę superbus est nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborū ex quibus oriuntur inuidię, contentiones, blasphemiæ, suspitiones malę. conflictationes hominum mēte corruptorū. Vbi dicit glo. super illud. Languens circaquę stiones & pugnas verborū, ideſt inexpeditus ad soluendum eas. Languens ait. Non enim recusando fidē penitus moritur, & ad ueritatis scientiam conualescit, sed quasi repentinis accessionibus languet circa quæstiones. Quæstio enim tūc erat, an aliquis esset seruus cū omnes ex eisdem paribus sint nati, & oēs Christus redemerit. Pugnę verborum ui debantur, quia dominus dixit. Si liberauerit uos filius, verè liberi eritis. Hęc uerba uidebāt repugnare verbis Apostoli dicentis, eo. c. Qui sub iugo seruitutis sunt, dños suos omni honore dignos arbitrentur. Sed superficialis est ista repugnātia. Christus enim loquebatur de seruitute animi per peccatū, Apostolus de seruitute temporali quo ad corpus. Sic etiam fiunt nunc multę contentiones, & disputationes inutiles ut de conceptu uirginis in peccato originali, vel non in publicis prædicationibus. Vnde sequuntur magna scandala apud auditores. De Maria Magdalena si fuerit meretrix vel uirgo corpore vel corrupta. De Ioanne euangelista si est in paradiso terrestri cum corpore, vel in gloria vel in mundo corpus eius & huiusmodi.

Inutile est cōtēdere uerbis.

¶ Contendere etiam de dignitatibus, vel locis honorabilioribus vanum est. Et sic intrauit contentio inter Apostolos quis eorū videretur esse maior quos Christus compescuit dicens. Principes gentium dominatur &c. Lucæ. 22. nec hoc fuit absque peccato. Quod autem. Iob. cum domino contentionem fecerit dicens. Nunquid qui contendit cū Deo tam facile conquiescit. Ibi contētio ponitur pro disputatione. Dixerat enim capitulo. 13. ad omnipotentem loquar & disputare cum Deo cupio. In qua disputa-

tionis contentione nō intendebat veritatem impugnare, nec inordinatione animi, uel uocis uti sed aliquam inquisitionem exquirere. Vnde in nullo peccauit secūdum Thomā ubi supra. Vitandæ ergo sunt contentiones inutiles, quæ vtique instigantur opere diaboli, cui summè displicet concordia hominum. Vnde legimus in vitis patrum, ꝙ cum duo germani in hæremo habitarent Deo militantes, & diu in maxima concordia uixissent, nunquam cōtentionis verbum habentes, vnus eorū instigatus a diabolo quadam die dixit. Tātum est ꝙ non fecimus aliquam contentionem faciamus vel vnam. Cui alter dixit nescire se facere. Quem ille docuit dicens. Ponamus laterē vel aliquam rem in medium, & ego dicam ꝙ est mea, & tu econtra qđ ē tua, & ego iterum dicam, qđ est mea, & tu econtra respondeas, & sic faciemus contentionem. Cum ergo cępisset ille dicere rem illam suam, & alius ecōtra dixisset suam, durius primus loquens ait, immo mea est. Quem ille æstimans iratum subito acquieuit dicens. Si tua est ipsam accipe, & sic finita est quæstio. Cui ille primus dixit. Sic nō oportet facere, sed semper persiste in dicendo tuam. Cum igitur iterum cępissent, post binam replicationem modo priori cum acriter primus loqueretur alius subito, assentiebat dicens accipe si tua est. Et cū pluries iterassent negocium nunquam potuit ille vinci, ut ueram contentionem facerent, sicque diabolus confusus est.

Exēplū. Diabolus instigat ad cōtētionem.

§. 3. De cōtētione litigij in Iuditio.

¶ Tertia est contentio litigii. Hanc videtur Christus prohibere dum ait Matth. 5. Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere dimitte ei & palliū. Vnde Apostolus reprehendit Chorintos, qui in iudicio adinuicem contendebant dicens. 1. Corinth. 6. Frater cum fratre iudicio contēdit. Sed frustra esset institutus ordo iudiciarius cum suis solemnitatibus in iure canonico, & ciuili, si non esset licitum, & iustum contendere in iudicio ob sua repetenda, & propulsationem iniuriarū, & obuiandum Iniustitijs. & calumniis. Quod ergo ait Apostolus, secularia iudicia si habetis omnino peccatum est in vobis, primæ Corinth. 6. intelligitur de contentiōe iudiciaria non simpliciter, & ex toto, sed de ea quæ fit apud iudices infideles ut ibi dicit per Apostolum. Hoc enim prohibetur infideles esse iudices in causis fidelium, vel intelligitur de contentione iudiciali etiam apud fideles, sed cum fraudibus, mendaciis, & iniustitijs. Vnde ibi dicit Apostolus. Quare non magis fraudem patimini, sed vos fraudatis?

Poterit & tertio illud intelligi de non contendendo quando in repetitione suarum rerum scandalum sequeretur in eis, a quibus repetūtur, si tamen scandalum esset pusillorum, nō Phariseorum. Sed postquam declaratum esset illis a quibus repetuntur aliena illa suanō esset sufficienter, iam esset secundum Phariseorū in eis scilicet ex malitia procedēs si turbantur ex hoc. Vnde non dimittenda esset talis contentio ex hoc de necessitate. De hoc tamen vide infra in c. de scandalo, quod autem dicit Christus non contendēdum in iudicio consilium est. Vnde non obligat ad impletionem eius, nisi quantum ad præparationē animi nō ad opus, vt scilicet talis sit paratus nō solum ablata non repetere si oporteret, sed etiam ad patienter ferēdum si clamidem p deret. Ar. ad hoc. 23. q. 1. c. paratus. Verū cōsiderando, qđ in hmōi contentionibus iudicialibus fiunt multa peccata ex utraque parte mendacia, scilicet periuria, odia, contumelia, fraudes & alia, forte melius esset talia dimittere, quam tot periculis se exponere, & præcipue quando litigia sunt intricata, & iudices sunt cupiditati, non ueritati dediti, vel cum altera parte componere, etiam diminuēdo de iure suo, quia varius euentus bellicausarum, & expensæ multę. Vnde. 5. q. 2. si primates, dicitur quod iudex laborare debet ad concordiam, & debet litigantes conciliare. ff. de of. præ. l. Illicitas. Debet etiam seruari modestia in litigiis, Vnde dicitur. 5. q. 4. c. In loco, qđ quicqđ aut confidentium consulationibus agitur, aut ab accusantium parte proponit, sic debet mitissima verborum relatione referri, vt nec contentiosis vocibus sensus audientium turbet ideſt clamosis, nec iudicij uigorem de tumultu eneruet. Sed de ordine iudiciario, & modo aduocandi habetur in 3. par. ti. 9. Effusa est ergo talis contentio litigiosa super principes ideſt iuxta principes, seu rectores vbi causę aguntur. Et quod sup aliquādo ponatur pro iuxta, patet ex illo uerbo psal. 136. Super flumina Babilonis sedimus &c. 1. iuxta, & sic contendentes in inuio uitiorum procedentes non in uia iustitiæ & charitatis errare fecit ideſt permisit in plura inconuenientia intrando, vel veritatem non videndo. Sic duæ meretrices semel contendebant in iudicio coram rege. Salomone de filio vnius uiuo, altero mortuo, quē falsa mater tulerat a latere ueræ matris, & mortuum suum iuxta matrem uiui locauerat &c. Vide historiam. 3. Reg. 3.

Adde ꝙ iudex debet operari utlites trienio finiantur ne fiant immortales in l. pperandū. c. de iud. & ibi Bal.

TITV-

TITVLVS QVINTVS.

De luxuria.

¶ *De luxuria, in quo agitur primo de vij. occasionibus eius. Secundo de vij. gradibus eius. Et tertio de vij. nocumentis eius. Cap. 1.*

Luxuria accipitur dupliciter.

LVXVRIA est tertium uitium principale. ¶ Sumitur autem hoc nomẽ dupliciter. Vno modo largè pro abundantia, & superfluitate rerum corporalium, ideſt non solum uenereorum, sed & cibi, potus, & uestitus, & diuitiarum, & delitiarum. Et sic sumit Ambro. cũ dicit. Aegritudo corporis peccatum repellit, luxuria carnis, ideſt abundantia delitiarum peccatum adolet, ideſt nutrit, de pœn. distin. 1. c. verbum. §. potest fieri. Aug. etiam dicit in li. confesso. q luxuria satietatem atque abundãtiam se cupit vocari, sacietatem. s. cibo rum & abundantiam diuitiarum. ¶ Secundo modo sumitur luxuria propriè & strictè pro inordinatione circa venerea. Vnde secundũ Isid. in lib. ethimologiarum luxuriosus dicitur quasi solutus in uoluptates. Et quia uoluptates venereæ maximè animum hominis resoluunt, scilicet a vigore rationis, ideò secundum Thom. 2. 2. q. 154. art. 1. circa voluptates venereas maximè luxuria consideratur. Sicut etiam libido, & si in aliis materiis dicatur, ut libido vlciscendi, libido dominandi, & huiusmodi, specialiter tamen sibi hoc nomen vendicant venereæ voluptates, in quibus speciali ter libido dicitur esse, vt ait Augustin. in 14. de ciui. Dei. ¶ Sic autem diffiniri potest Luxuria

Luxuria diffinitur.

est inordinatus appetitus venereorum. Appetitus dicitur, quia omne peccatum principaliter consistit in appetitu seu voluntate. Vnde Aug. Nemo impudicè, ideſt luxuriosè vtitur corpore, nisi prius spiritu, ideſt voluntate concepta nequitia. Dicit etiam inde Aug. de uio lenter oppressus. Non polluit aliquem libido aliena, si aliena erit. i. si non assentiat ipse volũtate. Et loquitur Aug. de pollutione animi per peccatũ, non de pollutione carnis. Inordinatus dicitur cum est contra rationis ordinẽ. Nam si est ſm rõnem appetitus uel usus venereorum, vt in debito actu coniugali, nõ est luxuria neque peccatum, sed quomodocũq; aliter semper est peccatum. Ratio huius est secundum B. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 3. quia quanto aliquid est magis necessarium, tanto magis oportet, q circa illud rationis ordo seruetur, vnde per consequens magis est vitiosum si ordo rõnis prætermittatur. Vsus aũt venereorũ est valde necessarius ad bonum cõe, qđ est cõ seruatio humani generis. Et ideò maximè circa hoc debet attẽdi ordo rõnis, qui determinatus est per legẽ diuinã & humanam. Si aũt circa hoc aliquid fiat p̃ter id qđ hẽt ordo rõnis, vitiosum erit. Hoc aũt pertinet ad rõnem luxuriæ, vt modum & ordinẽ rõnis excedat circa venerea, & ideò peccatum est, & ex genere suo mortale, quia directè cõtra p̃ceptum illud. Non mechaberis. Exo. 20. Sup quo verbo dicit Augu. Nomine mechiæ omnis illicitus cõcubitus. s. extra matrimoniũ, atque illorũ mẽbrorum nõ licitus vsus prohibitus intelligitur. 32. q. 4. cap. meretrices. Apostolus etiam ponit luxuriam inter opera carnis, quæ qui agunt regnum Dei non cõsequentur ad Gal. 5. vnde ostenditur esse mortale. ¶ Sed arguitur contra sic, per actum venereum semen emittitur, quod est superfluum alimẽti, vt patet per philosophum in li. de generatione animalium, sed in emissione aliorum superfluitatum non attenditur aliqđ peccatum, ergo nec circa actus venereos potest esse peccatum. ¶ Respondet B. Tho. se. se. qđ secundũ philosophum in dicto li. semen quamuis sit superfluum, est tñ superfluum, quo indiget: Superfluũ. n. dr ex eo qđ residuũ nõ est ad opus virtutis nutritiuæ: tñ superfluũ non est ad opus virtutis generatiuæ: sed indiget eo ad generationẽ, sed aliæ superfluitates humani corporis sunt quibus non indigetur, & ideò non refert qualiter emittatur salua dicẽtia conuictus humani. Sed nõ est simile in seminis emissione, quæ taliter fieri debet, vt cõueniat fini, ad quẽ eo indigetur seruatis aliis debitis circũstãtiis aliàs erit mortale. Item secundum B. Tho. ubi supra sicut aliis uitiis opponuntur alia uitia, vt cõtraria, ut auaritia prodigalitati, præsum pto desperationi, & huiusmodi, ita & luxuriæ vitio opponitur, vt contrarium vitium quod continetur sub insensibilitate. Et accidit hoc vitium in eo, qui ita detestatur mulierũ vsum vel virorum, si mulier est, q uxori debitum non reddit, vel viro vxor, quod ẽt potest esse mortale. Venerea dicuntur actus carnales a Venere dicta, quæ a paganis dicebat dea amoris, ex amore enim concupiscentiæ tales actus procedunt. In se autem non sunt illiciti, sed cum sunt inordinati, vt contra regulam rationis. ¶ Vnde in cõiugio debito modo seruato absque peccato sunt, & si ibi sit similis delectatio. Ratio huius est secundum bea. Thom. se. se. q. 153. art. 2. quia sicut est verè bonũ, q conseruetur natura vnius indiuidui, ita etiã est quoddam bonũ excellens, quòd conserue

Nota q appellatione mechiæ ois luxuria cõplectit.

Quod sit mortale.

Luxuria in cõiugio sit absque peccato

tur natura speciei humanę. Sicut aũt ad cõseruationẽ uitæ humanæ unius hominis ordinatur usus ciborum, ita etiam ordinatur ad conseruationẽ humani generis usus venereorũ. Vnde Augu. dicit in li. de bono coniugali, q̃ cibus est ad salutem hominis, hoc est cõcubitus coniugalis ad salutem generis, & ideò sicut usus ciborum potest esse absque peccato si fiat debito modo & ordine, secundũ quod competit saluti corporis, ita etiam usus venereorum potest esse absq; omni peccato, si fiat debito modo, & ordine secũdum quod est cõueniens ad finẽ generationis humanæ seruatis aliis debitis circũstantiis. Et si arguatur in contrarium sic. Vbicunq; reperitur aliquod superfluũ, per quod a bono rõnis disceditur hoc est vitiosum. quia virtus corrumpitur p superfluũ, & diminutũ vt dicitur 2. eth. Sed in quolibet actu venereo est ibi superfluitas rationis & delectationis, quæ intantum absorbet rationẽ, quod impossibile est aliquid intelligere in ipsa, vt dicit philosophus in 6. ethi. & Hierony. dicit quod in illo actu spiritus prophetiæ non tangebat corda prophetarum. 32. q. 2. c. Connubia, ergo nullus actus venereus est absque peccato. Respondit idem B. Thom. vbi supra, q̃ medium virtutis quod corrumpitur per superfluum, & diminutum non attenditur secundum q̃titatem, sed secũdum, q̃ conuenit rectæ rationi. Et ideò abundantia delectationis, quæ est in actu venereo ſm rõnẽ ordinato, nõ contrariatur medio virtutis. Et prẽterea ad virtutem non pertinet, q̃tum sensus exterior delectetur, quod sequit corporis dispositionẽ, sed quantũ appetitus interior ad hmõi delectationes afficiatur. Nec etiam hoc, quod quis liberum actum rõnis non põt habere ad spiritualia cõsideranda simul cũ illa delectatione oñdit, q̃ actus ille sit contrarius virtuti. Non.n. est contrarius virtuti. si rõnis actus aliq̃n intermittatur aliquo qd ſm rõnem fit, alioquin q̃ aliquis se somno tradit esset cõtra virtutẽ. Hoc tñ q̃ concupiscentia, & delectatio venerea non subiaceat imperio, & moderationi rõnis prouenit ex pęna primi peccati, inquantũ rõ Deo rebellis demeruit habere suam carnem rebellem, vt patet per Aug. de ciui. Dei. Non est ergo in illo actu peccatum propter illam immoderantiã delectationis, & cõcupiscentiam, sed est aliq̃d pœnale à primo peccato deriuatũ. Hæc Tho. Et ad hoc facit qd ait Apostolus 1. Cor. 7. Si nupserit virgo, non peccat, & Hier. dicit, connubia legitima carent quidem peccato. 32. q. 2. c. Connubia.

¶ De hoc igitur uitio põt intelligi illud psal. 73. Incenderunt igni sanctuarium tuum. In terra polluerunt tabernaculum nominis tui. Ad litteram loquitur propheta ventura prænunciando de templo domini, quod erat in Hierusalẽ nobilissimum, quod appellat sanctuarium, & tabernaculum nominis sui. i. factum ob nomen, gloriam, & laudem domini. Et istud fuit pollutum, & igni incensum per Gentiles siue Chaldeos, cum Nabuchodono sorcępit Hierosolymam tẽpore regis Iudæ. s. Sedechiæ siue Romanos cum Titus destruxit eam post quadraginta duos annos a passione domini. Moraliter verò tẽplum domini sunt fideles, iuxta illud. 1. Cor. 3. Templum dñi estis, quis respectu animę possunt dici sanctuariũ, quia in eis est sanctitas, & habitatio Dei, vt dicebatur esse in sancta sanctorũ, & respectu corporis tabernaculũ, in quo anima quiescit. Vnde Pe. in secunda Can. loquens de corpore suo ait. Scio quia velox est depositio tabernaculi mei. Et illud tabernaculum. i. quilibet fidelis est nois dñi, quia hẽt in se nomen Christi inquantum dr̃ christianus a Christo. Ignis libido est inquit Orige. i. significat libidinẽ. de pœn. di. 3. c. inter hæc. Incenditur ergo tẽplum illud per luxuriã interiorẽ. Polluitur per luxuriam exteriorẽ. Ligna quib. incenditur sunt occasiones & incitationes eius. Sic que tẽplum ad solum redigitur infernale pp qd̃ dr̃ incenderunt igni sanctuariũ in terra. i. ita q̃ ad terram dirutum est, ad terrã. s. infernalẽ. Tria ergo sunt circa hoc videnda, & eliciẽda ex verbis ps. ¶ Primo eius occasionẽ subtrahendã in materiæ suggestione. ¶ Secundo eius progressionẽ præcidendã in ignis extensione. ¶ Tertio eius læsionẽ consequendã in templi consumptione. §. 1.

¶ Quantum ad primum occasiones luxuriæ sunt multæ. Robertus Hollrot super lib. Sapientiæ ponit decem esse contentas in his versibus. Otia, segnities, somnus, caro, fęmina, vinũ. Prosperitas, ludus, carmina forma, puer. Nunc aũt septem breuiter ponẽtur. ¶ Prima est otiositas. Vnde dr̃. 16. Ezech. Hæc fuit iniquitas. i. causa iniquitatis sororis tuæ Sodomæ superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium. Et otiũ soror dr̃ Sodomæ. i. in uitio luxurię. Bern. Omnium tentationum malarum causa, & sentina est otium similis. Otia si tollas perire cupidinis arma, i. luxuriæ artes in his. ¶ Secunda est nimia quies. Rom. 13. Non in cubilibus, & in impudicitiis, scilicet ambulemus in nostra conuersatione. Præmittit cubilia impudicitiis, quia nimis quiescendo in lecto §. 2.

in lecto homo incidit in lasciuias,& in impudicitias luxuriæ Isboseth filius Saul quiescēs & dormiēs in lecto percussus fuit in inguine & occisus a Rechab & Banaa principibus latronum.3.Reg.4. Ad signādum q̄ ex nimia quiete a dęmoniis quis percutitur uitio luxuriæ. Vñ & Catho. Nec sōno deditus esto.s.nimio. Nam diuturna quies uitiis alimēta ministrat.¶ Tertia uentris ingluuies,siue in nimis comedēdo,siue nimis lautè. Prouer.29. Qui delicatè pauerit seruum.i.corpus suum, in fine sentiet eum contumacem.i.rebellem per stimulos luxurię. Vnde in figuram primi parentes perpetrato uitio gulæ subito inter restri paradiso senserunt stimulos carnis,unde & fecerunt sibi perizomata.Gen.3.Ber.In delitijs periclitatur castitas.Hiero.Venter & genitalia uicina sunt membra,vt ex uicinitate membrorum,intelligatur confœderatio uitiorum.dist.35.¶Quarta uinum immoderatè sumptum,Prouer.20.Luxuriosa res est uinum.i.causa luxuriæ.Et Apostolus ad Ephe. 5.Nolite inebriari uino in quo est luxuria.i. materia luxuriæ.In cuius figurā. Noe factus ebrius denudauit fœmora,Gen.9.quia.s.uenter mero æstuans de facili spumat in libidinē.Exemplū in Loth,qui nimio uino inebriatus a filiabus,concubuit cum eis.Gene.19.

¶Quinta nimia familiaritas cum mulierib. Eccles.13.in medio mulierum noli commorari,Prouer.6.Nunquid homo potest abscondere ignem in sinu suo,ut uestimenta sua nō ardeant,& ambulant super prunas,ut nō cōburantur plantæ eius?Sic qui ingreditur ad uxorem proximi sui non erit mundus.s.si fuerit familiaris.Sic exponit Nico.de Lyra illud Ecclesiast 42.Melior est iniquitas uiri,q̄ mulier benefaciens.i.minus periculosa conuersatio etiam cum malis uiris,quā cōuersatio familiaris cū bonis mulieribus.Vnde Hiero. Hospitiolum tuum raro,aut nunquam mulierum pedes terant,quia non potest digne habitare cū Deo,qui fœminarū accessibus delectatur.Fœminea conscientia secum inhabitantes exurit.dist.32.Nec cōfidas de sāctitate,quia nec sanctior Dauid,nec fortior Sāsone,qui per mulieres corruerunt. Periculosa est etiam conuersatio cum iuuenculis. Vnde Helinādus.Quod facit in fœmina sexus hoc in puero ętas. ¶Sexta est curiositas sensus,q̄ est uel in aspectu pulchrarum rerum, vel auditu turpium,vel in cantilenis vel tripudiis, vel in experientia ipsarum uoluptatum. Vnde Ecclesiast.9.Auerte faciem tuam muliere compta.Nam ut dicitur Gen.34. Dum uidisset Dinam Schen filius Hemor concupiscens eam rapuit.Iniecit domina uxor Phutiphar, oculos in Ioseph & dixit,dormi mecū.Gene. 39.De Iudith dicit q̄ pulchitudo eius captiuam duxit animam eius.s.Holofernis.Iudith 10.Et Ecclesiast.9.dicitur:Cum saltatrice non sis assiduus,nec audias eam.Ista figurātur p illa quatuor quibus fornax in cēdebatur a ministris Nabucho.scilicet nupta,id est quoddā genus bituminis,videlicet aspectus uanus pix,scilicet auditus turpium ludorū,& maleru exēplorum,& malleoli.i.sarmenta cogitationum turpium ex curiositate. Istis incenditur fornax concupiscentię humanæ ut faciat flammam luxuriæ quę propinatur a malis ministris diaboli.Dan.3. ¶Septima ē superbia. Quod superbia sit occasio luxuriæ ostendit Oseæ propheta.5.dicens contra Israelitas spiritus fornicationis in medio eorum & dominum non cognouerunt,& respōdebit arrogātia Israel in faciem eius,ac si diceret ut exponit Grego. Culpa quæ per elationem mentis in occulto latuit per carnis luxuriam in apertо respondebit.i.ex hoc ostensum est q̄ causa libidinis processis ex culpa elationis. Vnde & Apostolus loquens de antiquis mundi sapientibus,qui euanuerūt in cogitationibus suis dicentes ex superbia se esse sapientes, dicit. tradidit illos Deus.i. tradi permisit in desideria cordis eorum.i.in immūditiam. In huius figuram ille primus inobediēs mox ut superbiendo peccauit pudenda contexit, quia cōtumeliam spiritus Deo intulit,mox carnis cōtumeliam inuenit.Et qui auctori suo subditus esse noluit,ius carnis subditæ quam regebat amisit.Hinc est enim q̄ longa cōtinentia repēte soluitur,& plerunque usq; ad senū uirginitas seruata uitiatur. Quia.n. negligit humilitas cordis,rectus iudex despicit etiam integritatem corporis,hęc omnia Grego. in 26.moral.super illud.Qui docet nos sup iumenta terrę.Ad idem facit quod ait ipse Grego.lib.33.super illud Iob,armilla per forabis maxillam eius Hostis antiquus quia iam interius dominatur etiam exterius seuire permittitur,vt qui in cogitatione elati sunt per carnis luxuriam prosternantur.Scimus quod aliquando minus est in carnis corruptione cadere,q̄ cogitatione tacita ex deliberata elatione peccare.Sed cum minus turpis superbia creditur minus uitatur. Luxuriam verò eo magis erubescunt homines, quo simul omnes turpē nouerunt,vt fit plerunque, qđ nō nulli post superbiam in luxuriam corruente ex aperto casu malum culpę latentis erube-

Supbia ē causa luxurię.

ſcunt. Vnde & in vitaſpatrum legitur quòd quidam qui peruenerat ad magnum apicem perfectionis, & contemplationis, & quia elatus fuit in mente deuenit vſque ad vitia carnis, ita vt in hæremum defereret, & ad ſeculum rediret. Sed iter agens hoſpitatus de nocte in cella duorum fratrum incipientiũ Deo ſeruire, cum ſermonem facerent ei exhortatorium vitæ ſpiritualis, & ad eorum requiſitionem inter verba in ſe reuerſus pœnituit, & ad cellam redijt, ſuperbiamque ſuã recognoſcens, & pœnitens ad gratiæ perfectionem cito aſcendit.

§.3. ¶Quantum ad ſecundum, ſcilicet de progreſſione. Sciendum quod ſicut ignis paulatim conſumit templum, ita luxuria cogitatio de turpium incipit, & niſi reſiſtatur vlterius procedit. Progreſſus luxurię fit per ſeptẽ gradus.

Progredit luxuria nimis cogitãdo de ea.

¶Primus eſt ſenſualis complacentię toleratio.

¶Secundus eſt moroſa delectatio.

¶Tertius eſt in actum conſenſio.

¶Quartus impudica aſpectio.

¶Quintus turpis confabulatio.

¶Sextus libidinoſa contrectatio.

§.4. ¶Septimus operis expletio.

Primi tres ſunt in corde ab intra, alij quatuor in corpore ab extra.

Cogitatio luxuriæ eſt peccatũ.

¶De primo gradu poteſt intelligi illud Eſa. primo. Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis (ait dominus) id eſt, cogitationes veſtras inquantum ſunt malæ, ut cogitationes luxuriæ. Pro cuius declaratione ſciendum, quod tunc cogitatio luxuriæ peccatum eſt quando quis cogitans turpia voluntariè, ſiue ad pœnitendum de his, quæ geſſit, ſiue ad intelligendum, vel docendum materiam de turpibus bona intentione, ſiue involuntaria occurrit cogitatio turpis ex ocioſitatem mentis, vel curioſitate, vel ex geſtis per eum, vel per ſuggeſtionem dæmonis ſenſualitatis, tamen aliqualiter delectatur, & ſibi complacet, cum diſplicentia tamen rationis, ibi eſt peccatum veniale. Et hoc eſt quod ait Apoſt. Ro. 7. Non enim quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum hoc facio. Loquitur enim de malo concupiſcentię, & complacentiæ ſenſualis, quod frequenter patitur animus in cogitationibus turpibus, quod quidem licet odiat ſecundum rationem, tamen patitur illud in ſenſualitate. Talis complacentia ſignificari, poteſt ſeu figurari, per æſum ligni vetiti ab Eua, quod oſtendit Gregorius dicens. Suggeſtio peccati fit per diabolum, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum ideſt rationem, quia & primo ſerpens culpam ſuggeſſit. Eua uelut caro ieſt ſenſualitas delectata eſt. Adam verò velut ſpũs conſenſit & infra. Cum enim malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mente, ſi nulla delectatio peccati ſequatur, peccatũ omnino perpetratum non eſt. Cum vero caro delectari cœperit peccatum iam naſci incipit. Si verò ex deliberatione cõſenſit, tũc peccatum cognoſcitur perfici, ſcilicet in animo. In ſuggeſtione enim peccati ſemen eſt, in delectatione fit nutrimentum, in conſenſu perfectio. Et ſæpe cõtingit ut quod malignus ſpiritus ſeminat in cogitatione, caro trahat in delectationem, non tamen animus, ideſt, ratio eidem delectationi conſentiat. Et cum caro ſine animo delectari nequeat, ipſæ tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali quoquo modo ligatur inuitus, vt ei ex ratione contradicat ne conſentiat, & tamen ea delectatione ligatus ſit, ſed ligatum ſe vehemẽter ingemiſcat. Vnde & ille cæleſtis exercitus præcipuus miles gemebat dicens. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę, & captiuum me ducentem in lege peccati. Itaque eſt homo & captiuus, ut ita dixerim & liber, liber ex iuſtitia, captiuus ex delectatione, quam portat inuitus, hæc ille diſtinct. 6. teſtamentum in palea, ſed penſandum. Si arguatur contra, quia videlicet Auguſtin. dicit in li. de libero arbitrio, quod nullus peccat in eo, quod vitare non poteſt, homo vitare quin actus ſenſualitatis ſit inordinatus. Eſt. n. ſenſualitas perpetua corruptio, quãdiu uiuimus in mundo, ſecundum Aug. ergo talis motus ſenſualitatis, ſeu complacentia non eſt peccatum, Reſponder beatus Thomas prima ſecundæ quæſtione 74. articul. 3. quod perpetua corruptio ſenſualitatis intelligenda eſt quantum ad fomitem, qui nunquam totaliter tollitur in hac uita. Tranſit enim originale peccatum reatu, & remanet actu ideſt quoad inclinationem ad malũ. Sed talis corruptio non impedit, quin homo rationabili voluntate poſſit reprimere ſingulos motus inordinatos ſenſualitatis ſi præſentiat, puta diuertendo cogitationem ad alia. Sed dum homo cogitationem ad aliud diuertit, poteſt etiam circa illud aliquis inordinatus motus inſurgere, ſicut cum quis transfert cogitationem ſuam a delectationi-

bus carnis uolens concupiscentiæ motus uitare ad speculationem scientiæ.

§.5. ¶De secundo gradu scilicet morsæ delectationis intelligitur illud Hierem. 4. Vsquequo morabuntur apud te cogitationes noxiæ? Et illud Sapien. 1. Peruersæ enim cogitationes separant a Deo. Nullũ autem peccatum separat a Deo nisi mortale. ¶ Cogitatio autem morosę delectatiõis circa materiam luxuriæ est peruersa, quia contra debitum vsum seu rectitudinem rationis, vnde & mortale. Qđ firmat b. Tho. prima se. q. 74. ar. 8. per auctoritatem Aug. dicentis in libro 12. de trini. Si consensus illicebris, id est uoluptatis sola cogitatione delectationis contentus est, sic habendum existimo velut cibum vetitum Sola mulier comederit. Et post pauca subdit, qđ totus homo damnabitur per huiusmodi, quę sine uoluntate operandi, sed tamen cum uoluntate animum talibus oblectandi solius cogitationis sentiuntur esse peccata, nisi per gratiam Christi remittantur Nullus autem dãnatur nisi pro mortali. Ad hoc etiam facit Grego. Plerunque autem peruersum, quod concipit animus intra se metipsum etiam per desiderium uoluit. Et nimirum mentem ne quaquam, immunda cogitatio maculat, compulsat, sed cum hanc sibi per delectationem subiugat, de pæ. dist. 3. c. inter hæc. Macula autem non contrahitur propriè nisi pro mortale secundum Tho. in 4. ergo &c ¶ Et nota qđ in expositione illius figuræ de æsu pomi uetiti per Adam & Euam aliter procedit Aug. aliter Grego. Nam Greg. in §. præcedenti Euam dicit carnem. i. sensualitatem signare in qua non contingit esse nisi ueniale. Sed Aug. potuit Euam rationem figurare inferiorem, in qua potest ẽt esse mortale secũdum Tho. & virum rationem dicit esse superiorem in homine, Vnde ęsum Euæ dicit signare morosam delectationem in cogitatione, & ęsum ad consensum mentis in actum. Nec est per hoc contrarietas in sententia dictæ conclusionis, sed uarietas expositionis dictæ figuræ. Quid sit ratio inferior, & quid sit ratio superior habes in prima parte. ti. 2. c. 8. Sed p maiori declaratione huius materię quæ utilis est, & difficilis ad cognoscendum dicit b. Tho. prima secundę. q. 74. ar. 8. ¶ Quoũ aliquis de fornicatione cogitans potest de duobus delectari. Vno modo de ipsa cogitatione. Alio mõ de fornicatione cogitata. Delectatio de cogitatione ipsa sequitur inclinationem affectus in cogitationem ipsam. Cogitatio ipsa secundum se nõ est peccatum mortale, immo quãdoque est ueniale tantum, putaꝫ cũ quis inutiliter cogitat de ea, quandoque sine peccato omnino, ut quando utiliter de ea cogitat, ut cũ uult de ea prędicare vel disputare, & ideo per consequens cogitatio & affectio, quæ sic ẽ de cogitatione fornicationis non est de genere peccati mortali, sed quandoque ueniale, q̃ doque nullum. Vnde nec consensus in talem delectationem est mortale. Sed q̃ aliquis de fornicatione cogitans delectetur de ipso actu cogitato, hoc cõtingit ex hoc, qđ affectio eius est inclinata in hunc actũ. Vnde qđ aliquis cõsentiat in talem delectationem, hoc nihil est aliud, q̃ qđ cõsentiat in hoc qđ affectus eius sit inclinatus in fornicationem. Nullus. n. delectat nisi in eo quod est cõforme appetitui eius. Qđ autem aliquis eligit ex deliberatione, quod affectus eius conformetur his quæ scdm se sunt mortalia est mortale. Vnde talis cõsensus in delectationem peccati mortalis in cogitatiõe, & si nõ in opus est mortale. Habet ergo locum in aliis mortalibus, ut homicidii, furti, & huiusmodi. Dicit enim beatus Tho. vbi supra, quod consensus in delectationem quæ procedit ex complacentia actus homicidij cogitati, est peccatum mortale, nõ autem consensus in delectationem quæ procedit ex complacentia delectationis de homicidio. Contingit autem frequẽtius hominẽ peccare circa materiam luxurię in morosa delectatione, quia magis ad huiusmodi inclinatur. Et inciduntin hoc tepidi. Nam frigidi. i. habituati in peccato subito trahuntur ad consensum operis. Feruentes quam citius expellunt immundas cogitationes. Sed tepidi morantur in huiusmodi. ¶Et secundum Tho. vbi supra articulo sexto. dicit delectatio morosa non ex mora temporis, sed ex eo, quod ratio deliberans circa eam immoratur, nec tamen eam repellit tenens & volẽs liberaliter quæ statim, vt attingunt animum repelli debuerunt, vt dicit Aug. in 12. de trin. Et quamuis apprehensio uirtutis imaginatiuæ sit subita, & sine deliberatione, & ideo potest aliquẽ actum causare antequam ratio superior vel inferior habeat tempus deliberandi, & ibi potest esse ueniale tantum, tamen iudicium rationis inferioris qua scilicet iudicatur de aliquo agendo, vel non agendo per rationes tẽporales, puta per legem humanam, vel naturalem est cum deliberatione, quæ indiget tempore, in quo & ratio superior, quæ secundum rationes aternas, seu legem diuinam iudicat de agendis deliberare potest. Vnde si non cohibeat ab actu peccati per suam

delibe-

Delectatio morosa est mortale

Cogitãs de fornicatione duplicit er delectatur.

deliberationem. ſ. deteſtãdo ut malum ei imputatur, & ſic in ipſa conſentire videtur. Per. de Tharan. in 2. ſen. diſt. 24. ſic dicit. Complacentiam ſurgẽtem in ſenſualitate circa luxuriã, vel aliud aliqđ ẽ mortale ex genere, ſuo, aut ratio ſuperior ex conſideratione diuini præcepti, vel offenſę Dei ſtatim reprimit, & tunc non eſt niſi veniale. Aut non ſtatim reprimit, & tunc aut expręſſe conſentit, & ſic eſt mortale, quia vir comedit ideſt ratio ſuperior conſentit Aut nõ expræſsè ſed negligit reprimere. Aut ergo manet talis complacẽtia poſt ſufficientem deliberationem, & animaduerſionem periculi, & tũc eſt mortale, & mulier comedit. Aut non manet, & ſic eſt veniale.

§. 6. Cõſenſus deliberatus in actũ eſt mortale.

¶ De tertio gradu luxurię ſcilicet conſenſus in actum turpem, iſtud eſt mortale. Matt. 15. Ex corde exeunt cogitationes male, furta homicidia, fornicationes, adulteria, & hæc coinquinant hominem. i. macula mortali inficiũt quando ſunt cogitationes deliberata horum. Et tunc ſecundum Auguſ. dicitur quedam figuratiuè comediſſe pomum id eſt rationem ſuperiorem conſenſiſſe expræſsè ſaltem per omiſſionem, & conſequenter mortem animę incurrere. Vnde Augu. dicit quod prima differentia peccati mortalis eſt cum in corde cõſentitur libidini figurata per puellam moreuam, ſed adhuc in domo iacentem, de pæn. diſt. 2. Sicut. Itẽ dicit Aug. Si cui adhæſit cupiditas concubendi cũ uxore aliena, ſed deeſt facultas, nõ minus reus eſt quam ſi in ipſo facto depræhenderetur, de pæn. diſt. 1. Et hoc quo ad iudicium diuinum, nõ humanũ, ubi non puniuntur cogitationes ſolę etiam deliberatæ. Et eſt ſimilitudo in genere non in ſpecie, ſeu quantitate. Nam ſicut eſt peccatũ operis maius quam cordis cęteris pauperib. ita & grauius punitur a Deo. Sed in hoc eſt ęqualitas, in diuturnitate pœnæ, quia utrum que pœna ęterna punitur. Idem dicendum eſt de aliis peccatis, ut patet ea. diſt. per plura capitula ante illud. Si cui. Et hoc totum intelligendum eſt deliberato conſenſu in actum peccati mortalis eius, ſcilicet quod eſt cõtra aliquod præceptorum, ut fornicationis, furti homicidii, & huiuſmodi. Conſenſus autem deliberatus in actum peccati uenialis, quamuis etiam pertineat ad rationem ſuperiorem non tamen ex ſe eſt niſi ueniale, puta quis deliberat dicere mendacium officioſum, uel iocoſũ, uel uerbũ otiosum, & huiuſmodi, ſcđm Tho. 1. ſe. quæſt. 75. arti. 9. Ex ſe autem propterea dictum eſt, quia rõne contẽptus adiũcti poſſet eſſe mortale. ¶ Sciendum etiam qđ cum peccatum cogitationis mortale ſit eiuſdem ſpeciei, cum eodem opere exteriori perpetrato, ſed differunt ſecundum imperfectũ, & perfectum, qui a peccatum cordis dicitur imperfectũ ſpectu peccati operis ſecundum Tho. prima ſecundę. Ideò quemadmodũ peccata mortalia operis de neceſſitate opotet ea confiteri non ſolũ i genere, ſed in ultima ſpecie. Non enim ſufficeret dicere ſe perpetraſſe luxuriam, ſed oportet quod exprimat ſpeciẽ luxuriæ puta ſimplicis fornicationis, vel adulterii, vel ſtupri, vel ſacrilegij, & huiuſmodi. Ita etiam de cogitationibus deliberatis luxuriæ non ſufficit confiteri ſe habuiſſe cogitationes turpes cum conſenſu, ſed etiam oportet quod exprimat materiam ipſarum videlicet coniugatam, vel ſolutam, vel uirginẽ, uel ſanctimonialem uel mares, & huiuſmodi. Et idem iudicium videtur de cogitationibus moroſis, ut ſcilicet exprimatur qualitas perſonarum erga quas animus uerſatus eſt. Cogitatio autem deliberata in uxorem propriam non eſt mortale ſicut nec ipſe actus coniugalis de ſe, & hoc niſi ita immoraretur in ea quod pollutio in eã ſequeretur in vigilia. ¶ De quarto gradu luxurię quod eſt aſpectus ibidinoſas Matth. 5. Qui videtur mulierẽ ad cõcupiſcẽdũ eã iam mechatus eſt in corde ſuo. Vnde Augu. Etiam ſolo uiſu cum turpiter vel innupta cõcupiſcitur adulteriũ ppetratur. 22. q. 5. Qui viderit. Et ſumitur ibi adulteriũ impropriè ſcilicet pro fornicatiõe ſcđm glo. vel alia ſpecie luxuriæ. Item Aug. in regula. Aſpectu quoque & affectu appetit & appetit concupiſcentia fęminarũ. Nec dicatis vos habere animos pudicos ſi habeatis oculos impudicos, qa impudicus oculus impudici, cordis eſt nuntius, & cum ſe inuicẽ ẽt tacente lingua aſpectu mutuo corda nũciãt impudica, & ſecundum concupiſcentiã carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda uiolatione corporibus fugit caſtitas ipſa de moribus. 32. q. 5. Nec ſolo. Caſtitas autem non amittitur niſi per mortale ergo & talè aſpectus eſt mortale. Et Prouer. dr Abominabilè eſt domino defigiens oculũ ſcilicet in alterum ad concupiſcendum luxuriosè ſed nullus efficitur abominabilè domino niſi pp mortale ut arguit Vl. ergo talis aſpectus eſt mortale. Et notandum, quia non dicit ſimpliciter qui uiderit mulierem, ſed cum additione ad concupiſcendum. ¶ Nam poteſt quis aſpicere multipliciter mulieres, quia uel a caſu ſine præmeditatione, uel ex cauſa rationabili, ut ſcilicet cognoſcat eam in effi-

Peccatũ cogitatiõis differt ab actu peccati.

Aſpectus libidinoſus eſt mortale peccatum.

Mulieres multipliciter aſpiciuntur.

in effigie,& discernat ab aliis, velut attentiorem reddat,si loquitur de vtilibus,uel ut considerans vanitatem ornatus possit melius reprehendere, vel ex quodam honesto amore, secundum illud prouerbium. Vbi oculus. ibi amor, sicut pater respicit filium, & amicus amicum,& in his nullum de se peccatum,uel vt ex pulchritudine creaturæ exurgat in laudē creatoris secundū ps.91. Delectasti me domine in factura tua,qđ tñ est perfectorū:Impfectis aūt est periculorū, vel ex quadā curiositate, vt sciat factionē seu formā eius vel ornatū earum quadam sensuali cōplacentia de pulchritudine eius,sicut mulieres de Aegypto ascendebant per muros, vt viderent transeuntem Ioseph pulcherrimū, qđ sine peccato ueniali nō est, vel ut libidinosè inardescat in concupiscentiam eius, & hoc est aspicere ad concupiscendū,quod est mortale.Et quod dictum est de uiro erga mulierem, idem per totum de muliere aspicientē virum. Et hoc ostenditur, quam grauiter & quam innumerabiliter peccant qui diebus festiuis, vel aliis discurrunt per ecclesias,vel vias ad prouocandū mulieres,vel philocapti in aliqua sequuntur eam. Ad quid enim nisi ad concupiscendum libidinosè. Qui tot peccata mortalia perpetrant quot diuersas cōcupiscentes aspiciūt vel quot vicibus vnam, & eandem sequentes diuersis temporibus aspiciunt ad concupiscēdum. ¶Ipsæ etiam mulieres perpendentes se adamari, & procari quotiescunque studiosè se offerunt aspectibus amatorum,ut illis placeant,totiens peccant mortaliter,ēt si nil turpe agere uellet cum illis.Et ratio est,quia sūt occasio efficax ruinæ illorum,& qui occasionē damni dat,damnum quoque dedisse videtur extra de iniu. & dam. da. c. si culpa. ¶Sed quid de illis, qui sub specie mortificationis spiritualis faciunt coram se denudare mulieres totaliter,sicut compertum est aliquando in aliquibus prætendētibus sanctitatem, credo nō posse excusari a mortali peccato. Et ratio huius est, quia hoc est contra honestatem naturalem, adeò vt etiam primi coniuges Adam & Eua post transgressionem præcepti nō passi sunt se inuicem nudos videri, sed fecerunt sibi perizomata de foliis ficus, ideſt cooperto ria pudendorum, vt patet Gen. 3. & Valerius maximus dicit quod non erat phas patrē cū filia simul balneari,ne nudos se inuicem viderent,cum tamen essent Ethnici. Vnde sola ratio naturalis hoc eis dictabat. ¶Secūda ratio est propter periculum lapsus. Dauid tam sanctus aspiciens a casu mulierem lauantem se, non euasit crimen adulterii. Quomodo credē dum est, vt non incidat in laqueum diaboli, qui studiosè sibi laqueum parat ? Qui amat periculum incidet in illud,vt dicitur Eccl.3. Vnde & Barnabas cū videret gentiles in quodam festo ludere mares cum fœminis nudos, ita horruit opprobriū hoc & periculū, vt malediceret eos, ex cuius maledictione secuta est ruina templi,vnde multi mortui sunt.

De facientib. nudare mulieres.

¶Tertia ratio est propter scandalum. Nihil enim occultum quod non reueletur Mat. 10. Cum autem talia deueniunt in notitiam aliorum præcipue facta a personis quæ reputantur spirituales generant magnum scandalū cogitantibus hominibus, etiam peiora, & de aliis personis uerè honestis, & bonis etiam similia. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis his, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum. Matth. 18. Ex qua pœna innuitur peccatum mortale in scandalo inductiuo ad mortale vt hoc. Sed vt dicit propheta. Facies earum ventus vrens, ideſt aspectus earū in facie est immittens quendam afflatum, & instigationem libidinosam in aspicientem, quanto magis aspectus turpitudinum earū. Vnde & Leuiti. 18. Vbi prohibetur matrimonium contrahendum inter certas personas sub nomine aspectus turpitudinis earum prohibetur,cum dicitur,turpitudinem eius non reuelabis,quasi ostendens quod talis aspectus est inductiuus efficaciter ad commixtionem. Non est ergo huiusmodi vera mortificatio, sed deceptio diaboli, & laqueus animarum insipientum,& dici potest hoc uitium Impudicitia.

§.8. Turpis cōfabulatio.

¶Quintus gradus luxuriæ est turpis confabulatio.primæ.Corinth. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala & Cypria. in li. de virginitate ait.Ipsæ concubitus,ipsæ complexus,ipsa confabulatio, ideſt turpium quantū dedecoris,& criminis afferat confitentur. Sed crimen importat mortale peccatū, ergo & cō fabulatio.i.locutio turpium est mortale quod ait Apostolus ad Eph. 5. Appellat stultiloquiū,& cōnumerat inter mortalia dicēs. Oēs aūt fornicatio aūt immunditia, aut auaritia, aut stultiloquiū nō noīetur in vobis,sicut decet sanctos, & subdit, p̄ois talis nō hēt hæreditatē in regno Christi quo nullus priuat nisi per mortale. Et de hoc nulli dubiū est, qđ qui dicit verba turpia,& lasciuia hac intentione, vt se vel alium prouocet ad luxuriam, vel se mente delectandi in locutione, & cogitatione turpium, extra mattimonium mortaliter peccat.

peccat psal. Lingua eorum, scilicet talia persuadentium gladius acutus, scilicet ad occidendum animam suam, & audiētium vt exponit Aug. de pœ. dist. 1. Noli. Quinimò dicendo verba honesta & bona, sed hoc fine, ut per illa tandem induceret ad libidinē peccaret mortaliter, sicut & qui dat eleemosynā, vt cum illa persona valeat fornicari. Sed ubi talia verba turpia dicuntur ex quadam leuitate ad solatium quamuis de se non videantur mortalia, quia peccata oris secundum Tho. per maximè iudicantur quo ad grauitatem peccati ex intentione proferentis propter qđ dicit Aug. q̄ ream linguam non facit nisi rea mens: tamen per accidens posset esse mortale ibi ratione scandali seu ruinæ inde sequentis in mente alicuius, vt cum audientes sunt debiles spiritu, & verba essent multum lasciua.

Peccata oris vnde iudicantur.

¶ Idem videtur dicendum de facientibus, vel cantantibus cantilenas plenas lasciuiis, & multo magis quando ibi immiscentur etiam nomina Dei, & sanctorum, quod pertinet ad notabilem irreuerentiam Dei, & sanctorum. Sed audientes libenter talia non tantum ex quadam leuitate, & solatio vno: sed etiam de lectationem deliberatam in tali materia audita quærentes, non videntur posse excusari a mortali, sicut nec a delectatione morosa turpis cogitationis cum ex auditu sequantur talia præcipue mentibus infirmorum, nisi forte hoc foret inter coniuges. Si ergo contingat præter intentionem talia audiri, vitare debent, vel saltem displicentiā mentis habere.

¶ Mediatores autem in huiusmodi de turpibus, qui portant ambassiatas de talibus materiis, siue viri, siue mulieres, vel qui persuadēt, vel qui deferunt litteras scienter in istis etiam honesta continentes, sed ad contrahendam malam amicitiam, nulli dubium quin peccēt mortaliter. Digni enim sunt morte æterna, videlicet non solum qui faciunt huiusmodi, sed etiam qui consentiunt facientibus. Roman. 1. Vnus autem modus consensus est per cooperationem ut hoc, & multomagis mittentes ipsas litteras, & scienter recipientes, & legentes.

De mediatoribus luxuriantium.

§. 9. Turpis contrectatio.

¶ Sextus gradus luxuriæ est libidinosa cōtrectatio, quæ scilicet fit per oscula, amplexus, contractus manuum, vel aliarum partiū corporis. Hanc Apostolus nominat turpitudinē cum ait ad Ephe. 5. Omnis fornicatio aut immunditia aut turpitudo non nominetur in nobis. Vbi glo. Turpitudo vt in osculis, amplexibus & huiusmodi omnia talia sunt peccata mortalia quando fiunt ex libidine extra matrimonium. Vnde Apostolus ibi subdit. Omnis fornicator aūt immundus non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Non autē resumit de turpitudine, & stultiloquio, & scurilitate, quia sub illis scilicet fornicatione & immunditia includuntur. Intantū enim sunt peccata amplexus, oscula, tactus, & stultiloquia, inquantum procedunt ex luxuria q̄ in fornicatione & immunditia notatur ſm Th.

¶ Pro cuius maiori declaratione dicit. B. Tho. 2. 2. q. 154. q aliquid potest esse peccatū mortale dupliciter. Vno modo secundum speciē suam, & hoc modo osculum amplexus, vel tactus secundum suam rationem non nominant peccatum mortale. Possunt hæc fieri absque libidine, vel propter aliquam rationabilem causam. De more enim est in aliquibus locis, vt non solum viri viros, sed etiam viri mulieres, præcipue consanguineas suas, cum de nouo aduenient, vel visitant amplexantur, & manus mutuo contingant, & osculentur. Sicut & Iacob patriarcha osculatus est Rachelem adolescentulam amore casto, vt cō sanguineam. Necessitas quandoque compellit, & tangere totum corpus, & etiam secretiora naturæ, vt medicus infirmam in tali parte. Causa alia rationabili, vt cum datur osculum pacis in ecclesia, esto quod non fiat a viris erga mulieres, talia non sunt peccata de se, quamuis possit superuenire & temptatio & mala intentio: sed hoc erit per accidens.

¶ Alio modo dicitur aliquod esse peccatum mortale ex causa sua, sicut ille qui dat eleæmosynā, vt inducat aliquem in hæresim mortaliter peccat propter intentionem corruptā. Dictum est supra quod non solum consensus in actum, sed etiam consensus in delectationem peccati mortalis est peccatum mortale. Et ideò cum fornicatio sit peccatum mortale, & multomagis aliæ species, consequens est, vt consensus in delectationem talium peccatorum est mortale. Et ideò cum oscula, amplexus, & actus fiunt propter huiusmodi delectationem extra matrimonium: habenda sunt mortalia; quia sic sunt libidinosa. Et qui permittit hæc sibi fieri ab eo quem æstimat ad hoc moueri amore libidinoso mortaliter peccat, quia facientem & consentientem pari pœna constringit, vt dicitur 2. qō. 1. Notum cum glosa. Sed qui dimittit hoc sibi fieri, credens talem moueri ex dilectione fraterna seu honesta amicitia, seu quadā humanitate, seu more patriæ non peccat, quamuis hoc faciens ex libidine moueretur, & per cō sequens mortaliter peccaret, & hoc quo ad oscula: amplexus,

Mortale dr ex causa.

xus,& dãdo alter alteri manum vt moris est quod tamen periculosum est. Et ideò cauendum est ab his nisi inter virum & mulierem etiã religiosos. Bonum est (inquit Aplꝰ. 1. Cor. 7.) Mulierẽ nõ tãgere. Nã ut dr Eccl. 13. Qui tetigerit picem, cui similis est mulier, inquinabitur ab ea. Vnde & Leo papa & sãctus cũ manus eius mulier ex deuotione osculata fuisset, incidit in graue tẽptationẽ carnis, propter quod manũ ipsam scandalizãtẽ abscidit sed virgo Maria miraculosè restituit. ¶ Cum ẽt quidã reprẽhẽderet quẽdã fratrẽ corã btõ Iordano magistro ordinis prædicatorũ ex eo qđ quædã mulier ex deuotione tetigisset manũ eius, sed ille se excusans diceret, qa mulier bona & sancta esset. Respondit beatus Iordanus. Terra vtique bona est, & aqua bona, & tamen ex utraque se contingente fit lutũ. ¶ Permittere autem se tangi in membris genitalib. nisi sint cõiuges, vel nisi subsit cã necessitatis, vt infirmitas, & huiusmodi, credo nõ posse excusari a mortali cum istud nõ fiat cõiter nisi ex amore libidinoso. Et credere qđ hoc fiat pura intentione est fatuitas non simplicitas. Et multo magis hoc faciens, qa periculosè se exponit peccato luxuriæ ponens ignem in paleis. Et quamuis prædicta. s. osculas, amplexus, & tactus nõ impediant bonũ ꝓlis generandę & educandæ, & quia ex his pcisè nõ põt sequi generatio, tñ ipsa procedunt ex libidine, quæ est radix hmõi impedimẽti & secundum hoc. i. in quãtum libidinosa sũt mortalia & nõ aliter, ſm Thomã vbi supra. Dicit enim Vl. in qđ libertis & in sũma sua, qđ ꝓpterea Apostolus post q̃ reprẽhendit huiusmodi vitia. s. turpitudinẽ, ut in actibus, & osculis, stultiloquium, & scurrilitatem, cõnumerans ea inter pcã mortalia manifesta, quia & ipsa talia sunt, cũ procedũt ex libidine subdit. Nemo vos seducat inanib. verbis, propter hoc uenit ira Dei in filios diffidẽtię. Quod dixit propter quosdam, qui tunc forte puipendebãt hmõi uitia, sicut & nunc sunt aliq turpes hmõi annihilantes. Probat hoc idẽ ꝓ auctoritatem Christi. Qui viderit inquit mulierem ad concupiscẽdam eam &c. Vbi dicit. Beda qđ visus accipitur ibi ꝓ omni motu ad delectationem uenereã. s. extra matrimoniũ. Et concludit ipsæ. Vltricus, quod ista esse mortalia tenendum est omnino, non tanquam opinio de qua aliter sentire liceat, sed tãquam ueritas ad fidẽ pertinens, sicut omnia q̃ pertinent ad bonos mores, & qui pertinaciter assereret contrarium esset hęreticus, quia est contra scripturam a sanctis expositam.

¶ Septimus gradus luxuriæ est consumatio libidinosi operis, dequo Apostolus ad Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis quę sunt fornicatio, adulterium, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. Et subdit, qui talia agũt, regnũ Dei non consequentur. Aug. etiã in li. de igne purgatorii ponit inter peccata mortalia, quæ ducunt ad gehennã, fornicationẽ, qđ est minus in genere luxuriæ vt patet dist. 25. §. aliàs aũt ea. Et nota quod in ele. ca. ad nostram, de hæreticis. ¶ Vnus ex articulo Beghardorũ dãnatus pro hæresi est, quod osculum mulieris ẽ mortale post peccatum. s. primorum parentũ cum ad hoc non inclinet natura, sed actus carnalis peccatum nõ est, maximè cum tẽptatur exercẽs, & hoc quia natura ad hoc inclinet. Sed vtrumque est falsum, & hæreticum, ut hĩ in dicta cle. & declaratur ibi in gl. per Io. An. Primũ. n. nõ est simpliciter verũ. Nã osculum mulieris põt esse cũ pctõ, & sine peccato. Si. n. fiat ex libidine, & extra matrimonialiter coniunctos erit peccatum mortale, alias nõ, ut supra dictum est. Nam si fiat ex more patriæ & honesto amore, non erit peccatũ. Si ir inter cõiuges ex amore carnali, si fiant ut in actu coniugali, nõ est peccatum saltem mortale. Rõ autem, quę assignatur est falsa. s. qđ natura nõin clinet ad hoc. Natura. n. ordinat illa ad actũ carnalem consummatum, vt in finem. Sicut autem natura ordinat aliquid in proprium finem ita etiam inclinat in omnia ordinata de se ad il lũ finẽ. Sicut enim grauitas rei grauis inclinat illam rem ad esse deorsum, ita etiam inclinat illam ad descendendum deorsum. Cum ergo natura intendat consummationem actus uenerei, quia ex eo sequitur generatio, & oscula ordinentur, & inductiua sint ad consummationem operis, ideò in coniugio legitimo quod est secundum natura etiam speciei id est secundum rationem, oscula & huiusmodi possunt esse sine peccato. Itẽ dato etiam quod natura ad huiusmodi non inclinaret, ad hoc ratio non concluderet. Si enim aliquid esset mortale, ad quod natura non inclinet, ergo ieiunare, peregrinari, & alia opera pænalia facere, credere in Deũ unũ, & trinũ eẽnt mortalia, cũ natura ad ista nõ inclinet, qđ est absurdũ. Scđm similiter est falsum & hæreticũ. Nã fornicatio est actus carnali, & semper est mortale peccatũ, ut patet ꝓ Apostolũ ad Gal. 5. Et Aug. dicit. 25. dist. §. alias ãt ea. 22. q. 1 Procedẽdum, quo plenius infra declarabitur. Quamuis autem natura generis inclinet ad comixtionem maris, & fęminę simpliciter, ideſt secundum sensualitatem,

§. 10. Reꝓbatio operis Beghardorũ qđ osculũ mulieris sit peccatũ

Fornicatioſ ꝓ est peccatũ mortale

fualitatem quæ eſt cõmunis nobis, & beſtiis non tamen natura ſpeciei per quam homoeſt differens a brutis ideſt ſecundum rationem, ſed inclinatur ad huiuſmodi actum prout debito modo exercetur ſcilicet per coniugium. Et alio modo exercitatus talis actus eſt cõtra naturam ideſt rationem naturalem, vt infra dicetur. ¶Et in coniugio quidem talis actus uenereus duobus modis eſt mortale peccatũ. Vno mõ corpore ſcilicet quando prætermittitur debitum vas vnde generatio ſequi nõ poteſt aut ſtudiosè ſunditur ſemẽ, & mortale eſt in vtroque vt fecit Onam filius Iudę qui ob hoc mortuus eſt Gen. 38. Et de hoc ẽt 33. queſti. 7. adulteri. In aliis autem modis incongruis ſeruato tamen debito vaſe quãuis de ſe nõ ſit mortale, poteſt tamẽ ibi eſſe mortale propter motũ effrenatæ libidinis. Et hoc eſt quod dicit Alb. quod poſſunt eſſe ſigna mortalis concupiſcentiæ, & ideò deteſtãda inquirenti huiuſmodi. Alio modo mente cũ ſcilicet excedit limites matrimoni ideſt cum intentionem deliberatam habet ad aliam p ſonam quam coniugem vel ita effrenatè rapitur ad actũ, quod etiam ſi vxor nõ eſſet cũ illa, vel alia tamen libidinem ſuam expleret, & hoc mortale in ipſo non in conſorte qui hoc non intendit. Tales videntur fuiſſe ſeptẽ mariti. Sarræ vxoris Thobiæ iunioris qui ob hoc ſtrãgulati ſunt a diabolo ut habetur Tho. 7. & ſic poteſt intelligi illud Hiero. Nihil iter eſt ex qua cauſa honeſta quis inſaniat. Vnde Sextus philoſophus ſenten. inquit. Adulterẽ omnis in vxorem ſuam amator ardẽtior. 32. q. 4. c. Origo. Gloſa Adulter ideſt ad ſimilitudinẽ adulterii ſe habet diſponẽs ſe illam vel etiam ſi non eſſet vxor. Si autem infra limites matrimonii exerceatur talis actus cauſa delectatiõis eſt de ſe ueniale ut. 25. di. §. aliàs aũt ea, ſed ſi cauſa generandę prolis vel cauſa reddẽdi debitum alter alteri, vt tenetur cũ poteſt tunc nullum peccatum vt dicit Aug. 32. q. 2. Quicquid inter ſe. ¶Itẽ nota quod cũ oẽs prædicti gradus luxurię concurrãt ſucceſſiuè, & immediatè in aliquo peccato luxuriæ ſine interpoſitione temporis omnes habẽtur pro vno peccato mortali, quod tanto grauius eſt quanto plura concurrun ſicut ſi quis in cognitione fornicationis morosè delectatur, demum in actum aſſentiat. & cum tali p poſito aſpiciat in aliquam libidinosè alloquatur turpia ut eam inducat oſculetur, & demũ eam cognoſcat, unum mortale ẽ, ſed ſi diuerſis tẽporibus interpollatis alijs hoc faciat qđlibet per ſe erit mortale, vt ſi morosè delectatur, & alia vice de eodem vitio cogitatione occurrente aſſentiat, & alio tempore videſ p ſonam, in quam mente conſenti libidinosè aſpiciat, &c. erunt diuerſa peccata mortalia. Figuratur autem ipſum opus luxuriæ ſicut ẽt quolibet aliud peccatum mortale opere commiſſum per adoleſcentem mortuũ extra portam delatum, vt dicit beatus Auguſtinus. Portæ enim animæ ſunt ſenſus corporis. Operi autem peccati addit autem beatus Auguſtinus alium gradum ſcilicet aſſuefactionem ad ipſum prauum opus figuratum per Lazarum ſepultum ſcilicet moſe malę cõſuetudinis de pæni. diſtin. 2. Sicut Addit Greg. in morali. tertiũ ſcilicet obſtinationem in ipſo vitio, & hoc per excuſationes ſuas, & adulationes alio rum figuratum per quartum mortuũ Chriſto nunciatum, ſed non reſuſcitatum. Et ſic ignis paulatim creſcendo comburit totum tẽplum corpus & animam. Ignis autem nunquam dicit ſufficit. Prouerbiorum penul. de gradu in gradum creſcit, ut dicatur. Incẽderunt igni ſanctuarium tuum &c.

¶Tertio & vltimo uidẽdum eſt de eius lęſione, quæ ſequitur. Hæc eſt autem lęſio & nocumentum, quia ſicut illud templũ fuit p ignẽ totaliter deſtructum, ita templum rationale vniuerſaliter deſtruitur per ignem luxuriæ. Vnde de hoc propriè dicitur Iob. 31. Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & eradicãs omnia germina, ſcilicet bonorum temporalium & ſpiritualium. Conſumit enim.

¶Primo temporalem ſubſtantiam.

¶Secundo mundialem gloriam.

Tertio corporalem vitam.

¶Quarto mentalem intelligentiam.

¶Quinto quietem & munditiam.

¶Sexto ſpiritualem gratiam.

¶Septimo ducit in æternalem gehennam.

Primo conſumit temporalem ſubſtãtiam de quo prouer. 29. Quinutrit ſcortũ pdet ſubſtantiam. Exemplum de filio prodigo qui diſſipauit ſubſtantiam ſuam uiuẽdo luxuriosè ut habetur Lu. 15. O quot & quanta expẽdũtur in huiuſmodi miſeriis. Et ubi deberent pauperibus erogare. ut per hęc poſſent recipi per eleemoſynas in æterna tabernacula ut admonet Chriſtus. Ipſi per abuſum talium prę parant ſibi æterna tormenta, reddituri domino rationem de hoc quod de boni ſibi a deo collatis ſe occidunt, alios in peccatis nutriũt & pauperibus quaſi illa rapiunt. ¶Secũdo luxuria conſumit mundi gloriam ſeu famam. Maximè autem hoc uitium infamat hominẽ Vnde & Grego. dicit in 2. morali. quod peccata carnalia

§. II.

Actus coniugalis dupl'r eſt mortalis.

Qñ gradus luxurię ſit unũ vl plura peccata.

Luxuria lędit tẽporalia bona.

ta carnalia sunt maioris infamiæ quam cætera vitia. Salomõ fuit valdè glorioſus, & famoſus in mundo, ita vt omnes deſiderarent videre vultum eius, ſed per luxuriam deturpauit, & obfuſcauit oẽm famam ſuam. Propter quod dicitur Eccleſia. 48. narrata gloria eius, Inclinaſti femora tua mulieribus poſuiſti maculã in gloria tua, & in quibuſdam ciuitatib. habetur ſtatutum, & valde rationabile, quòd luxurioſos præcipue in genere ſacrilegii, ſcilicet cum monialibus vel ſodomiæ non debeãt ciues admittere per ſcrutinium ad officia, & dignitates, vnde ſequitur honor, & gloria in vita iſta. De nullo etiam vitio homo ita erubeſcit, ſicut de hoc ita quod vix audeat confiteri ex confuſione. ¶ Tertio conſumit vitam Seneca. Plures occidit voluptas quã gladius. Et quidam ſapiens eam deſcribens ait. Luxuria eſt inordinata carnis petulantia, dulce venenum importuna lues, pernicioſa potio, quę corpus humanum debilitat, & virilis animi robur eneruat. Vnam ex rõnibus quare antiq; patres tantum viuebant & robuſti, nunc autẽ paruo tempore, & pleni debilitate, hanc eſſe puto, q̃ erant magis continentes, tardè contrahebant matrimonium, interim ſeruando caſtitatem, nunc autem a pueritia incipiunt pleni eſſe luxuriis, nimis cito contrahunt matrimonium: ſed ſi differunt perpetrant innumera mala. Quidam in magna dignitate conſtitutus, deditus luxuriis, cum meretrice inuentus eſt mortuus, vt narrat cronica Martiniana. Amon ex amore turpi luxurioſo infirmatus eſt grauiter. 2. Reg. 13. & ſimiliter filius præfecti Romani infirmatus, quem ob libidinem, quam ſequi volebat ſuffocatum a diabolo reſuſcitauit Agnes virgo, & martyr ſanctiſſima, vt ſcribit Ambro. Quot toxicantur? Quot violenter occiduntur? Quod infirmantur? Quod detruncantur? Quod infatuantur? Quot vita præſenti a domino in punitionem priuantur? Certè innumeri. ¶ Quarto conſumunt mentalem intelligentiam, Pſalmiſta. Supercecidit in ignis. ſ. luxuriæ & non viderunt ſolem. i. lumen rationis. Vnde de ſenibus luxurioſis, qui quæſierunt Suſanã ad nephariũ opus ſecum trahere, dr̃ Dan. 13. q̃ auerterũt oculos ſuos, ſ. mentis, ne viderent cœlum neque recordarentur iudiciorum iuſtorum. In huius figuram legitur, quòd Sanſon poſtquã adamauit Dalidam deceptus ab ea, excęcatus eſt Iudic. 16. ſic qui deuincitur a concupiſcẽtia carnis, abſtractus & illectus, & quaſi deceptus excęcatur a dęmoniis, vt non conſideret offenſam Dei, & mala multa incurrit. Vnde & Seneca in prologo declamationum ait. Nihil eſt tam mortiferum ingeniis, quam luxuria. Siquidem rationem perturbat, intellectũ hebetat, memoriam eneruat, obliuionem immittit, errorem infundit, ignorantiam inducit & hominem quaſi beſtiã facit Philoſophus etiam dicit in 6. ethicorum, & intãtum actus ille venereus rationem abſorbet, q̃ impoſſibile eſt aliquid intelligere in ipſa delectatione tali. ¶ Quinto conſumit quietem mentis, & munditiã dr̃ prou. 22. Qui diligit cordis mũditiã diliget a dño, ſed certè ẽt corporis munditiam diligit dñs, vt patet per ea, quæ ordinauit in veteri lege, ex qua immundi corpore arcebantur a tẽpli ingreſſu, & in nouo tractaturi aliquid ſacrũ, non niſi mundatis ſeu lotis manibus hoc audent, ſed luxuria tollit vtranq; munditiã, plus q̃ aliã vitia. Mentẽ. n. implet variis paſſionibus, & inquietudinibus ſuſpitionũ, & vitiis. Vñ Hiero in libro contra Iouinianũ ait. Amor formę mulieris rationis obliuio eſt, & inſaniæ proximus minimeque cõueniens ad ſapientiã: altos, & generoſos ſpiritus frangit, & de altiſſimis cogitationib. ad humilimas detrahit quæruloſos, iracundos, temerarios, dure imperioſos, & ſeruiliter blãdos facit, & cũ fruendi cupiditate inſatiabili flagrat plura tpa lachrymis, & qõnibus pdit. Hæc ille. Munditiã corporis tollit, & hoc eſt quod ait Apoſtolus. 1. Corin. 6. Omne peccatum qđ fecerit hõ extra corpus ſuũ eſt, qui aũt fornicatur in corpus proprium peccat, q̃a videlicet non ſolum facit aiam immundam, vt alia peccata: ſed ẽt corpus illud offendit in debitè reſoluendo, vnde non ſolum polluti peccato luxuriæ debent abſtinere de neceſſitate a cõmunione: ſed etiam polluti nocturno ſomno monentur eam dimittere propter immunditiam, & hebetudinem mentis quod nõ dicitur de aliis ita. ¶ Sexto cõſumit gratiam. Tollit enim gratiam omnis virtutis: gratiam ordinis: gratiã datam gratis. Non requieſcit (ait dñs Noe) ſpiritus meus in homine in æternum, ideſt gratia ſpiritus ſancti, vnde procedunt virtutes, & hoc quia caro eſt, ideſt carnalis, & luxurioſus ſicut tẽpore diluuii Gen. 6. Nulla virtus vera poteſt eſſe ſimul cum luxuria, ſed ſimul omnes corruũt. Nullus luxurioſus poteſt recipere gratiam ordinis, nec deberet ordinari. In cuius figuram præcepit dominus, quod ſcabioſus non accederet ad miniſtrandum in templo, nec hernioſus quod exponit Greg. in capitulo paſtoralis dicens ſcabioſum ſignificare luxurioſum corpore. Scabies. n. ꝓcedit in corpore ex ardore nimio interiori

Lędit vitam.

Lędit in telligentiam.

Lędit mentis quietẽ.

Conſumit gratiam.

teriori Hernioſus ſignificat luxuriam mẽtis. Tales non debent ordinari, vt habetur di. 49. ca. Hinc etenim. Sed & dediti huiuſmodi vitiis non præſumunt miniſtrare niſi cum dam natione ſui. Et ſi ſunt notorii vel accuſati in iudicio deberent priuari officio, & beneficio. Frequenter etiam priuatur quis gratia gratis data per hmõi vitium. Vnde narrat Greg. in li. dialogorum quod cum quibuſdam prædicantibus veritatem fidei cum fuiſſent abſciſæ linguæ a Gothis infidelibus poſtea loquebantur, ſicut ſi eas haberent miraculosè, ſed vnus eorum pp lapſum carnis ſubito amiſit tale donum. ¶ Septimo conſumit animam, & poſtea corpus in gehennam, niſi de hac in vita pœniteat, vnde Apoc. pen. dicitur. Fornicariis, mẽdacibus, veneficis, & homicidis pars illorum in ſtagnũ ignis, & ſulphuris. Et Iud. 1. ca. Subintroierunt quidam homines impii, gratiam Dei noſtri in luxuriam transferentes & paulo poſt ſicut Sodoma, & Gomora, & finitimæ ciuitates ſimili modo ex fornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram factæ ſunt exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes, & 1. Corin. 3. Qui violauerit templum Dei, ideſt animã per luxuriam diſperdet illum Deus. i. per diuerſas partes perdet animã, & poſtea corpus mittendo in gehennam. Et Aug. dicit quod quicunque ſenſerit in ſe aliquod capitalium dominari, vt fornicationem, adulterium, homicidium, & alia huiuſmodi æterna illum flamma crucidabit diſt. 25. §. Alias autem ea. Exemplum aliquod.

Conſumit animam.

¶ *De ſimplici fornicatione.* *Cap.* 2.

POſt tractatum de luxuria in generali nũc videndum eſt de ſpeciebus eius ſingulis, & ponuntur eſſe quinque. 36. q. 1. lex. § Cũ ergo ſcilicet fornicatio, ſtuprum, adulteriũ, inceſtus, raptus. Adde, & vitium contra naturã quod diſtinguitur in quatuor ſpecies vel modos ſcilicet mollitiem, ſodomiticum, beſtialitatẽ & alium modum innominatum cum ſcilicet vir non vtitur modo naturali muliere. Hoc autem vitium cõtra naturam propterea ibi non cõnumeratur in illa prædicta aſſignatione, quia ſolum ibi ponũtur ille quæ humanæ naturæ non repugnant, vt eſt vitium contra naturã ſecundum Tho. adde etiam ſacrilegium quod facit ſpeciem de per ſe: ſed ibi nõ connumeratur, quia ſecũdum Tho. poteſt in diuerſis ſpeciebus præfatis reperiri. Nam ſi abutatur perſona coniũcta per ſpiritualem cognationem, vt commatre, vel filia ſpirituali erit ſacrilegium ad modum inceſtus. Si abutatur ſanctimoniali cũ ſit Chriſto deſponſata erit ſacrilegiũ ad modũ adulterii. Et inquantũ eſt ſub pris ſpiritualis cura conſtituta, erit ſacrilegiũ ad modũ ſtupri. Et ſi violentia inferatur, erit raptus ſpiritualis. Oportet aũt diſtinctè cõſiderari has ſpẽs, & ſufficientiã horum ſic aſſignat b. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 1. ¶ Peccatũ luxuriæ in hoc conſiſtit, q̃ aliquis delectatione venerea vtitur, non ſm rectam rõnem. Et quia ſpecies luxuriæ ſumitur non ex circunſtantiis, quia inquantũ hmõi non dant ſpeciẽ actui, ſed ab obiecto qd̃ eſt materia actus. Iõ oportet ſpecies luxuriæ aſſignari ex parte materiæ quæ põt rõni rectę nõ conuenire. Et hoc põt eſſe dupliciter. ¶ Vno mõ quia hẽt repugnantiã ipſa materia ad finem venerei actus, & hoc dupliciter, quia aut inquantũ impeditur generatio prolis, & ſic eſt vitium cõtra naturam, quod eſt in omni actu venereo, exquo generatio ſequi non põt. Aut inquantũ impeditur debita educatio & promotio prolis, & ſic eſt fornicatio. ſ. ſimpliciter ſoluti cũ ſoluta, puta cum meretrice, vidua, vel concubina. Alio mõ materia venerea inquantum exercetur actus venereus, nõ põt eſſe nõ conueniẽs rationi rectæ per cõparationem ad alios homines. Et hoc dupliciter. Primo quidẽ ex parte fęminæ ipſius, cui quis cõmiſcetur, quia. ſ. ei debitus honor non ſeruatur, & ſic eſt inceſtus, qui eſt abuſus conſanguineorũ, vel affinium. Secundo ex parte eius in cuius ptãte eſt fęmina, & hoc tripliciter, quia aũt ptãte viri ſui, & ſic eſt adulteriũ, aut in ptãte patris, & ſic eſt ſtuprũ. ſ. illicita defloratio virginũ, ſi tñ violentia non inferatur. Si aũt violentia inferatur fęminæ vel parẽtibus erit raptus. Si aũt hẽt votum cõtinentiæ, vt moniales vel beguinæ, vel clerici, & religioſi, & ſic erit ſacrilegiũ, q̃ tñ reduci põt ad aliq̃ prædictarũ ſpẽrum, vt dictum eſt tñ diſtincta ſpẽs eſt. Idẽ ſi in loco ſacro cõmittatur q̃cunq; luxuria. Diuerſificantur aũt iſtæ ſpẽs ex parte fœminæ magiſ quã ex parte viri, qa in actu venereo fœmina ſe hẽt ut patiens, & per modũ materiæ vir aũt p modũ agentis. Et pdictę ſpẽs aſſignant ſm differentiam materiæ (vt dictũ eſt.) Et q̃uis diuerſitas materiæ ſolũ nõ diuerſificet ſpẽm, tñ diuerſitas iſta aſſignata ſecundũ materiã, ꝓpterea diuerſificat ſpẽm, quia hẽt in ſe anne xam diuerſitatẽ formalẽ obiecti, ſecundũ diuerſos modos repugnantiæ ad rationem. Itẽ non eſt inconueniens, quod in eodem actu reperiantur diuerſorum actuum deformitates contra diuerſas virtutes, & ſic adulterium eſt ſub iniuſtitia, & ſub luxuria. Poſſunt etiã aliquando eſſe diuerſæ ſpecies luxurię in

Peccatũ cõtra naturã diuiditur in quatuor alia vitia q̃ puniunt ultimo ſupplicio. in l. cum uir nubit in fęminã. C. ad le. Iuliã de adult. & ibi. Bart. & Bal.

eodem

eodem actu, vt si coniugatus cognoſat moniale virginem, & conſanguineam ſuam rapiens de monaſterio, ſic erunt ſimul adulterium, ſacrilegium, inceſtus, ſtuprum, raptus. i. peccatum habēs deformitatē oīum dictorū peccatorū ex illis circūſtantiis neceſſariò conſtituendi. Item actus circūſtantes actū venereū illiciti in matrimonio, vel extra, vt oſcula, tactus, & huiuſmodi pertinent ad impudicitiam. Hæc omnia Thomas vbi ſupra.

§.1. ¶ De fornicatione igitur quæ eſt ſpecies luxuriæ. Notandum quod air pſal. 72. Perdidiſti omnes qui fornicātur abs te. Perdidiſti, ideſt perdes tu Deus. Vtitur præterito pro futuro ſecundum morem propheticum propter certitudinem rei. Perdes ſcilicet morte ęterna omnes indiſtinctè ſine acceptione perſonarum, qui fornicantur, vel corporaliter per luxuriā, vel ſpiritualiter per perfidiā, vel criminaliter per quamcunque culpam. Abs te. i. abſtracti & illecti temporalibus hæc Hugo cardinalis. Ex quibus verbis tria poſſunt elici ad declarationem materiæ fornicationis.

¶ Primo fornicatio multipliciter incurritur, ibi. omnes qui fornicantur.

¶ Secundo damnatio certitudinaliter ꝓmittitur. ibi. Perdidiſti.

¶ Tertio ſubtractio Dei ſpiritualiter ſubſequitur, ibi. abs te.

§ 2. ¶ Quantum ad primum ſciendum, quod fornicatio in ſcripturis dicit idololatria, vel infidelitas aliquando, ex eo quod anima recedat per intellectum a Deo adhærens falſitati & errori. Et de hac ſæpe reprehenditur populus antiquus Iudæorum qui ſæpe idololatrabat, vnde dicitur Oſeæ. 4. Fornicati ſunt a Deo ſuo. ſ. iſrahelitæ per idololatriam, & 1. Paral. 5. fornicati ſunt poſt Deos populorum. ſ. iſrahelitæ Iudicum. 8. Fornicati ſunt cū Baalim qui erat idolum gentiliū, & Sap. 14. Initiū fornicationis exquiſitio idolorum. & cū Ezechiel de fornicatione illius populi loquitur Ezechie. 16. per totum, de hac intelligitur. Aug. ad idem dicit. Idololatria, & quælibet noxia ſuperſtitio fornicatio eſt. 28. quæſtio. 1. Idololatria. Et in ea. q. c. ſe. dicit idem Auguſtinus. Non ſolum mechatio eſt illius qui carnem ſuam contaminat, ſed etiam qui ſimulacrum facit mechatur. De his non eſt dubium, quia perdidiſti omnes qui fornicantur. ¶ Secundo fornicatio dicitur largè, & moraliter, quæcūque culpa moralis inquantum per ea quis recedit, & ſi non fide, tamen affectu a Deo legitimo ſponſo animæ, vnde dicit Auguſtinus quod auaritia, & quælibet culpa, qua anima aberrat a lege Dei fornicatio dici poteſt. 28. quæſtio. 1. Idololatria. Et de hac poteſt intelligi illud quod dicit dominus per Hierem. 3. capit. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te. Anima cum tot fornicatur amatoribus, quot creaturas inordinatè, & ſupra Deum diligit. Hanc fornicationem ſpiritualem ſignat fornicatio Samaritanæ, quæ poſt quinque viros cōcubina erat cuiuſdam. Vnde Chriſtus dixit. Hunc quem nunc habes non eſt tuus vir Ioh. 4. ſic anima tempore pueritiæ habet, vt legitimos viros quinque ſenſus, quorum inſtinctum ſequitur ſine peccato, antequam habeat vſum rationis, ſed cum peruenerit ad vſum rationis, ſi non adhæret Deo, inde efficitur concubina diaboli, adhærens errori & fornicatur a Deo. Sed Deus immittit aliquando tribulationes circa ipſa temporalia, vt ſic recedat ab amatoribus, & accedat ad Chriſtum virum legitimū, ſecundum illud quod dicitur Oſeæ. 2. Ecce ſepiam viam tuam ſpinis, & ſequetur amatores ſuos, & non inueniet &c. Et dicet reuertar ad uirum meum priorem. ¶ Tertio propriè dicitur fornicatio actus venereus inter ſolutum & ſolutam quamuis etiam aliquando largius nomine fornicationis intelligatur omnis actus luxuriæ, vt illud. 1. Corinth 5. Auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, & tamen illud propriè erat inceſtus, vnde ad maiorem diſtinctionem dicitur hæc fornicatio ſimplex inter ſolutum & ſolutam. Et de hoc ſicut de aliis duabus verificatur illud. Perdidiſti omnes qui fornicantur, vnde Hęb. 14. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus, ſcilicet ad mortem æternā. ¶ Sed tria argumenta videntur eſſe incontrarium. Primum, quia Deus non præcipit aliquid qđ ſit mortale peccatū, ſed Deus præcepit Oſeæ propheræ dicens, vade ſume tibi vxorem mulierem fornicariam, & fac tibi filios, fornicationum, ergo fornicatio non eſt peccatum. Secundum eſt, quia omne peccatum mortale contrariatur charitati, ſed iſtud non cōtrariatur charitati, quia nec charitati Dei cum nō ſit directè contra Deum, nec charitati proximi, quia per hoc nulli homini fit iniuria. Et Ambro. etiam dicit. Omnis ſumma chriſtianæ diſciplinæ in miſericordia, & pietate conſiſtit, quam qui habet, & ſi lubri cum carnis patiatur vapulabit, ſed non peribit, ergo fornicatio non eſt mortale. Tertium eſt, quia ſi

Fornicatio dicitur idololatria.

Omne mortale dr largè fornicatio.

Propriè actus venereus dicitur fornicatio.

dorus dicit distinctione vigesimaquarta. Christiano non dicam plurimas, sed nec duos habere simul licitum est, sed vnam tantum, aut vxorem, aut si coniunx desit loco eius concubinam, sed in concubinatu est fornicatio simplex, ergo &cætera. ¶ Quod dictum est fornicationem esse peccatum, absque dubio tenendum est secundum Thomam secunda secundæ quæstione 154. articulo secundo. Et ad argumenta respondetur. Ad primum tripliciter. Vno modo secundum Hieronymum videlicet, quod meretricem, & fornicariam quandam assumpsit in vxorem, & de impudica fecit castam. Et secundum hoc in nullo potest argui, sicut nec hodie, si quis meretricem duceret in vxorem volentem honestè viuere trigesimasecunda quæstione prima capitulo. Non est culpandus. Alio modo secundum Thomam, vbi supra dicendum quod fornicatio dicitur esse peccatum inquantum est contra rectam rationem. Ratio autem hominis recta est secundum, quod regulatur voluntate diuina, quæ est prima, & summa ratio. Et ideò quod quis facit ex voluntate Dei eius præcepto obediens, non est contra rectam rationem, & si videatur contra communem ordinem rationis, sicut nec est contra naturam, quod fit per miraculum, quamuis sit contra communem cursum naturæ, & ideò Oseæ, non peccauit fornicando ex Dei præcepto. Nec propriè talis concubitus debet dici fornicatio, nisi referendo ad cursum communem. Tertio modo secundum Nicolaum de Lyra dicitur vxor fornicaria mulier, quæ erat gentiles, quæ dicebatur fornicaria spiritualiter: quia idololatra. Et hoc fecit ex dispensatione Dei. Ad secundum respondet beatus Thomas, vbi supra quòd fornicatio simplex contrariatur charitati proximi, quantum ad hoc, quòd repugnat bono prolis nascituræ, vt dicetur in se. §. dum scilicet dat operam generationi, non secundum quòd conuenit proli nascituræ. Quod autem dicit Ambrosius non est, sic intelligendum, vt cum quocunque vitio luxuriæ moriens non damnetur propter opera misericordiæ exhibita, sed quia per illa opera misericordiæ disponetur ad gratiam, & pœnitentiam, vnde ueniam in præsenti consequatur de lubrico. Ad tertium dicit Gratianus distin.

Oseæ non peccauit fornicãdo.

eadem quòd ibi concubina sumitur impropriè uidelicet pro ea, quæ ducta est verè in vxorem, sed sine solemnitate legali, puta sine instrumento, dotibus, vel testibus, & huiusmodi. Hanc coniugem facit affectus, sed concubinam nominat lex. Et sic etiam sumitur distinctio. 34. capitu. Is qui non habet. Firma ergo permanet sententia, quia mortale est omnis fornicatio. Et ideo perdidisti omnes qui fornicantur.

¶ Quantum ad secundum principale, scilicet quod fornicatio sit peccatum mortale, quia dicitur. Perdidisti, scilicet æternaliter, probari potest quadruplici ratione. ¶ Et primo videlicet, quia hoc est contra legem naturalem, quod declarat beat. Thom. in tertio contra gentiles sic sententialiter. Ratio naturalis dictat homini, quod filii debeant nutriri a parentibus usque ad tempus debitum. Ad hoc autem nutrimentum pertinet non solum cibus corporalis, sed etiam intellectualis, scilicet doctrinæ, morum, & disciplinæ quo non est capax puer ante vsum rationis. Et cum postea fit capax, non potest postea vna die cuncta addiscere: sed paulatim. Et ad nutrimentum corporale non sufficit patet in pueritia. Ad nutrimentum animæ per correctionem non sufficit mater. Naturaliter est homo pronus ad malum ab adolescentia sua, & in tali ætate parum timet matrem, sed oportet quod baculus timoris paterni sit super eum. Oportet ergo si prolis debet duci ad perfectionem status sui secundum animam & corpus, ad quod natura instiagat parentes, quod simul stent pater, & mater per magnum tempus. Sed fornicarii cum non sint astricti aliqua lege ad comanendum, sed possint ad placitum separari, immo debent & separari, & propter periculum, vt palea iuxta ignem, & propter scandalum aliorum amouendum. Si autem separantur, sequitur destitutio prolis, quod est contra legem naturalem. Contra naturam, idest rationem naturalem, igitur est quod quis vtatur vago concubitu, prout fit per fornicationem, sed oportet quod sit maris ad fœminam, cum qua permaneat non per modicum tempus, sed diu uel etiam per totam vitam. Inde est quod maribus in specie humana magna sollicitudo de certitudine prolis inest, cui imminet educatio prolis. Sed ad hanc certitudinem facit determinatio maris ad fœminam per matrimonium, per quod indissolubiliter adinuicem ligantur.

§ 3. Fornicatio est peccatũ mortale.

tur. Nec obstat si aliquis fornicando aliquam cognoscens sufficienter, prouideat proli de educatione, quia illud quod cadit sub determinatione legis iudicatur secũdum illud quod communiter accidit, & non secũdum id quod in aliquo casu contingit. Idem quasi habetur secunda secundæ, quæstione 154. articulo secundo. Secunda ratio qua probatur fornicationem simplicem esse mortale talis est. Nullum peccatum excludit a regno Dei, vel facit hominem dignum morte æterna nisi mortale, sed talis est fornicatio scilicet excludens regno Dei. Nam ad Galatas quinto dicit Apostolus nominatis quibusdam peccatis, & inter cętera fornicationem. Qui talia agunt regnum Dei non consequentur, & Rom primo. Enumeratis multis peccatis, & inter illa fornicationem subdit. Digni sunt morte non solum qui faciũt, sed & qui consentiunt facientibus. ¶Vnde legitur de quodam concubinario, quod cum esset infirmus, & confessor quidam uisitans, eum nollet absoluere, nisi eam de domo emitteret ille assensit, sicque sumptis cum lachrymis multis omnibus sacramentis decessit. Cunque istæ confessor qui erat sanctus homo pro eo oraret existimans ad purgatorium transisse propter pænitentiam, apparuit quadam uice ei se asserens fore damnatum, & hoc quia ficte pœnituit intendens cõcubinam reassumere si euasisset. ¶Tertia ratio est, quia est contra legem diuinam contra illud uidelicet præceptum decalogi, non mœchaberis. Exod. vigesimo. Quod exponens Isidorus ait. Nec quisquam præter matrimonii fœdera alijs fœminis misceatur ad expledam libidinem. 32. quæstione quinta. Non mœchaberis. Sic etiam exponit Augustinus in capitulo. Meretrices, eadem quæstione vbi ait, Meretrices esse & ad meretrices accedere prohibet dominus, quarum uenialis est turpitudo. ¶Ex quibus verbis patet prædictam auctoritatem, quæ ponitur progłosa. super illud Deutero nominum vigesimum tertiũ. Nonerit meretrix de filiab. Israel nec scortator. esse corruptę scriptam scilicet ipsam auctoritatem quæ dicit, quarum turpitudo est uenalis. Vnde aliqui uolebant, arguere fornicationem esse ueniale peccatum quod falsum est. Vult ergo dicere glosa. uenialis non ueniale. Ad hoc etiam facit quod dicitur Tobiæ. quarto. Attende tibi, ideſt caue ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. Crimen proprie importat peccatum mortale. Vnde ex determinatione facta per apostolos in primo concilio. Hierosolymis mandatum fuit conuersis ad fidem, præcipue gentilibus, vt abstinerent se a fornicatione. Act. quintodecimo. Et ideo, quia pagani putabant sibi hoc licere. Augustinus etiamin quodam sermone ad populum ait. Non licet uobis fornicari, sufficiant uobis vxores. Non licet uobis habere concubinas, etiam si uxores non habetis, distinct. 34. audite. Quarta ratio est ex taxatione pęnitentię eius Solum enim pro peccatis mortalibus inuenitur taxata pænitentia, non autem pro ueniali, & ratio est secundum Thomam in quarto quia inter mortale, & veniale est infinita distantia. Nam mortali debetur infinita secundum diuturnitatem ideſt infernalis. Veniali autem debetur pęnitentia finita & temporalis. Sed pro fornicatione habetur taxata pænitentia scilicet septem annorum, sicut pro adulterio, periurio, homicidio, & huiusmodi, vt habetur vigesimasecunda quæstione prima. Prędicandum vt scilicet per pænitentiam septiformis gratia spiritus sancti per peccatum amissa, & reparetur uel reparari ostendatur 33. quęstio. secunda Hoc ipsum in glos. Ex quo sequitur quod est peccatum mortale, propter quod ait Apostolus. primæ. Thessal quarto. Hæc est uoluntas Dei, ut abstineatis uos a fornicatione, quia perdidisti omnes qui fornicantur.

¶Quantum ad tertium subtrahitur vtique Dei præsentia per gratiam, per fornicationem. Vnde dicit abs te scilicet tales sunt seu efficiuntur per hoc uitium abs te, ideſt sine te. Sed veh eiscum recessero ab eis dicit dominus Osęę septimo. ¶Fornicatores enim Deus punit, angelus fugit, diabolus collit, ipsum proximum lædit. Quod Deus puniat fornicatores seuerè, patet per illud quod ait Apostolus primę. Corinth decimo. Neque fornicemur sicut quidam eorum fornicati sunt, & ceciderunt una die. vigintitria milia, quando scilicet populus Israel fornicatus est cum filiabus Moab Historiam habes Numeri. 25. Et sic veh fuit eis. Et hoc merito quia facit de templo Dei domum meritricum, primæ Corinth. sexto. Membra vestra sunt templum spiritussancti. Et in figuram dicitur secundi. Machabeo. sexto. quod templum Dei erat plenum commessationibus, & scortantium cum meretri-

Meretrices sunt uenales.

Fornicatio maximè a Deo punitur.

cibus, quod ſummè diſplicet Deo. Fornicatio (ait Iſidorus) Maximum ſcelus per carnis immundiciam, quia templum Dei uiolat, trigeſimaſecunda quæſtione ſeptima. capitulo Non solum Angelus fugit tantum opprobrium cum ſit puriſſimus, & mundiciam diligat, Angelis ſuis mandauit de te, (ait pſalmiſta 90.) vt cuſtodiant te. Sed ſi filia Regis daretur alicui in cuſtodiam & illa fornicaretur, nonne ſummè diſpliceret ei? Bernardus. In quouis angulo reuerentiam exhibe angelo tuo, nec audeas pręſente eo facere, quod non faceres meuidentem, horret igitur tantum ſętorem. Vnde in uitaſpatrum habetur quod cum angelus bonus comitaretur quendam ex patribus tranſeuntem coram pulchro iuuene, & bene ornato, ſed luxurioſo, angelus clauſit ſibi nares. Et cum pater ille interrogaret cauſam, cum ornamenta eius redolerent. Reſpondit quòd propter luxuriam, cui erat deditus ei fætebat, & ſic quęrebat eum fugere. Et ſic veh eis.

Diabolus habitat in luxurioſo.

¶Diabolus libenter habitat in mente luxurioſi. Vnde Iob quadrageſimo. Dormit Behemot in locis humentibus, ideſt in mentibus carnalibus. Idem Iob quadrageſimo. Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris illius. In lumbis enim dicitur eſſe ſedes luxuriæ in viris, & muliere dicitur eſſe in vmbilico, inde ſemen ab eis deciditur. Propterea diabolus habitat in eis, quia multum lucratur cum eis, quam per alia vitia. Nam duos capit ſimul fornicantes, vbi per alia vitia vnum. Et in figuram huius legio dæmonum electa ad imperium Chriſti a quodam petiit licentiam intrandi gregem porcorum, & accepta poteſtate præcipitauit eos in mare, vt habetur Matth. capitulo octauo. & Luc. 8. ad ſignificandum, quod libenter habitant in luxurioſis figuratis per porcos, qui delectantur verſari, in cæno. Et inde præcipitat in mare uitiorum. Veh autem eis, quos inhabitat diabolus. Lædit cor ſuum, quia vt dicitur. Oſeę 4. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Proximus lædit exinde, quia ſi generatur filius illegitimus eſt, & priuatur omni dignitate temporali, & eccleſiaſtica ordinatione, & prælaturarum, niſi legitimetur, ac etiam hęreditate paterna, & contumeliatur a cunctis. Et frequenter, quia ſunt malorum morum nocent toti parentelę, ſicut patet in Abimelech filio Gedeonis nato ex concubina, quia mortuo patre interficere fecit ſeptuaginta fratres legitimo, vno excepto, qui fugit, vt ſolus dominaretur, vt habetur Iudicum. 9. c. Vnde dicitur diſtinctione quinquageſimaſexta. capitulo. Si gens. De commixtione meretricum, ęſtimandum eſt de generes populos ignobiles, & fruentes libidine, omnes fore p creandos, & ad extremum uniuerſam plebem ad deteriora, & ignobiliora urgentem, & nouiſſimè, nec bello fortem, nec in fide ſtabilem, nec honorabilem hominib., nec Deo amabilem eſſe prouenturam, ſicut aliis gentibus Hiſpaniæ & Prouinciæ & Burgundorum populis cõtingit quæ a Deo recedentes fornicatæ ſunt. Aduertendum etiam quod cum ſecundum theologos in quarto, & canoniſtas, affinitas contrahatur per fornicationem, nullã cõſanguineã eius cũ qua quis fornicatus eſt poteſt habere in vxorem vſq, ad quartum gradũ incluſiue, qđ ſi fecerit matrimonium nullum eſt, & continue in pecca tomorantur dum ſciunt factum. Et ſic veh eis, & demum æternum veh, quia ſecundum Greg. Momentaneum eſt quod delectat, æternum quod cruciat. Figuratur talis per hydropicum, qui quantoplus bibit tanto plus ſitit, ſic inſatiabilis eſt uolupras ſecundum Bedam ſuper illud. Ecce quidam hydropicus erat ante illum ſcilicet Ieſum. Luc. 14.

De *adulterio*. Cap. 3.

ADulterium eſt ſecunda ſpecies luxurię Et ſic ipſum nomen ſonat, eſt acceſſus ad alienum thorum, vnde adulterium quaſi ad alterius thorum acceſſus. ¶In quo ſecũdũ b. Tho. 2.2.q. 154. ar. 8. dupliciter cõtra caſtitatem humanę generationis quis offendit. Primo inquantum accedit ad mulierem non ſibi matrimonio coniunctam, quod requiritur ad bonum prolis propriæ educandæ ut dictum eſt in præcedenti. Alio modo quia accedit ad mulierem per matrimonium alteri copulatam, & ſic impedit bonum prolis alienę & contra iuſtitiam agit. Eadem ratio eſt de muliere, quæ per adulterium corrumpitur. Vnde Eccle. 14. dicitur. Omnis mulier relinquens virum ſuum peccabit. Primo enim in lege altiſſimi, quia incredibilis fuit, in qua ſcilicet præcipitur. Non mœchaberis. Scđo virũ ſuũ dereliquit, in quo facit cõtra certitudinẽ prolis. Tertio in adulterio fornicata eſt, & ex alio viro ſtatuit ſibi filios, quod

In adulterio duplr qs offendit.

quod est cõtra bonũ ꝓpriæ prolis, sed primũ est cõe oĩbus peccatis mortalib. alia duo q̃ ponuntur in dicta auctoritate specialiter ptinẽt ad deformitatẽ adulterii, & sic adulteriũ est determinata spẽs luxuriæ vtpote spãlem deformitatẽ hñs circa actus venereos. Hæc Tho. Et sic manifestũ p se est semp mortale. ¶Est aũt aliq̃n adulteriũ simplex cũ. s. altera partiũ est cõiugata, & nõ alia. Aliq̃n est duplex, vt cũ vtraq; pars est cõiugata q̃d grauius est. Aliq̃n hẽt aliam deformitatẽ, vt si non sit altera pars coniugata, vel ét coniugata, est tñ vel virgo, vel consanguinea, vel monialis, & tunc cum adulterio, simul est ibi alia spẽs luxuriæ. Q̃d aũt dicit Sextus Philosophus, vt allegat Hier. ꝙ adulter est omnis in vxorẽ suam amator ardentior, quamuis talis non violet fidem matrimonii, tñ facit contra bonum matrimonii inhonestè eo vtẽs, Iõ aliqualiter ꝓt dici adulter, non tñ propriè ꝙ intret hanc speciem. ¶Et nota ſm Pet. in 4. ꝙ in adulterio ſm qd plus peccat mulier q̃ vir. s. quia facit cõtra bonũ prolis, & rõne scandali, secundũ verò aliũ respectũ. s. quantũ ad bonũ fidei æqualiter peccant. Et quia hæc est cã efficiens qua alter post fit aliũ dimittere, ideò æqualiter hoc põt vterque. Sed quantũ ad prædominantiã rõnis, qa vir hẽt rationẽ magis vigorosam ad resistendũ passionib. ideò cæteris paribus, plus ipse peccat adulterando quam mulier. De dimissione pp adulteriũ, vide infra. 3. par. ti. 1. De adulterio loquens dñs per psalmistam ait ps. 49. Cum adulteris portionẽ tuam ponebas. Et paulopost. Arguam te, & statuam cõtra faciam tuam, ponere portionem suam cũ adulteris est participare, idest adulterare. In his autem tria notantur.

¶Primo quidem detestãdum. ibi. Cum adulteris portionem tuam ponebas.

¶Secundo ligamen eius intimandum. ibi. arguam te, &c.

¶Tertio grauamen expectandum. ibi. & statuam contra faciem tuam.

§. 1. Adulterium & detestabili.

¶Quantum ad primum certum est adulteriũ esse valdè detestabile peccatum, & graue. Cũ adulteris portionem tuam ponebas, vt. s. esses & tu adulter. Oseæ. 7. Omnes adulterantes quasi clibanus. s. intus ardentes per concupiscentiam, extra fordentes per immunditiã, postea in anima & corpore inceasi per gehennam. ¶Vnde adulteriũ quã graue sit ostẽdit Clemens. Quid inquit in oĩbus peccatis adulterio grauius est? & secũdum nanque locum in pœnis tenent. 32. q. 7. Nam in peccatis quæ sunt contra proximum: primum pœnale. s. dignum pœna, etiam mortis corporis est homicidium. Secũdũ est adulteriũ. Maius enim est, quam furtũ, & rapina & mendaciũ & multa alia. ¶Ex omni siquidem gñe causarũ ostendit grauitas huius peccati, & detestatio. ¶Ex causa. s. efficienti, materiali, formali, finali, & circunstantiali. ¶Ex causa efficienti, nam sal tem alter eorũ habet in se sacrm matrimonii qd̃ est maximum significatione, hoc aũt dico sacrm magnum in Christo & ecclesia. Significat. n. cõiunctionẽ deitatis cũ humanitate, & Christi cum ecclesia. Nunq̃ aũt Deus sepa ratus est ab humanitate, postquam assumpsit eam, nec Christus ab ecclesia, nec ecclesia a Christo. Contra illud tam magnũ sacrm, vbi est quædam dignitas, agit adulter separans se a coniuge, & alteri adhærens. Dignitas autẽ personæ ſm Tho. in prima secundæ agrauat peccatum: quia inquanto maiori dignitate, tanto grauius peccat cæteris parib. ¶Secundo ostẽditur grauitas huius peccati ex causa materiali ipsius. s. actus, qui exercetur per duos & sic vbi diabolus in aliis peccatis vnum interficit, per istud duo simul immo plures, qa interponuntur mediatores. Et tantum crescit aliquando fatuitas amoris, vel potius libidinis, quòd procuratur mors coniugis per adulterium, vel adulteram, vel promittit eam accipere in vxorem mortuo coniuge, quod si fecerit cum effectu secuto si duxerit illam in vxorem continuè manent in peccato mortali, quia matrimonium nullum est propter impedimentum criminis, & sic multiplicant peccata, extra de eo qui duxit in ma. quam pol. p adul. c. super eo. & c. significasti, de hoc tamẽ vide plenius. in 3. parte. titu. 1. ¶Tertio ex causa formali. Hæc est in quolibet peccato mortali: auersio ab incommutabili bono, sed per nullum peccatum ratio ita absorbetur ab omni consideratione Dei, ita vt efficiatur totus caro sicut ibi. Hiero. dicit quod etiam in actu coniugali præsentia spiritussancti non habetur a veris prophetis, scilicet quo ad actum prophetandi, multomagis in actu adulterii totaliter mens auertitur a Deo propter inordinatum amorem, vnde procedit adulterium. Vnde dicitur, Prouerb. sexto. Qui adulter est propter cordis inopiam, scilicet amisso vigore rationis, perdit animam suam, turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium eius non delebitur. Quarto ex causa finali. Finis huius mali est consecutio voluptatis. Sed quanto quis potest remediare alicui peccato, & non facit, tanto grauius peccato, quia maiori inordinatione volun-

Multiplex adulteriũ

Grauitas adulterii.

tatis: sed huic malo potest de facili remediare, quia si habet vxorem potest sibi satisfacere. Vnde Apostolus propter fornicationem, scilicet vitandam, vnusquisque suam habeat vxorem. 1. Corin. 7. si non habet potest sume re: quia ait idem Apostolus. Melius est nubere quã vti. i. incidere in adulteria & alias concupiscentias, & voluptates dãnatas. Nec excusat te si dicis non posse prouidere vxori, & nutrire filios si haberẽ, nisi dotem haberem sufficientẽ. Melius est pati dispendia in tpalibus, & recipere minorẽ dotem, & facere minores põpas, & prouidere animæ suæ quã in talia incidere vitia, per quæ damnatur. Si aũt sumere nõ vult, quia ad hoc non cogitur, seruet castitatem. ¶ Quinto ex causa circũstantiæ aggrauatur peccatum. Nã qñ plura scandala, & mala inde sequuntur, tanto grauius est peccatũ. Sed quis posset ennumerare mala quæ sequũtur ex adulterio? Quot homicida inde sequũtur, & quãta & nõ solũ in corpore, sed in aia? Nam quã dispõnem bonam habere põt, qui in adulterio cõstitutus subito occiditur? Quot hæreditates deprædantur per filios habitos occultæ ex adulterio, quib. vt legitimis relinquitur hæreditas? Quot incestus inde procedunt, dum contrahunt, qui aliqñ sunt cõsanguinei, quot regna exterminata sunt: Nonne Troia ciuitas illa tam famosa pp adulterium ppetratũ a Paride cũ Helena totaliter destructa est. Nonne Dauid pp adulteriũ cõmissum cũ Bersabeæ vt occultaret, addidit proditionẽ & homicidiũ, procurando fidelissimũ militẽ suũ occidi. Et pp adulteriũ in punitionẽ filius eius Absalon expulit eum a regno, & publicè peccauit cũ vxorib. patris sui, vt habetur. 2. Reg. in plurib. c. & cũ adulteriũ sit ita graue, tñ videtur verificari illud. Oseæ. 4. Nõ est veritas. s. fidelitatis in terra, non est misericordia, scilicet ad aiam suam, & proximũ, sed male dictũ, mendaciũ, furtũ, adulterium innundauerũt. i. abũdanter creuerunt, & sanguis sanguinẽ tetigit. i. peccatũ peccato cumulatur, dum non per pœnitentiam tollitur.

Mala q̃ ex adulterio sequũtur.

§. 2. ¶ Quantũ ad 5m. s. quod prohibetur adulterium, & ligatus est quilibet ab omni lege, vt caueat se ab eo. Vnde dicit dñs. Arguã te. s. de adulterio, & hoc per scripturã ois enim scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad arguendum. 2. Thim. 3. & præcipue scriptura legis. Vnde dicitur Iac. 2. Redarguti a lege. s. estis quasi trãsgressores. ¶ Arguit ergo dñs de adulterio. Primo per legem intrinsecam, & naturalẽ. Secundo per legẽ Mosaycam. & prophetalem. Tertio per legem euangelicam & supmalem. Quarto per legẽ canonicam & synodalem. Quinto per legem ciuilem, & imperialem. ¶ Lex naturalis intrinseca menti, est illa quæ dicit, qđ tibi nõ vis fieri, vide ne vnquã alter facias. Thob. 4. sed quis est ille, qui velit vxorem suam adulterare, certe nullus, nisi fatuus, pessimus exercens lęnocinia. Nulla mulier hoc desiderat nisi fatua, & mala, imò nõ potest pati vir talem iniuriam, sed expellit, & peutit, & vxor summè turbatur de adulterio viri cum nouit, ergo & tu hoc serua erga proximum, & non adulterabis. Adeò hoc vniuersaliter dictat lex, seu rõ naturalis q̃ etiam ante legem naturalem scriptam Ethnici, & idolatræ habuerunt pro crimine magis abhorrere quam homicidiũ. Et in signũ huius quãdo Abraham propter famem descẽdit in Egyptum cum vxore sua. Sarra perpulchra rogauit eam, vt non indicaret se esse vxorẽ eius. si interrogaretur. Et hoc ideò secundũ Nicolaũ de Lyra. Quia cogitauit, q̃ si sciuisset vxorem suam esse, cum ob pulchritudinem eius concupiscerent eam cognoscere, ne adulteriũ perpetrarent, quod summè detestabantur, occidissent Abraam, vt possent postea ea vti sine vitio adulterii minus sibi facientes conscientiam de homicidio, quam de adulterio. ¶ Secundo arguit de adulterio Deus per legẽ Mosaycam & propheralem. Exo. 20. Non mechaberis, hoc est adulterabis, & adducitur pœna. Leuiti. 20. vbi dicit. Morietur mechus, & adultera, quia adulterati fuerint. Vnde Scribæ & Pharisei adducentes ad Iesum mulierem in adulterio depræhensam dixerunt Magister, hæc mulier modo in adulterio depræhensa est. Moyses mandauit in lege huiusmodi lapidare Ioan. 8. & per Malach. dicit dominus. 3. cap. Ero testis velox maleficis adulteriis, & periuris, scilicet ad accusandum, vt puniantur. Quod autem aliqui ex patribus cum haberent vxores accederent ad ancillas pro habendis filiis, vt Abraham ad Agar. Gene. 16. & Iacob ad Balaam & Zelfan ancillas. Genesis. 30. non propter hoc commiserunt adulterium, quia cognouerunt eas non fornicariè, sed maritali affectu, cum quibus Deus dispensauit, vt simul haberent plures vxores absque peccato, vt extra de diuor. cap. Gaudemus, & hoc ob multiplicandum cultum Dei qui remanserat solum in familia eorum ex multiplicatione hominum eorum per generationem in illa familia, & etiam ob spiritualem significationem quæ habetur. 32. quæstio. 4. Recurrat, & c. se. & cap. obiiciuntur. ¶ Tertio arguitur

Prohibetur lege naturaleadulterium.

Lege Mosayca.

seu

Lege Euāgelica.

ſeu reprẽhenditur adulterium per legẽ euangelicam. Nam dixit Chriſtus in euangelio. Math. 19. Quos Deus coniunxit homo nõ ſeparat, reprẽhendens illos Iudæos, qui dabant libellum repudij vxori, cum nõ placeret eis, & ea dimiſſa contrahebant cum altera adultera, declarans hoc eſſe adulterium non matrimonium, & quia Moyſes propter duritiẽ & crudelitatem illorum hoc permiſerat, non ut bonum, & licitum, ſed ut minus malum. ne occiderent vxores ſi dimittere nõ poſſẽt. Separat igitur homo, quos Deus coniunxit, & malefacit infringens Dei ordinationẽ, cũ ſine cauſa legitima dimittit vxorẽ, vel vxor virum, & multomagis ſi adulterat, & peius ſi de facto cum alia contrahat. Pro nulla igitur cauſa licitum eſt accedere ad aliã, quam ad propriam vxorem. Nec ex eo quod ſterilisſit vxor vt ex alia habeat filios nec extra eo qđ infirma qualicunque & quæcunq, diutinã infirmitate, & incurabilitſiue ſit cæca, ſiue ſit paralitica, ſiue leproſa. Nec ex eõ quod eſt adultera, vel quantuncunque mala, vel hæretica. Bene poſſet dimitti quantum ad cohabitationem, & thorum propter adulterium, vel periculum ſui probabile corporis, vel animæ, ſed non quo ad vinculum ideſt quod poſſit accedere ad aliam viuente prima alias adulterium eſt. Et idem in vxore erga virum. Vnde Aug. Sic non ſunt facienda adulteria voluntate etiam procreandi filios, ſicut non facienda furta voluntate paſcendi pauperes. 32. q. 4. ſicut 2. b. 5. c. Si vxorem, & q. 7. per totum.

Lege canonica puniunt adulteri ſeptennio.

¶ Quarto arguitur per legem canonicam & ſynodalem. Nam eccleſia ſecũdum antiquas regulas imponit pœnitenti am ſeptemnẽ pro adulterio, vt patet. 2. 2. q. 1. c. prædicãdũ, quã uis hodie ſint in arbitrio confeſſoris pœnitentię imponẽde ſiue pro iſto ſiue pro alio peccato. Et in aliquibus eccleſijs epiſcopalibus ẽ etiã ſentẽtię excommunicationis lata per ſynodales contra adulteros. De iure autẽ cõmuni, quamuis nõ ſint excommunicati ipſo facto, deberent tamen excommunicari, qñ ẽ manifeſtum, & perſeuerans. A deo ãt ſemper ſunt excõmunicati adulteri ẽt occulti. Pauit ẽt ip̃m adulteriũ iure petẽdi debitũ ab vxore ita q̃ nõ tenet ei vxor reddere debitũ, cũ hoc certitudinaliter nouit, qnimo ſtatuit eccleſia q̃ ſi adulterio pſeuerat notorio, nullo mõ debet ei reddere debitum quę innocẽs eſt, ad hoc ne videatur fauere ei in adulterio, ſed deſiſtat ab eo. Vnde Hier. Cum vxor carnẽ unã in aliã diuiſerit, & ſea marito p̃ fornicationẽ ſeparauerit, nõ debet teneri, ne virũ quoque ſub maledicto faciat, dicẽte ſcriptura. Qui tenet adulterã fatuus eſt & iniquus. 32. q. 1. Dixit dñs, & in c. ſe. Et idẽ iuris eſt omnino in uiro, & vxore quinimo poteſt contra volũta tẽ adulteri vel adulteræ qui fidem ſeruat caſtitatis petere diuortium, & non cohabitare cum adultero, & intrare monaſteriũ, quãdo adulterium eſt notorium, ut notatur. 27. q. 2. c. Agarhoſa, cum glo. Si uis plenius de his vide in 3. part. ti. 1. c. 21. ¶ Quinto arguitur per legem ciuilem & imperialem. Nam per legẽ ciuilẽ, propter adulteriũ probatũ uxor pdit dotes, vt in auc. ut liceat marito. §. qui uero coll. 8. perdit & famam & honorem, perdit. & uitã aliqñ. Quamuis autem ipſæ leges ſeculares nõ puniant ita viros perpetrãtes adulteria cum ſolutis, ſicut mulieres perpetrãtes dum ſolutis uiris, uel contingatis, tamen ſecũdũ rectius iudiciũ eccleſiæ ita peccat unus ſicut & alter, & ita deberet puniri, vnde dicit Inno. Papa. Chriſtiana religio adulteriũ in vtroq, ſexu pari ratione condemnat. 32. q. p &. q. 6. Augu. ait Indignantur mariti, ſi audeant adulteros uiros ſimiles adulteris fœminis pendere ideſt ſuſtinere pœnas, cum tanto grauius eos puniri oportuerit, quantomagis ad eos pertinet & virtute vincere, & exẽplo regere fœminas. Priuat etiam lex ciuilis natos ex adulterio paterna hæreditate, & omnibus dignitatibus temporalibus. Ecce quomodo omnia iura ſummè arguunt, & deteſtantur adulterium, & ideo ſummè cauendum.

Lege ciuili e impiali. Adde lex in rubr. ff. & C. ad leg. Iul. de adulter. & Ange. in tract. ſuo malefi. & in l. unica C. đ ſer. q̃ ſe proprijs dominis miſc.

¶ Quãtũ ad tertiũ principale. grauamẽ expectãdũ. i. pœnã dicit. Statuã cõtra faciẽ tuã. i. in iudicio ipſa pcta & mala, q̃ ex adulterio otiũtur tibi oſtendent ipſa pcta, & mala ipſa te accuſabũt ex qb. cõdẽnaberis. Nã ut dr Hę. 13. adulteros iudicabit Deus. ſ. ad ignẽ æternũ. Et primo q̃ dẽ pœna ẽ eis sũma cõfuſio. q̃ hẽbit adulter corã toto mũdo. Cretũ ẽ qđ ſi mulier nobilis nũc accuſaret đ adulterio i iudicio in aliqua ciuitate corã pplo, hẽret sũmã pœnam cõfuſionis O q̃ta cõfuſio tũc corã toto mũdo & amicis, & inimicus argui de adulterio animã q̃ nobiliſimaẽ, q̃ uiolauit ẽt ſacrum dei. Qđ uiri nõ erubeſcãt nũc de adulterio quod manifeſte committunt hoc ꝓcedit ex maxima cęcitate qa nõ cognoſcũt grauitatẽ mali, cũ deberẽt magis erubeſcere q̃ mulieres, ſed tũc ſublata tali cęcitate ignorãtiæ sũmæ confuſioni patebũt Hiere. 20. Cõfundẽt uehemẽter, qa nõ intellexerũt opprobriũ. ſ. peccati.

§. 3. Prima pœna adulteri ẽ confuſio.

¶ Primo ſtatuẽt añ faciẽ ſuam grauitas huius peccati ex iuſtitia maxima & iniuria, q̃ fecit proximo, uiolatione ſacri dei, & eccleſiæ ꝓp

quod puniuit Deus terribiliter iſtud vitium. Nam ut habetur Iudi.20. pp adulteriũ ppetratũ cum vxore cuiuſdam leuitæ a viris ciuitatis Gabaa, quia noluerũt eos puniri illi de tribu Beniamin mortui ſunt in bello circa ſexaginta milia hominum. Nã in primo, & in ſecundo bello facto adinuicẽ. 11. trib. fuerũt debellatu a tribu Beniamin mortuis plus quã 30. milibus de ipſis, q̃a confidebãt de ſua multitudine cum eſſent. 400. milia vel circa. In tertio bello compuncti & de domino confidẽtes, habuerunt uictoriam deleta tribu Beniamin ſcilicet. 25. milibus quingentis exceptis. Et hoc Deus permiſit in pœnam adulteri. Sed in hiſtorijs Romanorum narratur, quod propter adulterium cõmiſſum ab Antonio qui ſibi cum Octauiano cõdiuiſerat totum imperium, ex eo quod repudiauit vxorem ſuã Antonius germanam Octauiani, & adhæſit carnaliter Cleopatrę Reginæ AEgypti libidinoſę ſęminę Octauianus indignatus mouit contra eũ bellum nauale & terreſtre, & vbiq; Antonius fuit deuictus, & demum fugiẽs ante eum ipſæ cum Cleopatra ſeipſos occiderunt. ¶ Secundo ſtatuet contra faciem ſuã. ſ. adulteri, odia, Blaſphemias, detractiones, q̃ exurgunt propter illud. Nã raro eſt quod hoc poſſit celari. Et ſi mulier committat adulterium quod ſciatur, maritus quaſi ſemper odit eã, & non patitur eam aſpicere, ſibi & filijs improperat. Vnde oriũtur cõtumeliæ meretrix nuncupatur, quod ſuſtinere non valet. Si vir adulterium committit, vxor ſciens blaſphemat, cupit ſibi mortem, ſummè odit eam cũ qua adulterat, anxiatur ſuſpitionibus, & aliq̃ iudicijs Dei obliuiſcitur, quod totum agit adulteriũ cõmiſſum. Tertio ſtatuet contra facié homicidia, q̃ inde ſequuntur aliq̃. Nam occidũtur aliq̃ filij a talibus cõcepti, etiã ſi ne baptiſmo, ad occultãdum adulterium, qđ eſt maxima crudelitas. Nec poteſt maior cogitari, q̃ ,pprios occidere filios. Aliquãdo occiduntur ipſi adulterantes, quamuis. n. nullo mõ poſſint, vel debeãt occidi a priuatis pſonis, nec patre, nec matre, nec marito, nec fratribus aut alijs, ſed ſolum a iudice communitatis per viam iuris. Et ſecundum canoniſtas grauiſſimè punitur interfector vxoris, ,ppter adulterium, vt 33. q. 2. c. admonere, tamen de facto audit ſæpe hoc fieri. ¶ Quarto ſtatuet cõtra faciẽ furta inde ſecuta. Nã mulier multotiens dat adultero de bonis viri, ſed & ſi ca fu filium ex adulterio ſuſpiciat, de bonis viri ſui nutriet eum, & hæreditatẽ totã, vel partẽ ſuſpiciet patris ſui putatiui, vñ cũ oĩa iſta ipſa furetur marito, vel legitimis alijs hęredibus, quãdo miſera vel quomodo ſatisfaciet? Vide de hac ſatisfactiõe, ſupra ti. 2. c. 6. §. 4. Quinto ſtatuet cõtra faciem diuerſaſ ſpecies luxuriæ inde ſecutas. Nam ſi uir ſciens uxorem adulteram raro ſibi reconciliatur, quãuis pœnitentem deberet ſuſcipere t, ſed indignatus accedit ad alias ſęminas, vel etiam maſculos, cum tamen deberet continere, & mulier hoc audiens de viro ex indignatione aliquando, & ſi ſit alias caſta inclinatur ad turpia faciendum cum alijs, vel per alios modos. Et diligenter attendendum quod nonex cuſatur mulier a peccato adulterii, aſſentiens uiro timore verecundiæ vel infamiæ vel etiã mortis comminatę ſicut aliquando aliquæ faciunt, quæ licèt ſint peſſimæ contentæ timentes ſi clamant, ne confundantur, aſſentiunt. Vnde illa nobiliſſima matrona Lucretia vxor Collatini, aliàs caſtiſſima mulier nõ excuſatur a peccato adulterij, cũ aſſenſit Tarquinio filio Tarquini ſuperbi vltimi regis Romanorum, ex eo quod ille minatus eſt, q̃ ſi non conſentiret ſibi occideret iuxta eam in lecto famulum, diuulgans apud maritum, & alios, quod quia in adulterio eos compræhenderat, occiderat propter quod illa timẽs magis infamiam, quam mortem aſſenſit, & poſtea ad oſtendendam diſplicentiam huius facti ne crederetur libidine victa, coram Collatino marito ſuo, & alijs conſanguineis ad ſe uocatis, gladio ſeipſam occidit. Malefecit aſſentiendo, & adulterium commiſit, ſed peius adhuc ſe occidendo ut oſtendit Aug. in primo de ci. Dei. Non ſic fecit illa caſtiſſima, & ſanctiſſima Suſanna vxor Ioachim. Sed cũ ſenes peſſimi inuitarent ad nephas cõminando eam, ſe accuſaturos de adulterio, ſi non aſſentiret. Reſpondit illa, & bene. Auguſtiæ ſunt mihi vndique &c. Vnde ſubito clamauit pro adiutorio, & licèt illi ſenes accuſaſſent, & condemnaſſent, Deus miſericorditer & mirabiliter liberauit eam. Hiſtoriã habes Danielis. 13.

Propter unũ peccatũ adulterij mortui ſũt. 60. milia hominũ de tribu Beniamin.

Cleopatra Regina libidinoſa.

Addeq̃ legiſtæ tenẽt cõtra canoniſtas q̃ pr & maritus poſſunt occidẽ adulterum.

De *mitio contra naturam.* Cap. 4.

VItium cõtra naturã eſt altera ſpecies luxuriæ qđ eſt grauiſſimum ſuper oĩa alia vitia luxuriæ. Vnde Aug. dicit. Adulterij malum vincit fornicationem ſcilicet in grauitate culpæ. Vincitur autẽ ab inceſtu. Horũ omnium peſſimũ eſt quod contra naturã eſt 32. q. 7. Adulterij Sed eſt iſta ſpecies nõ ſpecialiſſima quã oportet confiteri ſed ſubalter-

na, genus

na, genus ad alias ſpecies ſpetialiſſimas, uicet.

¶ Molliciem.

¶ Sodomiam.

¶ Innaturalitatem.

¶ Beſtialitatem.

mollities ¶ Et de mollicie ait Apoſto. 1. Corin. 6. Neq, molles regnum Dei poſſidebunt. Sumere etiam mollicies ſecundum aliam acceptionē pro uitio inconſtantiæ & de hoc infra. De innaturali uitio ait Aug. Contra naturam eſt ſi uir vtatur membro mulieris non ad hoc deputato. Vñ Apoſtolus. Sciat unuſquiſq, veſtrū ſuū vas poſſidere in ſanctificatione, & honore, ideſt ſecundū debitum modum non in paſſione deſiderij, ſicut gentes ideſt pagani. Et intelligitur non ſolū de vaſe corporis ſui ſed etiam de vaſe vxoris ſecundum debitum modum, ut poſſit ſequi generatio filiorū ad honorem Dei, & nō eo modo quo magis delectatur. De Sodomia ait Apoſto. 1. Corin. 6. Neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebūt. De beſtialitate. Leui. 26. Qui coierit cum iumento, morte moriatur. Dicitur etiam aliquo modo uitium contra naturam cum vir agens cum muliere, & ſi ſeruet debitum vas non tamen debitum modum conſuetum a natura, & magis aptum ad generationem, ut ſi mulier uertat uiro dorſum, & non faciem. vel ſi ſupergrediatur uirum, & huiuſmodi modus monſtruoſus, quę utique peccata ſunt, & aliquando ſi non ſemper mortalia, quod execrabiliter fit in meretrice execrabilius in vxore. quadrageſſimoprima quæſt. ſeptima. Adulterij. Sed de his in tertia parte titulo primo capitulo vigeſimo quarto. Vnde beatus Thom. ſecunda ſecundę quęſti. 152. articu. vndecimo ſic dicit. Ibi enim eſt determinata ſpecies luxuriæ vbi ſpecialis ratio deformitatis occurrit, quæ facit indecentem actum uenereum. Quod poteſt eſſe dupliciter. Vno modo quia repugnat rationi rectę quod eſt commune in omni uitio luxuriæ. Alio modo quia etiam ſuper hoc repugnat ipi ordini naturali uenerei actus qui conuenit humanę ſpeciei quod dicitur uitium contra naturam quod pluribus modis contingere poteſt. ¶ Primo modo ſi abſq, omni concubitu cauſa delectationis uenereæ procuretur quod pertinet ad immunditiam q̄ molliciem uocant. ¶ Secūdo mō ſi fiat cōcubitū ad rē non eiuſdē ſpeciei, q̄ uocatur beſtialitas. ¶ Tertio modo ſi fiat per concubitum ad non debitum ſexum puta maſculi ad maſculum, fęminæ ad fęminam, quod ſodomiticū dicit. ¶ Quarto ſi nō ſeruetur debitus modus concubendi, aut quantum ad inſtrumentum vel uas non debitum, aut quantum ad alios modos monſtruoſos, & beſtiales hæc Tho. Et primi quatuor modi dicūtur contra naturam ſcilicet generis, & quia per illos quattuor modos fruſtrat intentio naturę quia generatio ſequi non poteſt. Alius modus qui ēt continetur in quarto ſeruato debito uaſe, ſed non debito ſitu dicitur contra naturam, quia contra conſuetum modum naturæ per quem non ita apte procurari poteſt generatio. ¶ Quantum ad grauitatem eorum dicit b. Tho. ubi ſupra, quod infimum locum tenet mollicies, deinde cum non ſeruatur debitus uas vel modus, poſtea ſodomia ubi nō ſeruatur debitus ſexus, poſtremò vetò beſtialitas. De hoc uitio contra naturam prædictos quatuor modos includendo poteſt ad arguē dum iduci illud pſ. 32. Diſperierūt in Endor facti ſunt vt ſtercus terræ. Et loquitur ad litteram, vt patet ex uerſu præcedenti de Madianitis inimicis populo Dei, & capitaneo eorū Siſara & rege ſuo Iabin hi oēs diſpierunt. i. p diuerſas ptes & modos pierūt occaſio ī Endor iuxta quændā fontem, & facti in magnā abominationem, & fętorem ut ſtercus remanētibus ibi cadaueribus eorū inſepultis. Sed moraliter ſignificātur p hos laborantes uitio contra naturā q̄ mortui in aia ſūt in maxima abominatione populi Dei. Et illis verbis pſ. de huiuſmodi poſſunt notari tria. §. 1.

¶ Primo occaſio culpæ aboīatæ ibi diſpierūt

¶ Secūdo abuſio naturæ violatæ ibi ī Endor.

¶ Tertio cōfuſio pœnæ illatæ ibi. Facti. ſūt ut ſtercus. ¶ Quātū ad primū occaſio culpæ abominatæ cōtra naturā inuit in interfectione iſtorū q̄ diſperierūt. ſ. Iabin rex Siſara capitaneus ſuus, & Madian populus eius iſti diſperierūt. Iabin interp̄tatur ſapiens ſcilicet ſapiētiā mūdi de qua ait Apoſtol. Ro. 1. Dicētes ſe eē ſapiētes ſtulti facti ſūt. ſ. p ſupbiā qua ſe æſtimabāt, & iactabāt ſe ſapiētes eē. ¶ Ex ſupbia. n. illorū ſapiētū ſcḋm mūdū oñdit ibi Apoſt. fuiſſe hūliatos, & datos ita in reprobū ſēſū, vt nō face rēt ſibi cōſciētiā de hoc turpiſſimo vitio. Nā fæminæ eorū relicto naturali vſu exaſerūt in eorū q̄ eſt cōtra naturam maſculi in maſculos turpitudinē operātes. Et Iouē quē deorum ſuorum maximum colebāt, referebant populis talia turpiſſima agen tē eorum poetæ. Et Virgilium maximū poetarū narrant magnum Sodomitā hiſtoriographi. Et Iuli⁹ Cæſar ſatis doct⁹ cū triūpho poti reī ex victoria hīta cōtra hoſtes ſibi fuit publicè impro-

Vitiū cōtra naturā cōtingit multiplr, & qualiter punitur vide in autē, ut nō luxuria hō cōtra naturam.

Supbia occaſio Sodomiæ.

Virgilius maximus Sodomita.

blicè improperatū uitiū Sodomiæ. Nec Octauianus ita fælix & ſapiens ſecūdum mūdū, caruit hoc vitio, & quare hoc uitio ſuperati, niſi propter ſuperbiam eorum, qui omnes ad inferos deſcenderūt. Vnde Ezech. 16. dicitur Hęc fuit iniquitas. i. cauſa iniquitatis Sororis tuæ Sodomæ ſuperbia ſaturitas panis, & aquæ, & otiū. Et qa nō porrigebāt manū pauperi, ſcilicet dando eleemoſynas. Madiā iter prætatur declinans iudicium. ¶ Et hęc eſt ſecunda occaſio Sodomiæ declinare ideſt non conſiderare finale iudicium ī quo Sodomitę omnino erunt muti nullam excuſationē uallentes habere de tanta abominatione cum nulla beſtia hoc egerit. Vnde Sodomia interpretatur muta, quia facit hominem mutum, vt excuſare ſe non poſſit ſicut de quibuſdam alijs malis. Declinat etiam talis conſiderare iudicium quod fecit Deus tempore. Noe p̄ pter hoc uitium ſcilicet diluuium uniuerſale mittēs aquarū. Omnis enim caro corruperat uiam ſuā Gene. 6. quia ut ait Methodius martyr. Fœminæ ex libidine nimia ſupergrediebantur uiris. Et uiri in alterutrum exardeſcebant coeuntes. Sed unam ex cauſis acelerationis futuri finalis iudicij per ignem totū mundum cōburentem ponit propheta Iohel huius uitij augmentationem. Dicit enim dominus. Deſcendam in uallem Ioſaphat, & diſceptabo cum gentibus, & quaſi cauſam aſſignans ſubdit, quia puſuerunt puerum in proſtibulo Iohel. 4. Siſara enim interprætat excluſione gaudii. Et hæc eſt tertia occaſio, qa enim tales excludunt a mente ſua gaudium ſpirituale, quod reſultat ex bonis operibus, & conſiderationem gaudii cęleſtis, quod promittitur ſubuenientibus pauperibus, & ſine gaudio diu homo eſſe non poteſt ideò cōuertunt ſe ad gaudia mundana. Saturitas corporis, curioſita otij audiēdo turpia ſolatiorum, pomparum & huiuſmodi unde procedit tale uitium. Vnde Ezech. in ſupradicta auctoritate poſuit otium, & ſubtractionem eleemoſynarū, & ſaturitatem. Et ſi ſaturitatem panis & aquæ dicit cauſam huius uitij quantomagis erit cauſa huius ſaturitas carnium, & confectionum, & potentis uini ut Maluatici, græci, uernacii. romanię, & huiuſmodi per quæ turpiſſimi homines decipiūt, & alliciūt adoleſcentulos, ut inducant eos ad hoc vitium.

§. 2. Endor fons generationis.

¶ Quātū ad ſm talis culpa q̄ ē abuſio naturæ notat ibi in Endor, Endor. n. interp̄tat fons gnationis. Eſt āt fons gnationis mēbrū pudēdū, q̄ ē inſtrm generatiōis hūanę vñ diſpierūt in Endor. i. p̄ diuerſos modos p̄ierūt abutētes tali inſtrumēto ſiue p̄ molliciem, ſiue p̄ Sodomiam, ſiue per beſtialitatem, ſiue per alios modos. Eſt autem ita abominabile vitiū, ut dignè congruat eis iſta præcatio, diſperat. i. ex toto pereat de terra memoria eorum. Nā ſpiritus ſanctus qui optimè nouit grauitatēpeccatorū nominat hoc vitio irretitos peſſimos, quod eſt ſuperlatiuum mali, & peius dici nō poteſt Gene. 13. Erant autem homine Sodomorum peſſimi, & peccatores nimis. ¶ Comp̄henditur autem eius grauitas & abominatio maxima in quinque.

¶ Primo, quia eſt ſuperās beſtialē cōditionē.

¶ Secundo, quia eſt clamās diuinā vltionem.

¶ Tertio, quia eſt prouocans vniuerſalē gloriæ indignationem.

¶ Quarto, quia eſt inducēs magnā infectionē

¶ Quinto, quia ē ſuſcipiēs oīs legis punitionē. Primo igit̄ iſtud vitiū excedit beſtialem conditionē quia nulla beſtia reperit̄ hoc agere. Nō. n. cōmiſcetur animal maſculum cum maſculo, nec fęmina cum fœmina, nō equus cum equo, nec equa cum equa, nec equus cū uitula, vel equa cū boue, ſed maſculus cū fœmina eiuſdē ſpeciei. Et per alia uitia nō efficitur ſimilis beſtiis per iſtud autē uitium efficitur inferior omni beſtia cum nulla tantam turpitudinē agat. Et hæc eſt ratio quare uocatur vitiū cōtra naturā. Homo enim ſcd̄m philoſophorū eſt animal rationale, & inquātum rōnalis perpetrādo alia peccata agit cōtra naturā ideſt cōtra rōnē naturalē. Et ſm hoc dicit Iohā. Dam. qđ omne peccatū eſt cōtra naturam. Sed inquantum animal ſecundū animalitatem cōuenit cum beſtijs iſtud uitium committendo agit contra naturam ideſt non ſolum inſtinctum naturalem, ſed etiam cōtra inſtinctū beſtialem ſeu animalē. Et ſic agit cōtra naturā generis ſecundum Tho. Vnde Aug. Horum peſſimum eſt quod contra naturam eſt. 22. q. 7. Adulterij. Et ſi dicatur quod ſacrilegiū in luxuria videtur grauius, quia contra Deū per hoc autem non fit iniuria Deo. Itē quia adulterium, inceſtus, ſtuprū videtur eſſe magis contra charitatē proximi cum per illa fit iniuria proximo magna, per hoc autem non videtur vlla fieri iniuria alicui Rn̄dit b. Th. vbi ſupra q̄ vitiū cōtra naturam eſt cōtra Deū qa ordo naturę ab ipſo deo eſt. Eſt ideo in peccatis cōtra naturā cū uiolet ipſę ordo naturæ fit iniuria deo ordinatori naturæ. Et qa natura ſpeciei eſt magis coiuncta unicuiq, indiuiduo q̄ quodcūq, aliud in diuiduum. Et ideò p̄cta contra naturā ſpeciei ſunt grauiora q̄ commiſſa contra indiuidua

Octauianus nō caput hoc uitio.

Inconſideratio iuditij ē cauſa Sodomiæ.

Vitiū cōtra naturā ē grauius alijs peccatis.

Clamat in cœlũ. dua. ¶Secundo oſtẽditur eſſe peſſimum, qa proclamat diuinam vltionem cito de ipſo fiendam propter ſui abominationem. Vñ Geneſ. 19. dicit dominus. Clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. i. vitium, quod agunt clamat vindictam. Duo peccatorum genera dicit ſcriptura clamare ad Deum propter ſui horrorem, videlicet homicidium & ſodomiticum. Vñ poſtquam occidit Cayn fratrem ſuum Abel dixit ei Deus. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Gene. 4. poſtulans ſcilicet vindictam. De hoc autem turpiſſimo iam inducta eſt auctoritas, quia clamor Sodomorũ &c. Et ſic in hoc aſſimilatur homicidio & merito: quia vtrunque deſtruit ſpeciem humanam, quantũ in ſe eſt ſed peiori modo Sodomita. Nam homicida deſtruit ſeparando animam a corpore, quæ tñ remanet immortalis, & corpus demum reaſſumit. Sed Sodomita deſtruit impediendo ne ſit homo, ideſt ne generetur. Et nota modum loquendi mirabilẽ ſcripturæ circa huiuſmodi. Deſcendã inquit dominus, & videbo vtrũ clamorem opere compleuerint: an nõ eſt ita, quaſi diceret admirando vix poſſum credere tantum nephas reperiri in homine, vnde volo videre clarè hoc malũ ſi ita eſt vt pecuniã.

Oẽs ſancti indignantcõ traeum. ¶Tertio eſt peſſimum, quia prouocat cęlestẽ patriam ad indignationem contra ſe. Iudicabit in nationibus (inquit pſ. 109.) implebit ruinas. ſ. Deus. Implendæ ſunt ruinæ angelicæ ex hominibus procreatis qui in vltimo iudicio & nõ prius reaſſument corpora ſua mortua. Deſiderant ergo animæ ſanctorum ardenter finale iudicium ſecũdum Greg. in moral. vt reuniantur corporibus ſuis. Affectant & angeli implere, ſeu reſtaurari ruinas ſuas ex hominibus natis in mundo, & per conſequens cupiũt omnes multiplicationem humani generis, per debitum tamen modum, vt cõplea tur citius numerus electorum in ſuperna ſęlicitatæ locandus. Sed cum hoc impediant. dediti hoc vitio maledicto, habet tota cœleſtis curia eos in deteſtationẽ, & abominationem. Sed & ipſæ filius Dei rex totius curiæ cęleſtis ita abominatur, quod vt dicit Aug. videns hoc vittum in humana natura introductum ferè deſiit incarnari. Nam vt ait ipſe Aug. violatur quippe per hoc vitium ſocietas, quæ nobis cum Deo eſſe debet, cum illa natura, cuius ipſæ eſt auctor libidinis puerſitate polluitur. 32. q. 7. flagitia, & in ſignum maximæ deteſtationis dicit Hiero. ſuper Eſa. quod nocte illa, qua Chriſtus eſt natus, omnes qui reperti ſunt illo vitio laborãtes mortui ſunt ſubito. Non enim voluit pati tantam ignominiã reperire in natura noſtra quam aſſumpſerat. ¶Quarto eſt peſſimum, quia inducit nimiã infectionem. Vñ Apoſtolus Ro. 1. vocat hoc vitium paſſionem ignominiæ. i. non nominãdum. Et hoc ideo: quia vt dicit Ray. nõ ſolum actus eius, ſed os loquentis ipſa prolatio eius. ſ. ſine cauſa vrgenti, & aures audientis, ipſa elementa polluit. Et Imperator dicit in autenti. vt non luxurientur contra naturã, quia illud vitium inducit peſtilentias, & tempeſtates. Et fortè iſta eſt cauſa, quare in multis ciuitatibus Italiæ frequenter ſuper veniunt peſtes, quia magis abundat tale vitium, quã in aliquibus aliis. Sed in compendio theologiæ dicitur quod ipſæ diabolus tentãs de hoc vitio, poſtquam inducit homines ad hoc, fugit abominans ex nobilitate ſuæ naturæ tantum ſcelus. Eſt autem infectiuum cæterorum quia vnus deditus huic vitio eſt ſufficiens inficere totam vnam ciuitatem. Vnde figuratur per lepram, quæ inficit conuerſantes cum leproſis. Et ideò ſicut in lege mandabatur tales ſequeſtrati a conuerſatione cæterorum, ne inficiant alios, ita deberet euitari familiaritas eorum. Et in figuram huius dictum fuit Loth ad hoc, vt euaderet mortem, quod non moraretur in Sodomis, nec in omnem circa regionem. Gene. 19. A longe enim oportet manere a conuerſatione cum eis. Adeo abhorruit ſanctus Loth iſtud facinus, quod diſponebat filias ſuas virgines tradere conſtuprandas, vt ceſſarent Sodomitæ a tali vitio. Et quamuis non benefaceret, quia non ſunt facienda mala vt veniant bona, ita nec vt euitentur maiora mala. 14. diſt. quod ait, tamen ex deteſtatione hoc ſubito elegit, & ob gratiam hoſpitiũ. 32. q. 7. Offerebat. ¶Quinto patet quod ſit peſſimum, quia ab omni lege punitur, & grauiter per legem quidem diuinam. Nam dicitur Leui. 20. Qui dormierit cum maſculo coitus fœmineo, vterque operatus eſt nephas, morte moriatur. Per legem eccleſiæ vbi pro aliis peccatis mortalibus imponitur pœnitenti ſeptennis communiter pro hoc imponenda dicitur pœnitentia maior, quam ſeptennis propter enormitatem eius, vt 33. q. 2. hoc ipſum. §. & ſe. & deberent excommunicari, quã do tales ſunt notorii permanentes in hoc vitio. Nam eum ſit grauius quam inceſtus ſecũdum Aug. & inceſtus eſt cum matre, vel germana, vel alia conſanguinea, ſeu affine carnaliter commiſceri. Si Apoſtolus excommunicauit inceſtuoſum tradens eum in poteſtatẽ diabo-

Maximè inficit.

Diabolus poſt q̃ tẽptauit de hoc vitio fugit pp fœtorẽ eius.

Oĩ lege punitus

diaboli, vt patet 1. Corin. 5. multomagis excommunicari debet contra naturam peccãs. Clerici autem conuicti de hoc vitio debent officio & beneficio priuari, extra de excess. prę la. c. Clerici. Secundum legem imperialem debet talis decapitari, & qui cõmodat domũ, & qui mediator est, vt C. de extra ordi. crim. qui puero, secundum legem municipalem in aliquibus locis debet comburi, & vbi seruatur talis lex, libera reperitur ciuitas talis ab hoc vitio, & Deus mirabiliter prosperat, & ita tum conseruat, secundum etiam leges sunt infames & aduocare & procurare non possunt, cum scilicet essent conuicti, vt ff. de posth. §. infames. Sicut ergo huiusmodi disperierunt in Endor, ideſt per tale vitium abutentes mẽbro generationis, ita dispereat de terra memoria eorum.

Adde tex. in l. cum vir nubit in fęminã. C. ad le. Iuliã. de adul.

§. 3. ¶Quantum ad tertium confusio pœnę notatur ibi. facti sunt, vt stercus terræ. Nõ possent assimulari alteri rei ita abominabili & fedæ. Iohel. i. Computruerunt iumenta in stercore suo, ideſt secundum Grego. homines lasciui vitam suam in fętore luxuriæ finierunt. Vnde & Cisor vbi prædicti perierunt interpretatur obstinatio, quia nisi a iuuentute respiscat ab hoc vitio vix vnquam dimittit prouecta ætate, sed efficitur obstinatus, & experientia hoc docet. ¶Sed quantum sit abominale dictũ vitium fędum & pessimũ, ostẽditur ex punitione diuini iudicii, in vita præsenti contra eos qui dediti erant illi vitio homines ciuitates Sodomæ & Gomorrę, Seboim, Adame & Segor quinque ciuitatum, de quibus homines historiam Gene. 19. Vbi dicit Vin. in speculo historiali. li. 2. circa hoc, q̃ septẽ non tantũ ibi aggrauantia culpam illam, quibus rident septem in pœna. ¶Et primum est corruptio naturæ, quod ostenditur in clamore, sicut quæ defloratur, clamatur liberetur a corruptione, & ideò in pœnam in naturalis factus est locus ille, versus est enim in mare salsum, quod dicitur mare mortuum, quia contra naturam aliorum. Ibi nec pisces viuunt, & aues desuper volantes subito mortuæ cadunt, ad innuendum moraliter, q̃ tales cogitationes contemplationis aut affectus, nec verę actionis effectum habere viuaciter possunt. ¶Secũdum in culpa fuit impudentia & libertas peccati, Ita enim liberè hoc faciebant malum, & sine verecundia, ac si esset opus licitũ. Vnde a maiore vsq; ad minorem irruerũt in domum Loth, vt abuterentur publicè illis duob. angelis hospitio receptis a Loth, quos humines putabant. Et in pœnam percussi sunt cęcitate, & facti in exemplum perpetui supplicii ignem sustinentes, vt dicitur Gen. 19. Sic hodie aliqui sunt ita cæci, quod nedũ erubescant, sed gloriantur de huiusmodi, vel se excusant propter assuefactionẽ, vt dicit August. in li. confess. quod flagitia, quę cõtra naturam sunt qualia Sodomorum semper repudianda sunt, quæ si omnes gentes agerent eodem criminis reatu lege diuina tenerẽtur. 32. q. 7. flagitia. ¶Tertium aggrauans est sterilitas cõmixtionis. Ex huiusmodi enim cõmixtione nihil põt generari. Cui respondet in pęnam sterilitas illius loci, qui nihil omnino gignit vtilitatis. Sic tales aliquando priuantur generatione filiorum, vnde Futiphar q̃ emit Ioseph dicitur fuisse eunuchus, ideſt ineptus ad generationem seu ad generandum, & hoc quia dicit Nic. de Lyra glo. 1. q. 1. sicut eunuchus dñs exicauerat genitalia eius: eo quod ad turpem vsum eius emerat Ioseph, ideò dominus impediuit eum. Propter tale vitiũ potest vxor negare debitum, & petere diuortiũ quando est notorium. 32. q. 7. Omnes accusationes in glo. sed etiam opera bona quasi nulla faciunt. ¶Quantum aggrauans fuit ardor desiderii. Plus enim & ardescere dicuntur huiusmodi homines in uiros, quam alii in mulieres. Cui correspondet in pœnam ignis ardor qui combussit eos, & poma nata in arboribus circumpositis illa lacui vsque ad maturitatem sunt coloris viridis matura verò si in cidantur fauillæ exeunt in signum ignis ęterni. Vnde Bernar. Gehennalis flamma moram non sustinens Sodomorum peruenit tollere nationem, & ipsam conscientiam tantæ cõfusionis terram consumpsit ignis sulphureus, & spiritus procellarum. ¶Quintum est fętor carnis. Omnis enim luxuria; & ista maximè est causa fętoris, vnde merito possit de eis dici illud psal. 14. De cadaueribus eorum ascendit fętor. Cui correspondet in pœnam sulphuris fętor ps. 10. Ignis sulphur, & spiritus procellarũ, ideſt dæmones percutientes eos pars calicis eorum. Memoria ipsius vitii, ita fætet, q̃d aliqñ insensibilem facit. In cuius figurã vxor Loth quæ respexit retro. vt scilicet videret illam ciuitatem versa est in statuam salis. Respicere retro est recordare huiusmodi scelerum cum a delectatione & voluntariè. ¶Sextum est tenacitas uoluptatis quæ homines in ueteratos in hoc vitio vix vnquam euadere sinit. Cui congruit gleba bituminis quam locus ille multipharie vomit. Bitumen autẽ est quædã terra sicut cola adhęrens. Nec tñ illud minuit peccatum, sed aggrauat, nec excu-

Plus ardent Sodomitæ in viros quam in fęminas

Septẽ pœnæ vitii cõtra naturam.

sati

ſati ſunt a participatione pœnæ ſicut nec criminis. Qui filios familias,& ſubditos nō corrigunt de hoc vitio digni ſunt morte (ait Apoſtolus Ro. 1.) Non ſolum qui faciunt, ſed & qui conſentiūt facientibus. Ioſeph, etſi puer noluit tacere cū vidit autem nephas in fratribus ſuis, ſed vt dicitur Gen. 27. accuſauit fratres ſuos de crimine peſſimo ſcilicet quod cū iumentis, vel cum maribus coirent, vt ſic punirent a patre, nec dimiſit correctionem propter odium fraternum ſiue fratrum, qui oderunt eū ita vt vellēt eum occidere. ¶ Septimū eſt contagium quo inficitur multitudo cohabitantiū,& ſocietas talium. Cui rndet in pœnam, quia tota regio ſimul cum vrbe infecta ſubuerſa eſt. Et propter hoc etiam dominus combuſſit paruulos & innocentes, quia ſi vixiſſent propter contagium imitati eſſent opera turpia eorum, vnde in hoc miſertus eſt eis 1,q 4. Etiam. § paruulos. Facti ſunt ergo & fiunt demum tales vitioſi vt ſtercus terræ.

¶ *De inceſtu, & ibi etiam quando reſiſtitur luxuriæ.* *Cap.* 5.

Inceſtus quid ſit.

INceſtus qui eſt altera ſpecies luxuriæ cōſiſtit in commixtione carnali eum coniūcta conſanguinitate,, & affinitate, vel ſpirituali parētela, de quo poteſt exponi illud pſ. 31. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Iſta eſt differentia inter hominē, & alia animalia in motu paſſionum. Nā animalia bruta cum mouentur paſſione aliqua, non poſſunt ſe continere ab ea niſi cohibeantur aliqua violentia alterius. Et ratio eſt, quia rationē non habēt qua poſſunt paſſionē moderare uel retinere. Vnde cū aſellus vel equus videt cibum quem appetit ſubito ponit ſe ad illum comedendū, niſi impediatur vel verberetur. Sed homo cum mouetur paſſione ſiue deſiderio cibi vel alterius rei poteſt etiā data oī oportunitate ſe abſtinere, & non vti ea re, & hoc ideò quia habet rationem, quæ pōt moderare, & cohibere paſſiones, & membra corporis, quod ſinō vtatur rōe, ſed ſequatur paſſiones illicitas, efficitur ſimilis beſtijs. Vnde Boetius in lib. de philoſophica cōſolatione. Itaque fit vt qui probitate deſerta hō eſſe deſerit, cum in diuinam conditionem trāſire non poſſit, vertatur in beluam, & per maximè ſequendo delectationes venereas illicitas, in quibus tota ratio abſorbetur aſſimiliatur equo & mulo, Hinc eſt quod dicit Tob. 6. per angelum Raphaelem. Qui coniugio vtūtur, vt a mente ſua excludant Deum, & libidini ſuæ vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, ſcilicet tales ſunt. Et multo magis cum extra coniugium ſequuntur ſuas voluptates, vt inceſtū, & huiuſmodi. Nolite ergo (ait pſal.) fieri ſicut equus, & mulus &c. quaſi diceret. Nolite ſequi uitium luxuriæ. Tria poſſunt ibi notari.

¶ Primo præcipitur reluctatio voluptatis ibi. Nolite.

¶ Secundo exprimitur abominatio inceſtuoſitatis ibi. ſicut equus & mulus.

¶ Tertio conſequitur ſuffocatio rationabilitatis, ibi quibus non eſt intellectus.

¶ A ſecundo inchoando. Inceſtus (ut dictum eſt ſupra) eſt ſpecies diſtincta luxurię, & grauius eſt adulterio, vt. 32. q. 7. adulterii. Et per hanc efficitur quis ſimilis equo, & mulo. Equus eſt fortis, & imperfetuoſus, & ita inceſtuoſus tanto impetu fertur a libidine, q̄ nō attendit ad aliquam parentelę reuerentiam dūmodo ſequatur ſuam libidinem, ſicut nec equus attendit ſi equa ſit mater, vel ſoror nata ex eadem matre, vel patre. Mulus cum dominus ſuus confidit in eo dum appropiat ſe ei trahit calces, ita inceſtuoſus nō per corpus tantū recalcitrat ſpiritui, ſed quod peius eſt, quia amico ſuo, & benefactori nō parcit, nec patri vel matri abutens aliqua conſanguinea uel affine in hoc notabiliter iniuriando, & lædendo honorem ſuum. ¶ Pro declaratione huius materiæ oportet aliquid dicere breuiter tamē de gradibus conſanguinitatis, affinitatis, & cognitionis ſpiritualis. Poſtquam glorioſus Deus primos parentes creauit, & in paradiſo inſtituit matrimonium, excludit a coniugio vnum gradum conſanguinitatis, dicendo per Adam. Reliquet homo patrē & matrē, & adhærebit vxori ſuæ Ge. 2. ideſt nū quā licebit ullo tpe patri ſumere filiā in uxorem, vel matri ſumere filium in maritum, & multominus extra coniugium carnaliter cognoſcere, quia maximum eſſet ſcelus inceſtus. In primo etiam gradu conſanguinitatis in linea collaterali fuit conceſſum contrahere matrimonium filiis Adæ propter neceſſitatem, quia alii non erat. Vnde oportuit ad multiplicandum genus humanum, quod filii Adę ſumerent in uxores ſorores carnales. Sed ſublata hac neceſſitate ſemper fuit prohibitum matrimonium inter fratres, & ſorores & germanos, quia maximus inceſtus, & multomagis extrā coniugium talis commixtio, In lege autem antiqua fuerunt aliqui gradus conſanguinitatis expreſſi, in quibus non poterat contrahi matrimonium. In

De gradibus cō ſanguinitatis.

noua

noua autem lege, per determinationē eccle-
się sunt declarati esse quatuor gradus consan
guinitatis & affinitatis in quibus nō pōt con
trahi matrimoniū, vt id decretali. Nō debet
extra de cōsang. & affini. ¶ Est āt primus gra
dus in linea collateralium germani seu soro-
res carnales, seu frater & soror germani. Secū
dus gradus filii duorum germanorum q̄ dūr
cusini. Tertius gradus filii consobrinorum si
ue cusinorū. Quartus filii prædictorū. In nul
lo ergo horum graduum potest cōtrai matri
monium. Quod si quis faceret sine dispēsa-
tiōe papæ mrimoniū nullum esset, sed cōti-
nuus incestus, & excōmunicati essēt sciēter
hoc agēdo, & filii illegitimi essēt. Similiter si
q̄s cognoscat aliquā cōsanguineā carnaliter,
i quocūq; prædictorū graduum incestum cō
cōmitteret vterq; & enorme peccatum & tā-
to grauius quāto cōiūctior esset gradus. In li
nea āt ascēdentiū, sedm doct. & descēdētiū ē
ppetua prohibitio. s. cōtrahēdi matrimoniū,
ut. s. inter auum, & nepotem per auum, & p
nepotē, & huiusmodi, & incestus etiā grauissi
mus esset. ¶ Affinitas etiā habet quatuor gra
dus infra quos nō potest cōtrahi matrimo-
niū & hi fundātur in gradibus cōsanguinita-
tis. Nā ex matrimonio iter duos celebrato cō
trahitur ista cōiūctio quæ dicitur affinitas in
ter cōsanguineos mariti, puta Petri oēs ex u-
na parte, & vxorē ipsius Petri puta Masam.
Ex alia parte inter cōsanguineos & cōsāgui-
neas Masæ oēs, & ipsā Petrū maritū eius. Itē
in eodē gradu, in quo sunt cōsanguinei mari
to, efficiunt affines. Masę puta germanus Pe-
tri efficitur affinis Masæ mulieris in primo
gradu. Cōsobrinus petri efficitur affinis vxo
ris Masæ in secūdo gradu, & sic ultra. Idē per
totum de consanguineis Masæ quo ad affini-
tatem contrahendam cum Petro. In his igit
quatuor gradibus affinitatis, si quis contrahe
ret matrimoniū nullum esset, sed cōtinuus in
cestus, & excōicati ambo scienter agentes, ut
patet per cle. ¶ Et nota diligenter quod (utsu
pra dictum dī) etiam per simplicem fornica
tionē secundum doctor. omnes theologos, &
canonistas cōtrahitur affinitas impediēs ma
trimonium, & dirimens noncū illa qua forni
catus est, sed cum consanguineis eius ita ut
nulla earū vsq; ad quartum gradum. O quot
incestus sunt, quæ matrimonium legitimum
reputantur. Ignorantia tamen facti probabi-
lis, non iuris excusat. ¶ Item nota diligēter
quod si quis cognouit carnaliter mulierem,
cuius matrem, vel filiam uel sororem, ger-
manam, vel consobrinam habet uxorem, si
cognouit carnaliter illam antequam cōtrahe
ret per verba de p̄nti cum ea quam duxit in
vxorē matrimonium nullum est, & dirimi
debet ppter impedimentum affinitatis pce
dēs. Sed si cognouit carnaliter illam postquā
contraxit per verba de p̄senti cum p̄dicta.
s. matre, vel filia, vel sorore, vel alia consan-
guinea, vel affine, matrimonium quidem te
net, sed perdet ius petendi debitum ab uxo
re. Reddere tamen tenetur, sed non exigere
absq; peccato mortali, vt extra de eo qui dux.
in vxo. quam poll. per adul. & 27. q. 2. c. Qui
dormierit. Et quia textus ibi est obscurus, ui
de glo. idem 22. q. 7. Qui dormierit cū plu-
ribus. c. Itaque cognoscens carnaliter affinē
perdit ius petendi debitum. Considerate quā
tum horret ecclesia istum incestum, & tamē
non videntur homines sibi conscientiam fa
cere. Et hoc, q̄a sūt sicut equus & mulus ¶ In
cognatione verò spirituali, quę contrahit in
collatione quorundam sacramentorum scili
cet baptismi, & confirmationis, si cōtrahatur
matrimoniū, vel fiat carnalis cōmixtio inter
coniunctos, taliter erit incestus spiritualis
vñ & sacrilegiū est. Tres enim ibi sūt gradus
cognationis. ¶ Primus dicitur compaternitas,
& cōtrahitur inter patrem & matrē eius
qui tenetur ad baptismum, uel cōfirmationē
& eum qui tenet ad ipsum baptismū, vel ēt
cōfirmationem, ac etiā uxore eius, vel ēt q̄
baptizat vel cōfirmat. ¶ Secundus dicitur pa
ternitas, & contrahitur inter eū qui tenet ad
baptismū, vel cōfirmationē, aut etiam qui il-
la sacra cōfert, qui dicitur pater spiritualis, &
eū vel eā quæ tenetur, q̄ dī filius eius spūalis
vel filia spūalis. ¶ Tertius dicitur fraternitas
& cōtrahitur inter illū q̄ tenetur vel eā ad ba
ptismū uel cōfirmationem, & filios eius q̄ te
net. Si quis ergo in aliquo horum graduum q̄
ad ultra non extenduntur contraxerit, matri
monium nullum est, sed dirimendū & inie
stus spūalis, ac sacrilegium. Et similiter si q̄s
cōmisit opus carnale cum aliquo, vel aliqua
in aliquo gradu huius cognationis spūalis in
cestum cōmittit. 30. q. 3. c. 1. & 2. & extra. e. c.
Martinus. Et vt dicitur. 35. q. 8. Incestuosi dū
in ipso detestādo, atq; negādo scelere manēt
nō inter fideles Christianos, sed inter gētiles
& cathecuminos habeantur. Nolite ergo fieri
sicut equus & mulus incestum perpetrando.
Hęc luxuriæ species pōt figurari per socrum
Petri q̄ tenebatur magnis febribus, ut dicit
Lu. 4. que orationibus apostolorum gratia
Christi sanata est. Dicit enim Beda significa-
ri per hanc animam luxuriæ deditam.

De affinitate.

Per simplicē fornicationē oritī affinitas

¶ Quantum

§.2. Rõnes quod in ceſtus ſit incõ gruus.

¶Quantum ad tertium. Per hoc vitium ſequitur ſuffocatio rõnis. Sicut enim in equo & mulo non eſt intellectus, ita & in iſtis non videtur eſſe intellectus, ſeu vſus rationis. Cum enim aſſignaretur quadruplex ratio, quare incongrua eſt talis commixtio cõſanguineorũ, vel affinium ſecundum Tho. 2. 2. q. 144. ar. 9. inceſtuoſus omnem iſtam rationem abiicit, non vtens intellectu. ¶Prima ratio eſt: quia naturaliter homo debet quandam honorificẽtiam parentibus, per conſequens aliis conſanguineis, qui ex eiſdem parentibus de propinquo originem trahunt, intantum quod apud antiquos, vt Valerius maximus refert non erat fas filium ſimul cum patre balneari, nec ſic ſe ipſos inuicem nudos conſpicerent. Manifeſtum eſt autem ſecundum prædicta qđ in actibus uenereis maximè conſiſtit quædã turpitudo honorificentiæ contraria, vnde de his homines uerecundatus, & ideò inconguum eſt, quod coniunctio venerea talium perſonarum fiat adinuicem. Et hæc ratio uidetur exprimi. Leui. 18. ubi dicitur. Mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius. Et idẽ poſtea dicit in aliis. ¶Secunda ratio eſt, quia perſonas coniunctas ſanguine neceſſe eſt adinuicem ſimul conuerſari, vnde ſi homines tales, ſcilicet qui ſunt conſanguinei, vel affines non arcerentur a commixtione venerea nimia oportunitas daretur hominibus venereę cõmixtionis, & ſic animi eorum nimis emolleſcerent per luxuriam. Et ideò in veteri lege ille perſonæ ſpecialiter videntur eſſe prohibitæ quas neceſſe eſt ſimul commorari. ¶Tertia ratio eſt, quia per hoc impediretur multiplicatio amicorum. Dum enim vxorem extraneam accipit iniunguntur ſibi quadam ſpirituali amicitia omnes conſanguinei vxoris, ac ſi eſſent conſanguinei ſui. Vnde Aug. dicit 15. de ciui. Dei. Habita eſt ratio rectiſſima charitatis, vt homines quibus eſſet vtilis atq; honeſta concordia diuerſarum uiciſſitudinũ vinculis necterentur. Nec vnus in uno multas haberet, ſed ſingulæ aſpergerent in ſingulos. ¶Quarta ratio redditur, & additur per Ariſt. 2. poli. quia cum naturaliter homo conſanguineas diligat ſi adderetur amor qui ex cõmixtione venerea fieret nimius ardor amoris, & maximè libidinis incentiuum quod caſtitati repugnat. Et quamuis inceſtus dicatur quaſi non caſtus, & quilibet ſpecies luxuriæ corrumpat caſtitatem, tamen anthonomaticè dicitur de inceſtu quaſi corrupto caſtitatis, quia abuſus maximè coniunctarum perſonarum inducit corruptelam caſtitatis, tum propter oportunitatem ad laſciuiam ex frequenti cõuerſatione, & cohabitatione domeſtica, tum propter nimium ardorem amoris, vnde certè magna non ſolum in cautela, ſed fatuitas eſt, ex quo mũdus eſt ita corruptus, ſicut cernitur, & pueri paruuli ex malis exemplis ſint dediti talibus, ſimul facere dormire fratres cum ſororibus, vel aliis conſanguineis, vel affinibus, aut compatres cum cõmatrib. nimis domeſticè conuerſari. Cum ad hoc ali quando fiant, vt aptius poſſit malum fieri. Et ſimiliter adoleſcentes indifferenter conuerſari cũ aliis. ¶Quantũ aũt Deo diſpliceat iſtud vitium ex diuina punitione etiam in vita iſta oſtenditur. Nam propter inceſtum Paulus apoſtolus excõmunicauit quendam Corinthum, qui abutebatur nouerca ſua, & traditus fuit propter hoc in poteſtatem Sathanæ, vt habetur. 1. Cor. 5. vt in corpore vexaretur a diabolo crudeliter, ſicut vexabatur in anima Ruben, quia cognouit carnaliter vxorem patris ſui Iacob, diminutus fuit in primogenitura, vnde dixit ei pater. Ruben primogenitus meus maior in donis, ſcilicet eſſe debuiſti, ſcilicet propter primogenitură, minor in imperio, ſcilicet es effectus ſcilicet pp inceſtum tuum, quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti thorum eius. Gene. penul. Sed & in libro de benedictionib. 12. patriarcharũ legitur, quod Ruben infirmatus ad mortem propter hoc infirmitatem Iliacham incurrit. Amõ qui violauit ſororem ſuam interfectus fuit ab Abſalon, ut patet. 2. Reg. 13. Ita glorioſus Baptiſta exhorruit hoc facinus, quod cũ percepit Herodem regem hoc incurriſſe cũ Herodiade cognata ſua, egreſſus eſt deſertum quod neque propter pœnitẽtiam deſeruerat, vt increparet tantum nephas, & cum ſceleribus plurimis ille eſſet deditus, ſolum de hoc publicè arguit eum dicens. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Mar. 6. & propter repræhenſionem hanc fuit Ioannes incarceratus & decapitatus. Non ergo in iſtis inceſtuoſis eſt intellectus, ſicut nec in equis, quinimõ equi & aliqua animalia bruta videntur hoc horrere ſummè. Nam philoſophus. in 8. de animalibus dicit quod quidam equus, quia pulcherrimus erat cum fuiſſet deceptus, quia ſcilicet poſitus fuit pannus ante oculos eius, vt non videret equam matrem ſuam, ſed cũ ea commiſceretur, quæ etiam pulchra erat, poſt commixtionem amoto pãno cum pependit, ita exhorruit, quod ſeipſum præcipitauit. Nolite ergo fieri ſicut equus & mulus quib. non eſt intellectus.

Summè Deo diſplicet inceſtus

De inceſtu Ruben & eius punitione.

Abſalõ interfecit Amõ pp inceſtum.

inceſtus dr quaſi non caſtus.

¶De

§.3. Resistẽtia interior luxuriæ.

¶De primo scilicet, vt resistat voluptati suæ notatur cũ dicitur nolite fieri, quasi diceret, & si superueniat instigatio, vel tentatio ad incestum, vel aliam speciem luxuriæ nolite acquiescere, & assentire voluntati. Totum enim malum primo procedit a voluntate cum est mala Iaco.4. Resistite diabolo & fugiet a vobis. Debilis enim est hostis ait Chrisostomus qui nõ vincit nisi volentem. Vnde & philosophus in 3. ethicorum. Peccatum intemperantiæ, vt est peccatum luxuriæ dicitur peccatum puerile, tum quia sicut puer in sua voluntate dimittitur crescit in propria volũtate. Vnde dicitur equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadit præceps, ita concupiscentia si ei satisfiat, accepit maius robur, tamen quia sicut puer emendatur propter hoc, quod coercetur quod propter dicitur Prouerbio. 23. Noli subtrahere a puero disciplinam. Tu virga per cuties eum, & animam eius ab inferno liberabis, scilicet dum concupiscentiæ resistitur, reducitur ad debitum honestatis modum. Et hoc est quod ait Aug. in 6. musicæ, dicit. n. qđ mente in spiritualia suspensa atque ibi fixa, & manente, concupiscibilis, ideſt concupiscẽtiæ carnalis impetus frangitur, & paulatim repressus extinguitur: Maior enim erat eum se queretur non omnino nullus, sed, & minor cum refrenamus. Et ideo dicit philosophus. in 3. ethicorum, quod quemadmodum puer debet secundum præceptum pedagogi viuere sic concupiscibili consonare rationi. ¶Vltra istud remedium interius resistentiæ triplex est aliud remedium exterius, sicut & contra ignem cui comparatur luxuria, vt dictum est supra. Triplex remedium adhibetur ad extinguendum vel minuendum.

Triplex remediũ contra luxuriam.

¶Primo per aquæ infusionem.

¶Secundo per lignorum subtractionem.

¶Tertio ab igne per elongationem.

Totum hoc patet de olla quæ est iuxta ignẽ, quæ si ita bulliat, vt effundatur quod continetur in ea aliquod prædictorum trium fieri cõsueuit, quia uel aqua frigida ollę infunditur, vel de lignis subtrahitur, vel olla abigne elõgatur. Sic cum mens interius feruet calore luxuriæ, ita quod substantia virtutum, quæ ibi continetur effunditur, debet primo ad aquã recurrere, sed triplicem, videlicet ad aquam lachrymarum, & compunctionis, consideras infirmitatem suam, & periculum, & ideò deuotè poscens auxilium, vnde dicitur. Sapien. 8. Vt sciui quoniam alter non possum esse cõtinens nisi Deus det, & hoc ipsum erat summa sapiẽtia scire, cuius donum esset. Adii dominum, & deprecatus sum illum. Nec tamẽ ex hoc potest se excusare incõtinens, quia cõtinere non potest nisi Deus dederit gratiam, sicut nec etiam se excusaret aliquis peccator ex hoc quod perseuerat in aliquo peccato cũ inde non possit recedere per pœnitentiam, nisi Deus infundat gratiã. Nam vt dicit b. Tho. in 4. Deus nulli gratiam subtrahit faciẽti qđ in se est, sed semper paratus est infundere se præparanti. Sic & castitatis bonum a Deo datur, cum quis per orationes, & per subtractiones occasionum ipsum quærit. Et de hoc potest intelligi illud psal. 72. Confregisti capita draconum in aquis, ideſt principia tentationum carnalium in aquis lachrymarũ. ¶Qđ si aqua ista non sufficit, addat secundã aquã videlicet alicuius corporalis afflictionis, non tamen periculosæ, ut castrando seipsum, uel aliquid huiusmodi, hoc enim esset peccatum mortale, vt 35. distinctio. per to. & esset irregularis. Vnde quod Christus ait Mathei. 19. Sunt qui castrauerunt seipsos propter regnũ cœlorum, intelligitur secũdum Chris. & alios de castratione spirituali, sicut & cum ait Matheus. 8. Si oculus tuus scandalizat, te erue eum &c. per quod prohibetur aspectus incitatiuus ad malum, non euulsio oculi corporalis precipitur, ita commendatur a Christo, qui se castrant, ideſt qui voluntariè a se resecant cõcupiscẽtias carnis, & venerea, vt Deo seruiãt. Debeat ergo quis in tentationibus luxuriæ positus, ita carnem affligere, vt periculum nõ sequatur, sicut egit beat. Bene. cum fuit temptatus in solitudine vehementer proiecit se nudum inter vepres, & vrticas, & dolore corporis abstulit vulnus mentis. Sic & bea. Fran. temptatus cum disciplina chordæ non sufficeret ad mortificationem temptationum nudus stetit inter niues formando de niue vxorem, & filios &c. Beatus Bernar. se misit in aquas gelidas ad reprimendam temptationẽ huius. ¶De quodam etiam iuuene narrat be. Hieroni. quod cum fortiter temptaretur de hoc uitio nec orationibus, nec abstinentiis, nec vigiliis iuuaretur ab impulsi vehementi temptationis demum pater monasterii hoc inuenit efficax remedium. Ordinauit cũ monachis suis, quod quotidie ei diuersas molestias, & contumelias aliqui inferrent, & ipsemet accusarẽt eum apud abbatem, quod molestasset eos, sicque quotidie pauper iuuenculus contumeliabatur, & accusabatur ab eis, qui contumeliam intulerant. Transacto aliquo tempore cum hac mortificatione laborum, vna dierum interrogauit eum abbas quomo-

Primũ est contritio.

Secundũ corporalis afflictio

quomodo sibi erat in tẽptatione carnis. Cui respondit. Pater mihi viuere non sinitur, quo modo luxuriari conceditur. Sicque per hunc modum afflictiuũ, & mortificatiuũ sine periculo, de tẽptatione huiusmodi liberatus fuit. De hoc põt exponi illud Eccl. 3. Ignem ardentem extinguit aqua. i. vehementẽ tẽptationẽ luxuriæ aqua tribulationis mortificat. ¶Et est tertia aqua. s. scripturarũ lectionis earũ, & meditationis, quæ ẽt ad hoc multũ operatur. Vnde Hiero. de cõse. dist. 5. c. Nunquã. Ama studia scripturarũ, & uitia carnis nõ amabis. Vigilia. n. honestatis. i. studia honesti tabefaciet carnes. Eccl. 31. Ibi. n. cõtinetur quam detestandum si hoc vitium, quamque nociuũ, quia per ipsum ad ignem æternum peruenit.

Tertiũ est diligens lectio.

Exẽplũ notabile

¶Sicque legitur in vrtaspatrum de quodam sancto hæremita, ad quẽ accessit quædam publica meretrix, quæ se iactauerat cum amatoribus suis, qđ illum sanctum ad opus nepharium pertraheret. Accessit ergo ad cellam, seu hæremitorium quodam fero tarda hora, & pulsans cellam eius simulabat se errare in deserto, & uiam rectam amisisse, pp quod rogabat, vt uel in aliquo angulo hęremitorii sineret tm̃ illa nocte manere, ne foris inuenta deuoraretur a feris siluestribus. Ille videns ne cessitatẽ extremã, & simulationẽ & prauam illius intentionẽ ignorans, licẽt inuitus pp periculum, tm̃ charitate coactus introduxi separatim manere faciens. Media nocte diabolus cępit terribiliter illũ patrem vexare, de tẽptatione carnis, qui sibiipsi loquens ait. Opera mala in tenebris fiunt, bona aũt in lũce. Accẽdit ergo lucernã, & cũ temptatio crescęret cę pit ad reprimendũ cogitare de igne inferni, qui sm̃ scripturas paratus est luxuriosis. Iuxta illud. Fornicatorib. & homicidis pars illorum in stagnũ ignis & sulphuris, & cũ nõ cessaret tẽptatio cępit sibiipsi dicere incipe nunc experiri pœna illius ignis æterni quæ longè grauior erit, cuius te debitorem cõstituts faciendo ad quod incitaris, posuitque vnum digitum manus ad ignẽ lucernę, & tm̃ tenuit cp totũ cõbussit. Tam vehemens erat temptatio carnis, cp adhuc per hoc non cessabat, & ipsæ apposuit sequẽtẽ digitũ, deinde omnes alios successiuè sic cõbusta manu tẽptatio cessauit. Illa aũt misera, quæ tps expectabat aptũ ad inuitandũ ad malũ, cũ per aliquas rimulas uidisset, qđ istæ agebat, ita horruit stupore, ut morereꝛ. Mane aũt facto illi lasciui iuuenes, qui submiserant ipsam pessimã meretricẽ venerunt ad cellã huius interrogantes si pterito sero a casu applicuisset illi aliqua mulier quæ deuia erat. Respondit senex ibi iacet illa pessima fœmina, nam & mihi hoc fecit quod videris, ostendens manum combustam & ordinem facti. Videntesque eam morruam veniã postulabant de malo quod tractauerant recõmendantes eam sibi. Qui oratione suscitauit eam. Mirandum est istud gestum, non imitandum. Neque enim lege cõmuni hoc agere liceret, quantacunque temptatione pulsatus. Sed lege priuata scilicet spirituſſancti, quæ communi legi non subiicitur, ut 18. qõ. 2. Duæ sunt, quam sequi non debet dimissa communi, nisi sic certus ea duci. si non vult seduci. ¶Secũdum remedium est subtractio lignorum. Si enim appositio lignorum auget flammam, ita subtractio minuit. Ista ligna sunt cibaria, & potus, qui non solum ex quãtitate, sed ex qualitate incendunt ignem luxuriæ & tantomagis quantomagis sunt delicatiora, & magis nutritiua. Vnde Apostolus 2. Corinth. 6 præmittit ieiunium castitati dicens. Exhibeamus nosmetipsos, vt Dei ministros, in ieiuniis, in castitate, quia abstinentia ciborum iuuat ad castitatem, sicut multiplicatio ciborum inducit materialiter luxuriam. Sine Cerere & Bacho friget venus, idest luxuria ait Hierony. Et Christus ait Matt. 17. Hoc genus dæmoniorum, scilicet temptantiũ de luxuria non eiicitur nisi oratione, & ieiunio. Et propterea in ieiuniis ecclesiæ est interdictus omnis æsus carnium, & in ieiunio quadragesimæ etiam æsus lacticiniorum, seu ouorum, & casei, ut patet distinctione quarta. Denique, quia ista sunt magis nutritiua, & incentiua libidinum, contra quæ sunt instituta ieiunia. Luxuriosa res est vinum, idest causa luxuriæ, ut dicitur Prouerb. 20. Et Hieron. Venter mero æstuans facile desumat in libidines & Prouerbio 28. Qui delicatè pauerit seruum suum, in fine sentiet eum contumacem. Seruus est cotpus. Qui ergo volunt benè comedere, & bibere, & lautiores epulas, & quiescere, & dicunt se castè viuere non posse, utique verum dicunt, sed non excusati sunt, vt putant, quia non tollunt occasiones suæ luxuriæ, sicut qui poneret alia ligna in domum suam, quam uidet ardere, non crederetur sibi si diceret quod displicet sibi combustio, cum ipsæ apponat materiam. Sic qui nimis vacat huiusmodi.

Quartũ est abstinẽtia, & ieiuniũ.

¶In li. de testamentis. 12. patriarcharum narrat Ioseph admonendo filios suos, quomodo fuit liberatus de periculo adulterii, ad quod inuitabat eum domina sua frequenter, & hoc mediantibus multis ieiuniis, & orationi-

Not. tentationes quas habuit Ioseph ab vxore Pharaonis.

bus. Vbi etiã declarat quomodo multis modis quæsiuit illa pessima fœmina eum ad nephas inducere. ¶ Primoquidem cum filios nõ haberet, dixit vt illum vellet habere in filiũ. Et qua adolescens erat. 16. annorum, cum primo fuit venditus, frequenter amplexabatur, & tangebat, vt filium malo animo, & postea perpendit, cum cœpit ad malum solicitare, sub prætextu, vt filium haberet ex eo, quem maritus putaret proprium, & sic oĩa bona, q̃ multa erant ad eum deuenirent. ¶ Sed cum ille recusaret dicens esse a Deo suo dño cœli prohibitum adulterium, suggessit alium modum offerens se virum necaturũ per venenũ, si vellet postea ipsam vxorem accipere, qđ ille horruit dictum, cõminans, q̃ sic ageret hoc manifestaret scelus suũ, nec sibi iungeretur. ¶ Tertio promisit ei, q̃ dimitteret idola, & virum suũ ad idẽ induceret, si ei assentiret, & adoraret Deũ suũ, & sic esset causa eorũ salutis. Cui rñdet Ioseph non placere Deo suo cõuersio ad eum propter satisfaciendum libidini. ¶ Quarto misit sibi epulum solemne, sed incantatum opere diabolj, vt inflammaret eũ ad amorẽ suum & cõcubitum, quod ipsæ dñi reuelatione cognoscens, facta oratione supci bũ nihil nocumẽti pcipit ex eius ẽsu ¶ Quinto sibi dixit, q̃ nisi cum ea rem haberet, omni no se occideret gladio, vel veneno, & sic esset ipsæ causa mortis suæ. Super quo increpauit eam dicens, q̃ cõcubina viri sui si hoc ageret, postea omnibus bonis sui gauderet, & quia æmula eius erat, ideò retraxit se inuidens fẽlicitati secuture emulæ suæ. Demũ quadam desperatione facta quadã die appræhendit eũ pliciniã vestimenti quasi vim inferendo dicens dormi mecũ, qđ recusauit fugiẽs. Et hoc vltimum ponit scriptura. Gen. 39. Sed & post q̃ fuit flagellatus a dño suo, & incarceratus ppaccusationẽ falsam illius aliq̃n fetit sibi occulto modo notificari, q̃ si ꝓmitteret secũ dormire faceret cum viro suo ita, q̃ educeret de carcere illum alias diu maneret, nec acq̃euit, sed firmus in proposito castitatis mansit iuuuans se orationibus, & ieiuniis, & caute eõ uersans. Inueni inquit Salomon Ecclesiastes. 7. q. mulierem amariorem morte, siue intelligatur de fœmina, siue voluptate venerea, seu concupiscentia. Amara est mors corporalis, quia separat aĩam a corpore, sed amarior est luxuria vel mulier, quia separat aĩam a Deo, & cẽlesti curia. Sequitur in auctoritate quę laqueus est venatorum. i. dæmonum. Nam dæmones laqueos tantationum ad capiendum homines sibi etiam volantes per contemplationem ponunt mulieres, vel luxuriam. Sagena cor eius, ideſt cogitatio de illa, vel affectus ad illã est sagena, qua homines veluti pisces incautè capiuntur, vincula sunt manus illius. i. opera quæ facit mulier ad alliciendum, vt nutus, & ornatus, locutiones, & encenia, & alia hmõi sunt vincula, quib. ligãtur hoies & ligati tenẽtur ne exeant de pctõ. Qui placet Deo effugiet. f. vitãdo domesticitatẽ earũ, & oronib. & ieiuniis se iuuando. Tertium remedium est elongatio ab illis personis quæ dant vel dare possunt materiam tentationis. Vnde Apost. 1. Corin. 6. Fugite fornicationẽ. Super quo verbo ait Amb. Cum aliis uitiis põt expectari conflitus hanc fugite ne approximetis, quia non põt aliter melius vinci. Rõ huius esse põt, quia hmõi delectationes in particulari consideratæ nimis excitant, & incitant concupiscentiam ad se. Materiæ aliorũ pctõrum cõsideratæ parum uel nihil mouent prẽcipue illos, qui nõ sunt dediti talibus vitiis. Qui nõ est deditus auaritiæ ex hoc, q̃ cogitat de vsura, vel symonia, vel furto, vel fraude a se vel ab aliis comissã, nõ inclinatur ad illa. Sed castus & honestus recogitando turpia a se ppetrata uel ab aliis ẽt bona intẽtione titillatur & aliq̃n fortiter tentatur. Et iõ sine magna necessitate nõ dẽt quis talibus mentẽ implicare, & cum necessitas magna imminet, cum magna uigilantia rõnis ne caro reuiuiscat. Si ergo teneatur quis erga aliquã personam particularem, melius remediũ adhibere non põt, quã elongare se a conuersatione illius, quantũ honestè, & sine nota fieri põt. Vñ & illa mala mulier, quæ iniecerat oculos in Ioseph victa concupiscentia eius, cũ a casu solus Ioseph sine arbitris. i. aliis factorib. domus intrasset in aliquam partem, vt operis quippiã faceret, ausa fuit ista neq̃ capere eũ per clamidẽ, vt se cum rẽ haberet, qđ ille cernens periculũ, non verbis rñdit, sed factis fugiens de manibus eius, & dimisso pallio foris exiuit Gen. 39. Vñ & Isid. ait Congruũ est inde corporaliter euelli, ubi quis illecebris deseruiuit. Nam locus ubi quisque prauè vixit in aspectu mentis ponit, q̃ semp q̃sque ibi vel cogitauit, vel gessit. dist. 81. c. Valet. Homo enim in scriptura dicitur fœnum, vel palea, uel stuppa. Eccl. 21. Stuppa collecta synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis. Sed quæ securitas esse põt stuppæ uel paleę iuxta ignem? Tertiũ remediũ est fuga.

¶ Exemplum notabile in 4. dialogorum, de illo præsbytero sctõ vxorato, qui tenebat vxorem, quam ante promotionem suam susceperat a se remotam. Hic cũ esset antiquatus in sanctitate, Exẽplũ.

ſanctitate & in extremis conſtitutus, adeò ut nec ſpiritus uideretur eſſe in illo, uxor eius uolens certius uidere, ſi expiraſſet adhuc adhæſit os ſuum ori illius, ut uel ſic aliquē alitum ſentiret de eo exire. Qđ ille cernens clara uoce dixit. Adhuc igniculus eſt. ſ. in corpore. Tolle paleā. Quod illa intelligens ſe in de remouit. Poſt q̄ clamare cēpit, bñ uenerint domini mei. bene uenerit domini mei, ut quid ad tātillum ſeruum ueniſtis? & loquebatur de Pe. & Pau. Ecce venio, ecce uenio, & ſic cum eis ad cælum conſcendit.

¶ De ſtupro. Ca. 6.

Stuprū eſt.

STuprum eſt alia ſpecies luxuriæ, & conſiſtit in actu uenereo extra matrimonium quo defloratur uirgo. Aliquando tamen ſumit largè pro aliis ſpeciebus luxuriæ. Et ſm hoc dicit Amb. Oē ſtuprū adulteriū eſt. 32. q. 4. Nemo. Accipit. n. ibi ſtuprū ꝓ cōcubitu uiri uxorati cū alia quacūq; q̄ cum uxor ſua. Sic. n. accipiť. Nume. 5. vbi dr. Si latet adulterū, & teſtib. argui nō pt, qa nō ē inuēta in ſtupro &c. i. adulterio. ¶ Eſt āt ſpeciale pctm̄, qa ſcđm Th. ſe. ſe. q. 154. art. 6. vbi circa materiā alicuius vitiis occurrit aliqua ſpālis deformitas ibi dēt poni determinata ſpēs illius pcti. Eſt āt luxuria peccatū cōſiſtēs circa materiam uenereorū. In uirgine āt ſub cuſtodia pris vl alterius exiſtēte occurrit ſpālis deformitas, ſi corrūpat extra ſtatū matrimonii. Et hoc tā exparte puellę q̄ ex hoc ꝓ uiolat nulla pactione cōiugali pcedēti, impedit a legitimo matrimonio conſequēdo. Nam tales qñ hoc ſcitur, coīter recuſantur, ut ihoneſtę mulieres. Ponit ēt per hoc in via meretricandi, a quo retrahebatur, ne ſignaculū virginitatis āmitteret. Tū ét exparte patris, q̄ de eius cuſtodia ſollicitudinē gerit, ſcđm illud Eccl. 42. Sup filiā luxuriosā cōfirma cuſtodiā, ne qñ faciat te uenire ī opprobriū inimicis tuis. Et ex hoc patet ꝓ ſtuprū eſt ſpecies determinata, & diſtincta a luxuria, quia īportat illicitā defloratiōnē uirginum ſub cura parētum exiſtentium. Quia Sichen filius Emor commiſit ſtuprum cum Dina filia Iacob, inde ſecuta ſunt multa & magna mala. Nā fratres eius ſimulantes ſe uelle ipſam Dinā dar illi Sichen in vxorem, prout affectuosè poſtulabat, ſi tam in ipſæ cū toto populo ſuo circūci ſionē acciperet, acquieuit ille cū patre. Et hoc ſeruato, tertia Dei circunciſionis factæ quādo dolore erat maior inciſurę. Simeō & Leui intrarunt ciuitatem Sichē, & ipſum dominū ciuitatis patrem cū filios ac omnes alios habitatores ciuitatis illius in ore gladii percuſſerunt iuuantibus eos omnibus fratribus eorum in uindictam ſtupri contra uoluntatem tamen patris ſui Iacob, ut habetur Gen. 34. §. 1.

¶ De ſatisfactione ſtupri vtrum tenea tur in aliquo ſtuprator ſatisfacere, & in quo? Reſpō det ſcđm Tho. vbi ſupra, qa hoc habet dupli cē iniuriā annexā, vnā ex parte virginis, aliā ex parte patris ſub cuius cura eſt, ideò tenetur ſatisfacere aliquo modo vtrique. Ex parte quidem virginis, quia & ſi eam non ui corrupit, tamē ſeduxit propter quod tenetur ſatisfacere. Vnde Exo. 22. dicitur. Si ſeduxerit q̄s virginem nondum deſponſatam dormierit que cum ea dotabit eam & habebit in vxorē. Si autem pater uirginis uoluerit dare ei, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam uirgines accipere conſueuerunt. Et quia etiam patri puellæ infuriatur, ei etiā tenetur ad pęnam ſecundum legem. Dicitur enim Deut. 22. Si inuenerit uir puellam virginem quæ non habet ſpōſum, & apprædendēs cōcubuerit cum ea, & res ad iudiciū venerit, dabit qui dormiuit cum ea. l. ſiclos argenti, & habebit eā in vxorē, & quia humiliauit eā nō poterit dimittere illam cūctis diebus vitę ſuę. Et hoc ideò ne uideatur ludibriū feciſſe ſcđm Aug. Hæc Tho. Et quia hoc pręceptū iter iudicialia ponitur, quę non obligant niſi inquātū ęcleſia vel aliqua ciuitas illa aſſumat, ut continentia magnam æquitatem, ideo nunc ad illa non videtur obligari, niſiquatenus in ſtatutis alicuius ciuitatis haberet, & in iudicio cōtentioſo ad illa condēnaretur. Et rdem dicendum de quacunque alia pœna ſtatuta, cōtra tales quādo fuiſſet adiudicatus. In foro iudiciali eccleſię uidetur teneri ad alterum hotū conſtuprator. ſ. aut ſumere in vxorē, aut maritare. i. dotem dare ar. extra de adul. ca. 1. Sed vt dicit ibigl. hęc fuit pęna antiqua. Hodie autem ſic punitur, ꝓ aut ducat eam, aut uerberatus, & a ſacramētis excluſus, retrudat ī monaſteriū ad agēdā pœnitentiam, de quo egredi non poſſet extra de eo c. 2. Aliqui ēt gloſſ. intelligunt hæc de ſeductore ſeruanda quando ſeducit. i. ſeorſū a domo abducit, p uiolentiam. ¶ In foro autem conſcientiæ ſic agēdū videt ſcđm Guil. Si defloret eam uoluntariā non tenetur. Patri autem tenetur, quia iniuriatus eſt ei. Vnde in aliquo ſatisfaciat, vel ſaltem eum placat. Si aūt ſeduxit puta ꝓmiſſionibus, & mendaciis, non uidetur fuiſſe uoluntaria. Inuitam ergo & ſeductam ſi conſtuprauit, iniungendum eſt ſibi ꝓ ſatisfaciat

Stuprū eſt ſpāle pcm̄.

Dormiēs cū uiginete net .50. ſiclos argenti.

Cōfeſſor qūo debet iniūgere pœnitētiam.

ad arbitrium boni uiri, vel cum ea componat. Et si promisisset eam ducere in vxorem, ut copulā ab ea extorqueret seruet promissum, & multomagis iuramento firmatum, & hoc nisi nimis distans esset eorum conditio, puta mulier plebea, uir nobilis & potēs. Nō enim mulier psumitur fraudem ignorasse, vel etiam si magnū aliquod scandalū inde creditur pro uenturū, & tūc petat remissionem promissis, & aliter satisfaciat secdm suā facultatē, & mulieris indigentiā. ¶ Parentes autem qui tradūt filias suas nobilibus & diuitibus defloratas, vt propter hoc eas nuptui tradāt illis dotātibus, pessimi sunt lænones, vel etiā ut ex pecunia collata propter turpitudinē, inde uiuāt, digni morte temporali & ęterna. Quod horrens b. Nicolaus adolescens prouidit cōuicino suo nobili, sed pauperi proiiciens per fenestram domus massam auri tribus uicib. pro dotibus trium suarum filiarum, quas intendebat prostituere. Tenentur tamen abutētes eis prouidere, nec peccatū stupri euadunt ex hoc q̄ de voluntate puellę & parētum hoc agant, & ablata veritate fornicationē cum eis cōmittunt, se immiscendo cū si soluti sunt. Si autem uiolentia inferatur puellæ absoluta animo semper renitētes, semper stupriū qui dē est ex parte viri, & grauiter puniri debet ut constuprator & raptor. Ipsa autem nec peccat, nec amittit uirginitatem, & si signaculū virginitatis amisit. Et si se defendendo ne uioletur siue nupta siue innupta, casu occideret cum impetentem non ob uindictam nec homicidium intendens, sed suam defensionem, puta uibrat gladium contra eū, nec capiat credo non peccaret, quia uim ui repellere est de iure naturæ. dif. 1. c. ius naturale. Et si licet nō solum se, sed & bona sua defendere ne capiā tur a latronibus, quare etiam ne pudicitiam & honorem suum amittat, & ne maximę tētationi exponatur. Sed si violentia conditionalis inferatur, puta quia cōminatio fit ei de morte uel infamia, vel uerecundia ducta nō audet clamare, vel timet scandalum magnū oriri, nō excusat a stupro, & pctō consequnter.

Traden-tes filias suas.

¶ *De raptu.* *Ca.* 7.

RAptus est illicitus coitus a rapiēdo dictus. Et ut dr. 36. q. 1. Raptus cōmittitur cum puella, quę uiolenter a domo patris abducitur, vt corrupta in uxorem habeatur. Et quia habet specialem deformitatem in materia uenerea, ideò ipsa est determinata species luxurię. ¶ Et ut dicit b. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 7. Raptus qnque concurrit cum stupro, qnque inuenit raptus sine stupro, qnque stuprum sine raptu. Cōcurrit quidē raptus cū stupro quando aliquis infert violentiam ad uirginē illicitè defloranda, quæ quidem uiolentia quandoque infertur tam virgini quam patri eius, quandoque infertur patri, & non uirgini, puta cū ipsa consentit quod de domo patris abducatur. Difert autem uiolentia raptus alio modo, quia quandoque puella uioletur abducitur a domo parentum, & uiolenter corrumpitur, quandoque & si uiolenter abducitur non tamen uiolenter corrumpitur, sed de uoluntatē virginis siue corrumpatur fornicario coitu, siue matrimoniali, qualitercunque uiolentia abstit saluatur ratio raptus. Inuenitur autem raptus sine stupro, puta cum quis rapit uiduam uel puellam corruptam. Vnde Simachus papa dicit. Raptores uiduarum uel uirginum ob immanitatem tā ti sceleris detestamur. Stuprum verò sine raptu quādo aliquis absque uiolentiæ illatiōe uirginem illicitè defloratur. ¶ Item secundum. Tho. vbi supra, aliter dicendum est in raptu puellarum, quæ sunt aliis despōsatæ & aliter de raptu earum, quę non sunt desponsatæ. Ille enim quę sunt aliis desponsatæ restituendæ sunt suis sponsis qui in eis ex sua desponsatiōe ius habent. Ille autem quæ nō sunt desponsatæ aliis, restituendæ sunt primo patrię potestati, & tunc de uoluntate parentum possunt eas licitè in vxores accipere. Si autē aliter fiat illicitè matrimonium contrahitur, qa quicunque rem rapit, tenetur ad restitutionē eius tamen si non fiat talis restitutio, & puella rapta consenserit uoluntariè in habendo raptorem suum i uirum, tenet matrimonium. Nā raptus & si impediat matrimonium contrahendum, non tamen dirimit contractum, vnde quod dicitur in concilio Meldensi. Placuit ut hi qui rapiunt fæminas, vel furantur, vel seducunt eas, nullatenus eas habeāt uxores, quamuis eas postmodum nuptialiter cum consensu parentum susceperint. 36. q. 2. Placuit, dictum est detestationem criminis. Vel potest intelligi de his, quæ sunt aliis desponsatæ maximè per verba de præsenti, hæc. Tho. ¶ In glo. summaria. 36. q. 2. in prin. quæstionis, vbi tractatur hæc quęstio, scilicet utrum raptor possit raptam habere in vxorē pacta pnia sic dicitur. Hæc quęstio dubiū nō habet qa vtiq, pt raptor raptā habere in uxorē pacta pœnitētia, & est expsum extra de raptoribus. c. Accedēs. Et hoc nisi sit sponsa alterius de pnti, tunc enim illi reddēda est, sed si est

Raptus puellarū desponsatorū.

Vtrū raptor possit habere raptā.

est sponsa de futuro non cogitur eam recipere, vt 26.q.1.Lex illa. Capitula ergo quæ dñi quòd non possit rapta manere cum raptore, intelligenda sunt, quando rapta non cõsentit in matrimonium raptoris, sed potius in stuprum. Cum enim in peccato maneant separã di sunt. Vel intelliguntur quãdo rapitur spõsa alterius, quę si esset sponsa de futuro, & cũ raptore contraxisset voluntariè per verba de prę̃senti, cum eo remaneret etiam contradicentibus parentib. Vnde Hierony. sic ait. Tria legitima coniugia in scripturis leguntur. Primum legitimum coniugium est. s. virgo casta in virginitate viro data legitimè. Secundũ est virgo in ciuitate deprę̃hensa a viro, & illi per vim copulata si voluerit pater eius dotabit eã, istę vir inquantum iudicauerit pater, & dabit pretium pudicitię eius, & erit illi vxor, scilicet si consenserit mulier in matrimonium. Tertium est filia deprę̃hensa in ciuitate, scilicet a raptore si non voluerit pater eius. s. illi dare in vxorem detrahet eam ipsi viro, & dabit alteri & dotabit eam, & legitima erit ei, quod intelligitur quando puella non consensit in matrimonium, sed in stuprum cum raptore. 36.q.2. tria.

§.1. ¶ De pœna raptoris mulierũ dicit Ray. in sũma, q̃ pęna raptoris secundum leges est, vt capite puniatur, & eius substantia raptæ applicetur si in genuam rapuit, Si vir ò ancillam, vel liberam, substantiam non amittit, sed tamen decapitatur. ar. 36.q.1. De raptoribus. De decapitatione dicitur expræssius. C. de rap. virgi. in l. 1. Secundum canones autem raptor efficitur seruus raptæ nisi se velit redimere, vt in dicto c. de raptoribus. Item debet excõmunicationẽ fautoribus suis. 36.q.2. c.1. & 4. Si tamen rapta velit contrahere cum raptore, potest vt dictum est supra. Et dicit ibi glo. Ray. q̃ hæc pœna potest infligi in foro iudiciali, non foro in pęnitentiali. Nota ẽt secundum Goffre. q̃ prædictæ pœnæ intelliguntur infligendæ si rapuit mulierem honestam, secus si rapuit vxorem, ait. C. de rap. virg. l. 1. Nec distinguitur vtrum volentem mulierẽ quis rapiat, vel iniuriam, sponsam propriam vel alienam, coniugatã vel non coniugatam, q̃uis acrius puniatur, quis pro adulterio. Dicit ẽt b. Tho. vbi supra. q̃ quia sponsus ex ipsa desponsatione habet aliquod ius in sua sponsa, ideò q̃uis peccet violentiã inferendo. s. educendo sponsam de domo parentũ violenter, excusatur tñ a crimine raptus sumendo strictè. Vnde Gelasius papa dicit, q̃ lex pœritorũ principũ ibi raptũ dr esse cõmissum, vbi puella de cuius nuptiis nil actum fuerat videbat abducta. 36 q.1. Host. ẽt dicit q̃ si desponsatã de pñtivolentẽ monasteriũ ingredi vir rapiat & carnaliter cognoscat, nõ poterit postea ingredi cõtra eius voluntatẽ. Vsus. n. est re sua, & si non debito mõ. Itẽ dicit Ray. qđ si princeps cõmittat iudici ecclesiastico ptãtem puniendi tales, ipsæ citra mortẽ, vel mutilationẽ vel sanguinis effusionẽ enormẽ, poterit iubere raptorem incarcerari, & flagellari, ita tñ q̃ flagella in vindictã sanguinis transire non vi deantur, vel pœna pecuniaria mulctari. Quos tñ inuenerit excessisse per mẽbri mutilationẽ, vel morte debet reseruare puniendos regiæ potestati, extra eo. in archiepiscopatu. Si quis ẽt seruam inuitam violauerit, vel seruũ iniuriarũ actione tenetur, de pœ. di. 1. Si quis. Et si perseuerauerit in vitio in petendo eam, nec posset resistere quin violentiam sibi inferet, si aliter non potest suæ pudicitiæ prouidere licitè posset fugam inire. Si enim licet furari in casu necessitatis ad euadendũ mortem corporis, vt de conse. dist 5. c. Discipulos. Et si licet vxori a viro recedere trahentem ipsã ad mortale, & econuerso, vt hr. 28.q.1. Idololatria. Et si licet reo capto ad mortẽ, fugere cũ auditus patet sine resistentia, quare ẽt non licet seruæ recedere a dño ad euadendũ mortẽ animæ ex quo frequenter molestat eam renitentem, & ad malum cogit. Quod autem per dat dominus ius & pretium serui, imputet sibi, quia priuilegiũ meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. 11.qõ.3 Priuilegium. Propter raptum Sabinarum, vt refert Aug. in li. de ciui. Dei maximæ cedes hominum secutę sunt inter vtranque partem. s. Romanorum & Sabinorum. Cum. n. Roma esset adhuc quasi de nouò constructa, & multi eorum essent sine vxoribus, fecerunt quoddam festũ in dolo, ad qđ cõcurrentes, ut moris est fœminæ de partibus vicinis, vt de Sabina, illi Romani rapuerunt eas, vt haberent vxores, vnde secutum est bellum, & magna strages.

Sponsus ui educẽ do sponsã de domo pris excusat a crimine raptus.

¶ De sacrilegio. Cap. 8.

Sacrilegiũ quid est.

SAcrilegium prout est species luxuriæ, est coitus factus per personam sacram, vel cũ persona sacra, ideſt habentem ordinem sacrũ vel votum continentiæ vel etiam in loco sacro. ¶ Pro cuius declaratione sciendum ſm Tho. 2.2.q 154.ar.10. q̃ actus vnius virtutis, vel vitii, qui ordinatur ad finem alterius, assumit speciem illius, sicut furtum quod committitur propter adulterium transit in speciẽ

adulterii,& econuerso adulterium quod committitur propter furtum faciendum transit in speciem furti. Manifestum est autem, q̃ obseruatio castitatis secundum q̃ ordinatur ad cultum Dei transit in actum religionis, vt patet in his, qui vouent & seruant virginitatem, vt patet per August. in li. de virginitate. Vnde manifestum est, quod etiam luxuria secundũ quod violat aliquid quod pertinet ad cultum diuinum pertinet ad speciem sacrilegii, & secundum hoc sacrilegium potest poni in speciem luxuriæ. Potest autem concurrere sacrilegium cum diuersis speciebus luxuriæ. Si enim abutatur persona coniuncta sibi secundum spiritualem cognationem, committitur sacrilegium ad modum incestus, vt inter cõpatrem,& cõmatrem. Si autem abutatur virgine Deo sacrata, inquantum sponsa Christi est sacrilegium per modum adulterii. Inquantũ verò est sub cura patri spiritualis, est quoddam spirituale stuprum. Si violentia inferatur erit spiritualis raptus. De quo vltimo dicit Iustinianus Imperator. Si quis non dicã rapere, sed attentare tantummodo matrimonii iungendi causa, sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali sententia feriatur de pœn. dist. 1. Si quis. Ad quantum dedecus perueniat homo per hoc sacrilegium, potest elici ex verbis, psal. 48. dicentis ps. Homo cum in honore esset nõ intellexit, comparatus est iumẽtis insipientibus. Vbi nota tria de triplici honore in quo se reperire potest persona sacra, in qua inuenitur huiusmodi sacrilegiũ, & per ipsum vituperatur.

¶ Primus est honor deificæ sponsalitatis.

¶ Secundus est honor dominicæ potestatis.

¶ Tertius ẽ honor angelicæ ministerialitatis.

¶ Quantum ad primum certum est magnus honor est esse sponsam alicuius regis, maior sponsam Imperatoris, sed maximus est esse sponsam Christi Iesu qui est rex regnum, & dominus dominantium, hoc autẽ est quælibet anima habens, & seruans humiliter votum virginitatis. Vnde cuilibet illarum perfectè viuenti dicetur in fine vitæ. Veni sponsa Christi accipe coronam, quam tibi dominus præparauit in æternum. Quamuis enim dicat Apostolus de omnibus castè viuentibus, & bene. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo ratione fidei seruatæ cum uera dilectione, tamen alio modo magis speciali dicitur habens, & seruans propositum virginitatis votum sponsa Christi. Vnde cum consecratur virgo vel benedicitur, ipsa cantat illud. Ipsi sum desponsata cui angeli seruiunt, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur. Repræsentat enim statum ecclesiæ triumphantis, quo omnes sancti syncerissimo amore inseparabiliter Christo inhęrent sine vlla corporis corruptione. Has enim virgines dicit Ioan. Apocal. 14. sequi agnum sponsum suum quocunque ierit, & cantare canticum nouum, quod nullus alius cantare potest, quia videlicet Christum perfectè imitantur, quo ad integritatem animæ & corporis. Et speciale gaudium quod aureola dicitur propter victoriam carnis perfectam percipiunt, quod alii sancti, & sanctæ non virgines habent. Hinc & Amb. Pulchritudinem in maiorem æstimare quis potest decore virginis, quæ amatur a rege, probatur a iudice, dedicatur dño, Deo consecratur. Cyprianus. Virginum gloria sublimior flos est ecclesiastici germinis, decus & ornamentum gratiæ spiritualis, illustrior portio regis Christi. Ipsi scilicet virgini sponsus dicit in Cant. 4. Veni de libano sponsa mea, veni de libano coronaberis. Libanus interpretatur candidatio, & significat puritatem. Bis dicit de libano, quia duplicem puritatem debet habere seruatam, animæ scilicet & corporis, vt coronetur aureola virginitatis. Cum igitur virgo sit in magno honore, & sanctitate, si in aliqđ opus carnale labatur, sacrilegiũ cõmittit, q̃ lædit rẽ sacrã, violãdo spõsam Deo cõsecratã. Talis nõ intelligit quantũ thesaurum amittit, seu furatur, thesaurũ vtique maximũ, quia nõ est digna põderatio aĩæ continentis, vt dr̃ Eccl. 26. Et vt dicit Apostolus. in 2. ad Corin. 4. Habemus thesaurũ istũ, in vasis fictilibus, ideſt corporibus, & iõ cautè ambulandum, quia si frangatur istud per quodcunque opus carnale irrecuperabiliter amittit, ſm illud Amos. 5. Virgo Israel proiecta est, & non est qui suscitet eã. Super quo verbo dicit Hierony. Audacter dicam, quia cum cætera possit Deus, virginẽ non potest suscitare post ruinã, potest quidẽ liberare a pœna, scilicet debita pro peccato, sed non põt coronare corruptam, scilicet aureola virginitatis. 2. q. 5. Si Paulus. Quod Hugo cardinalis exponit dicẽs, nõ põt, ideſt non ostẽdit se posse vel nõ consueuit hoc facere. Non intelligit talis vtilitatem, & abominationem operis sui. Vnde Sen. Voluptas nihil habet magnificum, nil q̃ natura Deo proximũ faciat a ministerio vilium membrorũ, ac turpium veniens. Et vt dicit b. Thom. in 4. Virgo fortius impugnatur tentatione carnis, quã alii per modum curiositatis, quasi appetens experiri quantitatem, vel qualitatem delectationis

Libanus candidatio interpretat.

tionis uenereæ quam nō eſt experta, cuius ēt imaginatioui diabolus repræſentat quid magnum, eſſe & ualdè delectabile, quod tamē eſt ualdè turpe, adeò qđ qlibet de hoc magis erubeſcit quā de aliis actibus. Et ut narratur in li. de natura apum, quædam uirgo Deo deuota cum tentata amiſſet uirginitatem, in tantā triſtitiā deuenit conſiderans per qua le opus uiliſſimum amiſiſſet tantum theſaurū, qđ præ triſtitia, & dolore mortua eſt. Nō intelligit talis, quia ut dicit Gre. Et ſi momēntaneum eſt quod delectat, tñ æternum quod cruciat pœna. i. debita tāto ſacrilegio, & adulterio ſpirituali. Hęc (inquit Apoſtolus. i. Tim. 5.) recipient damnationē maiorem, quia primam fidem irritam fecerunt, qua. ſ. Chriſto promiſerunt ſolemni voto, ut ſponſo fidē caſtitatis ſeruare. Hinc Cyprianus ait in lib. de uirginitate. Si ſuperueniens maritus ſpōſam ſuam facere cum altero uiderit nonne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem, gladiū portat in manu ſua? Et quia Chriſtus dominus, & iudex noſter cum uirgine ſua ſibi dicatam, & ſanctitati ſuæ deſtinatam iacere cum altero cernit, quā indignaē & iraſcitur? Quas pœnas in ſceleſtis iſtis coniunctionibus comminatur, cuius ut gladius ſpiritualis eſt uētus iudicii dies 27. q. 1. Nec aliqua. Et quianō intellexit, comparatur iumentis inſipiētibus & factus ſimilis eſt illis non ſolum iumentis, ſed inſipientibus iumentis ſimiles ſiunt. Quāuis. n. omnia iumenta ſint inſipientia, quia ſine ratione ſunt, aliqua tamē propter quoſdā inſtinctus naturales prudentia videtur, qua ſi aliquid participare rationis, & ſapientiæ. Alia vero omnino ſtolida, ut a ſini. Vnde dicitur ab a quod eſt ſine, & ſenſu, his iumentis magis ceteris ſtolidi ſunt ſacrilegi, luxurioſi, de quibus propheta. Quorū carnes ſūt ut carnes aſinorum. Quanta. n. inſipiētia iſta eſt, quanta temeritas ſponſam regis æterni a ſponſo ſuo pulcherrimo ditiſſimo, nobiliſſimo, potentiſſimo, optimo recedere, & uiliſſimo ſeruo paupertimo, deformi, infirmo adhere? Quanta brutalis libido præſumere accedere ad ſponſam domini ſui, quod nullo modo poteſt ipſum latere. Merito comparantur iumentis inſipientibus, quæ nulla utūtur propinquitate rationis. Aſſimilantur rectè eis, quia debent ut iumenta ſeparari a conuerſatione aliorum per excommunicationem, uel deſpoſitionē. Vnde dicitur 27. q. 1. Si quis epiſcopus, prēsbyter, diaconus, uel ſubdiaconus aut lector, aut pſalmiſta, aut hoſtiarius, cum muliere Deo ſanctificata mechatus fuerit deponatur. Si laicus eſt excommunicetur, quia ſponſam Chriſti corrupit. Secundum legesdebet occidi, & bona eius confiſcari, in authen. de ſanc. epiſc. in fi & hæc lex ē canonizata. 27. q. 1. Si quis rapuerit. In quibuſdam diœceſibus per ſynodales cōſtitutiōes tales ſunt ipſo facto excommunicati. Narrat & Valerius Maximus in ptimo lib. quod quædā & ſi gentilis tamen dedicata cum aliis uirginibus ad ſeruandam caſtitatem Deæ Veſtæ, quia reperta eſt in ſtupro, ad mortem punita eſt. Et tales ut iumenta moriuntur.

¶ Secundo reperit ſe homo in honore dominicæ poteſtatis, hic autem eſt quicunque ſacerdos eſt. Tales dii dicuntur pſ. 81. Deus ſtetit in ſynagoga deorum. i. ſacerdotū, in medio aūt Deos diiudicat. i. ſacerdotes. Vñ Gre. ad Mauritium Imperatorem ſcribens ait. Sacerdotes aliqñ dii in ſacris eloquiis uocātur. Scriptum eſt. n. diis non detrahes. Quid ergo mirum ſi illos vera pietas honorat, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens deos appellat ipſæ Deus? Merito aūt dij dicuntur ſacerdotes propter ptātem dñi quam habent. Poſſūt n. mutare panem & vinū in corpus & ſanguinem dñi verbis conſecrationis, quod nullus angelus, nullus ſanctus in cœlo. i. anima, nec ipſa virgo beatiſſima pōt, ſed ſolus deus. Poſſunt ēt abſoluere a peccatis, vt abſoluti debitè intrent regnum cælorū. Vnde Anterius papa. Abſit, ut quicquam ſiniſtrum de hmōi arbitremur qui apoſtolico gradui ſuccedētes corpus Chriſti ſacro ore conficiunt, per quos Chriſtiani ſumus, qui claues regni cœlorum hñtes ante diē iudicii iudicāt. 11. q. 3. Abſit. Magnus igit honor, magna eſt ptās ſacerdotū. Sed ſi nō uiuūt caſtè, ſed luxurioſè, ſacrilegiū cōmittunt, & non intelligunt ſuū honorē quem ita vituperant. Homo cū in honore eēt nō intellexit qđ Deus præcepit Aaron. Leu. 21. Homo de ſemine tuo. i. de genere ſacerdotali, q habuerit maculas, nō offerat panes deo ſuo, nec accedat ad miniſteriū eius. i. nō offerat ſacrificia, nec miniſtret ſacra Et iter alias maculas ponit has. ſ. ſi habuerit iugē ſcabiē, ſi fuerit ponderoſus. Quod exponens Greg. in paſtorali ait. Iugem ſcabiē habet, cui petulātia ſine ceſſatione dñatur. In ſcabiē. n. feruor uiſcerū ad cutem trahitur, per quem luxuria deſignatur exterior. Pōderoſus eſt, qui nequaquam quidem vſq; ad opus nepharium rapitur, ſed eius animus uolūptate luxuriæ ſine ullo repugnationis ſtimulo delectatur 49. di. hinc etenim. Non intellexit talis ſacrilegus, quod ait iterum dñs. Mundamini qui fertis

§. 2. Sacerdos eſt in magno honore.

uasa domini. Fert sacerdos vasa domini, qui uasa consecrata quotidie tractat, vasa fert q̃ sacramenta Christi, qui sunt vasa gratiæ domini in manibus portat. Fert vasa domini, quia animas subditorum habet regere, & sustentare monitis, & orationibus, & ideò debet mundari mente & corpore. Quãtum sceDetestatio sacerdotis sornicarii. lus sacrilegii patraret qui vasa sacra vel sacramenta manibus lutosis contingeret, vel eain lutum proiiceret. Hoc agit sacerdos luxuriæ uacans, & sacramenta contrectans. Non intellexit miserrimus, quod propter hoc Christũ ut Iudas prodit. Dicit enim Hiero. Dic mihi sacerdos quomodo cũ his labiis quibus osculatus es filium hominis ideſt Christum in sacramento oscularis labia meretricis? O Iuda filium hominis tradis ideſt similis es ei. Non intellexit qui iram Dei cõtra se procuocat. In cuius figuram Nadab & Abiu sacerdote, qa obtulerunt ignem alienum domino mortui sunt. Ignis domini est amor charitatis. Ignis alienus est ignis cõcupiscentię & carnalitatis, cum quo in conspectu domini accedẽtes in ecclesia a domino puniuntur, permaximè autem scandalizant populos plusquam per alia uitia, unde reuerentiam & deuotionem uix possunt habere, nedum ad eos, sed ad sacramenta eorum. Et propter huiusmodi sacrilegia eorum comparentur iumentis similes eis effecti. O quanta, & quam infælix mutatio ex Deo effici iumentum insipiens. Sicut. n. iumenta onerantur continuis onerib., verberantur frequẽtibus uerberibus, pp malam uitam eorum & sacrilegam contemnuntur a cunctis hominibus, quotidie impositiones exiguntur ab eis gabella, & tributa a laicis contra omnia iura, vbi prius propter bonam uitam fuerant facti exempti ab omnibus his, puniuntur ut iumenta. Nam ut habetur. 82. di. Presbyter sacerdos pro fornicatione debet pœnitentiam agere decem annis & duob. primis in pane, & in aqua, aliis quinque sequentibus ter in hebdomada in pane & residuis etiam aliquam pœnitentiam facere secundum formam ibi traditam, & intelligitur de fornicatione publica secundum Hoſt. hodie tamen huiusmodi pœnitentia estPœna sacerdotis cognoscẽtis filiã spũalem. arbitria. Nota etiam quod sacerdos qui cognouit carnaliter filiam spirituale. i. q̃ baptizauit uel crismauit si ẽ eps, vel audiuit eius cõfessionẽ sacerdos, dẽt pniam agere tredecim ãnis, eps. 15. muliere religioni tradenda. 31. q. 1. c. Si qs sacerdos & c. Nõ dẽt. Et 27. q. 1. De filia, & intelligitur cũ peccatũ est notoriũ de iure, vel de facto hodie tamẽ arbitraria. Et hoc ppẽdit q̃ tũ horrebãt sancti prẽs hoc sacrilegiũ, & intãtũ ecclesia sacerdotes cõcubinarios, ut iumẽta insipientia despicit, & ,phibeat eos a celebratione missæ diuinorum officiorũ, & fidelibus pcipiat, ne audiãt missã vel officia eorum, vel pcipiãt scra ab eis, q̃ sunt notorii fornicatores, vt di. 32. c. Prẽter hęc. cũ. § se. Et si monitι nõ desistãt, dẽnt bñficiis spoliari, qđ propterea est statuit ecclesia nõ q̃n eorũ sacra sint uera sacra i se, sicut cõfecta a bonis, sed vt vidẽtes se uitari saltẽ ue recũdia resipiscãt. De hac tamẽ materia, quo modo tales debeant euitari habes, diffusè in tertia parte, titulo. 27. capitulo 3.

¶Tertius honor qui reperiτ in hoſe ẽ, qui dr̃ §. 3. miniſter Dei, seu seruus hoc ãt est officiũ angelorũ secdm illud ps. 103. Qui facis angelos tuos spũs & miniſtros tuos, & Hæb. 1. Oẽs ad miniſtratorii spũs sunt. s. angeli. Et q̃a tota uita clerici, vel religiosi ẽt cõuersi, ẽ deputata ad seruitiũ Dei, iõ pcipue per excellẽtiã dn̄r miniſtri, & serui Dei. Hiero. altari deseruiẽs, altaris oblatione sustentaẽ. 12. q. 1. Clericus. Seruire ãt Deo regnare ẽ secdm Greg. & in signũ regiæ dignitatis portant coronã capillorũ in capite. Certe magnus honor iſtę seruiτ die, noctuque tanto dño. Sed si dñi tpales, q̃ immundi sunt peccatis, quęrunt & volũt habere seruos, qui corã eis miniſtrent mundos & immaculatos, sicut legitur de Nabuchodonosor qui fecit eligere ex hæbreis, iuuenculos nobiles sine macula ad seruiendum ei, & hi fuerũt Daniel, Ananias, Azarias, & Misael. Dan. 1. c. Multomagis Christus Deus q̃ est fons munditiæ, & puritatis vult habere miniſtros puros, & immaculatos, psal. 100. Ambulãs in uia immaculata, hic mihi miniſtrabit inqt dñs. s. idoneè Vnde & dr̃ Can. 2. pascitur iter lilia. s. in mẽtibus castè uiuẽtiũ. ¶Rectè Sacerdotes castè uiuẽtes dr̃ miniſtri Dei. ãt tales caste uiuente dicũtur miniſtri Dei sicut & angeli, quia in carne prẽter carnẽ uiuere angelicũ est nõ humanũ, ait Hiero. Taliser go clericus, vel religiosus cõmittens sacrilegiũ per opus luxuriæ uituperat miniſterium suũ. Hic non intellexit, quia uiolat tẽplũ Dei Si quis cõmitteret aliquod opus carnale i ecclesia cuiuscũque cõditionis sit, v tiq, magnũ sacrilegiũ ppetraret, ita q̃ ecclesia ipsa quæ erat cõsecrata indigeret recõciliatiõe ad hoc ut possunt ibi diuina celebrari, vt hr̃ de cõsecratione. di. 1. Ecclesijs, quod intelligit Hoſt. cũ est manifestũ. vide hoc in 3. parte. tit. 12. c. 6. § 4, Sed nobilius templum Dei & sacratus est aia rõnalis, quæ se domino deuouit per castitatem, etiam si non sit virgo. Si quis (inqt Apoſtolus,)

Apoſtolus,)tẽplũ Dei uiolauerit,diſperdet illũ Deus. 1. Cor. 6. unde 26. q. Sciẽdũ ẽ oĩbus q; Deo ſacratarũ fæminarũ corpora ꝓuotum ꝓpriè ſpõſionis cõſecrata eſſet tẽpla, ſcripturarũ teſtimoniis cõprobant. Et ideo uiolatores earum ſacrilegi, & iuxta ſniam Apli filii p ditionis noſcuntur. Hinc eſt illud Greg. Sin ter hoies bonæ fidei cõtractus nulla ſolẽt ratione diſſolui, quantomagis pollicitatio iſta, quã cum Deo qs pepigit. ſ. de feruãdo caſtitatẽ, & ſine uindicta non poterit relaxari. 27. q. 1. Viduas, & ꝓpterea ne deueniant ad iſtud ſacrilegium, ordinauit eccleſia, q; clerici nõ habitẽt cũ mulieribus, nec mulieres in domo clericorũ, niſi ſtricto gradu conſanguinitatis de quo nulla poſſit oriri ſuſpicio, ut 81. diſ. c. Cũ oĩbus, & diſ. ea. c. In omnibus. dicitur ſolus. ſ. clericus ad ſolam nulla religionis ratio ꝓmittit accedere. Melius eſt enim dono quã unus. Simul enim fidelius, & tutius res agit. De religioſis ẽt dr, q; cautela hęc circa monachos ſeruet, ut remoti a familiaritate earũ. i. monachi, nec uſq ad veſtibulũ habeãt accedẽ di familiare. ꝓmiſſum. Sed nequeabbatẽ neq, eũ quẽ prefecerit extra eã, quæ præeſt loqui uirginibus Chriſti aliquid quod ad inſtitutionẽ earũ pertinet, licebit, nec cũ ea ſola, q; præeſt frequẽter loqui eos oportet, ſed ſub teſtimonio duarum, vel trium earum, ita ut rara ſit acceſſio, & breuis omnino locutio, hæc. 18. q. 2. in decima. ¶ Et in oĩb. penè dyœceſibus eſt ſentẽtia excommunicationis lata contra ingredientes monaſteria monialium, ſine cauſa neceſſitatis, contra laicos clericos, & religioſos, quam incurrũt etiam ipſæ moniales ſi extra caſum conceſſum permittant in intrare. Et q; diu monaſteria ſe cuſtodiũt ab huiuſmodi familiaritatibus, ſiue cum religioſis, ſiue cum clericis, ſiue cum laicis, bene ſe habent, & in bona fama ſunt. Si autem familiaritates ſumãt, efficiunt poſtribula & ſpelũcæ latronũ. Et mirũ eſt, qd cõſanguinei earũ cupiãt eas honeſtas eſſe, & caſtas, dãt eis oẽm occaſionẽ in contrariũ. Nam ad eas accedũt iuuẽculę cũ ornatibus, & uanitatib. ſuis. Ibi faciunt cõuiuia, ibi loquunt de factis domorũ ſuarũ, ibi de matrimoniis, & aliis q; nõ decẽt, ibi aliq; tripudiãt. Et quæ ſunt hæc niſi q; dã incitamenta ad ea, q; ſunt mũdi, & excitamẽta cõcupiſcẽtiæ. Sicque obſcurata mẽs nõ intellexit ſtatũ ſuũ, ſed cõparat, & ſimilis efficitur iumẽtis, tradẽs ſe oĩ immundiciæ & ſicut iumẽta nõ erubeſcũt de turpib. actib., ita frõs meretricis facta eſt eis, ut nõ erubeſcãt de tãtis ſacrilegiis. Sed cõiter tales qui uiuunt, ut iumẽta, muriũtur ut iumẽta, ſicut ſine intellectu copa vermib. corrodẽtibus, & eorũ aĩab. caloribus, & frigorib. iferni expoſitis. ¶ Quãtũ ãt ſit periculoſũ clericos, vel religioſos familiariter cõuerſari cũ fæminis, ẽt ſpũalibus exẽpla hẽs de epo. Fũdanæ ciuitatis, qa cũ re cepiſſet quandã iuuenculã in domo ex pieta te iã raptus erat ad cõcupiſcẽtiã eius. Sup quo Iudæus, q; poſuit ſe in uia conſtitutus ſupue niẽte nocte ad dormiẽdũ in quodã tẽplo ido lorũ ſigno crucis facto ſup ſe, uidit fathã exigẽtẽ roẽm a cõplicibus ſuis de malis ad quæ hoies prouocauerunt. Et cũ qdã ex eis ſurgẽs añ principẽ retuliſſet, quo epm iam induxerat ad cõcupiſcẽtiã illius fęminę mirabiliter cõmẽdatus & laudatus fuit, & cõfortatus, ut pficeret incohata &c. Quibus oĩbus uiſis intimatis illi epo Iudæũ, pænituit peccati ſui illam remouẽdo, & Iudæus baptizatus eſt, habetur hoc in libro dyalo. in legẽda beati Andreę, habetur aliud exẽplum de illo epiſcopo qui erat ita deuotus beati Andreę qui diabolum in ſpecie mulieris ſpiritualis in domo & prãdio receperat, ſed beatus Andreas informa peregrini apparens detexit malitiã eius. In uitaspatrum etiã habetur aliud ſimile primo exemplo de quodã patre in hæremo conſtituto, qui inciderat in fornicationem.

Adde tex. in l. raptores. C. de rapt. uirg. & in l. raptores C. de epiſco. & Cleri. & ibi Soly.

Exẽplũ.

¶ De *filiabus luxuriæ & primo de cæcitate mentis.* Ca. 9.

POſt ſpecies luxuriæ uidendum eſt de filiabus eius, quas. Gre. in 31. moralium ponit eſſe octo, uidelicet.

¶ Cæcitatem mentis
¶ Præcipitationem.
¶ Inconſiderationem.
¶ Inconſtatiam.
¶ Amorem ſui.
¶ Odium Dei.
¶ Amorem prẽſentis ſeculi.
¶ Deſperationem uitę futuræ.

¶ Si quę aliæ ponũtur ab Iſidoro, ut ſtultiloquiũ, ſcurrilitas, ludibrica uerba, & hmõi ad ꝓdicta reducũtur. Et q; iſta pcã nominata oriãtur ex aliis peccatis, frequẽtius tñ & cõius ex luxuria, & iõ filię eius dr. Et ipa diſtincte intelligere, vt ſunt ſpãlia peccata ſine ad iũctione alterius difficile ẽ niſi odium Dei & deſperatio futuri ſæculi, & difficilius q; ſũt peccata mortalia actu perpetrata. ¶ Quomõ ãt oriantur ex luxuria ſic declarat b. Tho. ſe. ſe. q. 113. Q; inferiores potentię uehemẽter afficiũtur ad ſua obiecta, cõſeq; ns ẽ ſuperiores

uires

uires impediantur,& deordinentur in actibus ſuis.Per uitium autem luxuriæ maxime appetitus inferior.ſ.concupiſcibilis,vehementer intendit ſuo obiecto.ſ. delectabili carnis propter vehemẽtiam delectationis. Ideò cõſequens eſt,vt per luxuriam maximè ſuperiores vires deordinẽtur.ſ.ratio & voluntas. Sunt autẽ rationis quattuor actus in agẽdis. Primus eſt ſimpliciter intelligentia quæ apprehendit aliquẽ finem vt bonũ,& hic actus impeditur per luxuriam, ſcẽm illud.Dã.13. Concupiſcentia ſubuertit cor tuum,& quantũ ad hoc ponitur cęcitas mẽtis filias luxurię. Secundus actus eſt cõſilium de his,quę agẽda ſunt propter finem,hoc etiam impeditur per luxuriam.Vnde Terentius de amore libidinoſo ait.Quæ res nec conſilium in ſe, nec modum habet vllum,eam cõſilio regere nõ potes,& ſic ponitur filia luxuriæ præcipitatio. Tertius actus eſt iudicium de agendis,& hoc impeditur per luxuriam,& ſic ponitur in conſideratio de quo poteſt exponi illud.Eſa. 5.Opera manuum eius nõ conſideratis, ut.ſ. ſecundum illa iudicetis in agendis.Quartus eſt peccatum rationis de agendis & hoc impeditur per luxuriam,quia impetu concupiſcentiæ impeditur,ne exequatur quod propoſuit,& ſic ponitur inconſtantia.Sap.4. Inconſtantia cõcupiſcentię.i.quæ procedit ex concupiſcentia tranſuertit ſenſum.ſ.de eo ꝙ cogitauerat & de liberauerat.¶ Volũtatis autem duplex eſt actus.Primus eſt appetitus finis,& quantũ ad hoc deordinatur uolũtas in ordinatè appetendo,& eligendo delectationẽ ueneream vt finem,& ſic ponitur filia luxurię amor ſui,de quo Apoſtolus.2. Thi.3. Erunt homines ſeipſos amantes, & ita voluptatum amatores magiſquam Dei.Et per oppoſitũ ponitur alia filia luxuriæ quę dicitur odiũ Dei,inquãtum ſcilicet prohibet hmõi, delectationes pſ.20.Dextera tua.ſ.potẽtię tuę inueniat eos qui te oderunt.ſ.ad puniẽdum. Secũdus eſt appetitus eorũ,quæ ſunt ad finẽ. & quantum ad hoc deordinatur uolũtas per luxuriam,& ſic ponitur filia eius amor præſentis ſæculi,vt ſcilicet quis fruatur uoluptatib. ad placitũ ſcẽm ꝙ Iacobi dicitur.4.c.Qui uoluerit amicus eſſe huius ſæculi,inimicus Dei conſtituetur.Aliud dicitur deſperatio futuri ſæculi,quia ſcilicet dum quis nimis detinetur a carnalibus uoluptatibus non curat,ſed faſtidit uenire ad ſpirituales & æternas delitias,ad Eph.4.deſperãtes ſemetipſos tradiderunt ſe impudicitiæ.

Duplex actus uoluntatis.

§.1. ¶Prima ergo filia luxuriæ dicitur cęcitas mẽtis,quæ in hoc cõſiſtit,cũ quis ita mẽte dedi tus eſt,& occupatus circa mũdana & ꝑcipue circa carnalia opera,qđ neſcit cogitaꝛ de deo eligẽdo eũ ut ultimũ finẽ ſuorũ operũ,nec de aliis ſpũalibus rebus cogitat, ut debet ꝓpter ĩmerſionẽ in carnalibus. Talis uitio tẽtus dicere ualet illud pſ.32. Lumẽ oculorũ meorũ, & ipm nõ ẽ mecũ.Et ſic cæcus corporaliter nõ pót illuminari opere naturæ;quia de priuatione ad habitũ non eſt regreſſus, ita & ſpiritualiter,vñ pſ.145.Dñs illuminat cæcos.Et ꝓ declaratione materiæ ſciẽdũ ꝙ triplex eſt cæcitas mẽtalis,ſeu ſpiritualis ¶Prima cęcitas in ſupnaturalia nõ intuẽdo. ¶Secunda cęcitas in neceſſaria neſciendo. ¶Tertia cæcitas in ſalutaria non eligendo. ¶De prima Soph.1.Ambulabũt ut cæci,quia domino peccauerunt.Grego.Cæcus eſt q lumen ſupernæ contemplatiõis ignorat. ¶Sed pro maiori horum declaratione dicit b.Tho. ſe.ſe.q.15.ꝙ cęcitas mentis ẽ priuatio eius, quod eſt principiũ intellectualis uiſiõis.Hoc aũt principiũ eſt tripliciter.Vnũ eſt lumẽ rationis naturalis de quo pſ.4.Multi dicunt qs oſtẽdit nobis bona,quæ debemus facere.Cui ꝙſtioni reſpõdẽs ait.Signatum eſt ſup nos.i. impreſſum in parte ſuperiori in aĩa. Lumẽ uultus tui dñe.Lumẽ uultus i.naturalis rõnis luminoſus uultus tuus.Dicitur aũt rõ uultus Dei.qa ſicut ꝑ vultũ unus homo ẽ ſimilis alteri,ita ꝑ rationẽ ſumus,ſimiles deos,& ſic ꝑ uultũ cognoſcimus hominẽ,ita ꝑ rationẽ cognoſcimus qd agere debeamus.Et cum ſit hoc naturę nũquã pót tolli ab anima, ſed impeditur ab actu eius aliquãdo ꝓpter defectum in uiribus inferioribus.ſ.inimaginatione,& phãtaſia ut patet in amentibus, & etiã aliquando per opus incantationis,ut de prę ſtigiis magorum qui faciunt apparere unum pro alio,ſicut fecit magus & hmõi. Secundũ eſt lumen habituale ſuperadditũ lumini naturalis rationis,ſcilicet lumẽ gratię de quo poteſt ĩtelligi illud pſ.35,In lumine tuo ſcilicet gr̃æ,uidebimus lumẽ ſcilicet glorię.Et hoc ĩterdũ priuaꝛ anima, & eſt pęna peccati, ſed cõmune oĩ peccato mortali, de quo dicitur Sap.ſecundo.Malitia enim illorum excęcat eos.In huius figuram legit,ꝙ Sedechias rex Hieruſalẽ cũ fuit captus a Nabucho.ſ. fugiẽs ab Hieꝛm excæcatus fuit a Nabucho. coraꝫ eo filiis occiſis,& captiuus ductus in Babyloniã.4.Regũ.ulti.Sic qui capitur a diabolo rege Babyloniæ.i.confuſionis per peccẽtum excecaꝛ, & priuaꝛ lumine gratiæ mortificatis filijs bonorum operum, demũ ducitur captiuus in

uus in infernum. Talis ergo dicere ualet. Lumen oculorum meorum non est mecū. ¶ Tertium principium visionis intellectualis est aliquod primum intelligibile, ut dicit Aug. per quod intelligit alia, cui mens hominis pōt intendere & non intēdere. Quod aūt non intendat procedit ex hoc, ꝙ habet spontaneè voluntatē se auertentē a cōsideratione illius principii; qūque ex hoc ꝙ occupat se circa ea quæ magis diligit, & vtroque mō cęcitas ista est speciale peccatum. 2. Pe. 1. cui ista. s. spiritualia intellecta præsto non sunt cęcus est. Et quia ut dī in 4. ethi. vnusquisque ea in quibus delectatur operatur ex eo ꝙ delectatio facit applicare intentionem ad opus, contraria verò nequaq̄, vel debiliter operatur. Hinc est quod cum delectationes veneręę sint maximè inter delectationes corporales intentio hominis per vitium luxuriæ, quod est circa huiusmodi delectationes maximè applicat ad corporalia, & per consequens debilitatur operatio mentis circa intelligibilia, & sic ponitur cęcitas mentis filia luxuriæ quæ excludit cognitionem gustatiuam, scilicet spiritualiū bonorum psal. Supercecidit ignis scilicet luxuriæ, & non viderunt solem, lumen spiritualiū bonorum non habuerunt. ¶ In huius figurā legitur Thob. 2. quod cum ex labore fatigatus sedēs dormiret, stercora irundinum cum caderent super oculos eius excęcauerunt ipsum. Sic euenit aliquando, quòd fatigatus homo ex occupationibus mundi dum dormitat circa spiritualia considerāda, & custodiam sui, irundines, ideſt dæmones qui in aere discurrunt stercora calida, ideſt suggestiones luxuriæ fętidæ immittunt super oculos mentis quæ excæcant & priuant lumine spirituali. Talis ergo dicere potest. Lumen oculorū meorum non est mecum.

§. 2. ¶ Secunda est cęcitas ignorantiæ de qua saluator Mat. 15. c. Cæcus de cęco ducatum præstet ambo in foueam cadunt, ideſt si ignorās gubernet ignorantem & regat. Triplex est autem ignorantia scilicet.

¶ Ignorantia iuris humanalis.

¶ Ignorantia legis diuinalis,

¶ Ignorantia operis corrigibilis.

¶ De his potest intelligi illud psl. 81. Nescierunt quo ad primam, neque intellexerūt quo ad secundā, in tenebris ambulant quo ad tertiam. ¶ Ignorantia iuris humanalis est ignorātia legum & ordinationum quæ factæ sunt ab hominibus ecclesiasticis, uel secularibus, sicut sunt leges canonicæ factæ a conciliis uel summis pontificibus, quæ obligant omnes catholicos cum fiunt vniuersaliter, uel factæ prælatis inferioribus, quæ obligant tantum subditos eius. Et leges ciuiles factæ ab imperatoribus, vel etiam a propriis ciuitatib. ut sunt statuta. Cum huiusmodi ligēr cum iustæ sint in foro conscientiæ oportet quod sciantur aliter seruari non possent, & pręcipuè quæ pertinent ad mores communes Christianorum, vt cessare ab operibus seruilibus diebus statutis ab ecclesia ieiunare certo tempore, audire missam diebus festiuis, semel in anno confiteri, & communicare, & huiusmodi de quibus infra dicetur. Et similiter vbi quis morā trahit continuè debet scire leges, statuta, & laudabiles consuetudines eorum aliàs ignorādo quasi cęcus dici potest, & non esse sine culpa Esa. 5. Propterea ductus est captiuus populus meus, quia non habuit scientiam, scilicet agēdorum Aug. Non omnis ignorans immunis est a culpa. Illis ergo ignosci non poterit qui a quo discerent habentes operam non dederunt dist. 37. §. fi. Quædam autem ordinationes, & materiæ quæ eo concernunt particulariter aliquos status hominum, ut quæ pertinent administrationem debitam sacramentorum debent scire curari. Medici quæ dirigūntur ad eos. Iurisperiti quæ statuuntur de eis, & hmōi aliàs ista nesciendo peccatum est. Vñ Leo papa. Si in laicis intollerabilis videtur in scientia, quanto magis in clericis nec excusatione digna est, nec venia dist. 38. & 1. q. 4. circa fi. ubi agitur de ignorantia. Dicit in glo. magna, & notabilis, quòd ignorantia iuris canonici siue ciuilis, quasi neminem excusat, & hoc intellige cum ius tale est, quod aliquis de facili per seipsum scire potuit, vel etiam per alios, dum tamen habuit copiam peritorum. ff. de iu. & fac. igno. l. iuris. ¶ Ignorantia legis diuinalis quæ facit hominem cęcum spiritualiter est ne scire quæ habētur in sacris scripturis pertinentia ad finem, & bonos mores necessarios ad salutē. Ipsa enim scriptura cōtinet quicquid pertinet ad ius naturale. Nam illa duo principia iuris naturalis, scilicet. Quod tibi non vis fieri, vide ne alteri facias, & quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, vos facite illis habentur in scriptura sacra. Primum est Thob. 4. aliud Mathę. 7. Decalogus etiam qui est de iure naturali habetur Exod. 20. Dicit etiam Gratianus. 1. qō. 4. circa finem, quòd ignorantia iuris naturalis omnibus adultis damnabilis est, & de hac intelligitur illud Apostoli. 1. ad Corinthio. 14. Ignorans scilicet quæ sunt de iure naturali, ignorabitur, scilicet a Deo, ideſt reprobabit.

Ignorātia iuris.

Ignorātia legis diuinalis.

Et illud Greg. Qui ſtultus fuit culpa, ideſt ignorans, ſapiens erit in pœna diſt. 38. c. Qui ca. Qui ergo perpetraret fornicationem vſuram, ſymoniam, mendacium, & huiuſmodi, ex ignorantia neſciens eſſe peccata non excuſatur a damnatione. Sed vltra huiuſmodi pręcepta naturalia, pertinet etiam ad ius diuinu ea quæ ſunt fidei, ſed articuli & ſacramenta eccleſiæ quę in articulis comprænduntur, quamuis enim ratio naturalis non dictat iſta aut doceat, tamen dictat ratio, vt credar Deo in his, quæ ipſe reuelat in ſcripturis quæ prędicata ſunt, & publicata per orbem, & confirmata miraculis. Et ſi quis natus eſſet in deſerto, vel in carcere, & nunquam quæ ſunt fidei audiret, non excuſaretur non credendo. Et ratio eſt, quia dicunt doctores, quod talis ſi nõ ponat obſtaculum gratiæ, ſed viuat lege naturæ, diuina gratia non deſereret eum, quin ei reuelaret credenda, ſicut euenit Cornelio Centurioni Actum. 1. Tenetur ergo quilibet ſcire explicitè articulos fidei, ſicut & credere tenetur ſecundum Tho. 2 2. q. 1. Iſta enim publicè prædicat & ſolemnizat eccleſia. Et quamuis quilibet fidelis ex congruentia deberet ſcire ſymbolum, non tamen eſt neceſſarium, nec etiam quod ſciat ordinatè articulos, ſicut & pręcepta, dummodo ſciat talia eſſe præcepta implenda, & illa credenda. De ignorantibus igitur iſta dicitur i nuectiuè. Hiere. 2. Tenentes legem neſcierunt me & Sapien. 2. Neſcierunt ſacramenta Dei, ſed vt dicit Gre. in mora. Qui ea quę Dei ſunt neſciũt. a dño neſciuntur. i. reprobantur. Et Hiero. In his quæ pertinent ad ius diuinum, vt pręcepta & articulos parum diſtat in vitio decipere vel decipi poſſe chriſtianum. 16. q 1. Si cupis. Talis ergo dicere poteſt, lumen oculorum meorum non eſt mecum. Et vt dicitur. 2. Re. 5. Cęcus & claudus non intrabunt in templũ Dei, ſ. gloriæ Cęcus qui ignorat, quæ ſunt Dei. Claudus qui ea ſciens non operatur rectè. ¶ Eſt & tertia ignorãtia, ſcilicet facti hęc non excuſat niſi quis det operam rei licitæ & adhibeat ſufficientem diligentiam, & intelligenda eſt ſic regula iuris. Ignorantia facti nõ iuris excuſat, extra de reg. iur. li. 6. Et ut dicatur quis probabiliter ignorare, vt excuſetur dicit glo. 1. q. 4. circa fi. quod non requiritur, quod ſi nimis ſcrupuloſus, & curioſus. Nec quod ſi nimis negligens, & diſſolutus in inqrendo. ff. de iur. & fac. igno. l. Nec ſupina. Si quis ergo dat operam rei illicitę, vnde ſequitur aliqđ malum quod neſcit non excuſatur, puta ſi quis ludit ad ſaxa, vel cum gladio, & inde percutit aliquem, quem non videt, & ſi ignorat non excuſatur a peccato. Sicut ét non excuſatur a peccato Lamech qui occidit ſagitta Cayn eſt: manſ eum feram ſilueſtrem ex eo qđ cęcus erat. Vnde illicitum erat ei opus venandi, licet faceret propter vtilitatem, ſcilicet pellium pro veſtimentis. Nam tunc carnibus non veſcebantur, vt 15. qõ. 1. §. obiicitur. Sicut etiam non excuſatur Loth cum neſciẽs filias eſſe ſuas concubuit cum eis, quia operã dedit rei illicitæ, ſcilicet ebrietati, vnde ſecuta eſt illa ignorãtia. Vnde Aug. Inebriauerũt Loth filiæ eius, ſe neſcienti immiſcuerunt, quapropter culpandus eſt non quantum ille inceſtus, ſed quantum illa ebrietas meretur. 15. q. 1. inebriauerunt. ¶ Secundo vt ignorãtia facti excuſet oportet quod adhibeatur debita diligentia. Vnde ſi quis aptãdo tectum domus proiicit regulas fracta, in via qđ in ſe eſt opus licitum, ſed nil dicit, nec ſignum ponit ſuper hoc pp quod aliquis tranſit iuxta, neſciens opus & ex regula ab illo proiecta frangit caput illi neſciens aliquem tranſire inde, certe non excuſaretur a culpa, nec a pœna. Vñ nec excuſantur Iudęi in facto quo crucifixerunt Chriſtum, quia neſciebant ipſum eſſe Chriſtũ, nec credunt adhuc veniſſe Meſſiam, & hoc qa non adhibuerunt debitã diligentiã vt dicit Gratianus. 1. q. 4. §. vlt. circa finem, vñ ipſę Chriſtus dicebat eis Scrutamini ſcripturas, & ipſæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me Ioannis. 5. Propterea dicit Eſay. ſexto. Excęca cor populi huius, ideſt permitte. Iſta materia eſt multum dilatabilis; puta ſi quis accedit ad ſacramentum neſciens, ideſt nõ recordatur de aliquo criminali commiſſo, vel ſententia quam incurrit, & ſic non confeſſus ex eo, quia non adhibuit diligentiam ad examinandum conſcientiam, non excuſatur a peccato. Nota ſi prælatus vel paterfamilias neſcit crimina manifeſta ſubditorum; quia non adhibet diligentiam ad inquirendum, & ſic non punit, & illi pereunt non excuſatur; ſicut nec Hely non puniens peccata filiorum. Vnde regula iuris. Non poteſt eſſe recta excuſatio paſtoris, ſi lupus oues comedit & paſtor neſcit, extra de reg. iur. c. quamuis Et qa multa in huiuſmodi perpetrantur: ideò dicere poteſt quilibet. Lumen oculorum meorum non eſt mecum, & veniam petere cum eodem, ignorantias meas ne memineris. ¶ Sciendum quòd triplex poteſt contingere ignorantia in qualibet prædictarum, videlicet affectata; craſſa, & inuincibilis.

Ignorãtia facti qũo excuſat.

Triplex ignorantia.

¶ Ignorantia affectata, eſt qua quis refugit quæ

quæ debet scire, ut liberius peccet remorsu cõsciẽtiæ. De qua psal. noluit intelligere ut bene ageret. Et Iob. 21. dixerũt Deo recede a nobis, sciẽtiã viarũ tuarũ nolumus. Hæc in nullo excusat, imo secdm Tho. auget seu potius ẽ speciale peccatũ. ¶ Secdo ignorantia siue iuris siue facti, potest esse crassa, & supina, & hęc ẽ quãdo quis nõ recusat scire, immo vellet, sed negligit addiscere pp laborem seu occupationes, & inquirere vel legere cũ posset. Hæc quãtũ ad ea quę qs debet scire, siue respectu christianitatis, vt præcepta Dei, & ecclesiæ, seu respectu status, & officii, vel exercitii, vel religiosus quę sũt religionis, seu curatus, quæ p tinẽt ad curã, aduocatus quæ pertinẽt ad iura medicus ad medicinã, & hmõi si nesciat. Excusat qdem a tãto, sed nõ a toto. i. nõ ẽita grue peccatũ sicut si faceret ex certa sciẽtia. Vñ Gregorius. Grauius ex infirmitate, idest passione quam ignorantia peccatur de pæni. dis. 2. capitu. Sciendum. Quãtum vrò ad ea quæ non tenentur scire, vt Astrologiam, Philosophiam, Poesim, & huiusmodi, nõ peccat ignorãdo. Quinimmo sunt quędam quæ melius est nescire quam scire, ut dicit Augustinus di. 38. c. quamuis, vt ea quæ instigant ad malum. Et dicitur ignorantia crassa, & supina ad similitudinem homines crassi, qui nõ benẽuidet quæ sunt ante se. Nec tamen cõtinuè peccat cum manet illa ignorantia, sed tunc cum debuit, vel debet, & negligit hoc agere. ¶ Tertia ignorantia est inuincibilis quę nullo studio humano vinci potest, vt est in pueris non habẽtibus vsum rationis, & amẽtibus, & hęc excusat a toto. Vnde ea quæ fiunt a fatuis seu deficientibus vsu rationis non imputantur eis ad peccatum, nec ad pœnam, nec quo ad Deum, nec ad mundum, siue illa quæ faciũt sint contra legem diuinam, ut homicidium; blasphemia, & huiusmodi, siue contra legem humanam, ut non confiteri, nõ communicaẽ semel in anno & huiusmodi, vt decimaquinta. q. 1. Aliquos, & capto sequẽti. Etiam si exculpa sua incidisset quis in talem amentiã, vt furiam, siue ex nimiis ieiuniis, vigilijs siue ex aliqua passione amoris, vel doloris. Dicit etiam Vl. quod cum aliquis dubitat de aliquo facto, vel fiendo utrum sit licitum, vel illicitũ & consulit peritos, & facit quod in se est ad innuẽdum ueritatem, sibi consulatur contrarium ueritati quod ille sequitur satis excusatur, quia potest dici in eo ignorantia inuincibilis ut in dubio schismate, cui debeat adhærere in bello dubioso qđ ad subditos, & huiusmodi. In his tamẽ quæ sunt de iure naturali, uel diuino quantumcunque consuletur sibi ignorantia a peritissimis cõtrariũ ueritati, non excusaretur a peccato illud agẽdo, qa in hmõi nõ põt habere locũ ignoratia in uincibilis quo ad habẽtes vsum ratiõis. Qui ergo nescierunt quæ sunt legis humanalis, neq, intellexerũt q̃ sunt legis diuinalis, in tenebris ambulãt idest operantur ignorãtes q̃ debent scire de cõtingẽtibus factis in his ut sequtur in psal. Monebũtur idest remouebunt omnia fundamenta terrę, idest homines qui sunt de terra. Fundamenta. s. spiritualia ædificii uirtualis ut fides. 1. Corin. 3. Fundamẽtũ aliud nemo põt ponere pter id q̃ positũ ẽ quod ẽ Christus Iesus. i. Christi caritas, Apostо. ad Ephe. 3. in caritate radicati & fundati. Hiero. Fũdamẽtũ oĩm uirtutũ humilitas his amotis nulla uirtus supereſt. Et ideò ait dominus Esa. 43. Educ foras populũ cæcum & oculos habentem foras ecclesiã militatẽ & triũphãtẽ. Educ idest educes tu scilicet Deus. ¶ Tertia cæcitas est in eligẽdo cũ uidelicet q̃s cognoscit eẽ malũ q̃ vult facere & tñ facit, qđ nõ põt eẽ, nisi qa etsi in uniuersali cognoscit esse malũ, vt fornicationẽ, furtũ, homicidium, & huiusmodi, tñ in particulari illũ actũ non cognoscit esse malum, sed uidet sibi esse bonum. Nã vt dicit Dyonisius. Nullus intendẽs ad malum operatur. Et de talibus dici potest illud psalmistæ. 113. Oculos habẽt & nõ videbũt. Habẽt quidẽ oculos ad cognoscendũ in uniuersali, sed nõ uident illud esse malũ in particulari. Vnde dicit philosophus in libro ethi. quod omnis malus est ignorãs & talis ignorãtia nõ ẽ speciale peccatũ, se quędã circũstantia quę reperit in quolibet peccato. Et ad idem facit quod dicitur in prouer. Errant qui operantur malum. In hoc est error, quia videtur ei qui malũ agit detẽtus passione, uel habitu uitioso, tunc bonum agere, non enim nisi rerũ ignorãtia põt errari ut dicit Aug. di. 38. quamuis. Nonne magnus error, & magna cæcitas esset si quis ęsti maret lapidem terreum, vel uitreum magis præciosum quam adamãtẽ, vel topazion, Sic errat ut cæcus qui aliquid terrenum, vel diuitiarum, vel honoris, vel delectationis corporalis præponit mandatis Dei, seu delectationibus sempiternis. In figura huius legitur q̃ Naas rex Amonitarum cum bellaret cõtra uiros Yabes Galaad in hoc uoluit eos habere fœderatos, & pacificos, si oĩum erueret oculos dexteros, & sic essẽt i oppropriũ. Israel. 1. Re. 50. Naas est diabolus qui pugnat cõtra filios Israel. i. fideles. Interprætatur. n. Israel videns Deum.

§. 3. Cecitas in eligẽdo.

De ignorantia inuincibili.

Deum ſcilicet per fidem. Hoc autē eſt pactū quod vult habere cum fidelibus, vt eruato oculos dextros ideſt reſpectum ad Deum, regulas ſeu mandata eius non habeant in actibus ſuis & tūc nō curat dare eis moleſtiā, & bellare cum tentationibus, quia pacificè eos tunc poſſidet. Sed non debent huic acquieſcere fideles, ſed habere recurſum pro adiutorio ad Chriſtū, & ſic liberati erūt, ſicut illi uiri Yabes Galaad inuocantes deuotè auxiliū Saulis Iſrael regis liberati ſunt. Qui autē iā incurrit cæcitatem ſpiritualem immitatur cæcū, qui ſedebat ſecus viam. & mēdicabat, qui clamans ad Ieſum vt uideret, lumen recepit Lu. 18. Vel Cęlidonium ideſt cæū a natiuitate, qui lauans ſe in natatoria Siloe ad mandatum Chriſti viſū recepit Io. 9. hęc lotio fit mortaliter in contritione, & confeſſione. Oia inquit Laur. in confeſſione lauātur.

¶De præcipitatione. Ca. 10.

PRęcipitatio eſt ſecunda filia luxuriæ quæ & ſi frequenter procedit ex luxuria, tamē ex aliis vitiis etiam procedere poteſt, & aliquando eſt ſpeciale peccatum, aliquando circunſtantia agrauans peccatū. ¶Difficile eſt autem intelligere, prout eſt ſpeciale peccatū niſi cum alio adiuncto. Et in hoc conſiſtit, q̄ homo de agendis vbi poteſt eſſe dubium, non habet ſufficientem examinationem & conſilium mentis, ſed ſubito diſponit, & ponit ſe ad faciendū quod menti occurrit cōtra illud. Nihil ſine cōſilio facias Eccle. 32. ſcilicet mētis. Ad hanc inſtigat diabolus dicens menti, quod Chriſto ſuaſit Mat. 4. c. Mitte te deorſum, ideſt præcipita te ad malum. Et ad hāc præcipitationem pertinet, quod aliquis deficiat a docilitate, qua quis diſcit ab aliis, ſeu acquieſcit eorum conſiliis, & a memoria qua reſpicit ad præterita geſta, & ratione qua q̄s benè eſt diſcurſiuus, & ratiocinatiuus, vt benè poſſit applicare vniuerſalia principia ad particularia, quæ ſunt varia, & incerta quæ ſunt partes integrales prudentię ſcilicet docilitas, memoria, & ratio. Et memoria, & ratio non ſumuntur pro potētiis, ſed pro bono uſu earum. Et de hac loquens pſal. 51. pſal. ait. Dilexiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa, propterea dominus deſtruet te in finē. Vbi notatur, & culpa, & pæna ſubſecuta, culpa cum dicit, verba præcipitationis, pæna cū ſubdit, Deus deſtruet te &c. ſcilicet perdēdo ſcilicet in mortem æternam.

¶Primum eſt verbum cordis.

¶Secundum eſt verbum oris.

¶Tertium eſt uerbum operis.

¶De verbo cordis ait idem pſal. 14. Qui loq̄tur veritatem in corde ſuo. Ab iſto verbo q̄ eſt propoſitum faciendi aliquid incipit præcipitatio, ut ſcilicet ſine ſufficienti examinatione ſubito diſponat facere quod primo mē ti occurrit Iob. 18. Præcipitabit eum ſcilicet peccatorem conſilium ſuum, & immittet in rhete pedes ſuos per hoc enim capit, & tenetur diuerſis malis. ¶Sed pro declaratione huius materiæ ſcilicet præcipitationis dicit b. Tho. 2. 2. q. 53. qđ præcipitatio hic dicit ad ſimilitudinem in rebus corporalibus. Dicitur enim præcipitari ſecundum motum corporalem quod a ſuperiori in ima venit ſecundū impetum quændam proprii motus, uel alicuius impellentis non ordinatè deſcendēdo ſicut ad litteram dicitur de Razia quod præcipitauit ſemetipſum viriliter in turbas. 2. Macha. 14. ne ſcilicet caperetur a gentilibus, & de mulieribus quę circunciderunt filios ſuos, vt obſeruarent legem, Dei quod præcipitauerunt eas per muros ciuitatis. 2. Mach. 6. Summum autem commune bonum eſt ipſa ratio inquit Tho. Imum autem eius eſt operatio per corpus exercitata. Gradus autē mediī per quos oportet ordinatè deſcēdere ſunt iſti, memoria præteritorum, intelligentia præſentium, ſolertia in conſiderandis futuris euentibus, & ratiocinatio conferēs unū alteri, & docilitas per quam quis acquieſcit ſententiis maiorum quæ ſunt partes integrales prudentiæ ad quas pertinet bene conſiliari, & per hos gradus deſcendit homo rectè conſiliando. Si quis autem feratur non agēdo per impetum uoluntatis uel paſſionis per tranſitis gradibus erit vitium præcipitationis, & imprudentiè, de quo poteſt intelligi illud Deuter. 32. cap. in cantico. Audite. Gens abſque conſilio, & ſine prudentia eſt ſcilicet per uitium præcipitationis, utinam ſeparent quo ad præterita recogitanda, & intelligerent quo ad præſentia ordinanda, & nouiſſima p̄uiderent, quo ad pericula futura euitanda ſiue intuenda. Et ſi aliquis præcipitanter facit aliquid, & auertens ſe a regulis diuinis, ut contemnens & repudians diuina documenta ſic eſt mortale. ¶Et dicitur etiam temeritas talis præcipitatio. Si verò præcipitāter agit abſq; contemptu diuinæ regulæ, ſed con detrimento, ſeu defectu eorum quę ſunt de neceſſitate ſalutis, iterum eſt mortale, vel circunſtantia, quæ reperitur cum mortali, ſicut cum debeat quis ſemel in anno confiteri & con-

Præcipitatio in mente.

De Razię pcipitatione.

& communicare, subito accedit ad confessionem sine aliqua præcogitatione; cum tamen habeat multa intricamenta, & grauia peccata, propter quod parũ dicit, & multa omittit grauia, quæ de facili menti occurrissent, & sic subito communicat indispositus. Ipsæ præcipitanter facit confessionem; & est ibi mortale peccatum. Similiter si quis habens disputare cum infidelibus, & de rebus arduis ponat se præcipitanter ad hoc sine aliqua prouisione, vnde probabiliter deficere possit, & cõfundi fides: cui obuiare potuisset per maturam præuidentiam mortale esset; nisi a spiritu sancto induceretur sicut apostoli: quia spiritus sanctus non æget tempore. Si autem aliquid præcipitanter operatur absque detrimento eorum, quæ sunt de necessitate salutis: erit veniale. Et quia luxuria maximè absorbet consilium, ideò ponitur præcipitatio filia luxurię. Temeritas. n. secundum b. Thom. vbi supra, vno modo procedit ex impetu voluntatis, vel passionis. Alio modo ex contemptu regulæ dirigentis, & hoc secundum propriè importat temeritas. Vnde ex hoc dicitur ex radice superbiæ prouenire, quia refugit alienæ regulæ subesse, præcipitatio autem se habet ad vtrunque. Vnde temeritas sub præcipitatione continetur quamuis præcipitatio magis respiciat primum.

§. 2. ¶ Secunda præcipitatio esse potest in verbis oris. Eccle. 10. dicitur. Labia insipientium præcipitabunt eum. i. imprudens præcipitanter

Præcipitatio verborum. loquetur sine examinatione mentali, seu locutionis. Eccle. 9. dicitur. Temerarius in verbo odibilis est. Dictum est, q̃ temeritas dicitur præcipitatio. Et ratio quare præceps ad loquendum est odibilis, quia ex quo subito loquitur quod menti occurrit; non examinando verba, oportet præsuppositа humana fragilitate quod dicat multa inconuenientia, & displicentia auditoribus vnde oditur. Vnde dicitur Eccl. 5. Ne temerè quid loquaris. Et præcipue in tribus debet caueri præcipitatio.

¶ In sententiis proferendis.

¶ In dubiis decidendis.

¶ In secretis edicendis.

¶ De primo dicit Euaristus papa. Deus omnipotens, vt nos a præcipitandæ sententiæ prolatione compesceret, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius, mala Sodomæ noluit audita iudicare, priusquam manifestè cognosceret quæ dicebantur. Vnde ipse ait. Descendam & uidebo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint: an non est ita, vt sciam. Quod fecit vt nobis exemplum daret ne præcipites in discutiendis, & iudicandis negociis essemus. 2. q. 1. Deus. Hoc autẽ figuratiuè innuitur in eo, q̃ dominus postulatus de adultera iudicare, & dare sententiam, non statim dedit iudicium, sed inclinans se deorsum digito scribebat in terra. Typicè nos instruẽs inquit Greg. vt cum proximorũ errata conspicimus, non ante iudicemus reprehendo, quam ad consequẽtiam humiliter reuertamur digito discretionis solerter exculpemus, & quid conditori nostro placeat, quidue displiceat examinatione dirimemus. Hinc b. Greg. ait. Rectores ecclesiæ & qui publica iudicia exercent in dictandis sentẽtiis nullatenus leuitate, aut furore sint præcipites 11. q. 3. summopere. Et inducit ibi exemplum Moysi, qui querelas populi, & causas ingressus tabernaculum referebat ad dominum, & postea respondebat: vnde & Dauid, quia fuit præceps ad dandã sententiam contra Miphiboseth: iniustè egit. Nam cum Syba seruus seu procurator ipsius Miphiboseth filii Ionathæ occurrisset cum animalib. oneratis victualibus. Regi Dauid fugienti a facie Absalonis: regnũ vsurpantis sibi offerens: interrogauit Dauid de Miphiboseth quid de eo esset, qui falsò accusauit eum, scilicet quod studiosè voluisset occurrere lætus de sua electione de regno in uindictam, quia ablatum fuerat a Saule auo suo, quod credens Dauid nimis leuiter præcipitanter dedit sententiam, vt scilicet bona collata Miphiboseth sua essent, ideſt ipsius Sybæ. Et cum postea reuersus in regnum ingressus Hierosolymam obuiasset ipsæ Miphiboseth tonso capite in signum doloris de eiectione eius regno, & Dauid quæreret causam quare nõ fuisset cum eo allegauit impotentiã suam, quia claudus erat, & ille Syba decepérat eum & falso infamauerat. Super quo & si mutauit sententiam, tamen iniustè, & præcipitanter videtur egisse uidelicet quòd diuideret ad inuicem bona pro dimidio ipsæ & Syba. Nam & si iniustam dederat præcipitanter sententiam, deceptus verbis illius, debuit reuocare totam postquam fallaciam serui deprehendit. ¶ In dubiis quoque decidendis multum debet vitari præcipitatio, & permaximè in factis conscientiæ, vbi vertitur periculum animæ. Vnde Greg. ait. In rebus dubiis non debet esse iudicium absolutum. 33. di. habuisse. Vbi dicit glo. quòd est triplex ambiguitas, scilicet iuris facti, & personæ. Et incipiendo a tertio ambiguo, quando scilicet certum est factum, sed dubitatur quis fecerit, tunc potest ferri certa sententia non contra aliquam personam

Non debemus esse præcipites in condemnãdo.

Non debent dubia præcipitanter decĩdi. Adde tex. ĩ c. graue. 11. q. 3.

ſonam determinatè ſecundum illud.2.q.1.c. 1. Neminem iudiciis ſuſpicionis arbitrio. Sed in genere, ſcilicet quod qui fecerit tale delictum, quod manifeſtum eſt, ſit excommunicatus niſi infra certum tempus iudicauerit, vt 5.q.1. Quidam. Vbi verò ſit ſecundum ambiguum, ſcilicet facti; quia ſcilicet dubitatur de aliquo, vtrum ſit factum, vel non; nunquã eſt ferenda ſententia certa, vbi ſequitur præiudicium alterius. Et ad hoc facit verbum Greg. dicentis. Graue eſt, & ſatis indecens, vt in re dubia certa detur ſententia. 11.q.3. Graue. Vt ſi dubitatur vtrũ aliquis iuſtè aliquid poſſideat; vel non: ſeu vtrum contraxerint aliqui in gradu vel caſu prohibito, vel non, in tali dubio niſi ſit ſufficiens probatio non debet dari certa ſententia in damnum alterius. Sed vbi nulli ſit præiudicium in dubio facti datur certa ſententia abſque præcipitationis vitio, puta cum dubitatur vtrum aliquis ſit baptizatus, vel non; vel vtrum confirmatus, vel ordinatus, vel eccleſia, vel hoſtia conſecrata debet baptizari; confirmari; vel ordinari, vel conſecrari, ſi verè dubium eſt, quia ut dicit Leo Pap. non putatur iteratum, quod ignorator eſſe factum, de conſe. diſt. 1. Solemnitates, & diſt. 67. c. Presbyteri. De primo ambiguo, ſcilicet iuris proceditur de ſimilibus ad ſimilia, vt diſt. 20. de libellis, vbi poſſint iura concordari non contrariari, vnde Leo pa. In his quę dubia ſunt, vel obſcura id nouerimus ſequendum, quod nec euangelicis præceptis contrarium, nec decretis ſanctorum patrum inuenitur aduerſum, diſt. 14. ſicut quædam. Et intelligendum eſt de illis decreti, quæ nõ abrogata ſunt per contrariam conſuetudinẽ. Vbi autem reperiuntur diuerſæ opiniones, & aduerſæ ſolemnium doctorum in aliqua materia, nec habetur expreſſa circa hæc declaratio per auctoritatem ſcripturæ vel determinatio per eccleſiam, tũc periculoſum eſt præcipitare ſententiam, & ita vni opinioni adhærere quod alteram condemnet, vt hæreticam, uel dãnabilẽ, ſicut cognoſcere uxorẽ menſtruatã aſſerere, q̃ ſit mortale; temere impræſtita Venetiarũ ſeu iura mõtis Florẽtiæ, q̃ ſit vſura & multa hmõi. In his igitur quãuis tutior via ſit eligenda, & cõſulenda, vt de ſpon. c. Iuuenis: præcipue ante factũ. Nõ tñ vt dicit Guil. eſt præcipitanda ſna cõdẽnando alterã opinionẽ. Ad quod ẽt facit quod dicit b. Tho. in quodlibet. ſ. q̃ q̃ũ vbi agitur de morali, niſi habeatur expreſſa auctoritas ſcripturæ vel canonis vel ratio efficax nõ niſi periculoſiſſimè diffinitur, & hoc eſt contra multos prædicatores, & cõfeſſores modernos, qui ſunt nimis faciles ad iudicandum aliquid eſſe mortale. Nathan propheta interrogatus a Dauid vtrũ deberet dño Deo templum ædificare, quia præceps fuit ad dandum rñſum dicens hoc domino placere, vt propheta loquens, oportuit poſtea eum reuocare ſententiam. Nam dñs loquens prophetæ dixit, q̃ hoc nõ faceret, quia multum ſanguinem fuderat, ſed filius eius tẽplum cũ ædificaret, vt habetur 2. Reg. Sic & Ioſue cum principibus tribuum, quia p̃ceps fuit ad faciendum pactum cum Gabaonitis amicitiæ & confœderationis ſimulantibus illis ſe in remotiſſimis habitare, non in terra promiſſionis, ſed longo itinere confractos, quia os dñi non conſuluerunt, vt dicitur Ioſue. 9. decepti ſunt, & quia iurauerunt eis recõmendatos habere ob reuerentiam iuri voluit dñs illos reſeruari, qui exterminari debebant. ¶ In ſecretis ẽt manifeſtandis debet quilibet cauere, ne ſit præceps, alias incidet in multa mala; nam pauciſſimi reperiuntur fideles ad ea ſeruanda, vnde Hiere. 9. dicitur. Vnuſquiſq; a proximo ſuo ſe cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non hẽat fiduciam, quia oĩs frater ſupplantans. i. decipiens in reuelando ſecreta, Sic Sanſon, quia præceps fuit ad reuelandum ſecretum eius in quo conſiſtebat fortitudo ſua Dalidæ cum pluries expertus eſſet malitiam eius conſo capite ab ea cum dormiret in gremio eius, captus fuit a Philiſteis & excęcatus. Iudicum. 16. c. Secreta non debent præcipitanter manifeſtari.

¶ Tertia præcipitatio poteſt eſſe in opere. Sicut ſi aliquis appetens nouam domum fabricare, ſubito poneret ſe ad faciendum fabricare, cum non habeat expenſas ſufficientes, uel modum, præceps eſſet in illo opere. Vnde Calixtus Papa inquit. Nos tempore ęgemus, ut maturius quid agamus, non præcipitemus cõſilia, & opera noſtra, neque ordinem corrumpamus, diſt. 50. c. ponderet. Opus eſſet vtique præcipitationis ſiquis aliquẽ ſine notitia eius vel examinatione eligeret ſubito in rectorẽ, vel confeſſorem, vel aſſumeret ad ſacerdotiũ, vel ad religionem, uel ipſæ aſſumeret aliquid opus arduum ſine diſcuſſione ſuæ facultatis. Et ſicut virtuoſè operans cõſiderat circunſtãtias, vt rectæ ſint, & congruæ ad finem, ita & econuerſo, diabolus cum inſtigat ad malum inducere conatur, ut ſubito operetur ſine aliqua examinatione, vel diſcuſſione periculi. Vnde Orige. Lenta virtus, & cunctatrix ante iudicat q̃ incipiat quid decorum, quid honeſtum. Inquitas omnia præcipitat, de pę. diſt. 3. Inter hæc. Sic maligni Iudæi turbati contra §.3.

tra Christum arguentem incredulitatem eorum in Nazareth. duxerunt eum vsque ad supercilium montis, vt præcipitarent eum Lu. 4. Ad hoc etiam facit quod dicitur prouer. 4. Via impiorum tenebrosa. i. operatio, nesciũt vbi corruant, id est ita præcipitanter agunt, quod non perpendunt pericula, & mala, ad q̃ deuenient, sicut & præceps fuit Asael in persequendo Abner ducẽ exercitus Isboseth: nec voluit desistere ad verbum ipsius Abner, propter hoc corruit occisus ab ipso Abner. 2. Regum. 2. c. Est autem hoc vitium secundum Gregor. in libro moralium. 2. contra donum consilii. Importat enim quandam inordinatam festinationem consilii, in agendo aliq̃d, & quamuis contingat esse peccatum in consiliando, non solum si est nimis festinus, sed ẽt si sit nimis tardus, ita quod prætereat opportunitas temporis, tñ quia in inquisitione consilii multa particularia sunt consideranda. Propter quod dicit philosophus in sexto ethicorum, quod oportet tardè cõsiliari, directius tamen opponitur præcipitatio rectitudini cõsilii, quam tarditas superflua, quæ habet quandam similitudinem recti consilii, &c.

¶ De *Inconsideratione*. Cap. 11.

INconsideratio dicitur filia luxuriæ secundum Greg. in 31. moral. non quod semper procedat ab ea, procedit enim etiam ab aliis. Sed quia prædictum vitium pertinet ad defectum prudentiæ seu ei contrariatur quantum ad illum actum, qui est iudicare, qui actus est rationis. Delectatio autem & præcipue quæ est in venereis absorbet tota literrationem, & corrumpit æstimationem prudentiæ, & ideò ponitur filia luxuriæ. ¶ Est autem peccatum, quia contra prudentiam, ad quam spectat nõ solum consiliari circa agenda, sed etiam de consiliatis rectè iudicare. Sed non potest quis rectè iudicare de aliquo, nisi p cõsiderationẽ prius habitam. Vnde dicitur Prouer. 4. oculi tui videant recta, scilicet per intentionẽ puram, & palpebræ tuæ, id est considerationes precedant gressus tuos, i. opera tua. Contrarium verò agitur per inconsiderationem, q̃ scilicet iudicat quis, & agit sine consideratione debita. Et pro huiusmodi declaratione dicit beatus Tho. 2. 2. q. 53. ar. 4. quod consideratio importat actũ intellectus veritatẽ rei inuentis. Sicut autem inquisitio pertinet ad rationem, ita iudicium ad intellectũ. Vnde & in speculatiuis demõstratiua scientia dicitur iudicatiua, inquantũ per resolutionem in prima principia intelligibilia de veritate inquisitorum diiudicatur, & consideratio maximè pertinet ad iudicium. Vnde & defectus recti iudicii ad inconsiderationis vitium pertinet, prout scilicet aliquis in rectè iudicando deficit, ex eo quod contemnit, vel negligit attendere ex ea quibus rectum iudicium procedit. Vnde manifestum est, quod incõsideratio est peccatum. Nec est contra q̃ dñs ait Math. 10. Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, quod uidetur pertinere ad inconsiderationem. Nam secundum Tho. vbi supra ibi non prohibet dominus considerare quæ sunt agẽda, vel dicẽda q̃ homo habet opportunitatẽ, sed dat dñs fiduciam in illis verbis fidelibus, ut deficiẽte sibi oportunitate, vel ꝓpter impetritiam, vel propter subitam præoccupationem in solo diuino confidant auxilio. Alioquin si prætermittat homo facere quod potest, solũ diuinum auxilium expectans, videtur Deum tentare. Et quamuis quicunque consiliatur oportet quod multa consideret, & per defectum consilii sit præcipitationis vitium, & per consequens defectus considerationis, nihilominus inconsideratio ponitur vitium speciale distinctum a præcipitatione, quia cum tota consideratio eorum quæ in consilio attẽduntur ordinantur ad rectè iudicandũ, ideò consideratio perficitur in iudicio, & incõsideratio maximè opponitur rectitudini iudicii sicut præcipitatio rectitudini consilii cõtraria tur. ¶ Item nota ſm Thom. 2. 2. q. 53. art. 4. q̃ sub incõsideratione quæ est contra iudicium rectum qui est actus prudentiæ includuntur vitia incautelæ, & in circũspectione, quæ sunt contra partes integrales prudentiæ quæ dñr cautio, & circumspectio. Et sicut ad circũspectionem pertinet considerare circunstantias eius, q̃d quis vult agere ꝓp aliquem bonũ finẽ, vt. s. non solum illud sit bonum ſm se, sed etiam ſm circunstantias. Nam contingit aliquod ſm se considerandum esse bonũ, & conueniens fini, quod tñ ex aliquibus occurrentibus redditur malũ, vel non operatiuũ ad finẽ, sicut ostẽdere signa amoris alicui, secundum se consideratum vt esse conueniens ad allicẽdum ad amorẽ, sed si cõtingat in animo eius superbia, vel suspicio adulationis, nõ erit hoc conueniens ad finem. Non considerare ergo tales circunstantias pertinet ad circũspectionem. Et sicut per cautionem ita accipiuntur bona, vt caueantur mala in se, vel quæ habẽt speciẽ mali, ſm ea quæ ut in pluribus accidere solent, sic per incautionem non considerantur talia. Impii tanq̃ puluis quẽ proiicit

Inconsideratio est peccatum.

Incircũspectio, & incautela includunt cum inconsideratione.

uentus a facie terræ, ideò nõ resurgunt impii in iudicio, neque peccatorum consilio iustorum. psal. 1. Triplex est actus prudentiæ quæ necessaria est cuilibet. Primus est præcipiẽte domino. Estote prudentes sicut serpentes Matt. 10. s. cõsiliari circa agẽda per inquisitionẽ modorũ quibus fieri potest. Secundus est iudicare de consiliatis. i. de his quæ proponuntur varia in consilio eligere quod magis conuenit. Tertius est imperare sibi seu iudicata exequi, idest, q̃ quis eligite multis agendum illud facere efficaciter. Impii & peccatores. i. praui quo ad Deum. Et impii praui quo ad proximũ. Et hi peccatores carent vera prudentia, q̃ s. est fm Deum, ita & actibus eius, s. consilio, iudicio, & imperio. Primo per uitium præcipitationis. Secundo per inconsiderationẽ. Tertio per inconstantiam. Et hoc notat psalmista in præfatis verbis a principaliori inchoando. Vitium inconstantiæ & inexecutionis, ibi. Tã quam puluis. Vitium inconsiderationis, ibi. ideò non resurgunt. Vitium præcipitationis, ibi. neq; peccatores. ¶Sicut principalis actus prudentiæ est imperare sibi in eo qđ iudicauit faciendum, ideſt executioni mandare ibi. n. consistit difficultas. Multi enim bene consiliantur, & bene iudicant de agendis, & tamen non exequuntur. Sic per maximè contra prudentiam est vitium inconstantiæ, & ideò de malis loquendo ad hoc incipit dicens. Impii tanquam puluis ante faciem venti, p q̃ notatur inconstantia. Quid enim leuius puluere? Sicut ergo ventus frequenter leuat puluerem de vno loco ad alium, ita peccator vt puluis siccus humore gratiæ mutatur de vno opere ad aliud per inconstantiã vento tentationis a facie terræ. i. a stabilitate propositi quod sibi eligendo firmauerat. Terra. n. firma est Eccl. 1. Terra autem in æternum stat. Vel proiicitur a conspectu ecclesiæ signatæ per terram, & hoc quo ad meritum, & si non quo ad numerum. ¶Quantum ad secundũ. s. vitium inconsiderationis, dicit ideò non resurgunt. Quia. n. vt puluis impii sunt, & proiecti vento tentationis a facie terræ. i. ecclesiæ militantis, vel terræ viuentium, nil de ea curante, ideo non resurgunt ab imis vitiorũ ad superna virtutũ. Non resurgunt in iudicio. i. ad iudicandũ seipsos p compunctionẽ, de quo Apostolus ait primæ ad Corin. 11. Si nosmetipsos diiudicaremus non utiq; a dño iudicaremur: pp q̃ nõ resurgunt ẽt in iudicio, qui est actus prudentiæ, q̃a nõ considerat quæ debent cõsiderare, sed inconsiderate agunt cõtra illud puer. 14. Labia sapiẽtis. i. prudentis cõsiderant placita. s. Deo, labia videlicet cordis, os impiorum peruersa. ¶Quantũ ad tertium, s. vitium præcipitationis inquit neque peccatores in consilio iustorũ. i. resurgunt. Consilium iustorũ est consiliũ mentis seu examinatio agendorũ sine quo nil agunt fm illud prouerb. Astutus, ideſt prudens oĩa agit cum consilio, s. mentis suæ, sed hoc consiliũ nõ sibi faciunt peccatores. Sed vt dr prouer. 1. pedes eorũ. i. affectus ad malum currunt & festinant, vt effundant sanguinẽ. Sed de præcipitatione dictum est in capitulo præcedenti, & de inconstantia dicetur in sequenti. ¶Nunc ergo de inconsideratione, de qua Prouerb. 13. dicitur. Qui inconsideratus est ad loquendum sentiet mala. ¶In consideratio vitiosa triplex est, & p eam nõ resurgũt impii in iudicio actus prudẽtiæ. ¶Prima est propriæ defectionis. ¶Secunda est diuinæ operationis. ¶Tertia est alienæ conuersationis. ¶De prima dicit Christus Luc. 6. Quid vides festucam in oculo fratris tui, & ipsæ trabẽ in tuo nõn consideras. i. notabilẽ defectum tuũ. ¶Est autem triples defectio in se. quæ non cõsideratur ab impiis, & peccatoribus, & iõ non resurgunt in iudicio recto secundum prudentiam, vt iudicent de rebus prout sunt, & put debent, sed secundũ affectum inordinatum. ¶Defectus suæ conditionis. ¶Defectus suæ offensionis. ¶Defectus suæ profectionis. ¶Non enim homo considerat suæ defectum conditionis. s. quam vilis sit, & ideò non rectè iudicat se æstimans aliquid esse cum nihil sit, scilicet ex se secũdum Apostolum. Primũ ergo (ut ait Bernar. in libro de consideratione) a te incipiat cõsideratio tua, nõ solũ incipiat, sed in te finiatur quocunque euagetur a te re uocaueris eã eum salutis fructu. A facie enim considerationis tuę conditionis occurret tibi homo miser, & miserabilis, pauper, cęcus, & nudus. Homo inquit. Iob. 13. natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Homo inquit dolens, quòd sit homo ab humo deriuatus, & in ipsam reuersurus, erubescens q̃ sit nudus, quia natus & nudus egressus sum de vtero matris meæ. Iob primo capitu. plorans & quasi murmurans, quia natus sit ad laborem, non ad honorem. Homo enim nascitur ad laborẽ, & auis ad volatum. Iob 14. Natus de muliere, & ob hoc cum reatu. Psal. 50. In peccatis peperit me mater mea, secundum aliam litteram.

Triplex actus prudentiæ.

§. 1. Triplex defectus peccatorũ quos nõ considerat in se peccator.

Repletus

Repletur multis miseriis,& ideo cum fletu. Ecclesiastes secundo. Cuncti dies eius laboribus & erumnis pleni sunt, nec per noctem quidem quiescit. Verè multis miseriis, quia corporis & animæ simul. Qui enim calamitate uacat nascenti in peccato,& fragili corpore & mẽti sterili. Nullum animal natum fragilius corpore. Anima verò scientia,& utrutib. uacua. Nascitur enim anima nostra ut tabula rasa in qua nihil est pictum secundum philosophum. Breui viuens tempore ideo cũ metu scilicet mortis semper. Iaco. 4. Quæ enim est uita vestra uapor ad modicum parens,& deinceps exterminabitur. & Isidorus breue tempus semper incertum, quia ne scitis diem neque horam, qua dominus venturus sit Math. 24. Qui quasi flos egreditur, & conteritur. Habet enim aliquid apparentiæ, & uigoris in iuuentute sua, sed cito per senectutem suam decedit & marcescit. Esa. 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius qua si flos feni exsiccatum est fœnũ,& cecidit flos eius. Nũquam in eodem statu permanet, sed mutatur de ætate in ætatem de sanitate in infirmitatem, de sciente obliuioſum, de diuite in pauperem, de bene in malum ps. 114. Pericula inferni inuenerunt me. Quia igit homo non considerat hanc suam uilissimam, perditionem ideò nõ resurgit in iudicio uero reputet ex se nihil habẽ nisi miseriã,& casum, sed de se pſumit & superbit. Sed ut dicit Gre. in morali. Cõsideret hõ elatus quid mereatur in terra. Si angelus in cælo prosternitur, si illis parcere noluit quẽ in cælo in tãta gloria sublimauit. s. Lucifero cũ supbiuit, de pæ. dis. 2. ulti. ¶ Secundo non considerat peccator defectũ offensionis, quãtus sit quãtumcunq; nociuus cum auferat sibi summũ bonum inducat ad æternũ supplicium auferat sibi omne meritum. Et ideò, quia homo non considerat non refugit in iudicio uero cum instigatur ad malũ, sed quasi nihil mali sibi inde eueniat, sed magnum bonũ illud iudicat, seu determinat faciendũ. Sed ut dicit dominus Ezechiel. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua omnes iustitiæ eius non recordabuntur scilicet ad prẽmiũ ipsæ in iniqtate sua morietur. s. morte æterna. Super quibus uerbis dicit Gre. Hoc nobis maximè cõsiderandum est, quia cum mala cõmittimus sine causa. i. utilitate bona transacta ad mentẽ reuocamus, quia in perpetratiõe malorum nulla debet esse fiducia præteritorum bonorum, de pæ. dis. 7. Hoc nobis Quod est contra multos qui credunt per opera facta salutem cõsequi etiam si malum faciant. Saul quodã tẽpore optimus fuit,& multa bona fecit pp Deũ & salutẽ populi, tamẽ quia auertit se a iustitia inobediẽs,& diuino mãdato reꝓbatus,& dãnatus ẽ ut patet. 1. Reg. 15. Itẽ qa nõ sufficiẽter cõsiderat peccator circũstãtias aggrauãtes offensiões suas, ideò nõ resurgit ad vitam gratiæ in iudicio pœnitẽtiali quia non digne pœnitet. Vnde dicit Aug, in libr. de pœn. Cõsideret peccator qualitatẽ criminis in loco, in tẽpore, in perseuerãtia, in varietate personæ & quali hoc fecerit tẽtatione, & in ipsius vitii multiplici executiõe. Cõsideret quãtũ per seueraurit, & defleat & c. de pæni. dis. 5. c. 2. De hmõi aũt circũstãtiis q̃ sint de necessitate cõfitẽdæ habens in 3. par. ti. 17. c. 5. ¶ Tertio mõ cõsiderat malus defectũ suę malæ profectionis. Nõ. n. solũ exigit Deus a nobis ut euitemus malũ, sed ut faciamus bonũ,& ꝓficiam⁹ in bono ſm illud Apostoli ad Philipp. Quæ retro sũt obliuisces s. mala ad ea nõ reuertẽs in anteriora me extẽdẽs. s. ꝓficiẽdo magis ac magis ad brauiũ sequor supnę uocatiõis. Nã in uia Dei nõ proficere est deficere. Quia igitur peccator,& negligẽs nõ cõsiderat defectũ sui profectus, ideò nõ resurgit in iudicio debito iagẽdo. s. meliora, sed cõsueta sua mixta bonitate uel antiqua tepiditate Incõsiderãdo igit qualis sis,& qualis fueris inqt Ber. in li. 2. de cõsideratione cõparãda sunt posteriora prioribus, profeceris ne in virtute, sapia & intellectu, in suauitate moram an ab his forte (qd absit) defeceris. Patientior sis an impatientior solito iracundior, leuiorue, insolẽtior aut humilior affabilior aut austerior, exequibilior an difficilior, pusilanimior an magnanimior seriusmagis, aut plus culũ dissolutus timoratior, aut fortefidentior quã oportet latè patet hic cãpus in hoc genere cõsiderandi. Oportet innotescat tibi zelus tuus clementia tua discretioq, moderatrix earũ virtutum, qualis videlicet i donãdis iniuriis sis, qualis in ulciscẽdis q̃ in vtroq, ꝓuidus modi, loci, temporis obseruator. Hæc ille. Ad tollendum autem hmõi defectus. s. ꝓfectus multum ualet cõsideratio mortis. Vñ Iob. 17. dr Spũs meus attenuabitur, s. magis ac magis ꝓficiẽdo, & dimittẽdo grossitiẽ sensualitatis & cõsciæ, & hoc ideò quia dies mei breuiabũtur. s. hoc cõsiderãdo, & solũ mihi supereſt sepulcrum, tempus nõ habẽs amplius ad ꝓficiẽdũ. Super quibus uerbis Iob dicit Grego. 13 moralium. Qui considerat qualis erit in morte sp sit timidus in operatione, nihil qd transeat appetit, cũctis præsentis vitæ desidijs con-

Peccator non cõsiderat suã offensionem.

Nõ sufficit facere multa bõa sed oportet in eis p seuerare

Peccõr nõ considerat suam malã profectionẽ.

riis contradicit, & penè se mortuum considerat, quia se moriturum minimè ignorat.

¶Secunda inconsideratio est diuinę operationis de qua Esa. 5. Opera manuum eius scilicet Dei nō considerantis, propterea captiuus ductus est populus meus, scilicet a diabolo per peccatum. Et est triplex Dei operatio, q̄ quia non cōsideratur a peccatoribus, ideo nō resurgunt in iudicio recto, sed malè iudicāt.

¶Prima operatio qua cuncta regit.

¶Secunda operatio qua aliquos deserit.

¶Tertia operatio Dei qua uniuersa cognoscit. De prima dicit Christ⁹ Ioā. 5. Pater meus operatur vsq; mō, & ego operor scilicet simul cum eo, & loquitur de opere regiminis & gubernationis mundi quam semper cōtinuè operatur Deus dās vnicuique creaturæ quod sibi congruit, & nulli deficit. Vnde dr Matth. 6. Considerate lilia agri quomodo crescunt quę non laborant neque nent, & Deus uestit illa talibus coloribus qui cōgruūt eis. Et alius euangelista ait Luc. 12. Considerate coruos, non serunt neque congregant in horrea & dominus pascit eos. Dicūt enim naturales quod corui nascūtur cum plumis albis propter quod parentes æstimātes illos pullos nō suos propter dissimilitudinē coloris deserūt eos, & nō nutriūt ut aliæ aues, & animalia pullos seu filios suos sede Deus nō deserit eos. Ipsæ enim (ut dicit ps 146.) dat iumentis escā ipsorū & pul. cor. inuocū, modo suo vocem formantibus, ad insinuādum appetitum cibi. Peccatores autem quia non cōsiderant hāc Dei prouidētiā, & gubernationē nō resurgūt in iudicio recto, sed astutè & per falacias, & per nimiam solicitudinē procurāt sibi tēporalia quasi p se per industriā suā sibi possint prouidere non ex Dei gubernatione, & prouidētia. Pauit dns populū suū in deserto quasi innumerabilē. 40. milia solū apti ad pliū fuerūt numerati in deserto ultra fenes, & puulos & mulieres pane cæli suauissimo. i. māna 40. ānis ut patet Exo. 16. pauit & Heliā tēpore famis i torrēte Carith morāte p corui deferētē panē & carnes. 4. Reg. 17. Respicite filii natiōes hoim & scitote q̄ a nullus sperauit i dño & derelictus ē Eccl. 2. ¶De secūdo opere dr Eccl. 7. Cōsidera opera Dei & vide, qa nemo pōt corrigere quē ille deserit. Despexit āt quē deserit gra sua. Nullū āt deserit Deus nisi ille prius deserat Deum. Multa fecit Xps ad corrigēdū Iudā ut emēdaret se de pcto suo. Terruit uerbis dicens. Veh aūt hoīsillis p quē tradar &c. Attraxit bnficiis abluēdo pedes, & corpus sq̄ in sacramē to porrigēdo. Ostendit se nosse vn̄ pdixit, nec tn manifestauit aliis. Sed nec p ista correxit se, qa derelictus a Deo, quē ipsæ reliquerat cupiditate deuictus. Quāta fecit p cōuersiōe & illuminatione illius populi Iudęorū. Vitia eorum reprehendit, errores detexit, eos ueritatem edocuit, insidiātes illi Scribas, & Pharisęos, ut caperēt in verbo cōfutauit, miraculis in numeris doctrinam suā approbauit, passionem sustinuit, pro eis rogauit, post resurrectionē multi ex patribus resurgētes, & apparentes eis declarauerūt ipsum esse Messiā pmissum in lege, p apostolos ueritatē hanc manifestauit, & pdicauit, signa terribilia futuræ destructionis euenire uoluit, nec tamē p ista se correxit. Venite, & videte (ait psal. 65.) opa Dei terribilis i cōsiliis sup filios hoium, cū uidelicet eos qui bene faciūt aliquādo deserit occulto tuo iudicio nobis ignoto, sed nūquā iniusto. Vn̄ sancti uiri hoc cōsiderātes nō de suis operibus præsumūt, sed sp timēt ne occultis eorū demeritis a Deo deserātur. Iob. 23. A facie eius, scilicet Dei turbatus sum, & cōsiderās timore solicitor. Sed pctōres qui hoc nō considerāt, nō resurgunt in iudicio uero, extimātes ad placitum suū se posse corrigere, & minis, & pænis alios emēdare. ¶De tertio opere dicitur Iob. 37. Subter omnes cœlos ipsæ Deus cōsiderat. Et puerb. 5. Respicit Deus uiam hominis. i. uitam, & conuersationem, & omnes gressus eius ipsæ considerat, i. affectus. Hoc considerātes electi Dei, q̄ Deus semper videat omnes cogitationes eorum & opera, sibi cauent ne oculos diuinæ maiestatis offendant. Sicut etiam quicū que seruus, qui sciret se a domino suo optimo, & sapientissimo intueri, diligenter attēderet, ne quid qd̄ sibi displiceret peragerēt, vnde Hiero. Omnia quę faciunt sancti in cōspectu Dei faciūt, pctōres autem fugiunt a facie Dei, sicut dicitur de Cayn qui post homicidium & desperationem egressus est a facie Dei de pę. dis. 1. Et uenit. Et ideo resurgunt impii in iudicio recto, in uitādo peccata, quia non considerant, qd̄ Deus videt opera eorum, quasi nō curet dicentes cum quibusdam infidelibus. Quid nouit Deus quasi per caliginem iudicat? Nubes latibulum eius, nostra non considerat Iob. 22.

¶Tertia inconsideratio est alienæ conuersationis, contra quod ait Apostolus. Phil. 2. Nō quæ sua sunt singuli considerantes scilicet, tantum, sed quæ aliorum, & 1. Pe. 2. dicitur. Ex bonis operibus uos considerantes glorificēt Deum in tempore uisitationis. Debet autem §. 3.

Peccator non considerat Deū qui cuncta regis

Corue nascunt cū plumis albis.

Peccator non considerat Deū qui aliquos deserit.

Peccator non considerat Deū qui oia cognoscit.

rem triplex esse consideratio circa alios, cuius contrarium vitium est.

¶ Circa subditum vt reguletur,

¶ Circa virtuosum vt imitetur,

¶ Circa prauum vt excitetur.

Debet siquidem prælatus diligenter considerare conuersationem subditorum suorũ, & examinare, vt corrigere valeat errata. Vñ pro uerb. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, & omnes greges tuos considera. Et in huius figuram dicitur Leuiti. 13. de leproso. Cõsiderabit eum sacerdos, quia scilicet si apparent in eo signa manifesta lepræ debet eum seperare a cæteris ne alios inficiat. Vnde Hieronym. Resecandæ sunt carnes putridæ. Morbida ouis a caulis pellenda est, ne totum corpus corrũpatur, grex inficiatur 24. q. 3. Cõsiderare ẽt debet non suã vtilitatem, sed cõem sicut dr de Onia summo sacerdote, q̃ contulit se ad regem considerans cõem vtilitatem vniuersæ multitudinis. 2. Mach. 4. Sed quia impii non considerant in hoc subditis, ideo non resurgunt in iudicio ad rectè iudicandũ & disponendũ de eis, & iõ cũ eis coruunt in malũ, sicut Hely sacerdos, & iudex cum filiis suis Ophni & Finees. 1. Reg. 3. ¶ Secũdo debet cõsiderari conuersatio bonorũ ad imitandũ, & permaximè vita Christi. Quia (vt ait Aug.) omnis Christi actio nra est instructio Heb. 3. Considerate fratres apostolũ, & pontificẽ confessionis nostræ Iesum qui fidelis est ei, qui fecit illum. s. Deo ad exequendũ oẽm voluntatẽ eius. Plus. n. mouent exempla q̃ verba. Vñ quamuis Aug. audisset doctrinã optimam. B. Amb. prædicatis, ex qua ab errore Manicheorum exutus est, tñ ad plenum conuersionem eius, & sumendã religionẽ Christianam magis mouit consideratio vitæ Antonii hæremitæ, & Simpliciani, cum quo contulit de factis suis, & Victorini, cuius exemplum Symplicianus sibi ad imitandũ induxit, vnde ecclesia orat. ¶ Sanctorũ tuorũ ad meliorẽ vitã exẽpla nos prouocent. Sed impii nõ cõsiderant eorũ vitã, nisi forte ad curiositatẽ, vel detractionẽ, iuxta illud ps. 36. Considerat peccator iustũ, & q̃rit mortificare eũ. Magis considerant conuersationẽ mundanorũ ad imitandũ, & ideò malè iudicant de agendis sm cõem errorem. ¶ Tertio debet cõsiderari vita prauorũ, vt ex his quæ ipsi faciunt pp mundũ hõ excitetur ad faciendũ pp Deum, cõsiderãdo quod si fit tñ pp peccatum, vnde sequitur mors ẽterna, quid fieri debeat pp Deum, vnde summum præmium ps. 90. Oculis tuis considerabis, & retributionẽ peccatorum videbis, quia. s. finis malorum mors est. Vñ Hiere. 2. dr. Trãsite ad insulas & videte, & in Cedar mittite, & cõsiderate vehementer, & videte si factũ est huiuscemodi, si mutauit gẽs Deos suos, & certè ipsi non sunt dii, populus verò meus mutauit gloriam in idolũ. Obstupescite cœli sup hoc. Idolũ dici põt quælibet creatura, quã quis supra Deũ diligit, vt pecunia, delectatio carnis, potẽtia, & huiuscemodi. Vñ & auaritiã dicit Apost. q̃d est idolorũ seruitus. Si ergo peccatores creaturis mundi tanto desiderio afficiuntur, & inseruiunt, vt videantur pro diis habere, q̃d fieri debet pro vero Deo, & cultu eius? Et non solum ad cõsiderandum opera hominum, sed etiam minimorum animalium brutorum inuitat Salomon dicens prouer. 6. Vade ad formicam o piger, & cõsidera vias eius, & disce ab ea sapientiam, quæ cũ non habeat ducẽ, nec præceptorem, nec principem, parat sibi in æstate cibum, & cõgregat in messe q̃d comedat in hyeme. Sic congregãda sunt in vita præsenti merita, vt in futurum viuat. Sed impii non æstimantes bona, nisi quæ vident non resurgunt in iudicio veræ prudentiæ, vt prouideant sibi in futurũ, vnde habeant ad viuendũ in alio sæculo, cũ non valeant fodere, tunc per pniam, & mendicare tunc erubescãt quia eis nil daretur, vt fecit villicus iniquitatis, qui ob hoc laudatus fuit, quia prudenter sibi prouidit in futurum relaxando debita, & ideò oportet quod fame moriatur ætherna.

Bonorũ cõuersatio cõsiderãda.

De inconstantia. Cap. 12.

INconstantia est quarta filia luxuriæ quę secundũ Tho. 2. 2. q. 53. importat recessũ quẽdam a bono proposito diffinito. Hmõi aũt recessus principiũ hẽt a ui appetitiua seu volũtate. Nõ. n. recedit quis a priori bono proposito, nisi pp aliquod q̃d sibi inordinatè placet. Sed istæ recessos non consumatur nisi p defectum rõnis, quæ fallitur in hoc q̃d repudiat id q̃d rectè acceptauerat. Et q̃a cum possit resistere impulsui tentationũ, siue passionum si nõ resistat, hoc est ex debilitate ipsius si nõ tenet firmiter in bono concepto, & iõ incõstantia quantũ ad sui consumationẽ pertinet ad defectum rationis. Sicut aũt omnis rectitudo rationis practicæ pertinet aliqualiter ad prudentiam, ita oĩs defectus eiusdem pertinet ad imprudentiam. Et ideò incõstantia secundũ sui consumationem pertinet ad imprudentiam. Et sicut præcipitatio est defectus circa actum consilii. Inconsideratio circa actum iudicii. Ita incõstantia est defectus circa actũ

præcepti, qui actus pertinet ad prudentiam. Ex hoc enim aliquis dicitur inconstans, quia ratio deficit in præcipiendo ea quæ sunt con
Inconstantia ē peccatū. filiata iudicata. ¶Est autem peccatum, quia cum ad prudentiā pertineat præferre maius bonum minori bono, & per consequens desistere a meliori bono. s. iam proposito quod fit per inconstantiam, pertinet ad imprudentiā, sed prudentia est uirtus, ergo imprudentia, quæ sibi contrariatur est peccatum. Dicitur autem inconstantia, a Greg. in moral. Filia luxuriæ, non quia non causeturēt ex aliis vitiis, sed quia luxuria totaliter extinguit iudicium rationis. Inconstantia autem quantum ad sui consumationem (vt dictum est) pertinet ad defectum rationis. Vnde & philosopus dicit in ethicis quod incontinens concupiscentiæ totaliter non audit rationem. Et Sap. 14. dicitur. Omnia commixta sunt inconstantia nuptiarum inordinatio mechiæ & impudicitię. Pertinent autem ad inconstantiam defectus intelligentiæ & solertię & prouidentiæ q̄ sunt partes integrales prudentiæ. Et intelligentia hic nō sumitur pro potentia intellectiua, sed est quædam recta æstimatio de aliquo particulari fine. Solertia est quando ex improuiso occurrit aliquid agēdum subito inuenire q̄d conueniat operi. Prudentia est respectu alicuius distantis ad ea quæ in præsenti occurrunt ordinanda. Deficere autem in huiusmodi pertinet ad inconstantiam.

§.1. ¶De vitio incōstātiæ pōt exponi illud ps. 77. Auerterūt se, & non seruauerūt pactū, q̄madmodū pres eorū conuersi sunt in arcū prauū. Auerterūt se. s. a Deo recedentes, ad quē erant cōuersi per pniam, vel religionis assumptionem, vel ordinis sacri, vel alicuius boni ꝓpo sit Hiere. 2. Auersio tua increpabit te, & & p. uer. 1. Auersio paruulorū interficiet eos, & nō seruauerūt pactū. f. factū in baptismo, uel pnia vel religione assumpta, aut ordine. Hiere. 11. Induxi sup eos oīa verba pacti huius q̄d præcepi vt facerēt, & nō fecerunt q̄madmodū patres eorū conuersi sunt &c. Arcus prauus dici pōt qui cum vt q̄d debeat emittere sagittas, cū trahitur frāgitur, & si deficit. Et incōstantes cum est tps operādi & proposuerāt, & promiserant tunc deficiūt. Vel arcus prauus est qui cum debet iacere sagittas cōtra alios reuertitur cōtra se. Sic aliqui cū deberent corda obediētiæ flecti, & mittere sagittas bonorū operū contra diabolū: mittunt sagittas malorū operū, & hoc cōtra se ad vulnerādū se, & alios malo exēplo. Osee. 7. Reuersi sunt, vt essent absque iugo facti quasi arcus dolosus, & hoc quēadmodū patres eorū, ipsi. n. allegant consuetudinem suorum antecessorum, q̄ ita fecerunt ipsi Hiere. 17. Indurauerūt ceruicē suam &c. Procedit autem inconstantia, ideſt nō permanere firmus in proposito boni, q̄d determinauit agēdū, sed ab eo recedere ex triplici cā.

¶Primo ex inordinatione affectionis.

¶Secundo ex horrore tribulationis.

¶Tertio ex subtractione delectationis.

¶De primo dicitur Sap. 4. Inconstantia concupiscentiæ. i. ex inordinata affectione procedens peruertit sensum sine malitia. s. a proposito boni. Iacob. 1. Vnusquisque tentatur a cō cupiscentia sua abstractus, & illectus, abstractus, scilicet a proposito bono & illectus a specie boni, quod sibi concupiscentia suggerit. Et sequitur deinde concupiscentia cum conceperit, s. affectum mali parit peccatum. Dum enim afficitur homo inordinatē ad ista terrena, diuitias, voluptates, honores, & huiusmodi, quamuis proponat frequenter persistere in bonis propositis & exequi quod ratio suadet agere, cum offertur aliquid diuitiarū vel delectationis carnalis, vel aliud ad q̄d inordinatē est habitualiter affectionatus incōstans efficitur, frangens omne bonum propositū. Vñ saluator in euangelio. Lucę. 8. dicit q̄ semen cadens inter spinas, quod natum non peruenit ad perfectionē, quia suffocatum fuit a spinis, hi sunt qui audiunt verbū Dei, sed a solicitudinibus huius vitæ & voluptatibus euntes suffocantur, & fructum non faciunt. Terra est cor eorū. Spinæ ibi ortæ affectiones nimis inordinatæ. Semen boni ortū propositū boni cōceptū ex inspiratione, vel ꝓdicatione, sed fructus impeditur, q. a affectiones ille nimis multiplicatæ interrumpunt propositū, & inconstans efficitur. Balaam cum fuit vocatus a Balach rege Moabitarum ad maledicendum populo Dei, vt exterminaretur ab angelo admonitus proposuit non dicere nisi ea, quæ dominus per eum mandaret dicendū, vel loqui faceret, quod & ter fecit. Sed illectus, & inclinatus affectu honoris, & pecuniæ quā appetebat ab illo rege mutauit propositum docens illū quomodo posset illos deuincere, videlicet mittendo ad castra iuuēculas ornatas ad allicien
Balaam ꝓp incō stantiā periit. dū eos ad fornicādum cū eis. Et licet populus ille proposuisset, & promisisset seruare mandata, & per consequens non fornicari, tñ multi inordinatē affecti ad voluptates fornicati sūt, sed puniti sunt occisis. 23. milibus, & ille Balaam cum his, qui dederunt eis illam occasionem perierunt, vt habetur. Nume. 22. Affectio etiam inordinata ad propinquos facit

§.2. Inconstans recedit a proposito ꝓp inordinationē affectus.

homines

homines inconstantes, & recedere a proposito perfectionis assumpto. Vnde Greg. in 7.mo ral. Sunt plerique, qui non solum aliena non appetūt; uerumetiā cuncta quæ possederant in mūdo derelinquūt, semetipsos despiciūt, nullam præsentis uitæ gloriam requirunt, ab huius mundi se actionibus separant, sed tñ adhuc uinculo carnalis cognationis ligati, dū amore propinquitatis indiscrete deseruiunt ad ea sæpe per affectum cogitationū redeūt, quæ iam cum proprio despectu subegerunt. Cumq, plus q̄ necesse est carnis propinquos diligunt, retracti exterius a cordis parēte diuiduntur. Nam sæpe quosdam videmus mūdum & opere & professione reliquisse, & tamen pro inordinato affectu propinquorū ptoria irrumpere, terrenarum rerū iurgiis uacare libertatem intimæ quietis relinquere, & mundi studia iam detracta reparare, hęc omnia. Greg. Et ego uidi tales in talia incidere, & tandē propter inordinatum affectū ppinquorum corpore & anima malè fortunari, oē propositū boni dimittere. Et paulo infra subdit ibi Greg. Sic quisque debet propinquorū necessitatibus compati, ut tamen per cōpassionem non finat uim suæ intentionis impediri, ut affectus mentis uiscera impleat, & tamen a spirituali proposito nō auertat, & amore spiritualium dilectionē in se propinquorū uincant. Quod pulchrè figuratum in illis uaccis ostendit, quas applicauerūt Philistei ad ferendum plaustrum, super quod posuerant archam domini. Dicitur. n. de eis. 1. Reg. 6. Tollētes duas uaccas, quæ lactabant uitulos iunxerūt ad plaustrum, vituloſq; earum clauserūt domi. Et paulopost ibant indirectū uaccæ p uiam, quæ ducit Bethsamis, & itinere uno gradiebant per gentes, & mugientes, & nō declinantes neq; ad dexteram neque ad sinistram. Vaccæ istæ designant uiros spirituales & prælatos, & doctores, qui in plaustro mētis debēt portare archam scientiæ sacræ scripturæ, in qua permaximè sunt Christi misteria absconditа figurata per ea quę in archa erāt. Vituli sunt eorum propinqui, uel filii spirituales Bethsamis interprætatur domus solis signans domum glorię. Debent ergo prælati, & doctores cum superna scientia ad æternæ lucis habitaculum se dirigere & cum incedūt attendētes necessitatibus propinquorum, uel filiorum spiritualium, corporalibus, uel spiritualibus designatis per clausuram eorum, mugire quidem debent per compassionē ad eos, sed colla posterius nō flectere, nec ab itinere cessare, sed Bethsamis tendere, non declinando ad dexteram neque ad sinistram. i. uiā rectitudinis tenendo, ad uicina erroris latera p affectu pignorū nō declinare sicut fecit Iob, qui audita non dico necessitate morte filiorū quasi mugitum dedit, dum tonso capite in terrā corruit, sed mugiens recto itinere iuit, quia os ad laudem Dei aperuit dicens. Dominus dedit, &c.

Bethsamis domus solis, inter prætat.

¶ Secundo procedit inconstantia ex horrore afflictionis. Quāuis. n. quis proponat firmiter se habere in bonis operibus. & non declinare a rectitudine propter quęcunque aduersa sibi occurrentia, quando videt sibi de propinquo imminere aliquod magnum periculum tribulationis, aut quando incipit pati angustias & dolores, recedit a proposito assentiens alicui malo, vt euadat mala imminentia. Vnde dr Iaco. 2. Vir duplex animo inconstās est in oibus uiis suis. Sicut simplex animo dicitur, qui in omnibus operib. suis respicit ad Deū omnibus pręponens commodis mundi. Ita duplex est, qui respicit ad salutem animæ & corporis, unum animum. i. affectum hbēs ad Deum, alium ad cōseruationem corporis sui. Nec ad Deum habet ita animū, quin admitteret aliquid seu faceret cōtra Deum pro sui cōseruatione, & suarum rerum. Hic igitur in constans est in omnibus uiis suis, qa cito recedit a proposito propter aduersa. De huiusmodi dicit. ps. 139. In ignē deiicies eos, i ignē s. tribulationis, in miseriis nō subsistenti. nō firmi stabunt in concepto proposito uirtutis. Discipuli domini fecerunt sibi firmum ppositum tempore passionis appropinquante ipsum nō deserere, & Petrus magis promittēs in carcerem, & in mortem ire secum, sed cum uideret sibi imminere periculum mortis, capto a Iudæis in orto omnes fugierunt. Petrus ad interrogationē aliorum ne crederetur discipulus eius, ter eum negauit cum iuramēto Matth. 26. & sic fuerunt inconstātes in proposito. Sed timendo mortem carnis tuæ (ait Augustinus) dabis mortem animæ tuæ. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronā uitæ Apoc. 2. Fidelis. s. seruando promissa in baptismate, videlicet abrenunciare diabolo, & temptationibus eius. Firmus persistēdo in uia mandatorum, & hoc usque ad mortem inclusiuè, ideſt etiam in his, in quibus sequitur mors, quæ est ultimum terribilium, sanctus Vrsicinus medicus iam sustinuerat multa martyria constāter pro fide Christi, sed ductas ad decollandum cæpit expauescere, & quasi a proposito recedere, sed confortatus uerbis sancti Vitalis resūpto uigore spiritus

§. 3. Horror aduersorum facit incōstantiā.

mortem suscepit. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit, inquit Apostolus. Contra aduersa tentationum, & tribulationis, ita scilicet q̃ constans vsq; ad mortem. Qui enim nimis timent, & horrent aduersa, hi nõ sunt apti ad vincendum inimicos spirituales, vnde nec ad regnum. ¶ Vnde huius figuram legimus in li. Iudicum septimo cap. quod cũ Gedeon deberet pugnare contra Madianitas & multis militibus congregatis cum eo de populo Dei. Primo ex iussu Dei sequestrati sunt a bellare debentibus omnes pauidi, & remissi ad domos suas. Secundo facta est iterũ alia p̃batio, seu examinatio eorũ, qui deberẽt pugnare, videlicet de omnibus congregatis & pergẽtibus ad potandũ ad aquarum fluenta, qui nõ genuflexi; sed erecti aquam sumerent manu ad os proiiciẽdũ, illi ut apti ad victoriam cum Gedeone soli assumerentur, alii verò qui flexis genib. de fluuio aqua biberẽt, illi ut inepti remitterentur ad propria, sicq, per hanc discussionem trecenti soli ex. 10. milibus remanserunt cum Gedeone qui ex Dei ordinatione hoc modo pugnãdo vicerunt, ad castra hostium accedentes lagenas omnes in sinistra manu tenerunt in q̃ bus vel super quibus lampades accensas habebant, & in dextra tubas; quibus buccinantibus, & lagenas fictiles inuicem percutiẽdo. frangẽtibus, sicque luminaribus lampadum apparentibus exterriti hostes in fugam conuersi sunt, & occisi. Vt exponit Greg. in morali. li. 3. cap. 28. Gedeon significat Christum qui ẽ caput exercitus populi Dei & iudex ecclesiæ. Interprætatur enim Gedeon circumiens in utero. Vnde aptè figurat Christum qui sua diuinitate cuncta circumiens, & complectens, & per humanitatẽ in utero virginis fuit Madiam interprætatur de iudicio significãs dæmones q̃ de iudicio iustè iudicãtis Dei repulsi sunt ab humano genere. Congregati cũ Gedeone ad bellandũ sunt cuncti fideles. Sed multi sunt uocati pauci uerò electi, s. q̃ habeant victoriam de inimicis. Nam quinimis horrent aduersa timentes pelli suę hi apti non sunt. Insuper & qui sapientes sunt haurientes aquas, s. doctrinam, flexis genib. in terra, ideſt quę ita uacant lectioni, uel auditioni diuinorum quod ea opere non seruant curuati ad terrena; hi etiã victoriam habere non possunt. Pauci ergo sunt, qui remanent cum Christo pugnantes, qui, s. nõ curui, sed recti remanent rectitudinẽ vitæ seruãtes diuinã doctrinam quam hauriunt. Et hi trecẽti sũt, i. habẽtes perfectam notitiam, perfectã scdm fidem trinitatis. Centenarius. n. numerus significat perfectionẽ, & ternarius trinitatem. Numerus etiã trecentorũ scdm Gre. continetur in littera Thau. quæ crucis speciẽ continet, cui si super transuersam lineã, id q̃ in cruce eminet adderetur, iam nõ crucis speciẽ teneret, sed ipsa crux esset. In his ergo trecentis sequẽtibus Gedeonem signãtur hi q̃ bus dictũ est a Christo. Si quis vult post me uenire abneget semetipsum & tollat crucẽ suam & sequatur me. Hi ergo ferunt crucẽ signatam in Thau per carnis sui mortificationẽ, per proximi in malis compassionẽ, p̃ passionis Christi fiduciam, & protectionem. Armati incedunt ab bellũ, s. tuba prædicationis, uel publicę confessionis cum expedit, lampade, & radio exemplaris cõuersationis, uel miraculorum corruscationis lagenis corporeis, quibus confractis per fatigationẽ, laborum toleratione, & tormentorũ & omniũ aduersorũ lętã perpessionẽ deuicti sunt inimici infernorum & ipsi cum victoria reuertũtur ad ciuitatem propriam supernorum, quia cõstãtes fuerunt, sic dictum fuit Ioh. Apoc. 7. Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione scilicet constantes in eis modo coronantur. §. 4.

Gedeon circũiẽs in utero interprætatur. Madiã interprętatur de Iudicio.

¶ Tertio procedit incõstantia ex subtractione delectationis. Sine gaudio seu delectatione aliqua diu q̃s stare nõ potest spirituali vl mũdiali. Cõtingit autem quod aliquis assuetus cõsolationibus mũdi, compunctus absti nere proponit uitiis, & firmiter permanere in uiamorum. Sed cum non studet in spiritualibus delectari, instigatur a consuetis uitiis, & tristitia tractus, de subtractione eorum delectatiõis instigationi assentit illius delectationis recedens per hęc a concepto proposito boni & sic inconstans efficitur. Vnde Iaco. 3. dicitur. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. Et licet ibi loquatur de zelo inuidiæ potest etiam intelligi de zelo amoris mali. In vtroq, enim zelo propter tristitiam exarentia delectationis cupitæ sequitur inconstantia, & recessus a bonis propositis, ut patet in Saul, qui ex zelo inuidiæ persequens Dauid aliquãdo recognoscens peccatum suum, proposuit & p̃misit non persequi. Et præcipuè quando potuit occidere Dauid Saulẽ in speluncã ingressum ad purgandũ uentrẽ, & altera vice cũ de nocte accessit ad tentorium suum tollens hastã eius, sed postea instigatus eodem zelo p̃ secutus est persecutionẽ suã iniustã. Et vt hoc pertinere ad speciale uitium quod dicit mollicies. ¶ Dicit. n. philosophus i 7. eth. q̃ mollis.

Subtractio delectatiõis fuit incõstantiã.

lis dꝫ qui recedit a bono ꝓpter triſtitias cauſatas ex defectu delectationum, quaſi cedens debili mouenti, vñ perſeuerantię opponitur pro cuius declaratione dicit be. Tho. 2. 2. qꝰ. 137. quod laus perſeuerantiæ in hoc cõſiſtit, quod aliquis non recedat a bono propter diuturnam tolerantiam difficilium, & laborioſorum, cui directe opponitur, quod aliquis de facili recedat a bono propter aliqua difficilia, quę ſuſtinere non poteſt, & hoc pertinet ad rationem mollitiei. Nam molle dicitur ꝙ facile cedit tangenti, non autem iudicatur aliquid molle, quod cedit fortiter impellẽti. Nam & parentes cedunt machinę percutienti. Et ideo non reputatur aliquis mollis, ſi cedat aliquibus valdè grauiter impellentibus. Vnde philoſophus dicit in 7. eth. ꝙ ſi qs a fortibus impellentibus delectationibus vincitur vel triſtitiis non eſt mirabile ſed condonabile ſi contra tendit. Manifeſtum eſt autem, quod grauius impellit metus periculorum quam cupiditas delectationum. Vnde Tullius dicit in primo de officiis. Non eſt conſentaneum qui metu non frangitur eum frangi cupiditate, nec qui ſe inuictum a labore præſtiterit uinci a uoluptate. Ipſa etiam uoluptas attrahendo fortius mouet, q̃ triſtitia de carentia voluptatis retrahendo, quia carentia voluptatis eſt purus defectus.

Mollis quis dicatur.

Mollis ergo propriè eſt, qui recedit a bono ꝓpter triſtitias cauſatas ex defectu delectationum. Eſt autem vitium diuiſum, & diſtinctũ ſpecie a vitio mollitiei, de quo dictum eſt ſupra in c. de vitio contra naturam. Nam illud pertinet ad luxuriam & opponitur caſtitati. Iſtud ad inconſtantiam, & opponitur perſeueranitæ. Quod. n. aliquis cedat debili mouenti quod pertinet ad mollitiem, hoc poteſt eſſe dupliciter. Vno modo quia difficilius poteſt delectationũ abſcentiã ſuſtinere. & hæc mollities pertinet ad incoſtantiã. Alio modo naturali diſpoſitione, quia videlicet habet animum minus conſtantem propter fragilitatẽ complexionis, & hoc modo comparantur fœminæ ad maſculos, ut dicantur mulieres quaſi molles, & maſculi uiri quaſi uiriles, & ideò per quandã aſſimilationem qui muliebria patiuntur dicũtur molles quaſi mulieres effecti, quod pertinet ad luxuriã. ¶Sciẽdum etiam ꝙ delicia eſt quędã mollicies ſm philoſophum in 6. eth. i. & ſm Thomam mollities propriè reſpicit defectum delectationũ delicię autem cauſam impeditiuam delectationem, puta laborẽ, & huiuſmodi. Voluptati enim corporali opponitur labor. Et ideò res inquantum ſunt laborioſæ intantum impediunt uoluptates. Delicioſi autẽ dicuntur qui nõ poſſunt ſuſtinere aliquos labores, nec aliquid quod uoluptatem diminuat. Vnde dicitur Deute. 28. Tenera mulier & delicata quæ terram ingredi non ualebat, nec pedis ueſtigium in terra figere propter mollitiem. Item inquantum in ludis ſolatiis, & huiuſmodi eſt ibi quædam remiſſio, ſeu reqes quę opponitur labri. Et ideò ſicut non poſſe ſuſtinere laborioſa pertinet ad mollitiem, ita & nimis appetere remiſſa, vel quamcunque quietem in ludis, ſolatiis, vel recreationibus corporalibus vel in non ſurgendo ad uigilias noctis debitas pertinet ad mollitiem.

¶Sed nota quod duplex eſt mollities, & delicia. Vna criminalis de qua dicitur prouer. 18. Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo frater eſt ſua opera diſſipantis. Et & primæ. Thimo. 5. Vidua viuẽs in deliciis mortua eſt ſcilicet in anima. Alia ſpiritualis de qua Eſa. 47. dicitur de anima lapſa ad terrena ex uita ſpirituali. Non uocaberis ultra mollis, & delicata. Et Canti. Quæ eſt iſta quę aſcendit de deſerto deliciis affluẽs ſcilicet ſpiritualium gaudiorum? Et prouerbio. 8. Delicię meæ eſſe cum filiis hominum.

Duplex mollities.

¶De *amore ſui.* *Cap.* 13.

AMor ſui eſt quinta filia luxuria. Sed notandum ſecundum Thomam ſecũda ſecundę q. 25. articu. 5. Amare ſeipſum contingit tripliciter.

¶Vno modo prout eſt communè omnium.

¶Secũdo modo prout eſt proprium bonorũ.

¶Tertio modo prout eſt proprium malorũ.

¶Homo enim dicitur aliquid eſſe dupliciter. Vno mõ ſcđm ſuam ſubſtãtiam & naturã. Et ſcđm hoc oẽs æſtimant ſcđm bonũ cõmune ſe eſſe id quod ſũt. i. ex anima & corpore compoſitos, & ſic omnes homines boni, & mali diligunt ſeipſos inquantum diligunt conſeruationem eſſe ipſorum, quod naturale eſt vnde nec uitium. Secundo mõ dicitur hõ aliquid eſſe ſecundum principalitatem, ſicut princeps ciuitatis dicitur eſſe ciuitas, vnde quod princeps facit, dicitur facere ciuitas. Sic autem non omnes æſtimãt ſe eſſe id quod ſunt. Principale enim in homine eſt mens rationalis. Secundarium eſt natura ſenſitiua & corporalis, quorum primum Apoſtolus nominat hominem interiorem. Secundum uero hominem exteriorem. 2. Cor. 4. dicens. Licet his qui noſter eſt homo exterior corrũ

patur,

ptur scilicet corpus, tamen his qui noster est homo interior, renouatur de die in diē, idest mens rationalis. Mali igitur æstimāt principale esse in eis naturam sensitiuam, ut corpus. Vnde non rectè cognoscentes, non verè diligunt seipsos, quia non secūdum id qđ uerè est principale in eis Boni verò cognoscētes verè seipsos, verè seipsos diligunt, quia scđm quod vere est principale in eis. i. scđm mētē naturalē, & hoc é diligere seipsum qđ præcipitur, ex quo ponitur pro exemplo dilectionis proximi dum dicitur. Luiti. 19. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Et loco amici dicitur. Matthę. 22a Christo proximum tuum, & hoc pertinet ad uirtutem charitatis. Sed amor quod peccatores amant seipsos, id est secūdum corpus & sensualitatem est peccatū, & causa multorū malorum Et de hoc intelligitur illud psi. 79. scđm expositionē Aug. Incensa igni & suffosa, ab increpatione uultus tui peribunt. Vbi Augustinus. Omnia peccata procedunt aut ab amore malè in flāmante, & hęc sunt incēsa igni, scilicet opera mala, aut a timore malè humiliante, & hęc sunt suffosa, quia deijcit & quasi suffodit animum timor. Sed peribunt idest facient homines perire talia opera facientes ante faciem Dei increpantis propter huiusmodi. Timor enim malus ab inordinato amore procedit. Ex eo enim quis timet dum expectat, vel dubitat aliquid quod amat sibi aufferri uel lædi. Iste amor sui secūdū sensualitatem secundum Augustinū in quarto de ciuitate Dei, est ille qui ędificat ciuitatem Babylonis, idest statum damnationis crescens vsque ad contemptum Dei. Incensa ergo igni, idest amantes seipsos scđm naturam sensualem peribūt domino increpante iudicio triplici tatione.

¶ Primo quia Deo inimicantur.

¶ Secundo quia proximo iniuriantur.

¶ Tertio quia in uitio multiplicantur.

§. 1.

Amor sui inimicat Deo.

Inimicatur quidem Deo amor sui, qa vbi debet quilibet Deū habere ut ultimum finem, quia verè est ultimus finis omnium, ad quē omnes alii fines reducendi sunt, per amorē sui talis habet seipsum ut ultimum, & sic fruitur seipso, & vtitur Deo. Dicit autem Augustinus quod nil peius, quam frui utendis, & uti fruendis. Amat enim se, & conseruationem sui, ut gaudeat secundum sensualitatem non curans Deum offendere, ut ei complaceant, nec uellet mori etiam Deum in gloria videndo, sed patriam facit de exilio. hic vtitur Deo quo frui debet, quia non amat Deum propter seipsum, sed ut ei prosperet, & benè faciat. Et illas cōditiones verè amicitiæ quas deberent habere cum Deo, & cū ratione, ad seipsos secundum sensualitatē habēt nō scđm rōnē. Apparet hoc p illa quinq, quę sunt propriæ amicitiæ scđm philosophū in 9. ethicorū. Amicus enim vult suū amicū esse, & uiuere. Secūdo vult ei bona. Tertio ad honorem laborat & operatur. Quarto conuiuit et delectabiliter. Quinto cōcordat cū ipso eisdē delectatus, & cōtristatus cū eo. Mali autē homines amantes se, nolunt conseruare integritatem mentis, sed corporis & uitæ sensuali. Secundo nō appetūtur menti spiritualia bona, & Dei gloriā, sed corpori delectabilia. Tertio nō operant, neq, laborāt pro uirtutibus acquirendis, & ad honorē Dei; sed ad delectandum corpus, & propter hoc sustinēt magnos labores, & pericula, ut patet in furtis, adulteriis, & aliis malis, quæ ppetrāt quotidie. Quarto non eis delectabile redire ad cor, & conuiuere mēti gaudiosæ, & hoc ideò quia inueniūt ibi mala, & pūnia, & prętenta peccatorū & futura pænatū, quę horrēt, nec gloriātur cum Deoloqui in orationibus, & lectionibus, sed gaudent & conuiuunt delectabiliter cū sensualitate, semper in hmōi q̄rētes uersari, quæ sensibus sint placibilia. Quinto nō sibiipsis concordat s. rōni, ppter cōscię tiam remordentem, nec cū uolūtate Dei, sed bene concordant cū appetitu sensitiuo ipsi obedientes. Et quia per maximè dedit luxuriæ amant se scđm sēsualitatē, cum illa maximè absorbeat rationē ideo dicitur istæ amor sui filia luxuriæ & ñ in aliis, & cū aliis uitiis reperiatur. ¶ Ad hunc amorem sui pertinere uidetur prudētia carnis, de qua dicit Apostolus Ro. 8. Sapiētia carnis inimica é Deo. Dicit. n. be. Tho. se. se. q. 55. ar. 1. q̄ prudentia sit circa ea quæ sunt ad finē totius vitę ideo prudentia carnis, ppriè dicitur scđm q̄ aliqs bona carnis habet, ut in ultimū finem uitæ suæ & qa p hoc deordinatur circa ultimū finē q̄ nō cōsistit in bonis corporis, ideo est peccatū, debet enim diligi caro ita ut ordinet ad bonū animæ sicut ad finem, nō quod in ea cōstituatur finis, & non solum est peccatū, sed etiam mortale, quando uidelicet constituit finis in hmōi delectationibus carnis. Ira uidelicet studens diuersis uiis, & modis quom̄ posset delectare sensualitatem, quod paratus est facere contra Dei legem. Vbi dicitur. Ro. 8. qđ prudentia carnis legi Dei subiecta non est. Et sub prudentia carnis includitur ēt prudentia mundi inq̄tū. s. exteriores res mūdi q̄runtur propter carnem, de qua Lucæ. 16.

Nota q̄ sunt propria amicitiæ.

Prudentia carnis.

Prudentia mundi.

Filii huius ſeculi prudentiores ſunt filiis lucis. Et Baruch. 3 filii Agar quæſierunt prudẽtiam quæ de terra eſt. Sed quod aliquis aliquando inordinatè afficiatur ad aliquod delectabile carnis, & ſic adhibeat ſtudium, & diligentiam ad cõſequendum illam delectationem, non tamen ibi conſtituens finem, vel in eum quod contra præcepta fit, erit tunc venia le prudentia carnis, & hoc eſt quod ait apoſtolus. Carnis curã ne feceritis in deſideriis. ¶ Secundo per amorem ſui inordinatum iniuriatur quis ꝓximo multipliciter. Et primo quidem: quia multa quæ ſuperfluè expendit ad delitias ſuas, & delectationes ſubtrahit pauperibus. Et quis eſt tam iniuſtus inquid Ambr. quam qui multorum ſubſidia, ſuas delitias parat? diſt. 47. Sicut hi. In quo magis ad huc delinquunt clerici qui bona ſeu redditus eccleſiarum, quæ ſunt pauperum vltra ſuam neceſſitatem conuertunt in delitias carnis contra quos inuehitur Hiero. dicens. Natus in tugurio & ruſticana domo, qui vix rugientem ventrem milio vel cibario pane ſaturare poteram, nunc ſimilam & mella faſtidio, 12. q. 2. gloria, & loquitur in perſona eorum. Bernar. in ſermonibus ad idem. Clamant nudi clamant famelici, & conquæruntur de clericis dicentes. Nobis fame & frigore miſerabiliter laborantibus, quid conferunt tot mutatoria, vel extenſa in particis; vel plicata in manticis noſtrum eſt quod effunditis. Nõne crudeliter nobis ſubtrahitur quod inaniter peditis? Et nos Dei plaſmatio, & nos Chriſti ſanguine redẽpti ſumus vita noſtra cedit vobis in ſuperfluas copias. Noſtris neceſſitatib. detrahitur quicquid veſtris vanitatibus accedit. Hæc ille. Hoc totũ ꝓcedit ex nimio amore ſui. Charitas enim quæ contrariatur ſibi nõ quærit quæ ſua ſunt dicit Apoſtolus. 1. Cor. 13. ſcilicet tantum; ſed & quæ ſunt aliorum. Vnde & de Alexandro Magno dicitur, quod cum ſemel eſſet magno exercitu in quodam loco ſterili & inaquoſo; & ſitiret ipſe cũ exercitu ſuo fuit oblatus ſibi cyphus aquæ: ſed conſiderans, quod de eo omnes alii bibere non poterant effudit in terram aquam illam. Et iſto amore ſui nimio non ſolum non ſubuenitur proximo in neceſſitate; quinimmo & multæ oppreſſiones, & fraudes, & iniuſtitiæ, & prædationes perpetuantur, & adulteria, & inceſtus, & ſtupra, quæ omnia ſunt contra proximos in magnam iniuriam eorum. Vnde Dauid adulterium operatus eſt cũ Berſabeæ niſi ex nimio ſui amore ſatisfacere uolens concupiſcentiæ ſuæ. Vnde filius eius Amon conſtuprauit germanam ſuam, etſi ꝓpter amorem proprium. Vnde Nembroth cẽpit eſſe robuſtus venator hominum, ideſt oppreſſor Gene. 10. & primus tyrannus volens aliis dominari niſi ex ſui amore. Vnde Romulus ſolus occiſo germano uoluit primus obtinere regnum Romanorum. Marius, & Sylla pluries conſulatum. Iulius Cęſar demũ imperium multis iniuriis, & ſtragibus populorum ſi ex ſui amore, ut ait Aug. de ci. Dei. Vnde & Plato dixit ciuitatem illam bene regi in qua quis proprios neſcit affectus; ideſt amorem propriũ. Et Sene. ait, quod ſi iſta duo pronomina meum, & tuũ tollerentur de mundo, ſcilicet quo ad effectum, & affectũ omnis guerra, & controuerſia ceſſaret, quæ duo pertinent ad amorem ſui inordinatum, hæc eſt cauſa omnis diſcordiæ in ciuitate. Nam quia quilibet nimis ſe amans vult in impoſitionibus, & grauaminibus præ cæteris, & vltra debitum alleuiari, & in honoribus ſuperalios exaltari; vnde oriuntur ſectæ, ſeditiones, & perſecutiones ad inuicem. Mãdauit dominus in veteri lege Miluum non debere comedi, cuius vox eſt mio mio, quia videlicet propter tales mores Milui nos nõ vult fideles ſibi incorporari, & in cauſa propria ſtatuerunt iura, nullus ſit iudex ex eo quod amor ꝓprius mẽtem excęcat.

§. 3. Peccata multiplicãtur ꝓ ſui amorem.

¶ Tertio per amorẽ ſui nimium peccata multiplicantur tales enim de facili tranſgrediuntur omnia mandata Dei, & eccleſiæ cum ſint grauia ſenſualitati. Se non poſſe ieiunare affirmant, incantationes; diuinationes; & diuerſa ſacrilegia ſequi non curant & facere, vt conſequantur ſanitatem corporis ſui, quod inordinatè amant. Si in clero ſunt officia diuina euitant, ab ouibus ſuis lanam. & lac requirũt cum omni diligentia de animabus autem eorum parum curant. Si in religione de cerimoniis nihil curant; de communicare parum; dum eis bene ſit. Hic amor ſui eſt ille de quo Chriſtus ait Ioan. 12. Qui amat animam ſuã perdet eam. Qui enim amat animam ſenſitiuam volẽs ſatisfacere appetitui ſenſitiuo ſuo; perdet animam intellectiuam multa vitia incurrendo, & eſt ibi relatio reciproca ibi eam. Ponit autem Apoſto. 2. Thimo. 3. quæ mala ꝓueniant ex amore ſui dicens. Erunt in nouiſſimis temporibus homines ſeipſos amantes. Vbi dicit bea. Tho. ſuper hunc locum. Radix totius iniquitatis eſt amor ſuiipſius, ſcilicet ſecundum ſenſualitatem. Ex hac radice ſunt diuerſæ ſpecies iniquitatis quæ conſequẽter enumerat Apoſto. Cupidi quo ad bona exteriora.

riora appetendo etiam non ſua. Elati, elatio eſt ſpecies ſuperbiæ qua ſcilicet ſuper alios ſe præfert. Superbi quo ad alias ſpecies ſuperbiæ. Blaſphemi quo ad Deum, male dicentes de Deo, parentibus nō obedientes in his quæ debent. Ingrati quo ad benefactores, & reſpectu beneficiorum receptorum. Sceleſti grauia aliqua peccata admittētes contra proximos, vt homicidium, ſodomiam, & huiuſmodi. Sine affectione, quo ad effectum charitatis. Sine fœdere. i. ſine pace. Criminatores. i. imponentes crimina falsò aliis. Incontinentes quo ad luxuriam mentis. Immites, ideſt iracundi, & non manſueti. Proditores, uel ciuitatum, vel perſonarū, vel ſecretorum. Inconſtantes. i. imperſeuerantes in propoſitis, uel impatientes. Tumidi, ideſt præſumptuoſi ultra uires ſuas opera aggredientes. Cęci ideſt nō habentes rectum vſum rationis. Voluptatum amatores non ex paſſione, ſed ex habitu luxurioſi. Speciem quidem pietatis habentes, ſed virtutem eius abnegātes, vt hypocritæ & hos deuita. Sed ut dicitur prouerbio. 14. extrema gaudii luctus occupat & ſempiternis. Et ut dicitur Apocal. 18. Quantum ſe exaltauit, & in delitiis fuit tantum date illi tormentum, & luctum, & aliquando ēt in uita præſenti pmittit Deus ad tales miſerias deuenire.

Exēplū de muliere delicata.

¶ Narrat Petrus Damianus, q̄ dux Venetiæ Conſtantinopolitanę vrbis habebat vxorem, quę tam tenerè, & delicatè viuebat, & tam artificioſa uoluptate ſe mulcebat, ut ſe communibus aquis dedignaretur abluere, ſed eius ſerui de rore cœli undique collecto laborioſum ei balneum præparabant, cibos ſuos non tangebat, ſed ab eunuchis eius alimenta quęque minutius conſcindebantur in fruſtula, quæ mox illa cum fuſcinulis aureis, & bibentibus ori ſuo liguriens adhibebat, cubiculum eius tot aromatibus, & thimiamatibus redolebat, ut etiam dictu fœtidum ſit, & auditu incredibile. Sed dum adhuc viueret vibrato ſuper eā iudicii mucrone, corpus omne computruit, ita ut totum cubiculū intollerabili fœtore cōpleret, nulluſque illam ferre potuit, non conſueta, non ſeruulus, nix vna ancilla non ſine ſpecierum redolentium auxilio in eius ſerui tio remanſit, quæ tamē raptim accedens cur ſim recedebat, diutius hoc languore detenta, & miſerabiliter cruciata amicis quoque lætantibus diem clauſit extremum. Hinc poteſt illud adaptari quod ſcriptum eſt. Quantū ſe exaltauit, & in delitiis fuit, tantum dare ei tormentum & luctum. Hæc Pet.

De amore præſentis ſæculi. *Cap.* 14.

AMor prę ſentis ſęculi ponitur a Greg. ut dictum eſt ſupra filia luxuriæ. Et videt hoc peccatum in hoc cōſiſtere, quia homo nimis afficitur ad uitam prę ſentem propter delectationes, quæ habentur ex rebus mundi. Et quia inter has maximè ſunt delectationes venereę, ideò ponitur amor prę ſentis ſęculi filia luxurię. ¶ Et cum tam inordinatè quis afficitur ad mundum, ſeu ad permanendum in mundo propter delectabilia eius, quòd fruatur eò ponens, ſcilicet finem ſuum in vita prę ſenti cupiens in mundo perpetuari, & nil curans de ſuperna fœlicitate: illud mortale eſt & multis uitiis commixtum. Et de hoc intelligitur illud Iacobi 4. Qui voluerit eſſe amicus huius ſęculi, inimicus Dei conſtituetur. Et illud 1. Ioan. 2. Qui diligit mundū non eſt charitas patris in eo. Et ad idem facit quod ait Hieron. Difficile imò impoſſibile eſt, ut p̄ſentibus quę fruatur, & futuris bonis, & in vtroque ſęculo appareat glorioſus, & de delitiis tranſeat ad delitias. Sed affectando in mū do permanere, ut proſit alijs, uel ut ipſe in uirtutib. proficiat, vel ut de peccatis magis ſatisfaciat, ſeu quodam appetitu ſenſuali, vel naturali, quo vt dicit Boetius. Omne animal vitā tueri laborat. Et ſecundum q̄ Chriſtus dixit Petro. Cum ſenueris, alius te cinget, & ducet quo tu non vis, ſcilicet ligando, & ducet &c. ſcilicet ad mortem. Io. vlt. Illam non uolebat inflictu ſenſualitatis vel naturæ: ſed ſecundū rationem, & hoc non eſſet peccatum, vel ſi eſſet aliquantulum inordinatus affectus ad vitam præſentem eſſet veniale.

Eſt mortale amor ſui.

¶ De amatoribus huius ſæculi poteſt intelligi illud pſ. 13. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis, non eſt qui faciat bonum non eſt vſq; ad vnum. pſ. 13. Naturaliter quilibet vitat & deteſtatur deſtructionē rerum, & corruptionē, & abominationē, & boni defectionem. Nam bonū eſt quod oīa appetunt (inquit philoſophus.) Et econtra malū per ſe nemo appetit ſm Diony. Et ideo Io. Euang. in prima can. c. 2. admonet nos dicēs. Nolite diligere mundum, neque ea q̄ ſunt in mundo, quia omne quod eſt in mundo. i. in amatoribus mundi, aut eſt cōcupiſcentia carnis, aut concupiſcētia oculorum, aut ſupebia vitæ, & mūdus peribit & concupiſcētia eius. Siquidem ab amatoribus mundi quæruntur delitię ſeu delectationes carnis, circa quas eſt concupiſcentia carnis. i. luxuria, & gula. Quę-

§. 1.

runtur

runt & diuitiç circa quas ẽ cõcupía oculorũ, .i. auaritia. Appetuntur & honorificentiæ q̃ resultant ex laude hominum seu fama, potẽtia, dignitates, sapiẽtia & hmõi, circa quas ẽ superbia uitæ. Sed deficiunt omnia ista cũ de sideriis suis. Nã corpus corrumpitur & in terram conuertitur, diuitiæ corrũpuntur & cõuertuntur in terram finaliter, quia de terra facta sunt & in terram pariter cõuertuntur. Inquit sapiens. Potentiæ & dignitates corrumpuntur, & deficiunt, & sub terra positis pedibus conculcantur. Et sic corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Studiũ. n. est aĩ vehemens applicatio circa aliquid ſm Tulium & Tho. ¶ Quę ãt sint studia mundanorum, ad quæ vehementissimè applicãt animũ ostẽdit scriptura dicens. Oẽs a maiori vsq, ad minorem auaritię studẽt Hiere. 6. Et prouer. 23. dicitur de quibusdã. Morantur in uino, & student calicibus epotãdis, i. ad multum bibendum. Et paulopost. Sicut Regulus uenena diffundet. s. uinum potatũ. Regulus est quidam serpens, cuius uenenum maximè est mortiferum, sed nil ita mortiferum humanis ingeniis, ut luxuria est inquit Sene. q̃ exnimio potu & cibo procedit. Et Hiere. 21. dominus ait, s. superbis confidẽtibus de uiribus suis Dicitis. Quis percutiet nos, & quis ingredietur domos nostras? Et uisitabo uos iuxta fructum studiorum uestrorum dicit dñs. Succendam ignem. Ecce qũo abominabiles facti sunt in studiis suis, quia dixerunt per affectũ nõ est Deus. s. quia est uerus dominus in cœlo. Sed de creaturis miseris quibus student fecerunt sibi deos, delitiis, diuitiis, & honorificentiis, quibus sunt immersi. Et sicut ait Apostolus. Ro. 1. Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in gloriã imaginis corruptibilis hominis, uolucrum, quadrupedum, & serpẽtũ. Serpentes comedentes terram sunt auari, uolucres per aera uolantes sunt superbia alta q̃rentes, quadrupedes lutum incendẽtes sũt luxurioſi. Isti omisso cultu & studio ueri Dei totum studium suum ponunt ad ista, ut uideãtur p̃ diis, & summis bonis habere ea. Et sic corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis, nõ est qui faciat bonum. Quomodo bonum facere possunt quod sit uerum bonum, cum mundus non habeat, neq, accipere possit spiritũ sanctum secũdum doctrinã Christi. Ioan. 14. a quo procedit omne bonũ. Nec enim mudi amatores cognoscunt uerũ Deum. Ioan. 1. Mundus eum non cognouit. Nolite ergo diligere mundum neq, ea quæ in mundo sunt. In mundi amatoribus exquo corrupti sunt abominabiles facti sunt in studiis suis non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, vbi tria possunt notari in amatoribus mundi propter quæ mundus nõ est diligendus secundum sententiam Ioannis. Euangelistę, Nolite diligere &c.

¶ Primum defectibilitas mundialitatis, ibi, Corrupti.

¶ Secundum vilitas entitatis, ibi, Abominabiles facti sunt.

¶ Tertium nullitas probitatis, ibi, Non est q̃ faciat bonum &c.

§. 2. Mũdus est spernendus pp defectibilitatem.

¶ Quantum ad primum, defectus mũdi qũo ipsæ deficiat continuè cum rebus suis, quas p̃ sũmis bonis habent amatores mundi, ostẽdit ps. cum dicit de eis. Corrupti sunt &c. Vñ & cum amor huius mundi, qui erat in descẽdentibus a Cayn, qui primus ædificauit ciuitatẽ in mundo vocans eam Enoch. Genes. 4. quod interprætatur dedicatio, quia se totaliter per amorem dedicauerat mundo. Tamen quia istę amor sæculi subintrauit in generatiõe Seth, effecta est mala, & corrupta mẽte, & corpore. vnde dicit. Gen. 6. Corrupta est terra coram Deo & repleta iniquitate, propter quod Deus immisit diluuium vniuersale, & sic corrupti sunt omnes, qui erãt in mũdo exceptis reseruatis in archa. Quamuis autem corruptio strictè importat mutationem seu destructionem rei quãtum ad formã substantialem sicut uinum dr̃ corruptum quando efficitur completè acetum vel marcidum & animal dr̃ corruptum cũ moritur & efficitur cadauer tamen largius sumitur in scriptura pro mutatione ẽt secũdum aliquam qualitatem corporalẽ, vel spũalem. Et secundum hoc dicit Apost. 2. Corinth. 4. Is q̃ noster est hõ, exterior corrumpitur, s. secundum diuersarum uarietatem qualitatum. Et Ecclesia. 8. Omnes in corruptiõe sumus, & 2. Thimo. 4. Homines mente corrupti. Corrupti sunt ergo amatores mundi mente, & corpore cum diuitiis, & delitiis, & honorificentiis suis. Vnde in lib. Sap. ponitur locutio eorum in mundo isto, & postea in alio declarant qũo corrupti sunt, & ad nihilum redacti. Venite inquiunt ad suos sequaces. Sapient. 2. & fruamur bonis quæ sunt. s. in mundo isto, s. inhærẽdo eis totaliter per amorem. Vtamur creatura tẽquam in iuuẽtute celeriter, vino præcioso & vnguentis nos impleamus. Non prętereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis ante quam marcescãt. Nullum pratũ sit quod nõ pertranseat luxuria nostra. Nemo sit exors luxuriæ nostræ ubiq, relinquamus lętitię sig-

na,

gna,quoniã hęc eſt pars noſtra, & hęc ſors. Opprimamus pauperẽ iuſtum ſcilicet per diuerſos modos auaritiæ. Nõ parcamus viduę. nec ueneramur canos multi temporis. Sit fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ,ſcilicet ſuperbiã, hęc ibi. Corrupti ſunt ũ ſuis amatoribꝰ, & in inferno ſe recipiẽtes, & præauguſtiæ ſpiritus gementes, dicunt. Laſſati ſumus inuia iniquitatis, & perditionis. Quid nobis profuit ſuperbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tãquã umbra. Sap. 5. Nolite ergo diligere mundum ex quo corrupti ſunt omnes mundi amatores cum ſuis, & defecerunt quam citius, & deficiunt, cuius celerrimus defectus, & corruptio tripliciter poteſt oſtendi.

¶Primo ex ſcripturis.

¶Secundo ex figuris.

Defectio mũdi oſtenditur in ſcripturis.

¶Tertio ex experientiis.

¶Scripturæ tam ſacræ q̃ alię inſinuant clarè q̃ cito tranſeat uita huius mundi cũ ſuis uanitatibus. Vñ Apoſtolus. 1. Corin 7. Qui utũtur hoc mundo tanquam qui non utantur. i. non multum inhæreant per amorem ipſis rebus Et ſubdit Præterit enim figura huius mũdi. Subſtantia utique mundi. ſ. elementorum & cælorum, & hominum nõ præterit, ſed ſtat in ęternum, præterit autem figura. i. apparentia, quæ pulchra, & ſuauia apparent in mũdo Et q̃ cito prętereat, Iob. 20. oſtẽdit dicẽs. Gaudiũ hypocritę ad inſtar puncti. Verè mũdus eſt hypocrita, q̃ ſecundum apparẽtiam exteriorem videtur bonus, & ſecundum rei ueritatẽ eſt malus, & plenus miſeria, & nequitia ita mũdus iſtæ videtur in illis ſenſibilibus rebus bonus, ſed plenus falſitatem & malitia. Gaudium autem, & omnis delectatio eius ẽ ad inſtar pũcti, qui eſt quid indiuiſibile. Nam de ꝑteritis delectationibus nihil habes ſicut nec de præterito tempore niſi reatum. De futuro nihil obtines. Solum ergo nunc inſtans habes quod ſubito trãſit. Ducunt (inquit idẽ) in bonis dies ſuos. ſ. mundani, & in pũcto ad inferna deſcẽdunt videlicet in morte. ¶Idẽ oſtendit Gregorius dicens in primo moraliũ. Cũ mundi gloria repentinus finis interci pitur. Breuis proculdubio innoteſcit fuiſſe Et in quadã homilia ait. Ecce mundus qui diligit, fugit. Et quia labentẽ mundum retinere nõ poſſumus, neceſſe eſt cũ ipſo labamur, & Bernar. in quodam ſermone. Omnis delectatio mundi huius, uniuerſaque eius gloria, & quidqd in eo cõcuſpicitur prorſus modi cum eſt in illius ſ̃licitatis, & gloriæ cõparatione, ſi tamen modicum dici debet, & nõ potius nihil. Quomodo corrupti ſunt amatores mundi mente, & corpore oſtẽdit Iohel dicẽs velata locutione audite ſenex, & auribus percipite omnes habitatores terræ & paulopoſt. Reſiduum erucæ comedit locuſta. Reſiduũ locuſtę comedit brucus. Reſiduum bruci comedit rubigo. Expergiſcimini ebrij, & vtilitate omnes qui bibitis vinũ i dulcedine, quoniam periit ab ore ueſtro. ¶Quantum ad ſenſum litteralem Nicolai de Lyra de quattuor monarchiis mundi exponit ſignatis per erucam, locuſtam, brucum, Et rubiginem. A quibus deuoratus & corruptus eſt mundus per bella innumera, ſicut per illa corrumpuntur, & conſumuntur blada. Eruca ergo fuit monarchia Aſſyriorũ, quæ cũ exercitib. ſuis cõſumpſit mundum in patribus orientis. Locuſta fuit monarchia Medorũ & Perſarum, quæ in alia parte mundi cõſumpſit, & deuorauit multa. Bruchus fuit monarchia Græcorum, quæ mundum in alia parte corrupti. Rubigo fuit monarchia Romonarum quæ in partib. occidentis deſtruxit quod remãſerat occiſis innumerabilibus milibus per prælia & præcipue ciuilia. Vinum quo ebrii ſunt homines & ſoporati eſt amor mundi, dulcedo eius eſt delectatio eorum, quæ ſunt in mũdo, ſed debent homines excitari, & cõſiderare, quoniã periit vinum omnis amoris, & delectationis q̃ ſunt in mundo. Corrupti ſunt ergo omnes ille monarchiæ cum ſuis bonis uanis. Greg. autem in lib. 34. moralium exponit ſpiritualiter de uitiis, quæ corrumpunt mũdũ in mẽte dicens erucam, quę incedit toto corpore luxuriã ſignificare, quæ aliquos mũdanos conſumit. Locuſtam q̃ volare videt, ſed cadit ꝑ ſuperbiam, & elationẽ, & præſumptionem, quæ alios corrumpit in mundo. Brucũ verò gulam quia multũ deuorat. Rubiginem. ſ. uẽtum utentẽ, dicit ſignificare iram, quæ ſubito incendit, uel auaritiam, quæ urit mentem. Ebrios dicit ſignificare amatores mũdi. Expgiſcimini, & nolite diligere mũdũ quoniã periit uinũ. ¶Secũdo oſtenditur quomodo mũdus, & uita præſens cito tranſeat cũ ſuis gaudiis per figuras. i per ea, quibus aſſimilatur. Aſſimilatur. n. ualde rebus caducis, uidelicet umbrę, flori, fæno, nebulę ſeu uapori, talæ, & aliis huiuſmodi. Homo inquit pſ. 143. Vanitatis ſimilis factus ẽ. i. mutabilitati, dies eius ſicut umbra ꝑtereũt. Mũdus dicitur a motu. Et quãuis omnia ſint i motu iuxta illud Boet. j. Stabiliſq, manẽs das cuncta moueri, ꝓ quod omnia uanitas. Homo tamẽ dicit uanitas uanitatũ. Eccleſ. 1. quia ſuper oĩa mutabilis,

Vitia corrumpũt mũdum in mente.

Mũdum eſſe trãſitorium oſtendi tur per figuras.

bilis, affectu, intellectu, sensu, loco, alteratione, corruptione, & nunquam in eodem statu permanet. Iob 14. Dies eius. subdit psal. 143. sicut vmbra prætereunt. Quanto quis magis insequitur vmbram suam; tanto magis fugit, & imperceptibiliter vmbra deficit. Clama dixit dñs semel Esaiæ. qui respondit quid clamabo, Cui dominus. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnum & cecidit flos: quia spiritus domini insufflauit in eo. Esa. 4. Verè fœnum est populus, Sicut enim fœnum nascitur viride, & paulatum crescit, superueniente verò calore arescit, & per falcem de terra euellitur, & animalibus comeditur. Flos ex herba, producitur pulcher & amabilis aspectu, sed paulopost decidit & marcescit & pro nihilo habetur: ita homo nascitur de muliere, vt fœnum de terra habens viriditatem viuacitatis in iuuentute, sed calore naturali paulatim consumente humidum radicale senescit, decidit, induratur, & arescit, & per falcem mortis de agro mundi tollitur, & vermibus corpus comedendum traditur. Anima verò si amorem sæculi secum habet a bestiis inferni deuoratur. Flos enim est gloria hominis & honor quem hêt in mũdo pulchritudo, & delectatio, sed cito transit & pro nihilo æstimatur. Quæ est uita inquit Iacobus in canonica sua. c. 4. Vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur, sicut enim nebula de terra, vel de aqua exiit, & paulatim in aere ascẽdit, sed cito apparente solis radio dissoluitur, & ad terram imperceptibilis resoluitur, ita homo apparet aliquantulũ in mundo, & calore febrili dissoluitur, & ad terrã prosternit ne amplius videatur. Et Ezechias in cantico suo ait. Præcisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordiret succidit me de mane vsq; ad vesperam finies me. Esa. 38. Assimilatur vita nostra telæ quæ ordiatur: cuius vna pars est texta. Et tñ inuoluta manet, & parum de ea vr alia texenda, & ẽt non vr, solum illa pars in qua laboratur per multum laborem, & motum videtur. Sed telã materialem non præcidit texens communiter, nisi cum cõpleuerit, quia dominũ habet in hoc super eam. Sic de tempore præterito vitæ nostræ nihil uidetur, & de futuro minus, sed solum quod habemus in præsenti breue est, & quasi momentaneum, in quo laboramus repleti multi miseriis, nec est in voluntate nra quando præcidatur tela vitę nostrę: sed est in manibus Dei, qui solus habet dominium motis & uitę, & cum credimus durare vt in iuuẽtute antequam perficiatur, & deueniatur ad senectã, ipsæ præcidit subito. Et ideò dicebat: Estote parati: quia nescitis diem neq; horam. Mat. 24. Et dies domini sicut fur, in nocte ita veniet. ait Apostolus. O misera inquit Augu. Quantos decepisti, quantos seduxisti: quæ dum videris, vmbra es, dum exaltaris fumus es, dũ extolleris nihil es, ducis es stultis, amara es sapientibus, & beatus Sebastianus ex his legebat in libro quem angelos ante eum tenebat apertum ait. hæc vita fugitiua est. Hæc ab initio mundi in se credentes fefellit, se expectantes decepit, de se præsumentes derisit, & vt omnibus probetur esse mentita, nullũ omnino securum reddit. Hæc imperat crimina, suadet scelera, hæc admonet furẽ vt rapiat, iracundũ vt seuiat, mendacẽ vt fallat, Damascenus assimilat statum mũdi: seu vitam præsentem cuidam fugienti ante vnicornem insequentem eum, qui cadere incipiens in foueã profundissimã se retinuit, manibus applicans se ad quandam arbusculam, &c. Vide in legẽdis Iacobi de Voragine circa finẽ in historia Barlaam. ¶ Defectio mundi, & gloriæ & delectatio, q̃ cito sit peritura ostenditur experientia, quæ est rerum magistra, vbi sunt principes gentiũ inquit Baruch. 3. Et qui dominant super bestias, quæ sunt super terram. i. super homines bestialiter viuentes, & luxuriosè, q̃ in auibus cœli ludunt, idest in superbis, & ambitiosis, qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines, & non est finis ac quisitionis eorum. Et respondet sibiipsi docẽte experiẽtia quotidiana. Et exterminati sunt: idest extra terminos mũdi missi sunt p mortem, & ad inferos descenderunt, & alii in loco eorum surrexerunt. Vbi est potentia, & dominium Assueri, qui regnauit centum vigintiseptem prouincias. Vbi victorię celebres & triũphi Alexãdri magni? Vbi diuitiæ regis Cresi uel Salomonis? Vbi fortitudo Herculis uel Hectoris? Vbi pulchritudo Helenæ uel Absalonis? Vbi lasciuiæ Cleopatre, & Amonis? Vbi gloria & magnificẽtia Iulii Cesaris. vel Augusti Octauiani imperatoris? Vbi fama sapientiæ Aristotelis, Pytagoræ, Socratis, Ptolomei, & Platonis? Vbi eloquentia Demostenis: Titi Liuii, & Tullii, & Maronis? Exterminati sunt & ad inferos descenderunt, ita hic relinquentes, & nil secum nisi culpam cũ pœna portantes. Currupti sunt oẽs hi aia, & corpore. ¶ Et ut magis particulariter videatur vanitas, & defectio mundi adducamus in mediũ vnũ, & omnia quę amantur a mundanis expertus est S. Salomon loquens de seipso ait Eccl. 2. Magnificaui opera mea, ædificauit mihi domos, plantaui

Perituri mũdus ostẽditur p experiẽtiam.

De Salomonis diuitiis, & gloria

plantaui vineas, feci hortos & pomeria, & cõ
serui ea cuncti generis arboribus. Extruxi mi
hi piscinas aquarum, vt irrigarem siluam li
gnorum germinantium, possedi seruos, & an
cillas, multamq; familiã habui, armenta quo
que, & magnos ouium greges vltra omnes q
fuerunt ante me in Hierusalem, coaceruaui
mihi argentum & aurum, & substãtias rerũ,
ac prouinciarum. Feci mihi cantores, & cãta
trices delicias filiorum hominum, cyphos, &
vrceos ad vina fundenda in ministerio, & su
pergressus sum opibus omnes qui fuerunt an
te me in Hierusalem. Sapientia quoque pse
uerauit mecũ, & omnia quæ desideraueru
oculi mei nõ negaui eis, nec phibui cor meũ
quin omni uoluptate frueretur. Et subdit. Cũ
me conuertissem ad vniuersa opera, quæ fece
rant manus meæ, & ad labores in quibus fru
stra sudaueram reperi in omnibus vanitatẽ,
& afflictionẽ animi, & nihil permanere sub so
le. In prædictis verbis ostẽdit Salomon q ex
pertus est, & habuit omnẽ magnificentiã eo
rum quæ amantur a mundanis. Sed in tertio
lib. Reg. in pluribus. c. in 2. Paralip. magis dif
fusè, & distinctè declaratur magnificẽtia eius
quo ad diuitias, delitias, potentiam & sapien
tiam eius. Nam quantum ad potentiam ipsæ
fuit magnus rex, & regnauit super totũ popu
lum Dei. 12. tribuum. Fuit sibi concessum vi
uente patre suo Dauid cum esset annorũ. 12.
reprobato a regno Adonia quẽ iuuabat Ioab
princeps exercitus ad habendum regnum, &
aliis pluribus, clamauitq; omnis populus, vi
uat Salomon rex ascenditq; vniuersa multi
tudo post eum & populus, canentium tibiis,
& lætantium gaudio magno, ut habetur 3.
Reg. 1. Sublimitatem regni sui, & dominii o
stendit scriptura cum dicit 3. Reg. 4. c. q Salo
mon erat inditione sua habens omnia regna
secum a flumine terræ Philistiim vsq; ad ter
rã Aegypti offerentium munera & seruientiũ
sibi cunctis diebus vitæ suæ, & ibi nominant
duodecim magni principes, quorũ quilibet
suo mense in anno Salomoni & familiæ suæ
necessaria ministrabat ad uictum, habuit quo
que magnam pacem in regno suo. Dicitur. 1.
Paralip. 29. quod habeat pacem ex omni par
te in circuitu, habitabatque Iuda & Isael ab
sque timore vllo a Dan vsque Bersabeæ cun
ctis diebus Salomonis. Tanta aũt erat familia
curiæ eius quòd de nullo alio domino mun
di legitur ut puto. Nam tertii Regum 4. de
scribitur cibus quẽ volebat omni die pro fa
milia sua. vbi dicitur. Erat aũt cibus Salomo
nis per singulos dies 30. chori similę, & 60.
chori farinæ, decem boues pingues. & viginti
pascuales, & centũ arietes excepta venatione
caprearum, & ceruorum, & bubalorũ & auiũ
altilium, puto q chorus fuerit ponderis men
sura mille librarum. Ex quo põt verisimiliter
cõpræhendi, q familia sua erat circa triginta
milia personarũ. Habebat quoque quadragin
ta milia præsepia equorum curilium, & duo
decim milia equestrium 3. Reg. 4. & 2. Parali.
¶ De diuitiis eius dicitur 3. Reg. 3. q Deus
dedit Salomoni diuitias, & gloriam, vt nemo
fuerit ei similis in regibus cunctis retro die.
Qẽsque qui remanserant de Amorreis, Ethe
is, Iebuseis, Pherezeis, fecit sibi tributarios.
Regina quoque Sabba dedit sibi 120. talenta
auri, & aromata multa nimis: gemmasque pre
ciosas. Et ut dicitur tertii Regum. 10. Erat põ
dus auri quod offerebatur Salomoni per sin
gulos annos sexingenta sexaginta sex talento
rum auri, excepto eo quod afferebant uiri qui
erant super uectigalia & super negociatores.
Et omnes reges Arabiæ ducesque terræ. Vbi
sciendum q talentũ est triplex secundũ Ca
tholicon. Primum est. 1. librarum secundũ ali
quos 77. librarũ. secundũ alios 120. librarum
Sumendo autem medium. s. q esset 77. libra
rum introitus eius ascendebat ad 47. milia
nongentaquinquaginta duas libras auri. Li
bra autẽ auri valet circa 70. ducatos. Erat er
go introitus eius annualis. quatro milioni &
cinquecento cinquantacinque miliari, & qua
trocento quaranta ducati sine aliis introitib.
cõibus. Argentum autem erat in tanta copia,
vt nullius reputaretur ptii diebus eius. Fecit
insuper templum mirabile in Hierusalẽ Deo,
quod famosum erat in toto orbe, vt patet. 3.
Regum. in diuersis cap. ad cuius opus 70. mi
lia virorum erant occupati ad incisionem la
pidum de montibus ut dicitur 3. Reg. 5. & in
septẽ annis compleuit tam grande opus. Fe
cit deinde domos suas ad habitãdũ in 13. an
nis. De sapientia & fama eius scribitur. 3. Re.
4 quod Salomon erat nominatus in vniuersis
gentibus per circuitum. Locutus quoque est
tria milia parabolas, & fuerunt carmina eius
quinque milia, & disputauit super lignis. s. ar
boribus a cedro quæ est in libano usq; ad ysso
pum, quæ egreditur de pariete, & diseruit de
iumẽtis, & volucribus, & reptilib. & piscibus,
& ueniebant de cunctis populis ad audiendũ
sapientiam Salomonis, & 3. Reg. 10. c. dr, q
regina Sabba venit a finibus terræ audire sa
pientiã Salomonis. & uidens domum, famili
ã, & ordinem ministrantium, non remansit
in ea alitus præ admiratione sapientiæ suæ.

Vnde

Vnde & dixit ei. Vidi oculis meis, & probaui quod media pars nunciata non fuerit mihi. Maior est sapientia tua, & opera tua, quam rumor quem audiui. Et in 3. c. legitur quod præcedebat sapientia Salomonis sapiētia omniū Orientalium Aegyptiorum, & sapiēcior erat cunctis hominibus, hæc sibi fuit collata diuinitus in somniis, prout postulauerat a principio regni sui in sui pueritia, & præcipue in iudicando populum, quod maxime ostendit in principio, & primo iudicio, & sentētia, quam tulit cōtendentibus duabus meretricibus coram eo, vt patet ibi. De deliciis iam dicta sūt ab eo, sed turpe est dicere de voluptatib. eius, cum vt dicitur 3. Reg. 11. Fuerunt ei vxores quasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecētæ, his copulatus est Salomon ardentissimo amore. Et auerterunt mulieres cor eius. Cūque iam senex esset, deprauatum est cor eius per mulieres. Vbi notandum q̄ in tanta magnificentia, sua, potentia, fama, & abundantia non est auersus a Deo, nisi per inordinatum amorem voluptatū, & nisi pēnituerit corruptus in anima, & corpore esset & damnatus. Sed Hebrei dicunt & plures doctores sancti, eū pēnituisse, & tunc fecisse hūc librū Eccl. Vnde intitulant eum Hæbrei de pœnitentia Salomonis, quid ergo cōclusit omnia expertus, reperi in omnibus vanitatē, & afflictionem & nil permanere sub sole, sed omnia deficere. Corrupti sunt ergo omnes mundani in amore mundi, & ideō nolite diligere mundum.

§. 3. ¶Secundo contemnendus est mūdus nō amādus propter vilitatē entitatis eorū, quæ sunt in mundo. Vñ dicit Abominabiles facti sunt in studiis suis. Res fedæ sunt uilissimæ & abominabiles. Dicit aūt propheta. Abominabiles facti sunt in studiis, sicut ea quæ dilexerunt, scilicet amatores mundi. Et n. est uis amoris, vt talem te esse necesse sit, quale est id q̄ amas ſm Aug. & Hug. Habet enim amor vim vnitiuā, & transformatiuā ſm Dyoni. Cum ergo vilia sunt quæ amantur a mundanis, & abominabilia, & ipsi quoque efficiūtur abominabiles. Vilitas autem & abominabilitas mundialium apparet triplici respectu.

¶Primo respectu materiæ qualitatis.

¶Secundo respectu animæ nobilitatis.

¶Tertio respectu maximæ anxietatis.

Qualitas materiæ mundialiū est valde vilis, vnde dr Hiere. 4. Stultus populus meus me non cognouit: Filii insipientes sunt & vecordes. Sapientes sunt, vt faciant mala, bene aūt facere nescierunt. Aspexi terrā, & ecce vacua erat, & nihil quasi diceret. Ecce stultitia maxima horum, quia totū amorē, & cogitatū suū ponunt ad terrena & mūdana, cū tn vacua sit terra veri, & firmi boni, & nihil sit q̄ in ea appareat boni, nihil. n. est, q̄ se tendit in nihilum, & sicut oīa ex nihilo facta sunt, ita ex se hūt redire in nihilū. Quid aūt uilius dici pōt immo & nūcupat tali noīe, quo nihil uilius, nil abominabilius est. ſ. stercus. Eccl. 22. De stercore boū lapidatus est piger, qui Deo non seruit, sed mūdo. Piger. n. in Dei opere hmōi lapidat, grauatur, pcutitur, & occidit de stercore boū. 1. de possessione tpalium per inordinatū affectū diuitiarū, quas pdicatores sancti, qui vt boues scindunt terrā peccatorū, sed ad fructificandū reputant stercora ſm expositionē Gregorii. Vñ Apostolus ad Philipē 4. Oīa arbitratus sum vt stercora, vt Christū lucri faciā. Et Iohel. i. c. dr. Cōputruerunt iumenta in stercore suo. Qd exponit Gregorius dicēs, q̄ hoc est mundi amatores in luxuriæ fętorē vitam finire. Vnde Ecclesiast. 11. cap. dicitur. Omnis mulier fornicaria, sit stercus conculcabitur. Et de gloria peccatori, dicitur. 1. Macha beorum. 2. Gloria eius stercus, & vermis, & quid sunt aurū argentum, & alia metalla, in quibus præcipue cōsistunt diuitiæ nisi fex terræ, quid sericū, vnde fiunt pulchra ornamenta, nisi stercus vermiū. Quid varia vñ gloriantur hoīes, nisi pelles vermi, & muriū, panis & vinum & alii fructus ex terra nascuntur, quę pingueſcit stercoribus animaliū, & sumpta in cibum & potū in stercus & vrinam cōuertuntur. Et quid est ipsæ homo quantū ad materiā inquit Bern. nisi sperma fętidum, saccus stercorum, cibus vermium, cuius finis talis est, ipsum quoque tale est ſm philosophum. Quis finis luxuriæ, nonne stercus? quis finis delitiarum esus & potus, nonne cruciatus aliquādo ventris vel capitis. cū nimis est, & demū stercus? quis finis dñii nonne seruitus? quis finis honoris: nonne frequenter cōfusio? quis finis hominis quo ad corpus nonne cinis? Vnde Iob. 20. Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram, q̄ laus impiorum est breuis. Et paulopost. Si ascenderit in cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquiliniū in fine perdetur, & qui eū viderant dicent, vbi est velut somniū euolās, nō inuenietur. Sicut Cosdroe rex Persarū quia ita supbiuit, & fecta sibi turri argētea faceret se adorare vt Deū. sed cōfusus captus & decapitatus est ab Heraclio Imperatore, & in sterquilinio redactus, nolite ergo diligere mundū &c. ¶Sēdo ostenditur vilitas mundi respectu nobilitatis aię ps. 41. Abyssus abyssum invocat.

Mūdus est uilis r ſpectu animæ.

uocat. Abyſſus cui nō datur fundus eſt Deus infinitus, cuius magnitudinis nō ē finis. Abyſſus eſt anima noſtra infinitę capacitatis in potentia. Nunq̄ enim poteſt tantum veritatis intelligere, vel bonitatis gratiæ hr̄e, quin adhuc plus acquirere poſſit, ſeu accipere. Abyſſus ergo inuocat abyſſum, quia anima quaſi infinitę nobilitatis appetit Deū nobiliſſimū, & ſummum bonum quod clarius loquens pſ. 41. dicit. Sitiuit anima mea ad Deū fontem viuū. Feciſti enim nos domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrū donec requieſcat in te inquit Aug. in li. confeſ. Eſt ergo aīa nobiliſſima in ſe, & reſpectu nobilitatis eius omnia terrena viliſſima ſunt, nō ſolū metalla, & aīalia, ſed & cœlum, & ſydera, ſol, & luna, ſicut vinū, & ſi in ſe ſit præcioſum cōparatum tñ balſamo viliſſimū erit, aurum in ſe nobile & carum eſt, ſed comparatū adamanti Carbunculo vel topazio vile erit. Sic nobiliſſima anima cū ſit, vilia & abominabilia ſunt reſpectu eius cætera. propter quod dicebat Ber. O anima inſignita Dei imagine, decorata ſimilitudine, redempta Chriſti ſanguine, deſponſata fide, dotata ſpiritu, deputata cū angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, princeps rēnis, quid tibi cū carne, quaſi dicat, quo amore inhæres iſtis rebus mundi quæ ordinantur ad carnē cum ſis ita nobilis, & ipſa. ſi caro ita vilis, vt ſit quaſi infinita diſtantia magis q̄ inter cœlū & terrā, ſicut aūt res nobilis, & pciosa ſi cōiūgatur rei multū ignobiliori vilificatur, ſicut ſi quis coniungeret aurū cum luto, vel bonū vinū cū aceto, vel aqua, ita anima in ſe nobilis efficit vilis, & impura, & abominabilis cum amore cōiungitur cū iſtis mundanis rebus, propter quod dr̄, q̄ abominabilis eſt dño impius, & impietas eius Sap. 14. ¶ Habitatio quoq; aiæ propria in cœlo eſt in quo habitare per affectū debet ſm illud Philipen. 3. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt, ſed terra cum omnibus, quæ in ea ſunt, eſt vt punctus ſm aſtrologos reſpectu cœli. Quā vilis eſſet, qui pro magna, & nobiliſſima ciuitate caperet vnū vile tugurium quale eſt mundus reſpectu cęli. Sed nec totum mundū, ſeu terram cum omnibus bonis ſuis q̄s vnq̄ poſſedit. Quis aūt poſſedit vnq̄ totum aurum, aut argentum, aut lapides præcioſos mundi? Quis dominatus eſt ſimul omnibus gentibus, vel animalibus terræ? Quis obtinet oēm honorem & gloriā? nōne ſi quis a multis laudatur ab aliis ei detrahitur, & maledicitur? Quis oēm voluptatem intentam venereorum, vel ciborum conſecutus eſt? Sed cum omnis delectatio ſenſualis paſſio ſit, vnde & cum tranſmutatione corporali, ſi inordinatè, & non moderatè accipitur, nocet quam plurimū, & viliſſima creatura efficitur, q̄ ſimilis beſtiis. Eccl. 3. Dixi de filiis hominum, vt probaret eos Deus, & oſtendere ſimiles eſſe beſtiis. ¶ Viliſſima demū oſtēditur omnis creatura reſpectu gloriæ ſupernæ, ſeu beatitudinis diuinæ, ad quam videndam, & perfruēdam anima eſt creata. Oculus enim nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit quæ præparauit Deus diligentibus ſe, non mundum, ſed ſe Deum. i. Corinth. 2. Viſio illa tantæ pulchritudinis eſt, tantoſq̄ue amore digniſſima, vt ſine illa Plotinus philoſophus animam quibuslibet & quantislibet bonis repletam æſtimet infeliciſſimam ait Aug. de ciui. Dei. Ex hac ſequitur gaudium immēſum, cuius comparatione omne gaudium, & delectatio mundi viliſſima, & abominabilis eſt. Vnde Bern. Illud eſt verum gaudium, & ſummum, quod non de creatura, ſed de creatore concipitur, quod cum acceperis nemō tollet a te, cuius comparatione omnis iocunditas mœror eſt, omnis ſuauitas dolor eſt, omne dulce amarum, omne decorum fœdum, & omne quod delectare poteſt moleſtum. Et ſap. 11. dicitur. Tanquam momentum ſtateræ ſic eſt ante te. ſ. o Deus orbis terrarū, & tanq̄ gutta roris antelucanum quæ deſcendit in terram. Abominabiles fiunt ergo homines amatores mundi propter vilitatem quæ in mundo reperitur cōparatione aīæ reſpectu ſuæ capacitatis habitationis, & vltimi finis. ſ. gloriæ. Et iō. Noli te ergo diligere mundū &c. ¶ Tertio oñditur vilitas mundi. i. eorū quæ amantur a mundanis reſpectu anxietatis & mixturæ q̄ eſt in ipſis diuitiis, honorificētiis, diliciis, & hmōi. Riſus dolore miſcebitur. Salomō Prou. 14. Iob. 5. Hō naſcitur ad laborē. Et in figurā huius dictū fuit Adæ in perſona totius humani generis, ſpinas & tribulos germinabit tibi Gen. 3. ſ. terræ quantūcunq; colas. Sic quantuncūque quis quærat fructum delectationis ex terra corporis ſui diuerſis exercitiis, tñ ſpinas diuerſarū cōtrarietatū affligentiū eū uel tribulos remorſionis cōſcientię patitur, vt nō integrè lętari poſſit, vel non conſequendo, vt libet, vel timendo ne perdat, vnde Boetius de philoſophica cōſolatione dicit, q̄ multis amaritudinibus facilitas huius mundi reſperſa eſt. Nec eſt (ait idē) aliquis tam compoſitæ fę licitatis, qui nō aliqua ex parte cū ſua fortuna rixet. Nam ſi hēt aliquis diuitias, aliqñ nō habebit filios, vel ſi habet malos inde cruciatur, ſi bonos timet ne moriantur, ſi habet

Habitatio aīæ.

Beatitudo aīæ.

diuitias,

diuitias & filios aliquando non habebit natales nobiles. Si nobilis sit, non habebit honores si honores multas inuidias & inimicitias patietur, vel infirmitates graues incurret, & sic semper habet in mundanis cum gaudio mixtam aliquam anxietatem. Achab regnũ habebat Israel, & quia non poterat habere unicam. Naboth, de qua uolebat uiridariũ faceri ex tristitia infirmatus est. Tertii Reg. 21. Aman Agagites erat primus in curia Assuerit honoratissimus ab eo, & quia unus homo scilicet Mardocheus non honorabat eũ, ut cæteri, nihil reputabat tantam felicitatẽ in lib. Hester. 3. c. Achithophel sapientissimus, quia non fuit factum secũdum cõsiliũ suum, ita amaricatus est, quod laqueo se suspendit. 2. Reg. 27. c. O cum quãto labore ea quæ sunt in mundo quęruntur, diuitiæ, deliciæ, uoluptates, honores, dignitates cum quãto timore ea nõ amittendi possidentur, & solicitudine, Cum quãto dolore perdunt uel auferuntur, Sed si omnia haberentur ad nutũ ꝙ nunquam est, nihil tñ secum de mundo exiens ferre potest homo qñ inquit ps. 48. Cũ interierit nõ sumet omnia aliquid ex oibus, nec descendet cũ eo gloria eius. Et ideo non sunt hominis bona quæ secũ ferre nõ pt ait Amb. s. uera & permasura bona, sed & ipsis malis pœnalibus plenus est mundus in tota uita hominis, ut uerissimũ inueniatur, qđ dr Eccle. 2. Cũcti dies eius laboribus & erũnis pleni sunt, nec per noctẽ quidem requiescit. Et certe mirum est quo cũ mũdus sit plenus tota calamitatibus homines diligãt ipsũ, uel uitam præsentẽ quę potius mors dicẽda esset. ¶ Enumerat aliquas ex his miserijs & anxietatibus quæ habentur in mũdo cõiter Aug. in 22. de ciuit. Dei. c. 22. di. Quid enim est, ꝙ cũ labore meminimus sine labore obliuiscimur, cũ labore addiscimus, sine labor nescimus, cum labore strenui, sine labore inertes sumus? Sed præter puerilis ętatis pœnas sine quibus addisci non potest a pueris, quid maiores uolunt qui uix aliquid utiliter uolunt, quot & quanti s pœnis genus agitetur humanũ, quæ nõ ad malitiam pertinenti inquorum, sed ad conditionem pertinent miseriamq, cõem, qs ullo sermone dixerit, quis ulla cogitatione cõpræhenderit, quantus est metus, quantaq; calamitas, ab orbitantibus atq; luctu, a damnis, & damnationibus, a deceptionibus, & mendaciis hominum, a suspicionibus falsis, ab hominibus uiolentis, a facinoribus & sceleribus alienis, qñquidem ab eis & depdatio & captiuitas & vincula & carceres, & exilia, & cruciatus, & amputatio mẽbrorum, & priuatio sensuũ, & oppræssio corporis ob obscenam libidinẽ opprimentis exsplendam, & alia horrenda multa supe contingunt quid ab innumeris casibus, qui forinsecus corpori formidantur uestibus, & frigoribus, & tempestatibus, imbribus, alluuionib., corruscationibus, tonitruis, grandine, fulmine, motibus, hiatibusque terrarum, oppressionibus ruinarum, ab offensionibus, & pauore, vel etiam malitia iumentorum A tot uenenis fructum, aquarum, aurarum, bestiarũ, uel etiam mortiferis morsibus a rabie quæ contingit ex rabido cane, ut etiam quę blanda, & amica suo domino bestia. Nonnunquam vehementius, & amarius quam leones draconesque metuantur. Facitq; hominem, quem fortè contaminauerit contagione pestifera, ita rabiosum, ut a parentibus, cõiuge, filiis plus omni bestia formidetur? Quæ mala patiuntur nauigantes, quæ terrena itinera gradientes, Quis ambulat ubicunq, in opinatis non subiacens casibus, de foro qdã rediẽs domum sanis pedibus suis cecidit, pedem fregit, & ex illo vulnere uitam finiuit. Quid uidetur sed dente securius de sella in qua sedebat Heli sacerdos cecidit, & mortuus est. Agricolę imo & oẽs homines quot & q̃tos a cœlo, a terra, vel a perniciosis animalibus casus metuunt, ut araneis, scorpionibus, serpentibus, buffonibus, tarantolis, vel nociuis fructibus, contra mille formes dęmonũ incursus, quis in innocentia sua fidit, quãdo quidẽ ne quis fideret etiam paruulos baptizatos, quibus certe nil innocẽtius est, aliquãdo sic uexant, ut in eis deo sinẽte ista mõstretur huius uitę flenda calamitas, & alterius desideranda fælicitas. Iam vero ex ipso corpore tot existunt morborũ mala, ut non libris me dicorum cuncta compræhensa sint, in quorũ pluribus, & penè omnibus ipsa etiam adiumenta & medicamenta tormenta sint, vt homines a pœnarum exitio pœnali eruantur auxilio. Nonne ad hoc perduxit homines fluentes ardor immanis, vt urinam quoque humanam vel etiam suam biberent? Nonne fames ad hoc ut a carnibus hominum homines abstinere non possent, nec inuentos mortuos homines, sed quos a se propter hoc occisos, non quoslibet alienos, verum etiam filios matres incredibili crudelitate, quã rabida æsuries faciebat, assumerent. Ipsæ postremo somnus qui propriè quietis nomen accepit, quis verbis explicet sæpe somniorum uisis, quam sit inquietus, & quam ma-

Anxietates huius mũdi.

gnis licet falsarum rerum terroribus animæ miseram, sensusq; perturbet. Ab hmõi tamẽ miseriis quasi quibusdam inferis vitæ nõ liberat nisi gratia saluatoris Xpi Dei, & domini nostri Iesu, hoc. n. nomẽ est ei Iesus q̃ saluator interpretat, hęc ille, Liberat si quidem gratia Xpi ab hmõi miserijs mũdi perducẽdo ad gloriam, vbi nõ erit mors, neq, luctus neq, clamor, sed nec vllus dolor, vt dr Apoc. 21. sed perfectũ, plenumq, gaudium, & qes, non autem liberantur a malis amatores mũdi, sed de præsentibus uadant ad perpetuum luctum inferni, vbi mors sine morte, defectus scilicet omnis boni sine defectu finis infinitus, vt dicit Gregorius, in li. morali. O uerè immensa ęcitas, & fatuitas amare mũdum istũ plenum tantis miseriis, vbi & si quid boni est, mixtum est cum multis anxietatibus, & exindè peruenire ad maiores & pertuas calamitates. Nolite ergo diligere mundum &c. quia abominabiles facti sunt &c.

§. 10. ¶In tertia parte principali notabatur nullitas prohibitatis in mũdo, q̃a dicitur. Nõ est q̃ faciat bonũ, sed ex amatoribus mundi, q̃ mundo volunt frui, non est vsq, ad unum. i. nec vnus tantum ex eis, & loquitur de operè uerè bono, scilicet meritorio & grato Deo. Quamuis enim tales, qui sunt in mortali faciant multa de genere bonorum, vt eleemosynas, ieiunia, orationes, & huiusmodi, nullũ tamen eorum est opus meritorium, nec uerè bonum. Et ratio est ſm b. Tho. in prima secũdæ, quia nullum opus hominis p̃t esse meritorium & Deo acceptum quod sit sine gratia sed amatores mũdi sunt sine gratia, & inimici Dei, vt dictum est supra. Et ideò ex eis nõ est qui faciat bonum. Contraria non possunt simul in esse. Cum autem ex amore mũdi p̃cedant innumera mala, ideo amatores mũdi non possunt facere bona, nõ est qui faciat bonum ex eis. ¶Quanta peccata oriantur ex amore mundi, ostendit Augustinus in vigesimo secundo, de ci. Dei. c. vigesimo secundo, dicens. Quid amor ipse tot rerum vanarũ, atq, noxiarum & ex hoc mordaces curę perturbationes, mærores formidines, insana gaudia, discordiæ, lites, bella, insidiæ, inimicitię, fallacia, & audacia, adulacio, fraus, furtũ, rapina, perfidia, superbia, ambitio, inuidentia, homicieia, patricidia, crudelitas, seuitia, nequitia, luxuria, petulãtia, impudentia, impudicitia, fornicationes, adulteria incestus, & cõtra naturam vtriusq, sexus tot stupra, atque immũditiæ quas turpe ẽ dicere, sacrilegia, hęreses, blasphemiæ, piuria, oppressiones innocẽtũ, calũnię, circumuentiones, præuaricationes falsa testimonia, iniqua iudicia, violentiæ, latrocinia, & quicquid talium malorum in mẽte non venit, & tamen de vita ista hominũ nõ recedit hæc vtiq, hominum sunt malorũ ab illa tamen erroris, & peruersi amoris radice uenientia, cum qua omnis filius Adam nascitur, hęc ille. Et sic patet q̃ nõ est q̃ faciat bonum ex amatoribus mundi, quia vnũ solũex tot peccatis est sufficiens ad tolẽdum gratiã, & per consequẽs omne bonum meritorium, sed & si quid faciunt amatores mundi de genere bonorũ, & istud multũ tepidè, & tardè, & indebitè factum, quia vel propter mundũ faciũt, & sic congregauerunt mercedes, & miserũt eas in saculum pertusum, vt dicitur Aggei. i. Quia propter malum finem & vanũ nõ inde furtum suscipiunt, vel si faciunt propter Deum, non tamen cum illa diligentia, & solertia, sicut ea quæ faciunt propter mũdũ. Vñ Greg. dis. 47. dicit. Omnes huius sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sũt, in cælestibus sũt debiles, nã p̃o tali gloria defudare vsq, ad mortem appetũt, & p̃ spe ppetua, nec parum quidem in labore subsistũt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias patiuntur, & tolerãt, & pro cælesti mercedæ, vel tenuissimi uerbi cõtumelias ferre recusant. Terreno iudici tota die etiã assistere fortes sunt. In oratione verò coram domino uel vnius horæ momẽto lassãtur. Sæpe nuditatem, delectionem, famemq, pro acquirendis diuitijs, atq, honoribus, tolerãt, & earum rerum spe se per absti nentiam cruciant, ad quas adipiscendas festinant, hæc ibi. Quis ex mũdanis sustinet illos labores pro Deo, quos sustinet p̃ rebus mũdi? certè nõ ẽ vsq, ad unũ, ut patet in rusticis, mercatorib., artificibus, stipẽdiarijs, nautis, & alijs. Et q̃d peius ẽ ex insensibilitate p̃ueniens esse sub sentibus delicias putabant. Iob. 30. sub spinis tot laborum pro mundo videtur peccatorib. felicitèr manere, & inde licijs. O si possemus (ait Augu.) nosipsos excitare, & nobiscũ amatores mundi excitare, ut essent tantum amatores Dei quantũ sũt seculi perituri. Deum etiam tanta est miseria huius vitę vt non sit qui faciat bonũ, semper etiam quantumcunque sanctus non est vsq, ad vnũ, scilicet Christũ ipso excepto cũ matre. sua. Non est qui faciat bonum super terram, & non peccet, vt dicitur. 3. Reg. 8. & Eccle. 8. Quinimmo septies in die cadit iustus, quia septem modis, per ignorantiam, per negligentiã, per incõtinentiã sensuum, p̃ impatientiã, per insipientiã diuinorũ, per ingratitudinem

tudinem, per afficientiam. i. affectum inordinatū. Nolite ergo diligere mundū. Nā in figurā anathematizauit dns thesauros Hiericho, vt nullus de eis acciperet quicq̄ Hiericho interpretatur luna significat mundū valdè mutabilem, cuius res non debent accipi a fidelibus, vt eis inhærent, sed quilibet debet eas igni diuini amoris exponere, vt secundum ipsum ea diligat & possideat, alias contrariū faciens sicut Achor lapidabitur æterna damnatione per Christum saluatorem. Quid est benedictus in sæcula sęculorum. Amen.

Quid interpretatur Hiericho.

¶ De *Stultitia*. *Cap.* 15

STultitia quæ est contraria dono sapientiæ ſm Tho. 2.2.q.66.ar. 3. est filia luxuriæ, & ad ipsam pertinet, q̄ hō habeat fastidium de Deo & de donis eius. Vñ illa duo vitia, q̄ numerat Greg. 31. moraliū, inter filias luxuriæ. Sodium Dei, & desperatio futuri sęculi pertinent ad stultitiā, quasi duæ partes eius. ¶ Pro huius mera declaratione dicit idem Tho. ubi supra, q̄ nomen stultitiæ a stupore vr̄ sumptū esse. Vnde Isid. dicit in li. ethim. quod stultus est qui propter stuporē nō mouetur, & differt stultitia a fatuitate, quia stultitia importat hebetudinem cordis, & obtusionem sensuū. Fatuitas autem importat totaliter spūalis priuationem sensus. Et ideò conuenienter stultitia opponitur sapientiæ. Sapiens enim secundū Isidorum dictus est a sapore, quia sicut gustus est aptus ad discretionem saporis ciborum, sic sapiens ad cognoscendum qualitatem rerum, & causarum circa spiritualia. Et sic stultitia opponitur sapientiæ sicut contraria. Fatuitas autem sicut pura negatio, nam fatuus caret sensu diiudicandi, stultus autem habet sensum hebetatum, sapiens autem subtilem, insipiens autem, vt dicit Isid. contrarius est sapienti, eo q̄ est sine sapore discretionis, & sensus. Vnde idē videtur insipientia, & stultitia, præcipue autem videtur stultus quando quis deficit in sua iudicii, quæ attendit circa altissimam causam. s. Deū qui est finis vltimus, & summū bonū. ¶ Quod autē patiatur quis stuporē, seu hebetudinē in iudicando circa vltimum finē pōt esse dupliciter. Vno modo ex naturali indispositione, sicut accidit in amentibus, & talis stultitia non est peccatū, qa nō est voluntaria. Alio mō inquantū quis immergit sensum suum rebus terrenis, ex quo redditur sensus eius ineptus ad percipiendū diuina, ſm illud. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt, sicut & homini habenti gustū infectū humore nō sapiūt dulcia, & talis stultitia est peccatū. Vñ prouer. 1. Prosperitas stultorū pdet eos, nullus aūt perdit, nisi per peccatū. Nec ob. sic dicatur, q̄ peccatū est voluntariū, sed stultitia est inuoluntaria, qa nullus vult esse stultus, q̄ quis. n. nullus velit stultitiā, vult tn̄ ea ad quæ consequitur esse stultū, s. abstrahere sensum suū a spūalib. & immergere terrenis. Nam & idē cōtingit in aliis peccatis. Nam luxuriosus vult delectationē, sine qua nō est peccatū, vellet n. frui delectatione sine peccato. Et qa stultitia ſm q̄ est peccatū prouenit ex hoc, qd̄ sensus spiritualis est hebetatus, vt non sit aptus ad iudicāda spiritualia. Maximè aūt sensus immergitur ad terrena per vitiū luxuriæ quæ est circa maximas delectationes, quib. rō maximè absorbetur, ideò maximè nascitur stultitia hmōi ex luxuria. Vñ prou. 7. Statim eā sequitur. s. meretricē. ignorans q̄ ad vincula trahatur stultus. Gre. Qui stultus fuit in culpa sapiens erit in pœna, di. 37. Quia ea. De stultitia loquitur ps. Simul insipiens & stultus peribunt. ps. 47. q̄is (vt dictū est) insipiens videatur esse idē qd̄ stultus sumendo propriè terminos ipsos, tn̄ aliqn̄ ampliātur, & restringuntur termini in suis significationibus vt hic. Nam insipiens potest dici qui non prospicit in futuro. Stultus autem qui nescit in quo malo sit, nunc in præsenti ſm glo. vel sic. Insipiens qui non attendit mala præsentia vel futura. Stultus autem qui & si attēdit nō cauet, uel sic. Insipiēs cui res non sapiunt, prout sunt. Stultus autē cui res, quæ non debent sapere sapiunt. Diuina enim & spūalia in se optima sunt, & suauissima sup omnia, iuxta illud ps. 118 Quam dulcia faucibus meis eloquia tua &c. Eloquia domini dulciora super mel & fauum. Terrena & carnalia in se aiæ amara & aspera sunt, ſm illud Aug. Omnia sunt aspera, & tu dñe solus es requies, sed vtrique peribunt. Peribūt etiam a præsenti uita, & terrena, uel in anima & corpore, vbi Aug. sic Pone te in manu Christi, esto prudens & prospiciens tibi in postremo, si non ita facis simul insipiens, & stultus peribis. Est enim triplex stultitia.

Differūt stultus & fatuus.

¶ Prima spiritualis, & gratiosa.

¶ Secunda spiritualis, & criminosa.

¶ Tertia generalis, & opprobriosa.

¶ De prima stultitia ad Corinth. 3. Si quis videtur inter vos sapiens esse stultus fiat, vt sit sapiens. Vbi Ambrosius, in glo. sic ait. In scripturis diuinis sapientia pro astutia, & calliditate ponitur, ergo si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sęculo, idest astutia mundi

§. 1. Stultitia spūalis & gratiosa.

ſtultus fiat. i. mundanam ſapientiam, hoc eſt faſtum & elationem de illa deponat. vt ſit ſapiens, quaſi dicat, vt non ſolum uideatur, ſed verè ſit ſapiens, & quare. Quia ſtultus ſæculo prudens eſt Deo, hæc ille. Ego hæc conſiſtit in contemptu terrenorum & mortificatione vitiorum, quæ videntur ſtulta apud mundi ſapientes. i. ad Corin. 1. Quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus. Vnde Greg. in 10. mora. tractans illud Iob Deridetur iuſti ſimplicitas, & quaſi lampas contempta ait. Sapientia iuſtorum eſt nil per oſtentationem infringere, ſenſum verbis aperire, vera vt ſunt diligere, falſa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere, nullam iniuriæ vltionem quærere, ſed hæc iuſtorum ſimplicitas irridetur: quia ab huius mundi ſapientibus puritatis virtus fatuitas creditur. Omne quod innocenter agitur ab eis, proculdubio ſtultum reputatur. Et quicquid in opere veritas approbat, carnali ſapientiæ fatuum ſonat, quid nanque ſtultius videtur mundo, quàm mẽte verbis oſtenderre, nil callida machinatione ſimulare, non nullis iniuriis cõtumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quærere, poſſeſſa relinquere, rapienti non reſiſtere, percutienti maxillam, alteram prębere,

Vnde benè huius mundi dilectoribus ille egregius Dei ſapiens. ſ. Moyſes ait. Abominatione Aegyptiorum immolabimus Deo nr̃o. Oues quippe Aegyptii edere dedignantur, ſed quod Aegyptii abominantur hoc Iſraelitę domino offerunt, quia ſimplicitatem conſciẽtiæ quam iniuſti quippe velut infima, abiectaque deſpiciunt, hanc iuſti in virtutis ſacrificium vertunt. Et excolentes iuſti puritatem ac manſuetudinẽ Deo immolant, q̃ abominantes reprobi fatuitatem putant. Hæc ibi.

Pertinet ergo ad iſtam ſanctã, & ſpiritualem ſtultitiã, q̃ hõ non moueat iniuriis aliorũ, ex eo videlicet, q̃ homini nõ ſapiũt terrena, ſed cęleſtia ſola, & hæc eſt vera ſapia. Nam q̃ aliquis nõ moueat iniuriis ex eo qđ eſt ſimpliciter circa oĩa ſtupidus, hoc ptinet ad ſtultitiã ſimpliciter, ſicut in amentibus, qui nõ diſcernunt quid ſit iniuria, & ſimiliter qđ contemnat terrena, ex eo videlicet, quod impediunt profectũ ſalutis affectio illorũ & occupatio, & quia vilia cognoſcuntur reſpectu cęleſtiũ per tinet ad ſanctã ſtultitiã. Et ẽt loqui de diuinis, & ſpũalibus magnificè vltra humanum modũ. Vñ cum Paulus loqueretur cũ Herode, & quibuſdã aliis magnatibus de viſione q̃ habuerat & doctrina Chriſti dixit ei quidã. Inſanis Paule. Multæ litteræ ad inſaniam te adducũt, quibus tñ ipſe rñdit. Non inſanio, ſed verba ſobrietatis ego loquor. Act. 26. Sic & p̃dicatio apoſtolorũ de eo incarnato, & crucifixo, ſtultitia reputabatur ſapientib. mundi. i. Cor. 1. Placuit Deo per ſtultitiã prædicationis ſaluos facere credentes, hæc ſancta ſtultitia hoĩem ſibiipſi ſtultum reputare facit. Prouerb. 30. Dixit vir cui locutus eſt dñs. Stultiſſimus ſum virorum: ſapientia non eſt mecũ. Et Sen. Si q̃nque fatuè delectari volo, non eſt mihi longe quærendũ, me rideo. Epiſtola. 36. Secũda ſtultitia, quæ eſt ſpãlis, & criminoſa filia luxuriæ contrariatur ſapiæ veræ quæ. ſ. accipit pro cauſa altiſſima, & ſine vltimo ipſum Deum, ſm quod philoſophus dicit in 1. Meth. quod ad ſapientẽ pertiner conſiderare altiſſimã cãm. ſ. Deum per quã de oĩbus iudicat & ad quã ordinat. oĩa, & per regulas diuinas: diuinæ. ſ. legis, vel internæ inſpirationis de ſe, & aliis interius exteriuiq; diſponit. Et hæc eſt ſapia quæ deſurſum eſt. Iac. 3. c. Huic ergo ſapiæ cõtrariatur ſtultitia vitiũ ſpeciale, quæ conſiſtit in hoc, vt dictũ eſt. in 1. §. qđ hõ propter nimiam immerſionẽ ad terrena, ad q̃ præcipue inducit luxuria non eſt aptus ad iudicanda ſpũalia, diuina, & præcipue guſtu ſpũali. Hæc ergo quæ ſapientia mundi dicitur accipit pro altiſſima cauſa, & vltimo fine, vel aliquem finem malum, ſicut homo dicitur ſapiens ad malè agendum, ſicut abuſiuè dicitur bonus latro qui per aptas vias ſcit peruenire ad ipſum finem conſequendum. ſ. furandi, vel accipit pro vltimo fine aliquod bonum terrenum, vt diuitias, vel aliquod bonũ corporeum, vel delectationes carnis. Primã appellat Iacobus ſapientiam diabolicam, ſcilicet quæ ordinatur ad malefaciendum. Secundam terrenam, quæ ordinatur ad diuitias. Tertiam animalẽ quæ ordinatur ad delectationes corporis. Terrena, animalis, & diabolica. ſ. eſt iſta ſapientia Iac. 3. Sed verè ſtultitia eſt, vnde & diuiti qui conſtituerat finem ſuũ in terrenis dictũ fuit a Deo, vel ab angelo. Stulte hac nocte animã tuam repetent a te. ſ. dæmones, quæ aũt parabi, cuius erunt? Luc. 12. Et de luxurioſo dicitur Prouer. 7. Ignorat qđ ad vincula trahitur ſtultus. Et de aſtutis ad malefaciendum dicitur Hiere. 4. Filii inſipientes ſunt, & ue cordes, ſapientes ſunt, vt faciãt mala, bene autem facere neſcierunt. Hęc aũt ſtultitia hoĩem decipit, quia exiſtimat in creaturis requie inuenire: ſed nõ requiẽ inuenit ſed anguſtias. Prou. 5. In multitudine ſtultitiæ ſuę decipietur. In peccato detinere facit, q̃ nõ videt periculũ ſuũ, ſicut frẽneticus gau-

Deſapia terrena, diabolica & animalis.

des

det in freneſi, ac ſi ſanus eſſet. Vnde dicitur ꝓ uerb. 14. Sapiens timet, & declinat a malo ſtultus aũt tranſilit & confidit. Correctionem ſeu flagella ſentire non ſinit Prouerbio. 17. Plus perficit apud prudentem una correctio quam centum plagę apud ſtultum. Virtutẽ eneruat Eccleſiaſti. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuę velut taurus ne forte elidatur uirtus tua per ſtultitiam. Quæ noxia ſunt affectat Prouer. 1. Vſquequo paruuli diligitis infantiã, & ſtulti ea quæ noxia ſunt cupient. Noxia enim ſunt animę & corpori iſta terrena. Nam nimietas ciborum & uenereorum cui dediti ſunt qui diuina nõ guſtãt mortem accelerant, infirmitates inducunt, & honores, & diuitiæ quę quærũtur multis angũſtijs afficiunt. Malè cunctis rebus utuntur. Vnde & Sene. in epiſtola. 10. Stulto nulla re opus eſt, nulla enim re utiſcit, ſed omnibus ęget. Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui. Ignominiã generat prouer. 3. Stultorum exaltatio ignominia. Seneca in epi. Humilis res eſt ſtultitia abiecta, ſordida, ſeruilis, multis affectibus, & ſeuiſſimis ſubiecta &c.

§. 3. Stultitia gñale vitiũ

¶ Tertia ſtultitia eſt generale vitium. Sicut. n. ſapientia in ſcriptura ſacra communiter pro uirtute ponitur, ac etiam ab Ethnicis moralibus, ſecundum ꝙ dicit Sen. ꝙ ſapiens nõ cõturbabitur quicquid acciderit ei, ſic econtra, ſtultitia vitium eſt, & ſignificat quodcũq;, ſ. mortale ꝓ ꝙ qs poſtpoſito sũmo bono inhæret creaturæ vt vlti. fini, & sũmo bono. Quis. n. nõ ſtultũ diceret eũ q vnũ obolũ ꝓponeret oĩ theſauro mũdi? Talis ẽ q̃cunq, peccator. Præponit. n. pecuniã, delectationẽ ueneream, potẽtiã, & hmõi, q̃ vana sũt, & trãſitoria Deo & mãdatis eius & ſẽlicitati ſupnę. Venerũt in ꝙt ſapiẽs mihi oĩa bona pariter cũ illa. ſ. ſapia, q̃ Deus ẽ ſeu virtus infuſa. Et de hmõi dr Eccle. 1. Stultorũ ĩfinitus ẽ numerus. ¶ Quamuis ãt ꝙlibet peccatũ poſſet dici ſtultitia ꝑcipue tñ ſcriptura nominat aliquos peccatores ſtultos. ¶ Et prima ſtultitia ẽ in nõ cõſideranto Dei circũſpectionẽ. Pſ. 93. Stulti aliqñ ſapite q plãtauit aurẽ nõ audiet, ſ. verba ueſtra aut q finxit oculũ nõ conſiderat, ſ. corda veſtra, & opera, q̃ corripit gẽtes nõ arguet eos, ſ. de iniq tatibus veſtris. ¶ Scda eſt in prẽferẽdo ſuam cogitationẽ aliis, prouer. 26. Sapiẽtior ſibi vr ſtultus ſeptem viris loquentibus ſnĩas, vt dicit Greg. Stultus ẽ. n. q ĩ eo ſe primũ ęſtimat vt bona q̃ uiderit ſe ĩ aliis diſcere cõtẽnat, di. 22. d Cõſtãtinopolitana. ¶ Tertia ĩ habẽdo dẽ certis temerariã opinionẽ ſeu hoĩm ſuſpitionẽ. Eccle. 10. Stultus ĩ uia ambulãs cũ ipſe ſit inſipiẽs. i. malus oẽs exiſtimat inſipiẽtes. i. malos. ¶ Quarta in habẽdo vanã gloriationẽ. Eccle. 13. Attende ne ſeductus in ſtultitia. ſ. inanis gloriationis, humilieris Catho. Nec te collaudes, nec te culpaueris ipſæ. Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis. Vñ Dauid q ex inani gloria fecit numerare populũ vt gloriaretur ĩ multitudini, humiliatus fuit ꝑ ſubtractionẽ ſeu diminutionẽ. 7. miliũ de populo ſuo ꝑ peſtẽ q̃ recognoſcẽs dicebat ad dominũ ꝓcor vt tranſeras iuiquitatẽ ſerui tui, q a ſtultè egi nimis, 2. Reg. 24. ¶ Quinta ẽ in illicita vel vana deuotione Eccle. 5. Diſplicet Deo ĩfidelis, & ſtulta, ꝓmiſſio qualis fuit votũ Ieptæ q̃ de uouit Deo offerre ę ſibi primo occurreret de domo reuertẽti cũ victoria a ꝑlio. Vñ & filiã occurrentem in ſacrificium obtulit Iudi. 11. vbi dicit Hiero. ꝙ fuit ſtultus in uouẽdo. Et in decre. dr quod ſtulta uota fragẽda sũt. 22. q. 4. In malis. ¶ Sexta ſtultitia eſt in minora maioribus ꝓponendo. Eccle. 2. Stultus in tenebris ambulat. ſ. errorum & ignorantiæ Vnde Hiero. Nonne rationalis homo dignitatem amittit qui vel ieiunium caritati, uł vigilias præfert ſenſuũ integritatis de cõſe. di. 5. Non mediocriter. Et Chri. dicit ꝙ aliq̃ iurantes per Deum videt eis parũdicere, & minus obligari, ſed. Si iurant per euangelium tunc quid maius agere videtur quibus ipſę ait, dicendum eſt ſtulti ſcripturæ propter Deũ, nõ Deus propter ſcripturas factus eſt. 22. q. 1. Si aliqua. ¶ Septima ſtultitia eſt incantationibus, & diuinationibus inhærendo Hiere. 10. Stultus factus eſt omnis homo a ſcientia ſua ſ. diuinationis incantationis, & huiuſmodi. Et paulo poſt. Gladius. ſ. diuinæ ſentẽtiæ ad diuinos eius qui ſtulti erant. Ad qđ facit ꝙ ait Angu. 26. q 2. Qui ſine ſaluatore ſalutem vult habere, & ſine vera ſapiẽtia æſtimat ſe fieri poſſe prudentẽ. ſ. per artem notoriã & diuinationes, & huiuſmodi nõ ſanus, ſed æger non prudens, ſed ſtultus & demẽs, in ęgritudine aſſidua laborauit. ¶ Octaua terrenis aſfectum infigendo. Iob. 5. Vidi ſtultum firma radice. ſ. fixum in temporalibus affectus & maledixi pulchritudini eius ſtatim. i. cognoui illam apparentiam proſperitatis cito deficiendam prouer. 17. Quid prodeſt ſtulto habere diuitias q. d. nihil ex quo non vtitur eis ad quod ordinatæ ſunt. ¶ Nona ẽ ſtultitia incredulitatis. ſ. nõ credere q̃ a sãctis uiris prædicta ſunt Lu. ulti. O ſtulti & tradi corde ad credẽdũ ĩ oĩbus, q̃ locuti ſunt ꝓphetę. Magna ſtultitia ẽ nõ credẽ uiris ſapiẽtiſſimis &

Viginti gra ſtultorum.

optimis,ſicut fuerunt auctores fidei,& martyres ſancti,ac doctores eccleſię, & credere philoſophis gentilibus,ac poetis,& hiſtoriographis,& mercatoribus,q̃ omnes abundãt falſitatibus in ſuis dictis. ¶ Decima ſtultitia eſt prędicationis infructuoſæ Treñ.2.Prophetæ tui uiderũt tibi falſa & ſtulta,nec aperiebãt iniquitatẽ tuam,vt te ad pœnitentiam reuocarent.Prophetæ ſecundum Gre.dicuntur ibi prædicatores,quia procul fantur.i.ea quę ſpectant ad futuram vitam,hi vident eis falſa Deum ſub ratione veri cultus diuini,& ſanæ doctrinæ prędicãt falſa. Stulta dicunt dũ ea quæ non pertinent ad ſalutem docent curioſa & inutilia. Vnde Apoſtolus. 2.ad Th.2. Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita.¶ Vndecima ſtultitia eſt locutionis indebitæ.Eſa. 32.Fatuus fatua loquitur, & prouer.15. Os fatuorum ebullit ſtultitiam, ſicut fecit.Nabal uiris Dauid propter quod Dauid propoſuerat occidere eum propter improperium illis dictum,ſed Abigail vxor eius eum placuit dicens de ipſo Nabal. Stultitia eſt in eo,& ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt.1. Reg.26. ¶ Duodecima ſtultitia eſt inſtabilitatis,& imperſeuerantiæ. Eccle.27. Stultus ut luna mutatur.Et Gal.3,inquit Apoſtolus Sic ſtulti eſtis, ut cum ſpiritu ceperitis nunc carne cõſummamini. ¶ Tertiadecima ſtultitia ẽ luxuriæ Iudi.19. dixit ille qui receperat in domũ ſuã hoſpitio Leuitam cũ uxore ſua cum uellent ea abuti,ceſſatẽ a ſtultia hac, & 2.Reg.13. dixit Thamar Amon uolenti eam uiolare,noli facere ſtultitiam hanc. ¶ Quarta decima ſtultitia eſt adulterio fauere,ſ.in retinendo adulteram. Prouerbiorum 18. Qui tenet adulteram ſtultus eſt,qui a ſcilicet fouet eam in peccato,& ſeipſum vituperat. Vnde Chryſoſtomus. Sicut crudelis,& iniquus eſt qui caſtam dimittit,ſic fatuus eſt iniquus q̃ meretricem tenet.Patronus enim turpitudinis eſt,qui celat crimen vxoris.32.q.3.c.ſicut. ¶ Quintadecima eſt reſponſionis indebitæ Prouerb.18.Qui prius reſpondet, quam audit ſtultum ſe eſſe demonſtrat & confuſione dignum,vel etiam cum quis reſpondet malè ei qui malè locutus eſt,ſcilicet cõtumeliã. Vñ prouer.26.Nõ reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiã ſuã ne eis ſimilis efficiaris. Debet tamen aliquando reſponderi cum correctione vel punitione ſi ad eũ ſpectat officiũ ad reprimendam audatiam eius,propter quod ibi dicitur.Reſponde ſtulto ſecũdũ ſtultitiã eius. ſ.corrigẽdo eum oportet ne ſibi ſapiẽs videatur. ¶ Sextadecima eſt interrogationis incõgruitas.Eccle.7. Ne dicas quid putas cauſæ eſt quod priora tempora meliora fuerunt q̃ nunc ſunt. Stulta eſt enim huiuſmodi interrogatio.Nam difficile eſt ſcire qualitatem tẽporum præteritorum,ſeu cõditionem hominum qui in præterito fuerunt, quia & ſi aliqua mala narrantur magis publica,& enormia,nõ tamen ali a' cum innumera fuerint ſemper mala mundi. Sed & quanto q̃s plus uiuit,plus experitur malitias hominum,quã in præteritũ fuetunt,& ſic videntur homines deteriores eſſe. Ratio tamen hoc dictat ſic debere eſſe,quia ſicut quanto aliquid fluens ab aliquo principio magis elongatur, tanto paulatim magis debilitatur in ſuo vigore, ſic & mũdus quantomagis procedit ulterius,tanto magis deficit a uirtute naturali, & feruore ſpiritus & gratiæ incohato per Chriſtũ. ¶ Decima ſeptima eſt ſtultitia loquacitatis nimię Eccle.10.Stultus verba multiplicat. Prouerb. 29. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus. Et. ibidem. Vidiſti hominem velocem ad loquẽdum ſtultitia magis ſperanda eſt ſcilicet deillo,quia ſapiens prius conſiderat quid loquatur. ¶ Decimaoctaua eſt ſtultitia in obediẽtię 1.Reg 13.dixit Samuel. Sauli ſtultè egiſti, nec cuſtodiſti mandatum domini Matth.7. Omnis q̃ audit verba mea(inquit Chriſtus,) & non facit ea ſimilis erit homini ſtulto qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam,& deſcendit pluuia,& uenerunt flumina, & flauerunt uenti in domum illam.& facta eſt ruina eius magna. ¶ Decimanona eſt ſtultitia mundanę lætitiæ.Eccleſia.7. Cor ſtultorum ubi lætitia prouer.10. Per riſum ſtultus operatur ſcelus. ¶ Vigeſima ſtultitia eſt occioſitatis,& accidiæ prouer.12. Qui ſectatur otium ſtultiſſimus eſt,& Eccleſia.4.Stultus cõplicat manus ſuas.

TITVLVS SEXTVS: De gula.

¶ *De gula, & de ſpeciebus eius, & de pœna, & remedijs. Cap. I.*

GVla eſt vnũ ex ſeptẽ capitalibus uitiis. De quo uitio ĩq̃t Amb. Gula a paradiſo regnãtẽ expulit,di.35.ſexto die. Põt aũt ſic diffiniri.Gula ẽ iordinatus appetitus cibi,& potus Dr ãt gula appetitus inordinatus ſm b.Th.2.2.q.148.ar.1.i eo q̃ recedit ab ordine rõnis ĩ qua cõſiſtit bonũ uirtutis moralis, & quia ex hoc aliquid dr̃ peccatum eſſe

tum esse, quod uirtuti contrariatur, ideò gula est peccatum. ¶Sed sciendum secũdũ Tho. vbi supra quod duplex est appetitus. Vnus quidem naturalis qui pertinet ad vires potẽtię uegetabilis, in quibus non potest esse uirtus & vitium, eo quod non potest subiici rationi. Vnde & uis appetitiua diuiditur cõtra nutritiuam, digestiuam, & expulsiuam quæ pertinent ad negetatiuam, ut partes eius. Et ad talem appetitum scilicet naturalem huiusmodi vegetatiuę pertinet æsuries, & sitis ubi non est peccatum. Vnde Grego. Sepę sine culpa agitur quod venit ex culpa, vñ & sine culpa cum ęsurimus comedimus, quod tamẽ ex culpa primi parentis est factũ, vt æsuriamus di. 5. c. ad eius. Alius est appetitus sensitiuus in cuius concupiscentia vitium gulæ cõsistit Vnde & primus motus gulæ importat inordinationem in appetitu sensitiuo qui non est sine peccato quod videtur esse cum quis appetit cibum, vel potum non propter sustentationem, sed propter delectationem. Vnde excedens in quantitate cibi vel potus non ꝓpter concupiscentiam cibi & potus, sed per errorem ęstimans eo indigere, non pertinet ad gulam. Et de hoc vitio loquitur psal. cõtra quosdã ps. 77. Adhuc escę eorũ erant in ore ipsorũ & ira Dei ascẽdit super eos. Vbi tria notanẽ.

¶Primo. materia ex qua regula perpetratur, ibi, adhuc escæ.

¶Secundo culpa in qua anima maculatur, ibi. erant in ore ipsorum.

¶Tertio pœna a qua persona cruciatur. ibi. Et ira Dei ascendit super eos.

§. 1. ¶Materia huius vitijs est esca & potus. Et de esca quod est principale dicit. Adhuc escę eorum. Et loquitur de coturnicibus, quas dedit dominus illi populo Iudæorum in deserto constituto appetẽti alios cibos quam mãna, quod dabat dominus eis quotidie de cœlo. Vbi sciendum quod esca in se quęcunq; non est mala, sed bona, quia creatura Dei. 1. Thi. 4. Omnis creatura bona, & nihil reiiciẽdum, quod cum gratiarum actione percipitur. Et saluator Mathæi. 15. Non quod intrat in os coinquinat hominem, ideſt cibus, & potus secundum suam substantiam, & naturam non maculat hominẽ spiritualiter. ¶In quo redargutus est error, quorundam Iudæorũ, æstimantium quosdam cibos, vt qui sunt lege ueteri prohibiti ex sui natura malos, & maculare animam eorum ęsu, sed bea. Tho. in 3, contra gentiles ca. 124. hoc reprobat triplici ratione scilicet aliquem cibum scdm se malum. ¶Primo sic quod sit secundum rationem nõ est peccatum, sit autem unumquodque secundum rationem quando ordinatur secundũ quod congruit debito fini. Finis aũt debitus sumptionibus ciborum est conseruatio corporis per nutrimentũ. Quicunq, ergo cibus hoc facere potest, ergo absque peccato potest sumi, nullius ergo cibi sumptio secũdũ se est peccatum. ¶Secundo sic. Vti rebus ad quod sunt ordinatæ nõ est secundũ se malũ, sunt autem plantæ, animalia, animaliũ vero quædam propter animalia, & oĩa propter hominẽ. Vti ergo plantis vel animalium carnibus ad æsum, vel ad quicquid aliud homini sunt utilia non est secundum se peccatum. ¶Tertio sic. Defectus peccati ab anima deriuat ad corpus & nõ econuerso, peccatũ enim dicimus secundum quod deordinatur uolũtas. Cibi autem immediatè ad corpus pertinent, non autem ad animam. Non ergo ciborum sumptio secundum se potest esse peccatum, nisi quatenus repugnat rectitudini uolũtatis. ¶Quod autem cibi sumptio repugnat rectitudini uoluntatis contingit tripliciter. ¶Vno modo propter repugnantiam ad proprium finem ciborum, sicut cum aliquis propter delectationem, quę est in cibis utitur cibis contrariantibus saluti corporis, vel secundũ speciẽ, ut infirmus fructus, herbas, & huiusmodi, q̃ nocent cõmuniter illi, vel scdm q̃titatẽ. ut cũ nimis comedit de ali quo ita q̃ grauat ſtomachum, vel caput, & huiusmodi. ¶Secũdo mõ scdm q̃ repugnat cõditiõi eius qui vtitur cibis, vel eorum cũ quibus cõuersatur. Exẽplũ primi patet, vt cum quis comedit accuratius quam sua cõditio, vel facilitas exigit, ut si rusticus utatur cibis gẽtilũ, seu nobilium. Exemplũ secũdũ ut quis vtiẽ aliis cibis quam se habeãt mores eorũ cũ q̃bus cõuersat. ¶Tertio modo secũdũ q̃ cibi sunt aliqua lege ꝓhibiti ꝓpter aliquã cãm spãlẽ puta in ueteri lege aliq cibi prohibebãt comedi ꝓp significationẽ spũalẽ, puta porcus miluus coruus, aq̃la, & hmõi q̃ significãt uitia uidelicet luxuriã porcus, raptũ & auaritiã miluus, tarditatẽ & craſtinationẽ coruus, deliciosita tẽ aq̃la q̃ uitia uult dñs q̃ nõ incorporemus nobis. In lege eccl. ꝓhibẽt æsus carniũ. 6. feria pro. annũ & ieiunijs, & lãcticinia in quadragesima. In aliqb. ẽt religiõibus ꝓhibẽt regulã & cõstitutiões aliqb. cibis uti, ut carnibus, nõ qa malis, sed ad cõcupiscẽtiã refrenãdã, ut dr̃ de cõcef. di. 5. carnẽ. Et qa illa cerimonialia legis ueteris nũc cesãt, seruari nõ debẽt ió illis uti possumus cibis tũc ꝓhibitis. sed significatis cauere debemus, ideſt a vitijs.

Qđ nullus cib. scdm se sit malus.

Cibũ sũmere repugnat tripl̃r rectæ uoluntati.

Prohi-

Prohibitum etiam fuit gentilibus ad fidē cō uersis per apostolos uesci idolotitis pp̄ speciem mali uitandā, ne. s. aliquis crederēt hoc illos facere in uenerationē idoli, qđ ad idolatriā pertineret, aliās de se peccatū nō esset Itē prohibitū fuit sanguine suffocato uesci, qa Iudęi erāt ex lege assueti abstinere a talibus, quæ adhuc seruabāt, & ideo ne redderētur odiosi eis, & graues in cōuersatione utendo cibis, qui illis erant abominationi fuit ad tempus prohibitum pro fraterna concordia. Ad errorem igitur pertinet quem Manichei sequebantur eſtimare escam aliquam, de se esse malam. vnde Apostolus primæ Thim. 4 In nouissimis temporibus recedem quidam a fide attendentis spiritibus erroris, & doctrinis dęmoniorū prohibētium nubere & a cibis abstinere. s. q̄busdā tanquam de se malis. Esca. igit non est vitium gulę, sed materia circa quā exercetur ex concupiscentia ad ipsam.

§. 2. Gula cōsistit in desiderio inordinato.

¶ Quantum ad secundum scilicet in quo cōsistit culpa huius vitij. Sciēdū q̄ consistit in desiderio inordinato cibi vel potus, dum. s. appetuntur propter delectationem corporis, non pp̄ sustentationem ad quam sunt ordinati. Et hoc notatur cum dicitur in ps. Erātin ore ipsorum. s. qui habuerūt desideriū comedēdi carnes propter delectationem Aug. in li. cōfessi. Iussisti domine vt ad alimēta sicut ad medicamenta accedamus. Sicut enim sumit medicina non ad delectationem ,ppter necessitatem scilicet ad prę̄seruādum corpus a morte, & cū timore sumit ne lędat, ita cib. debet sumi ad sustentandum corpus, ne deficiat, & cum timore ne offendat ex nimia cōplacentia vnde Iob. 3. Antequā comedam suspiro. s. timens offendere. Quamuis autē dū quis sanus existens, & indigens cibo vel potu cū delectatione comedat, & bibat plus & minus delectatus secundum quod habet gustū melius disposītum, & secundum qualitatē cibi & potus, ipsa delectatio de se nō est mala, cum sit naturalis, sed cum complacet sibi in cibi, & potus usu propter ipsam delectationē non propter sustentationem, ibi est peccatū siue cum comedit vel bibit principaliter propter delectationē ipsam, siue comedat ,ppter sustentationē, sed in ipso æsu & potu ita cū tē ptatur comedere propter ipsam delectationē vnde Aug. in li. confessi. de hoc se excusat dicens. Dum ad quietem facient is exindigētia molestia transeo, in ipso transitu insidiatur mihi laqueus cōcupiscētiæ, Et cum salus sit causa comedendi & bibendi adiungit se tanquā pediſſequa iocūda gulositas, & plerūq, p̄ire conatur vt eius fiat causa. ¶ Quāuis autē gula sit vitiū capitale, & a uulgaribus dicatur mortale, non tamen semper est mortale, sed tunc est mortale secūdum b. Tho. 2. 2. q. 148. arti. 2. quando propter delectationē gulæ homo auertitur ab vltimo fine, quod fit cum inheret tali delectationi vt fini, propter quem Deū contēnit, paratus. s. facere cōtra Dei, vel ecclesiæ ut delectatiōes hmōi assequatur. De hoc. s. cum est mortale intelligenda est auctoritas Greg. dicētis. 30. moral i. Dū uitio gulæ non resistitur, omne qđ homines fortiter egerūt perdūt, & cum uēter non restringitur, simul cunctæ uirtutes obluuntur. Vel etiam secundum Tho. potest hoc intelligi, quod gula uirtutes auferantur, nō tā propter se quam propter uitia quę ex ea oriunt. Nā dicit idē Gre. in pastorali. Dum uenter per ingluuiē extenditur, virtutes animæ p̄ luxuriā destruuntur. Sed si quis in ordinatē appetit vel q̄rit delectationem cibi uel potus, non tamen quod propter hoc sit paratus facere cōtra dei mandata, tunc erit ueniale, quod communi accidit cum in ea peccatur, nisi sit aliquis habituatus in criminibus. Et secundū hunc modum intelligendum est quod ait Aug. in sermone de purgatorio, Quotiens aliquis in cibo & potu plus accipit, quam necesse est. s. ex delectatione ad minuta peccata nouerit pertinere di. 25. § multi sunt. ¶ Quamuis autem hoc uitium cū est mortale non sit directe cōtra prę̄cepta decalo. est tamen in directe seu per quandam reductionem sc̄m Tho. vbi supra. videlicet contra præceptum de sanctificatione sabbati, in quo intelligit p̄cipiq̄es in ultimo fine. Sed per gulam homo auertit se ab vltimo fine cōstituens eum in talidelectatione. Nec enim omnia peccata mortalia directē contrariantur prę̄ceptis decalogi, sed sola ille quæ iniustitiam continēt, quia præcepta decalogi specialiter pertinēt ad iustitiam, & partes eius. Ex hoc etiam gula est contra delectationē Dei, quæ facit deum super omnia diligere ut summum & ultimum finem, sed gula facit magis dilegere delectationes cibo rum quam Deum, cuius signum est, quia facit contra præcepta Dei, ut cōsequat hmōi delectationes. ¶ Et cum secūdū Tho. e. arti. 3. grauitas alicuius peccati attendatur primo & principaliter sc̄m materiā, in qua peccat sc̄m quam peccata circa res diuinas sūt maxima, secundo ex parte peccatis. i. deordinationis uolūtatis, tertio ex parte affectus consequentis. i. mali quod inde sequitur. Secundum primum gula non habet maximā graui-

Gula quādo si mortale.

Gula ē contra unū de decē p̄ceptis.

grauitatem, quia non est circa diuina, sed circa ordinata ad sustentationem. Nec quantū ad secundum, immo secundum illud magis alleuiatur, q̄ aggrauatur vitium gulæ, tū propter necessitatem sumptionis ciborum, tum propter difficultatem discernendi, & moderandi id, quod cōuenit in talibus, vnde apparet de malitia voluntatis. Sed secundum tertium præcipue attenditur grauitas eius, vt dicatur multum graue, quia multa mala oriuntur ex eo. Vnde super illud. Qui percussit Aegyptum cū primogenitis dicit glo. Aegyptus quæ interprætatur tenebræ significat gulam quæ obtenebrat animam, & caput fumositatibus. Primogenita enim eius sunt luxuria, concupiscentia, superbia, & huiusmodi q̄ generat gula. Quod autē dicitur Adam propter gulam de paradiso expulsus, illud fuit magis propter radicem eius, idest superbiam quam propter ipsam gulam.

§. 3. ¶ Quantum ad tertium, scilicet de pœna, qua punitur gula, nota hic cum dicit. Et ira Dei ascendit super eos. s. gulosos. Ira Dei est punitio eius qua punit illos. s. ignem mittendo de cœlo qui combussit illos & occidit. Vnde dictus est locus ille sepulchra concupiscentię, quia ibi sepulti sunt mortui propter concupiscentiam gulæ. Punitur autem tripliciter.

¶ Primo pœna corporali.

¶ Secunda pœna spirituali.

¶ Tertia pœna gehennali.

Gulosus punitur corporaliter. ¶ Quantum ad primum dicitur Eccl. 37. Propter crapullam multi perierunt. Multi. n. moriuntur propter inordinatam sumptionem cibi & potus. Vnde Chrisost. Excessus ciborum consumit, & computrescere facit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna, & tunc eum morte crudeliori consumit de cōs. dist. 5. c. Nihil sic iocundum. Hinc & Hieron. Hippocrates docet in amphorismis. Crassa & obesa corpora quæ crescendi mensuram impleuerūt nisi cito ablatione sanguinis minuātur in paralysim, & pessima morborum genera erumpere. s. est necesse. Et Galenus doctissimus Hippocratis interpræs. Athletas quorū vita, & ars sagina est, Dicit in exhortatione medicinæ nec viuere posse diu, nec sanos esse. de conse. di. 5. c. Ne tales. ¶ Et de quodam podagroso narrat ipse idē, q̄ proscriptus & depaupertatus cum non posset, ita vacare gulosi tatibus suis, factus est sanus. ¶ Narrat de quodam abbate, qui cū iret ad balnea, quia quasi perdiderat appetitum propter nimiam epulationem captus in uia & ductus ad Pedicosanū fuit incarceratus, & audita causa itineris fecit dominus castri manere in quadam camera, vbi non erant nisi fabæ crudę, & aqua, & sine cibo & potu per aliquot dies propter quod ille consumptis superfluis humoribus: fame ductus comedit illas fabas & sanatus ē. Eccl. 37. In multis. n. escis erit infirmitas. Sen. Voluptates non tantum voluptuosus excecant, sed & imponētes reddunt, & cōtractos; & leprosos, & diuersis aliis infirmitatibus affligunt. Inducit quoque & paupertatem, secūdum illud prouer. 21. Qui diligit epulas in ęgestate erit, & qui amat vinū, & pinguia non ditabitur. Vnde & prodigus filius consumpta substantia in gula, & luxuria cœpit ęgere. Lu. 15. ¶ Secunda punitio seu pœna quæ incurritur propter gulam est spiritualis, quia videlicet amittuntur per eam, & destruuntur omnes virtutes, quæ superant omnia bona temporalia. In huius figuram legitur quod Nabuzardan principes coquorū destruxit muros Hierusalem, ad designādum, quia vēter cui multitudo coquorū deseruit propter vitiū. s. gulæ ædificia virtutum ad solū redigit, vt ait Gratianus. 44. di. §. 1. Quod fides ruinam patiat, patet in illo populo Hębreorum, de quo legitur 1. Corinth. 16. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. i. festinare in veneratione vituli aurei declinantes ad idolatriam. Quam spē habere possunt de Deo, vel de beatitudine, quorum Deus venter est, vt dicit Apostolus: Et gloria in confusione eorū qui terrena sapiunt ad Phil. 3. Hi sunt gulosi qui cultū & sollicitudinē quam debēt erga Deum habere habent pro ventre suo. Verus ēnim Dei cultor cū surgit mane cogitat primo de Deo, se ei recomendans. Sed gulosus cogitat quid debeat in mane comedere, qđ magis delectet. De coquina templū facit, de mensa altare, ibi ponit victimas carnes varias, ministri sunt serui mensę, orationes & lectiones sunt locutiones de cibis, & vinis, q̄ sint meliores, hi dicunt, Comedamus & bibamus, cras. n. moriemur, & sic erimus quasi nō fuerimus, nec enim aliam vitā sperant: sed cū se reperiunt in igne inferni, tunc experiūtur aliam vitam. ¶ Charitatē proximi ignorant, sicut diues ille qui epulabat quotidie splendidē, & Lazaro mendico & vlceroso quem quotidie videbat, nec micas quidem quæ cadebant de mensa ei dabat, propter quod tandē mortuus sepultus fuit in inferno. Qui enim habuerit substātiam mundi huius, & viderit fratrem suum ęgere, & nō dederit quomodo charitas Dei est in illo? 1. Io. 3. quasi dicat: nō est vtique. Prudentiam prosternit gula, qa vt ait

Punitur spiritualiter.

Punitur ęternaliter.

Gula causat infirmitates.

ait. Hiero. Pinguis venter, ideſt gulæ deditus craſſum ſenſum generat diſtin. 44. §. fi. Famoſitates enim ciborum & potuum aſcendunt ad caput & obtenebrant intellectum, vt malè poſſit diſcernere verum, ſicut patet in Herode in conuiuio poſito, quod neſciuit diſcernere ſe non obligatum ad promiſſa iniuſtè, ſed imprudenter & crudeliter ad petitionē puellæ iuſſit amputari caput Ioannis Baptiſtę. Iuſtitia exilio relegatur. Quis enim tam iniuſtus tam auarus (inquit Ambro.) quam qui multorū alimenta non ſuum vſum: ſed abūdantiam, & delitias facit diſt. 47. ſicut hi, qđ facit guloſus, ita comedens præcioſa, quod multi pauperes poſſent ex illo ſumptu viuere. Quot irriſiones, detractiones, ꝓditiones, homicida fiunt in conuiuiis? Nonne Abſaló fratrem ſuum proditoriè in conuiuio occidi fecit? vt habetur. 2. Reg. 13. Fortitudo per gulam infirmatur. Vnde & qui certat in agone ab omnibus ſe abſtinet. 1. Cor. 9. ſcilicet grauamine ciborum & potuū, vt ſit fortis ad bellandum. Fortiſſimus enim ille Holofernes, cuius terrorem omnes formidabant in conuiuio nimis comedendo, & bibendo ita debilis eſt affectus, quod ab vna muliere, ſcilicet Iudith fuit decapitatus. Iudith. 3. Temperantiam autem fugat ex toto, ſicut vnum contrarium expellit aliud, ſed venter mero æſtuans facile deſpumat in libidines, vt ait Hiero. In cuius figuram Noe ebrius factus nudauit ſęmora. Gene. 9. Sed & ſeptē dona ſpirituſſancti ex gula ruunt, quod figuratū fuit Iob. 1. ca. qñ ſeptem filiis conuiuantibus in domo primogeniti domus percuſſa a vento ruens oppreſſit omnes. Figurāt enim ſecundum Grego. ſeptem dona ſpirituſſancti ſeptē filii Iob. Demum pęna gehennali punitur. Attendite (inquit ſaluator) ne grauentur corda veſtra crapula & ebrietate, & ſuperueniat in vos repentina dies illa, ſcilicet iudicii vos condemnans. Ponit Apoſtolus Roma. 14. comeſationes, & ebrietates inter opera tenebrarum, q̃a ducunt ad tenebras æternas. Sicut ergo ira Dei aſcendit ſuper eos, ſcilicet guloſus, ſcilicet incendium ignis, ita ignis ęternus parat̃us eſt guloſis.

§. 4. ¶ De ſpeciebus gulæ quę quinque ſunt, vt ponit Greg. in li. moral. di. Quinque modis nos gulę vitium temptat. Aliquādo namque indigentię tempora præuenit. Aliquando tempora nō præuenit, ſed cibos lautiores quęrit. Aliquando quę ſumenda ſunt procuari accuratius expetit, aliquando autem & qualitas ciborum & tempus congruit, ſed in ipſa quantitate ſumenda' menſuram refectionis excedit. Nonnunquam abiectus eſt quod deſiderat, & tamen in ipſo æſu immēſi deſiderii deterius peccat, de conſecratione diſtinctio. 5. c. quinque ſuper hoc datur verſus. Properè lautè nimis ardenter, & ſtudioſè. ¶ Quomodo autem iſti modi vel circūſtantiæ gulæ faciāt diuerſas ſpecies. bea. Tho. 2. 2. q. 148. ar. 4 ſic declarat. Gula importat inordinatam concupiſcentiam ædendi. In æſu autem duo cōſiderantur, ſcilicet ipſæ cibus qui comeditur, & eius comeſtio. Poteſt ergo inordinatio concupiſcentiæ attendi. Vno modo quantum ad ipſum cibū qui ſumitur, & ſic quantum ad ſubſtantiam, vel ſpeciem cibi quærit aliquis cibos lautos, ideſt præcioſos quantum ad qualitatem. Quærit cibos nimis accuratè præparatos quod eſt ſtudioſè quantum ad quantitatem excedit in nimis comedendo. Alio mō inordinatio concupiſcentiæ conſideratur in ipſa ſumptione cibi, & hoc quia præuenit debitum tempus comedendi, & ſic eſt properè, vel quia non ſeruat debitum modum in ędēdo quod eſt ardenter ppea aūt corrupte circunſtantiarū diuerſarū facit diuerſas ſpēs gulæ pp diuerſa motiua ex quib. moraliū ſpēs diuerſificentur. In eo enim qui quærit lautos cibos excitat concupiſcentia eius ex ipſa ſpecie cibi. In eo autem qui præuenit tempus deordinantur concupiſcentia propter impatientiam moræ. & ſic de aliis. De his poteſt induci illud, pſal. 77. Manducauerunt & ſaturati ſūt nimis & deſiderium eorū attulit eis. Et loquitur pſal. de illis guloſis qui erant in deſerto in populo Dei. Sed quantum ſit deteſtabile vitium gulæ oſtendit Ambr. in ſermo. di. Sexto die beſtiæ creatæ ſunt, & cum beſtiis orta eſt poteſtas edendi, & vſus eſcarum, vbi cibus cępit, ibi finis factus eſt mundi, ibi cœpit ſua incremēta neſcire, vbi cęperunt diuina circa eū opera feriari, quo iudicio declaratum eſt, q̃ per cibos mūdus haberet imminui, per quos deſiit augeri, & infra. Eo vſq; prævaricari nemo nouerat, & adhuc orta non eſſet quæ prima eſt ꝓuaricatio. Indictū eſt ieiuniū. 1. abſtinentiæ lex a domino Deo, prævaricatio legis a diabolo. Serpens gulæ ſuadet, dominus ieiunare decreuit, culpa per cibum, cognitio infirmitatis in cibo, firmitas virtus in ieiunio, di. 35. Sexto, vbi oſtendit Ambr. quinq; mala ex vitio gulæ. ¶ Primum quia facit hominē vt animal brutum. Sicut enim beſtiæ comedunt cum trahit appetitus eas ad cibum ſine diſcretione, vel aliqua conſideratione, ita & guloſus non reſpicit nec ad diem, nec ad modum,

Abſaló fratrē ſuum i cōuiuio occide iuſſit.

Holofernes cōui uādo interfectus fuit

Filii Iob conuiuādo pemptè sūt.

Diuerſę circūſtātiæ gulę faciūt diuerſas ſpecies.

Quinq; mala ex gula.

dum, nec ad neceſſitatem, ſed ad appetitum. Et hoc ſignatum fuit in eo q̃ in eadē die. ſ. in principio creationis rerū qua creatę ſunt beſtiæ poſtea creato homine fuit data licentia comedēdi, cū dominus dixit de omni ligno paradiſi comedite &c. Gen. 2. Tullius. Si uideris iſtos epulatores velut opimos boues ſtertere, & ſudare intellige eos. Et Sen. quoſdā uētri obedientes loco animaliū numeremus nō hominum. ¶ Secundum malum, quia impedit virtutis profectū. Vnde & Gregorius dicit in lib. morali. quod qui non vincit vitiū gulæ malè poteſt alia vincere, ideſt quanto corpus impletur, tanto anima minoratur. Quod figuratum fuit in hoc quod data licētia comedendi a Deo nō creauit poſtea alias nouas creaturas. Et ſic dicit Ambroſ. mundum ſmitum per cibum gulæ, mundum ſcilicet minorem diminutum, ideſt hominem in profectu ſpirituali. ¶ Tertium, quia eſt malorum initium. Nam omnes pœnalitates, & miſeriæ, & mors quam patimur ſecundum corpus, & ignorantia, & inclinationes ad uitia procellerunt ab illa inobedientia Adæ & vitio gulæ ſecundum illum verſum ſapiētis. Mala ideſt maxilla, mali ſcilicet hominis, Adæ malo ideſt pomo malo, contulit omnia mundo corporalia & ſpiritualia, vnde dicit hanc fuiſſe primam prævaricationem. ſ. quantum ad exteriora vitia. ¶ Quartum malū eſt quia obſcurat intellectum & aufert Deū. Iob 27. Non inuenitur ſapientia in terra ſuauiter uiuentium ideſt guloſorum. Tulius. mēte recta vti nō poſſunt cibo, & potu repleti. In cuius figurā poſt gulā commiſſam ſe abſconderunt primi parentes quaſi amātes tenebras, ne viderent a Deo. Et hoc eſt quod ait Amb. Latebra poſt cibum. ¶ Quintum malū, eſt quia inducit luxuriæ fluxū. Hier. 5. Saturaui eos & mechati ſunt. Hier. Quomō iuuēcula in feruore iuuentutis poſita dapibus & uino plena de caſtitate erit ſecuta. q. d. male. Et in huius figuram cōmiſſo uitio gulæ fecerūt ſibi perizomata cooperiētia, pudēda, q̃a ſe ſerūt ſtimulū carnis. Et hoc eſt q̃ dicit Ambr. Cognitio infirmitatis in cibo, & ideō ſerpēs gulę ſuadet, & tēptat de ea, vñ & Chriſtum temptauit in deſerto dicens. Si filius Dei es dic ut lapides iſti panes fiāt. Matth. 4. quia nouit inde multa lucrari, & frequēter illud ſuggerit ſcd m moralē ſenſum, & lapides duros abſtinentiæ & ieiuniorum cōmutet in panes relaxationis pœnitētiæ, & recreatiōis corporis, & hoc ſi filius Dei es, ſi pro quia filius Dei es per fidē, & gratiam, Deus vult filios ſuos lætari non cruciari. Et regnū Dei nō eſt eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto inquit Apoſtolus. Roma. 14. Sed verum eſt, q̃ regnum Dei non acq̃rit̃ ſolum per abſtinentiam ciborum, ſed p iuſtitiam, ad quem pertinet ieiunia inſtituta non frangere, neque propter delectationes comedere, vel aliquid propter comedēdum inordinatum facere, quod & diabolus Chriſto ſuggerebat, vt ſcilicet faceret miracula illius conuerſationis ſine cauſa vrgente, qui aliter ſibi poterat de cibo prouidere, ſed guloſi maducauerunt & ſaturati ſunt vbi notā tur plures ſpecies gulę.

Gulamalorū initium.

¶ Primo manducauerunt aliqui in exceſſiua quantitate.

¶ Secundo manducauerunt aliqui cum lauta qualitate.

¶ Tertio manducauerunt terti ſ de accurata ſtudioſitate.

¶ Quarto manducauerunt quarti ex nimia auiditate.

¶ Quinto manducauerunt quinti ſub tempore in opportunitate.

¶ Prima ergo ſpecies gulæ ſeu modus eſt nimis comedere, uel etiā bibere, qđ enim dicitur de ęſu, totum ſciendum eſt de potu, ſed locutio in hmōi fit de æſu, quia ibi magis offenditur, & frequētius quam in potu. Cum autem ita exceditur in quantitate, vt incurratur ebrietas, illud eſt unū uitium ſpeciale de quo dicetur infra. Cum uero bibitur vltra ebrietatē pertinet ad hanc ſpeciem gulæ. Ab hoc vitio deuicti ſunt multi ex illis ebriis in deſerto de quibus dicitur in verſiculo allegato. Māducauerūt & ſaturati ſunt nimis, comederūt ergo coturnices, quas dominus fecit circa caſtra eorū euolare, quas captas comederūt in nimia quātitate, ſed puniti ſunt igne de cœlo guloſos illos comburēdo, vt habetur numeri. 11. Et perpetrari poteſt illud uitiū ita circa uiliſſimos cibos, & potus, ſicut circa delicatos & præcioſos. Vnde dicitur Ezechie. decimoquinto. Hęc fuit iniquitas ſororis tuæ Sodomæ ſaturitas panis, & aquę. ¶ De quantitate autem cibi & potus non poteſt dari una certa regula omnibus ſecundū eandem menſuram, ſeu plus & minus exigitur ſecundum uarietatem complexionum, & fatigationum. Vnus etiam & idem plus indiget vno tempore quam alio ſecundum diſpoſitionem ſui corporis. Vnde philoſophus in libro ethicorum. narrat de quodam fortiſſimo uiro dicto Milone q̃ comedebat ſolus aliquando vnum bouem, nec erat grauatus ſtomacus

§. 5.

Saturitas nimiæ induxit peccatū Sodomiticum.

De uoracitate Milonis.

macus. Et alius quia debilis etiam de paucis buccellis panis grauabatur, propterea inquit Christus. Matthæi vndecimo. Venit Ioannes Baptista non manducans, neque bibens, scili cet communia cibaria, & dicunt dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens. s. communi modo, & dicunt. Ecce hō uorax, & potator vini, & iustificata est sapiētia ab omnibus filiis suis. Et hoc vltimū verbum tractans. Augustinus ait. Ostendit filios sapientię intelligere, nec in abstinēdo, nec in manducando esse iustitiam, sed inæquanimitate tolerandi inopiā, & temperandi abundātiam, & non se corrumpendi. distin. 41. quod dicit. Et appellat filios sapientiæ discipulos Christi a quibus dicit se sapientiam iustificatam. i. iustam & sanctam in comedendo nō deratè. Tantū ergo pōt & debet quis comedere & bibere quātum credit se indigere ad sustentationem, & executionem eorum, quæ sibi incumbunt agenda, ita vt non vsque ad nauseam sumat, sed cum aliquali adhuc appetitu finē faciat. Cum autem ex delectatiōe cibi uel potus plus sumit, q̄ sibi dictat conscié tia opportunum, tunc peccat. Et de crapula carnis priuii ex his, quę habentur distinct. 4. denique. cum glosa. videtur ibi esse mortale, dicit enim ibi Gregorius cum omnes laici seculares illa die plus solito, & cæteris diebus accuratus cibos carnium appetant, & nisi noua quadam auiditate usque ad mediam noctem se ingurgitent, nō aliter se huiusmodi sancti temporis obseruationem suscipere putant. s. quadragesimæ quod vtique non ratione, sed uoluptati, immo cuidam mētis cęcitati ascribendum est. Vnde nec a tali consuetudine auerti possunt, & ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt, ne forte peiores existant si a tali consuetudine prohibeantur. Hæc Glosa ibi dicit. cum uenia, scilicet temporalis punitionis non gehennalis. Neque tamen omnes excedentes illo tempore in quātō uel quali condemnandi sunt de mortali, sed qui faciunt nimium excessum auertētes se a Deo, beatus etiam Augustinus dicit esse reprehendendas comesationes, & ebrietates quæ fiunt in diebus solemnibus. vt disti. 48. Comesationes.

§. 6. Delicata ciba ria.

¶ Secūda species est comedere cibos nimis delicatos propter delectationem, vt capones, sanos, perdices, carnes uitulinas, lampredas, sturiones, & huiusmodi, vina solēnia, ut maluaticum, uernatium, græcum, tribianum, & huiusmodi. Huic deditus erat dives ille qui epulabatur quotidie splendide, de quo Christus dicit q̄ mortuus est, & sepultus in inferno. Luc. 16. In hanc etiam speciem gulæ videntur lapsi hi de quibus ait ps. Manducauerunt & saturati sunt nimis. Non enim erant contenti cibo communi & utili, & suaui mānæ de cælo, sed appetierunt carnes solēnes, vnde coturnices dominus dedit. Num. 11. Si tamen quis utatur cibarijs delicatis propter infirmitatem, vel debilitatem hoc exigētem aut generis nobilitatem, vt princeps, aut propter temporis congruitatem, ut in nuptijs, & conuiuijs discretis, potest esse hoc absq; peccato. vnde Aug. fieri enim potest, vt sine aliquo uitio cupiditatis, uel uoracitatis prēcio fissimo cibo sapiens utatur. Insipiens autē fętidissima gulæ flamma in uilissimum inardescat. Et sanius maluerit quis amore domini pisce vesci, q̄ lēticula more Esau nepotis Abrahæ aut ordeo more iumentorū distin. 41. quisquis, & in eadem distinctione idem dicit. cap. Non cogantur diuites cibis pauperū uesci, utantur consuetudine infirmitatis suæ sed doleant se aliter abstinere nō posse. Si. n. consuetudinem suam mutant ęgrotāt, utantur superfluis, & dent pauperibus necessaria utantur prēciosis, & dent pauperibus uilia. Hæc ille. Vnde laudabile est a pueritia etiam filios nobilium assuescere cibis grossioribus, quod fecit mater b. Ber. erga filios suos nobiles & diuites. Sed & Ligurgus Ethnicus, sed rectissimus ordinauit in legibus suis adolescētulos, rure nutriēdos cibis uilibus. Sūme autem repræhensibile est iuuēculos ad tabernas accedere, pignolatas, confectiones, & alia gulosa comedere, maluatica, & grēca bibere, in conuiuijs cum aliis iuuenibus reperire. Cum istis enim lambacitatibus inducuntur ad omnem turpitudinem sodomiticā, & huiusmodi. Nimis inardescit in eis concupiscētia carnalis, sanguine in eis feruente absque hoc, quod ligna tanta ad augmentandam flammam apponant. ¶ Conuiuia autem facere vbi communiter lauta prēparātur cum ex amicitia, vel alia causa fiunt, de se nō sunt reprehensibilia. Nam & Iob permittebat filiis suis cōuiuia facere inuicem. Iob. primo. Et Ioseph præparauit fratribus suis conuiuium, & Abraham angelis hospitibus suis. Gen. decimonono, & præcipue cum in conuiuiis absunt quinque circunstātiæ quas ponit Gregor. dicens. Sciendum q̄ conuiuia tunc ex charitate ueraciter proderunt cum in eis absentiū nullius uita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur. Nec inanes secularium negociorum fabulæ, sed uerba sacra lectiōis

Conuiuia facere.

legun tur

leguntur & audiuntur. Cum non pluſquam neceſſe eſt corpori deſeruitur diſtinct. 44. conuiuia. Et quia rato eſt quin in conuiuiis multa vana, & irriſoria immiſceantur, & vltra debitum comedatur, & delectetur, ideò refert Aug. documentum ſibi a bea. Ambro. traditum, vt vitaret conuiuia quibus terminus tẽperantiæ exceditur.

§. 7. ¶ Tertia ſpecies gulæ eſt ponere nimis de tẽpore & cura ad præparandum cibos, vt magis delectent, puta vt ſint variati: aſſati, lixi cum aromatibus, cũ ſaporibus, & huiuſmodi quo vitio laborauerunt filii Hely ſacerdotis. Nam cum populus accederet ad offerendum ſacrificia animalium ad altare ſecundum mandatum legis, veniebat puer qui ſcilicet erat miniſter ſacerdotis, & dicebat offerenti da mihi carnes, ideſt partem animalis occiſi, vt coquã ſacerdoti. Non enim accipiã coctam, ſed crudam, quod faciebat vt accuratius poſſet ſuo ſacerdoti præparare. Et offerens reſpondebat. Incendatur prius ſecundum morem adeps & poſtea accipies, & ille ſcilicet miniſter nequaquam. Si non dabis accipiam eam vi. In ollis quoque vbi coquebantur carnes mittebat tridentem, & trahebat erudum de lebete, vt habetur 1. Reg. 2. vbi ſubditur quod grande erat peccatum eorum, vnde in punitionem in bello contra Philiſteos occiſi ſunt. Et præcipue in hoc ſolent delinquere diuites, & etiam prælati eccleſiæ. Vnde Alanus in planctu naturæ ait: Hodie gula vitium profundius ſe porrigit in dominos, & prælatos qui ſalmones Lucios, cæteroſque piſces æquipollenti generoſitate inſignes, variis decoctionem cruciant martyriis balneantes officio ſacri piperis: fonte baptizant, vt multiformem ſaporis gratiam conſequantur. Alius miniſtrorum contundit, colat alius, & conficit, ſubſtantiam vertit in accidens, naturam mutat in artem, vt ſaturitas tranſeat in eſurientem hæc ille. Sed magnam conſcientiam ſibi debent facere tales de tanto tempore, quod amittũt, & faciũt miniſtros amittere pro huiuſmodi præparatione, & expenſis ſuperfluis quibus deberent pauperibus ſubuenire. Et forte etiam ille de quibus dicitur. Manducauerunt, & ſaturati ſunt &c. In hoc vitium inciderunt. Nam cęperunt illas aues in copia, & deficcauerunt vt poſtea poſſent ſibi accuratius præparare in eſum. Sciendum etiam quod ſumere cibos immunde, & ſine congruente præparatione, vbi commodè prouidere poteſt vitioſum eſt pertinęs ad vitium negligentiæ vel inſenſibilitatis. Vnde Hieronymus. Nec affectate ſordes nec exquiſitæ delitiæ laudem pariunt quod inducit Gratia. 41. diſtin. clericus. §. ſicut de cibis ſic, & de veſtibus, quod autem aliquos ſanctos cibis cineres legimus prælibaſſe vel immiſcuiſſe, vt beatus Germanus epiſcopus Anthiſiodorenſis, & ſanctus Franciſcus dicit Vl. Hoc fuiſſe laudabile, & virtuoſum eſt opere operante non ex opere operato, ideſt ex intentione operantium, vt ſcilicet ſubtrahentes ſe ab omni delectatione, ſcilicet corporali redderentur magis capaces, & apti delectationibus ſpiritualibus, & affectui ad diuina a Deo ad hoc inſpirati, ſed iſtud opus in ſe nõ erat laudabile, vnde nec imitabile niſi quis ſimiliter a Deo inſpiratus eſſet.

¶ Quarta ſpecies gulæ eſt nimis ardenter ſeu §. 8. nimia auiditate cibum, vel potum ſumere ad quod pertinere videtur comedere nimis rapaciter, & feſtinanter. Et licèt quidam habeant a naturali conditione, vel aſſuefactione, tamẽ & corpori nocet, quia non ita bene poteſt cibus digeri quaſi integer deglutitus, & minus bene ædificat. Et cum procedit ex inordinato appetitu delectationis gulæ peccatum eſt. Hoc vitio Eſau ſuperatus propter vnam eſcã, ſcilicet lentis edulium vendidit primogenita ſua, vt dicit Apoſtolus ad Hæbreos. 12. Nam vt narratur Gene. 25. Cum reuerteretur Eſau de agro feſſus ad domum inueniẽs quod germanus eius Iacob coctum lentium ferculum comedere petiuit ab eo, vt ſibi de illo ferculo ad eſum daret cui Iacob dixit vende mihi primogenita tua quod & fecit ex nimia auiditate illius edulii paruipendens ea pro tam vili pretio vendere. Vnde & grauiter peccauit ſymoniam committens: quia ius primo geniturę, tunc ſcilicet in lege naturæ erat ſpirituale. Nam primogenitus tenebat locum & officium ſacerdotis. Iacob autem emẽdo dicitur non peccaſſe, quia potius redemit quam emit vexationem ſuam, & in hac ſpecie gulæ ita peccatur viliſſimis cibis, ſicut preciosis, immo frequenter oſtendunt homines non facientes ſibi conſcientiam propter viliTropter gulam Eſau vẽdidit primogenita.

tatem cibi, & cum maiori delectatione gulæ, comeduntur aliquando herbæ, fructus, cepæ, alea, & huiuſmodi quam carnes. Non attendentes quod vitium gulæ in primis parentibus non fuit circa capones, & confectiones, ſed in fructibus. Sed vt dicunt Hębrei ſecundum qđ allegat Nicolaus de Lyra, fuit fructus ficus. Vnde Aug. In oĩbus his rebus non vſus rerum, ſed libido in culpa eſt. Idem, Viles cibi appetenter accepti impediunt prouentũ abſtinentiæ, Dauid aũt aquam cõcupitam effudit

effudit 41. distin. cap. delitiæ. Historia Dauid habetur 2. Regum 23. vbi dicitur quod cum quadam die Dauid appeteret bibere de aqua cisternæ Bethleem dicens. O quis mihi daret de aqua cisternæ quæ est in Bethleem, subito tres socii eius fortissimi a seipsis fuerunt, & per medium castrorum inimicorum Philistiim, qui tunc habebant stationem in Bethleem transeuntes hauserunt aquam de cisterna Bethleem, & sibi apportauerunt, sed voluit bibere dicens absit, vt periculum animarum harum ego bibam, sed libauit eam domino. Infirmi vel sani qui sciunt vel experti sunt aliquid cibi, vel potus nocere infirmitatibus eorum, & tamē sumunt propter auiditatem, vtique peccant in hac specie gulæ, & hoc plus & minus secundum excessum quem faciunt. Narrat etiam Gregorius in 4. dialogo. de quadam sanctimoniali quæ quandam lactucam in horto visa colligens cum nimia auiditate comedit, propter quod a diabolo arrepta est, sed ab Equitio liberata est, hoc etiam uitio peccauerunt isti qui manducauerunt, vnde dicitur. Desiderium eorum &c.

§. 9. ¶Quinta species gulæ est anticipare horam seu extra horam statutam vel consuetam comedere sine causa vrgente. Nam si exigit infirmitas, uel causa alia rationabilis omnis hora est idonea. Cum non ieiunatur communis modus christianorum est bona comestio, scilicet prandium, & cœna, & per hoc sanius viuitur. Qui enim comedunt pluries in die, vt animalia bruta sunt. Nec sanè viuere possunt cum ponant indigestum super indigestum, vnde mali humores generantur, & caput ēt fumositatibus est grauatum, & malè aptum ad spiritualia. Et hoc nisi magnus labor excusset, vt laborantes in agris viatores, pueri, dum sunt in augmento. Qui autem de mane surgentes de lecto subito volunt comedere & bibere, & præcipue in diebus festiuis antēq̄ vadant ad ecclesiam nimis indeuoti sunt. Cōtra quos dicitur Eccl. 10. Veh tibi terra cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Terra est homo, puer est sensualitas, q̄ appetit sensibilia vt puer, principes eius sunt sensus. Veh autem illi qui regitur a sensualitate, & cuius sensus vacant comessationibus tempestiuè, quia gulosus est Esa. 5. Veh qui surgitis mane ad ebrietatem sectandam. Q̄n verò ieiunari debet, vt in diebus statutis ab ecclesia, semel tantum comedi debet, & circa horam nonam præueniendo autem notabiliter horam nonæ, vt in tertia sine causa rationabili: sed merè ex impatientia, amore, & appetitu gulæ uitium est, vel ēt comedere post prandium de sero, & si non ordinante tamen bucellam panis vel plures fructus vitium est, & non ieiunium, vt dicetur in c. se. In hanc speciem gulę incidit Ionathas filius Saul qui facto præcepto a rege patre suo Saul q̄d nullus aliquid comederet dum persequebat Philisteos contra quos bellum gerebat. Ipsæ Ionathas transiens per campum insequendo cū aliis inimicos parum mellis accepit cum virga, quam gerebat in manu q̄d reperit in quadam arbore, & comedit fame ductus, propter q̄d cum postea reuertens a persecutione inimicorum cum suis Saul consuleret dominū non potuit habere rūsum pp transgressionē illam. Et hac cōperta quis perpetrarat voluit occidere illum, sed populus eripuit eū de manibus suis, vt habetur. 1. Reg. 13. In his omnibus quinque speciebus ad discernendum q̄n sit mortale, vel veniale sumenda est regula data superius in c. præcedenti. §. 3. videlicet, q̄ cū tanta est inordinatio, volūtatis seu affectio ad consequendā delectationē gulæ in quocūque dictorū modorū quod videt se paratū ad faciendum contra mandatum Dei, vel ecclesiæ, tunc est mortale, alias veniale.

Cōnedendi modus.

¶Remedia contra gulam sunt quinq;. §. 10. ¶Primum est lectio seu auditio sacræ scripturæ. Hoc vsus est Christus cum tentatus de gula in deserto dixit: scriptum est. Non in solo pane viuit homo, sed in in omni verbo q̄d procedit de ore Dei. Ipsæ enim sermo hortatur ad abstinentiam. Spiritualis etiam cibus inducit obliuionem, & contemptum cibi corporalis. ¶Secundum est elongatio ab his quæ dant occasionem excedendi in cibo & potu, vt sunt delectabilitas, varietas, nimietas ciborum propter quod dicitur. Melius est ire ad domum luctus q̄ ad domum conuiuii. Eccl. 7. quia in cōuiuio sunt occasiones gulæ, & aliorum vitiorum. ¶Tertiū est consideratio cenę æternæ ad q̄ inuitati sumus, cuius ęsuries inducit saturitatē, quia beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā &c. Inuitatus. n. ad solēnē cœnā nō curat de prandio pcedenti Apoc. 19. Beati qui ad cœnam agni nuptiarum inuitati sunt. ¶Quartū est moderata occupatio prouer 21. Desideria occidūt pigrū: noluerūt quicq̄ operari manus eius tota die concupiscit, & desiderat. Patitur. n. ocioſus famem vniuersalē, oculi desiderant videre vanitatē, aures rumores, olfactus odores, gula cibus quam famē non habet occupatio. ¶Quintum est oratio. Vnde psal. De necessitatibus meis eripe me domine. Necessitatis est. n. comedere & bibere: sed

immiscet

immiſcet ſe gula,& ideò orat ne ſub neceſſitate ſurrepat voluptas. In cuius figuram ſocrus Symonis quæ tenebatur magnis febrib. orantibus apoſtolis Chriſtum pro ea, ſanata eſt. Lu.4. Socrus Symonis eſt ſenſualitas, magnæ febres ſunt ſpecies gulæ. ¶ Quinq; enim ſunt febres, ſ. ephimera quæ durat vna die, & eſt in ſpiritibus; flegmatica, tertiana, quartana, quæ ſunt in humoribus, ſcilicet flegmate, colera quo ad tertianam, melancolia quo ad quartanã, ethica quæ eſt in oſſibus. Febris eſt exceſſiuus calor, & gula ſordinatus appetitus.

¶ *De omiſſione ieiunij quæ frequenter accidit ex gulæ. Cap. 2.*

DE omiſſione ieiunii, quod fit quandoq; ex gula quandoque ex incuria Ambr. in ſermone. Vt ſciamus nouellũ nõ eſſe ieiuniũ, primam legem cõſtituit de ieiunio ſcilicet cũ dixit, de ligno ſcientiæ boni & mali ne comedatis. Gene 2. Lex abſtinẽtiæ a domino Deo cepit præuaricatio legis a diabolo, diſt. 25. ſexto. Et hoc in ſtatu innocentiæ: ſed poſt lapſũ renouauit legem dicens Ioelis. 2. Cõuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio, & fletu, & planctu. ¶ Eſt autem ieiunium triplex. Primum ex lege naturali. Secundum ex lege diuinali. Tertium ex lege poſitiua ſeu humanali, diuerſimodè tamen. Nam ex lege naturali eſt ieiunium generali modo non determinato nec ad certum diem, neque ad horam comedendi, nec ad quantitatem cibi. Dictat. n. ratio naturalis homini, vt carnem ſuã ita domet ieiuniis abſtinentiæ eſcæ & potus, vt ſpiritui ſit ſubiecta per cõtinentiam, & eleuari ali quando poſſit in Deũ, ſed nõ dictat quod magis vna die certa quã alia, nec quod hora nona comedat, nec quod a lacticiniis abſtineat, & ideo ex hac lege difficulter poteſt ſciri qñ peccatur omittẽdo. ¶ Ex iure diuinali eſt ieiunium tripliciter, videlicet ex pẽnitentiæ iniũctione & voti ꝓprii obligatione, & veteris legis traditione. Impoſitio pẽnitẽtiæ quæ fit cõfitenti a ſacerdote de ieiunio, ſicut de aliis rebus, pertinet ad ſatisfactionem partem ſacramenti pẽnitentiæ ſm Pe. de Pal. ¶ Sacramenta aũt ſunt de iure diuino, ita ergo iſtud obligat, ꝙ demittere ipſum merè ex negligentia eſt peccatũ mortale, ſecus ſi ex impotẽtia vel infirmitate, vel obliuione, vel ẽt differendo ipſum facere, cum confeſſor non aſtrinxit eum ita ad certum diem, quin poſſet altera ſupplere. Poſſet ẽt per illum confeſſorem, vel aliũ in aliud cõmutari, ſed non propria auctoritate.

Triplex ieiuniũ.

Ieiuniũ triplex ex iure.

Similiter cum redditio voti ſit de iure diuino, ſi quis vouet ieiunare, niſi irritetur, vel cõmutetur per eum, qui poteſt, ex negligentia omittendo, vel ex vitio gulæ eſt mortale, ſecus ſi ex impotentia, vel obliuione. Sed ſi ex deuotione proponit nõ tñ vouet ieiunare aliqua die, vt ſextis feriis, ſabbatis, vel dieb. marialib. i. illis feriis, quibus illo anno feſtũ annunciationis occurrit, dimittendo non peccato ſaltẽ mortaliter, ẽt ex mera negligẽtia. Nõ tñ propter illa debet dimittere ieiunia eccleſiæ: ſed potius ea ſeruare ſi vtrunque facere ne quit. Ieiunia ſuperſtitioſa dimittere debet, vt comedere vna die vnũ bolũ, alia die duos & huiuſmodi. In lege veteri præceptum cerimoniale erat Iudeis ieiunare certis diebus, ſecundũ illud Zach. 8. Ieiunium quarti ſcilicet menſis iunii, ieiunium quinti, ieiunium ſepti mi, ieiunium decimi erunt, vobis in ſolemnitates. Cauſam autem quare ieiunabant certis diebus illorum menſium ponit Hiero. diſtin. 76 c. ieiunium. Sed quia nunc cerimonialia ex toto ceſſant nullo modo illa ſeruãda ſunt. Et ſi quis ſeruaret: quia in lege mandata iudaizaret & mortaliter peccaret. ¶ Ex iure humanali obligat ieiunium tripliciter, ex ordinatione regulari, ex ſtatuto eccleſiæ vniuerſali, ex conſuetudine generali. In omni enim religione ſunt aliqua ieiunia determinatè inſtituta per regulam vel conſtitutiones, quæ ꝓtermittendo ex negligentia mera peccatum eſt, non tñ mortale, niſi per contemptum omitterentur, uel ſi per regulam in præcepto eſſent ſicut dicitur de minoribus, quod ex præcepto habẽt regulæ ſuæ ieiunare omnibus ſextis feriis & a feſto omnium ſanctorum vſq; ad natiuitatem. Ex ſtatuto eccleſiæ vniuerſali ieiunia quicunque omitteret ex negligentia, vel gula non infirmitate, vel obliuione, cum credit ſe bene poſſe ieiunare mortale eſt, & pro qualibet die omiſſa vnum. Secus ſi ſibi videtur ſe non poſſe ieiunare abſque lęſione perſonæ cum habeat cauſam aliquam dubitandi, non tamen ſufficientem, ſed poſſet ieiunare, & ſic intellige dictum beat. Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio. 147. articulo tertio. & in 4. diſtinctio. 15. Pet. de Palu. in quarto. circa hoc ſic dicit. Ieiunium ſcilicet eccleſiæ cadit ſub iure poſitiuo, vnde eius tranſgreſſio ſine cauſa eſt mortale. Qñ verò fractio eius eſt cum cã, licèt non ſufficienti, tunc eſt veniale, vt in his qui legunt inſtituta in cõpletorio. Qñ verò eſt ſufficiẽs ſimpliciter, tũc nulla culpa eſt in neceſſitate, extra de obſer. ieiu. c. Qui autẽ non aduertẽtes de ieiunio comedunt in ma-

ne,si quidem tenebãtur scire, q̃ esset ieiuniũ non tamen tenentur postea continuè ieiunare,cum iam sint obligati ad aliam diem.s.remittendo omissam,& si non liceret sibi ea die plus comedere nimis grauaretur, nec cum toto hoc esset verum ieiunium propter nimiam horæ anticipationem, sed si nõ tenebatur scire non reputatur fractio ieiunii,vnde ac si esset ieiunus potest illa die ieiunare,scilicet comedendo hora debita pro prandio, qui ieiunium homini indictum non soluitur nisi per actum humanũ qui requirit intentionẽ, & de liberationẽ veram,vel præsumptam, hæc ille. Quædam aũt ieiunia sunt ex cõsuetudine, & si ex consuetudine generali,vt vigilia Iohãnis Baptistæ omnes fideles astringit, si ex consuetudine particulari alicuius patriæ illos astringit, ac si esset ex statuto ecclesiæ scripto, vt di.11.In his & c.catholica. Quæ aũt sint ieiunia ex statuto ecclesiæ vel consuetudine declaratur.in §.sequenti.

§.1. ¶Nota qui sunt dies ieiunandi ex præcepto ecclesiæ. Primo quidem tota quadragesima exceptis dominicis diebus vt de consecr.dist. 5.c.quadragesima,& de consec.di.3.c.non licet.Item vigilia natiuitatis domini,extra.e.c. 1. Item vigilia penthe. vt notatur.76. dist.§. necessario. Itẽ vigilia assumptionis beatæ Mariæ extra e.c.Item natiuitatis suæ dẽ a quibusdam institutũ in extrauaganti. Ego aũt vidi quandam extrauagantẽ Bonifacii, vbi instituit festum visitationis beatæ Mariæ & confuluit vigiliã ieiunare sicut ieiunatur vigilia assumptionis,& natiuitatis Mariæ.Cum ergo de vtroque simul fiat mentio,& clarũ sit de vigilia assumptionis quod est in præceptum, vẽ idem dicendum esse de vigilia natiuitatis.No li tamen præcipitare sniam, & præcipue cum Pe.de Pal.dicat non esse in præcepto.Nec mirum,quia nondum emanauerat dicta extrauagans,sed quia illa non videtur esse promulgata in populo fortè non astringit.Item in vigiliis apostolorum prę terquam Philippi & Iacobi & Ioannis euangelistę.De vigilia apostolorũ Bartholomei,& Iacobi, & Matthiæ dicit Pe.de Pal.q̃ vbi consuetudo habet q̃ ieiunetur ibi ligat,alias non:sed tutius dicitur, qd̃ sint in præcepto,sicut & aliorũ apostolorũ, & hoc cõiter tenetur,& est magis secundũ iura. Item in vigilia Iohannis Baptistæ ex ecclesiæ cõsuetudine vniuersali. Item vigilia Laurẽtii ex generali consuetudine secundum Innocẽ. Item ieiunia quatuor temporũ quæ sunt quater in anno, & quando sunt declaratur in isto versu.Vult crux Lucia, cinis & charismata dia. Vt ieiunetur quarta sequens feria. Et est sensus,q̃ prima quarta feria post festum crucis de mense septẽbris, & iterum prima quarta feria post festum sanctæ Luciæ, & iterũ prima quarta feria post primam dominicã quadragesimæ, & iterum prima quarta feria post festũ spiritussancti.Debet etiam ieiunare duobus aliis diebus sequentibus,s.sexta feria, & sabbato di.76.c.statuimus. Et in ipsa dist. assignatur ratio de ieiuniis quatuor temporum, & de ieiuniis Hębreorũ,sed plenius a b. Tho. 2.2.q.147. Ieiunium autem aduentus rogationum, sexteferiæ per totum annũ, sunt de consilio non in prȩcepto. De aduentu dubitatur vtrum sit in prȩcepto clericis,& religiosis, & a quibusdam hoc creditur, ab aliis tenetur contrarium, & hoc cõmunis, scilicet qd̃ non sit in præcepto,extra de obseruã.ieiu.cõsiliũ, nisi aliqui religiosi, vt minores qui habent ex præcepto regulæ suæ ieiunium a festo omniũ sanctorũ vsque ad natale, & omnes sextaq; ferias per totum annum.Item die dominico ieiunare non cõuenit,& si quis hoc faceret qua si agens contra consuetudinẽ populi christiani,vel etiam ex aliqua superstitione peccaret,& hoc modo prohibetur,di.30.si quis p̃sbyter aliàs nõ vt esse peccatũ. dist.76.vtinã. ¶De ieiuniis cõsuetudinariis dicit Pe.de pal. in 4.di.15.quod ad ieiunia cõsuetudinaria ipsa consuetudo obligat,etiam si scriptura non dicat.ar.di. 9.c.In his rebus. Si ergo consuetũ est in aliqua diœcesi, quod ieiunet certo die, illi de diœcesi tenentur obseruare, sicut & tenerentur si episcopus indiceret.Vnde & de cõse.di.5. dicitur. Ieiunia in ecclesia constituta a sacerdotibus sine necessitate rationabili non soluantur.Consuetudo enim rõnabilis,& prę scripta obligat,dist.12.c.illa.Et hoc quo ad indigenas. Alienigenæ verò si veniunt animo cohabitandi, ex tunc ligantur ieiunio consuetudinario, sicut & scripto. Si autem transeat solum per terram, non ligantur consuetudinibus & statutis,& tamen tenentur non scandalizare, vnde occultè comedere possunt secundum morem terræ suæ non publicè: quia si esca scandalizaret fratrem.meum,&c. argumen.dist inctio. 12. illa. Tamen videtur quod consuetudo laicorum non liget clericos, nec secularium clericorum religiosos, quia distincti sunt modi abstinentiæ inter hos tres status, & plures abstinentias habent clerici,quam laici, & religiosi quam clerici seculares. Vnde non oportet quod ad ieiunia illorum ligentur, quorum etiam consuetudinibus a suis ieiuniis non absoluuntur ſm regulam.

gulam iuris, quem non honoro non onero. Vade illorum cū quibus viuit mores seruare debet, quia tamen quilibet tenetur alterū non scandalizare, ideo vbi est consuetudo ieiunare utputa in festo sancti Marcia laicis sequētibus, clericis facientibus processionem, siue lętaniam maiorem, religiosi sicut nec ad processionem, sicut nec ad ieiunium tenētur sed publicè propter scandalum nō debēt his comedere. Item vbi est ieiunium iure inductum, consuetudo quæ prędalet iuri excusat, licèt generaliter dicatur, quod cōsuetudo, q̄ est contra sanctos canones non excusat, quod uerum est, quando per alios canones in se vł in simili non fulcitur, sic autem est de ista, argu. di. 4 c. statuimus, vbi agit de ieiunio quadragesimæ. Excusantur ergo a ieiunio, & carniū æsu indigenę, puinciæ vel dioeceses, vbi non ieiunatur etiam a uiris morigeratis, ut in vigiliis Iacobi, Bartholomei, & Matthęi. Non autem si ribaldi & mali, licèt plures numero qui nec ieiunia seruant, quia non est cō suetudo, sed corruptela. Item excusantur alie nigenæ quamuis in terra eorum ieiunium ex quo ueniunt animo remanendi. Sed qui transitum faciunt per terram, sicut non obligantur ad ieiunia illius terræ sic non liberantur a ieiuniis, & abstinentia terræ suæ.

§ 3. ¶ De lacticiniis vtrum possint comedi tempore ieiuniorū. Nota quod si quis in ieiuniis ab ecclesia institutis extra quadragesimam comedit lacticinia in locis vbi cōsuetum est non comedere peccatum est, alias si cōsuetū est talia comedi communiter, vel pro maiori parte possunt comedi. 16. distin. c. utinam, & Tho. se. se. q. 157. Inno. simpliciter dicit, quod lacticinia comedere ieiuniis ecclesiæ extra quadragesimam est peccatum, sed nō soluit ieiunium primum communius tenetur. Sed pro maiori declaratione horum Pe. de Palu. in 4. dist. 15. sic dicit. Comestio lacticiniorum in quadragesima interdicta est, ut dicti. 4. de nique. Non autem in aliis ieiuniis nisi consuetudo hoc habeat, quam ubique seruandam in ieiuniis, dicunt August. Ambro. & Hierony. distinct. 12. illa, & distin. 66. cap. utinam. Vnde cui iniunctum est ieiunare simpliciter, non habet nisi a carnalibus abstinere, ita quod ieiunare etiam cum lacticiniis potest. Britones verò comedentes butyrum in quadragesima uidentur, excusari, quia in illis in quibus ecclesia dispensare potest sciendo & dissimulando dispensat. Si tamen ita dissimulat, qd nec punit excōmunicatione, nec prohibet uerbo quia multa per patientiam tolerantur. Quæ si deducta essent in iudicio non tolerarentur, sed si ecclesia quę tenetur ad correctionem fraternam, non puniret neque corrigeret, de facto participaret in crimine. Nam & si simplicem fornicationem non puniat prędicat tamen eam illicitam. Vnde cum ecclesia sileat, nec eis prohibeat, nec prædicet eos malè facere alias, etsi aliud priuilegium non habeant excusantur, hęc ille. Item si festis feriis sine causa infirmitatis comedit carnes mortale est, de conse. distin. 3. ca. esu carnium. Item in sabbatis comedere carnes in locis vbi est consuetum uniuersaliter non comedi mortale est, est conse. dist. 5. Quia dies. Secus si consuetudo patrię habet quod comedantur, ut in Francia, Cathalonia, & alijs partibus, quia tunc stabitur consuetudini dis. 12. illa autem. Excipitur tamen ab ista regula dies natiuitatis domini, quando est sexta feria, quia tunc licitè comeduntur carnes etiā ab omnibus, nisi ex noto suo vel regulari obseruantia teneretur ad non comedendum, extra de ob ser. ieiu. c. consilium. Et multomagis uidetur idem dicendum, quando natalis est in tali die sabbati.

Quib. fit licitū tempoꝝ Quadragesimę comede te lacticinia.

¶ In qua ętate tenetur quis ieiunare siue ad ieiunia. Nota secundum Tho. se. se. qō. 157. quod non tenetur quis ex necessitate præcepti ad ieiunium ecclesiæ usque ad finē tertii septemnii. i. 21. anni, quia vsque ad illud tempus est in statu augmenti. Rationem ibi potes uidere, dicit enim sic. In pueris est euidens causa non ieiunandi, tum propter debilitatem naturæ ex qua prouenit, quod indigent cibo, & non multo insimul sumpto, tam etiam quis indigent multo nutrimento, propter necessitatem augmēti, quod fit de residuo alimenti, & ideo q̄diu sunt in statu augmenti, q̄ est in plurib. usque in finē tertii septēnii nō tenent ad ecclesiastica ieiunia obseruāda Cōueniēs tamē est, ut etiam in hoc tempore se ad ieiunandū exerceāt plus, & minus, fm modū suæ ętatis. Quādoq, tamen tribulatione iminente in signum pœnitentię arctioris etiā pueris ieiunia indicunt, sicut legitur de Niniuitis Ionæ c. 3. Sed Pe. de Pal. in 4. dicit quod circa tertiū septēnium adolescētium, quia quidā sūt aliis fortiores relinquitur arbitrio cōfessoris & consilio medicinæ. s. ieiunare uel nō. Est tamen conueniens, q̄ etiam infra istud tempus se exerceant ad ieiunandū plus, & minus fm possibilitatē & ætatē. Nouitii quoq, & iunio §. 4.

res in religionibus iuxta prælatorum suorum in huiusmodi se debent gerere. Vl. & Ioann. Andr. in nouel. super ca. consilium extra de obser. ieiu. ponit diuersas opiniones de ętate, qua quis obligatur, & dicit aliquos dicere quod masculus in 14. anno, fœmina in 12. Alii aliter, & in nulla se firmat. Allegat autem Hiero. argumentum eos qui in teneris annis positos onerant ieiunii. Dictum beat. Tho. de ætate communis tenetur.

§.5. ¶De redemptione vel dispẽsatione ieiuniorũ. Nota quod dicit ibidem Ioan. An. in nouel. Ieiunia ecclesiæ non posse redimi, nisi ex magna necessitate, sed ieiunia volũtaria posse auctoritate superioris, & causa utilitatis maioris. Et declarat esse ieiunia uoluntaria, ieiunia ex uoto uel ex iniunctione pœnitẽtiæ Quidam faciunt hanc distinctionem circa materiam hanc, & bene. Ille qui est obligatus ieiunio ex voto, vel ex generali institutione ecclesię si nulla adest necessitas vel utilitas urget non potest redimere tale ieiuniũ. Si autem adest necessitas aliqua tũc si est necessitas quæ tollat omnem possibilitatem ad ieiunium talis absq; aliqua dispensatione uel redemptione dimittere potest. Sed si sit talis necessitas quæ non tollat ex toto possibilitatẽ, sed inducat magnam difficultatem puta qđ talis per ieiunium caderet in capitis debilitatem vel corporis, ita qđ non posset nec in oratione nec in aliis bonis se exercere in huiusmodi autem casu potest redimere ieiuniũ debitum pecunia eleemosynali auctoritate tamen superioris. ¶Similiter si adest aliqua publica utilitas, quã aliquis ieiunando impleret non posset, sicut est aliqua bona prędicatio & necessaria, & discursus propter eam, vel discursus alius propter necessitatem, vel utilitatem ecclesiæ, & huiusmodi cũ quibus nõ posset ieiunare, tunc etiam habet locum dispensatio, vel redemptio in ieiunio auctoritate tamen superioris, & maximè diœcesani Ricar. in quarto dicit q; si necessitas imineat statim peregrinandi, vel multum laborandi, vel propter conseruationem uitę corporalis, vel propter aliquod necessarium ad vitam spiritualẽ cum quibus laboribus non potest ieiunare, non obligatur talis ad ieiunium, quia non uidetur fuisse intẽtio ecclesiæ statuẽtis ieiunia per hoc impedire alias magis pias, & necessarias causas. Vnde videtur recurrendum ad superioris dispensationem nisi forte vbi nõ est consuetũ, quia ex hoc ipso quod prælati dissimulant, videntur annuere. Dicit ẽt q; peregrinatio ad loca sãcta ex deuotione q̃ differri nõ posset, est iusta causa dimittẽdi ieiuniũ si cum labore itineris ieiunare non potest.

¶Sed de excusatis a ieiunio. Nota qđ excusantur a peccato quædam personæ non obseruantes prędicta ieiunia. ¶Et primo itinerantes aut multum laborantes quibus imminet necessitas tunc peregrinandi, & magnas dietas faciẽdi, vel etiam multum laborandi si uiuere volunt, vel suã familiam sustentare uel non incurrere notabile detrimẽtum sui status, & cum labore, vel itinere non possunt ieiunium obseruare excusantur, alias si possunt utrumque facere commodè, tenentur ieiunare. Et similiter si possunt differre iter aut subtrahere vel diminuere laborem ita ut possint ieiunare, & ex hoc non incurrerent detrimentũ sui status tenẽtur ad ieiuniũ. De hoc habes 2.2.q.147. Si ãt non est necessaria peregrinatio tunc secundum Pe. de Pal. peccat aggrediendo peregrinationem indiscretè scilicet tempore quo ieiunare debet, nec propter iter potest. Si tamen indiscretè aggressa est peregrinatio non compatiens ieiunium nec perplexus est, licet frangere sicut propter culpam, quamuis sit infirmus durante infirmitate non tenetur. ¶Secundo seruitores nobilium si ex causa prœueniunt horam comedendi vel etiam si prælibant modi cum ante horam, vel quasi propter continuationem temporis totũ possit computari una mẽsa. Qui ẽt prœgustant cibos dominorum ad faciendum credentiam quo casu etiam diceret prægustare carnes si tali die dominus licitè comedat vel etiam si surgit de mensa, ut propter encenium alicui, uel etiã si seruiunt, vel legunt in mãsa religiosorum cum licentia superioris Guilelmus. Tertio cursores quorum vsus necessarius est dominis, uel ciuitatibus, si non possunt cum ieiunio iter agere excusantur. Secus cum modicum uadunt, vel quiescunt, nisi indigerent ex labore præcedente, vel etiam in proximo debente magnum iter facere, oportet quod reficiantur. Guil. Hi secũdum Petrum de Palu. videntur excusari, non solum si sine tali officio non possũ uiuere, quia tunc paupertas excusaret, sed etiam si aliter possent uiuere, sed non æque benè, quia aliud est, de illis, qui ad certum diem se locant, quia non debent se locare nisi possint tunc ieiunare si habẽt alias vñ uiuãt. Aliud ẽ de alio q̃ locat se ad totũ annum, & ad totale seruitiũ, q̃ si exciperet, q̃ nunq̃ dieb. ieiunijs itineraret, nõ iueniret q̃ cũ reciperet. ¶Quarto paupers & mẽdicãtes q̃ nõ possũt tantũ habere ad

§.6. Seruitores mensarum. Cursores.

unam

vnam refectionem, quòd sufficiat eis excusantur secus si haberent ad sufficientiam, nisi ex præcedenti inedia non possent ferre ieiunium Tho. 2. 2. quæstio. 147. Et videtur etiam posse comprehendi illos, qui non habent eis præparantes necessaria ieiunio, & ipsi huic

Prægnãtes. non possunt vacare. ¶ Quinto prægnantes, & lactantes si debilitas impedit eas, vel si ex hoc timetur de periculo earum, aut aborsum, uel defectus alimenti pueri excusantur a ieiunio immo deberent dimittere ieiunium Guiliel

Infirmi. mus. ¶ Sexto etiam infirmi, & debile: sed pro qua infirmitate, vel quanta debilitate excusentur arbitrio boni viri statur. Et si quidem fuerit manifesta causa necessitatis vel euidens quæuis infirmitas, non est necessarium petere dispensationem secundum Guiliel. & præsertim consuetudine, sic se habente secundum Tho. si autem sit dubium vtrum sit causa necessaria, petenda est ab episcopo loci si commodè haberi potest copiosa dispensatio, vel a proprio sacerdote si tamen haberi non potest episcopus. non tamen quærat cęcum pro cõsilio in hmõi. Item de consilio rationabili medicinę infirmus soluens ieiunium, vel comedens carnes diebus prohibitis non peccat, sed peccaret medicus si sine causa rationabili vel saltem dubia talia mandat, vel ordinat infir-

Senes. mis arg. 23. q. 1. quid culpatur. ¶ Septimo senes si sunt multum debiles, eo modo possunt excusari, sicut dictum est de infirmis. Rõne autem senectutis tantum, non excusantur si sunt fortes ad sufferendum ieiunium, nec est determinata ętas ab aliquo vsque ad quos an-

Vxores. nos quis tenetur ad ieiunium. Octauo de vxoribus dicit Innoc. q̃ quamuis debeant dimittere ieiunia, quæ habent ex voto prohibentibus viris. 32. q. 5. Manifestum, non tamen ieiunia ecclesiæ. Sed fortè p̃p scandalum vitandum potest sacerdos dispensare cum tali. dist. l. vt constitueretur, idem Host. Sed Pe. de Palud. in 4. dicit, q̃ hoc videtur esse scandalum Phariseorum, & per consequens contemnendum, si non vult vir vxorẽ ieiunare, nisi forte probabiliter timeret infirmitas, vel debilitas. De fructibus multis ieiunii & rationibus ieiunii quadrageſimalis habes in par. 4. ti. 4. c. 4.

§. 7. ¶ De ieiunio inquit psalm. Humiliabam in ieiunio animam meam. Ieiunium sumitur ad

Ieiuniũ assumitur propter tria tria secundum Thomam secunda secundæ quæstione. 147. articulo primo. ¶ Primo ad carnis concupiscentiæ repræssionem. Vnde Apostolus secundæ Corin. sexto ait. In ieiuniis in castitate exhibeamus nosmetipsos, prę mittit ieiunium castitati, quia per ieiunium castitas conseruatur, ut enim Hieronym. dicit. Sine cerere & bacho friget Venus, ideſt per abstinentiam cibi, & potus friget luxuria, & secundum hoc exponitur istæ versus. In ieiunio humiliabam, ideſt mortificabam, animam meam, ideſt sensualitatem a concupiscentiis. ¶ Secundo assumitur ieiunium ad mentis eleuationem in diuina: quia homo ieiunus est magis liber a fumositatibus cerebri, vnde magis aptus ad intelligendum. Vnde Augustinus in sermo: Ieiunium mentem eleuat, & insignum huius de Daniele legitur, quod post ieiunium trium hebdomadarum accepit eleuationem mentis a Deo a diuina mysteria contemplanda. Danielis. & quia humiliatio est maximè necessaria ad eleuationem mentis ad diuina, & ieiunium humiliat corpus, & animam, ideò bene dicitur. Humiliabam in ieiunio. ¶ Tertio ieiuniũ valet ad culparum satisfactionem. Dum. s. affligimus corpus, recompensamus Deo de iniuriis quas fecimus nimis corpus delectando contra mandata eius. Propterea dicit dominus Ioelis secundo. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu. Et Aug. dicit quod ieiunium facit cor cõtritum & humiliatum. Humiliabam ergo in ieiunio fletu & planctu. s. satisfaciendo. Qui enim satisfacit humiliat se ei cui satisfacit, cõtra quẽ superbierat iniuriando, & quia ieiunium ad p̃dicta tria ordinatur, ideò illis tpibus fuerunt specialiter ab ecclesia instituta ieiunia in quib. oportet homines magis purgari a peccatis, & eleuari ad diuina per deuotionẽ, & magis liberos esse a voluptatib. ad quas magis inclinantur tempore veris superabundantib. humoribus. Hæc autem sunt tempora paschæ seu dominicæ resurrectionis, in cuius vigilia celebratur baptismus, per quem abluimur a peccatis, & in cuius die gñaliter sumi debetur ab oĩbus sacrosancta cõmunio, & Christus per resurrectionẽ, æternitatem in choauit, & ideò præcedit ieiunium quadrage simale, per quod anima purgata a peccatis libera a concupiscentiis, magis apta sit ad diuina eleuari. Et hac rõne ĕ, sũt instituta ieiunia in vigiliis in p̃cipuis festiuitatibus, & solemnitatibus, vt magis possit ad spũalia eleuari. Et in quatuor tpibus anni pro procuratione gratiæ pro ordinandis in vtilitatẽ populi christiani. ¶ Sed notandum quod tripliciter põt committi defectus circa ista ieiunia instituta, per quem defectum homo non humiliat animam suam in ieiunio, quia non facit volũtatem Dei, sed suã, & ideò nõ. est Deo gratũ.

Vnde cum quidã ieiunantes cõquererentur, quare Deus non acceptabat eorum ieiunium dicentes quare ieiunauimus & non aſpexiſti, humiliauimus animas noſtras,& neſciſti? Reſpondit eis Deus per Eſaiam. 58. Ecce in die ieiunii veſtri inuenitur voluntas veſtra,quaſi dicat non vcrè vos humiliaſtis, non ſecundũ voluntatem meam,ſed veſtram ieiunaſtis, & ideo non exaudiui uos.

¶Et primo ex mentali indiſpoſitione.

¶Secundo ex cibationis plurificatione.

¶Tertio ex horæ notabili anticipatione.

¶Quantum ad primum quòd ieiunium corporale ſit Deo gratum, oportet quòd tollatur indiſpoſitio mentis. Vnde dicit dominus Iohel primo. Sanctificate ieiunium, facite modo debito vt ſit ſanctum, ideſt mihi dedicatum. Et hoc.

¶Excludendo vanum reſpectum.

¶Exhibendo liberum affectum.

¶Addendo pium effectum.

§.8. Ieiuniũ corporale nõ debet fieri vana intẽtione.

¶Primo quidem debet tolli de mente omnis intentio vana, quæ poteſt eſſe multiplex ſecũdum illum verſum. Abſtinet eger, egens, cupidus, gula, ſimia, virtus. Ieiunat. n. aliquis quia ſentit ſe grauatum cibo, & ſi comederet ſibi noceret, ſicut prima die quadrageſimæ. Alius ieiunat, quia non habet ad comedendum, ſi habet patientiam aliquid eſt. Alius ieiunat propter auaritiam, quia non vult tantum expendere bis comedendo, vel quia habet lucra præ manibus in apotheca, quæ non vult amittere vnde vſque ſero manebit ieiunus. Alius ieiunat propter gulam, quia forte iturus eſt ad aliquod conuiuium, & ideò vt famelicus accedat & melius comedat, illa die vel præcedenti ieiunat. Alius ieiunat propter hypocriſim, vt ſimia quæ affigiat actus humanos, & tamẽ homo non eſt ita: ſcilicet hypocrita ieiunat vt teneatur bonus, qui tamen nõ eſt bonus. Quicunque iſtorum ieiunat, aliàs non ieiunaturus, non ſeruat præceptum eccleſiæ. Cum ieiunaueritis inquit dominus iſtis. Zacha. 7. nũ quid ieiuniũ ieiunaſtis mihi? quaſi dicat non, ſed vobis. Sed vos cum ieiunatis dicit Chriſtus. Matthei 6. Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, ſed puro reſpectu, & intentione propter Deum, & ad obediendum eccleſiæ ieiunare.

Debet habere liberum affectũ.

¶Secundo oportet habere affectum liberum a peccato commiſſo,& committendo. Nihil. n. pdeſt ieiunare, & alia religionis, ideſt chriſtianitatis opera facere, niſi mens ab iniquitate coerceatur inquit Pius Papa de pœ. diſt. 3. nihil prodeſt, ſcilicet ad vitam æternam. Qui enim facit ieiunium quodcunque in mortali non valet ſibi ad meritum, nec ad ſatisfactionem, valet tamen ſibi ad ſatisfaciendum præcepto eccleſiæ ſecundum Alber. in 4. vt non peccet mortaliter ſeruando ieiunium qđ incurreret ſi non ſeruaret. Et ideò quantuncunque peccator dimittere non debet. Melius tñ & vtilius ſi per confeſſionem, vel ſaltem contritionem liberaret affectum ſuum a ſeruitute peccati. Matt. 6. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum,& faciem tuam laua. i. conſciẽtiam, ſcilicet a peccatis. Et Eſa. 58. dicit dominus. Hoc eſt ieiuniũ quod elegi, diſſolue colligationes impietatis. i. malas ſocietates cum quibus ligatus es in officiis, vel contractibus, vel maleficiis: Solue faſciculos deprimentes te, ideſt obligationes reſtitutionũ, & eos qui cõfracti ſunt liberos, ſcilicet dimitte, qui ſoluere non poſſunt, non in carcere teneas, & omne onus diſrumpe, ſcilicet peccatr per contritionem. ¶Tertio oportet adhibere pium effectum per orationem quo ad Deum. Bona eſt enim oratio cũ ieiunio dicit Thobias. 12. Magis enim debet tali tempore inſtare orationi. Et ut magis oratio ſit deuota, egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa thalamo ſuo dicit dominus. Iohel. 2. f. ad orandum abſtinendo ſe ab actu coniugali, non tamen niſi de communi conſenſu,& continentia utriuſque. Ad hoc hortantur doctores, non præcipiunt. vt 33 q. 3. quotienſcunque. Debet adhiberi pius effectus ad proximum, dando ei elemoſynam, quod eſt ad bene eſſe, ſeu ad perfectionẽ, nõ ad neceſſitatem ieiunii ſecundũ Albe. Vnde dominus. Eſa. 58. Hoc eſt ieiuniũ quod elegi, frange eſurienti panẽ tuũ, & egenos, &c. debet adhiberi pius effectus quo ad ſe ipſum, vt cum diſcretione ſumat cibũ, vitando ſuperfluitatem ciborum,& neceſſitatẽ ſumendo. Vnde Hieron. Sint tibi ieiunia pura, quottidiana,& moderata. Quotidie prandere quottidie eſurire, de conſe. diſt. 5. ſint tibi.

Debet hre piũ effectũ.

¶Secundo uitiatur ieiunium cum comeditur pluribus vicibus, quàm vna. Pro cuius declaratione dicit b. Tho. 2. 2. q. 147. art. 6. q ieiunium eſt ab eccleſia inſtitutũ ad concupiſcentiam refrenandum, ita tamen quòd natura non ſoluatur ſeu deſtruatur. Ad hoc autẽ ſufficere videtur vna comeſtio, per quam homo & naturæ ſatisfacit, & tamen concupiſcentiæ aliquid detrahit diminuendo comeſtionum vices. Et ideò eccleſiæ moderatione ſtatutum eſt, vt ſemel in die a ieiunantibus comedatur. Si quis ergo comedat pluries in die frangit ieiunium. ¶Vnde nota de collatione quę ſit de ſero dicit b. Thom. ubi ſupra q electua-

§.9.

ria,

De collatione q̃ fit ī sero si fiat ad digestionem nō soluit ieiunium.

ria,& si aliquo modo nutriant,non tamē assumuntur ad nutriendum,sed ad iuuandum digestionū,vñ nō soluūt ieiuniū, sicut nec aliarū medicinarū assumptio,nisi fortè aliquis in fraudem electuaria in magna quātitate assumat per modū cibi.Pe.de Palu.in 4.dist. 15. sic dicit.Bina comestio frangit ieiunium eorum.s.q̃ cōiter solent sumiin cibum, vbi etiā fructus,cerasa,pira,& nuces computātur,q̃a in loco refectionis assumuntur, ut in prādio & cęna,& herbę etiā,q̃a sancti patres herbis uescebantur.Excipitur cum causa medicinæ sumuntur,tunc enim nō soluunt ieiuniū ecclesiæ,sed naturæ.Electuaria, & oīa alia huiusmodi, quę consueuerūt sicut species sumi post prandium adiuuandum digestionē,etiā si ex talibus confecta sint,quæ per se in cibū sumi consueuerunt,dummodo sint alterata sicut per decoctionem,vel cōfectionem quæ non in cibum,sed in cibi adiuctorium cōiter ab ꝟentibus assumuntur,ut in dactilis nucibus cōfectis,& pignolata,similiter nō soluūt ieiunium,hæc ille.Quod autem dicit. Pe. nō soluere ieiunium fructus,cum sumūtur causa medicinæ videtur intelligendum cum sumuntur ne uinum sine aliquo sumptum diluat stomachum,& si noceat Vnde cum cōmunis usus xp̃ianorum sit facere collationē de sero aliquod parum sumere cū potu sine alia considerationē, quamuis non intēdat sumere per modū medicinę ne scilicet unū no ceat sed initantur consuetudini,quæ ea ratione uidetur introducta,piè est interprætandū factum eorum & excusandum,& hoc nisi sumerent in notabili quātitate, uel de plurib. generibus fructuū,vel studiosè ad nutriēdū. Et quia panis est principalis cibus ordinatus ad nutriendum,minus cōgruum videtur panem sumere.Sm mere autem buccellam panis frangit ieiunium.¶ Potus aūt scd̃m Thomam ubi supra,quiamagis assumitur ad alterationem corporis,& ad digestionem ciborū quā ad nutrimentum,licet aliquo modo nutriat,ideo licet ꝓluries ieiunātibus bibere infra vnam diem. Posset tamē ita immoderate sumere,q̃ peccaret,& perderet meritū ieiunij.Petrus de Palude idē dicit,scilicet qđ potus nō soluit ieiuniū,siue post prādiū sumat siue ante.Sumere autē sine causa magna, malum est,& si non frangitur ieiunium, nisi in fraudem hoc faceret,ad subueniēdum.s. fami biberet.Al.& Pe.Dicit enim Pe. de Palu. in 4.q̃ siquis non propter famē, vel uoluptatem,sed timore,ne dificeret p̃ anxietate die ieiunii ficus,uel porrectā,uel aliq̃d huiusmodi prælibaret ante horā cōmestionis quasi ꝓ modū medicinæ non frangeret ieiuniū, hoc tamē nō prædicandū est.Ricar.autē in 4. dis. 15.circa hoc sic dicit.Quamuis aliqui dicāt quod bibere vinum,vel ceruisiam in mane, & comedere electuaria de sero delectationis causa frangat ieiunium,credo tamen cōtrarium,quia quamuis illa aliquo modo nutriant,in hoc tamen nō est principaliter ꝟsus eorum,alias ēt frangeret ieiunū bibere de sero uinum,vel ceruisiam in collatione,quia habet aliquid de nutrimento.Si tamē homo in mane ceruisiam vel uinum biberet nō ad extinguendum sitim sed famem,& in sero acciperet magnā electuariorū quantitatē ad subueniendū fami,talis faceret fraudem statuto & per cōsequēs frāgeret ieiunium de re. iur. certū li.6.Credo tamen de bono,& ꝙuo cauendum esse a potu uini,uel ceruisię & simi libus magis in mane quam in sero, q̃a potus sumptus post prandiū, & siti subuenit & digestionē adiuuat,inq̃ū ꝓ potū facilius&conuenientius defertur cibus ad singula mēbra. Sumptus autem ieiunio stomaco vt plurimū nocet,hac ille.Itē diebus ieiuniorū ꝓ qualibet vice quia comedit ultra unā uicē peccat mortaliter scd̃m Io.Nea.in quolibet, q̃a reducit istud præceptū ad negatiua. Sed Durādus dicit in 4.hoc eē tātū vnū peccatū mortale,q̃a fractio vnius pręcepti ꝓ una die,sed tāto grauius quāto pluribus vicibus comedit illa die & istud cōius tenetur,& hoc nisi nouo cōtęptu pluries comederet, q̃a tūc verū eēt dictū Io.Sed si quis excusatus a ieiunio, vel ꝓp defectū ętatis,vel laborē,vel aliā cām rōnabilē uti cibis quadragesimalibus, & ex uoluptate vel incuria utitur lacticinijs,ouis,vel carne mortaliter peccat,quia contra pręceptū facit ecclesiæ quæ ordinauit tali die uti quadragesimalibus cibis ut dist.4.c.Deniq;.

Ioānes Neapol. tenet q̃ qñ quis pluries comedit in ie iunio pluries peccat mortaľr

¶ Tertio uitiatur ieiuniū ex horę nimia, anticipatione.Circa qđ Pe.de Pal. in 4.dist.15. dicit sic.Ieiunium frāgitur notabili horæ anticipatione sine causa.s.rationabili.¶Dico ātē horam nonam congruam omni tempore ēt in quadragesima,nec oportet expectare tunc uesperam diei secundum officium ut scilicet antequam celebretur uespertinum officium non comedatur, de conse.distinctio.prima, solēt.Et tardius debet comedi in quadragesima,quā in aliis ieiunijs, & sic in quadragesima post officiū uesperarū ante horā uespertinam licet ædere.Ex quo cōstat q̃ nō transit sicut ī alijs ieiunijs post officiū nonæ licēt ante horā nonā dū tn̄ cōstet horā sextę trāsisse.

§.10. Horacō grua co medēdi ieiunantibus.

Potest tamen in hoc dispensare circa horam vel propter debilitatem, vel propter lectionē vel propter iter, vel propter alias pias causas vel propter hospites, hęc ille. Sed beatus Thomas. 2. 2. q. 147. ar. 7. assignans rationem quare hora nona est conueniens hora comedendi pro ieiunio sic dicit. Ieiunium ordinatur ad deletionem culpæ & repræssionē carnis. Ita tamē qđ per hoc natura non multū grauetur. Est autē debita & cōmunis cōsuetudo hominibus comedēdi circa horā sextā. Et rō est. qa iā videt esse cōpleta digestio nocturno tpe naturali calore interius reuocato propter frigus noctis circunstans diffusio humoris p membra cooperāte ad hoc calore Dei vsq; ad summū solis ascensum, tum ēt quia tunc prę cipue natura corporis humani indiget iuuari contra exteriorē aeris calorē ne humores irerius adurātur. Et iō vt ieiunās, aliquā afflictionem sentiat pro culpę satisfactiōe, cōueniēs hora taxatur comedendi ieiunantibus circa nonam communiter etiam ista hora cōgruit mysterio passionis Christi quæ passio cōpleta fuit hora nona quando inclinato capite tradidit spiritum. Ieiunantes enim dum suā carnem affligunt passioni Christi cōformantur. Non tamen requiritur hora determinata sm subtilem examinationē, sed scdm grossā existimationem, Sufficit enim q; sit circa hanc horam hęc ille. Tardare autem post nonam quacunque hora non vitiat ieiunīū, nisi fiat ex superstitione. Quod autem in veteri testamento ieiunarent vsque ad superbiā ideſt sero cōgruebat talis hora illi statui qui assimilatur nocti. Status autem noui testamenti assimilatur diei, & ideo sufficit hora nona. Ad q; facit quod dicitur de conse. distinctione prima solēt videlicet quod in quadragesima nullatenus credendi sunt ieiunare qui ante mā ducauerūt quam vespertinum celebretur officium. Ex quo ca. videtur q; nō sit benefactū eos qui tenetur ad officium diuinum comedere in quadragesima pro ieiunio non dictis vesperis, sicut etiam in aliis ieiunijs ecclesiæ extra quadragesimam non dicta nona, cum etiam sit circa hoc communis consuetudo, quæ est optima legū interpræs, & legē facit.

¶De ebrietate. Cap. 3.

EBrietas ē species gulæ. Diuiditur enim gula in comessationes, & ebrietates, sicut genus in species secundū Thomam seūc da secundę quęstio. 150. articulo primo. de quibus Apostolus. Roma. decimotertio. Non in comessationibus, & ebrietatibus. Sed scien dum quod triplex est ebrietas.

¶Prima est ex uino diuinali.

¶Secunda ex vino criminali.

¶Tertia ex vino materiali.

¶Primo est ex feruore diuini amoris, cum quis ita eo repletur, quod alienatus sit ab actionibus mundi. Tale enim vinum diuini amoris lætificat cor hominis, & facit hominem audacem, & securum in omnibus periculis, & loquentem abundanter, & de diuinis quæ carnales non intelligunt. Vnde turbæ iudęorum audientes apostolos quando inebriati sunt spiritu sancto quod loquebantur magnalia Dei variis linguis dicebant eos ebrios, sed Petrus apostolus surgens. ad prędicandum ostendit eos ebrios ex vino diuinalis amoris non materiali secundum propheram Ioel. Ad hanc ebriationem inuitantur fideles Can. 5. vbi dicitur Comedite amici bibite, & inebriamini cariſſimi. Hoc uino amoris immensi ad nos fuit Christus inebriatus cū crucem ascendit. Vnde dominus latius in sequentia. Ante fecit sic amor ebriū ut nec crucem pateres oppropriū amoris gratia. In huius figuram Noe inebriatus vino uineæ suæ iacebat denudatus, & irrisus a filio. Sic & Christus ebrius amore salutis uineæ populi sui in cruce denudatus māsit irrisus a iudæorū populo, ut exponit Aug. de ciui. Dei psal. Inebriabuntur ab ubertate domus tuę. s. sanctæ domus ecclesię triumphantis vel etiā militantis. ¶Secunda ebrietas est ex amore mundi, & voluptatibus seculi. Tale vinum facit homines dormire in iniquitatibus cadere hinc inde diuersis peccatis, insensibiles esse in flagellis diuinis, & de tali vino dicitur prouerbio. 23. Ne intuearis vinum dum flaueſcit in uitro, blandè enim ingreditur, sed in nouissimo mordebit, ut coluber, & quasi regulus uenena diffundet, ideſt noli attendere ad uoluptatem dum in corpore fragili ut uitrum apparet pulchra & & suauis. Nam cum quis respicit, & immoratur in huiusmodi cogitationibus intrat in uentrem mentis delectabiliter, sed postea cōscientiam mordet, & ueneno peccati animā replet. Expergiscimini ebrii, & nō a uino ait pphet. Ioelis primo, scilicet nō vino materiali sed criminali. Et Tren. 3. Inebriauit me absynthio scilicet mūdus. Absinthyū est amarū Et vt dicit Boe. Fælicitas huius mundi multis amaritudinib. respersa est. ¶Tertia ebrietas est ex vino materiali de qua Apostolus. Nolite iebriari vino i quo ē luxuria. Sed sciē dū scdm Th. vbi supra arti. primo q; ebrietas dupliciter

Ebrietas diuini amoris.

Ebrietas uoluptatis

Ebrietas uini.

dupliciter accipitur. Vno modo prout significat ipsum defectum hominis, qui accidit ex uino multo potato, ex quo fit ut nō sit cōpos rationis. Et scdm hoc nominat culpam, sed defectum pœnalem consequentem ex culpa. Alio modo potest notare actū, in quo qs incidit in hunc defectū, qui actus si sciēter fiat ita scilicet q̄ aduertat per talē potū posse amittere vsum rationis, vel probabiliter dubitet, & tamen tractus delectatione potus nimis bibit, erit mortale, quod plenius declarabit infra sequēti. §. Et sicut alia vitia habēt directè contraria, ita qd vnum est recessus a virtutis medio per excessum, aliud per defectū, sicut auaritia prodigalitati, pusillanimitas contrariatur præsumptioni & huiusmodi, sic ebrietati opponitur vitium, sed innominatū scdm Th. Si quis enim scienter intantum a uino abstineret, ut natura multum grauaretur, nō esset immunis a peccato. Vnde Apostolus. 1. ad Thimo. 5. ait, Noli adhuc aquam bibere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Idem videretur si multum limpharet ita ut nocere, & precipue quando hoc ageret contra monita vel consilia superiorū. Dicit. n. philosophus in 4. ethi. q̄ insensibilitas quæ opponitur temperantiæ, quia nō multum contingit, ideo tam ipsa quam omnes species eius quę opponuntur diuersis speciebus temperantiæ nomine carent.

§. 1. ¶ De ebrietate dī. 35. distinct. Ante omnia qd ebrietas fames est, & nutrix omniū vitiorum. Et psalmi. 106. de peccatoribus loquens ait Turbati sunt & moti sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est, vbi tria.

¶ Primū effectus inebriationē cōsequēs. ibi. Turbati sunt & moti sunt.

¶ Secundum actus immoderationem continens. ibi. sicut ebrius.

¶ Tertium defectus rationem absorbens ibi. Et omnis sapientia eorum deuorata est.

¶ A secundo inchoando. Actus cōtinuus immoderantiæ ascribitur & exprimitur inebrio ibi. sicut ebrius. Ebrius enim dicit quasi extra briam. i. regulam scilicet rationis & debitę moderationis. Dicit enim. b. Tho. 2. 2. qō. 150. q̄ culpa ebrietatis cōsistit in immoderato usu, & concupiscentia uini, qd contingit tripliciter. Vno modo, qd nesciat potū immoderatum esse & inebriare potentem, & sic ebrietas potest esse sine peccato & sic creditur Noe fuisse inebriatū. Gen. 9. Vnde Amb. Primus Noe vineam plantauit, dedit naturam, sed ignorauit potentiam, di. 35. sexto die. Nā in prima ætate non utebantur homines uino nec carnibus, dist. e. ab exordio. Secundo mō sic qd̄ pcipiat qs potū immoderatum esse, nō tñ ęstimat eū tantum quod inebriare possit, & sic ebrietas potest esse cū peccato ueniali. Quod autē dicit. Aug. Ebrietatē esse peccatū mortale si sit assidua in li. de purgatorio, & dist. 25. §. alias non sic est intelligendū scdm Th. quasi ipsa frequentatio faciat mortale, sed quia nō pōt esse quod homo assidue inebrietur quin sciēs, & uolēs ebrietatē incurrat, dū multo magis experitur uini fortitudinem, & suā habilitatē. Tertio modo quod aliquis bene aduertat potū esse immoderatū, & inebriare valentē, & tñ magis vult ebrietatē incurrere quā a potu abstinere, & talis ꝓpriè dī ebrius q̄a moralia recipiūt speciē nō ab his q̄ p accidēs eueniunt & præter intentionē, sed ab eo quod est p se intētū, & sic ebrietas ē peccatū mortale, q̄a scdm hoc uolēs & sciens priuat se vsu rōnis quę scdm virtutē operat & peccata declinat, & sic peccat mortaliter picu lo peccati mortalis se exponēs. Vñ Amb. in li. de patriarchis. Cauendū dicimus ebrietatē, p q̄ peccata cauere nō possumus. Nā q̄ sobrius cauemus, p ebrietatē ignorantes cōmittimus. Nesciūt quid loquunt, q̄ uino nimio indulgēt, iacēt sepulti. 15. q. 1. sane. ¶ Quod ēt sit mortale ebrietas, ꝓbat p illud quod habetur di. 35. epiſcopus, vbi dī quod clericus ebrietati deseruiēs, aut desinat, aut cōione priuet. Similiter & laicus. Sed tali pœna nō imponitur nisi p mortali. Itē quāuis sit licitū in firmo uel debili uti multo cibo, vel potu ultra cōsuetū ad prouocādū uomitū scdm cōsiliū medicinæ q̄ tñ nō reputādus superfluus, nō requiritur quod sit potus inebriās id ꝓuocādū uomitū, quia ēt potus aquę tepidę uomitū ꝓuocat. Vñ nō excusaretur p hoc quis ab ebrietate scdm Th. quāuis faceret causa medicinæ & per cōsequens peccaret mortaliter & sumēs nisi crederet ex illo potu non posse inebriari, & similiter medicus, vel alius qui hoc vbi sciēter cōsuleret, vel ꝓpinare hoc æstimās. Item si quis daret alicui ad bibēdum, multum ad inebriandum eum vel ęstimans q̄ ex nimio potu quem quis sumit inebrietę, & quod si auisaret nō faceret, vel aptè impedire posset, sed ex leuitate ut inde solatium sumat, pmittit inebriari, uel etiam ponit studiosè sal in vino vel aliud inebriare valens occultè peccat mortaliter, extra de inu. & dam. da. Si culpa. Tabernarii etiam si perpendunt aliquos ex nimio uino sumpto inebriari quod experti sunt pluries ut in ebriosis & non curāt propter auaritiam grauiter peccāt.

Ebrietatis culpa in consistit.

Ebrietas est mortale

¶ Quantum

§.3. ¶Quantum ad primum.ſ.effectus ſequẽs inebriationẽ eſt,multiplex. Vnde dicitur in ps. notato ibi. Turbati ſunt & moti ſunt. Sequit. n.turbatio,& tumultuatio,& iniuriæ, & detractiones contumelię,manifeſtatio ſecretorum,libidinũ executio,& alia. Vnde prouer. 20. Luxuriosa res eſt uinum.i.cauſans luxuriam,& tumultuoſa ebrietas.i.generãs tumultum. Hiero. Venter mæro æſtuãs de facili de ſpumat in libidinem. Et Chryſo. dicit ꝙ nil eſt ita dæmoni amicum ſicut ebrietas & laſciuia,quæ eſt mater omniũ vitiorũ. Amb. quoque in ſermone ponit mala quæ ſequãtur ex ebrietate dicens. Vinum itaque nec pepercit ſuo auctori.ſ. Noe, ſed ebrietas illius nobis ſuadet ſobrietatẽ. Et paulopoſt. Manebat antequã vinum inueniretur in omnibus inconcuſſa libertas,nemo ſciebat a conſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigere. Nõ eſſet hodie ſeruitus,ſi ebrietas nõ fuiſſet. Obrepſerat quidẽ iam fraternæ prælationis inuidia, manebat adhuc paternæ pietatis reuerentia. Læſa eſt pietas,dum irridetur ebrietas. Non illis itaq, ſolis nocent uina quos temptant, ſed & illis amplius quorũ oculis temulenta ebriorum membra nudãtur. Et ifra legimus quod patrem. Loth inebriauerũt filiæ in mõte. Fuit.itaque ebrietas origo inceſtus peſſimæ regeneratricis partus deterior, hæc ille di.35.ſexto die. Multę quoque rixæ & diſcordiæ,& homicidia ſequuntur ex ebrietate ut experientia docet.

§.4. ¶Vltimo notatur defectus tollens uſum rõnis,quia omnis ſapiẽtia eorum deuorata eſt. Vnde prouer.20.dicitur. Qui miſcetur his.ſ. uino,& ebrietati non erit ſapiens. Et Oſeæ. 4.dicitur. Fornicatio & ebrietas auferũt cor. Et quia peccatum committitur per vſum liberi arbitrii, qui eſt facultas rationis,& uolũtatis,ex quo in ebrio ratio ſopita eſſe uidetur ꝙ ea mala q̃ facit ebrius,ut homicidia, cõtumelię, & huiuſmodi non imputari ſibi debeãt ad culpã. In contrariũ eſſe videtur quod philoſophus ait in tertio ethi.ſ. qđ ebrioſus meretur duplices maledictiones. ¶Ad hoc dicit bea. Tho. vbi ſupra ar.4.quod in ebrietate ſunt duo attendenda.ſ.defectus conſequens, & actus præcedens. Ex parte quidẽ defectus cõſequẽtis in quo ligatur uſus rationis,ebrietas habet excuſare peccatum,inquantum cauſat inuoluntarium per ignorantiam. Sed ex parte actus præcedẽtis uidetur eſſe diſtinguẽdum uidelicet,quia ſi ex actu illo præcedente ſubſecuta eſt poſtea ebrietas ſine peccato,tũc peccatum ſequẽs totaliter excuſatur a culpa. Si autem actus præcedens fuit culpabilis, ſic nõ totaliter quis excuſatur a peccato.ſ. ſequẽti,quia ſcilicet redditur uoluntarium ex uolũtate præcedentis actus in quantum ſcilicet aliqs dans operam rei illicitę ĩcidit in ſequẽs peccatum. Diminuitur autem peccatum ſequens ſicut & diminuitur ratio uolũtarii. Vnde Aug. Contra Fauſtũ ait. Inebriauerũt Loth filiæ eius & ſe neſcienti miſcuerũt. Quapropter culpandus eſt quidem non tantum quãtum ille inceſtus,ſed quantũ ebrietas illa meruerit. 15. quęſtione prima. Inebriauerũt,vbi dicit gloſa quod natura nõ patiẽ quod aliquis neſciens coeat. Sed dicitur Loth fuiſſe neſciẽs quia neſciuit eas fuiſſe filias ſuas, ſed ęſtimauit uxorem capite alienato. Dicit tamen idẽ Tho. quod forte ebrietas Loth fuit ſine peccato. Tũc etiam cõmixtio cũ filiabus fuiſſet ſine pctõ. Ipſę tñ filiæ Loth nõ excuſant a peccato, q̃is fecerint imaginãtes,qđ totus mũdus defeciſſet,ſicut Sodoma,ut uel ſic humanum genus ſeruaret,quia nõ ſunt facienda mala ut eueniant bona,nec unq̃ fuit diſpenſatũ inter patrẽ & filiã. ¶Quod aũt dicit philoſophus ebriũ mereri duplicẽ maledictionẽ hoc dicit ꝓpter duplex peccatũ.ſ. ebrietatis, & culpæ ſequẽtis ex ebrietate,nõ ex eo ꝙ peccatum aggrauetur ex ebrietate cõmiſſum,magisquã ſi ex certa ſcientia. Vel loquit ſcđm legẽ cuiuſdã. Pictaci q ut dicit.2.polithi. ſtatuit,ꝙ ebrii ſi percuterẽt plus punirenť quã ſobrii,& hoc quia plures iniuriãtur. Etĩ hoc ut dicit Ariſto. uidetur reſpexiſſe ad cõmunẽ utilitatem,ut.ſ. cohiberentur iniuriæ magiſquã ad ueniã q̃ debet haberi de ebriis, ꝓ eo ꝙ nõ ſunt compotes ſui. Ad quod facit ꝙ ait Amb. in li. de patriarchis. Si qua ꝓ uinũ ebrii deliquerint apud ſapiẽtes iudices uenia qdẽ factę ſed leuitatis dãnatur auctores. 15.q. ſane,ubi glo.i. minori pœna q̃ ſi ex certa ſciẽtia feciſſẽt dãnatur,ideſt redarguũtur ẽt eos qui nimis fuerunt faciles ad inebriandum.

In ebrietate sũt duo.

Ebrius meret duplicẽ pœnã.

¶De *filiabus gulæ quæ ſunt quinque.* Ca. 4.

ESt autem gula uitium capitale quinq, filias gnerans ſecundum Greg. in 31. moralium,ſcilicet.

¶Hebetudinem.

¶Ineptam lætitiam.

¶Multiloquium.

¶Scurrilitatem.

¶Immunditiam.

¶Quare aurem dicatur uitium capitale bea. Thom.2.2.q.148.ar.5.rationẽ aſſignat dicẽs.

Gula eſt uitiũ capitale.

Vitium

Vitium capitale dicitur illud, ex quo multa oriuntur secũdum rationem causæ finalis in quantum scilicet habet finem multum appetibilem, vnde ex eius appetitu homines prouocantur multipliciter ad peccandum. Ex hoc aũt redditur aliquis finis multũ appetibilis, q̃ habet aliquam de cõditionibus fœlicitatis, quæ est vltro appetibilis: Pertinet autem ad rationem fœlicitatis delectatio, vt patet in libro.1.a 10. ethi.& ideò vitium gulæ, q̃ est circa delectationes tactus, seu gustus, quæ sunt præcipue inter alias conuenienter ponitur vitium capitale. Quamuis autem ipsæ cibus circa quẽ est gula non habeat rationem finis: q̃a non quæritur propter se, sed propter aliud: scilicet propter corporis nutritionẽ, tamen quia ille finis qui est conseruatio vitæ est maximè appetibilis, quę sine cibo conseruari non põt. Inde est etiam quod ipsę cibus maximè appetibilis, & ad hoc ferè totus labor vitæ humanæ ordinatur secundum illud Ecclesiastes. 6. Oĩs labor hominis in ore eius, & tñ gula magis est circa delectationes cibi quam circa cibos. Delectatio autem secundum se est appetibilis. Quod autem quinque filiæ eius assignẽtur beat. Tho. vbi supra arti.6. assignat rationem dicens. ¶ Gula propriè consistit circa immoderatam delectationem quæ est in cibis, & potibus, & ideo illa vitia inter filias gulæ computantur, quæ ex immoderata delectatione cibi, & potus cõsequuntur, quæ quidẽ possunt accipi ex parte animæ vel ex parte corporis. Ex parte autem animæ quadrupliciter.

Gula cõsistit circa imoderatã delectationem.

¶ Primo quantum ad rationẽ, cuius acies hebetaĩ ex immoderata cibi, & potus sumptione, & quãtũ ad hoc ponitur hebetudo sensus circa intelligentiam. ¶ Secundo quantum ad appetitum qui multipliciter deordinatur per immoderationẽ cibi, & potus, & quasi sopito gubernaculo rationis, & sic ponitur inepta lætitia. ¶ Tertio quantum ad inordinatũ verbum, & sic ponitur multiloquium. ¶ Quarto quãtum ad inordinatum actum seu gestũ, & sic ponitur scurrilitas, quæ etiam posset referri ad verba turpia. Ex parte aũt corporis ponitur immunditia, quæ põt attendi siue secundum inordinatam emissionem quarũcunq; superfluitatum, vt per vomitum, & huiusmodi, siue specialiter per inordinatam emissionẽ seminis, & vt per pollutionem in vigiliis vel somnis. Et de his plenius dicendum.

§.1. ¶ De his filiabus gulæ potest exponi illud ps. 5. Sepulchrum patens est guttur eorum, scilicet gulosorum linguis suis dolosè agebãt, iudica illos Deus, vbi tria possunt notari.

¶ Primo q̃ est in sui progenie totius hominis infectiua, ibi. Sepulchrum patẽs est guttur eorum &c.

¶ Secundo q̃ in sui cõgerie deceptionis est cõtentiua, ibi. linguis suis dolosè agebant.

¶ Tertio q̃ est in sui fine punitionis susceptiua, ibi. iudica illos, &c.

¶ Quantum ad primum dicit. Sepulchrum patens est guttur eorum. Sepulchrum recipit cadauera, quæ putrescũt. Vnde cum aperiuntur, quando recenter sunt ibi posita exhalat fętor inficiens seu corrumpens omnem aerem circunstantem, & homines astantes. Sic gulæ vitium & sepulchrum apertum inficit totum hoiẽm per filias, quæ generantur ex ea. ¶ Secundo vltra filias quæ generantur ex ea. s. gula quædam etiam alia vitia addũtur, vt detractio, derisio, proditio, adulatio, & huiusmodi. vnde subdit. Linguis suis dolosè agebant. Nã in cõuiuiis incipiunt homines deditι gulæ loqui de aliquo benè, & posta vertunt se ad male loquendum de eo. Ecce dolus, vnde Augu. tenebat econtra mensam suam scriptos hos versus. Quisquis amat dictis absentum rodere vitam. Hanc mẽsam indignã nouerit esse sibi. Post conuiuia ẽt tractantur proditione, vt patet in conuiuio Absolon, vbi interfectus est Amon proditoriè in conuiuio Adoniæ. Ibi fiunt adulationes vbi est dolus. ¶ Quantum ad tertium, quia ista mala sunt, & nullũ malũ impunitũ, ideò subdit, iudica illos Deus. i. iudicabis puniẽdo. Vnde Iacob. 5. Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra, ecce ignis deuorabit carnes vestras.

¶ Ad primum reuertendo. Nota quòd.

¶ Primo p̃ hebetudinem inficitur intellectus.

¶ Secundo p̃ ineptã lætitiã dissoluit affectus.

¶ Tertio per multiloquiũ destruitur affatus.

¶ Quarto per scurrilitatẽ incõponitur gestus.

¶ Quinto per immũditiã corrumpit corpus.

¶ Prima filia gulæ hebetudo ponit. ¶ Pro cuius declaratione dicit beatus Thomas. 2.2.q. 15.q̃ hebes opponitur acuto. Acutum autem dicitur aliquid ex eo q̃ est penetratiuum, & econtra hebes dicitur quasi obtusus penetrare non valens. Sicut ergo in corporalib. dicit aliquis acuti sensus, qui potest pcipere ex remotis aliquod sensibile, vt videndo, audiẽdo, & hmõi. Et econtra dicitur sensus hebetati, qui non põt percipere nisi ex propinquo magna sensibilia, & non parua. Ita dicitur acuti sensus circa intelligentiam qui statim ad appræhensionem proprietatis rei vel effectus naturam rei compræhendit, inquantum videlicet vsq; ad minimas cõditiones rei considerandas

§.2. Hebetudo.

tandas pertingit. Ille econtrario dr̃ hebes circa intelligentiam, qui ad cognoscendam veritatem rei pertingere nō potest, nisi per multa media ei exposita, & tunc etiā non potest pertingere ad omnia considerāda perfectè, quæ pertinent ad rationem rei. Sic igitur hebetudo importat quandam debilitatem mentis, circa considerationem spiritualium bonorū.

Hebetudo differt a cęcitate mentis.

¶ In hoc autem differt a cęcitate mentis, quæ ponitur filia luxuriæ vt supra patet, quia cęcitas mentis importat non debilem, sed omnimodam priuationem cognitionis ipsorū spiritualium bonorum. Et cum talis hebetudo, seu grossities intellectus procederet ex naturali dispositione, sicut sunt mentecapti, & alii rudes, & multum materiales, vel ex infirmitate superueniente, quæ alteret potentiam phātasticam, & memoriam, & sic reddit intelligē tiam grossam peccatum non esset. Sed cū procedit talis hebetudo ex intelligentia, vel fastidio considerandi spiritualia, & salutifera, tūc est peccatum mortale, quando ex hoc redditur ineptus ad cognoscēdum necessaria ad salutem, aliàs veniale. Difficile tamen est ad intelligendum ipsum peccatum præcisè per se. Et hoc tamen quòd aliquis sit hebes circa speculatiua theologiæ vel philosophica, & astrologica, non curans, de his nullum peccatum est, si non habet officium, quod notitiā horū requirat. Et ratio est, quia non sunt necessaria ad salutem. Et quamuis hebetudo mentis inueniatur communi modo quantum ad eligibilia in omni peccato, quia peccatum obscurat mentem. Et proue. 14. dicitur. Errant qui operantur malum, tū speciali modo ponitur hebetudo filia gulæ inquantū videlicet pp fumositates ciborum, & potuum perturbantes caput obscuratur seu ingrossatur intelligētia Hiero. Galenus in exhortatione medicinæ ait. Athletas quorū vita, & ars sagina est, nec viuere posse diu, nec sanos esse, animasq; ita nimio sanguine, & a dapibus quasi luto inuolutas nihil tenue, sed cœleste, sed semper de carnibus eructare, & de ventris ingluuie cogitare, de consecra. distinct. 5. Ne tales. Sicut ecō tra abstinentia confert ad sapientiæ perceptionem, secundum illud Ecclesiast. 2. Cogitaui corde meo a vino abstrahere carnem meam, vt animum meum tranferrem ad sapientiam.

§. 3. Inepta lętitia.

¶ Secunda filia gulæ dicitur inepta lætitia q̃ inficit affectū, & dissoluit, de qua dicitur Iob. 21. Tenent tympanum, & lyram, & gaudent ad sonitum buccinæ, & in puncto ad inferna descendunt. Quamuis autem secundū Thomam. 2.2.q. 148. art. 6. lætitia consequatur oē peccatum, & maximè quod procedit ex habitu, inquantum scilicet malus lætatur de actu peccati, vel fine secundum illud prouer. 2. Lætantur cum malefecerint, & exultant de reb. pessimis. Tamen talis lætitia non est filia gulæ quæ est speciale peccatum, sed inepta lætitia quæ est vaga & incomposita procedens ex inordinata sumptione cibi, & potus. Vnde vigor affectus animi resoluitur, & inaniter hilarescit. Vnde dicitur 2. Esdræ 4. quòd vinum omnem mentem conuertit in securitatem, & iocunditatem cum scilicet nimium sumitur. Et ex hac procedit, & ad hanc ordinatur saltus, cantus, tripudium, ludus, histrionatus actus, instrumentorum diuersorum sonitus, q̃ frequenter fiunt in fine conuiuiorum. Vñ exo di. 32. dicitur quòd sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere. i. solaciari, & tripudiare, & huiusmodi. Vnde beat. Thomas 2.2.q. 168. art. 3. dicit quòd excessus in ludis, idest solatiis, qui est cōtra virtutem eutrapeliæ seu iocunditatis pertinet ad vitium ineptæ lætitiæ quod vtique peccatum est, qñ que mortale, quandoque veniale. ¶ Pro cuius declaratione dicit idem, quòd in omni eo quod est dirigibile secundum rationem superfluum dicitur quod regulam rationis excedit. Diminutum etiam aliquid dicitur secū dum quod deficit a regula rationis. Ludicra autem iocosa verba, vel facta sunt dirigibilia secundum rationem. Et ideò superfluum in ludo dicitur quod excedit regulam rationis.

Excessus in ludo.

Et hoc potest esse dupliciter. Vno modo ex ipsa specie actionum, quæ assumuntur in ludo, quod quidem genus ludi dr̃ secundū Tullium esse illiberale, petulans, flagitiosum, obscenū, quando. s. vtitur quis causa ludi turpibus factis, vel verbis, vel his quæ vergunt in nocumentū proximi q̃ sunt peccata mortalia, vt detrahere, deridere, & contumeliari, & huiusmodi, & sic ludus ille erit peccatum mortale, & inepta lætitia in huiusmodi actu vel aspectu voluntaria, & affectata. Vnde prouer. 14. super illud. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat, dicit gl. Luctus potuus, sed luctus perpetuus non debetur nisi pro mortali.

Excessus ludi secūdum circunstantias.

¶ Alio modo excessus potest esse in ludo sm defectum debitarum circunstantiarū, puta cum aliqui vtuntur ludo, vel locis, vel tēporibus indebitis, aut ēt propter conuenientiam negotii, vel personæ vt cum fierent ludi theatrales in ecclesiis, vt tempore quadragesimali, quod est tempus pœnitentię, vel a personis ecclesiasticis. Vnde de consc. dist. 5. c. non oportet, & c. præcedenti, dicit quòd cle-

rici

rici nō debēt interesse nuptijs, vel conuiuiis vbi ludi huiusmodi fiunt. Et hoc quidem potest esse mortale propter vehementiam affectus, quando videlicet delectationem ludi p̄ponit delectationi Dei, seu mādatorū obseruationi, ita ut non refugiat facere cōtra præcepta Dei, vel ecclesiæ vt cōsequatur lætitiā, seu delectationē ludi uisi vel exerciti, alias erit ueniale, cum. i. non ita afficiuntur, quod vellent aliquid contra Deum committere. ¶ Vitium est tamen etiam in defectu ludi secundum Tho. vbi supra arti. 4. quia eontra rationem est, ut aliquis se aliis onerosum exhibeat, dum ipsæ nihil delectabile exhibet, & delectationes aliorum moderatas. impedit reprehendendo, scilicet vel prohibendo, uel fugiendo. Illi ergo in ludo deficiunt, qui nec ridiculum aliquid ipsi dicunt, & dicentibus molesti sunt, quia scilicet aliorum modicos ludos non recipiunt, & hi dicuntur agrestes, ut philosophus dicit in 4. ethi. minus tamen uitium defectus in ludo quam excessus, ut philosophus dicit in 2. ethi. quod pauci amici habēdi sunt propter delectationē, quia parum delectationis sufficit ad uitam quasi p̄ condimēto, sicut parum salis sufficit in cibo. Austeritas autem per quam aliqui nec aliis afferunt delectationes collocutionū, nec ab alijs recipiunt quæ connumerantur ab Andronico inter virtutes non excludit quidem omnes delectationes simpliciter, sed superfluas, & immoderatas. De choreis dicetur i c se

§. 4. ¶ Tertia filia gulæ quę uitiat locutionem est multiloquium seu loquacitas, de quo p̄uerio. In multiloquio non deerit peccatum. Ex comestione enim & potu inordinato cōmuniter loquitur loquacitas. Vnde dicit Gre. in pastora. Nisi gulæ deditos imoderata loquacitas detineret dies ille qui epulabat quoti die splēdidè Lu. 16. In lingua graui flāma nō arderet. In huius figurā Aegyptus, q̄ iterp̄tat tenebræ significans gula q̄ facit intellectū tenebrosū & hebetē percussa fuit tranis, q̄ sūt loquaces q̄ si sp garrulātes ad inueniēdū q̄ vitiū gulæ facit hoiem loquacē hoc aūt uitiū multū nocet. Dicitur. n. prouer. 15. Linguaim moderata cōteret spiritū, idest feruorē & deuotionē. Quilibet p̄t hoc in seipso experiri q̄ ex loquacitate exhaurit ois spūs deuotionis & cū uult legere, orare, vel meditari, occurrūt phātasmata circa audita, & dicta, & interrūp̄t attētionē, & cōsequenter feruorem impedit sicut lebes supra ignē nisi cooperiatur cooperculo nō facile feruet, q̄ calor euaporat. Et iō in figurā dns declarauit lege uas quod cooperculum non haberet esset immūdum, & non eo vtēdū, quia videlicet secūdū. Gre. Mēs quæ non habet retentionem locutionis, & cooperculum silentij, immūda efficitur coram Deo, & hoc est quod dicitur Ia. 1. ca. Si quis putat se religiosum eē ideſt christianum non refrenās linguam suam huius vana est religio. Conterit etiam lingua imoderata ideſt loquax spiritū ideſt aufert spiritū gratię, quia dū nō restringit os ab ocioso, sermone ad criminalia deriuatur, vt detractiones, susurrationes, subsannationes, cōtumelias, & huiusmōi alia quæ mortalia sunt. Sed & ipsa ociosa uerba de se uenialia sunt, disponentia tamen ad mortē animæ. Possunt esse mortale peccatum q̄n. s. in contemptū Dei dicerent vel in malum finem inducendi alios ad criminale, vel cū cōplacentia fruitionis. i. tanta delectatiōe, q̄d ipsā p̄ponit mādatis Dei, vel ecclesiæ. Sed, & p̄pterea saluator dicit Mathę. 12. De omni uerbo ocioso q̄d locuti fuerit hoies reddent rōnem de eo in die iudicij. Dicitur autē verbum ociosum scdm Gre. in moral. verbum quod caret necessitate, uel iusta utilitate. Neq, enim ociosa sunt, quæ dicūtur in emēdo, vel uendendo, vel aliis exercitiis licitis, inde quærēdo uictum suum uel gubernationē familię. Sed die festiuis, uel aliis diebus stando vel eundo cū amicis sociis uel uicinis loquēdo diuersas fabulas, & truffas quandoq, de guerris quādoque de palatinis uel nugis centinouellis, & huiusmodi illa sūt ociosa. Et ut dicit Ber. in lib. de consideratione. Nugæ in ore laicorum sunt nugę, in ore sacerdotū sūt blasphemiæ, utpote, quia os eorū cōsecratū esse debet, & totū Deo dedicatū, unde egredi habent illa potētissima verba, & sanctissima cōsecrationis corporis & sanguinis Christi, & absolutionis peccatorū. Dicit autē Hiero. Quotiēs, loquimur aut nō oportuno tempore, aut nō in oportuno loco, aut non ut conuenit audiētibus, sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum qui audiunt, quod prohibet Aplus. Cōsideremus ergo q̄ loquamur q̄a p̄ omni uerbo otioso reddituri sumus rōnē in die iudicij. 22. q. 5. quotiēs. De vitijs q̄ p̄cedūt a ligua hēs sup. in 1. par. ti 2. c. 4. § 5.

Ex nimia ebrietate oritur multiloquium.

Verba otiosa d̄ se sūt uenialia.

¶ Quarta filia gulæ dicitur scurrilitas ideſt iocularitas, vel iocunditas quędā secundum Thomam secunda secundę quę. 148 ar. 6. proueniēs ex defectu rōnis, quæ sicut nō p̄t uerba cohibere, ita nō potest cohibere gestus exteriores. Vnde glo. dicit. ¶ Scurrilitas ideſt iocunditas, q̄ risum mouere solet. Et super epi

§ 5. Scurrilitatē icurrit qs diuersimodè.

stolas

ſtolas. Pauli dicit idem Tho. quòd ſcurrilitas eſt verbũ ioculatorium, quo aliqui uolũt malè placere alijs. Importat ergo ſcurrilitas geſtum, vel locutionem pertinẽtem ad inhoneſtatem ſecũdum Tho. Et talia verba vel geſtus prout ordinantur ad mortalia. Dicit idẽ ſuper epiſtolas Pauli tractans illud Ephe. 5. Omnis immunditia, aut fornicatio, aut ſtultiloquiũ, aut ſcurrilitas quæ ad rem non pertinet, non nominetur in vobis. Et nõ ſolum hoc eſt mortale, quando aliquid turpè quis facit, aut dicit, vt prouocet ad luxuriã mẽtis, vel corporis, ſed etiam cum ex quadam leuitate, & ſolatio, quando ex illo aliquis inducitur ad aliquod mortale, quia per accidẽs ſcãdalizat eum. Et qui occaſionem dãni dat, dãnum quoque dediſſe videtur, extra de iniu. & dam. da. ca. ſi culpa. Secus autem eſſet, quãdo talia fierent inter uirum & exorem, etiam ad prouocandum ſe ad actum coniugalem. Et hoc fortè voluit notare Apoſtolus in eo qđ dicit. Scurrilitas, quę ad rem non pertinet. i. ad actum cõiugalem. Vnde ex hoc quod vidit Abimelech Iſaac iocantẽ cũ Rebecca opinatus eſt illam eſſe uxorem ſuã Gen. 20. Iſidorus autem ponit ſcurrilitatẽ inter filias luxuriæ. Nec hoc eſt contrarium ei quod dictũ eſt, quia quandoque a gula, quandoque a luxuria ꝓcedit. Ex abũdantia. n. cordis os loquitur. Matth. xij. & ideo luxurioſus ex laſciuia, quæ abundat in mente verba laſciua loquit̃, quæ pertinẽt ad ſcurrilitatem. Et cũ quis gulę ẽ deditus de leui & verba, & geſtus turpes, ꝓfert. Vẽoſitates etiã ex ore, vel ex parte inferiori ſtudioſè emittere ſenſibiliter ob leuitatem, & riſum prouocandũ, ad ſcurrilitatem pertinet, & ad peccatum. Secus ſi ex inaduertentia, vel ex infirmitate, cui aliter obuiari non poteſt, ſeruata tamen modeſtia prout fieri poteſt. De uebis turpibus, & luxurioſis habes ſupra in tit. 5. de luxuria.

§. 6. Immunditia.

¶ Quinta filia gulæ dicitur immũditia quæ ſecundum Tho. vbi ſupra poteſt intelligi, vt de quibuſcũque ſuperfluitatibus, ut de emiſſione per uomitum, ſecundum illud Eſa 28. Omnes menſæ eorum repletæ ſunt uomitu ſordium. Et licèt utilis ſit uomitus poſt ſuperfluam comeſtionem vel potationem, tamen uitioſum eſt ſubdere ſe huic neceſſitati propter immoderantiam cibi, & potus ex delectatione gulę. Si tamen non ex delectatione gulæ, ſed ex conſilio medicinę comedit ad prouocandum uomitum in remedium alicuius languoris abſque peccato eſt. Videtur etiam pertinere ad immunditiam quod aliquis comedat ſicut porcus ore inuncto, manibus lutulentis, veſtes cibis deturpans, quod aliquãdo accidit ex nimia uoracitate, & auiditate ſumendi cibum. Quod autem Phariſei diſcipulos reprehenderunt, quia non lauabãt manus cum manducabãt. Matth. 15. non eſt credendum, quod diſcipuli Chriſti eſſent immũdi, & immodeſti in comedendo, ſed quia nõ ita pluries lauabant manus ſuas in eadem comeſtione ſicut Phariſei faciebant. Dicit Marcus Euangeliſta quod ſuperſtitioſum, & vanum erat. Hoc tamen faciebant, ut viderentur obſeruatores legis ex eo quod dominus dicit. Eſa. 1. Lauamini, mũdi eſtote, ſed dominus loquebatur de lotiõe animæ ad peccatis, & munditia cordis, & corporis. Vel etiã cum erant in uia, & non haberent ita aptitudinẽ ad lauandum manus, non curabant de huiuſmodi lotione edocti a magiſtro eorũ ſummo quia non lotis manibus manducare panẽ nõ coinquinat hominem. Matth. 15. cũ de ſe nõ ſit peccatum. ¶ Sed præcipue ad immunditiã filiã gulæ pertinet pollutio corporis quia ex inordinata ſumptiõe cibi, & potus, corpus patitur immunditiam, vel in uigilia, uel in ſomnis, vbi eſt aliquando mortale peccatum, qñ ſ. in uigilia, & volũtariè procurata ex cõtractu turpi, uel ex cogitatiõe deliberata, vel moroſa luxuriæ. De hac Apoſtolus ad Ephe. 5. Ois fornicator, aut immũdus, non habet hæreditatẽ in regno Chriſti & Dei. Hæc hęreditas ſecundum Thomã ſuper epiſtolas, ẽ fruitio Dei, quæ quidem perfecta habetur in regno, ideſt in ſtatu glorię, nõ tamen totaliter, ut ſcilicet ſancti compræhendant Deum cognoſcendo, & diligendo quantum cognoſcibilis & diligibilis ẽ, ſic enim ſolus ſeipſo fruitur Deus, & qa quaſi partialis eſt non totalis ideo dicit nõ habet hæreditatẽ ī regno Chriſti. i. partẽ in illa fruitione, quod regnum dr̃ Chriſti, quia per Chriſtum habetur. Et hæc immũditia pertinet ad molliciem, de qua ſupra dictum eſt. Sed vbi pollutio, ſeu immũditia in vigilia fit omnino inuoluntaria, contra intentionem, non eſt peccatum, ut cum ꝓcedit ex infirmitate, ſicut patiens fluxum ſeminis, qui in lege ueteri habebatur immundus. Leui. 15. vel etiam cum quis audiens cõfeſſionem, in ea audit valdè turpia, aut loquens cum mulieribus ex cauſa honeſta, inde ſequitur pollutio carnis uel diſtillatio ſeminis aliqua contra uoluntatem & intentionem ſuã ex qualitate complexionis, vel per uiolentiã contractus alterius ipſo ſemper uoluntate renitente. Vnde Auguſt. Nemo impudicè utiẽ

Pollutio corporis.

corpore,

corpore, nisi prius spiritus concepta nequitia. Item Isidorus. Nō potest corrumpi corpus. s. vitiosè, nisi prius animus corruptus fuerit. 32. quæstio. 6. Quando autem accidit in somnis quomodo ibi cōtingat peccatum in pollutione, videndum est in sequenti capitulo.

¶ *De pollutione in somnis.* *Cap.* 5.

DE pollutione nocturna seu eueniente in somnis, siue diurna, siue nocturna, utrū sit peccatum. Nota q̄ de ipsa possumus loqui tripliciter, aut secundum seipsam, aut secundum causam suam, aut secundum sequelam. Considerando ergo ipsam secundum se pollutio non est peccatum, nec etiam veniale. Rō huius est secūdum beatum Thomam. 2. 2. q. 154. ar. 5. Omne peccatum dependet ex iudicio rationis, quia etiam primi motus sensuali tatis non habent, q̄ sit peccatum, nisi inquantum iudicio rationis reprimi possunt. Et ideò sublato iudicio rationis, tollitur ratio peccatorum. In dormiendo autem homo non hēt iudicium rationis liberum. Nullus enim dormiens est, qui nō intendit aliquibus similitudinibus Phantasmatum velut rebus tpsis, & iō id quod agit hō dormiens cum nō habeat liberum iudicium rationis, non imputatur ei ad culpam, sicut nec id quod agit furiosus aut amens. Hoc idem ostenditur ex auctoritate Isido. li. sententiarum dicentis. Nec est peccatum q̄n nolentes nocturnis imaginibus illudi mur dist. 6. Patet etiam idem ex verbis philosophi dicentis in primo ethic. q̄ secundū dimidium vitæ. i. somnum non differt fœlix a misero, nec studiosus. i. virtuosus a vitio. Sed ēm peccatum differt virtuosus a vitioso, sicut lux a tenebris, ergo in somnis secundum se non potest accidere peccatū. Nec obstat illud Iob. 33. per somnum in visione nocturna, q̄n solet sapor occupare homines, & dormiūt in lecto, tunc aperit aures virorum, & erudiens instruit eos disciplina, scilicet instruens, & increpans per reuelationem. Ex quibus verbis videtur quòd in somnis possit homo agere secundum rationem, vel cōtra rationem, quod est bene agere, vel peccare, aliàs frustra repræhenderetur, vel instrueretur. Nam vt respondet beatus Thomas, vbi supra appræhēsio rationis non ita impeditur in somnis, sicut iudicium eius, quod perficitur per conuersionem eius ad sensibilia, quæ sunt prima principia cognitionis humanæ, & ideò nihil prohibet hominem aliquid de nouo appræhendere secundum se in dormiendo, vel ex ipsis reliq̄is

Pollutio secundū se nō est peccatū.

p̄cedētiū cogitationū, & Phātasmatibus oblatis, vel ex reuelatione diuina, vel ex immissione angeli boni vel mali. Sed iudicium ipsius rōnis impeditur; & ideò peccare non potest in somnis, hęc beatus Thomas. ¶ Et nota quòd quamuis pollutio nocturna in se non sit peccatum rōne iam dicta, data tn̄ opera studiosè ad hūc finem, puta per nimiam comestionē, & potum, vt sequatur, pollutio, ēt si faceret non ob delectationem, sed ad alleuiationē naturæ & sanitatem esset mortale, sicut si in vigilia voluntariè se pollueret ob sanitatem solum, non excusaretur a mortali, quia facit directè contra finem intentum a natura, qui nō est alius in emissione seminis voluntaria nisi generatio, quæ per illum motum sequi nō potest. Sed appetere habere pollutionē p̄p alleuiationem naturæ tantum sine peccato, idest sine hoc quòd det operā, sed via naturali nō est peccatū. Similiter si quis comedit nimis. vel nimis calida, ex quo dubitat sibi ex hoc se qui pollutionem in somnis, quia aliàs expertus est huiusmodi, non tamen propter hoc illa sumit: sed vt satisfaciat gulę non p̄pter hoc est mortale. ¶ Considerando autem pollutionem nocturnam secundum suam causam, tūc potest ibi esse peccatum, & non peccatū, non in se: sed in ipsa causa. ¶ Pro cuius declaratione dicit beatus Thomas secunda secundę. ubi supra quòd triplex potest esse causa huiusmodi pollutionis.

Operā dare pollutioni est peccatum.

pollutio secundū causam.

¶ Prima causa corporalis.

¶ Secunda causa interior animalis.

¶ Tertia causa extrinsecè spiritualis.

¶ Quantum ad causam corporalem cum humor seminalis superabūdat in corpore, uel cū est humoris resolutio per nimiam calefactionem, vel per aliam quancunque commotionem somniat dormiens ea quæ pertinent ad hmōi expulsionem humoris superabundantis uel resoluti, sicut & accidit quando natura grauatur ex aliqua superfluitate alia, ita quod quandoque formantur in imagine phantasmata pertinentia ad emissionem taliū superfluitatum. Si igitur superabundantia humoris sit ex causa culpabili, puta ex superfluitate cibi & potus, tunc nocturna pollutio habet rōnē culpæ ex causa sua non in se. Sed si talis superabundantia uel resolutio talis humoris, nō, sit ex causa culpabili non est culpa, etiam in causa sua. ¶ Secunda causa pollutionis potest esse interior animalis, puta cum ex cogitatione p̄cedenti contingit aliquem dormientem pollui. Cogitatio autem quæ in vigilia præcessit quandoque est purè speculatiua, puta cū aliquis

quis causa disputationis cogitat de peccatis carnalibus, quandoq; est cum aliqua affectione, vel cõcupiscentiæ vel horroris. Contingit autem quòd magis pollutio nocturna sequitur ex cogitatione carnalium vitiorum, q̃ ex cogitatione carnalium delectationum, quia ex hoc remanet quodam vestigium ex inclinatione in anima, ita q̃ dormiẽs facilius inducitur in sua imaginatione ad assentiendũ in actibus, ex quibus sequitur pollutio, & sic habet rõnem culpæ ex parte causæ, cũ scilicet cogitatio præcedẽs fuit cum delectatione sensuali, fuit ibi veniale, mortale aũt si fuisset cũ deliberatiuo consensu. Sed si cogitatio præcedens carnaliũ actuũ fuit purè speculatiua: vel cum horrore & displicentia, tunc pollutio in de sequens, non habet rationem culpæ etiam venialis, nec in se nec in causa sua. ¶ Tertia verò causa est spiritualis extrinseca, cum s. operatione dæmonis cõmouentur Phantasmata dormientis in ordine ad talem effectũ. Et hoc quidem q̃nque ex peccato præcedenti. s. negligentia præparandi se contra dæmonum illusiones. Vnde & in sero completorio cantatur hostemque nostrum cõprime, ne polluantur corpora. Q̃nque prouenit hoc absque culpa hominis ex sola nequitia dæmonis, sicut in collationibus patrum legitur de quodam, qui semper diebus festiuis patiebatur pollutionẽ, hoc diabolo procurante, vt eum impediret a sacra cõione. Nunquã ergo pollutio in se est peccatum: sed aliquando effectus præcedentis peccati: cum scilicet culpa est in cã sua. Ad quod facit quod dicitur dist. 6. c. testamẽtum, & c. se. ¶ Considerando autem pollutionem in somnis quantum ad sequelam eius. i. quantum ad id quod sequitur post eam, sic potest ibi esse peccatum mortale, vel veniale: vel nullum. Solet enim aliq̃n post pollutionem, & præcipue illam quæ incipit in somno, & terminatur in vigilia, exurgere quædã complacẽtia sit de pollutione habita ratione alleuiationis, vt sic melius seruiat deo magis liber a stimulis carnis, uel etiam rationem exonerationis naturę quam sentiebat grauatum, & inde alleuiatã, & non ratione alicuius delectationis nõ credit esse peccatum. Sed si illa delectatio, quam aliquo modo habebat sensualitas in ipsa pollutione dormiendo excitato a somno placet subito vel repente, ita quòd illi delectationi ex deliberatione non cõsentit sic est veniale, non quidem rationẽ pollutionis, sed ratione delectationis factæ in vigilia. Si verò excitato plenè a somno nõ repentè, sed deliberatè delectationi assentit, ita q̃ etiam placeret, si haberet vas debitum receptioni talis materiæ extra matrimonium, vel cum appetitu faturi, coitus, tunc est mortale, non quidem ipsa pollutio iniciata in somno, & terminata in vigilia qđ iam præcessit. Sed propter nouum deliberatum consensum habitum post pollutionem. Hæc Alexander, secunda parte summæ quæstio 31. Quãdo autem pollutio impediat celebrationem, vel communionem. Habes in tertia parte tit. 14.

Pollutio quãtum ad sequelam.

¶ De choreis. Cap. 6.

DE choreis, quæ pertinent ad ineptam lætitiam filiam gulæ, & in conuiuiis frequentantur, q̃ sit ibi peccatum, & quantum. ¶ Nota q̃ Alexander in 4. dist. 16. sic ait. Chorea & huiusmodi ludi fiant cantu, siue musicis, secũdum se nõ sunt mali, quia possunt benè fieri aliquando. Sed triplici ex causa possunt fieri mali ex circunstantia, quarum vna & præcipua est mala intentio, vt quando fiunt ad ostẽdendum, vel prouocandum libidinem, sicut ferè modo omnes exercent. Et iõ ecclesiasticæ personæ talia deposuerunt, quia etiam in signis gaudii non est communicandum cum peccatoribus. ¶ Alia causa est quando nõ fiũt suo tẽpore, vt tempore tristitiæ puta quadragesimæ & huiusmodi, quia sicut Ecclesiasti. 22. dicitur. Musica in luctu importuna narratio, & hoc modo interdicitur pœnitenti ne sit in ludis, quia dum pœnitet: tempus est flendi. Caueat se pœnitens a ludis, & spectaculis inquit Augustin. ¶ Tertia causa est sumpta ex officio personæ, sicut clericis interdicitur venatio, & alii ludi, quia in sortem dñi electi aliis exercitiis debent occupari. Puto autem inquit idem, quòd quinque concurrentibus ad choream non sit reprehensibilis. ¶ Primo, s. quòd sit tempore debito, vt tempore gaudii scilicet in nuptiis, vel in tempore uictoriæ vel liberationis hominis, vel patriæ vel in aduentu amici de terra longinqua. ¶ Secundo qđ sit cum honestis personis, de quibus nõ sit mali præsumptio, vt cũ leccatoribus, & leccatricibus. ¶ Tertio quòd fiat a personis secularib. Nam monialibus & monachis, & clericis propter quod debent in aliis occupari omnẽ choream puto illicitam. ¶ Quarto quòd honesto modo fiant, nõ gesticulationibus nimis inhonestis, & inordinatis. ¶ Quinto quòd cantus, vel musica excitans in his non sit de illicitis, sed de moribus, vel de Deo. De melodia non est curandum, quia in talibus necesse est fieri melodiam

Chorea malum ex circũstantia.

Chorea aliquando non est reprehensibilis.

melodiam leuem, quæ aliqualiter exprimat modum chorizandi. Hæc Alex. ¶Est autem peccatum mortale hoc secundum Guil. quando fiunt choreæ ad incitādum se, vel alios ad libidinem extra matrimonium. Similiter secundum ipsum si ducantur, seu fiant ex consuetudine etiam sine corrupta intentione, cū adeo prouocent ad libidinē quod dicit. Hierony. quod non credit viro si dicat se illesum euasisse a spectaculis talium. Hoc autem videtur sic intelligendum, quando fieret ita inordinato affectu & indifferenter, quod etiam si scirent tales, vel considerarent aliquos inde ad libidinem trahi, & concupiscentiam malam, vel ab ecclesia prohiberi, adhuc tamen eis vterentur. Quod fiant choreæ in ecclesiis, vt consueuit fieri in ecclesiis ruralibus in solē nitatibus eorum cum hoc in notabilē vergat irreuerentiam Dei, uidetur esse magis mortale quam veniale. Similiter cum fiunt a clericis, vel religiosis cum monialibus, vel secularibus cum sit in magnum scandalum aliorū, & periculum, & ruinam ipsorum. Cum autē a clericis, vel religiosis fit inter se non in præsentia laicorum ex quodam solatio, & si leuitate, non tamen mortale.

§.1. ¶De correizantibus potest moraliter exponi illud ps. 96. Inflammabit in circuitu inimicos eius, ignis scilicet a Deo procedens, inflāmabit, & non comburendo seu consumendo, sed affligendo grauissimè inimicos Dei, idest peccatores qui nō diligunt Deum, nec seruāt mandata eius, sed contrariantur voluntati eius, rebellantes se ei qui ambulant in circuitu iuxta illud qđ ps. alibi ait. In circuitu impii ambulant, de terrenis ad terrena se re uoluentes continuè donec cadāt affectu, & opere, pcedant, vel incircuitu. i. choreis se exercētes ubi fiūt circuitus multi vbi tria tangūtur.

¶Primo ponit intensum cruciatum ibi. Inflāmabit.

¶Secundo aditcit appræhensum tripudiatū. ibi in circuitu.

¶Tertio innuit expræssum reatum ibi inimicos eius.

§.2. ¶Et quia pœna culpæ respondet, & propter eam infligitur. Incipiatur a secundo vbi notatur culpa, & specialis culpa cum dicitur, in circuitu scilicet ambulantes. Tripudiatus seu chorea est quidam circuitus, vt patet ad sensum, de uno tantū loco mouentur choreizantes & discurrētes cito ad eundem redeūt hoc frequentantes. ¶Istud autem est iter diaboli. Ipsæ enim circuit. Vnde interrogatus a Deo vnde veniret respondit. Circuiui terrā, & per ambulaui eam. Iob. 1. Et 1. Pe. 5. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quem deuoret. Qui ergo tripudiant cum faciant iter diaboli cum eo se reperient in termino inferni. Inflammabit in circuitu scilicet euntes. ¶Non solum autem sequuntur tripudiantes iter diaboli, quinimmo diabolus ipsæ insidians ei, vt assessor equo ducit eos, quod pulchrè ostendit Ioannes Apoca 9 vbi dicit, quod de puteo abyssi quem uidit, ascendit fumus fornacis magnæ & obscuratus est sol & aer & de putei fumo ascenderunt locustæ super terram. Et harum similitudinem ponens dicit quod locustæ istæ erant similes equis paratis ad prælium, & super capita eorum tanquam coronæ similes auro, & facies earum tanquam facies hominum, & habebāt capillos sicut capillos mulierum, & dentes earum sicut dentes leonum, & habebant loricas ferreas, & vox alarum suarum sicut uox curruum, & equorum multorum currentiū in bellum, & habebant caudas similes scorpionibus, & aculei erant in caudis earum, & potestas earum nocere hominibus mensis quinque, & habebant super se regem angelum abyssi cui nomen hæbraicè Abadon, latinè exterminans. Notate verba singula: signare mysteria. Locustæ ille sunt mulieres choreizantes i, puteus abissi vnde istæ ascendunt est profunditas inferni, vnde suggerit tale exercitium choreizandi a dęmonibus. Fumus fornacis magnæ cum quo exeunt locustæ de puteo est incitamentum & signum magnæ concupiscentiæ & lasciuiæ, vnde ortum habent choreę & cum qua fiunt. Et hic fumus obscurat solē, & aerem. i. cōcupiscentiā obtenebrat viros etiam sapiētes, & doctores & aerē. i. contēplatiuos, & spūales homines, vt patet in Dauid Salomone, & in vitas patrū per plura exempla. Heu ascendunt super terram. s. choreizantes discurrendo, sicut locustę saltantes, & sicut locustæ regem non habēt, vt dicitur prouer. penul. vnde inordinatè incedunt, ita tales rōnem nō habent regentē eas, sed vt bruta aialia hincinde leuitate discurrunt. Et sicut locustæ quibus plagata fuit Egyptus nihil vir ide derelinquerunt super terrā, sed totum corroserunt, ut patet Exodi. 10. Ita istæ huiusmodi vanitatem tripudiorum viriditatē boni propositi, qđ est in hoībus auferūt in lasciuiam inclinātes. Qualiter autē sint ortæ istæ locustę, vnde magis excitant cōcupiscentiā hominū, declarat dum sequitur. Qđ erat similes equis paratis ad bellū. Sicut hoīes vtūtur equis faleratis ad impugnandū inimi-

Figuran tur choreizantes.

Chorea iter diaboli.

cos, ita dęmones vtuntur mulieribus ornatis ad expugnandum seruos Dei qui sunt inimici dęmonum. Et sicut equus odorat procul bellum. Iob. 39. & appetit currere ad campũ. Ita vanæ mulieres inquirunt de locis, vbi possint ostentari, & currunt ad talia loca in quibus diabolus eiiciat, & prosternat multos gladio concupiscentiæ. Coronæ in caput similes auro sunt mitræ, balthea, seu serta, quæ portant in capitibus deaurata, vel gemmata, cũ magna superbia, quæ sunt signa triumphorũ quos diabolus habet de seruis Dei peas. Sed vt dicitur Isa. 28. Veh coronæ superbiæ. Ad hanc comprimendam rex cęlorum dominus Iesus permisit se in derisum, & pœnam spinis coronari. Facies earum nõ dicit esse facies hominum, sed tanquam facies hominũ, quod dicitur propter fucos. Exterminant enim facies suas, vt dicitur Matth. 6. idest extra terminos naturales trahunt, dum, scilicet cum sint nigræ, vel crocei coloris per cerusam, & purpureum colorem pictæ apparent albæ & rubicundæ. Vnde sicut laruæ. i. mascharæ nõ dñr facies, sed tanquam facies hominum, sic & ille quia sub coloribus additis latent facies proprię naturales. Sed qua fiducia inquit Hiero. erigit ad cœlos vultum, quem conditor non agnoscit? De capillis etiam dicit qđ habebant quasi capillos mulierum, & hoc ppter capillos aliarum appositos, vel sericum positum ad similitudinem capillorum. Nõ enim sunt capilli mulierũ illarum, a quibus abscisi sunt, nec earum quæ deferunt cum appositi sunt, & ad placitum deponuntur. Et mirũ est quòd cum mulieres sint multũ timidæ quomodo non expauescunt portare capillos mortuarum. Sed vanitas, vel potius diabolus allecurat eas, sed valdè debent metuere ne sicut Absolon capillis suis quos nutriebat ad magnam vanitatem suspensus remansit ad arborem, vnde & mortuus est, sic ipsæ suspendantur in infernum. Dentes earum quas dicit. Io. esse leonum significat earum crudelitatem, & insatiabilitatẽ. Sicut enim leo est animal rapax quasi insatiabile, sic mulieres vanę rapiũt a viris suis occultè, vel ab amatoribus si sunt inhonestæ nunquam contentantur de vestib. & ornamentis si vident vicinam vel propinquam habere ornamẽtum quod ipsæ non gerant, adeò infestant viros quòd vix possunt viuere cum eis, & ita crudeles sunt, quod etsi debita habeant viri, & satis laborent viuere, volunt eis fieri ei similes, etiam si deberent ad vsuram accipere vel vsuras exigere, sed ne respicias in mulierem multiuolam Eccl. 9. di

Mulier æquiparat leoni.

citur. Loricæ ferræ, quas habebant istæ locustæ significant incorrigibilitatem earum, sicut enim in lorica vna mallea non separatur ab alia, ita in huiusmodi vna vanitas consueta vnum ornamentum solitum dimittere nolunt. Et si aliquando ad prædicationem alicuius, vel admonitionem cõfessoris dimittunt aliquod, quamcitius possunt reuertuntur ad pristina. Canis reuersus ad vomitum. 2. Pe. 2. Vox alarum ipsarum, sicut vox curruum & equorum. Alæ locustarum sunt brachia extensa in choreis, vel velocitas in discurrendo. Vox est cantus, risus, & rumor, saltus, & derisiones, qui sentitur in huiusmodi. Et sicut exercitus magnus solo tumultũ aliquando hostes fugat, & vincit, & clamore suo aues in terram cadere facit, ita exercitus chorearum ductus a diabolo vincit bonos viros, & habentes pœnas virtutum in terram affectuũ scilicet carnalium cadere facit, quia aliquando quadam curiositate ducti ad aspiciendum ad desideria carnalia dilabuntur. Caudæ scorpionum in ipsis cum aculeis sunt vel ad litteram, caudæ prolixæ vestimentorum, vbi est venenum peccati prodigalitatis, & ambitionis, quæ affliget animas eorum, uel cauda est finis talis operis, in quo nil remanet nisi remorsus conscientiæ, quæ pungit de tanto scelere, & amisso tempore. Potestas earum ad nocendum dicitur esse per quinque menses, quia communiter ad pascha vsque ad medium autumni fieri solent, sicut reges & principes tali tempore solent ad bella procedere vsq; ad mediũ autũni vt cõsumãt & auferant hostibus quæ hyeme laborando quæsierũt, ita diabolus post pascha immediate congregat exercitus chorearũ, vt qđ congregauerũt, & acqsierunt fideles in adventu, & quadragesima meritorũ per orationes, ieiunia, cõmunionẽ, cõfessionẽ, & huiusmodi, totum faciat pdere per opus chorearũ. Rex abyssi qui est super locustas eas ducẽs, est diabolus, qui & exterminator dr, qa hic est finis huius inuẽtionis, & opis exterminare aias. i. extra terminos paradisi eiicere Hiero. Memento semper qp paradisi coionũ mulier de paradiso eiecit, & sic patet ppositũ videlicet, qp diabolus ẽ dux chorearũ, & sicut eius interest circuitus, ita in circuitu faciat discurrere choreizãtes, sed inflãmabit Deus in circuitu. s. ambulãtes, ¶ In tertia parte ostẽditur reatus huius actus tripudiandi cum dicitur, inimicos eius. Inimici eius, scilicet Dei sunt qui ambulant in circuitu. Nihil facit hominem inimicum Dei nisi peccatum mortale, hoc enim tollit ami-

§. 3

lit amicitiam,& charitatem Dei,& ponit inimicitiam Esa. 59. Iniquitates vestræ diuisertũt inter uos & Deũ vestrũ,ideſt diuiſionẽ & inimicitiam fecerunt. Et Iaco. in cano. ſua. 4. c. Qui uoluerit eſſe amicus huius ſæculi inimicus Dei cõſtituetur. Amicus mũdi ẽ qui amat pompas,laſciuias,ſuperbiam, vanã gloriam,& qui uult placere hominibus in peccatis,quę omnia reperiũtur in choreis,& ideo per eas efficitur quis inimicus Dei. Inflãmabit in circuitu ambulãtes,qui ſcilicet ex hoc ſunt inimici Dei. In huius figuram eſt quod Iohannes baptiſta ad tripudiatum ſaltatricis filiæ Herodis in conſpectu conuiuantiũ fuit ſibi amputatum caput. Mathæ. 14. Sic per choreas,& ſaltus tripudiorum quæ fiunt in conuiuijs auferitur caput Iohanni qui ĩterpretatur in quo eſt gratia inquãtum uidelicet habens gratiam exercens vel uidens ea p quę in praua deſideria incurrit, vel per occaſiones peccatorum quas admiſerat eam perdit. Vnde Augu. dicit quod melius eſt diebus dominicis arare,uel fodere quam choreas ducere. Sed certum eſt quod arare,uel fodere in diebus feſtiuis ex hoc amitteret gratia, Dei, & efficeretur aliquis inimicus Dei. Mulier ut dicit Origẽs eſt arma diaboli,caput peccati,expulſio paradiſi. Et aliquando diabolus bellat cum homine per aſpectum mulierum aliquando per auditum uocis mulierum aliquando per tactum in choreis,aliquando p omnes iſtos modos ſimul bellat cum ho mine. Nam ibi videntur totaliter cum ſuis ornatibus,ibi audiuntur in ſuis cantibus,& chachinis,& locutionibus,& manu tangunt ur, & iõ ibi diabolus fortiter pugnat, & vincit.

Arare facilius eſt chorea in feſto.

¶ Nõ mirũ ſi choreizãtes sũt inimici Dei cũ faciãt cõtra omnia mãdata Dei & ſacramenta q̃ sũt medicinæ Dei. Nã cõtra baptiſmum militãt qa cũ in baptiſmo p patrinũ tenẽtẽ ad baptiſmũ ꝓmiſerũt renunciare diabolo, & põpis eius p choreas promiſſionẽ frãgũt ſequentes diabolũ & pompã eius & opera. Cõtra ſacramẽtũ cõfirmatiõis,quia cũ in ipſo ſuſceperũt ſignũ crucis,in ſigno ꝙ ſunt redẽptę ſanguine Chriſti effuſi in cruce ipſi ſibi imponũt in capite ſignũ diaboli ornamẽtũ. ſ. uariũ diabolica inſtigatione. Cõtra ſacramẽtũ ordinis,quia cum ordinentur clerici ad cãtãdũ officiũ,& uerba dei, & præcipue in feſtis ad cõſolationẽ ſpiritualem populi,ip ſi officiant in eccleſia diaboli,quæ eſt locus uanitats,ubi ut ĩ theatris,&plateis cãtando cantilenas,ubi ſunt uerba diaboli uana &turpia, per quæ auertũt plurimos a ueſperis & prædicationibus. Cõtra ſacramẽtum matrimonij quia multa mala deſideria cõcipiũtur cõtra fidẽ datam ibidem,non cõtentus uxore ſua. Contra ſacramentum pœnitẽtiæ quia totã cõpunctionẽ,& contritionẽ euacuãt in huiuſmodi uanitatibus, quã ſibi in quadrageſima acquiſierunt. Contra ſacramentum euchariſtiæ quia cum ſuſceperunt Chriſtum in communione paſcali, ipſum eiiciunt extra ciuitatẽ animæ ad crucifigendum ipſum in ſua cõuerſatione mundana. Cõtra extrema unctionẽ,quia pedes qui uncti ſunt oleo ſancto,quo ad illos qui cum receperunt, unde & quaſi cõſecrati sũt Deo eos mouẽt ad offensã Dei. Non ſolũ autem choreizantes effi ciũtur inimici Dei, ſed & omnium sãctorũ. Nã in feſtis omnium ſanctorũ eas exercẽt,& quanto feſtum eſt ſolemnius, tãto magis his uacãt. Nullum ergo ſanctorum interceſſorẽ habere poterunt in futuro iudicio cum omnes offenderint.

Choreizantes contra oĩa ſacramẽta eccleſię militãt.

¶ Vnde & Greg. ĩ 4. dialogorum narrat de quadam puellam dicta Muſa, cui de nocte apparens virgo Maria cum magno comitatu virginum puellarum, quæ albis erant indutę, cum quibus cũ Muſa affectaret aſſociari et cum eis eſſe. Dixit ſibi uirgo Maria,ꝙ ſi vellet cum eis eſſe, abſtineret deinceps ab oĩ leuitate,& riſibus,& iocis, & tripudiatu, ſaltu,cantu,& hmõi iocis puellarũ,& ſic in die triceſimo veniet pro ea, qđ cũ puella ageret & parẽtes mirarẽtur de tãta compunctione,ſeu cõpoſitione & mutatiõe eius interrogarent cauſam,ipſa expoſuit illis viſionẽ,& promiſſionem ſibi factã a uirgine Maria ꝙ & impletũ eſt. Nã 25. die febre correpta in 30. poſtea apparent virgine ipſa cũ puellarũ multitudine ęgrotante cepit clamare. Ecce domina venio ecce uenio. Sicque inter hæc verba ſpiritũ reddidit,& cũ illis ſanctis virginibus ad paradiſum aſcendit,ſicut ergo non potuit illa Muſa aſſociari ſanctis,niſi abſtineret ab hmõi iocis, & uanitatibus, quia tales ſunt inimici Dei,& ſanctorũ. Ita nec choreizantes niſi huiuſmodi dimittant. Qui aũt nõ aſſociantur ſanctis cum dæmonijs oportet aſſociari,& hoc ĩ ultimo notãt. §. 4.

Exẽplũ de filiabus correzãti bus.

¶ Demum pro primo ſciendũ eſt, quod iſtos per choreas in circuitu diſcurrentes, & inimicos Dei, & ſanctorum ſe facientes Deus inflammabit ideſt in flammam ignis infernalis proiiciet, vbi faciunt tripudium,& circuitum, de quo dicit Iob. 24. Tranſibunt ab aquis niuium,ad calorem nimium,& ecõtra. ſa calore nimio ad aquas nimium frigidiſſimas. Ecce circuitus continuus inferni. Et

hoc est quod dominus repromittit ꝑ huiusmodi actibus ꝑ Ezech. 25. di. tripudianti. Pro eo ꝙ plausisti manibus, & percussisti pede, & gauisus es ex toto affectu super terrā Israel, idcirco ecce ego extendam manum meam super te, & tradā te in direptionem, & interficiam te, scilicet morte æterna. ¶ In huius figuram etiam legitur Exodi. 32. quod cū Moyses descendisset de monte cum tabulis. 10. ꝑceptorum, & appropinquans ad castra populi Israel vidisset choros, idest tripudiatus uitulum aureum fabricatum ante quem chorizabant, iratus ira per zelum confregit illas tabulas, reputans indignum margaritas uerborum Dei ponere ante porcos, & assumptis secum leuitis interfecit uiginti tria milia ex istis, qui choreas ducebant ante uitulū. Vitulus autem est animal lasciuum, vnde innuitur quod choreæ deseruiunt lasciuię. Et sicut illi occisi sunt corporaliter a Moyse legislatore, ita chorizantes a Christo datore legis euāgelicę in igne occidentur, idest cruciabuntur. Inflammabit inquit ps. incircuitu inimicos eius, sicut ignis est inter omnia elemēta maxime actiuus, ita illi qui inflammabuntur illo igne maxime cruciabunt. Hic enim ignis dicit Aug. & si æternus nō sit, mito mō est grauis. Excedit enim omnem pœnā quā passus est aliquis in hac vita. Nūquam in carne tanta inuenta est pœna. Licēt mirabilia passi sint martyres tormenta, & multi nequiter quāta sæpe sustinuerunt supplitia, de pē. di. 7. §. ultimo. Inflammabit autē, & urit nō cōsumendo, nec aīā quæ immortalis est, nec postea corpus, sed cruciādo supnaturali modo, vt instrumentum diuinę iustitiæ. Sicut ēt Salamandra uiuit in igne, & nō consumitur, & certi vermes uiuunt in aqua bullienti cuiusdam fontis, & inde educti moriuntur, vt dicit Augustinus de ciuitate Dei. li. 21. ca. quarto. Et ideo non est impossibile vel incredibile si reprobi uiuunt in igne inferni.

¶ De *derisione.* *Cap.* 7.

DErisio frequenter ex multiloquio, & ex uitio gulæ procedit. Post inordinatā. n. cibi, & potus sumptionē homines labūtur ad derisionē, quāuis ex alijs ēt causis oriatur. Et potest diffiniri quod est actus prēcipue locutionis, quo quis intendit ad erubescētiam, & confusionem alium inducere. Et idem est illusio a ludo idest a ioco deriuata, & etiā subsannatio. Differt tamen irrisio a subsannatione in modo, quia irrisio fit ore, idest verbo, & chachinnis, vnde a risu dicitur. Subsannatio autem naso rugato, & ut dicit glo. super psal. Conueniunt autem in fine, quia idem intendunt scilicet cōfusionē inducere, & erubescentiam ei erga quem faciunt. ¶ Pro huius materiæ declaratione dicit beatus Thomas. se. se. q. 75. arti. primo quod peccata verborū præcipue pensanda sunt secūm intentionē ꝑferentis. Et ideo secundum diuersa, quę quis intendit cōtra alium loquens huiusmodi peccata distinguuntur, sicut autem aliquis cōuiciando, seu contumeliando intendit cōuitiati honorem deprimere, & detrahēdo diminuere famā, & susurrādo tollere amicitiā. Ita & irridendo intendit, quod ille qui irriditur erubescat, & confundatur in se. Et quia hic finis est distinctus ab aliis, cum finis det speciē in mortalibus, ideo derisio est peccatū specialē distictū a cōtumelia, detractiōe, & susurratione, quāuis in hoc conueniant, quia per omnia ista intenditur nocumentum proximi ꝑ uerba malum dicendo. ¶ Et ꝙa nocere proximo notabiliter, seu hoc quærere sine verbo sine facto est contra charitatē proximi, quia dilectio malū proximi nō operatur, inquit Apostolus, ideo sicut & illa. s. cōtumelia, detractio & susurratio, ꝑprie & formaliter sumpta sūt mortalia, sic & derisio proprie sumpta & stricte. ¶ Et ad intelligendum nocumentum qđ sequitur ex prędictis proximo, sciendum ē secundum Tho. vbi supra, ꝙ opere uirtuoso meretur aliquis apud proximos honorem, & bonam famam, & apud seipsum bonæ cō scientiæ gloriam secundum illud. 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ quæ est quædam clara noticia sibi de bono suo vñ quietem habet mens & securitatem, secundū illud Prouer. 15. Secura mens ex bona scilicet conscientia quasi iuge conuiuium. E cōtrario de actu uitioso, & turpi apud alios tollitur hominis honor & fama. Et hoc intēdunt contumeliosus & detractor, & susurrator, & propter hoc dicunt turpia & vitiosa de alio. Apud autē seipsum per turpia, idest uitia quæ sunt mortalia perdit homo propriæ cō scientię gloriā ꝑ quādā erubescentiā, & confusionē. Et ad hunc finē dicit turpia de alio de risor, vt faciat eum uerecundari & confundi coram alij. ¶ Est autem erubescentia secundū Io. Damascenū timor de honoratiōis Quiāt cosscientiā alicuius inquietat, confundēdo ipm, speciale nocumentū ei infert, quia illa quies (ut dictū ē,) magnū bonū sibi est, sic ēt fama & honor, quæ auferūtur per contumeliam & detractionē sunt magna bona. Et cū

Differūt derisio & subsānatio.

Secūdū nocumētū illorū est mortale.

Erubescentia qđ sit.

hoc

hoc intendit, scilicet nocere illi inducendo eũ ad magnam confusionem, & erubescentiam est peccatum mortale. Vnde dicitur Prouerb. 30. Abominatio est domino omnis illusor. Nullus autem dicitur abominabilis Deo nisi per mortale. Si quis autem intenderet inducere aliquam leuem erubescentiam alicui, sicut fit aliqñ pueris, & discipulis a magistris ad correctionem vel animationem ad addiscendũ, seu de aliquo leui defectu naturali ob solatiũ, sicut socii deridebant beatũ Th. in scholis appellantes bouem mutũ, vel sicut fit simplicibus, & quasi insensatis, veniale videtur, dũ tamen non prouocentur ex hoc in notabilem iram, & ad blasphemandũ, & alia mala. Non obstat si obiiciatur sic. Imitari Deũ non est peccatũ, sed meritum, sed Deus irridet, & subsannat aliquos, ergo & nos istud licitè agere possumus. Dicitur enim ps. 2. de domino. Qui habitat in cœlis irridebit eos &c. Et prouerb. 1. inquit sapientia. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum ingruerit super vos repentina calamitas. Et Iob. 9. De pœnis innocentum non rideat, quia ridere Dei aliter fit quam irrisio hominũ. Nã ridere Dei est secundum Greg. afflictionis nolle misereri. Irrideri Dei est cõfusionẽ æternã pro peccatis iustè infligere. Subsannare eius est terribilem faciem malis ostendere. Ista aũt facere erga subiectos. s. iustam punitionẽ exercere, non esset illicitum, aliàs secus.

§. 1. ¶ Omnes videntes me derisérunt me locuti sunt labiis & mouerunt caput, ps. 21. loquitur propheta in persona Christi patientis cui inter cætera pœnarum, & dolorum genera hoc fuit speciale, multiplex illusio seu derisio sibi facta. Vnde & cum prænũcians discipulis suis secreto ipsam passionem enarraret, inquit. Ecce ascendimus Hierosolimã &c. Et paulo post Tradetur enim gentibus ad illudendum. Luc. 18. ex hoc ostenditur grauitas huius peccati, quæ ita eum afflixit. Tria ergo notantur in versu prædicto.

¶ Primo deridentis generalitas. ibi. Omnes videntes.

¶ Secundo recipientis illusionẽ dignitas, ibi. me. s. & Deum patrem & spiritum sanctũ.

¶ Tertio illusionis varietas. ibi. Derisérũt me locuti sunt labiis, & mouerunt caput.

¶ Quantum ad primum. Si diligentius euangeliorum historias intueamur omnes reperiũtur Christum derisisse. i. de omni genere hominũ, videlicet reges, principes, sacerdotes, scribæ. i. doctores legis, milites Pilati. i. stipendiarii, & populares. Factus sum inderisum oĩ populo meo, ait ipsæ per Hiere. 20. Et de rege Herode dicitur Luc. 23. Spreuit illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba, quasi fatuum iudicando, & ideò albis. i. lineis quibus vestiebantur fatui induit. Et prius dicit de Iudæis, quod in domo Cayphæ summi pontificis tenentes eum illudebant velando faciẽ eius, & dando alapas dicebant prophetiza nobis Christe, &c. Milites autem Pilati post sententiam eius illuserunt ponentes coronam de spinis in capite, & arundine in manu quasi sceptrum, & veste rubea, vt purpura regia induerunt in derisum. Iob. 19. Et in cruce pendentem deridebant eum principes scilicet sacerdotum cum eis, scilicet turbis dicentes. Alios saluos fecit &c. Lu. 23. Sic ergo omnes videntes me derisérunt me. Sed heu, quia non solum illa vice, sed quotidie Christus illuditur & deridetur. ¶ Qui enim fictè agunt pœnitentiam non dolentes de omnibus, non confitentes integraliter, vel non satisfacientes isti Christum derident quasi velantes faciem eius, ac si non videret fictionem eorum, sicque nouis peccatis suæ fictionis percutiunt. Vnde Iob. 39. dicitur destructione secundum Greg. signantem hypocritam qualis est talis quod deridet equum, & ascensorem eius, id est iustum verè pœnitentem, & Deum qui regit ipsum & ducit. Hinc & Augustinus in sermone. Pœnitentes si tamen estis pœnitentes, & non irridentes estis, mutare vitam. Reconciliamini Deo, pœnitentiam agis genua figis & rides, subsannas Dei patientiam, de pœ. dist. 3. Pœnitentes scilicet fictè pœnitendo. Sed qui pœnitẽtiam agũt, & frequenter recedunt, videntur etiam Deũ irridere. Vnde Isi. in li. de summo bo. Irrisor est & non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet, nec videtur Deũ poscere subditus, sed subsannare superbus. Canis reuersus est ad vomitum, & pœnitens ad peccatum, de pœ. dis. 4. irrisor. Canis reuersus ad uomitum est peccator iterans stultitiam suam. Interprætatiuè talis uidetur irridere. i. ad similitudinem irridentis facere. Nam si quis de offensa graui cõmissa domino suo veniam petram obtineret, & subito ei postea alapam daret, & tic iterũ faceret, diceretur utique talis dominũ suum irridere. Philosophi curiosè quærentes de Iesu cum non audiunt quæ ratio naturalis demõstrat cum Herode curiosè derident eum fatui tatem reputantes passionem Christi, & hæc est alba vestis ei immissi. Nos prædicamus Christum crucifixum gentibus, vt græcis philosophis stultitiam ait Apostolus. 1. Corin. 1.

Et qui miniſtros eccleſiæ Chriſtum repreſentantes coronant, ideſt circundant ſpinis tribulationũ exactionũ, & hmõi, ponunt arundinẽ vacuã pro ſceptro euacuãtes eorũ iuriſdictionẽ cũ velint de factis eorũ iudicare ſalutantes vt Chriſtũ & percutientes iniuriis, vt ſubditũ reũ Chriſtũ derident cũ militib. Pilati. Lu. 10. Qui vos, ſcilicet miniſtros eccleſiæ ſpnit me ſpernit. Et qui iuſtos in cruce tribulationum & perſecutionũ poſitos derident, quaſi ſe non valentes iuuare, & a Deo derelictos Chriſtũ derident, & illudunt in cruce pendentẽ, ſicut Iob tribulatũ deridebant aliqui. Vnde dicit. Nunc deridẽt me iuniores tpe &c. Oẽs igitur videntes me inquit pſ. videntes ſcilicet per fidẽ, deriſerunt me per diuerſa. ſ. peccata perpetrando & iterando. Apoſtolus ad Hębre. 6. de huiuſmodi inquit. Rurſus crucifigentes filiũ Dei in ſemetipſis, & oſtentui habentes. i. deriſioni, hæc tñ deriſio interptatiua gñale peccatũ nõ ſpãle, qa pœ peccatũ cõtingit fieri eam.

§. 3. ¶ Quantum ad ſecundũ, ſcilicet illuſionem recipientis dignitatẽ. Sciendum q maximæ dignitatis fuit Chriſtus, quia verus Deus. Et

Irriſio graue peccatũ. ideò grauiſſimũ peccatũ eſt irriſio. ¶ Pro cuius declaratione notandũ ſm Tho. 2.2. qõ. 75. ar. 2. q irriſio non fit niſi de aliquo malo, uel defectu, malum autem ſi ſit magnum nõ pro ludo accipitur, ſed ſeriosè, vnde ſi ſit in deriſum uel illuſum vertatur, vnde illuſionis vel irriſionis nomen ſumitur, hoc eſt quia accipitur prout paruum. Põt aũt aliquod malũ accipi vt paruum dupliciter. Vno mõ quia ſm ſe eſt paruum, & ſic ponere illuſum uel irriſum malum, vel defectum alicuius perſonæ, qa in ſe eſt paruum, ſicut aliqñ deridentur clerici malè legentes, & hmõi, eſt veniale, & leuè ſecundum genus ſuum. Alio modo ratione pſonæ accipitur malum alicuius vt paruũ, ſicut defectus puerorum & ſtultorum parum põderare ſolemus propter defectum rationis in eis, & ſic aliquẽ deridere de aliquo qui tñ non eſt puer, neque amens eſt omnino parui pẽdere, & ſic vilem reputare, vt de eius malo non ſit curandũ, ſed ſit quaſi pro ludo habendum hoc eſt mortale, & ſpeciale peccatum, & contra charitatẽ, quia cõtemnit, & grauius q̃ contumelia quæ eſt ẽt in manifeſto. Nã videtur ex ea eſſe maior cõtẽptus, & dehonoratio, & tãto grauius quãto maiori reuerẽtia eſt digna pſona cui inferẽ. Eſt ergo triplex irriſio.

¶ Primo irriſio diuinorum.

¶ Secundo irriſio propinquorum.

¶ Tertio irriſio virorum iuſtorum.

¶ Grauiſſimũ eſt peccatũ irridere Deũ, & q̃ Dei ſunt ſm illud. 4. Reg. 19. Cui exprobraſti. quẽ blaſphemaſti, & ſup quẽ exaltaſti vocem tuã, ſcilicet deridendo, & poſtea ſubditur. Ad ſanctum Iſrael. Et ſimiliter deridere ſacramẽta eccleſiæ tamq̃ inutilia & nõ uera, ſicut derident iudęi, & quidam mali catholici irridentes quod creditur & dicitur ſcilicet Chriſtũ eſſe in hoſtia cõſecrata, prout fecit illa vidua, quæ ridebat, cum communio ſibi a Gregorio Papa miniſtraretur ſuper quo tamẽ fuit oſtenſa veritas per miraculũ, vel verba faciæ ſcripturæ. Etiã miracula quæ Deus operatur p ſãctos ſicut legitur de illo magiſtro ſcholariũ q̃ audiens prædicare miraculum factum de filio ſanguine tincto, quod euenit mulieri filanti in feſto ſancti Petri Martyris pro eo, q̃ deridebat eius ſanctitatẽ, irriſit ille magiſter dicens fictionẽ eſſe fratrum, propter quod febre correptus eſt graui, ſed facto voto q̃ ab huiuſmodi abſtineret, & in deuotionẽ haberet ſanctũ, ſanatus eſt. Et de multis aliis legitur, qui deridentes miracula ſanctorũ, diuinæ vltionis iudiciũ experti ſunt in ſe. ¶ Secunda irriſio q̃ eſt magnũ peccatũ eſt propinquorũ, & præcipue parentum, cum maximè filii debeant eos honorare, quia ab eis receperũt eſſe poſt Deũ. Vnde dicitur Prouerb. 30. Oculũ qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partũ matris ſuæ effodiant eum corui de torrente, & comedãt eũ filii aquilæ. Corui de torrente ignis infernalis ſunt dęmones, qui oculũ luminis naturalis & gratiæ auferunt irridenti patrẽ cũ ſit graue mortale. Aquila eſt ſignũ imperii, vnde Imperatorẽ ſignificat. Filii aquilarũ ſunt potẽſtates inferiores terrenę ab ea deriuatæ & iſtę comedũt inferiores parentũ multũ grauaminib. affligentes. Cham filius Noe, quia patrẽ irriſit cum uidiſſet eũ ebrium iacere, & impudẽdis nudatum, hoc ẽt fratribus nuncians maledictionem ſeruitutis incurrit in filio, & ſua poſteritate. Gen. 9. Et vt dicitur. 2. qõ. 7. Sentẽtia. Cham filii Noe dãnantur. ſ. maledictionem Dei incurrentes, qui pudenda ſuorũ ſuperiorum qui patres ſpirituales ſunt. i. eorum mala opera nõ occultant, ſed irridendo & diffamando aliis manifeſtant, quod frequenter faciunt laici, & alii ſubditi. ¶ Tertia deriſio grauius eſt iuſtorum, de qua dicitur Iob. 12. Derideatur iuſti ſimplicitas & lampas contempta apud cogitationes diuitum, uide ibi expoſitionem Greg. in morali. libro 8. ſed tales irridentes reperientes ſe in inferno in alia vita dicunt vt habetur Sap. 5. Hi ſunt, ſcilicet iuſti quos habuimus in deriſum, & in ſimilitudine improperii. ſ. in mundo exiſtentes

Irridere Deũ & ſacramẽta.

Irriſio propinquorũ.

Chã pp irriſionem paternã ſactus fuit ſeruus.

Irriſio iuſtorũ.

tes. Nos insensati uitã illorum æstimabamus insaniam, & finẽ illorum sine honore. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei. Cũ Eliseus vir iustus & propheta ascenderet in Bethel quendam locum vl' uillam, uel castrũ qui caluus erat, quidam pueri ceperunt eum irridere dicentes. Ascende calue ascende calue. Quibus cum maledixisset propter derisionem non odio, vel liuore uindictæ motus, sed zelo diuinę iustitiæ quam uidit exigere hoc; ut punirentur, & alii exẽplo eorũ sibi cauerent ab irrisione iustorum, quo facto duo ut si exeũtes de silua. 42. pueros ex illis necauerũt, ut habetur. 4. Reg. 2. Et hæc derisio ualde nociua est, præcipue incipientibus iustitiam ideſt bene facere, & a uitiis abstinere. Nam multi a bonis retrahuntur ut uitent tales irrisiones ne uocitentur sancti, & hipocritæ, uel aliquid huiusmodi. Vnde Grego. in moral. Qui in aliorum actibus otiri concupiscunt bona, mox ea manu exprobationis euelunt. Istam appellat Ber. malitiã Herodianam, qui Herodes ut Christum extingueret multos pueros recenter natos occidit. Sic irrisores pessimi, ut Christi honorẽ qui ex bonis operibus resultat, & famam extinguant, multos nouiter conuersos uita gratiæ suis irrisionibus priuãt, immo crudeliores Herode iueniũtur, quia Herodes iã natos, istę nec dũ natos, sed cõceptos aliqua signa pnĩæ uel cõtẽptus mũdi ostẽdẽtes, subito diuersis verbis derisoriis retrahũt a bono, & sic multas aĩas pdũt, de qbus sunt reddituri rõnẽ Deo. Nec tñ debet qs ꝓpter irrisionẽ euitãdã aliorũ dimittere bona. Nam ut dicit Christus Luc. 9. Qui me erubuerit, & meos sermones. s. omittẽdo me seq, bona opera facere, prædicare, & hmõi timore ne irrideanẽ, & filius, hoĩs erubescet eũ cũ uenerit in maiestate. i. cõfundẽ faciet cõfusione æterna. In huius figurã legit 2. Esdræ. 8. ꝙ cũ Thob. irrideret iudæos reædificãtes paulatim Hierusalẽ diruptã a Nabuchodonosor dicit. Si ascẽderint uulpes trãsiliẽt murũ eorũ lapideũ, Nõ dimiserũt ꝓptea illi quin sequerentur ædifitiũ, sed orauit. Neemias dicẽs. Audi Deus Israel, qa facti, sumus despectio. Cõuerte opprobriũ nostrũ sup caput eorum, nõ deleatur iniquitas eorũ a facie tua, quia irriserunt ædificãtes. Vnde & opus cõsumauerũt ĩ cõfusionẽ irridentiũ, gloriã suã reædificãs. Hierusalẽ diruptã, quia animã uirtutib. exterminatã a diabolo bonis opibus renouãt ꝓ pænitẽtiã. Qđ frequenter aliq despiciũt dicẽs, ꝙ nõ pseuerabũt, sed q̃ libet leuis tẽtatio, uel tribulatio deiiciet eos, sed non propter hoc debent omittere, sed orationibus iuuare se, & sic peruenitur ad pfectũ. De beato. Franciſco legiẽ, quod in principio suę cõuersionis pueri insequebant cũ lapidibus, & luto ut fatuum reputantes, & irridẽtes, nec tamẽ ille incepta bona dimisit. Sic beatus Dominicus cũ prædicaret hæretici, & alij praui irridebant lutum in eum proiicientes, & paleas a tergo pro derisu alligãtes quæ omnia uir sanctus fidei magnanimitate contemnebat continuans prædicationẽ recolens illud Math. 5. Beati eritis cum uos oderint homines, & exprobrauerint, scilicet deridendo, & eiecerint nomen uestrum tãquam malum propter filium hominis. Vnde notãter dicitur spernere mundum, spernere nullũ spernere, se, sperni p hoc datur gloria cęli. De patientia Frãciſci Dominici.

¶ Quantum ad tertium scilicet illusionis uarietas notatur in eo quod dicitur Deriserunt ideſt risum habuerunt, locuti sunt labiis dicentes. Vah qui destruis templũ Dei &c. Mouerunt capita sua quasi reuerentiam exhibẽtes, sed realiter despicientes, & sic uariis modis fit derisio, sed uno finei. s. in contemptum & uilipendium irrisi. Sed vt dicitur. Prouer. 19. Parata sunt derisoribus iudicia. Derisores ipsę deridet scilicet æternaliter puniẽdo, hoc est irridere Dei. Ad quod dicit Esa. 33. Veh qui spernis, nonne & ipsæ sperneris, cum de sieris contemnere contemneris. Debet ergo q̃ libet cauere a derisione hominũ, & diabolũ q̃ nobis illudere quærit, deludere ipsum supando, sic ars deluditur arte (ait Cato) Diabolus n. sic illudit nobis dũ p aliqua q̃ suggerit nobis ut nobis bona & utilia trahit secũ ad interitum assentientes, sicut aliquis qui induceret aliquẽ ad interitum suum sub dolo. nocumentum ei inferendo, derideret eum, sic diabolus. Sed ideo Christus sustinuit omnes irrisiones istas, ut nos erueret de manibus eius, & doceret nos suo exemplo ei illudere. Hoc orabat psal. dicens. Ne irrideant me inimici mei dæmones, quod faciũt uincendo in tentationibus. Vñ Tren. 1. Viderunt eã hostes & deriserunt sabbata sua. Nã cũ dæmones uidẽt animã signatã p Hierusalẽ de qua loquit ꝙ seruat q̃dã de gñe bonorũ, vt festa & hmõi sed aliis uitiis insistere diuersis sicut faciebãt Iudæi, deridet de hmõi. Sic ẽt deridẽt religiosos q mũdũ dimiserũt ut sabbatũ. i. quietẽ religiõis possiderẽt, & tñ diuersis passionib. vl' cõcupiscẽtiis implicãt uiliũ rerũ ut dr̃ in collationibus Pannucii. ¶ Sed econtra uiri iusti deridẽt & illudũt diabolo pfectè oĩb. resistẽdo, & hoc ẽ qđ dr̃. Draco istæ pl. 103. quẽ for- §. 4. De ridere diaboli.

masti ad illudendū ei. Formauit q̄ppe Deus draconem ideſt diabolum, non draconē, ſed angelum bonum, ſed effectus eſt draco per ſui ſuperbiam & malitiam, & eo veneno malitię ſuæ quęrit nos capere. Sed Deus ſua gratia facit ut illudamur ei ſcilicet reſiſtēdo, ſed ipſæ draco quæſiuit capere Chriſtum & detinere, ſed ei Chriſtus illuſit proponēs ei eſcā ſuæ humanitatis quam capere volens hamo abſcōſo ſuæ diuinitatis captus eſt, & ſic illuſus a Chriſto. Vnde dominus ad Iacob. c. 40. Nunquid illudes ei. ſ. diabolo quaſi aui ſupple ut ego, aut extrahere poteris Leuiathan hamo. ſ. de maris ſicut & ſancti illudunt diabolo cū eū uincunt detegendo inſidias. Sic beatus Dñicus illuſit diabolo q̄ñ apparensin forma Simię vt cum impediret a lectiōe iuſſit ei ut teneret ei candelam donec arderet pedem &c. Sic q̄ñ beata Margarita proſtrauit diabolū qui ad carcerē uenerat ad ſuadendū vt aſſentiret principi dicens. Sternere ſuperbe dæmon ſub pedibus fæminę. Cui diabolus. Dimitte me, quia fatis illuſiſti mihi. Ambro. Illuditur diabolus ut ſe morſu ſuo uulneret & econtra ſe armet quem debilitatum putauit de pœniten. diſtin. 1. ca. Poteſt fieri.

¶De *prodigalitate.* *Cap.* 8.

Prodigalitas prouenit ex gula & luxuria.

PRodigalitas ex gula & luxuria frequēter procedit p̄p uoluptates cōſequēdas. Vñ & Lu. 15. dicitur de filio prodigo quod diſſipauit ſubſtantiam ſuam uiuendo luxurioſe. Frequenter enim ſecundum beatum Thomā ad intemperantias declinant prodigi, tū q̄a ex quo ſuperfluē expendunt in aliis etiā rebus uoluptuoſis expendere non uerentur ad quas magis inclinat concupiſcentia carnis, tum etiam quia cum nō delectantur in bono uirtutis quærunt ſibi delectationes corporales. Et inde eſt quod philoſophus dicit quod multi p̄digorū ſunt intemperati. 4. eth. Gulæ igitur tractatui annectit p̄pter quā multa p̄digè expēdūtur quāuis ex multis aliis uitiis poſſit oriri, ut ex iactantia, luxuria, & hmōi. ¶Cōſiſtit aūt hoc uitium in expendēdo ſuperfluē diuitias vbi & quādo non oportet, & minus debito eas amando. Dicit autem philoſophus in ſecūdo ethi. q̄ prodigalitas opponitur & uirtuti liberalitatis, & vitio liberalitatis .i. auaritię. ¶Pro cuius declaratiōe dicit beatus Thomas ſecunda ſecūdę. q. 119. arti. 1. quod in moralibus attēditur oppoſitio uitiorū ad inuicē, & ad uirtutē ſcd̄m ſuperabūdantiā & defectū, ſed diuerſimodè. ¶Nā quantū ad effectionē diuitiarū auarus ſuperabundat plus debito diligēs eas, prodigus aūt deficit minus debito ſolicitudinē earum gerens, & ſic opponitur liberalitati, q̄ diligit eas vt debet. Quantum vero ad exteriorē vſum diuitiarum ad prodigalitatem pertinet excedere quidem in dando, deficeret autem in retinendo, vel acquirendo. Ad auaritiā autem pertinet econtrario, deficere in dando, ſuperabundare autem in retinendo & accipiendo, & ſic prodigalitas opponitur auaritię. Et quāuis prodigalitas & auaritia ſint contra uirtutem liberalitatis, tamen auarus magis dicit liberalis quā prodigus. Et eſt ratio, quia aliquid denominatur ab eo quod eſt principalius. Sicut autem in liberalitate quæ mediū tenet præcipua eſt datio ad quam, & receptio & retentio ordinantur, ita & auaritia & prodigalitas præcipue attenduntur ſecūdum datione. Vnde qui ſuperabundat in dando dicitur prodigus, qui autem deficit auarus, & illiberalis, magis autem recedit a uirtute liberalitatis qui conſiſtit in dando per defectū dandi quam per exceſſum. Q̄nq̄, autem idē erit ſimul auarus & prodigus ſecundum tū diuerſa opera. Cōtingit enim quandoque q̄ aliquis excedat in dando, & ſic erit prodigus puta facit conuiuium ſuperfluum, uel ueſtē exceſſiuè p̄cioſam, vel ludit, & huiuſmodi & ſimul cum hoc excedet in accipiēdo, & hoc vel ex quadam neceſſitate, quia dum ſuperabundat in dando, deficiunt ei propria bona, unde cogitur indebitè acquirere, puta per fraudes, vſuras, & huiuſmodi, quæ pertinent ad auaritiam, vel etiam propter inordinationē animi. Dum enim nō dant propter bonum quaſi contempta uirtute, non curāt undecūq̄, & qualitercunque accipiant & ſic nō ſecūdū idē eſt aliquis p̄digus, & auarus. ¶Eſt aūt prodigalitas peccatū vnde, & prodigus filius uituperatur in euangelio de ipſa p̄digalitate Lu. 15. Huius ratio eſt ſecūdū Th. vbi ſupra ar. 2. q. a ex hoc ē aliquid vitioſū q̄ corrūpit bonū uirtutis. Sed virtus liberalitatis corrūpit p̄ p̄digalitatē q̄ cōſiſtit in medio quę. ſ. nō excedat nec deficiat a debito affectu & uſu diuitiarū. Sicut aūt illud medio corrūpitur per exceſſum, ita & per defectū. Sed prodigus excedit in dando, & deficit in retinēdo diuitias, & p̄ cōſequēs eſt peccatū, mortale q̄ dē q̄ñ ē magnus exceſſus, & ueniale quando ē modicus. Et ē attēdēd⁹ hic exceſſus nō ſolū ſm q̄titatē ſed ſm p̄portiōem cōſideratā qualitate p̄ſonæ potētis, nobilis, vl plebei, & huiuſmodi. Ipſa ēt p̄digalitas aliquādo ex auaritia pro-

Prodigalitas cōtrariat Auaritiæ.

tia procedit. Nam aliquid idcirco aliqua ꝓdigè expendũt, vt sic captent fauorem aliquorum, a quibus diuitias acquirant. ¶ Comparãdo autem ista duo vitia adinuicẽ grauius est auaritia q̃ prodigalitas triplici rõne, scdm beatum Thomam. 2. 2. q. 119. artt. 2. ¶ Prima est quia auaritia magis deficit a uirtute opposita, magis. n. ad liberalẽ pertinet dare, in quo deficit auarus. Vñ Apostolus monet diuites facile tribuer & cõmunicar sua. 1. Thi. ult. quod tamen intelligendum est scdm qđ opportet ut pauperib. nõ adulatoribus, quia hoc esset prodigalitas. ¶ Secũda ratio est, qa prodigus est utilis multis. s. illis quib. dat, auarus aũt nullis, nec. s. etiam sibiipsi. Vndedr Eccl. 6. Vir cui dedit Deus diuitias nec tribuit ei ptatẽ ut comedat ex eis, quia uidelicet ex auaritia nõ audet vti etiã ad suã utilitatẽ bonis suis timendo ne deficiant sibi. Peccat. n. prodigus nihilominus in seipsum dũ bona mutiliter consumit, vnde uiuere debet. Peccat & in proximum consumendo bona ex quibus aliis prouider debet. Et præcipue hoc apparet in clericis, qui sunt dispẽsatores pauperum, quos defraudãt prodigè expẽdendo. Vnde Ambr. Quis est tam iniquus, q̃ q̃ multorum subsidiis suas delitias parat dist. 47. Sicut Hi. & Hie. Tibi o sacerdos de altario uiuere nõ luxuriari. i. superfluè & delitiosè permittitur dist. 42. § 1. Sed tamen sic sibi & aliis nocet prodigus superfluè expendendo, quod aliquibus ꝓdest. s. quibus dat. Sed auarus nec sibi, nec aliis. Vnde philosophus in 4. ethi. dicit quod multo melior videtur prodigus illiberali. i. auaro. i. minus malus. ¶ Tertia ratio est quia uitium prodigalitatis est magis sanabile, & hoc tum quia homo declinat ad senectutem, quæ est contraria prodigalitati, tum quia per hoc peruenit ad ꝯgestatem de facili diminuendo, & inutiliter consumando, & sic pauper factus non potest in dando superabũdare. Tum etiam quia de facili perduciturad uirtutem propter similitudinem, quã habet ad ipsam liberalitatem. Sed auarus non de facili sanatur quia magis distat a uirtute. Auarus etiam declinãs ad senectutem magis inardescit in eam, quia magis timet sibi deficere temporalia. Vnde Hier. Omnia uitia cum senescente senescunt, sola auaritia iuuenescit. Verum est, quia in prodigalitate adiungũtur quandoque multa uitia intemperantiæ, & sic tales prodigi possent esse peiores auaris, vt dicit philosophus in 4. eth. Sed hoc est ratione illorum aliorum uitiorum non ex seipsa. Nõ autem pertinet ad prodigalitatem, sed ad liberalitatem quod aliquis omnia sua de pauperibus secundum consilium Christi. Mat. 19. vt sequatur Christum pauperem.

Grauius ẽ peccatũ Auaritiæ prodegalitate.

¶ In diluuio aquarum multarum ad Deũ nõ approximabunt psal. 31. potest exponi de ꝓdigis. Aquę quæ fluxibiles sunt significãt tẽporalia quæ continuè fluunt ab vno in aliũ & tandem in defectum, vnde Christus Samaritanę ait. Io 4. Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum, qui. n. temporalia acquirit magis ac magis sitit appetẽdo alia. Diluuiũ importat superabundantiam excessiuam aquarum ex quo fructus terrę non sequitur, sed perditur. Vnde & aptè significat superfluum & inordinatum vsumtemporalium, seu diuitiarum ex quo non sequitur vtilitas, seu fructus rationabilis, sed consumptio, & hoc contingit in prodigalitate. Videntur autem homines Deo appropinquare, quia ita largus & liberalis est Deus, quod videtur ꝓdigus. Vnde Ber. Si dici fas est, nimis prodigus es tuis, sed certe Deus & si liberalissimus sit & largissimus, non tamen propriè prodigus, quia nil dat nisi secundum suam summam sapiẽtiam & rationem, quam nos intelligere aliquãdo non ualemus. Non ergo appropinquat ꝓdigus Deo sicut videtur, quia non ei assimilat in uirtute seu imitatur, sed elongatur sicut figuratè ostẽditur de prodigo filio qui abiit in regionem longinquam a parte. Lu. 15. Vñ bene dicitur. In diluuio aquatum &c. vbi tria notantur.

§. 1.

Quid significet uerè diluuium.

¶ Primo vitii proprietas, ibi. In diluuio.

¶ Secũdo sui varietas, ibi. aquarũ multarum.

¶ Tertio mali noxietas, ibi. nõ a ꝓpinquabũt.

§. 2.

¶ Quantum ad primũ diluuiũ vitium ꝓdigalitatis ut dictũ est significat pp superabundãtiã & expẽsionẽ tẽporalium. Talis est similis ei q̃ liquorem præciosum infundit uasi pleno, vel ponit i uase corrupto, vel dat ꝓ nihilo q̃ totũ ꝓdit. Prodigus ifundit liquorẽ temporaliũ uasi pleno cum dat nõ indigenti, sed diuiti, sed ut dicit Prosper. Habẽti dare nihil est aliud q̃ perdere. 1. q. 2. pastor. Vñ dñs docuit cũ hoc facit cõuiuia debet vocare pauperes nõ diuites, q̃ nõ indigẽt. Luc. 14. Et virgo. Maria in cantico, dicit dñm impleſſe esurientes nõ diuites bonis suis. Vnde in figurã 4. Reg. 4. dr q̃ cũ impleta essent uasa oleo diuinitus ꝓcurata stetit oleũ ne effunderetur. Liquorẽ aũt ponit ꝓdigus ĩ vase immundo. qñ dat tẽporalia malis, ut histrionib. ꝓ luxuriis exercendis, & hmõi cõtra illud. Benefac iusto, & nõ dederis pctõri. Vñ Aug. dicit qđ q̃ dãt histrionib. & meretricib. fouẽt illos in peccato.

Proprietas prodigalitatis.

peccato di.86.qui venatoribus. Tertio prodigus liquorem temporalium dat pro nihilo, quando expendit inutiliter pro iactantia, & ostentatione, quod frequenter fit, sicut fecit Assuerus grande conuiuium suis, vt ostenderet iactantiam & diuitias gl̃ię suæ Hester. i. sed dicit Christus, si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est. In. 8. ¶ Dissipat quidem substantiam prodigus tripliciter. Primo corr̃pẽdo ipsã materialem. Nam destruit multum pannum in faciendo superflua, & uana, sicut patet in vestibus lingulatis, perforatis, seu stampatis, in reticellis aurum, & sericum in texturis seu rechamatis, corium, in sotulatibus perforatis, & planulis altis, multa aĩalia in conuiuiis uoluptuosis, & multa alia in hastiludiis, tripudiis, histrionibus, & equus, iuxta illud. Horatii. In herbis iuuenis tãdẽ custo de remoto, gaudet eqs canibusq,. Præterea autem iuuenes sunt magis inclinati ad hoc vitium, quia vt dicit philosophus. Iuuenes, sunt magnæ spei prout scilicet spes importat passionem, nõ uirtutem, & ideo non curant multum expendere etiam si superfluè, quia superant multa in futuro lucrari, & sic suplere. Sed inde aliq̃n ueniunt ad magnã paupertatẽ, & miseriam, sicut ille prodigus missus in uillam ad pascendum porcos, qui nec de siliquis porcorum poterat saturari. Lu. 15. Secundo dissipat prodigus substantiam temporalem eam diripiendo. Nã vt dicit Sen. Omnis ꝑdigus fur est mẽte, aut officio, quia cum uidet sibi nõ sufficere sua capit alienas, & si manifestè propter uerecundia; tñ ꝑ aliequos modos, vt usuram secretã per depositã pignora, & hmõi, per sacrilegia, auferẽdo res eccle siç vel bona cõitatis. Vñ dicit sapiens, quod ꝑdigus non debet poni ad officium ciuitatis præcipue ubi habeat tractare bona temporalia expendendo. Quia q̃ sibi nequã ẽ, cui bonus erit. Eccl. 14. q. d. nulli. Frequenter. n. accidit ex iusto Dei iudicio, ꝙ ĩsubstãtia male acq̃sita, & cũ mꝛto labore succedit hęres ꝑdigus q̃ in puo tpe totã dissipet diu cõgregatã ad utriusq, dãnationẽ, & malè acqrentis & malè utẽtis, ꝙ cedit ĩ augmẽtũ pęnæ ipsius legãtis. & ꝑpea diues in ĩferno petebat mitti. Lazarũ ad frẽs ne ex ꝑdigo vsu diuitiarũ, qs eis male dimisserat augeret ei pẽa. Tertio dissipat ꝑdigus substãtiã rõnabilẽ eã diuidẽdo. Nã ut hẽat ad expẽdẽdũ, q̃rit sibi facere amicos, q̃ sibi sua cõcẽt, Quod si nõ faciũt ĩtrat sectas, & ptialitates adhæret malis & c. uel grauat ĩdebitè si ẽ officialis, vel dñs, ut possit se q̃ pópas suas ꝑdigẽ, & ĩde in mentibus subditorũ vel aliorũ sequuntur odia, discordiæ & inimicitiç. Salomõ quia grauauit nimis ſbuditos suos propter excessiuam pompam curiæ suę & prodigalitatem non obstante, ꝙ magnos redditus aliunde haberet minus dilectus fuit a populo, & sic toleratus, sed quia filius eius Roboam voluit sequi illam põpã & grauamen patris sui, recessit maior pars populi, ideſt. 10. tribus ab eo facientes sibi alium regem scilicet Ieroboam, vt habetur. 3. Reg. 12. Dissipat etiam substantiam prodigè qui est procurator & factor seu dispensator bonorum aliorũ, & in utiliter dispensat, sicut uillicus qui diffamatus est apud dominum suum, quod dissipasset bona ipsius. Lu. 16.

¶ Pro secunda parte nota quæ habes supra de iactantia. ti. 4. c. vbi narrat de uariis superfluitatibus, quæ spectãt ad iactantiã & ad ꝙ digalitatem, & istæ sunt quasi aquę multæ. §3. §4.

¶ Pro teria parte nota, quod ibi ad Deũ non approximabunt, est figura grammaticalis, q̃ scilicet minus dicitur, & plus intelligitur. i. a te elongabuntur. Dicetur. n. eis. Ite maledicti in ignẽ æternũ &c. Esuriui. n. & nõ dedistis mihi mãducar̃ &c. sed q̃ debuistis paupe ribus dare, dilapidastis. In uita ẽt ista ad magnam miseriam, & inconueniẽtiã deueniũt. Exẽplũ de prodigo postea cõuertẽte.

¶ Vnde legit de miraculis virginis Marię de quodam nobili, & diuite qui cum bona sua prodigè in cõuiuiis, & muneribus, & aliis uanitatibus consumpsisset, incepit egere nec posse cõtinuare illã pompã, & expẽsas solitas superfluas, ꝙ reputãs sibi ad maximam uerecundiam desperatione ductus, iuit in desertũ inuocãs apte diabolum vt adiuuaret eum, & subueniret. Cui dæmõ apparens quęsiuit q̃d uellet. Qui rñdit ꝙ pecuniã & diuitias sibi ꝙ curaret ut solitus erat, & ipsæ daret sibi seu faceret quicquid uellet. Qui duo tatũ petiit. s. abnegationẽ fidei, secũdo vt duceret ide ad ānũ uxorẽ suã ad eũ in illũ locũ, ꝙ totũ ꝑmisit, & docuit modũ habẽdi diuitias. s. ut foderet in certo loco domus suæ & inueniret thesaurũ, ꝙ totũ euenit. Et tũc cæpit iterũ ꝑdigè expẽdere, & uiuere mõ solito. Sed ide ad ānũ dixit vxori ꝙ oportebat eã secũ ad certũ locũ ꝑficisci sub specie alicuius deuotiõis. Surgẽs ergo mane eq̃uit cũ ea, erat ãt deuotissima btẽ virginis, & in uia ꝓueniẽs eccl̃iã rogauit maritũ, vt ꝑmitteret loco missæ ĩtrare ĩ eã, & aliq̃tulũ orare ꝙ & fecit. Et cũ oraret añ imaginẽ uirginis Mariæ, ut eã iuuaret ab oĩ malo euẽtu. Incipiebat. n. timere, dormitauit in oratione, & beata virgo Maria sumpta forma eius egressa ẽ eccleſi ã, & dixit uiro expectãt

pro-

prosequamur iter & ascẽdens equũ secuta est eum qui credebat eam esse vxorem suam. Cũ autem applicuisset ad locum designatum, cepit vocare diabolum, qui subito apparuit, & videns mulierem, quam cognouit esse virginem Mariam cœpit fremere, & totus contribulatus conturbari & clamare contra militẽ dicens. O proditor maledictæ, quo decepisti me? miratur ille dicens. Quomodo decepi? nonne duxi ad te vxorem meam, vt promisi? Ecce adest ista est vxor mea. Respondit diabolus. Non est hæc vxor tua, sed illa quam maximè odi, q̃ maximè psequitur me, & destruit toto conamine opera mea, hęc est mater illius Iesu Nazareni, qui per crucẽ suam cũ sociis meis me debellauit, & de manibus nostris genus humanũ eripuit. Hæc est q̃ Maria vocat. Ad quem sermonẽ miles exterritus, & tremebundus, subito proiecit se ad pedes virginis veniã petens. At illa terribiliter arguit diabolum dicens. O maledicte Dei non sufficit tibi perditio tua, nisi & tecum q̃ras habere socios pœnarũ? quo ausus es petere nocere velle mihi deuotis? vade Sathana, nunquã alicui ex mihi deuotis amplius nociturus, qui subito cum magno vlulatu disparuit, & militẽ virgo reprehẽdit dicens. O miser quo propter modicum pecuniæ ita permisisti te decipi, & ad tantum nefas deduci, vt fidem abnegares, & vxorem tuam diabolo exponeres. Age pœnitentiã de peccato tuo, & Deus tibi ignoscet tãtum scelus. Reuertere ad illam ecclesiam, ubi vxor tua descendit ad orandum, & ibi eam inuenies. Domum autẽ reuertens illum thesaurũ repone vbi inuenisti, & Deo cum vxore tua fideliter seruias in futurũ confitendo peccatum tuũ, & sic disparuit. Et miles reuersus inuenit vxorem suam in illa ecclesia, & oĩa relinquere pro Deo laudabiliter vixerunt deuotissimi facti virginis Mariæ.

TITVLVS SEPTIMVS de ira.

¶ *De ira, & ibi de diuersis modis iræ, & nocumentis eius, & remedijs.* *Cap.* 1.

IRa ponitur a Gregorio trigesimo moralium, & ab aliis doctoribus vnum ex vitiis capitalibus. ¶ Pro cuius declaratione sciendum secundum Thom. 2.2. quæstio. 158. art. 1. quòd ira propriè loquendo est passio appetitus sensitiui, a qua vis irascibilis nominatur. Circa passiones autem animæ dupliciter in eis potest malum inueniri. Vno modo ex ipsa specie passionis, quæ consideratur secundũ obiectum passionis, sicut inuidia secundum speciem suam importat quoddã malum. Obiectum autem eius. i. materia circa quam est tristitia de bono aliorum, quod secundum se repugnat rationi, & ideò inuidia mox nominata importat aliq̃d mali, vt dicit philosophus in 2. ethi. Hoc autem non conuenit iræ quæ est appetitus vindictæ. i. punitionis. Vindicta enim potest benè, & malè appeti. Alio modo inuenitur malum in aliqua passione secundũ quantitatem ipsius. i. secundum abundantiã, & defectum, & sic potest malum inueniri in ira, quando quis irascitur plus vel minus debite præter rationem rectam, hæc Thomas. Et licèt omnes sint inclinati ad iram, magis tamen colerici ratione igneæ complexionis. Mulieres autem ratione debilitatis. Vnde Ecclesiastici. 10. Non est creata superbia hominibus, nec ira nationi mulierum, quasi diceret, licèt viri magis inclinentur ad superbiam, & mulieres magis ad iram, nõ tamè se iustè possunt excusare quasi creati sint cum ea, & vitare non possint, quia hoc falsum est. Et Ecclesiastici. 25. dicitur. Non est caput nequius super caput colubri. i. ira venenosum. Et non est ira super iram mulieris.

Quid sit ira.

Ira est mala.

¶ De ira loquens psalmista ait psal. 30. Miserere mei domine quoniam tribulor, contristatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. Multæ & variæ quasi continuę sunt tribulationes hominum propter quod dicit Apostolus. 1. ad Thessal. 3. nemo moueatur. i. turbetur, & a bono recedat in tribulationib. his scientes, quoniam in his positi sumus. Tribulatio est omne id quod affligit hominem, & quasi tribulus pungit. ¶ Ex his homo turbatur per passionem, sed hoc humanum est, & passionib. nec meremur, nec demeremur, nec laudabiles, nec vituperabiles sumus secũdum philosophum. in 3. ethi. Et hoc ideò q̃a naturales sunt, & naturalia non sunt in potestate nostra ea auferre, vnde & nec motus irę. Nemo autem peccat in eo quod vitare nõ potest secundum Aug. Non solum autem turbatur, sed per tribulationes frequenter perturbatur. i. totus vel simile turbatur, & appetitus sensualis, & appetitus rationalis, & hoc est peccatum. A qua miseria petit liberari dicẽs. Miserere mei Deus, quoniam tribulor conturbatus est, scilicet propter tribulationes in ira, scilicet in oculis rationis, & anima scilicet potentia voluntatis, & venter sensualitatis, ubi notantur tria.

§. 1.

Ira naturalis.

¶ Primo

¶Primo auxilium diuinale ibi. Miserere mei &c.

¶Secundo vitium capitale expræssatum ibi. conturbatus est.

¶Tertio excidium populare insinuatur. ibi. Anima mea.

§.2. ¶A secundo incohando vitium capitale est ira, quæ tunc est vitium cũ in ea conturbatur oculus, & anima & intellectus & volũtas. Nã in ira & per zelum quæ virtus est, & sicut turbatur oculus rõnis, non tñ anima. i. voluntas, sed in ira per vitium conturbatur frequẽter. i. simul turbatur oculus rationis cum anima. i. voluntate. Vnde ira diffinitur prout est peccatum quod est inordinatus appetitus vindictæ secundum Aug. ¶Alia diffinitio est Damasceni, scilicet quod est accensio sanguinis circa cor, sed hæc est materialis, & conuenit ẽt iræ per zelum. Capitale aut dicitur secundũ b. Tho. 2.2.q.158.art.6. quia ex ea multa alia vitia oriuntur. Quod autem ex ira multa uitia oriantur habetur hoc duplici rõne. Primo ex parte sui subiecti, quod habet multum de ratione appetibilitatis inquantum. i. vindicta appetitur sub ratione iusti, quod sua dignitate allicit. Alio modo ex suo impetu, quo mentem præcipitat ac quæcunque inordinatè agẽda. Est autem ira magis uitium capitale, quã odium, quod tamen grauius peccatum communiter, quia habet in ira finem multum appetibilem, quia. s. appetit malum sub ratione boni. i. iusti, magis quam odium quod appetit malum sub ratione mali.

¶Ipsa autem ira peccato variatur.

¶A philosopho specificatur.

¶A Christo graduatur.

¶Quantum ad primum peccatum iræ variatur, quia aliquando est mortale, aliquando veniale. ¶Pro cuius declaratione sciendum secundum Thom. vbi supra. art. 3. quod motus irę potest esse inordinatus, & consequenter peccatum tripliciter, videlicet.

¶Primo ex parte mali, quod alteri appetitur.

¶Secundo ex parte modi, quo interius quis irascitur.

¶Tertio ex parte facti, quod exterius ostendi tur.

Hic probatur iram esse peccatum.

¶Ex parte mali, quod iratus appetit, tunc ira est peccatum mortale, quãdo scilicet quis appetit iniustam vindictam seu punitionẽ proximi notabiliter damnosam, & hoc secundũ deliberatam rationem. Iniustam aũt vindictã appetit, cum quis appetit eum puniri, qui nõ metuit, vt qui non fecit sibi iniuriam, quam æstimat, vel si fecit sibi iniuriam vel alteri, appetit eum notabiliter, vel plus puniri quam meruit, puta dixit verbũ iniuriosum quis desiderat propter hoc illum occidi, vel vulnerari, & huiusmodi, vel ẽt si meruit iniuriam faciens, grauiter puniri affectat iratus a quocunque illam punitionem illi inferri vel a se, vel alia priuata persona, & non secundum legitimum modum a Deo ordinatum, vel etiam & si desiderat illum puniri a iudice de eo quod meruit, hoc non appetit propter bonum iustitiæ conseruandum, sed propter malum eius, qui sibi nocuit, vt ex malo eius facietur. Et quodlibet horum est mortale: quia cõtra charitatem, & contra iustitiam incedit. Sed si appeteret tale malum non deliberatè, sed secundum subitum motum, prout motus iræ sensualis præuenit iudicium rationis, vel ẽt deliberatę rõnis appeteret paruũ malũ, ita quod ẽt illud nocumentum actu inferre non esset mortale, vt trahere puerũ per capillos, est veniale. ¶Ex parte aũt modi quo quis irascitur interius, si ita ardenter irascitur, q̃ ex vehementia iræ decidat a dilectione Dei vel proximi quod solet contingere cum ira transit in odium, tunc etiam esset mortale. Iuxta illud Augu. in regula, ne ira transeat in odium, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam, quod non fit nisi per mortale. Et de hoc dicitur Iob. 5. Virum stultum interfecit iracundia, aliàs est veniale. ¶Ex parte facti exterioris esset mortale, ira inquantum ex ira quis inducitur ad criminalia secundum illud prouer. 29. Vir iracundus prouocat rixas, vbi dicit glo. Ianua omnium vitiorum iracundia, quę clausa virtutibus interdicitur quies, aperta ad omne facinus armabitur animus. Vel cum quis ex ira ostenderet signa odii, & ex hoc scandalizaret notabiliter proximos, aliàs ira ex veniale, vt accidit in quottidiana ira eorum qui gerunt curam domorũ, & subditorũ, propter quod dicit Christus Marthæ Sollicita es & turbaris erga plurima. Luc. 10.

¶Quantum ad secundum. s. de speciebus irę dicit philosophus. in 3. ethi. q̃ iracundorũ q̃dam sunt acuti, quidã amari, quidã graues, & sic potest dici triplex species iræ. s. acuta, amara, & grauis. Cui concordat in snia Greg. & Dama. in 2. lib. dicentes, q̃ tres sunt irascibilitatis species. s. fellea, qua philosophus vocat acutã, quæ leue scilicet habet principiũ, & subitum motum. Secũda dicitur mania seu insania quam philosophus vocat amarã, quæ scilicet permanet, & in vetustatem deuenit. Tertia dicitur furor, quã philosophus appellat grauem, quæ scilicet obseruat tempus ad

supplicium

plicium inferendum. Hæc differẽtia specierũ irę nõ attẽdit principaliter scđm circũstãtiã tẽporis, sed scđm facultatẽ hominis ad irã vel secundum firmitatẽ in ira, & ex cã diuersa firmitatis in ipsa. ¶ Pro cuius declaratione dicit b. Tho. 2. 2. q. 158. ar. 5. q. inordinatio irę põt attendi ex duobus. Primo quidẽ ex ipsa origine iræ quæ. s. hẽt leuem cãm, & hæc ira ptinet ad acutos, qui nimis cito irascũtur, & pro qualibet leui cã contra illud Iacobi. Sit hõ tardus ad iram. Alio mõ põt attendi inordinatio iræ ex ipsa duratione iræ quæ. s. pmanet, & nimis pseuerat. Et hæc põt eẽ duplex. Vno mõ, quia cã ire. s. iniuria illata ab altero nimis manet in memoria, unde ex hoc diuinam tristitiam concipit. Et ideo sibi ipsi amarus est, contra illud. Ephe. 4. Omnis amaritudo, & ira tollatur a uobis, & Leuit. 19. Non eris memor iniuriæ ciuium tuorum, quod & Sene. dicit de Iulio Cæsare Ethnico. s. q. omnium memor esset nisi iniuriarum. Alio mõ contingit permanentia iræ ex parte vindictę quã quis obtinato animo querit, & hoc ptinet ad difficiles, seu graues, qui non dimittũt iram nisi puniãt, Sed ut dicitur. Eccl. 7. Ira in sinu. s. mentis stulti requiescit. Et Ambro. Ira etiam sæpe in crimen inducit innocẽtes, quia dum plus iusto irascimur, & uolumus aliena coercere, ipsi grauiora committimus. s. iniustè puniendo. 19. q. 4. de ira. 2. Et loquitur ibi de Phutiphar patrono Ioseph, qa ex eo q. nimis iratus est cõtra Ioseph ex falsa accusatione suæ uxoris sibi credẽs, nõ quieuit ira eius quousque puniunt, & iniustissimè. s. eũ incarcerando ut habetur Gene. 39. Addit Greg. in 5. moral. circa fi. ad prędictas species seu modos iræ. Quartum eorum. s. qui cito irascunt pro leui causa, & tardè dimittunt iram, & hos dicit peiores alijs Et in uitas patrũ dixit quidam ex illis quod iracundus. s. qui leuiter irascitur, & tenet iram etiam si mortuus suscitaret nõ posset Deo placere. ¶ Quantũ ad tertium. s. de gradibus iræ ponit dominus Iesus Matth. 5. cum dicit. Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, q. autem dixerit fratri suo Racha, reus erit cõcilio, q. autem dixerit fatue reus erit gehennæ ignis, qui gradus secundum Tho. vbi supra non pertinẽt ad diuersas species, sed accipiuntur secundum p. cessum humani actus, in quo primo quidem corde aliquid concipitur. Et quãtum ad hoc dicitur qui irascitur fratri suo. Secundum est cum per aliqua signa exteriora ira manifestat exterius, & antequam prorumpat in effectum, & quantum ad hunc dicit, qui autẽ dixerit Racha, quę dictio secundum Hiero. est interiectio irascentis secũdum Hæbreũ idioma, sicut apud nos heu est interiectio dolentis, & nil aliud significat nisi dolorem in communi, & papè interiectio admirãtis. Sed quia apud latinos non est aliqua interiectio irascẽtis. Ideò dimissũ fuit illud Racha i suo idiomate hæbreo, significans iram in uoce absq; expræssione uerbi importãtis calumniã maledictionis, & huiusmodi. Tertius gradus irę est quando perducitur ad effectum. Est autẽ effectus irę nocumentum alterius sub rõne vindictę minimum autem nocumentum est quod fit solo verbo. Et ideo quantum ad hoc dixit, qui dixerit fatue sub quo uerbo cõprehenditur omnis iniuria, quę fit ꝓximo in locutione, uel opere, ex ira. Et loquitur ibi Christus de ira quæ est peccatum mortale, ut cũ est appetens notabile damnum proximo ex liuore vindictæ. Et in illo processu ex modo loquẽdi ostẽdit dñs grauius esse peccatum in secundo gradu q̃ in primo & in tertio q̃ in secundo. Et hoc innuitur licèt obscurè ex mõ loquendi per similitudinẽ processus iudicialis. ¶ Nam cum adducitur reus ad iudicẽ primo de crimine iudicatur. i. examinatur, utrũ fecit vel non, seu quantum, & qũo fecerit, reperto q. maleficium perpetrauerit, secũdo fit consilium seu collocutio iudicis cum suis cõsiliarijs, si debeat sibi ignosci, vel qua pœna plecti, & hoc deliberato. Tertio datur cõtra eum sententia vt tali pœna puniatur, sicut et go in hoc processu minus periculum est reo iudicarii examinari q̃ post examinationẽ de pœna sibi debita propter delictum tractari, quia dum examinat adhuc est ei locus defensionis, & põt cõuinci de crimine & nõ cõuinci, sed absolui. Et iterũ minus periculi. s. imminet cum de pœna sibi dãda tractatur in cõsilio, q̃ postquam est lata sentẽtia, quia cum agit de pœna eius põt sibi ignosci vel alleuiari pœna sibi dedita, sed post sentẽtiam datam non hẽt expectare aliquod remediũ, sed qđ executioni mandẽt, ita Christus ex ipso nõ loquẽdi vult ostẽdere quod minus graue peccatum est, & si mortale, cum quis solum irã hẽt i corde puta cũ odio, quã cũ ipsæ irã mortalẽ ostendit exterius in facie turbulenta vel clamore, quãuis nulli faciat iniuriam. Et hoc ideo qa scandalizat videntes eius irã. Similiter minus graue est & si mortale iram manifestare ab extra, sed inconfusio q̃ iram ostendere suam cum nocumento ꝓximi. s. contumelias inferendo, vel percutiendo, & hmõi. Sũt enim gradus in culpis maior vel minor

quibus

Inordinatio iræ fit dupliciter.

De gradib. iræ.

Racha qualiter interprętatur.

Exẽplũ De gradibus iræ.

quibus debetur maior, vel minor pęna in purgatorio, uel in inferno, ſicut etiã in meritis bonorum operum. Et in quolibet illorũ graduũ intelligitur (vt dictũ eſt) cũ ira ẽ talis, & tanta, q̃ ſit mortale. Vnde cũ dixit ſi qs dixerit fatuę reus erit gehẽnæ ignis, ideſt inferni intelligitur cum hoc facit animo notabiliter iniuriandi, aliàs poteſt eſſe ueniale, & aliquãdo nullum peccatum. ſ. cum pater diceret filio, uel magiſter diſcipulo, tu es fatuus, cauſa correctiõis. Nam & Chriſtus ſiue peccato dixit diſcipulis. Lucæ ultimo. O ſtulti & tardi corde ad credendũ. Et quia qui iniuriatur p̃ximo verbo, vel facto, tenetur ad ſatisfactionẽ propterea ſubdit Chriſtus. Cũ offers munus tuũ ante altare, munus. ſ. cuiuſcunq, boni operis facere diſponis, ante altare. i. in cõſpectu diuinæ maieſtatis ſcilicet ,ppter Deũ illud faciendo, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus ideſt proximus habet aliquid ad uerſum te, ideſt quia eũ offendiſti propter q̃ es ei debitor, relinque ibi munus tuum & uade &c. Iſtud iter debet fieri mente nõ corpore. i. diſpone in mente antequam facias illud bonum opus ſatisfacere proximo de iniuria illata, puta petendo ueniam & huiuſmodi. Et tali diſpoſitione pręmiſſa facias illud bonum opus, ut ſic iſto modo ſit meritoriũ, quod aliter non eſſet te non diſpoſito ad recõciliandum cum proximo, non tamen debet bonum propter hæc dimitti.

§ 3. ¶ Quantum ad tertium principale ſcilicet excidiũ populare quod ſequitur ex ira propter q̃ dicit pſalmus. 30. Turbatus eſt oculus meus anima, & venter, quæ uticq; plura ſunt. Sciendũ q̃ ex ira cum ſuperat mentem triplex excidium ſeu exterminium procedit.

¶ Excedit enim quis a conditione uirtuali.

¶ A compoſitione corporali.

¶ A conuerſatione fraternali.

Ira excęcat intellectum. ¶ Propter iram omnes uires ſeu potẽtiæ animę & virtutes alterantur. Nam oculis intellectus obtenebratur, quia (ut ait Cato.) Ira impedit animũ ne poſſit cernere verũ. Vnde dicit Greg. q̃ cũ rector eſt in ira nõ debet tunc iudicare ſententialiter, q̃a iudiciũ rationis eſt obfuſcatum, dicit enim. Reſtringẽda eſt ſub ratione poteſtas, nec quid agendum pluſquã concitata mens ad tranquillitatẽ redeat. Nã commotionis tempore iuſtum putat omneq̃ fecerit. 11. q. 3. c. illa. Narrat hiſtoria eccleſiaſtica q̃d Theodoſius Imperator & ſic deuotus tamen cum audiſſet quẽdã ex militibus ſuis a tumultu populari occiſum apud Theſaloni cam, quia permiſit ſe ira ſuccẽdi, fecit doloſè uocare populum ad ludos Cretẽſes, vbi ob uindictã fecit plures occidi, ppter q̃d poſtea a beato Ambr. Mediolani non fuit pmiſſum intrare eccleſiam niſi prius facta publica pœnitentia. 11. q. 3. c. cum apud. ¶ Ira turbat animum. i. uoluntatem ad eo ut ſi totus mũdus filio teneret iratus frangeret non curando de mundi totius deſtructione, ut ſatisfaceret iræ ſuę Vnde prouer. 27. dicitur. ¶ Ira non habet miſericordiã, neq; erũpens furor. Sic de Alexãdro magno regit multũ furibundo, quòd ira ſuccenſus occidit militẽ ſibi charisſimũ, de quo poſtea ira digeſta ira doluit, q̃d quaſi ſeipſum occidere voluit. ¶ Ira turbat uẽtrẽ memoriæ. Ideo venter ſignificat memoriam, quia ſicut in uentre reponuntur cibi comeſti ira in memoria retinentur lecta, vel audita. Sed cum ira mente ſuperat omne exemplum manſuetudinis, & patientiæ a memoria excidit, & omnis beneficii immemor ſit eius contra quẽ turbatur. Sic patet in Saul qui ita iratus fuit contra Dauid cum audiuit puellas cãtare. Saul percuſſit mille, & Dauid decem milia quod quæ ſiuit pluries cum occidere obliti multorum & magnorum beneficiorũ, q̃ ſibi & populo fecerat. 1. Reg. 18. Et ſic turbatus in ira oculus rationis, anima uoluntatis, & uẽter memorationis. Et quia in potẽtiſſũ uirtutes, turbaris ſubiectis turbantur & accidẽtia eorũ. i. virtutes, quod pulchrè declarat Greg. in 5. moral. circa finem dicẽs. Quanta ſit iracundiæ culpa penſemus per quam dum manſuetudo amittitur, quæ ſcilicet virtus ẽ ad temperantiam pertinet, ſupernæ imaginis ſcilicet Dei ſimilitudo uitiat, q̃a de Deo dicitur. Sap. 12. Tu autem domine cum tranquillitate iudicas, & pſal. Quoniam tu domine ſuauis & mitis es. Per iram ſapientia perditur. i. prudẽtia, ut quid, quo ut ue ordine agẽdũ ſit neſciat, ſicut ſcriptũ eſt Eccleſ. 7. Ira in ſinu ſtulti requieſcit. ¶ Per irã uita amittitur ſcilicet ſpiritualis, & ſi ſapientia teneri uideatur. Vnde ſcriptum eſt. Ira pdit, & prudentes. Per iram iuſtitia amittitur, ſicut ſcriptum eſt Iaco. 1. Ira hominis iuſtitiã Dei nõ operatur, quia cum perturbatur mẽs iudiciũ ſuæ ratiõis exaſperat, omne quod furor ſuggerit rectum putat. Per iram concordia rumpitur, ſicut ſcriptũ eſt prouer. 29. Vir animoſus parit rixas, & uir iracundus effodit peccata. Iracundus quippe peccata effodit, q̃a etiã malos, quos ad diſcordiam prouocat, peiores fuit. ¶ Per iram ſpiritus ſancti ſplendor, id eſt gratia ſeptiformis excluditur, quo contra in uetuſta translatione ſcriptum eſt. Super quem

Ira turbat uolũtatem.

Malum ire oſtẽditur.

quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, & quietum. Cum humilē diceret, protinus quietū adiunxit. Si ergo ira menti quietem ſubtrahit ſuam ſpiritu ſancto & habitationem claudit. Hæc Gregorius. ¶Secundo per iram excedit quis a compoſitione corporali. Debet enim quis eſſe bene compoſitus in geſtibus ſuis, quod pertinet ad modeſtiam: ſecūdum illud Apoſtoli ad Phil. 4. Modeſtia veſtra nota ſit in omnibus hominibus, ſed ira de uictus, vt dicit Greg. in 5. moral. ad apertam mox inſaniam ducitur, & vſq; ad ſuperficiē. ſ. corporalis diſpoſitionis ab imimo cogitationū fundamento diſſipatur. Nam iræ ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit, facies igneſcit, exaſperantur oculi, non recognoſcuntur noti. Ore quidem ſermonē format: ſed ſenſus quid loquatur ignorat. In quo itaque iſtę abreptitiis lōge eſt qui actionis ſuæ conſcius non eſt. Vnde plerunq; fit, quòd vſq; ad manus ira proſiliat, & eo furor mēbra foris in ictibus exercet, quo interipſam membrorum dominam mentem captiuam tenet. Hæc Greg. Vnde & merito figuratur per illum dęmoniacum, qui veſtimentis ſuis dilaceratis nudus incedebat, homines vexabat, in monumentis manebat. Mat. 9. Talis enim vehemens ira celerat mortem, propter quod dicitur prouer. 30. Zelus, & iracundia minuent dies. Vnde & animalia iracundia, vt canis, qui de facili mordet; & latrat ſunt breuis vitæ. Et de Silla conſule Romanorum narrat Aug. de ciui. Dei. quòd præ ira cū turbulentiſſimus eſſet, fracta eſt ſibi vena ſanguinis in corpore, vnde mortuus eſt. ¶Tertio p iram cadit quis a conuerſatione hominum. Quilibet enim cauet ſibi habere familiaritatē cum iracundis, vel conuerſationē ne contumelietur ab eis, ſeu contendere habeat. Vndē Greg. in 5. Per iram gratia vitæ ſocialis amittitur, ſicut ſcriptum eſt. Noli eſſe aſſiduus cū homine iracundo, ne diſcas ſemitas eius & ſumas ſcandalum animæ tuę, quia qui ſe ex humana ratione non temperat, neceſſe eſt, vt beſtialiter ſolus viuat, vt feræ ſilueſtres, immo nec ſecum quietè habitare pōt ſolus, ſed contra ſeipſum iratus frangit aliquādo vaſa, vel cartas, vel alias ſeipſum percutit. Vnde legit in vitas patrum de quodam iracundo, quòd cum non poſſet cum aliis conuerſari ob ſuā iram demum acceſſit ad locum ſolitarium, vt ſine ita viueret: ſed cum quædā die pro aqua iuiſſet ad fontem impleto vaſe ex aqua fontis ad aquam hauriendam ſe inclinauerat, & poſito ſuper terram caſu effuſa eſt aqua verſato uaſe. Sed iſtæ iterum impleuit alia aqua aliqua ira per motus, ſed cum iterum vas euerſum fuiſſet ille infuriatus vas illud confregit, ſicque perpendit quòd non aliit: ſed ipſemet cauſa erat ſuæ iræ. Conuerſantur autem cum talibus dęmones libenter, vnde Apoſtolus ad Ephe. 4. Sol non occidit ſuper iracundiam veſtram, nolite locum dare diabolo. q.d. per iracundiam diabolus habitat in uobis, & hoc cum ſol rationis ſuccumbit ſuper iram. i. qñ tanta eſt quod tollitur vſus debitus rationis. Quinimo iracundi videntur peiores diabolo. Nam diabolus non fuit auſus præcipitare Chriſtum de pinnaculo, ſed dixit Mitte te deorſum, ſed Phariſæi contra Chriſtum repleti in ſynagoga ira propter verba eius vera & ſancta, duxerunt, vſque ad ſupercilium montis, vt præcipitarent eum. Lucæ quarto.

¶Ad primum principale reuertēdo, de remediis iræ nota quòd cum dicitur Miſerere mei domine quoniam tribulor, hoc eſt enim remedium præcipuum rogare Deum, vt det ſibi patientiam & liberet eum a miſeria turbationis, & iræ quæ non minus tribulant mentem, quā ipſa aduerſitas vel iniuria illata, vnde Aug. in ſermone. Quod mala æquanimiter toleremus. i. ſine turbatione ab illo. ſ. Deo non noſtra patientia, quod pſalmus recognoſcens dicebat. Tu es patientia mea domine. i. cauſa patientiæ meæ, vt exponit magiſter in primo ſententiarum: eam. ſ. mihi dando. qa me non habeo eam. Et ideò quia quotidie tribulamur diuerſis miſeriis eſt petenda ab eo patientia, ſeu manſuetudo dicendo miſerere mei quoniam tribulor. Tria autem ſunt quæ valent ad tolerandam iram.

¶Primo præuiſio cum memoria paſſionis.

¶Secundo compaſſio ex dictamine rationis.

¶Tertio ſubtractio materiæ turbationis.

¶Primum & ſecundum remediū ponit Greg. in 5. moral. circa finem dicens duobus modis fracta poſſidere animum ira diſſueſcit. Primū eſt, vt antequā velit incipere aliquid incipiet mens ſibi omnes quas poteſt ſibi inferre contumelias qui proponat, quatenus redemptoris ſuis probra cogitans ad diuerſa ſe præparet. Quæ nimirum venientia tanto fortius excipit, quāto ſe cautius ex præſcientia armauit. Qui enim improuidè ab aduerſitate deprehēditur, quaſi ab hoſte dormiēs inuenitur. Hæc Græg. præuidendo autem aduerſa, quæ ſibi poſſunt inferri, & rememorando quæ Chriſtus pro eo ſuſtinuit cum omni patientia, & manſuetudine debet velle eum imitari, & ſine turbatione velle ſuſtinere iniurias. i. Pe. 2.

Chriſtus

Ira incō poſitum facit.

Iracundū omnes declinant.

Exēplū de ira.

Christus passus est pro nobis, vobis relinq̃ns exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui cũ malediceretur, non maledicebat, cũ pateretur non comminabatur. Et Hiere. Cum tractaretur de morte eius loquens ad dominum ait. Ego non sum turbatus te pastorem sequens, de quo in persona eius loquens ait. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Hiere. 11. Greg. Si passio Christi ad memoriã reuocetur, nihil est adeò aduersum, q̃ æquo animo non tolleretur. Oia. n. quæ possunt animum magis excitare ad iram, & appetitum vindictæ fuerunt facta circa eum. Nam iniustè passus est ab his quibus maiora cõtulerat beneficia, scilicet in dæis, & corporalia, & spiritualia, & omnibus modis. In substãtia quia ablata sunt sibi vestimẽta. In fama, quia multis contumeliis infamatus est. In suis adhærẽtibus, vt in discipulis & matre, In persona, q̃a flagellatus, coronatus spinis, crucifixus est, & tamen nunquam iratus, sed pro crucifixoribus exorauit ne perirent dicens. Pater ignosce &c.

¶ Secundum remedium contra iram est secũdum Greg. in 5. mor. vt cum alienos excessus aspicimus, nostra in quibus in aliis excessimus delicta cogitemus. Considerat enim infirmitas propria, mala excusat nobis aliena. Patienter quippe illatam iniuriam tolleret, q̃ pie meminit quod fortasse adhuc habeat tolerari. Erubescit. n. peccata aliis nõ parcere, qui vel Deo, vel proximo recolit parcẽdo peccasse. Hæc Greg. Ad hoc facit quod dicitur Eccl. 28. Homini homo seruat iram, & a Deo quærit medelam, q. d. contra dictamen rationis est, vt velit sibi ignosci a Deo, & in magnis offensis, ipsæ non velit ignoscere, sed tenere irã contra proximum in paruis. Vnde & ille seruus cui dimissum fuerat debitum decem millium talentorum, quia iratus est contra seruum ex eo quod non soluebat sibi centũ denarios, in quibus debitor erat sibi, sed tenens suffocabat eum, & in carcerem misit, adcò displicuit domino suo, q̃ tradidit eum tortoribus quousque redderet vniuersum debitum vt habetur Matth. 18. ¶ Tertium remedium contra iram est tollere occasiones, videlicet dura verba & ea quæ magis accendunt iram. Est enim ira accensio sanguinis. Incendium autem ignis diminuitur per subtractionem lignorum, vel infusionem aquę, Ligna quæ magis accendunt sunt durę responsiones, dura verba, quæ dici non debent, sed taceri. Vnde in vitas patrum cum abbati Moysi dicta fuisset magna contumelia, interrogatus si fuisset iratus, respondit illud ps. Turbatus sum, & nõ sum locutus. Cauendum tamen ne quis adeò taceat contra dura loquentem, & turbatum, vt ex taciturnitate sua, magis illum accendat quia hoc malum esset, sed tunc potius loquendum est, sed cum mansuetudine, nam vt dicitur Prouerb. 15. Responsio mollis frangit irã, sermo durus suscitat furorem. De quoddam etiã philosopho legitur quod cum verberaret discipulum suum pro defectu commisso, aduertens quod ira ei incipiebat dominari, supersedit, & uocauit alium suum discipulum, qui non erat passionatus præcipiens ei illum verberare. Sciendum etiam secundum Greg. in 5. moral. Nonnunquam dum accensus animus per iram a consueta locutione restringitur, per accensum tẽporis penitus a dilectione proximi separatur, & acriores stimuli ad mentem veniunt, causæq; quæ grauius exasperent oriuntur, & ira in odium vertitur, plerunque ira per silentium clausa intra mentẽ vehementius æstuat, & clamosa tacitas voces formar, verba sibi quibus exasperetur obiicit, & durius exasperata quasi in causæ exanime respondet. Quod Salomon breuiter insinuat dicens. Præstolatio impiorum furor. Et ante nos quidam sapiens ait. Cogitationes iracundi viperæ sunt generationes. mente comedũt matrem suam. Hæc Greg. Talis ergo qui nescit iram vincere mentem clausam, tenere debet vel cum illo contra quem est iratus si potest, molliter loqui, vel si credit ex hoc excrescere cum aliquo patre spirituali, vel amico sapienti referre, vt sic passio conquiescat.

¶ Irascimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compũgimini ps. 4. Vbi nota quòd tripliciter nos possumus habere ad iram.

¶ Primo modo zelatiuè & per rectum.

¶ Secundo modo remissiue, & per defectum.

¶ Tertio modo vitiatiue & per excessum.

¶ Et secundum quodlibet illorum potest exponi versus ut primum præcipiatur sic exponendo. Irascimini contra vitia aliorum per zelum, & nolite peccare, idest quod non exceda tis in zelo, & vt verus sit zelus in corrigendo alios, & irascendo contra eorum defectus, q̃ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini, idest pœnitemini, & de peccatis interioribus. Ista dicuntur in cordibus, scilicet affectu, & de peccatis exteriorib. quæ aguntur per corpus & ista dicuntur, idest fiunt in cubilibus. Est enim corpus tanquam cubile, in quo requiescit animus. Est enim secundum Aug. pœnitentia, quędam irascentis vindicta, puniẽs in se quod dolet commissse,

Ira per zelum.

de pę.

de pę. di. 3. pœnitentia. Sed ad plenum zelum, & neceſſarium, pertinet nō ſolum iraſci & punire ſuos defectus, ſed etiam aliorum debito modo inquantum poteſt, & debet. Iraſcitur enim iuſtus peccatis palearum, ideſt malorū, ſed non odit, inquit Auguſtinus. 6. q 1. §. fin. Vnde dicit Chry. Qui iraſcitur cum cauſa, non eſt reus. Nam ſi ira nō fuerit ſcilicet per zelum, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtāt, nec crimina compeſcuntur. Vnde primo Machabeorum ſecundo inquit. Mathathias inſtruens filios, & ad zelum legis exhortans per exempla. Helias zelando zelum legis receptus eſt in cœlum, quod habetur. 4. Re. 2. zelū autem præcipue legis Helias oſtēdit dum iratus contra falſos prophetas, qui idololatrare faciebant populum, quadringentos occidit in torrēte Ciſon. vt habetur. 3. Regū. 18. Adhuc aūt zelū inuitāt exēpla ſanctorū. Vnde Hiero. ad Ripariū. Legi Somaſtrem. i. vindictā. Phinees auſteritatē Helyæ, & zelū Symonis Chananei. Petri ſeueritatē, & Ananiā & Saphyrā trucidantē Pauli conſtantiā, qui Elimā magū uiis dñi reſiſtentem, æterna ſeueritate dānauit. Non eſt crudelitas crimina pro Deo punire, ſed pietas. Vnde in lege dicitur. Si frater tuus, & amicus tuus, & uxor quæ in ſinu tuo dormit deprauare uoluerit veritatē ſit manus tua ſuper eos, & effundens ſanguinē ipſorum. 24. qō. 8. Legi Somaſtrem. Si iudicialiter accuſando fuerit condēnatus ex ira per zelū. De Phinees habetur Numeri. 25. qui motus ira per zelum quū de principalioribus tribus Iuda qui contra legem dñi miſcebatur cū Madianita, in ipſo actu peccati occidit. De Helia habetur. 4. Reg 1. q ſuper duos quinquagenarios fecit ignē de cœlo deſcendere cōburrētem eos. ¶ De zelo Symonis pro eodem vide tur hic ſumi Symon & Petrus qui binomius erat, & hiſtoriā de Anania & Saphyra habes Act. 5. Glo. tū ibi exponit de Symone germano Thadei apoſtoli tāgendo hiſtoriā, qui habetur in legenda eorū. ſ. de ſerpentibus p magos procuratis, quos apoſtoli miſerunt ſuper eos ad affligendū eos ex zelo Dei. Hac ira per zelum motus Mathathias occidit nuntiū regis Anthiochi, qui eū inuitabat ex parte regis ad ſacrificandū idolis, & Iudęum, qui coram eo ſacrificabat, vt patet. i. Machabeorū. 2. Hac ira motus Chriſtus expullit flagello vendentes, & ementes in tēplo. Io. 2. De hac ira Greg. ſu. 5. moral. Si ſic proximos, vt nos amare præcipimur, reſtat ut ſic eorum erroribus, ut noſtris iraſcamur. De hac per Salomonē Eccl. 7. Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Ipſæ tū zelus rectitudinis: quia mentem inquietudine agitat, mox eius aciem obſcurat, ut altiora nō videat qui bene prius tranquilla cernebat, qa nec ſolis radius cernitur, cum cōmotæ nubes faciem cœli obducunt, ſed inde ſubtilius, & ad alta reducitur, vnde ad tps ne ui deat, reuerberatur, ſcilicet ira per zelum. Nam ipſa recti emulatio æterna poſt paululum in tranquillitate largius aperit, quæ hæc interim p cōmotionem claudit, ſicut infirmanti oculo cū collyrium ponitur, lux penitus negatur, ſed poſt paululū plenius recipitur. ¶ Secundo, vt excludatur defectus iræ cū vti oporter, quæ remiſſio dr & peccatū eſt, & tunc ſi expo nitur. Iraſcimini cum oportet cōtra noſtra, & aliena vitia, & nolite peccare. q.d. ſi hoc nō facitis peccatis, nolite ergo peccare non iraſcendo. ¶ Pro cuius declaratione dicit beat. Thomas. 2. 2. q. 158. art. 8. quod ira dupliciter poteſt intelligi. Vno modo prout eſt ſimplex motus voluntatis quo aliquis nō paſſione, ſed ex iudicio rōnis infligit pœnā, & ſic defectus iræ abſque dubio eſt peccatū, & hoc mō intelligitur verbum Chriſoſ. cum dicit ſup Mat. Qui cum cā non iraſcitur peccat, nam talis vitia feminat, negligentiam nutrit, & non ſolū bonos, ſed ēt malos inuitat ad peccatū. Iracūdia enim quæ eſt cum cā iracundia non eſt. ſ. propriè: ſed iudicium. Hæc Chriſ. Iracundia. n. propriè intelligitur cōmotio paſſionis, qui aūt cum cā iraſcitur. i. ex ratione, ira eius non eſt ex paſſione, & iō iudicare dr non iraſci. Alio mō accipitur ira pro motu appetitus ſenſitiui, qui eſt cum paſſione, & tranſmutatione corporali, & hic motus ex neceſſitate ſequitur in hominē ad ſimplicē motum uoluntatis, quia naturaliter appetitus inferior ſeqtur motum uoluntatis appetitus ſuperioris, ni ſi aliquid repugnet, & iō non pōt totaliter deficere in appetitu ſenſitiuo motus iræ niſi per ſubtractionem, vel debilitationem motus uoluntarii. Et ideō ex conſequenti. defectus paſſionis iræ vitioſus eſt, ſicut & defectus uoluntarii motus ad puniendum malum ſecundū iudicium rationis. ¶ Eſt autem paſſio iræ utilis, ſicut & omnes alii motus appetitus ſenſitiui ad promptius exequendum id quod ratio dictat, alioquin fruſtra in homine eſſet appetitus ſenſitiuus, cum tamen natura nihil fruſtra operetur. Si autem quis non iraſcitur contra vitia ſua & aliorum, ut eum familia pater uel mater, vel ſubditus, rector ſecularis, vel eccleſiaſticus uident, vel ſciunt delinquere, & ex remiſſione non corrigunt, nec puniunt, ne

De zelo Heliæ.

De zelo Petre.

Ira per remiſſionem.

Paſſio iræ ē utilis.

seipsos ira pturbēt, vel delinquētes, & amicos eorū cōtristēt tunc defectus iræ est peccatū, & dicitur remissio. Contra quos dicitur di. 1. Si quis diaconus. Quę est ita bonitas iustitię inimica palpare criminosos, & crimina eorū dimittere vsque ad diem iudicii impunita. Et Ambro. dicit. Dum vnt indulget indigno ad prolapsionis cōtagium prouocat vniuersos. Facultas enim veniæ incentiuum præbet delinquendi. 23. q. 4. est iniusta. Heli sacerdos sūmus & si in se bonus, tamen quia non iratus fuit contra vitia filiorum mala morte cum filiis suis interiit. Nec obstat si dicatur, q̄ Deo debemus assimilari iuxta posse secundū illud Mathæ. 5. Estote vos perfecti, sicut & pater vester perfectus est Deus aūt cū tranquillitate iudicat & punit sine ira aliqua. Nā ira eius de qua dicitur. Iratus est furor dñs in populum suū, non est concitati animi, sed iusta supplitii constitutio, vt habetur de pœni. dist. 1. Sed & continuo. Sine alteratione aūt, & cōcitatione animi irasci, & punire non possumus. Rñdet. n. bea. Thomas, vbi supra, quod Deo assimilari debemus in appetitu boni, sed in appetendo, & in modo appetendi assimilari non possumus, quia in Deo non est appetitus sensitiuus sicut in nobis surgit motus iræ eum alteratione, & obfuscatione rōnis, qui tñ pōt & debet regulari ratione, hæc enim ira, & si in ipsa executione actus cum scilicet corrigit iudicium rationis aliqualiter impediat, non tamen rectitudinem tollit rationis, non est contra rationem virtutis, vt intermittatur deliberatio rationis in eo quod est iam a ratione deliberatum, quia ēt ars impediretur in actu suo. s. dum debet agere, si tunc deliberaret de agendis. ¶ Tertio modo intelligitur illud. Irascimini ita vt remoueatur iræ excessus, quæ dī ira per vitium, & sic exponitur. Irascimini, quod contingit, quia humanū est, q̄ qui non irascitur ait Hiero. aut Deus aut lapis est, sed nolite peccare. i. non habeatis voluntatē deliberatam, vel permanentē in ea. q̄ tunc graue peccatum esset, Vnde Ecclesiastici dī. Graue saxū & onerosa est arena, sed ira stulti vtroque grauior. Sed ex illa modica ira compungimini de his quæ facitis mente, & corpore inconuenientia, sicut dicit Hiero. Et vt dicit Greg. in 5. morali. Cum per zelum animus mouetur, curandum summopere est ne hæc eadem quę instrumento virtutis assumitur, menti ira dominetur, ne quasi dña pereat, sed quasi ancilla ad obsequiū rōnis parata a rōnis tergo nunq̄ recedat. Nā quantūlibet ira ex zelo rectitudinis surgat, si immoderata mente vicerit, rōni protinus seruire contemnit hæc ille. Quod aūt non est sm rationem, peccatum est quod cum contingit cōpungimini. Vnde in huius figuram dī in veteri lege. Vir qui incidit lingua in syua, si casu excessum ferum de manubrio interfecerit proximū confugiens ad vnā ex trib. ciuitatibus refugii saluus erit, & non occidetur. Secundum Vgo. vir incidit lingua quando ferro increpationis, vel punitionis abscidit vitia ex hominibus, qui per arbores signantur, sed ferrum egreditur de manubrio in hoc opere q̄n reprehensio vel punitio excedit modum debitum rationis ira dominante, ex quo aliquando sequitur mors proximi, licēt præter intentionem, quia asperitatis nimiæ increpatio, nec correctionem recipit nec salutem distin. 45. Cum beatus, sed mortem scandali. Talis ergo sic excedens, ut saluetur confugiat ad vnam ciuitatum trium in quibus homines rei tuti sunt, videlicet contritionem, confessionem, vel satisfactionem, quæli bet harum includit alia duo saltem propositō, & sic euadet. Irascimini ergo quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Si verò quis irascitur sine aliqua causa contra aliquem, puta quia non offendit, nec eum nec alios, sed quia voluntati suæ non assentit in malum, sed repugnat & huiusmodi, vel ex causa iusta: puta quia offendit, sed iratus appetit eum puniri vltra debitum modum, & superat ira rationem vel multum obfuscat, sic est reprehēsibile. Et dicitur ira per vitium, quod est aliquando mortale aliquando veniale, vt dicetur infra. Hanc prohibet Salomon dicens Eccles. 6. Noli irasci. Ira enim in sinu stulti requiescit, & hanc irā, sicut & omnes alias passiones, quas affectiones nominabant, dicebant Stoici esse malum, & non cadere in animo sapientis, i. virtuosi. Accipiebāt enim iram, prout importat vitiū, prout. s. quis irascitur contra proximum, malum eius intendens, non correptionem vitiorum, vel bonum commune. Sed Peripatetici dicebant contrariū. s. irā, & alias passiones cadere in animo sapiētis. Quorum sniam Aug. in 9. de ciu. Dei magis approbat. Sumebant hi iram & alias passiones prout sunt motus appetitus sensitiui, & sine sint moderatę siue nō, & sic semper non sunt malæ, quia si moderētur rōne sunt bonæ ut. s. puniatur delinquens pp bonū cōe iustitiæ cōseruandum per eum ad quem spectat, & in hoc est minister Dei, & sic relinquūt vltionē deo, cuius sm illud. Mea est vltio &c. Deuter. 32. dum. s. appetit puniri malum per eum qui est minister Dei in illo.

Ira ut dicunt stoici nō est in aio sapientis, sed Peripatetici tenēt cōtrarium quod approbat.

¶ De

¶De indignatione, & ibi de uarijs murmurationi bus, quæ sunt contra deum & contra prælatum.

Cap. 2.

DE filiabus iræ precipue de indignatiõe, & murmuratione, quæ ex indignatiõe uidetur procedere, & de hac psl. 36. Desine ab ira, & derelinque indignationẽ, noli æmulari ut maligeneris. Vbi admonemur resecare turbationem in mala plura tẽdẽtẽ, ib. Desine ab ira. Eliminare indignationẽ ex ea procedẽtẽ. ibi. Derelinque indignationem. Exulare murmurationem ex ipsa prouenientẽ. ibi.

Rõ. 12. Noli æmulari ut maligeneris. Quantum ad primum dicit Apostolus. Non uos defendentes carissimi, sed date locum irę ne. s. illa uos occupet, ut dicit Ambro. 11. q. 3. Ira. Et ratio est, quia multa mala procedunt ex ea, & præcipue sex quæ sunt filię eius, secũdum Gre. in trigesimoprimo moralium, scilicet.

¶Rixa.

¶Tumor mentis.

¶Indignatio.

¶Contumelia.

¶Clamor.

¶Blasphemia.

¶Potest. n. ira tripliciter considerari secũdũ Th. 2. 2. q. 158. ar. 7. Vno mõ fm q̃ ẽ in corde & sic ex ea nascũtur duo. s. indignatio, & tumor mẽtis. Alio mõ secũdũ q̃ ẽ in ore. Et sic

Ira tripliciter consideratur. triplex sequtur ex ea inordinatio, quia vt uox incõfuse clamãdo, & ad hoc ptinet clamor, vt iproperãdo & conuitiãdo, & sic ẽ cõtumelia, vel blasphemãdo & sic ẽ blasphemia uel maledictio. Tertio mõ secũdũ qđ ira est in facto, & sic est rixa, per quã intelliguntur oĩa nocumẽta, quæ facto personis hominũ iniustẽ irrogant, ut homicidiũ, uulneratio, incarceratio, & hmõi. Desine ergo ab ira, q̃a iræ &

Indignatio est. in sanię nihil ẽ mediũ inquit Chrys. ¶Quã tũ ad secũdũ dicit be. Tho. ubi supr. qđ indignatio est cũ quis turbatur cõtra aliquẽ reputãs indignum, ut sibi hoc fecerit, sed derelinque indignationẽ ait ps. secũdũ aliã trãslatio nẽ q̃ ponit Aug. super ps. loco eius nos habemus furorẽ. Ad quod ẽt hortatur Apostolus di. ad Ephe. quarto. Oĩs indignatio, & ira tollatur a uobis. Solet autẽ quis indignari cum uidet alium exaltari, quem reputat minus dignum, & se pati uel nõ ita apprætiati. Et sic frater prodigi cũ audiuit patrem suum cũ tanto gaudio, & festo prodigum recepisse in domum indignatus est, & nolebat intrare. Luc. 15. sic audientes decem apostoli de duobus fratribus, scilicet. Iohanne & Iacobo, quod petissent præ cæteris in regno locari unus ad dexteram, alius ad sinistrã indignati sunt. Matthæ. 20. Sed nõ debet quis indignari ex hoc. Vñ Ambr. Charissimi nõ indigne mini, si mali florẽt in mũdo, & uos mala patimini. Non enim est christianæ dignitatis in tẽporalibus exaltari, sed potius deprimi, illi nihil habẽt in cęlo, & uos in mũdo, & rõ quicquid uobis mali cõtingit potius gaudeꝛ debetis, Et Chryso. Quid ergo turbamur? nemo videꝛ malignos prosperitatem habere turbetur? Nõ est hic retributio uirtutis, & iustitii, sed ueluti quidã gustus ut de pęni. dist. 3. Et ex hac indignatione frequẽter sequuntur murmurationes, & alia mala. ¶Quantũ ad tertium dicitur. Noli æmulari. i. cõtristari uel indignari, ex depræssione tui, & exaltatione malorũ ita ut maligneris. i. malignẽ aliquid agas, uel murmurando, uel blasphemãdo, uel a bono cessando & huiusmodi. Et rationem assignat subdens, quoniam qui maligantur murmurando, uel aliquid malum agendo exterminabuntur, ideꝛ extra termi nos sanctorum, uel uiuentium ponentur, sit inquit illa sancta Iudith. Qui autem improperium murmurationis protuletunt contra dominum, exterminati sunt ab exterminatore. Hinc Aug. super psal. super hunc uersum Credidisti in Christum, quare credidisti? qđ tibi promisit? Si fælicitatem huius seculi p misit tibi Christus, murmura aduersus illũ, quãdo uides infidelem fælicẽ? Quid tibi promisit fælicitatis, nisi in resurretione mortuorum? quid autem in hac uita ipsæ inquã promisit? An dedignaris serue, & discipule, quod dominus & magister? nonne ab ipso audis, non est seruus maior suo domino, nõ est discipulus sup magistrum? Ille pro te dolores, flagella, crucẽ, mortẽ, opprobria scilicet portauit. Et quid horum iusto debebatur quod tibi peccatori nõ debetur? Ergo tene directũ oculum tuum, scilicet fidei ne turbetur præira. Desine ab ira, & derelinque furorẽ. Noli emulari ut maligneris. ¶Exemplum in uitas patrum legitur de quodã sancto uiro, qui seruiebat Deo in hæremo, cui quidã deseruiebat discipulus portãs ei necessaria ad uiuẽdũ quadam autem die cum iuisset ad ciuitatem inuenit omnes apothecas clausas, interrogauit de cã cũ festũ non esset, dictũ est ei, q̃ qdã magnus dies obierat, ad cuius funus totus clerus & populus cõueniebat ad honorãdũ, accessit ad ecclesiam vbi sepeliebatur vbi erant parata luminaria innumera, & campanæ omnes pulsabantur, & omnes confluxerant. His uisis reuersus ad hęremum

Ex ẽplũ.

& portans heremitæ necessaria inuenit i uia caput hæremitæ & paulo post brachium cũ manu, vnde perpendit illum deuoratum a fe ris, super quo multum est indignatus, piecit se in terrã dicens nõ inde surgere, nisi Deus manifestaret sibi hoc mysteriũ, quomodo ille dies iniquus mortuus erat cũ tãto honore, & ille Dei seruus cum tanta miseria. Et respondit ei angelus, quod ideo tantus honor fuerat diuini factus, ut remuneraretur ad plenum de operibus suis bonis, nam in inferno erat. Hæremita autem, ut purgaretur a leuibus aliquibus peccatis suis, sic erat mortuus sed in paradiso erat.

§.1. ¶ De murmuratione nota quod secũdũ Rober. Hollrot est quærela cũ impatientia. Et de hac inquit psalmus. 105. contra populum illum antiquum significãtẽ secundum Augu. in gestis suis populũ christianũ, murmuraue runt in tabernaculis suis, & nõ exaudierũt uocem dñi, & eleuauit manũ suam super eos ad puniendum, vbi tria demonstrat Psalmista.

¶ Et quærelam de Deo insinuat. ibi. murmu rauerunt.

¶ Et permanentiam in malis demonstrat, ibi non exaudierunt.

¶ Et pœnam de vitio designat. ibi. & eleuauit.

¶ Quantum ad primum. Tãgit historia quã

§.2. do reuersis exploratoribus de terra promissionis audiẽtes terrã illam eis a Deo promissam ciuitatibus fortissimis munitam, Giganteos homines ibi habitare, cæperunt diffidendo de promissis Dei murmurare dicẽtes. Faciamus nobis duces, ut reuertamur in Egyptum. Et hoc egerunt in tabernaculis suis, ideſt cum essent otiosi. Non enim laborantibus, sed otiosis hoc contingit, dicit ibi glo. Vbi sciendum, quod cum murmuratio importat quærelam, triplex reperitur quęrela contra dominum in scriptura.

¶ Prima est per præsumptionem.

¶ Secunda est per admirationem.

¶ Tertia est per turbationem.

Quærela, uel murmurõ præsũptionis.

¶ De prima dicit. Mat. 20. in parabola uineæ q̃ illi qui uenerũt hora prima ad laborãdum in uinea, cum non accepissent a procuratore nisi unũ denariũ sicut & qui uenerũt undecima hora, murmurauerũt aduersum patrem familias dicentes. Hi nouissimi fecerunt una hora, & pares illos nobis fecisti &c. Vbi dicit Gre. in Homil. quod uenientes prima hora significãt pres primos ueteris testi, & uenientes undecima significãt sãctos noui testi, q̃ recipiunt denariũ, i. idẽ præmium sicut & ſcti antiqui testi & prius, quia immediatè cũ mo riuntur, illi aũt diu dilati sunt. Et illa murmuratio nõ ẽ ꝓpriè aliqua quærela contra, Deũ, cũ q etissimi sint. Sed per suppositionem dr, i. dato q̃ impossibile qd cõqueri vellẽt de clarãt apte q̃ nõ fit eis iniuria, vel diminutio debitæ mercedis, sed iustè vnicuiq; tribuit. Nico. tñ de Ly. sup illũ tex. aliter dicit. ſ. qd gẽtiles cõuersi ad fidẽ sũt uenientes. 11. hora, q̃ receperẽt tãtã grãm, q̃ ẽ quoddã principiũ gloriæ q̃ta & Iudæi in principio cõuersi, ut apostoli cũ aliis discipulis, vl et ſctr ueteris testi. Nõ. n. ẽ aliud gloria q̃ grã cõsumata. Vñ Rom. 6. Grã Dei uita æterna. ſ. ẽ. Videtes et go Iudæi qd gẽtiles cõuersi ad fidẽ recipiebãt grãm ſpũſanctı i ſigno uiſibili ſ. in ſpem ıguis, ſicut & apoſtoli. Vñ & act. 10. dr qd loquẽte Petro. ſ. Cornelio cẽturioni & familiæ ſuæ cecidit ſpiritus ſanctus ſup oẽs q̃ audiebãt verbũ, nõ intelligẽtes myſterũ q̃ ſi murmurabãt repurãtes gẽtiles indignos tãta grã. Vñ dr ibi qd obſtuperũt q̃ uenerãt ex circũciſione dicẽtes, q̃ & grã ſpũſanctı in nationibus. ſ gentilũ diffuſa eſt. Sed & reuertẽte Petro. ad Iudæos cæperũt cõquæri de eo, quod ad Cornelıũ gentilẽ diuertiſſet, quibus ſatisfecit declarãs, quõ ſibi oſtẽſum eſt p uiſionẽ ſ. linthei de cęlo ſubmiſſi pleni aialibus imũdis, & ei dictum qd mactaret de illis, & manducaret &c. q̃a & gentes ẽt uocãdæ erant a Deo ad grãm ſuſcipiendã. Nec pr q̃s de Deo iuſtè cõquæri, quare det gratiam uni magis q̃ alteri, & quare magis uocauerit gẽtiles ad fidẽ quã Iudęos, q̃a in eo nõ habet locũ acceptio pſonarũ cũ nulli ſit debitor. ¶ Secũda q̃ Murrela eſt p piam admirationem. Videtes enim mur ad ſanctı malos exaltari, bonos de primi & con miratio culcari, aliq̃n conquærũtur de Deo non ita nis. ſcendo, ſed admirando de iudiciis Dei, & iſto mõ. Hiero. 12. c. quaſi murmurãs contra Deum inq̃t. Iuſtus quidem es dñe ſi diſputẽ tecum uerumtamen uera loquar ad te, quaſi dicat. Scio & ſic fateor te dominum in omnibus operibus tuis iuſtum, tñ miror de hoc q̃ ego dicam q̃ utiq; uerũ eſt ut cernitur. Quare uia impiorum proſperatur? uia. i. ſtatus ſecũdũ mũdũ impiorũ ſ. eorũ. ſ. qui in pietate fidẽ, & chriſtianæ religionis deficiunt non credentes aliam vitam eſſe niſi præſentem. Benè eſt his qui pręuaricantur. i. egrediũtur de via mandatorum tuorum, ſequẽtes uiam dęmonum. i. uitiorum, & iniquè agunt. i. cõtra æquitatem, & iuſtitiam nocentes proxi mis. Plantaſti eos, & radicem miſerunt. i. teoperante, uel permittente uidentur firmati in diuitijs, & honoribus, & potentia terrena, & ita ra-

ita radicati & fundati, ꝙ non possint perdere talē statum ꝓsperitatis. Prope es tu. s. ort eorū situ Deus. Nā si quid petūt, & desiderāt de rebus mūdi, quia alia non quærunt, ipsi obtinēt ac si eos exaudias, & lōge a renibus eorū. Renes in scriptura significant delectationes corporales, quia ex renibus exciditur semen, vñ sequitur delectatio carnis maxima. Et vult dicere. Si quas appetūt delectationes prauas, tu es longe ab hmōi. i. non impedis, sed permittis eos assequi quod cupiunt in hmōi. Deinde loquitur de se qui iustus erat. Et tu dñe noſti me. i. cognouisti me. i. scientia electionis, & approbationis, & vidisti me oculis tuæ gratię qui sunt dona spiritussancti me inspexisti, & probasti cor meum. i. multis tribulationibus, persecutionibus, temptationibus, examinasti tecū. i. in oibus inuenisti me tecū esse non recedendo a te neque a gratia tua. ¶Ecce quærela de exaltatione impii, & tribulatione iusti. Sed immediatè recurrens ad rōnem illustratam a spiritusancto subdit. Congrega eos quasi gregem ad victimam. q.d. Certe uideo iustitiam tuam Deus in hoc. Nā quia hmōi reprobos deputas ad damnationem æternā ꝓpter eorum malā uitā, tu Deus facis sicut macellarius facit, qui vitulos & porcos quos vult victimare. i. occidere, dat eis pluries blada, & bona potagia quibus pinguefiant, vt ipsa animalia pinguiora sint in morte, & sic congrega. i. congregabis, vitulos aūt quos nō vult occidere: sed viuere ponit ad aratrū, & alios labores. Sic tu Deus das istis reprobis abundantiā tpaliū, ut plenius remunerētur in pñti si qua bona faciunt, & abūdantiori pœna in inferno postea crucientur ex malo vsu tantorū bonorum. Electos aūt tuos affligis, & laboribus exponis quos ad uitā reseruas æternā. Et sequitur de malis qui prosperātur. Et sanctifica eos in die occisionis. i. ad cōplementū temporalis ꝓsperitatis eorū i die occisionis. i. mortis suæ sanctifica. i. permitte, ut habeant honorē & sepulturā magnificā acsi essent sancti, ꝙ tñ est eis ad maius iudiciū, vñ sanctifica. i. sanctificabis. Hanc ēt piā quærelā ponit ps. d. Ecce ipsi peccatores q. s. dicūt si est scia in excelso. q. d. Deus nō cognouit ista facta mundi, nec curat de eis. Et abūdantes in sęculo. i. in secularitate in uitiis mundi, superbia, auaritia, & luxuria, obtinuerunt diuitias in pecuniis, uestib. lapidib. ꝑciosis, palatiis magnis, & famulis, & dixi ista cernēs secūdū sensualitatē, & primū morū ēptationis ego Dauid. Ergo sine cā iustificaui cor meū. i. sine vtilitate exercui me in obseruatione mādatorū Dei, & opib. virtuosis & iustis, vñ cor efficitur iustū & sanctū, & laui inter innocētes manus meas. i. actus mei innocentes fuerūt, & si in aliquo offendi, aqua pniæ laui & purgaui, & tñ fui flagellatus tota die & castigatio mea in matutinis. i. cum repi me in die grę fui flagellatus diuersis tribulationib. & tñ si aliqñ in curri in noctē culpæ fui a Deo castigatus diuersis aduersitatib. sed a Deo illuminatus subito dixi sm rōnē. Si dicebā narrabo sic. i. talem esse retributionē malorū, qualis cernitur in uita præsenti & non alia. Ecce nationem filiorum. s. ꝑ adoptionē, & gratiam, & spālem amorē. Nam vt dicitur Iudith. 8. Oēs ab initio qui Deo placuerūt ꝑ multas tribulationes transierunt fideles, & Hæbr. 12. Flagellat Deus omnē filium quē recipit. Sed si non est alia retributio q̄ dñs, cum mali bona habeant, & boni mala rō aūt iustitiæ dictat, vt malus mala habeat, & bona bonus, ergo boni qui tot mala patiuntur reprobi habebuntur & mali electi Dei. Aestimabā, vt cognoscerē sm hoc iudicium superficiale, ꝙ frequēter fit sm sensitiuā. Sed hoc labor est ante me. s. ad cognoscendum quare Deus det bonis aduersa, & malis prospera. Donec intrē in sanctuariū Dei. in secretum suorum iudiciorum per visionem vel reuelationē. Et intelligam in nouissimis eorū in fine quid eis reddatur. Nam ut dicit Gre. in 4. moral. Occulta sunt iudicia Dei utiq; cum malus bona hēt, & bonus mala, sed longe occultiora, cum malus mala, & bonus bona habeat. Nam incertū si malus hēt mala ad initium suæ damnationis, vel ad emendationē, & bonus si bona habeat ad maiorē sui prouocationē ad diligendū Deum, ex beneficiis multiplicatis, an illa recipiat ad remunerationē bonorū, quæ facit. Et ideò sancti magis timent, & dubitant in ꝓsperis, quam in aduersis, hoc aūt intelligetur in nouissimis qñ videbuntur status hominū in alia uita. Verumtñ deiecisti eos, scilicet reprobos dum alleuarentur. i. superbè vtrētur hmōi bonis tpalibus. i. de statu felicitatis rpalis ad statū miseriæ demersisse, quo facti sunt in desolationem subito defecerunt &c. Non est ergo respiciendū a pñtem felicitatē, sed futurā, nec cōquerendum ꝙ mali bona habeāt, sed considerandum quo vtantur, quia si malè tuto maius iudicium eis præparatur. Aliquando etiam murmuratio, quæ est sine peccato accipitur pro quadam querela seu tristitia ꝓcedente ex defectu boni spiritualis, quem in se videt, vel in alijs, & sic sumitur in psal. ubi loquens propheta de cōuersione Iudęorū ad vesperū. i. in fine mundi ait Ips. dispergentur

Quare mali prosperant, & iusti affliguntur.

Sancti magis timent in prosperis quā i aduersis

per diuersas partes mundi ad manducandū. i. ad incorporandum alios in ecclesia. Si verò non fuerint saturati. i. si non conuertātur quibus prædicabunt vt optant murmurabunt. i. contristabunturcontra illos, & conquærentur de duritia eorum. ¶ Tertia quærela est cū turbatione, & ista propriè est murmuratio & peccatū, de qua dr Eccl. 10. Vir prudēs & disciplinatus nō murmurabit correptus. Hāc docet cauere Ap. ad Phil. 2. Oia agite sine murmurationib. Sed & ista murmuratio mala triplex est.

Murmurō turbatiōis.

¶ Aliquando contra socium.

¶ Aliquando contra prælatum.

¶ Aliquando contra Deum.

¶ Murmurat quandoque aliquis. i. conquæritur contra socium seu proximū, quia non seruit sibi prout vellet, vnde dicitur. Eccl. 29. de eo qui accipit mutuum a proximo, & cum repetitur ab eo murmurat, sic inquit. Multi quasi ad inuentionē æstimauerunt fœnus. i. quasi inuenerunt nō reddendū vnq; æstimauerunt mutuū eis factū, & sequitur in auctoritate. & præstiterunt molestiā his qui se adiuenerūt: Donec accipiant osculantur manus dantis, & in tpe restōnis postulabit tps, & loquetur verba tedii & murmurationis tps causabitur. Si aūt poterit reddere aduersabitur. Aliqñ etiā murmurat quis cum vī nimis grauari in obsequiis vel operibus, vt cū pauperes, vel religiosi petunt eleemosynas, & hi a quib. petuntur murmurant dicentes. Isti indiscreti sunt, & non faciunt nisi petere & si dant murmurādo dant. Sed dicitur. 1. Pe. 4. hospitales. s. ad subueniendū sine murmuratione. Sic Martha murmurabat cōtra Magdalenam, quia non iuuabat eam ad administrandū. Et Iudas de effusione vnguenti dicens. Vt quid perditio hæc &c. ¶ Aliqñ immo & sæpe murmuratio fit contra præsidentes. s. eo quod non prouideant subditis vt vellent, vel non æqualiter oībus. Sic murmurauit populus ille hebreoīū cōtra Moysen ducē suū in deserto Syn cōquerendo de defectu cibi, vt habetur. Exo. 16. Et in Raphidim conquærendo de defectu aquæ. Exo. 15. Et contra Aaron sacerdotē suū summum q; vsurpasset sibi sacerdotium, & quod fuisset causa ipsæ Moyses mortis. 260. sacerdotum qui combusti fuerant ab igne immisso a dño propter superbiam & murmurationē eorum contra Moysen & Aaron volentes vti sacerdotio, vt Aaron vt hī nu. 16. & 17. In quibus murmurationib. manifestè se habuerunt contra murmurantes de eis, & recursum habuerunt ad Deū cum orationib. Et in ecclesia primitiua surrexit murmur Græcorū. s. cōuersorum ad fidem contra Hæbreos, eo q; viduæ eorū despiciebanī in ministerio quotidiano, vt dr act. 6. Et vel qa nimis gratabant in opibus manuū, vel qa nō ita requirebātur, vt hæbreæ qē reputabant sibi ad cōtemptū vī conquerebātur. Sed apostolis ordinātib. septē diaconesqui sup hoc hērent curā sedatū est murmur. Istud vitiū multū cōturbat cōgregationes religiosorū, & pacetollit, & ideò grauiter puniendū. Vnde dr di. 90. Alienus sit a fratrū vnitate qui murmurauerit, & opus eius abiiciatur qui murmurās extiterit, ne pœnas murmurantiū incurrat, de quo ait Apostolus. 1. Cor. 10. Neq; murmuraueritis, sicut quidam eorū murmurauerūt, & perierunt ab exterminatore, dicit ibi gl. sup verbo opus eius abiicitur, opus clerici p̄cipue oratio dr, & opus laici est oblatio. Et sic vī dicere, q; clericus pp murmurationē debet separari ab aliis in oratione, quasi excōicatus, & laici oblatio nō debet recipi. ¶ Aliqñ fit murmuratio contra Deū. Vñ Num. 14. dixit dñs. Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat cōtra me? Vtiq; q̄dā blasphematio creaturæ est, vt q̄ plus accipit a Deo quā aliæ creaturæ cōqueratur de Deo, q; non agit mō suo, & sm velle suū, quasi sapientior sit Deo, & melius cognoscat qd expedit sibi & aliis quā Deus. O q̄ fatue conquæritur infirmus de medico, ex eo q; nō sibi concedit cibos placitos gustui suo infecto: sed sibi displicibiles, & tñ vtiles, vñ Tre. 3. dr. Quid murmurauit hō viuens vir pro peccatis suis? q. d. Quō audet cōquæri de Deo in tribulationib. cum eas mercatur pro peccatis suis? Sed q; pius est, qa dñs prohibet hmōi murmurationes quotidie hoies interant, & hoc dr in 2. parte. ¶ De secūdo principali, s. permanentia in hoc vitio notatur cum dr. Nō exaudierunt vocē dñi. i. nō obedierunt sermoni dñi, istud vitiū detestantis, & prohibentis. Vñ & per sapientē inquit Sap. 1. Custodite vos a murmuratione q̄ nihil prodest, imò multum nocet. Et Apostolus. 1. Cor. 10. Neque murmuraueritis sicut quidā murmurauerunt, s. eorum. Et nota quòd tripliciter murmuratur de Deo. ¶ Primo de nimia seueritate. ¶ Secundo de nimia benignitate. ¶ Tertio de aeris inæqualitate.

Murmurō contra socium.

Contra Deum.

§. 4.

Contra prælatos.

¶ Murmurant aliqui, & conquæruntur de Deo cum multum affligūtur, vel magna paupertate, vel infamia, vel persecutione, vel infirmitate, aut tentatione dicentes Deum esse crudelem erga se, vel alios tribulatos, & plus aduersitatis eis dare quam possint portare.

Murmur de nimia afflictione

portare,& se a Deo eē derelictos,& abiectos. Sed o quam magnā falsitatem illi loquuntur. Omnis doctrina sana gentiliū,& catholicorum clamat Deū piissimum, & clementissimum fore omnem aduersitatē ab eo procedēr,& electos suos sibi acceptissimos multipliciter hic flagellare,& tunc magis eis adesse. (Fidelis Deus ait Apostolus. 1. Corinthi. 10.) q nō pmittet uos tentari super id q potestis,sed cū tentatione faciet prouētū, ut possitis sustinere. Et rō ē quia ipsæ cū tribulatis qui sunt parati ad sustinēdū portat onus. Cū ipso(inqt per ps. 90. sum in tribulatione eripiā eum,& cito quia breuissima & quasi momentanea est uita nostra & glorificabo eū ex inde. Hoc autem habet pro certo omnis, qui colit te, dicit Sarai vxor Tobiæ iunioris quia uita eius si in tribulatione fuerit liberabitur,si in probatione coronabitur,si in tētatione ad misericordiā tuā puenire licebit. Nō enim delectaris in pditionib. nostris,sed post tempestatē tranquillū facis,post lachrymationem & fletū exultationem infundis. O q̄ elegāter circa hoc Gre. in mora. loquitur. Si(inquit) Deo iusta placere simus & pati nulla ni si q̄ Deo placuerit possumus iusta sūt cūcta q̄ patimur,& valdè iniquū est si de iusta passione murmuramus,hæc ille. Certe multū eēt arguēdus reus si murmuraret de iudice eo q̄ facit eū flagelis aliquātulū cedi cū mortē ac cerbissimam meruerit. Cūt agit oēs in modū intremus cū debito mortis ęternę,& oium pænalitatū,qūo audemus murmurare,& cō q̄ri de Deo piissimo q̄ flagellet nos tpalit̄ p æternalit̄ meremur puniri. Sed & ipsis flagellis multiplicē consolationē infundit,& p̄ mii coronā sup imponit. Beatus uir qui sust. tent. qm̄ cū pba fu. ac. eo. ui. lac. 1. In omni tribulatione est tentatio. i. murmur ac impatientia. Non ergo murmurandum in tribulationibus est,sed patienter ferendum. Cum & maximi sancti qui inocenter uixerunt grauia passi sunt & libenter. Vñ Iob. 33. Dicitur de tribulato. Respiciet homines & dicet,peccaui & ut eram dignus non recepi, idest tribulatus respiciendo homines sancto, & perfectos quanta passi sunt,fatetur,& recognoscit se peccatorem,& nō tantum affligit quātum merentur peccata sua. ¶ Secundo murmurant aliqui de nimia benignitate Dei,uel quia recipit magis nos peccatores ad pœnitētiam,& dat eis magna dona,vel tolerat male agentes tam diu in malis suis & nō punit, uel quia dat impiis & sceleratis magnas, prosperitates. Et sic scribæ & Pharisei murmurabāt cōtra Iesum dicentes, Quia hic peccatores recipit & manducat cum illis Luc. 15. & iterum Lu. 19. murmurabant quod ad hominem peccatorem scilicet Zacheū diuertisset,scilicet ad eundum in domum suā,sed maximè ostendit Lu. 15. per parabolam centum ouium,& decem dragmarum,& duorū filiorum quorum minor prodigè cōsumpta superbia reuersus est ad patrem &c. quā a sit domino Deo cura de peccatorum cōuersione & quantum gaudium in curia cęlesti, Vnde. & 2. Re. 14. dixit sapiēs illa mulier Tecuites. Nec uult Deus perire animā,sed retractat cogitās ne penitus pereat q̄ abiectus ē per hęc & alia uerba induxit Dauid ad reducendū filium suum Absalon exulem factum ppter fratricidiū ad ciuitatem suam Hierusalē,figuras in hoc ecclesiā quæ præcibus suis aditum obtinet peccatoribus qui occidūt fratrē suū idest animā peccantis ad uenā,& ad ciuitatē ecclesiæ unde exules facti sūt. Quod autē Deus sustineat peccatores magna benignitas,& patiētia Dei ē non repræhendēda, sed dulciter amplexanda & uenerāda. Quis ē. n. ille tam innocens qui uelit subito puniri de defectibus suis,certe nullus, unde & poeta. Si quoties peccāt homines sua fulgura mittit Iupiter exiguo tēpor nullus erit. Expectat ergo diu ut victi eius benignitate homines reuertātur. Esa. 30. Expectat uos dñs ut misereatur uestri ,pterea exaltabitur parcēs uobis. Maximè enim suam omnipotētiam parēdo manifestat. Vnde & Hier. Moderatio Dei, ac pietas solum nostrum reditum quærit, ac nos cupit sua lōga bonitate saluari. Sed si nō conuertimur si duri colli sumus,si vsq, in finem in malè perseueramus,assiduè peccantium non miseretur Deus dist. 93. diaconi. Quinimmo quāto quis diutius expectatur si non reuertitur,grauius punitur. Vnde Valerius maximus. Lento quidem gradu ad sui uindictam diuina procedit ira, tarditatē supplicii grauitate compensat. ¶ Exemplum notabile de Carpo discipulo Ioānis qui auidè desiderabat punitionem cuiusdam conuersi ad fidem, qui seductus fuerat a Iudęo ad fidē abnegādā sup quo orās habuit uisionē formacis ardētis, vñ exibant capita serpētē trahentiū illos duos Iudæum & seductū ab eo paulatim i fornacē, q̄ ipsæ Carpus delectabiliter aspiciebat,& cito itus trahi eos optabat ex zelo iustitiæ. Sed Christ⁹ desup appuit eripiēs eos d̄ piculo,& Carpū reprehēdit d̄ suo zelo dicēs se iterū patū ad crucē subeūdū pp peccatore. Vide hoc plenī⁹ i legēdis i legēda resur-

Murmur de nimiæ benignitate.

Deus ob benignitatē sustinet peccatores.

Exēplū de Carpo.

rectionis circa finem. Sed & si prospera malis in peccato perseuerãtibus Deus tribuit, hoc agit ad recribuendum eis mercedem de illo modico bono quod faciunt hic ne sit irremuneratum. Quam rationem assignat Chry. de pæ. di. 3. quid ergo turbamur in fine. ¶ Tertio alii murmurãt cõtra Deũ aeris intemperie, ut cũ ẽ multa siccitas vel cũ est nimia mũdãti a aquarum, uel cum est intẽsus calor vl frigus perdurans, & huiusmodi quasi Deus non bene disponat ista. Sed iniustè murmurãtur. Nam vt dicitur Sapi. 8. Sapiẽtia Dei disponit omnia suauiter. Sed quia non agit secundum uelle nostrum, ideo murmuramur quasi simus sapiẽtiores Deo, & uelimus eũ istrue re quomodo debeat mundum gubernare.

Exẽplũ. ¶ Exemplum legitur in Vitas patrum de quodam sancto patre qui nunquam in horto poterat habere herbas uel fructus bonos, quia sæpe murmurabat de aeris intemperie accedens autem ad quendam alium hæremitam inuenit eum pulchrum hortũ habere, & oleribus, & fructibus repletũ. Interrogauit quomodo ei hoc acciderit, & quid faceret. Respondit quod colebat & serebat, & residuũ, Deo committebat non postulans pluuiam, uel serenum, sed Deo dimittens totum ex ꝙ exemplum compunctus, sic & ipsæ fecit, & postea ipsæ bonum hortum habuit.

§. 4. Pæna murmurantiũ. ¶ Tertium principale scilicet pænam quam Deus infert pro uitio murmurationis ostendit psal. dicens. Leuauit. s. Deus manũ suã sup eos. s. ad ꝓsternẽdũ i deserto diuersis modis. Vñ dixit deus Num. 17. Oẽs qui murmurati estis i deserto a. 20. ãnis & supra, & murmuraſtis cõtra me nõ intrabitis in terrã sup ꝙ leuaui manũ meã ut bitaꝝ uos facerẽ i ea pter Caleph & Iosue. Et sic pp peccatũ murmoratiõis ꝙ fecerũt cõtra Deũ ꝙsi nõ posset eos itroducere i terra ꝓmissionis postꝙ reuer si sũt exploratores terræ illius dicẽtes illã patriã fortissimã, & inexpugnabilẽ, vñ & uolebãt sibi ducẽ facere ad reuertẽdũ in Egyptũ illa quadrigẽta milia uirorũ ꝙ numerati sũt nullus eorũ introiuit, sed mortuis sũt diuersis tẽporib. in deserto exceptis illis duob. Caleph & Iosue, ꝙ nõ murmurauerat. Et hoc ẽt figurat ꝙ murmuratores nõ ualẽt intrare in regnũ cælorũ figuratũ ꝑ terrã illã. Quod & Gre. dicit i homilia. s. ꝙ nullus ꝙ murmurat i regnũ cælorũ intrare ꝑt, ꝙ uerũ ẽ qñ ẽ mortaleſ. cũ odio Dei, vl hoim, vel tãta displicẽtia ꝙ decidat a charitate Dei, vl ꝓximi, uel cũ ex locutiõe murmuris sequit norabile scãdalũ aliis & sicut tale uitiũ excludit a regno ita cõsequenter inducit ad ẽternum interitum. Vñ in epistola Iudæ dr. Ecce venit dominus in sanctis milibus suis facere iudiciũ contra oẽs, & arguere oẽs impios de omnib. operibus impietatis eorum quibus impiè egerunt, & de omnibus duris quę locuti sunt cõtra Deũ. Hi sunt murmuratores & quęrulo si secundum desideria sua, & hæc uerba dicũtur ibi esse Enoch. Sed in via ista aliquãdo punit Deus istos murmuratores. Vnde legitur in Vitas patrum quod cum quidã frarer audiret frequẽter cõfratres suos religiosos hre uarias cõsolationes, & dulcedines de diuinis in oronibus & meditationibus suis, ipsę nihil tale experietur, sed aridũ & insipidũ se sẽ tiret & tediosum, quadã uice de nocte accessit ad eccleſiã, & añ imaginẽ crucifixi stans, cę pit fortiter murmurare, & cõqueri in hęc uerba prorũpẽs. Domine si ego seruissem alicui terreno dño tãto tpe quãto seruiui tibi i hac religione, & tñ laboraui ꝓ amore tuo, impossibile esset quin aliqua uice ostẽdisset mihi aliquando signũ amoris & affectionis, & lætã faciem exhibuisset, & aliquando donum, vel gratiã impartiret. Ecce tot ãnis seruiui tibi, qui diceris liberalissimus, & piissimus prædicaris, & nũquã dedisti mihi unã paruã consolationẽ. Alis tot concedis quot sępe audio mihi aũt es ita crudus. Et quare dñe tãta duritia erga me? Nunquid & ego nõ seruio tibi? Cunq, hæc & similia loqueretur ecce sentit se subito reno ꝑcussum ex quo ictu cecidit in terram quasi mortuus. Aduenientibus fratribus aliquibus, & nescientibus casum ipsum, nec loqui ualentem ad infirmariã deportauerunt ubi loquelã, & uires aliquãtulũ recuperans per aliquot dies. manſit infirmus cum tanto fætore, ut uix posset ei aliquis seruire. In qua infirmitate, peccatũ suum recognoscẽs, & cõfitẽs, fecit se portari ad eccleſiã añ illã imaginẽ crucifixi, ibi humiliatus dicere cepit. O dñe Deus meus quã iustè, quã piè me superbissimũ murmuratorẽ castigasti gratias tibi ago dñe Deus meus, nec. n. aliud mereor pp impaciẽtiã & superbiam meam. Et subito audiuit uocem sibi dicẽtem. Oportet humiliari qui uult consolari. Vnde sic humiliatus postea sensit consolationes spirituales.

Exẽplũ.

Murmurans in Regnũ cælorũ non intrabit.

De *Clamore.* Cap. 3.

CLamor ponitur inter filias iræ secũdũ Gregorius, & Thobias qui in hoc consistit ex ira uoces clamosas, sed confusas proferre. Misceturque communiter cum cõ-

tumelia

cumelia, vel contentione. De clamore inqt ps. 31. Inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Ossa animæ, sunt uires animæ naturales, ut intellectus, uoluntas, & hmõi, in quibus consistit robur animę quibus operat, sicut in ossibus materialibus consistit robur corporis. Istę autem uires inueterascũt. i. debilitantur ad bene operandum per clamorem uitiosum. Sed sciẽdum quod est triplex clamor, uidelicet.

¶ Clamor intensæ affectionis.

¶ Clamor horrẽdę uel indefensę offensionis.

¶ Clamor confusæ perturbationis.

¶ Primus impetrat exauditionẽ. Secundus ꝓuocat cælestem punitionem. Tertius excitat ad scandalizationem.

§. 1. ¶ Primus clamor est cũ quis magno affectu desiderat vel petit aliquid a Deo secundum illud ps. 118. Clamaui in toto corde meo exaudi me dñe. Dicit Greg. qđ multũ clamat qui multum amat. Vnde & Moyses cum sup mare rubrum cum filiis Israel maneret, & Pharao eos persequeretur ad inducẽdum in Aegyptum oranti Moysi silenter dixit dominus, quid clamas ad me. Exo. 14. Clamore eius erat intẽsum desideriũ quo orabat. Istę aũt clamor intrat in aures Dei, ita quod meretur exauditionem, sic dominus repromittit di. in ps. 90. Clamabit ad me. & ego exaudiam eum. Vnde & de populo Israel cum ꝓpter peccata sua diuersis tribulationibus, & captiuitatibus urgeretur, dicitur in psal. 106. Clamauerunt ad do. cum tribularentur, & de necessitatibus suis liberauit eos, ut patet in l. iudi. per totum. Sic Cananea clamãs post Iesum fuit exaudita, & sanata filia. Matth. 15. Sic cæcus magis ac magis clamans. Miserere mei fili Dauid, fuit illuminatus. Luc. 18. Sed & prędicator isto modo debet clamare in populo. s. ex in immo affectu, & sic audit uirtuosè, & fructuosè, sic Christus clamabat in templo non solum uoce, sed intenso desiderio, si quis sitit ueniat ad me, & bibat. Ioan. 8. Sic & Ioan. Bap. dicitur uox clamantis in deserto. Matt. 3. De hoc autem clamore non intelligitur uerbum psal. Quia in ipso non inueterascunt, sed iuuenescunt ossa animæ.

§. 2. Clamor offensionis. ¶ Secundus clamor est horrenda aliqua commissa iniquitas. Esa. 58. Nolite ieiunare sicut vsq; in hanc diem, ut audiatur in excelso clamor uester. s. uestrorum scelerum, quia talia ieiunia cũ his nõ placent. Tria autem uitia prędicipue sunt, quæ prę sui horrore clamant ad Deum uindictam, & celerem punitionẽ. s.

¶ Homicidium.

¶ Sodomia.

¶ Oppressio pauperum.

¶ De primo dicit dominus ad Cain, postquã Abel fratrem suũ occidit. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Gen. 4. Et quid nisi, vt tantũ scelus debeam punire celeriter. Vnde subito factus est vagus & ꝓfugus, & tremulus in mẽbris. De secũdo dixit dñs Abrahæ. Clamor Sodomorũ & Gomorreorũ ascẽdit ad me de terra, & qd clamabat illorũ nefas nisi subitã vindictã, quæ q̃ citius secuta est subuersis illis quinq; ciuitatibus igne, & sulphure. De tertio dicit Exo. 3. Clamorẽ eorũ audiui pp duritiã &c. Et loquit de oppressione facta Hæbreis a Pharaone & populo suo q̃ cito punita ẽ ꝓ multa flagella. Demum aũt i mari rubro submerso Pharaone cũ exercitu suo. Exo. 1 . & Iac. 5. Ecce merces. operariorum uestrorum q̃ fraudata est a vobis, clamat & clamor eius i aures dñi introiuit, &c. Dicitur ẽt clamare peccatum dum trahit ad aliud, & clamat vindictam cum nõ pẽniter, sed addit quis malũ malo, sm illud Esa. 34. Et clamabunt pilosi alte. ad alterum. Quod exponẽs Gre. ait. Pilosus ad pilosum clamat, dum perpetrata iniquitas perpetrandam uocat. De hoc clamore intelligitur dictum ps. Quia dum quis clamat tota die. i. dum addit peccatum peccato sic inueterascunt, & magis ac magis debilitãtur potẽtiæ animæ ad bene operãdũ. Et quod inueterascit ꝓpter interitũ est dicit Apostolus, & sic clamat uindictã.

§. 3. Clamor turbationis. ¶ Tertius clamor est procedẽs ex turbatione & hic ẽ filius iræ de qua Apostolus ad Ephe. 4. Omnis clamor, ira, & indignatio tollatur a uobis, Et licet de se illud non sit mortale, potest tamen esse uel ratione causę ipsũ producentis, ut si procedat ex odio, vel ira mortali uel ratione materię in eo continentis, ut si clamando contumeliam inferat, uel contentionem contra ueritatem rei importãtis, uel ratione scandali ex eo sequentis, ut cum fit a notabili persona ex ira, vnde alii notabiliter scandalizentur. Et illo modo dicit psal. in ꝑsona Christi patientis de Iudæis. Aperuerũt super me os suum sicut Leo rapiẽs, & rugiẽs quando uidelicet Pilato clamantes uocibus magnis dicebant. Crucifige crucifige eum, ut testantur omnes euangelistæ. Et de hoc etia potest intelligi dictum ps. 32. Inueteraueriũt ossa mea, dum clamarem tota die. i. frequenter. Et quia huiusmodi clamor cum ira generat scandalum & per iram & filias eius homo scandalizet, & scandalizetur sæpe, ideò de scandalo in c. se. dicendum est.

¶ De

¶ *De scandalo multiplici. Cap. 4*

Scandalum dif finitur.

SCandalum oritur in aliquo ex clamore inordinato alterius, & ex aliis uitiis pertinentibus ad iram, necnon ex multis actibus uariis aliorū peccatorum. Diffinitur aūt sic. Scādalum est dictum, vel factum minus rectum prębēs occasionem ruinæ, Quæ diffinitio traditur ex verbis Hiero. super Matth. ¶ Pro cuius declaratione dicit b. Tho. 2. 2. q 43. art. 1 ut Hiero. dicit, q Græce scādalon dicitur, nos offensam, vel ruinam, & in pactionem dicere possumus. Contingit. n. quandoq; quòd alī cui exponitur aliquid in via eunti corporali cui rei impingens disponitur ad ruinam siue casum, ut si ponatur lignum, vel lapis in quē impingat, vel aliquod lubricum, sup quo pedē ponēs disponatur ad casum, & talis obex dicitur scandalū. Similiter in processu uię spiritualis contingit aliquem disponi ad ruinā spiritualem alterius ex dicto uel facto inquātum s. aliqs sua suasione uel inductione, uel exemplo trahit alium ad peccandum, & hoc propriè dicitur scādalum. Vnde ps. 139. Iuxta iter. s. quo incedebā in uia spirituali bonorū operū scandalū posuerunt mihi. s. inimici mei homines mali, & hoc malis exēplis suis. Nihil autem secundum propriam rationem disponit ad ruinam spirituālē, nisi quòd habet aliquem defectū rectitudinis, quia id qđ est perfecte rectum magis iuuat hominē circa casum, q̄ ad ruinam inducat, & ideo cōuenienter diffinitur, ut dictum est. ¶ Declarādo autem singulas particulas diffinitiōis, ideò in diffinitione ponitur dictum, vel factum, non autem concupitum, quo etiam modo cōtingit peccare, quia dicta & facta exteriora sūt, & aliorum sensibus obiiciuntur, unde quis p̄t induci ad ruinā. Sed cōcupita, uel cogitata ab intra sunt & uideri non possunt, unde nec scandalizare, seu ad ruinam disponere ualēt. Ideò autem subditur minus rectum, nō quia rectum, sit quāuis aliud sit magis rectum, sicut dicimus rectum esse seruare mādata, sed rectius seruare consilia, sed dicitur minus rectum, quia habet aliquem defectum rectitudinis illud dictū uel factū. Et hoc uel qa est scđm se malū sicut peccatum, uel quia habet speciem mali, sicut cum aliquis recumbit in idolio, quanuis secūdum se non sit peccatū si aliquis hoc faciat non corrupta intētione, tñ quia habet speciem, seu similitudinem uenerationis idoli, p̄t alteri prębere occasionem ruinæ, & ideò Apostolus monet. 1. Thess. 5. Ab oī specie mali abstinete uos. Compręhēdūtur ergo in minus recto tam ea, quę scđm se sunt mala, quā ea q̄ habēt speciem mali.

Delaratur diffinitio.

Dicitur aūt prębens occasionem ruinæ, & nō prębens causā, ex eo quia eam importat in ductiuum perfectum, & sufficiens ad aliqd. Occasio autem dicit causam seu inductiuū, & insufficiens a se. Nihil autē potest esse alteri sufficiens causa peccati, quod ē spiritualis ruina, nisi propria uolūtas. Sed dictum, vel factum alterius potest esse alteri solum causa imperfecta; & aliqualiter inductiua ad peccatū, nō autem perfecta causa, & ideo dicitur occasio, ut importet causam imperfectā non causam per accidēs semper, & tamen nihil prohibet in quibusdam diffinitionibus poni id, quod est per accidens. ¶ Item nota, quod dicitur prębens occasionem, aliud est enim prębere occasionem, aliud ex se occasionem accipere. Dictum enim vel factum alterius potest esse alteri causa peccandi dupliciter. Vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem, quando aliquis suo malo verbo, uel facto intendit alium inducere ad malum, uel etiam si hoc ipsæ non intendat, tamē ipsum verbum, vel factum est tale, quod de sui rōne habet quod sit inductiuum ad peccādum puta cum aliquis publicē facit aliquod peccatum fornicationis, blasphemiæ, & huiusmodi, vel facit quod habet peccati similitudinē vt si uir habeat multam familiaritatem cum muliere suspecta, & tunc propriè hoc faciens prębet occasionem ruinæ, & est in eo scādalum actiuum quod est speciale peccatū. Per accidens autem uerbum unius uel factū, est alteri scandalum, quando etiam præter intētionē operantis, uel loquentis, & præter cōditionē operis, vel verbi dicti aliquis pp malā sui dispositionē ex opere alterius inducitur ad peccadū, puta cū aliquis inuidet bonis operibus alterius, & tunc qui facit actum rectū non dat occasionē inuidenti ruinæ suæ quātū in se est; sed ille sumit sibi occasionem secūdū illud Ro. 7. Occasiōe aūt accepta p legē &c. Et ideò ē ibi scandalū passiuū sine actiuo. i. absq; hoc, q̄ aliqs det illi occasionē ruinæ Sed passiuū simul & actiuū ē ex eo. Et sic. qñq; reperit scādalū actiuū sine passiuo ut cū ītēdit suo opere inducere ad malū, sed ille nō acquiescit, quandoque actiuum, & passiuū, ut cū quis agit malum intendens alium inducere ad ruinam vel de se illud opus est ad hoc inductiuum, & alius ex hoc ruit in peccatū, quandoque passiuum sine actiuo, ut cum q̄s ex bonis operibus alicuius ruit puta inuidēs detrahens, irascens, & huiusmodi.

Prębere occasionem, & accipere occasionem.

De

§.1. De euitatione scãdali.

¶De scãdalo qũo possumus ipsum a nobis remouere docet psal. dicens in psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Sed contra, quia quod est necessarium euitari non põt, sed necessarium est euenire scandala Christo dicente. Necesse est vt eueniant scandala. Matth. 18. Ergo diligendo legem Dei, etiam per hoc scandalum vitari non poterit. Rñdet b Th. 2. 2. q. 43. art. 2. q̃ auctoritas illa non est intelligenda de necessitate absoluta, quin. s. homo posset uitare scandala inquãtum sunt peccata, sed de necessitate conditionali. Et hoc tripliciter, vel quia necesse est præscita a Deo, vel prænunciata euenire ut coniunctim accipiatur, quæ quidem præscientia non tollit libertatem arbitrii, qn hõ liberè subeat, vel vitet scandalum, vel necesse dicitur vtilitate finis, quia vtilia sunt vt qui probati sunt manifesti fiant, vel necesse dicit hoc præsuppositã cõditione hominum, qui fragiles sunt, & a peccatis sibi non cauẽt, sicut si medicus videns aliquos indebita dieta vtentes dicat necesse est illos infirmari, qđ intelligendum est si non mutant dietam, & homines si non mutant conuersationem eorum malam necesse est eos scandalizare, & scandalizari multipliciter. Sed docet Psalmista. Recte conuersari, & sic vitare scandala dicens. Pax multa diligẽtibus legem tuam, &c. Vbi tria.

¶Primo perfectionem operis, ibi diligentib. legem tuam.

¶Secundo consecutionem inde muneris, ibi. pax multa.

¶Tertio euitationem criminis, ibi. non est illis scandalum.

§.2. ¶Quantum ad primum sciendũ, q̃ lex Dei permaximè est lex charitatis, finis omnis legis. Ois lex vno sermone impletur ait Apostolus Gal. 5. Diliges proximum tuum quod & dilectionem Dei includit. Et 1. Thim. 1. Finis præcepti est charitas &c. Vnum quidem præceptum est vnitate finis vnius, quia propter Deum. Propter quod Christus dicit. Hoc est præceptũ meum, vt diligatis inuicem. Multa aũt est in virtute, pp quod dicitur. Lex continens multa præcepta, quæ deriuantur ab ea, & ad eam reducuntur. ¶Diligitur aũt lex ista recogitatione sæpe de ipsa meditando qũo debet impleri secundum illud. Lex Dei eius. s. charitatis, in corde ipsius scilicet iusti. Et psal. 118. Qũo dilexi legem tuam dñe tota die meditatio mea est. Secundo lectione, vel auditione legendo vel audiendo sæpe de lege charitatis, vnde Christus dixit legisperito in lege. Scripturæ quid scriptum est? quomodo legis? Et respõdit. Diliges dominum Deum tuum. Luc. 10. & Baruch. 3. Audi Israel mandata vitæ. Tertio diligitur efficaciter exercitatione. 1. Io. 3. Filioli diligamus non verbo, neque lingua. s. tantũ, sed opere, & veritate. i. vera operatione. Probatio dilectionis exhibitio est operis ait Greg. in homil. Et ut dicitur. 1. Ioan. 2. Qui diligit proximum in luce manet, & scandalum in eo non est.

Lex Dei diligit q̃a charitatiua.

¶Secũdo munus quod sequitur ex ipsa dilectione legis. i. charitatis est pax, & pax multa, vt notat psal. 118. dicens pax multa, pax inquit Aug. 19. de ciu. Dei, dulce nomen, dulcior res a Deo, vt oĩa appetunt pacem. Et mali quidẽ nullam veram habẽs pacem, quia nõ est pax impiis dicit dominus. Esa. Nam si cõfessores, & prædicatores promittãt eis pacem cũ Deo absoluentes a peccatis, quos nõ debent, & ab hostibus exterioribus, tamen non habet verã pacem. Et hoc est quod inuehit dominus cõtra sacerdotes. s. antiqui populi dicens. Hier. 8. Sanabant contritionem. i. exterminium, & deuastationem mentium filiæ populi mei. i. cuiuslibet animæ cũ ignominia dicẽtes. Pax pax. s. erit vobis, & non erat pax. s. vera. Imperfecti autem sed boni per gratiam pacem quidem habent, sed multam, immo modicam. Sentiunt enim multam repugnantiam carnis ad spiritum, & si præualeat, sæpe etiam cum hominibus nesciũt pacem habere, sed facili turbantur, & turbant pacem aliorum, cũ tamẽ Apostolus. 1. Corin. 10. doceat vitare scandala aliorũ, & loquitur de idolotitis cibis appositis, qui & si posset eis vesci absque peccato, si tamen aliquis dicat esse idolotitum, ut puta reputans prohibitum illud comedere, non debet cui dr comedere, sed abstinere, ne turbet illum & inducat ad similia faciendũ, vel ad iudicandũ illum comedentẽ de peccato graui. Vnde dicit. Si fieri põt quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacẽ habentes. Sed perfecti in charitate & veritate, qui perfectè diligunt legem Dei, illi habent multam pacem. Est. n. pax effectus charitatis secundũ Tho. 2. q. 19. Vnde sicut posita caussa ponitur effectus, ita data magnitudine caussæ sequit effectus magnitudinis, pfecta igitur charitas erit & multa & magna pax. Nã cum talis habeat passiones sedatas parum belli sentit in carne sua, Deo etiam perfectè subiectus cum omnibus, & in omnibus inuenit pacem, seruans illud. In omnibus requiem quæsiui. Ecclesiast. 24. Et sic cauent a scandalis, quod restat declarandum.

§.3. Qũo mali & iustihẽant pacem.

Tertio.

4. ¶Tertio per legem charitatis perfectæ euitatur crimen quod est frequens, & multũ commune scilicet scandalum. Vnde dicit. Nó est illis scandalum, quod quidem potest esse triplex.

¶Primo scandalum actiuum, & infra intentionem.

¶Secundo scandalum passiuum propter defectionem.

¶Tertio scandalum occasionatiuum præter intentionem. Diligentibus legem Dei, & pfectis in charitate non est in illis aliquod horũ proprie, & completè. ¶Scandalum autè actiuum secundum beatum Tho. 2. 2. q. 43. ar. 2. est cum aliquis suo dicto, vel facto inordinato intendit alium trahere ad aliquod peccatum, hoc autem semper est peccatum. Nam omne quod recedit a rectitudine rationis est peccatum, sed per scandalum actiuum recedi tur a rectitudine rationis, vt patet ex diffinitione eius, cum dicitur quod est factum, vel dictum minus rectum. i. non rectum. Hoc ẽt ostendit Apostolus. 1 Roma. 14. Si propter cibum frater tuus contristatur, scilicet sumens inde scandalum, iam non secundum charitatem ambulas. Et loquitur de idolotiis, sed illud quod est contra charitatem, vel præter charitatem Dei, & proximi peccatum est. Pertinet enim ad charitatem impedire proximũ a peccato quantum in eo est, quod fit per fraternam correctionem, quæ est actus exterior charitatis, sed per scandalum actiuum ex intentione quærit quis nocumentum spirituale, & sic agit contra charitatem, & actum fraternæ correctionis. ¶Est autem non solũ peccatum, sed speciale distinctum a cæteris scandalum actiuum, & ex intentione. Et ratio est secundum Tho. q. ea. art. 3. Finis qui intenditur in operibus humanis cõstituit, & dat speciem in moralibus siue vitiis siue virtutibus, vnde ubi est specialis finis in opere, ibi est specialis virtus vel uitium oppositum. Sed in tali scandalo est specialis finis, scilicet intendere ruinam spũalem. i. peccatum proximi. Et quãuis ex quolibet actu peccati possit quis intendere ruinam proximi, dum scilicet agit illud ea intentione, vt suo exemplo, vel verbo inducat alium ad malum, vt furando, occidendo, peierando, fornicando, & huiusmodi, propter quod omne peccatum potest esse materia scandali actiui, tamen vltra malitiam materiæ illa speciali intentione inducendi aliũ ad malum per illud habet quod sit ibi speciale peccatum. Sed potest etiam reperiri istud peccatum speciale scandali sine materia aliorum peccatorum, cum videlicet quis facit ali quid quod de se non est malum, sed hẽt similitudinem mali intendens per illud inducere ad ruinam, sicut si quis recumberet in idolio, vel comederet idolotita ea intẽtione, ut induceret alios ad similia faciendum in veneratio nem idoli, quod tamen ipsæ non veneraretur illud de se malum non esset, sed propter intẽtionem prauam committeret speciale peccatum. Vnde & Apostol. admonet a talibus abstinere, etiam non intendendo ruinam proxi mi dicens Ro. 13. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinũ, nec in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur, scilicet agere quæ scilicet quis potest committere sine periculo, vel detrimento personæ suæ. Et appellat offensionem indignationem alicuius contra eum, qui peccat. Infirmitatem verò promptitudinem ad ruinam. Scandalum autem ipsam impactionẽ. s. ruinã in peccatum, vel retardatio a bono, & ab omnibus cauendum. Est autem istud peccatum aliquando mortale, aliquando veniale secun dum Thom. in 4. Nam mortale cum quis per suum verbum vel factum quodcunque intendit inducere ad mortale. Similiter etiam siqs per actum peccati mortalis intendit inducere ad veniale esset mortale, puta si quis inferat alicui contumeliam, detractionem, & derisio nem notabilem, vt faciat illum irasci, vel indignari, & huiusmodi. Sed per actum peccati uenialis intendit inducere ad peccatum ve niale, etiam veniale est. De tali scandalo mortali dicit Christus Math. 18. Qui scandalizauerit vnum de pusillis his, expendit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, vbi dicit. Hierony. Multo melius est pro culpa breuẽ recipere pœnam quam æternis cruciatib. seruari, sed pœna æterna non debetur nisi pro mortali. Vnde ex hoc ostenditur scandalum actiuum aliquando esse mortale. Ad quod etiam facit quod ait Apostolus, i. Corinth. 8. vbi loquens de scandalizantibus alios operibus suis inquit, percutientes conscientiam fratrum infirmam in Christum peccatis: sed peccatum quod in Deum cõmittitur est mortale, quia solum mortale auertit a Deo, scandalizare autem alios est peccare in Deum secundum inductam auctoritatem. Ad idem facit quod ait August. de pẽ. dist. 1. noli putare, te non esse homicidam, cum fratri tuo malũ persuades scilicet mortale. Si.n. fratri tuo malum persuades occidis te, & aliquando fratrem ipsum, cum scilicet assentit persuasioni malæ

Aliqñ est mortale.

Ira aliquãdoẽ mortale peccatũ, & aliqñ veniale.

malæ, quod est scandalizare. Nō aūt occidit anima nisi pro mortali inquantū. s. priuatur per illud gratia. Sic scādalizauit Balaā ariolus filios Israel, seu potius docuit Balaac regē Moabitarū quo scādalizaret populū Israel prout dicitur Apocal. 2. Docebat Balaac. sip se Balaam mittere scandalum coram filiis Israel, consulēdo videlicet q̄ mulieres ornatas Moabitas mitteret ad castra filiorū Israel cū idolis earum, ut inclinarent eos ad fornicandum cum eis, & p hoc ad idololatrādū, q̄d malum secutum est, sed acriter punitum cū illis qui consulerunt, & dederūt illud scandalum, ut patet. Numeri 24. ¶ Illud aūt scādalū actiuum nō est in pfectis, & de ipsis loquit auctoritas psal. Nō est illis scandalum actionum. s. perfectis. Et ratio secundum Tho. q. e. art. 6. quia scandalū actiuum propriè est cum aliquis facit vel dicit aliquid intendens inducere ad ruinam, vel si nō intēdit hoc ipsum, tñ opus tale est, ut natū sit inducere aliū ad ruinam, quod euenit quia inordinatū est, ad perfectos aūt pertinet ea quæ agunt secūdū regulam rationis ordinare, secūdum illud. j. Cor. 14. Omnis honestè, & secūdum ordinē fiant in uobis, & præcipue hanc cautelā adhibent in his, in quibus non solum ipsi nō offēderent, sed etiam aliis offensionem pararēt. Et si quid in eorū dictis, vel factis ab hac moderatione desit, hoc puenit ex infirmitate humana, secūdum quam a perfectione deficiūt. Non tñ intantum deficiūt, ut multum ab ordine rationis recedatur, sed modicum & leuiter, quod nō est tam magnum ut ex hoc rationabiliter possit ab alio sumi occasio peccandi, & præcipue mortaliter q̄d importat strictè ruinam. Docuit Christus suo exemplo uitare aliorum scandalum quando soluit tributū, cum tamen teneretur di. Petro. Vt non scandalizemus eos, vade ad mare & mitte hamum. Matth. 17. Quo exemplo docet Gre. cum quis scandalizatur ex infamia orta contra aliquos debet ostendere innocentiā suā se excusando, ad tollendum scandalum ortum 11. q. 3. inter uerba. ¶ Scandalum passiuum dicitur secundum Thomam secunda secundæ q. 43. art. 3. cum quis ex dicto uel facto alterius bono uel malo, vel habenti speciem mali scandalizatur. i. in aliquod peccatum ruit. Non enim ruit quis ruina spirituali nisi per aliquod peccatū. Non est enim scādalum passiuum speciale peccatum, quia ex dicto uel facto alterius cōtingit aliquem ruere, secundum quodcunq; genus peccati. Nec hoc ipsum quod est sumere occasionem peccandi ex facto vel dicto alterius cōstituit specialem rationem peccati, quia non importat specialem deformitatem speciali uirtuti oppositā. Et hoc scādalum passiuum quando q̄, est veniale, cū scilicet quis ex facto, vel dicto alterius inordinato ruit in ueniale peccatum. Mortale autem est cum ex inordinato facto, vel dicto alterius labitur in mortale siue hoc intendat, siue non intendat scandalizās, & aliqñ sine peccato alterius quis scandalizatur grauiter peccans, sicut cum quis turbatur, vel aliquod malū agit ex bono opere, vel do ctrina rationabili alterius. Et sic Pharisei audito verbo a Christo. s. non quod intrat per os &c. scandalizati sunt. Matth. 15. Et sic apostoli ex passioni Christi scandalizati sunt. Nā uidentes eum capi, & ita malè tractari, amiserūt fidem de eius diuinitatē, quā prius ipsi erediderunt per multa signa probabilia edocti. Et sic in ruinam ceciderunt, secūdum illud q̄d prædixerat eis dicens. Omnes uos scādalum patiemini in me nocte ista. Math 26. Et certum est, quod in Christo nullū fuit peccatum, nec etiam in apostoli, prędicantibus fidem Christi quod tamen erat Iudæis scandalum, ut dicitur. 1. Corin. 1. Et sic scādalum actiuum erat non in Christo, sed in scandalizatis, quia ipsi se scandalizabāt ex indispositione sua sumentes sibi ruinam ex facto vel dicto Christo quod non erat de se inductiū ad ruinam, sed ad uirtutem, secūdum Thomam vbi supra. Et Matth. 11. Beatus qui nō fuerit scandalizatus in me. i. qui videdo vel audiēdo passionem meam nō inde dedignetur ex hoc credere diuinitatē meam p ignominiā passionis. Hoc aūt scandalum passiuū propriè non reperitur in pfectis in charitate, & sic dicit psalmista. Non est illis. s. perfectis scandalum passiuum &c. Et ratio secūdum Thomā 2. 2. q. 43. art. 5. ¶ Scādalum passiuum importat quādam commotionem animi a bono, in eo qui scandalum patitur. Nullus autem cō mouetur qui rei immobili firmiter inhæret. Maiores autem siue perfecti soli Deo inhærēt cuius est immutabilis bonitas, quia & si inhærent suis prælatis non inhærēt eis nisi inquātum ipsi prælati inhærēt Christo, secundum illud 1. Corinth. 4 Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Vnde quantuncunque uideant alios in suis dictis uel factis inordinatè se habere ipsis a sua rectitudine non recedunt, secundum illud psal. 124 Qui cōfidūt in domino sicut mōs Syō, scilicet firmi erūt, non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem. Non ergo in his qui perfectè adhærent.

Ira Nō est in p fectis.

Scādalū passiuū aliquando mortale.

Non est in perfectis.

adhærent Deo per amorem inuenitur ſcãdalum, quãuis.n. perfecti uiri ex infirmitate carnis incidant interdũ in aliqua peccata uenialia, nõ tamen ex aliorum dictis, uel factis ſcãdalizantur ſecũdum perfectam rationẽ ſcandali, ſed poteſt eſſe in eis aliqua ꝓpinquatio ad ſcandalum, ſecũdum illud pſ. 72. Mei aũt penè moti ſunt pedes, quia zelaui ſuper iniquos, &c. Quod autem dixit Chriſtus. Petro Scãdalum es mihi. Matth. 16. ibi ſumit impropriè ſeu largè ſcandalum pro impedimento, nõ ſcilicet quia Chriſtus, fuerit ſcãdalizatus ſed quia cum natraſſet paſſionẽ ſuam Chriſtus diſcipulis i via Petrus pietatis affectu ad eum poſuit ſe ante eũ quaſi impedire uolẽs iter ſuum ad locũ paſſionis dicens. Propitius eſto tibi, non erit tibi hoc, ideò Chriſtus dixit ſibi. Vade poſt me ſcãdalũ es mihi. i. impedire uis paſſionem. Nõ ergo perfecti, ſed imperfecti & mali ſunt, qui de facili ſcãdalum paſſiuum incurrũt. Vnde Hiero. ſuper illud Matth. 18. Qui ſcandalizauerit vnum de pusillis iſtis dicit. Nota quod qui ſcandalizatur paruulus eſt. i. imperfectus, maiores.n. ideſt perefecti ſcandalum non recipiunt. O quãta fatuitas hominum, ut immitari uelint exempla malorũ & non proborum. Quis eſt ille tã demens, qui ſi uideat alium in fluuium ſe iactare, uel ſe uulnerare, aut res ſuas proiicere, uelit illum imitari, etiam ſi ſit potens uel ſapiens, & non potius illum irrideat, illumq; imitetur, qui quærit promotionem bonorũ ſuorum, & quę ſunt uerba bona niſi uirtuoſa opera? O quãta fragilitas perſonarum ut ex quolibet leui verbo, uel inordinato facto permittat ſe ſcandalizari, ideſt reuere in aliqd malum. Et ideò ſignãter dicit Matth. 18. Veh mundo a ſcandalis. Multi.n. incidunt in magna peccata, quibus ueh damnationis referuat ex factis & dictis aliorum. ¶ Docet autẽ Chriſtus ibidẽ uitare occaſiones, quibus qs ſcãdalizatur dicẽs. Si oculus tuus dexter ſcãdalizat te, erue eum & proiice abs te. Et idẽ dicit de pede & manu. Vbi notandum quod non debet illud intelligi, ita ſuperficialiter ſi cut fecit ille iuuenis, q. hoc audiens a beato Petro martyre cum ſibi confeſſus eſſet, quod pede calcem dediſſet matri, abſcidit ſibi pedẽ, ſed tamẽ miraculosè fuit per eum ſibi reſtitutus. Quãtũ igitur ad ſenſũ literalẽ uult dicere Chriſtus, quod ſi oculus. i. aſpectus alicuius rei, puta mulieris ſcandalizauerit te. i. dat tibi occaſionem ruendi in peccatum temperationis; concupiſcentiæ uel odii, uel auaritiæ, & huiuſmodi, ita. ſ. quod ex uiſu talis rei

Docet Chriſtꝰ ſcandalum uitare.

vel perſonæ ruis in peccatum, vel fortiter impugnaris, remoue a te, talem aſpectum nõ reſpicias illùd, & ſic oculum ſalubriter eruiſti & non ſcandalũ recipies inde. Similiter de pede, & de manu intelligẽdo pro pede acceſſũ ad aliquem locũ, qui videatur multis utilis, ſed ſi exeundo ad talem locum ſcandalizaue ris, quia ibi ſunt qui te ad peccatum inducãt non uadas, & pedem abſcidiſti. Si manus tua dextera. i. aliquod opus etiam quod in ſe eſt pium, vel ſpirituale uel inductiuum ad peccatũ, puta audire confeſſionẽ alicuius, vnde cadis in laſciuiam, vel quem nõ intelligis in ſuis factis propter ignorantiam tuam, abſcide. i. nõ facias tales opus. Moraliter verò oculus dexter ẽ cõſideratio ſpeculatiua, vel exercitiũ vitę cõtemplatiuæ vel doctor aut conſiliarius, vel prelatus alicuius, manus eſt exercitiũ uitæ actiuæ, vel aliquis amicus vel bene factor, quo indigent uel operando uel in uiuendo, uel ſubueniẽdo neceſſitati ſuæ. Pes ẽ affectioin aliquam perſonã. Vnde Aug. Pes meus eſt amor meus eo feror quocunq, feror. Quæ affectio, & ſi videatur ſpiritualis ſi ſcandalizat te, quia inde plurimum temporis amittis, & in Dei amore tepeſcis, vel in tẽptationes incidis graues, vel alias quietẽ perturbas, de hoc murmuratur propter indiſcretam huiuſmodi conuerſationem omnia iſta tollenda ſunt etiam ſi utilia multum uiderẽtur, ut non incidat quis in ſcãdalum paſſiuũ. Et idem de affectionibus inordinatis ad libe ros, & ad honores, officia gradus, & huiuſmodi. Vnde & prouerb. 22. Noli eſſe amicus homini iracundo, &c. ne ponas ſcandalum animæ tuæ. Et Eccleſiaſtici. 7. dicitur. Noli quærere fieri iudex ſi non uales uirtute erumpere iniquitates, ne ponas ſcandalum in agilitate tua. Et eccleſiaſtici. 32. Ne tradas te uiæ labo rioſę ne ponas animæ tuæ ſcandalũ. Et Chriſtus ait Ioann. 16. Hæc locutus ſum uobis ut non ſcandalizamini. ¶ Scandalum occaſionatiuum eſt quod eſt per accidens, & præter intentionem, ut cum quis ſuo dicto uꝫ facto inordinato non intendit dare alteri occaſionẽ ruinę, ſe ſolũ ſuę ſatisfacere uoluntati, & ſic ſcandalum nõ eſt ſemper ſpeciale peccatum, quia quod eſt per accidens non conſtituit ſpeciem ſecũdum beat. Thom. 2. 2. q. 44. artic. 3. Et ſcandalum poteſt eſſe & ueniale, & mortale. Veniale cum ſcilicet quis cõmittit actum peccati uenialis, vel actum qui ſecundum ſe nõ eſt peccatum, ſed habet aliquã ſpeciẽ mali cum aliqua leui indiſcretiõe, unde aliquis ſcandalizatur, ſeu trahi põt ad ali-

Scãdalũ occaſionatiuũ.

quod

quod peccatū. Mortale aūt cum cōmittit actū peccati mortalis alii manifestū, siue etiam qa contemnit salutem proximi, vt & pro ea conseruanda non permittat aliquis facere quod sibi licuerit quantumcunque quis scandalizetur, & tunc etiam cōmittendo q̄ esset de se veniale, vel haberet speciē mali æstimando qđ aliquis ex tali actu eius rueret in aliquod mortale & sine sui periculo vel detrimento posset illud dimittere & non faceret, quia nō curat de salute proximi dummodo suæ voluntati satisfaciat esset ei mortale, quia contra charitatem qua quis tenetur prouidere saluti proximi sicut mulier perpendens vel æstimās ex signis aliquem trahi ad concupiscentiam sui extra matrimonium offerat se indifferenter aspectui illius non intendens ex hoc illū inducere ad concupiscentiam suam, sed nec ēt de hoc curans, sed volens satisfacere voluntati suæ seu leuitati in discurrendo per loca, uel morando ad ostium domus, vel fenestras ex quadam curiositate vel vanitate, vt laudetur de pulchritudine, mortale esset. Secus autem si hoc non æstimaret, vel non bene posset illa dimittere, vt quia oportet ire ad ecclesiam, vel alia loca, & aliquando cum vicinis morari in via ne reddat se aliis onerosam, & de ea displicentiam habeat. Similiter cum quis habet nimiam familiaritatem cum aliqua persona suspecta & sentit homines scandalizari nepharia de eis iudicando & loquendo, nec vult dimittere non curans, q̄ alii scandalizentur, quāuis non intendat aliquod nepharium, nec illos scandalizare cum non subsit causa necessaria illius familiaritatis peccat mortaliter dando occasionem talis ruinæ. Et de hoc intelligitur illud Mathæ. 18. Veh illi per quem scandalum venit. Veh autem importat damnationem æternam. Et signanter dicit venit, quasi dicat etiam si hoc non intenderet, scilicet scandalizare, tamen opus eius tale est, q̄ inde venit scandalum. O quam hoc miserabile peccatum in mundo abundat, & nullam videntur sibi homines facere conscientiam, ornatus mulierum tam vanus, tripudiatus, & cantus quid est nisi magnum scādalum & laqueus animarum? Ecce mulier inquit Salomon Prouer. 7. In habitu ornata meretricio ad capiendas animas, quasi dicat ad hoc operatur ille ornatus ad scandalizandum, & capiendum animas peccato luxuriæ. Verba & gestus lasciuiis plena, quæ dicunt quotidie iuuenes inuicem ex loquacitate, vel solatio, qđ sunt nisi magnum scandalum sibi, & aliis audientibus. Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala, ait Apost. 1. Corin. 15. Contumeliæ, detractiones, derisiones, & susurrationes, contentiones, & perturbationes generant vtique magnum scandalum aliis. Eccles. 32. Superbus & maledicus scandalizabit, scilicet alios. Blasphemiæ. periuria, maledictiones, fraudes, non audire diuina, & non sumere sacramenta, & alia mala opera, quæ vident filii in parentibus suis, quid sunt nisi magna scandala eis, vt similia discant operari. ¶ Mala uita manifesta rectorum, & prælatorum ecclesiæ ambitio auaritia, symonia, pompa vestrū, exquisitæ epulæ, species varię, luxuriæ nonne magnum scandalum totius populi Christiani, Vnde dominus Malach, 2. Scandalizastis plurimos in lege, scilicet propter exempla malæ uitæ vestræ. Et Hiero. de eis. Hi vertuntur in laqueū tortuosum ponentes scandalum in omni loco 24. qō. 3. Transierunt. Sed ut dicit b. Greg. Scire debent prælati, si vnquam delinquunt, quia tot moribus digni sunt quot exempla & perditionis ad cæteros transmittunt 2. qō. 1. Notum. Debet ergo quilibet cauere ne verbo vel facto aliquem scandalizaret, iuxta illud Apost. 2. Corin. 6. Nemini dātes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Perfecti in charitate vtique sunt liberi etiam ab hoc genere scandali. Nam & si committunt aliqñ aliqua peccata, tamen non sunt talia, & tam magna, q̄ aliqs rationabiliter possit sibi sumere occasionē ruinæ spiritualis, secundum Tho. vbi supra. arti. 6. & sic de huiusmodi. Pax multa &c. & hoc dum perseuerant in perfectione. Possunt. n. a gratia discedere, & tunc facta eorum mala, q̄ nota fiunt, magis scandalizant, quam aliorū. Et ex hoc aggrauatur peccatum eorum magis quam aliorum. Et sic arguatur in contrarium quia Petrus post aduentum spiritussancti fuit in statu perfectorum, & tamen gentiles cōuersos scandalizauit in obseruatione legalium. Vnde dicit Apostolus ad Gala. 2. Cum vidissem, quòd non rectè ambularet, ad veritatem euangelii, dixi Cęphę. i. Petro coram omnib. Si tu cum Iudęus sis generaliter, & non Iudaicè viuis, quomodo gētes cogis iudaizare? ergo &c. Rūdet Th. ubi sup. ar. 6. q̄ Petrus peccauit quidem, & reprehensibilis fuit secundū sententiam Aug. & ipsius Pauli quāuis Hier. dicat contrarium in hoc, q̄ subtrahebat se a gentilibus, vt uitaret scandalum Iudæorū, qa hoc incautè aliqualiter faciebat, ita q̄ gentiles ad fidem conuersi scandalizabantur. Non tamen factum Petri erat ita graue peccatum, q̄ meritò possent alii scandalizari, & sic patiebantur

Scandalum prælatorum.

bantur scandalum passiuum absque hoc q̃ in Petro esset scandalum actiuum, sed indispositio aut imperfectio eorum eos scandalizabat.

§.5. ¶ Quæritur vtrum bona sint dimittenda propter scandalum aliorũ vitandum. ¶ Et primo de spiritualib. bonis. ¶ Secundo de temporalibus. ¶ Tertio de sacramentalibus, & vtrũ mutanda. ¶ Et pro fundamento huius materiæ sumatur regula iuris quæ dicitur. Vtilius scãdalum nasci permittitur, quàm veritas dimittatur, extra de re. iuris. Vtilius. ¶ Vbi glo. ibi. & beatus Thomas in 4. notat triplicẽ veritatẽ s. vitæ doctrinæ, & iustitiæ & dicit beatus Hieronymus, q̃ dimittendum est propter scandalum, scilicet nitãdum omne quod prætermitti pòt salua triplici veritate. s. vitæ, doctrinæ, & iustitię. Quinimmo & veritas iustitiæ & doctrinæ quandoque propter scandalum dimittenda est secundum Tho Ray. & Vl. Vnde dãtur versus. Et veritas uitæ doctrinæ iustitiæque. Primũ semper habet duo alia propter scãdala linque. s. aliquando. Quod intelligendũ est non quidem, vt doceatur aliqua falsitas propter scandalum vitandum, sed vt taceatur veritas non necessaria. Et similiter nulli fienda est iniustitia. s. vt damnetur innocens propter vitandum scandalum aliorum, sed dormire potest seueritas, vt nõ puniãtur qui meruerunt. ¶ De bonis igitur spiritualibus, quę reperiuntur in veritate vitæ, iustitiæ, & doctrinæ cum quæritur vtrum sint dimittenda propter scandalum vitandum. Respondet b. Th. 2.2. q. 43. ar. 7. q̃ quæstio ista non habet locũ in scandalo actiuo, quia nihil faciendũ est cũ scandalo actiuo, quod est factum uel dictũ minus rectum, sed habet locum in scandalo passiuo, pro cuius declaratione notandũ, q̃ in spiritualibus bonis quædam sunt de necessitate saluti qui prætermitti non possunt absq; peccato mortali. Manifestum est autem q̃ nullus debet peccare mortaliter, vt alterius peccatũ impediat. Et ratio est, quia magis tenetur quilibet suam salutem spiritualem diligere quã cuiuscunque alterius, cum nõ solũ ipsæ actus dilectionis: sed et ipsæ ordo diligendi sit in p̃cepto, quæ est vt prius & magis se quàm aliũ diligat. Secundum Th. Fatuè ergo faciunt qui propter tollendum scandalum aliorum quantuncunque graue, peierant vel aliquod crimi nale faciunt, quod tamen frequenter accidit, quinimmo nec ueniale cõmittendum est propter aliorum scandalum vitandum, quamuis hæc aliqui dixerint, q̃ b. Tho. ubi supra reprobat. Et ratio est secundũ ipsum, quia hoc implicat contraria. Nam si faciendum est id non est malum nec peccatũ. Nullus enim peccat faciendo, q̃ debet, si autem peccatum est, eligibile non est, ergo fieri non debet. Ad quod facit quod ait. Aug. 22. q. 2. Faciat. Cũ saluti hominis nisi peccando consulere non possit, iã se existimet non habere quod faciat. Et quamuis per ueniale non tollatur homini gratia p quam est ei salus, tamen in quantum ueniale disponit ad mortale, & sic vergit in detrimentum salutis. Vnde contra veritatem vitæ potest bene quis aliquando quid quod ex genere esset ueniale, vt verbum otiosum, & tamen dicendo ad tollendum scãdalum, vel ad subleuandum tedium, tunc non erit peccatũ nec propriè otiosum nisi materialiter. ¶ Quædam alia bona spũalia sunt, quæ non sunt de necessitate salutis, vt dare elęmosynas, ieiunare, ingredi religionem, & huiusmodi. Et in his distinguendum de scandalo, quia aut scandalũ quod ex eis oritur procedit ex malitia cum. s. aliqui volũt impedire huiusmodi spiritualia bona scandala concitando. Et hoc dicitur scãdalum Phariſæorum, qui de doctrina Christi scandalizabantur, & hoc effet contemnendũ sicut Christus docuit Math. 12. dicens. Sinite eos. s. scandalizari, nec dimittatis bona opera propter tale scãdalum ex malitia procedens, vt scandalũ procedit ex infirmitate vel ignorantia, & dicitur scandalum pusillorum. Et p̃pter hoc scandalum, spiritualia opera sunt occultanda, vel interdum differenda, vbi periculum non imminet quousque reddita ratione scandalum cesset. Si autẽ post redditam rationem hoc scandalũ duret, iam videtur ex malitia esse. Et sic propter ipsum non sunt huiusmodi opera spiritualia dimittenda. ¶ Notandum etiam secundum b. Tho. vbi supra, q̃ in veritate vitæ & doctrinæ & iustitiæ non solũ cõmprẽditur id quod est de necessitate salutis, sed etiam illud per q̃ perfectius peruenitur ad salutẽ, secundum illud. 1. Corin. 12. Aemulamini carismata meliora. ¶ Vnde consilia non sunt simpliciter prætermittẽda, nec etiam opera misericordiæ propter scandalũ, & si sint interdum occultanda, uel differenda propter scandalum pusillorum vt dictum est. Si ergo propter ingressum religionis alicuius parentes vel alii scandalizantur vsq; ad mortem animæ, vel corporis, nõ debet aliquis p̃pter hęc dimittere ingredi religionem. Et omnia mala quæ inde sequerentur non imputantur ei qui ingreditur, sed illis qui faciunt seipsos sine causa scandalizãtes. Si tamẽ ex aliqua dilatione ista scãdala auferri verisimiliter ęstimãtur, & illi periculum nõ immineret nõ

Triplex veritas.

De bonis spũalibus pp scãdalũ dimittẽdis.

Spũalia nõ sunt necessaria ad salutem.

Cõsilia nõ sunt simpliciter dimittenda.

valendi

ualendi postea religionem ingredi, differre deberet. ¶Sciendum etiam ꝙ obseruatio consiliorum & impletio operum misericordiæ sunt quandoque de necessitate salutis, qđ patet in his qui iam nouerunt consilia, & in his in quibus ex debito imminet defectibus aliorum subuenire vel in tempestatibus, puta pascendo esurientem, in spiritualibus docendo ignorantes, siue fiat debitum pp iniunctū officium, vt patet in prælatis, siue propter necessitatem indigentis, & tunc eadem ratio est de huiusmodi, sicut de his qui sunt de necessitate salutis. ¶Quantum igitur ad vetitatē doctrinæ cum dicitur propter scandalum esse dimittenda, hoc est sic intelligendum ſm beat. Tho. vbi supra, vt non quidem doceat falsum aliquod propter vitandum scandalū, qa hoc est de necessitate salutis. ſ. non docere falsitatem, sed veritatem, & etiā non tacere veritatem cum est necesse pro salute aliorū: Vnde Chrys. dicit ꝙ non solum proditor est veritatis, qui transgrediens veritatem palam pro veritate mendacium loquitur, sed etiā qui non liberè ueritatem pronunciat, quā liberè pronunciare oportet, aut non defendit veritatē, quā defendere cōuenit proditor est veritatis 11.q.3. nolite. Sed ipsæ actus docendi potest prætermitti ſm congruentiam temporum, & personarum ab eo cui incumbit officiū docēdi, vel simpliciter quādo ex doctrina, seu prædicatione non sequitur aliqs fructus, & scāda lū aliorum, vel secundū quid. ſ. quo ad aliquā materiā, puta in aliqua ciuitate, vel castro sacerdotes sunt concubinarii quasi oēs, nec est spes correctionis eorū, quia prælati nō curāt, immo forte sunt in eadē damnatione. Si prædicator dicat populo eos vitandos in officiis, & sacramentis nec sperat per hoc remedium adhiberi: sed scandalū sequi, primo ipsorum clericorū, secundo populi, qui nihilominus non vitabunt eos, audiendo ēt hoc esse præceptum ecclesiæ vel cōtemnent eos, & sacramēta eorū, vt quid ꝓditio hæc? quare nō potius reticendū populo, & ignorātia quæ iuris positiui est excusabit eos. Hæc Duran. ordinis minorū. in sum. Et multa similia possent hic applicari Nec est cōtra quod dicitur dist. 43. ca. Dispensatio cœlestis seminis nobis est iniuncta. Veh si nō sperserimus, veh si tacuerimus. Intelligitur. n. hoc de doctrina necessaria ad salutē, & cū speratur fructus, & si alii inde scādalizentur, aliàs tacere docet. Hiero. 11.q.3. quomodo ergo. ¶Quantum ad veritatē iustitiæ quomodo sit dimittenda propter scandalū. ſ. correctio. Sciendum secundum bea. Tho. vbi supra, ꝙ cum pœnarū inflictio nō sit propter se expetenda, sed infliguntur pœnæ, ut quædam medicinę ad cohibendum peccata. Ideò intantum habent rationem iustitiæ inquantum peccata per eas cohibentur, & si nō ipsius delinquentis qui si ex punitione maximè scandalizaretur non prætermittenda esset punitio, sed tamen aliorum qui ex punitione peccantis sibi cauere a malis ne similia patiantur. Sed si ex inflictione pœnarum seu punitione alicuius, vel plurium delinquentiū plura & maiora mala possent sequi, vel probabiliter dubitaretur de huiusmodi, tunc inflictio pœnarum non continebitur sub iustitia, & tunc punire non pertinet ad veritatem iustitiæ, & per consequens non punire nō est contra iustitiam. Et præcipue accidit quando multitudo est in scelere, vel aliquis qui habet magnam sequelam adhærentium. Vnde August. dicit. In huiusmodi causis, vbi per graues dissensionum scissuras non huius, vel illius hominis periculum: sed populorum strages iacet, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis scandalis charitas sincera subueniat. di. 50. vt constitueretur, & dist. 43. c. comessationes. & 24.q.4.c. non potest. Correctio autem fraterna, quia ordinatur ad correctionem, & emendationem eius qui corrigitur, ideò cum de tali correctione verisimiliter creditur, ꝙ scandalizetur non tenetur ad eam, nec eam facere debet, secus si non scandalizatur ipsæ correctus, sed alii ex eius emēdatione, quia tunc non dimittenda. ¶Quantum ad veritatem vitæ pertinet, vt non solum quis abstineat a malis, sed etiam ab his, quæ habent speciem mali. Et propter hoc dicit Apostolus. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum. 1. Corin. 8 Loquitur enim de carne idolis immolata, quam comedere præcipue coram simplicibus habeat speciem mali, quia poterant credere quòd hoc faceret in veneratiōnē idoli. Et sic scandalizabantur in illo quamuis nō esset malum in comedendo in venerationem idoli. Et idem dicendum est de quocunque cibo, scilicet quòd cum quis scandalizetur super esu illius ab alio: vt quia est contra morem patriæ vel contra communem prohibitionem, quamuis in se illum cibum possit licitè edere, debet abstinere ne alios scandalizet, vel rationem assignare, puta si ex infirmitate hæc facit. Cibum autem necessarium sibi ad vitam siue carnium siue aliarum rerū non debet propter scandalum aliorum hoc dimittere simpliciter: quia hoc pertinet ad

Quomō veritas doctrinę aliqñ ẽ dimittenda.

Qūo correctio sit aliqñ di mittēda pp scandalum.

neceſſitatem ſalutis ſecundū Tho. vbi ſupra art.8. ſed ſedare ſi aptè pōt. Infamiā ēt iniuſtè exortā, vnde hominēs quaſi credētes hæc ſcā dalizantur, debet pro poſſe purgare illis modis quibus licitè pōt, vel offendendo innocē tiam ſuā, & falſitatē obloquentiū, vel approbationes faciendo inducere, vt conuincantur de mendacio, vel p alios modos iuſtos, & hoc notat Aug 11 q.3.c.nō ſunt audiendi, vbi in fine dicit. Nobis neceſſaria eſt vita noſtra, ſcilicet bona. Aliis autem fama noſtra.

§.6. Qñ tpalia ſint pp ſcandalū dimittēda

¶ De ſecundo ſcilicet de temporalibus bonis vtrum ſint dimittenda propter ſcandalum eorum a quibus repetuntur? Reſpondet beatus Tho.2.2.qō.14.art.8. Diſtinguendum eſt de huiuſmodi bonis, qa aut noſtra ſunt, aut ſunt ad conſeruandum pro aliis nobis commiſſa, ſicut bona eccleſiæ committuntur prælatis, & bona communia quibuſcunque reipublicę rectoribus Et talium conſeruatio ſicut & depoſitorum imminet his quibus cōmiſſa ſunt ex neceſſitate, & ideò non ſunt pp ſcandalum dimittenda quin. ſ. repetantur vel permittenda auferri, ſicut nec alia quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. Et ſic beatus Tho. Cātua. archiepiſcopus non dimiſit quin repeteret res eccleſię q̄uis inde ſequeretur ſcandalum regis Anglię. Si verò bona tpalia noſtra ſunt & ipſorum domini ſumus: dimittere ea diſtribuendo ſi penes nos ſunt, vel non repetendo ſi apud alios ſunt propter ſcandalum qñque debemus qñ que non debemus. Si enim ſcandalum ex hoc oriatur propter ignorantiam, vt quia putet eſſe ſua qui detinet, vel propter infirmitatem aliorum qđ ſupra dictū eſt eſſe ſcandalū puſillorum, tunc vel dimittenda ſunt totaliter, vel aliter ſedandū ſcandalū puſillorū per aliquā admonitionē. Vnde Aug. in ſermone dñi in mōte. Dandū eſt q̄ nec tibi nec alteri noceat, quantum ab homine credi pōt. Et cum negaueris quid petit, iudicanda eſt ei iuſtitia Et melius ei aliquid dabis cum potentē iniuſte correxeris. Aliqñ verò ſcandalum, q̄ naſcitur ex repetitione ſuorum bonorū procedit ex malitia, q̄ eſt ſcandalum Phariſeorū. Et pp eos q̄ ſic ſcandala concitat non ſunt tpalia dimittēda, quia hoc nocet ēt bono cōi. Daretur enim per hoc malis occaſio rapiendi aliena, & noceret ēt ipſis rapientibus, qui retinendo aliena in peccato permanerēt. Vnde dicit Greg. in li. moral. q̄ cum quidā tpalia nobis rapiūt ſūt tolerādi. Quidā verò ſeruata æq̄tate prohibēdi non ſola cura, ne noſtra ſubtrahant, ſed ne rapientes non ſua ſeipſos perdant. Hæc Gre. Si.n. paſſim p̄mitteret hoibus malis rape alie na, vergeret hoc in detrimentum veritatis vitæ & doctrinæ, & iuſtitiæ, & ſic eſſet contra regulam iuris. Iuſtè tamen & piè eccleſia abſtine & a decimis exigendis in terris in quibus nō eſt conſuetudo decimas ſoluere ad vitandum ſcandalū horum. Sicut ēt Apoſtolus ſeminans ſpiritualia Corinthis pie abſtinuit a recipiendo, ſeu petendo temporalia ab eis, ne offendiculum daret euangelio, ne ſcilicet illa ſcandalizarentur ſi peteret ab eis quod non erant conſueti, hæc Tho. Si aūt tyrannus aliquis teneret aliqua bona eccleſiæ, & ex repetitione inde ſequeretur ſcandalum, non ſolum tyranno: ſed eccleſiæ ſeu populo vel clero cōtra quem ille malignaretur, ita quod maius eſſet damnum ſequendum ex tali repetitione & rehabitione quam ex eius carentia, licitū & iuſtum videtur, hoc enim videtur eſſe redimere vexationem ſuam. Et quod dictum eſt, quod non debent dimitti talia propter ſcandalum, intelligendum videtur propter ſcandalum illius ſolius, vel ita quod nō ſequatur aliud maius ſcandalum. De facto beatus Th. Cantua. poteſt dici, quod fortè illius temporalibus, quæ repetebat erant annexa ſpiritualia, quorum rex non erat capax, ſicut ius percipiendi decimas & huiuſmodi, vel etiā quia multa fecerunt ſancti ad ſuperrogationem, & maiorem perfectionem ad quæ tamen non tenebantur de neceſſitate ſalutis, ſicut quod Ambr. prohibuit Theodoſium intrare eccleſiam ante publicam pēnitentiam factam, vel eum in choro ſtare, & huiuſmodi.

§.7. Vtrū fictio debeat fieri in ſacramentis ad ſcā dalū vitandū.

¶ Tertio de ſacramentis, vel ēt ſacramentalibus, & vſu eorum vtrum falſitas aut fictio vel mutatio fieri debet pp ſcandalum vitandū? Et dicendum quod nulla fictio vel abuſus vel mutatio ſubſtātialis fieri debet. Vnde nunq̄ debet dari hoſtia non cōſecrata ne indignè accipiens ad iudicium ſui ſumat, quia p hoc nō euadit iudicium ſumens, & ſacerdos mortaliter peccat. Sed ſi peccator eſt notorius negare debet quantūcunq; ſcandalizetur, ſi occultus denegare non debet. Similiter pp ſcandalū vitandū confitentis, qui ſi non abſoluitur promittit ſe multa mala facturum, vt deſperatū, non debet abſoluere eum ſi non proponit ſe a mortalibus abſtinere. Similiter non debet quis pp quodcunq; ſcandalum vitandū, vel ſuæ infamiæ vel aliorū turbationis celebrari in mortali exiſtens contritus & hmōi. ¶ De ſacramentalib. aūt licèt dicant Guil. & Archi. q̄ poſſit fieri fictio in eis pp uitandū ſcandalū, puta in aliquo monaſterio de more eſt q̄ cōſecrent uirgines, q̄ cōſecratio eſt quid ſacramē tale,

In ſacramentali bus ad vitandū ſcandalū p̄fieri fictio.

tale, in eius officio illa quæ consecratur dicit se esse virginem & sic est ibi fictio seu mẽdacium. Si hoc dicat dum cõsecratur, quæ occultè amisit uirginitatem, quod si illi uerba non diceret, uel non cõsecraretur, haberetur pro corrupta, & sic magnum scandalum & infamia sequeretur ei. Vnde dicunt præfati ad tollẽdum scandalum tale posse fieri talem cõsecrationem cum illis uerbis virginitatis. Sed Albertus & Tho. & Pe. de Palu. in 4. afferunt contrarium. s. quod hoc fieri non debet, quia nec sacramenta nec sacramentalia propter uitandum scandalum debent mutari, sed pòt adhiberi quædam cautela ad tollendum scãdalum, puta, ut fiant quæ non sunt de substãtia uel uirginalis, ut accensio cãdelarum, & huiusmodi, mutatis his quæ sunt de substãtia uel virginalis, verba scilicet quæ dicuntur in impositione uel mutato nomine uirginitatis in nomen castitatis. Satis concordat Host. & Goff. per id quod habetur extra, qd̃ me. cau. c. 2. Nomen virginitatis cõgruere potest corruptæ si continẽs sit. Mutatio in sacramentis quo ad substãtiam fieri nõ potest pp scandalum uitandum, vel alia de causa, etiã ex dispensatione papæ, quia ipsa sunt de institutione diuina. Posset autem fieri in his q̃ non sunt de substantia ipso dispensante, ut circa ritus eorum. Dispensauit autem Greg. in quodam loco ex necessitate. s. propter carentiam episcoporum, quod simplices sacerdotes possent crismare seu sacramentum cõfirmationis conferre ad tollendum scandalum, vt patet distin. 95. Peruenit, quod de iure communi fieri non potest, vt ibi subditur in c. fe. & glo. & b. Thomas in 4. In quo solus papa dispensare potest, & non alius, alias non esse tibi sacramentum confirmationis, si per alium fieret quam per episcopum secundum Thomam.

¶ De *blasphemia id est maledictione, quæ fit multipliciter contra Deum, uel creaturas.* Cap. 5.

BLasphemiam ponit Gre. in li. moral. esse filiã iræ. Et sumitur hic blasphemia pro maledictione, prout etiam vulgariter sumitur. ¶ Pro cuius declaratione beatus Thomas dicit. 2. 2. q. 76. arti. 1. quod maledicere idem est, quod malum dicere. Dicere aũt tripliciter se habet ad id quod dicitur. ¶ Vno modo per modũ enunciationis, sicut aliquid exprimitur modo indicatiuo. Et sic maledicere nihil aliud est quam malum alterius referre, quod pertinet ad detractionẽ, vnde detractores quandoque maledici dicuntur. Sic sumitur Leuitici. 19. Surdo non maledices, id est absenti non detrahes, & 11. quæstio. 3. in cunctis. Vbi dicit Grego. scribens cuidam episcopo infamato iniustè. Sanctitas vestra debet mentem suam a maledictorum rumoribus hominum, atque obtrectationibus disiungere, & sola quæ internæ vitæ sunt atque utilitati subditorum proficiunt cogitare. Sic etiam sumitur distinctio. 46. Clericus maledicus cogatur ad postulandum ueniã. ¶ Secundo modo dicere se habet ad id qd̃ dicitur per modum causæ. Et hoc quidem primo & principaliter competit Deo, quia omnia suo verbo fecit, secundum illud ps. 148. Dixit & facta sunt. Consequenter conuenit hominibus qui verbo suo alios monẽt per imperium ad aliquid faciendum. Et ad hoc instituta sunt verba imperatiui modi. Et isto modo cum iudex profert sententiam pœnæ in aliquem vel cum prælatus ecclesiæ excommunicat aliquem illum maledicit. Si ergo hæc facit sub ratione boni. s. iustitiæ vt peccatum puniat ut iustitia dictat, sic maledicere non erit peccatum nec propriè maledictio, quia intentio eius nõ infertur ad malum, sed ad bonum. Si verò sub ratione mali faciat intendens malum illius qui condemnatur inquantum malum, sic maledicere. i. excommunicationem inferre, vel alia sua pœna spiritualis vel temporalis erit peccatum mortale, quia contra charitatem & iustitiam. Sic sumitur. 24. quęstione. 3. §. Ipsæ dominus. De hoc etiã Aug. dicit qõ ea. Deus quibus maledicit meritum designat cui maledicit, & sententiam promit. vt pote quem non fallit, neque qualitas peccati, neque peccantis affectus. Homo autem qui hoc non potest scire, nec propositum metemq; alterius videre, aut cognoscere potest, idcirco etiam iudicantis, vel sententiam pro mentis intuitu proferat maledictum, non potest esse maledicendi causa vbi ignoratur peccantis affectus. Hæc ille. Vult dicere quòd non potest quis iustè condemnari peccato occulto. Quãuis. n. peccantis affectus in se non videatur, sicut nec cor hominis, tamen percipi potest ex aliquo manifesto peccato, pro quo pœna infligenda esset affectus eius. Similiter quamuis sciri non possit quis sit maledictus a Deo secundum finalem reprobationem, tamen sciri potest quis sit a Deo maledictus secundum rerum vitę præsentis. Thomas vbi supra. ¶ Tertio dicere se habet ad id quod dicitur, ut expræssio quę

dam affectus desiderantis id quod verbo exprimitur. Et ad hoc sunt instituta verba optatiui modi. Facere autē aliquid, & velle illud se consequuntur in bonitate & malitia. Et sic maledicere aliquem. s. optando ei malum nō ob aliquod bonum, sed ob malū eius est peccatum. Et de hac inquit Augu. Humanū uitiū tūc scit maledicta proferre cum forte conuitiis aut iniurijs prouocatur. Quod vitium uolens resecare Apostolus, ne maledicta maledictis & cōuitia conuitijs prouocemus mādatū necessariū posuit ut benedicamus quo conuitiandi vitiū resecetur, non quo adiudicandi veritas quæ homines latet, & pronunciandi auctoritas permatur. 24. q 3. c. Deus qui. Ponit autem Apost hoc Rom. 12. vbi ait Benedicite & nolite maledicere. Sicut & de Christo dicit. Pet. in 1. can. 2. c. Cum maledicereatur, non maledicebat cum pateretur nō comminabatur. Et de hac hic agitur quæ cōmuniter procedit ab ira. Et posset sic, diffiniri quod est imprecatio seu appetitio alicuius mali contra aliquem per verba expressa.

§. 3. ¶ De maledictione inquit psalmista loquēs do iniquis. Quorum os maledict one & amaritudine plenū est. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in uiis eorum ps. 13. Vbi tria notantur.

¶ Primo describit maledictionē prout est uitiosa, ibi. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.

¶ Secundo ponit affectionem prout est pnicioſa. ibi. Veloces pedes eorum ad effundēdū sanguinem.

¶ Tertio subdit consecutionem prout ē angustiosa. ibi. Contritio & infælicitas in uijs eorū. ¶ Quantum ad primū. In tātū maledictio est uitiosa in quantum habet secundum amaritudinē rancoris & iræ. Et ideo adiūgit maledictioni amaritudinē, Pedes sūt affectus q sunt veloces idest prompti ad effundendum sanguinem. i. ad rixas, vel ad multiplicandū peccata. Demum in vijs. i. pro operibus eorū, contritio, i. magna tribulatio in præsentu ēt infælicitas damnationis in futuro eis erit si nō pœnituerint. ¶ Notandum quod est triplex maledictio ex ira, vel odio procedens in qua reperitur peccatum.

Triplex maledictio irę.

¶ Prima est contra naturam diuinalem.

¶ Secunda est contra creaturā intellectualē.

¶ Tertia est contra facturam irrationalem.

§. 2. ¶ Prima quæ est contra naturam diuinalem quæ etiam includit blasphemiam, est cum quis maledicit Deum. Imprecatur enim ei malum, ac si esset creatura, quod tamē ei nō potest conuenire, & sic continet blasphemiā. Hoc autem semper est mortale cum perpendit se maledicere, nec excusatur quod ex subita ira hoc facit, vel ex more, sicut nec excusaretur ab homicidio, & consequenter a pæna mortis, si qs ex impetu irę hoc ageret ps. 36. Maledicētes ei. i. deo disperibuntur, idest diuersis modis peribunt, quia quo ad animā morte gehennæ in alia uita, & præsenti pœnis variis corporeis. Leui. 24. Qui maledixerit Deum suum morte moriętur scilicet corporali. ¶ Ostenditur autem grauitas huius maledictionis tripliciter.

Grauitas blasphemiæ.

¶ Primo, quia nominari propriè a sanctis refugitur.

¶ Secundo, quia puniri seuerè statutis præcipitur.

¶ Tertio, quia exerceri sæpe a damnatis repetitur.

Tantum habetur horrori istud vitium scilicet maledicere Deum, quod uirtuosi uiri nō audent ipsum vitium proprie nomine nūcupare, sed per contrarium nominando benedictionem pro maledictiōe, vt patet Iob. 1. ubi dicitur quod i capite hebdomadæ mittebat Iob pro filius & sanctificabat eos admonēdo & corrigendo de vitijs siue offerēdo pro eis sacrificia. Et subditur. Dicebat enim scilicet Iob. Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo, idest maledixerint. Sic etiam quādo falso accusauerunt testes Naboth de blasphemia seu maledictione dixerunt contra eum. Benedixit Naboth Deo & regi, id est maledixit. 3. Regum 21. Quinimmo audientes Iudæi Deum blasphemare, etiam q̄ mali erant in signum horroris & detestationis dilacerabant vestimenta sua, sicut dicitur de Caypha Pontifice, sed pessimo q̄ sciditue stimenta sua cum dixit de Christo Blasphemauit. Mat. 26. Nec mirum, videt enim hoc procedere ex odio ad Deum. Odium autem Dei est maximum peccatorum. Et mirum est quod terra non absorbet tales propter tantum scelus. ¶ Secundo ostenditur grauitas ex punitione legum. Omnis lex mādat tales puniri grauiter. Et lex diuina morte corporali iubet hmōi puniri, Vnde populo Dei ambulante per desertum ad terram promissionis inuentus fuit unus Deum maledixisse, de quo mandauit dns a populo lapidari, vt habetur Leuit. 24 Lex canonica iniūgit asperam pnam extra de maledicis. c 2. Ibi ponitur talis pœna, q̄ qui maledixerit Deū, veli beatā Virginem, vel sanctos debet septē dñi cis diebus stare i foribus ecclesiæ dū dr̄ missa ita

Leges ciuiles blasphemū puniunt p aut. a liarū. usus §. fi. C. de relig. & sumpt. func.

ſa, ita q̃ in vltimo ſtet ſine pallio, & calciamẽtis, & corrigiam habeat ad collum, & q̃ pœdẽtibus ſextis feriis ieiunet in pane & aqua, & non ingrediatur eccleſiam, & quolibet dictorum dierum reſiciat tres vel duos, ſi non poſſet tres, vel ſaltem vnum, & ſi ad hoc non ſuppetant eius facultates id in pœnam aliam cõmutetur. Et ſi prædicta renueret ſuſtinere, debet interdici ingreſſus eccleſiæ, & in obitu carere ſepultura. In foro tñ pnię non oportet illa iniungere, ſed arbitraria eſt, ſicut pro aliis peccatis ſm Goff. Si uerò in iudicio eccleſiaſtico cõtingeretur, talis pẽnitentia poſſet imponi & ad illam cogi. In omni ẽt ciuitate benè regula, a ſtatutis ponitur pœna pecuniaria vel alia contra maledicentes Deum. Et officiales in talibus locis qui omittunt ex negligentia tales punire grauiter peccant. Vñ Gre. Conſentire vr erranti qui ad reſecanda q̃ corrigi debent non occurrit diſt. 88. Conſentire. Vnde tales puniendo & lucrũ tpale iuſtiſſimè acquirunt, quia cõiter pars talis pecuniæ in pœnam ſolutæ eſt rectorum & accuſantiũ, & magnũ meritũ ſibi acquirunt coram Deo. Ipſi ẽt Saraceni maledicentes Deum faciunt terribiliter verberare. ¶ Tertio oſtenditur grauitas eius ex hoc quod eſt exercitium eorũ qui ſunt in inferno. Non aliud opus ibi exercent niſi blaſphemare Deum, & maledicere, ſicut dicit Io. in Apo. 16. de eis, q̃ manducauerunt linguas ſuas præ dolore, & blaſphemauerũt Deum viuentem, qui habet poteſtatem ſup has plagas. ſ. affligendi eos. Qui ergo hoc uitio detinetur oſtendit ſe pertinere ad ſtatũ dãnatorum, ex quo exercet artem eorum. ¶ Terribile eſt, & valdè formidandum exemplum quod inducit Greg. in 4 dyalo. de quodã puero quinque annorum qui a parẽtibus ſuis ciuibus Romanis in delitiis malè nutritus, conſueuerat pro quolibet minimo Deum maledicere. Et cum ſuperueniente peſte in vrbe ille puer infectus eſſet patri tenenti eum in brachiis cœpit puer clamare. Obſta pater Mauri homines me capere volunt. Faciemque ſuam abſcondere in ſinu patris quærebat, ne ſcilicet illos videret dęmones, qui apparuerunt in forma Ethiopum, nil tamen pater uidebat. Sicque exterritus puer Deum blaſphemauit, inter quæ verba vltimum ſpiritum exalrauit, ductus a dæmonis in infernum damnatorũ, quorum officium ira cito didicerat. Et licèt in tam tenera ætate infantuli non ſoleat quis vſum rationis habere, credendum eſt ſecundum Thomam. in 4. in eo vſum rationis acceleratum fuiſſe. Sicque propter peccatum maledictionis damnationem æternam meruiſſe. multique alii Deum maledicendo in ludis, vel aliis actibus a dęmonibus fuerũt arrepti, & terribiliter vexati. Quorum os maledi. &c. Contritio & infęlicitas &c.

Blaſphemia eſt exercitiũ damnatorũ.

Exẽplũ de puero dãnato in qn to anno ob blaſphemiam.

¶ Secunda maledictio eſt cõtra creaturam intellectualem, & hæc eſt cęleſtis, infernalis, & terreſtris. Si quis autem maledicit aliquẽ ſanctorum, vel angelorum nulli dubium q̃ mortaliter peccat: quia ſicut honor qui fit ſanctis redũdat in honorem Dei, qui ſanctificat eos, propter quod dicitur pſal. Glorioſus Deus in ſanctis ſuis, ſcilicet apparet ex iniuria quæ fit ſanctis, vt maledictio, blaſphemiæ de honoratur Deus, vnde & extra de maledi. c. 1. Puniri iubentur maledicentes ſanctos. ¶ Creaturam infernalem, vt diabolum, ipſum maledicere in quantum creaturam, ſeu ſecundum naturam nullo modo licet, quia ipſæ ſecundũ naturam bonus eſt, ſicut & quælibet creatura. Secundum culpam verò & malitiam quæ in eo eſt maledici poteſt, quod non eſt aliud niſi deteſtari culpam eius. Vnde dicitur Iob. 3. Maledicant ei. ſ. nocti culpæ originalis, qui maledicunt diei i. diabolo ſ. ſancti viri. Nec eſt contra quod dicitur Eccleſia. 21. Cum maledicit impius diabolum maledicit animam ſuam, quia ſecundum Tho. vbi ſupra cum maledicit peccator diabolum propter culpam, quia aliter maledicendus non eſt ſimul ratione oſtendit ſe maledictione dignum cum in culpa maneat, & ſic dicitur maledicere animã ſuam. Ex leuitate aũt vel ira hoc agere peccatum eſt, ſicut communiter accidit. Vnde & abſtinere ab hoc docemur exemplo archangeli, de quo dicitur in epiſtola Iudæ. Cum altercaretur Michael cum diabolo de corpore Moyſi, non auſus fuit in eum iudicium inferre blaſphemiæ, ſed ait. Increpet te Deus. Vbi Hiero. Si ergo Michael non fuit auſus diabolo, & certæ maledictionis dignſſimo iudicium inferre blaſphemiæ quanto magis non ab omni maledictio puri eſſe debemus. Merebatur quidem diabolus maledictum, ſed per os archangeli blaſphemia exire non debuit. 24. quæſtio 3. ſi igitur. Alterario autem illa in hoc fuit, quia diabolus quęrebat inueniri corpus Moyſi, vt ſcilicet eos induceret ad y dolatriam per nimium cultum eius, ſed angelus prohibebat inueniri ad ſubtrahendum eis occaſionem ſuperſtitionis, quod & factum eſt, ſcilicet vt non inueniretur. ¶ Creatura intellectualis terreſtris eſt vt homo, cui cum malum optari non debet inquantum malum, ita etiam nec maledici,

§. 3. Sanctos blaſphemare vel angelos eſt peccatum mortale

Adde p hoc tex. in c. qualis. 25. di. & no ta in l. ſi quis cũ militib. C. ad le. Iul. maieſtat. & in l. 1. C. de re. credi. & iureiuran.

cum sit factus ad imaginem Dei, Contingit autem ex causa triplici hominē maledicere.
¶Ex conformatione Dei & amore iustitiæ.
¶Ex deliberatione & liuore vindictæ.
¶Ex surreptione vel correptione nequitiæ.
Primo igitur cum quis maledicit alicui cōformando se voluntati diuinæ quam videt velle aliquod malū illius hominis ex instinctu spiritussancti, tunc non est peccatū secundū Th. vbi supra.ar.1. Et hoc modo Per. Apostolus maledixit Simoni mago di. Pecunia tua sit tecum in perditionem. Act.5. Et Paulus maledixit Elymæ mago. Percutiat te Deus cęcitate fili diaboli. Et Heliseus maledixit pueris deridentibus eum in nomine domini, vnde secuta est deuoratio eorum ab ursis. 4. Reg.2. Et Noe maledixit Chanaan filio Chan. Gen. 9. Eadem ratione omnes maledictiones q̄ imprecate sunt a' sanctis prophetis contra peccatores vt illud. Duplici contritione conterere eos domine Deus noster.& Gen.27. Qui maledixerit tibi maledictionibus repleatur. Et in ps.108. Deus laudem,vbi imprecantur multæ maledictiones contra Iudam vel populum Iudaicum. ¶Possunt etiam huiusmodi imprecationes intelligi per modū propheticæ prænunciationis secundum Thomā. Et tunc exponitur præsens imperatiui,vel optatiui pro futuro indicatiui, vt illud contere eos,ideſt cōteres. Maledictionibus repleatur. i.replebitur. In ps. Deus laudem. Constitue super eum peccatorem, ideſt constitues, &c. Similiter cum aliquis maledicit, alicui optando ei aliquam ægritudinem, vel aliquod impedimentum non propter aliud, nisi vt per hoc bonus efficiatur, vel aliorum nocumento cesset potest esse sine peccato. Vnde Greg. in 3.mora. Cum sancti viri maledictionis sententiam proferunt, non hanc voto vltionis: sed ex iustitiæ examine promunt. 24. qō.3.

Blasphemat homo ex vindicta

¶Secundo profertur aliquando maledictio ex liuore vindictæ, & hoc est mortale peccatum,eum.s.maledicit aliquem optando ei deliberatè aliquod malum notabile nō nisi malum,puta ob odium uel vindictam,vel inuidiam & huiusmodi,puta cum dicit.Mors occidat te. Talis vel talis infirmitas tibi accidat, pestis vel febris, vel incisa sit tibi manus uel pes frangatur, vel diabolus habeat animam tuam &c. Et de hac intelligitur dictum Apostoli.1.Cor.6. Neque maledici regnum Dei possidebunt. Nullus autem excluditur a regno Dei,nisi propter mortale. Et ratio huius est secundum Thomam.2.2.qō.76. art.4. quia velle alicui malum secundum se repugnat charitati,qua diligimus proximum volentes ei bonum. Et ideò secundum genus suum est mortale. Et tanto grauius quanto personam cui maledicimus magis diligere, & reuereri debemus. Vnde dicitur Leuit. 20. Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. Et multo grauius uidetur peccare, cum ex deliberatione maledicit animabus parentum iam defunctorum. De prælatis etiam specialiter dicitur. Principem populi tui non maledices. Hinc Greg.in 3.moral. Maledictum quod scriptura condamnat est,quod non iudicio iustitiæ:sed liuore vindictæ promitur.24.q.3.cum sancti. Sed ita miserabiliter abundat hoc vitium in mundo,ut merito posset dici illud Zachariæ prophetæ. Non est veritas in terra,non est misericordia: sed maledictum, furtum, adulterium inundauerunt. Et sic horum os maledictione, & amaritudine plenum est &c. ¶Tertio profertur maledictio est subita ira sine deliberatione, & quasi causa correctionis, ut talis terrea tur, vt quotidie faciunt parentes erga filios magistri erga discipulos, & domini erga seruos, qui tamen non optant illis illa mala, & hoc secundum Tho.ubi supra est ueniale, qa peccata verborum maximè ex affectu iudicātur, & Aug. de igne purgatorii dicit ad minuta,ideſt venialia pertinere, cum omni facilitate & temeritate maledicimus distinct. 25.§. aliàs eadem. Quamuis autem hoc non sit graue peccatum,tamen ab huiusmodi abstinendum. Vnde Hie. Qui negligunt oris maledicti consuetudinem refecare etiam si non corde maledicant, tamē immunditiam labiorū, & inquinamenta oris incurrunt 24. quæst.3. Qui negligunt. ¶Quantum aūt Deo displiceat,& in filiis noceat maledictio parentū erga filios ostendit August.in li.de ciu.Dei.per exemplum illius mulieris viduæ quæ in ciuitate Cappadociæ habitans decem filios habebat.Et cum vna dierum ex aliquo opere eorum ei displicente eos maledixisset omnes effecti sunt in toto corpore tremuli,ita vt omnium aspectus ad se traheret.Ex quibus duo, scilicet Paulus & Paladia dicti venientes ad ciuitatem Yponensem,vbi præsulabatur Aug.orantes ad altare beati Stephani,vbi erant reliquiæ eius,miraculos è sanati sunt. Sicque ex indiscreta maledicione matris in filiis, & ipsi ad hoc prouocantes matrem puniti sunt. Quorum os maledictione &c.

Blasphemat homo ex ira.

Exēplū.

¶Tertia maledictio est contra creaturas irrationales prout dominus dixit,Gen.3.Maledicta terra in opere tuo in pœnam hominis. §.4

Pro

Creatura irrõnalis, maledicit tri plici ter

Pro cuius declaratione dicit b.Th.2.2.q.76. ar.2.Maledictio creaturę irrationalis ꝓt fieri tripliciter.¶Vno modo ad creatorẽ referẽdo inquantum.s.est creaturæ Dei,& sic ẽ illicitũ, & peccatũ blaſpemiæ vnde & mortale, hoc n.est deteſtari Deũ in illo opere ſuo. ¶Secun do modo ad ipſam creaturam reſpiciendo ſe cun dum ſe conſideratam,ut quia aliqđ bru tum non mouetur ut vult,vel nocet ſibi & huiuſmodi,ex quo iraſcitur appetens ei pœnam, ſed hoc eſt vanum ſeu otioſum & peccatũ ue niale.Maledictio enim licita videtur eſſe præ cipue inquantum reſpicit pœnam.Pœna autẽ reſpondet culpæ. Vnde cum creatura irra tionalis non ſit ſuſceptiua culpæ nec pœnæ ideò vanũ eſt ſecundum ſeipſam maledicere, & tamẽ hoc modo fit frequentiſſimè.Quorũ os maledictione &c.¶Tertio modo ad homi nem referendo ad quem ordinatur.Omnia.n. fecit Deuspropter hominem. Aug.Et ſic bene dictio,& maledictio ad illam rem pertinet ꝓ priè,cui poteſt aliquod benè vel malè contin gere.s.rationali naturæ.¶Creaturis aũt irra tionabilibus bonum vel malum dicitur con tingere in ordine ad creaturam rationalem ꝓ pter quam ſunt ordinatæ.Sunt autem ordina tæ ad eam tripliciter.¶Vno modo per modũ ſubuẽtionis inquantum creaturis irrationa bilibus ſubuenit neceſſitati humanæ. Et hoc mõ Deus maledixit terræ ut ꝓ eius ſterilitatẽ homo puniretur.Dñs etiã ſuſſit vt ſex ex tri bubus Iſrael ſtãtes ſuper montem Gebal de berent impræcari multas maledictiones trãſ greſſoribus legis,econtra aliæ ſex tribus ſtan tes ſup mõtem Garizin impræcarentẽ benedi ctiões multas obſeruatoribus legis ad innuẽ dum(ut dicit Hiero:)ꝙ quidam legem obſer uant Dei timore punitionum,& quidam mo re præmiorum 24.q.3.Cũ ergo.Et inter cæte ras maledictiones dẽ Deũ.28.Maledictus hor reum tuum,ut.s.per penuriam uictualiũ pu nirentur.Et hoc modo maledicere creaturæ irrationali ex magna malíuolentia.s.ad poſſeſ ſorem eius,vt ſic ex carẽtia illius creaturę ir rationalis ꝓximus damnificetur notabiliter, ut per mortem ꝙ,bonis,ruina domus & huiuſmodi eſſet mortale, ꝙa contra charitatẽ. ¶Secundo modo ordinatur creatura irratio nalis ad rationalẽ ꝓ modũ ſignificationis in quantum.s.ea ꝙ cõtingũt circa rationabilia figurant quę mortaliter euenĩũt,vel euenire ꝓt hominibus.Et ſic dominus maledixit ficulneę cũ.s.accedens ad eã eſuriens, non inueniret fructus,ſed tantũ folia,ex qua maledi ctione radicitus arefacta eſt Mat.21.ad ſigni

Creaturę irrõnales tri pliciter ordinan tur ad hominẽ

ficandum populum Iudęorũ,ad quẽ dñs ueniens incarnatus eſuriens,ideſt deſiderans ſa lutem eius,quia nõ inuenit fructus fidei,ſed tantum folia cerimoniarum obſeruationis re probauit gratiam ſubtrahendo, vnde nil fru ctus meritorum producere poteſt. Significat etiam hominem tantũ bonis verbis ornatum non operibus a Deo reprobatũ,per hoc non ſibi fructificare.Sic & mõtes Gelboe maledi cti ſunt a Dauid,vt nec ros nec pluuia ſtilla ret ſup eos,ut habetur.2.reg.1.ad ſignificãdũ ꝙ in mõte ſupbiæ vbi corruerũt fortes Iſra el.i.angeli mali,& primi parẽtes, nec ros gra tiæ nec pluuia deſcendit a Deo.i.ſupbis Ter tiomodo ordinat creatura irrationalis ad rõ nalem per modum cõtinentis.ſ.tpis, vel loci. Et propter hoc poteſt itelligi ad literã Da uid maledixiſſe mõtibus Gelboe propter cæ dẽ populi Iſrael,q̃ fuit facta a Philiſteis i tali loco. ¶Sic & Iob maledixit diei natiuitatis ſuæ dicẽs.Maledicta dies i qua natus sũ, &c. ꝓp culpã originalem quam naſcendo con traxit,& alias ſequentes pœnalitates tali tem pore.Vnde Greg.in 4.mo.ait.Nimis eſt incõ gruũt vt ſuſpicemur Iob nullo inſtigãte,nul lo pulsãte ex impatiẽtia ad vocẽ maledictiõis erũpere,quẽ nouimus inter dãna rerũ,mor temq; filiorũ, inter uulnera corporis iter uer ba mala ſuadetis vxoris magna creatori præ conia humili mẽte reddidiſſe,dñ.ſ.ait Domi nus dedit,dñs abſtulit,&c. Et iterũ vxori. Si bona ſuſcepimus de manu dñi, &c. Nõ ẽ ergo maledictio eius ira cõmoti, ſed doctrina trãquilli.Dies ergo in qua natus eſt,deſignat oẽ tẽpus mortalitatis.i.deficiat tẽpus morta litatis & appareat ſtatus æternitatis. Vel dies ꝙ optat vt pereat eſt diabolus qui optatur ut pereat,non quidem a gloria quam iam per didit,ſed ut rurſus licentiam temptãdi amit tat.Hic quidem dies per naturam benè con ditus,nox per meritum,tenebroſus diescum proſpera allicit,ſed in noctem deſinit qui ad mala trahit.Sub hac die & nocte homo eſt cõ ceptus & natus,quia ſub poteſtate diaboli ꝓ peccatum originale ex ipſo introductum ho mo cõcipitur,& naſcitur,uel dies peccati de lectationem deſignat,nox mentis cęcitatem. Homo ergo in die naſcitur vel in nocte cõci pitur,quia ad delectationem ꝑccati non rapi tur,niſi prius per mentis tenebras infirme tur.Sed pereat dies.i.delectatio peccati uigo re iuſtitiæ deſtruat̃,& nox.i.qd cæcata mens per conſenſum perpetrat, pœnitẽtia extin guat.Dies uertatur in tenebras,ut quod in ex ordio delectationis ad quem finem perditio-

De maledictione ꝙ Iob fecit.

nis rapit videatur, & p pœnitentiam crucietur. Quod si ita punita est non requirat tam Deus i iudicio ut puniat. Hęc ex dictis Gre. sed abbreuiata. Sed brūs Tho. sup Iob tractās hunc passum scd̄m litteram sic ait. Intelligēdum est Iob diei suæ maledixisse, quia eum esse malum denunciauit non secundum suā naturam qua a Deo factus est, sed secūdum illam scripturæ cōsuetudinē qua dicitur tēpus bonum vel malum secundum ea quæ in tempore agūtur secundum illud Ephe. 5. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Maledixit ergo diei suæ inquantum malum in illa die accidisse commemorat. Quomodo autem maledixerit ei. Subditur. Pereat dies in qua dictum est natus est homo. Vbi sciendū quod licèt esse & viuere sit secundum se appetibile, tamen esse & viuere in miseria est fugiendum secundum quod huiusmodi, licèt interdum esse in miseria libenter sustineatur propter aliquem finem bonum. Vnde illa miseria vitæ quę non ordinatur ad aliquē bonum finem nullo modo erit eligenda. Bonum autem quod ex aliqua miseria expectatur sola ratio apprehendit, non autem uis sēsitiua percipit sicut amaritudinem percipit gustus, sed sola ratio in fine sanitatis delectatur. Si quis autem scd̄m passionē sui gustus uellet exprimere medicinam denūciaret eā esse malam quamuis ratio iudicaret bonam propter finem. Sic ergo miseria quam substinebat Iob ratiōe quidem videri poterat quātum ad aliquid vtile esse, sed inferior pars animæ quæ tristitia afficiebatur, aduersitatem & totaliter repudiebat, vnde & ipsum viuere sub tali aduersitate oneros̄ erat. Quando aūt aliquid nobis odiosum est, omnia abominamur per quę deuenimus in illud. Et ió Iob secundum interiorem partē animæ cuius passionem exprimere intendebat, & natiuitatem & conceptionem suam ex quibus in hāc miseriam uenerat odio habebat, & per cōsequens diem natiuitatis, & conceptionis secūdum illum modum loquēdi, quo ex his quæ in tempore agūtur aliquid ascribitur tēporibonum vel malū. Sic ergo secūdum partē sensibilē virā sub aduersitate repudiabat, uolebatq; se nūquā natū, vel cōceptū fuisse. Et hoc é q̄ dicit. Pereat dies in qua natus sum, ac si diceret utinā nunq̄ natus fuissē Et nox in qua dictū ē. i. in qua dicit potuit verè conceptus ē hó. i. utinā nūq̄ fuisset cōceptus. Cōuenienter āt natiuitatē ascribit diei, cōceptionē nocti, qa sm astrologos natiuitas diurna laudabilior ē principali syderē. i. sole existēte sup terrā. Cōceptio āt de nocte frequētior ē. Similis modus loquēdi habet Hiere. 20. vbi dicit Hieremias. Maledicta dies in qua natus sum &c. Prosequitur autē singulatim de maledictione vtriusque diei. s. & noctis dicens. Dies illa uertatur in tenebras. Vbi sciendum scd̄m Hiero. in prologo super Iob q̄ ab illo loco. Pereat dies, vsq; ad illū añ finem libri dicit. Idcirco meipsum reprehēdo. Scriptus fuit liber istæ in versibus exametris, vñ & p modū poematis conscriptus est. Vñ & per totū librum hunc figuris & coloribus utitur quib. poetæ uti consueuerunt. Poetæ autem ut uehementius moueāt eādem sententiam per diuersa verba inducunt. Et secundum huiusmodi Iob ad maledicendum diei suæ, ea inducit qbus solet nobis aliqua dies esse odiosa. Dignitas diei est claritas eius per hanc enim a nocte discernitur. Hanc autem dignitatem excludit cum dicit. Dies ista uertatur in tenebras. Et quantum ad superficiem litteræ tūc friuola videtur & vana, quia iam præterierat dies natiuitatis, & iam non erat, quod autem prēterijt immutabile est. Quomodo ergo poterat sibi dies quæ præterierat in tenebras conuertit? Sed sciendum quod quædam per modum optandi dicuntur ad exprimendum iudicium, quod de re aliqua habetur. Sic ergo dicitur dies illa conuertatur in tenebras, ac si diceret. Dies natiuitatis meę debuisset eē tenebrosus ut cōgrueret tenebris miserię quam patior. Quia enim aspectus luminis delectabilis est consuetum est in scripturis vt per tenebras tristitia significetur. ¶ Est autem dies clarus multipliciter. ¶ Primo ex Dei sanctificatione qui eum celebrem instituit, ut sabbatum. Hanc claritatem remouet a prædicto die dicens. Non requirat eum Deus desuper. q. d. Non exigat Deus ab hominibus, ut hunc diem celebrem agant sicut aliqui dies exiguntur a Deo ad celebrandum in memoriam beneficiorum. Vult ergo dicere, quod natiuitas sua non debet computari inter insignia Dei beneficia; eum magis sit natus ad miseriam quam ad lætitiam. ¶ Secundo aliquis dies clarus dicitur ex bonorum recordatione. Solent enim homines aliquos dies celebres agere, in qb. aliqua magna & iocūda acciderūt. Sicut Pharao diē natiuitatis suę celebrauit. Hāc igitur claritatē excludit a dicta die dicēs, & non sit i recordatiōe hominū. ¶ Tertio dies clarus est ex corporali lumine. Quę claritas auferē ex subtractione radiorū solis illuminantium terras ut quādo sol ecclipsatur. Et quantum

Dies clarus multipliciter dicitur.

ad hoc.

ad hoc dicit. Nō illustretur lumine, vel ex oppositione nubium occultantiū radios solis. Et quantum ad hoc dicit. Obscurent eum tenebrę. ¶ Quarto ex defectu visiuæ virtutis, dū enim quis moritur, vel visu priuatur, sic ei aufertur claritas diei. Et quantum ad hoc dicit vmbra mortis, &c. Et inuoluatur amaritudine. Per hoc dat intelligere totum quod de obtenebratione dictum est ad tenebras tristitiæ esse referendum. Hunc n. morem obseruare videtur, ut parabolicam locutionem ex aliquo sequenti exponat. Nihil ergo intendit dicere aliud, nisi quod dies natiuitatis suæ nō debet iudicari dies gaudii, sed mœroris, cum per suam natiuitatem ad uitam tantæ aduersitati subiectam deuenisset. Demum de nocte dicit. Noctem illam &c. Ibi vide.

¶ De *contumelia*. Ca. 6.

Finis irę est uindicta.

CONtumelia ponitur a Gregorio in libr. moral. filia irę. ¶ Et quanuis oriatur aliqn et ex alijs vitijs, magis tamen directè & cōmunis ex ira. Et rō est qa finis irę est uindicta. Sed nulla vindicta magis est in pròptu irato, q̄ contumeliam inferre alteri. Aliquādo oritur ex stultitia secundum illud puer. 20. Omnes stulti miscentur cōtumelijs. s. vel aliis eas inferendo, vel contumelianibus se immiscendo. Sic. n. ira non audit perfectè rationem, sed patitur rationis defectum secundum philosophū, & ideo contumelias infert eadem ratione stultus. Aliquando oritur ex superbia, secundum illud prouer. 11. Vbi superbia, ibi contumelia, & hoc actiuè, & passiuè, quia infert & recipit eas, & hoc est dispositiuè. Et ratio est, qa superbi æstimant alios inferiores se, ideo facilius cōtēnunt alios & alijs irascuntur, vnde sequitur contumelia.

Contumelia describitur.

Potest autem sic describi. ¶ Contumelia est expræssio defectus alterius coram eo per uerba ad ipsum dehonorandum, vnde Isidorus dicit in libr. ethimo. quod cōtumeliosus est q̄ uelox est & tumet verbis iniuriæ. Extēso tn. nomine quandoque cōtumelia in factis iniuriæ dicitur vnde gl. super illud Ro. 1. Cōtumeliosos dicit. Cōtumelioſi sunt qui dictis vel factis iniurias & turpia alijs inferūt, ut si qs proiceret lutum, vel sputum in aliquem & huiusmodi. Est aūt differentia inter contumēliā, conuitium, & improperium. Nam cōtumelia, est cum refertur defectus culpæ alterius in vituperium eius, vt cum uocatur qs fur, adulter, & huiusmodi. Conuitium cū refertur defectus culpæ vel penæ, ut cū quis uocatur sclauus, cęcus, mendicus, & huiusmodi. Improperiū aūt importat defectū minorationis cum reducitur ad memoriam seruitiū in necessitate collatū. Sæpe tamē sumitur unum pro altero, & nomine contumeliæ vel etiam opprobrii quolibet horū hic intelligit.

Differētia est inter cōtumeliam, cōuiuium & improperium.

¶ De contumelia ps. 68. Propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperiū meū, confusionē meā, & reuerentiā meā. Loquit ps. in pſona Christi, vt dicit gl. vñ petit liberationē a morte p̄resurrectionē pp inimicos, ut. s. cōuertātur, & pæniteāt de passione ei illata, in qua sustinuit improperiū, cū. s. Iudęi dicerēt. Blasphemauit & hmōi ſm gl. q̄ p̄tinet ad cōtumeliam. Hiere. 20. Audiui contumelias eorū in circuitu. Sustinuit confusionē. i. magnā pœnam ex illis contumeliis. Ad Hęb. 12. Sustinuit talē aduersus seipsum cōtradictionē, & ibi. Sustinuit crucē cōfusione contēpta. Reuerentiā meā. s. ad Deū non recedendo a Deo. s. p̄ patientiā. Sap. 2. Contumelia & tormento interrogemus eū, & probemus patiētiā eius, & videamus reuerētiā eius, hæc ꝺ̄a tu pater scis. Pōt ēt secundum gl. dici q̄ hæc loquitur Christus in persona mēbrorū suorū p̄ quibus petit liberationē. Vbi tria notātur. §. 1.

¶ Primo ostendit contumeliam illatam, ibi. Improperium meum.

¶ Secōdo innuit pœnam inde causatam, ibi confusionem meam.

¶ Tertio subdit congruentiam seruatam, ibi. & reuerentiam meam.

¶ Quantum ad primum ibi ponitur improperiū pro contumelia ut patet exglo. Vbi ad sciendum quādo est peccatū & quale. Nota quod contumelia potest inferri tripli ci intētione, & secundum hoc iudicandū est de ipsa. §. 2.

¶ Primo animo. s. corrigendi.

¶ Secundo animo. s. solatiandi.

¶ Tertio animo. s. iniuriandi.

Contumelia fit animo corrigendi.

¶ Cum ergo cōtumelia perofertur aīo corrigendi in se nō est peccatum, sed meritoriū. Cuius rō est, quia sicut licet aliquem cā correctiōis uerberare, uel i pecunia cōdēnare, sic ēt p̄ zelo correctionis contra aliquē uerbum conuitii dicere. Quod patet exēplo Christi, q̄ dixit discipulis euntibus in Emaus. O stulti & tardi corde ad credēdū. Lu. ult. Et exēplo Pauli qui dixit. O insēsati Galate quis uos fascinauit euangelio nō obedire. Ad Galatas. 3. Raro tamē & ex magna necessitate, & utilitate, & cū moderatione huiusmodi obiurgatiōes sunt faciendæ, ut dicit Aug. & præciuè uerbis continentibus turpia abstinendū, ut meretrix & huiusmodi, q̄ sine peccato dici

non

non possunt. ¶ Secundo cum profertur cõtumelia, seu conuiuium animo solatiandi, tũc si talia non sunt in detimentum honoris alicuius est ueniale peccatum, ut uocando cęcũ, stultũ, & huiusmodi. Si vero ex leuitate, uel ludo proferet uerbum, quod esset cõtra honorem alterius, vel de quo ęstimare posset ipsũ notabiliter irasci, & odiũ incurrere, vel aliud graue peccatum, non excusaretur a mortali, etsi hoc non intenderet, sicut cum quis ludẽs cũ alio grauiter offenderet vsque ad mutilationem, & huiusmodi nõ careret mortali culpa. Ludus enim noxius est ĩ culpa. Quamuis enim ad eutropoliam, seu urbanitatem pertineat dicere aliquod leue conuitium, non tamen usque ad dehonorationem uel cõtristationẽ eius de quo dicitur, sed magis causa delectationis, & ioci, uel leuitate loquendi obseruatis debitis circunstantiis, alias ibi esset peccatum. Et ideo cauendum est semper acõ uitiis & contumeliis. ¶ Tertio cum profert animo iniuriandi vel ulciscendi, aut dehonorandi, & sic est mortale secũdum Tho. 2. 2. q. 72. arti. 2. Ratio huius est, quia notabiliter lædit proximum, & sic facit contra iustitiã, & charitatem. Nõ enim quis amat minus honorem suum, quam diuitias tẽporales, sed plus. Sed auferens superbiam peccat mortaliter, vel etiam intendens auferre, ergo multomagis intẽdens auferre honorem. Verba ꝑ qua infertur contumelia quantum ad suam essẽtiam ideſt inquantum sunt quidam soni audibiles, & si nullum nocumẽtum inferunt nisi forte grauando auditum cũ nimis altẽ ꝙs loquitur, tamen inquantum sunt signa repsentatiua aliquid in notitiã aliorum, sic possunt multa damna inferre, inter quæ quod hõ damnificetur quantum ad detrimentum honoris & reuerentiæ sibi ab aliis exhibẽdæ. Vnde & maior contumelia est, & grauius peccatum, vt si aliquis dicat defectum suum coram multis, & tamen etiam sibi soli dicẽdo potest esse contumelia, quantum ipsæ qui loquitur loquentis reuerentiam agit. Probatur hoc idem scilicet contumelia esse mortale autoritate. Nam Christus dixit Mathæ. 5. Qui dixerit fratri suo fatue, quod scilicet ꝑtinet ad contumeliam reus erit gehennæ quæ nõ debetur nisi pro mortali, & intelligitur cum hoc dicit intẽdẽs dehonorationem. Apostolus ẽt Ro. 1. dicit. Digni sunt morte scilicet æterna qui faciunt peccata, & enumerata ibi inter quæ ponit cõtumelia, & Clemens. Dãnatione sunt digni qui patribus legatiõe dei fugiẽtibus cõtumeliã inferũt. 2. q. 7. c. qualis.

¶ Quantum ad secundum notatur pæna cõ sequens ex improperio, seu contumelia dũ dicitur. Confusionẽ meam scilicet ex improprio mihi secutam. Confusio enim ut dicit Catholicõ importat erubescentiam. Erubescẽtia autem magna est pæna, ut dicit. Augu. de pæ. di. 6. c. 1. Debet aũt quilibet cauere sibi nõ inferre proximo pænã, uel tristitiã. ¶ Vnde abstinere debet primo ab improprio seu contumelia culpæ improperando ei culpam præteritam sine causa rationabili. Quod prohibetur Eccle. 8. Ne despicias hominem auertentem se a peccato, scilicet per pænitẽtiam, nec improperes ei. Memento quia omnes in corruptione sumus. Sicut nec Christus improperauit Magdalenæ pænitenti peccata, sed texit remittẽdo, & pater recepit filium prodigum reuertentem. Et Ioannes euangelista illum iuuenem qui ex discipulis effectus erat princeps latronum osculans ei manum, qua homicidia perpetrauerat, ut non confundere tur. Sed gaudere debes, quia frater tuus mortuus erat & reuixit, sicut gaudent angeli de uno peccatore pænitentiam agente. Memento, quia & tu aliquando in talia cecidisti, vel talia adhuc, & peiora agis, uel saltem ea perpetrare potuisti. ¶ Secundo debet quis abstinere ab improperio indigentiæ scilicet rememorando eius subuẽtionem sibi factam in necessitate ad confundẽdum, & dehonorandum eum. Vnde dicitur Eccle. 41. Cum dederis ne improperes, sed imiteris Deũ, ut dicit ibi gl. Qui dat omnibus affluẽter, & nõ improperat Iac. 1. Et de improperante bñficium factum dicitur Eccle. 20. Datũ insipientis non erit tibi utile. Nam oculi eius septẽplices sũt exigua dabit & improperabit multa. Insipiẽs est peccator & contumelioſus. Oculi eius intẽtio eius. & hi septẽplices ideſt ad uaria emolumenta intendẽs, uidelicet emolumentum in desperando, importunè exigendo multoties improperãdo, dominium bonorum tuorum ambiendo, te sibi subiiciendo de eo inaniter gloriando, datum multo maius quam sit reputando. Et sic non erit tibi utile. Debet etiam quis abstinere ab improperio seu conuitio defectus naturæ uidelicet non uocãdo illegitimum uel cæcum uel hebetem, uel stultum, & huiusmodi. Eccle 22. Est reuersio ad amicum exceptõ uitio & maledicto &c. Vnde Fęnena quæ multos habebat filios, quia exprobrauit Annam, & improperabat seu conuiciabatur ei quòd dominus cõclusisset uuluã eius. i. quòd sterilis esset punita est, quia filios amisit. 1.

§. 3. Abstinere debet a contumelia

Regum

Regum.1. Cum autem per contumeliam qs facit iniuriam proximo notabilem tenetur ei satisfacere saltem petendo veniam. Sic enim Christus docuit dicens Mat.5. Si frater tuus habet aliquid aduersum te, quia scilicet ei in iuriasti vade reconciliari fratri tuo, scilicet petendo veniam. ¶Notabile exemplum habetur circa hoc in vitis patrum. Cum enim quidam contumeliam intulisset fratri suo qui dictus est frater Nicolaus de Iuuenatio, & non sibi reconciliasset venia petita accidit qđ inde ad paucos dies infirmatus ille moreretur. Post mortem verò apparuerit ipsi fratri Nicolao petens ab eo veniam de cõtumelia illata. Cui ille respondit sciens illum esse defunctũ. Veniam pete a Christo, in cuius iudicio, & foro es constitutus. Et ille, Christus mihi non vult dimittere, nisi prius humiliatus veniã a te petens obtinuero. Quod libẽter fecit, & sic a Christo veniam impetrauit. Debet autẽ cõtumeliatus oblata sibi satisfactione competẽti ignoscere, alias grauiter peccaret. Vnde dicitur di.90. Si quis contristatus noluit reconciliari fratri suo satisfactẽti eo acerimis maceretur mediis glos. ibi excommunicationis.

§.4. Contumelia repellẽda.

¶Quantum ad tertium, scilicet congruentiã seruatam notatur cum dicitur. Reuerentiam meam quam scilicet habui ad te Deus pater in ipsis improperiis, quia nõ recessi a timore tuo, & dilectione, ppter huiusmodi iniurias, & contumelias, sed voluntariè & patienter sustinui. Vnde & subdit. Improprium expectauit cor meum & miseriam, ideſt ad ista quæ non inuitus: sed voluntarius præparaui, ut dicit glo. Vt autem dicit Petrus in canonica. i. Christus passus est pro nobis vobis reliquens exemplum vt sequamini vestigia eius patienter ferendo contumelias vt ipsæ fecit. Vnde Liberius papa. Non vos a pio mentis proposito afflictionis amaritudo coerceat recedere, considerantes quanta creator dñs pro vobis pertulerit quibusue contumeliis afficiendum tradiderit pro vestra liberatione. 7.q.1. Suggestum. Et notandum circa cõtumelias verborum, & factorum quod.

¶Aliquando opertet repellere.

¶Aliquando decet sufferre.

¶Aliquando debet quis repræhendere.

¶Primo contumelia est aliquando repellenda, scilicet puniendo contumeliantem, quando quis scilicet habet auctoritatem super eũ. Contumelia enim iussu principis, & manu militis est repellenda. Vnde Roma. 13. dicit. Non sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram in eum qui malefacit. Præcipue autem contumelias, & ea quæ sunt in iniuriam Dei, vel ecclesiæ oportet punire. Vnde Chrys. dicit quòd in iniuriis propriis esse parentem laudabile est, in iniuriis Dei impium, & quia contumeliæ quæ dicuntur contra rectores præcipue prælatos ecclesiæ præcipue vergunt in contumeliam Dei, ideò puniendæ. Et quamuis quis debeat magis punire si potestatem habet contumelias aliorum quam proprias, quia minus suspectus habetur ne moueatur cupiditate priuati honoris, tamen & in eum illatas potest punire inquantum vergunt in iniuriam ecclesiæ, & detrimentum boni communis vt dicitur. 23.qõ.4. Guillisarius, cum §. sequen. & glos. ibi. ¶Secundo aliquando contumelia est sufferenda, & hoc ratione euitandæ temeritatis, iuxta illud Prouer.26. Ne respondeas stulto, iuxta stultitiam suam ne ei similis efficiaris. Tacere quippe, & non respondere contumelianti, quando quis hoc faceret, vt si tacẽs magis prouocaret illum ad iracundiam peccatũ esset, sed tacere ne & ipsæ respondens incurrat contumelias, vel magis illum ad iram accendat debitum est & virtuosum. ¶Secundo debet sufferri ratione incorrigibilitatis cum enim contumelians est incorrigibilis, nec in eum habet auctoritatem sufferre debet & tacere. Sicut & Christus cum contumeliaretur non respondit nec Herodi nec Pilato, nec scribis & Phariseis cõtumeliantibus eum qui obstinati erant, vt habetur in euãgeliis. ¶Tertio sufferenda est contumelia ratione conseruandæ virtutis, scilicet patientiæ. Sicut enim patientia necessaria est nobis in his quæ fiunt cõtra nos, ita & in his quæ contra nos dicuntur. Patientia (ait Apostolus) nobis necessaria est. Eccl. 8. Non litiges cum homine linguato, nec struas in igne eius lingua, nec cum potente ne te per potentiam opprimat, nec cum diuite ne per pecuniam vindicat, ne cum loquace ne te per eloquentiã decipiat. Vnde & in psal.37. dicitur. Qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates, ideſt falsitate. Et subditur. Ego aũt tanquam surdus non audiebã, & sicut mutus non apperiens os suum. Non dicit ego surdus, sed tanquam surdus, quia in hoc est virtus patientiæ & audiens contumelias tanq̃ non audiret nõ murmuret in corde, nec ore cõtumeliis rñdeat. ¶Tertio debet aliqñ repræhendi contumelia in dicto vel facto quod licet omnibus. Vnde & Saluator contumeliatus, facto cum scilicet percussus fuit in faciem percussorẽ repræhendit dicens. Quid me cedis? Nec ei aliam maxillam obtulit patien-

Est sufferẽda aliqñ cõtumelia.

Est reprehẽdẽda.

cutien-

cutiendã. Io. 40. Et hoc duplici ratione ſecundũ Tho. vbi ſupra. Prima vt audacia contumeliantis cõprimatur ſecundũ illud Prouer. 26. Reſpondet ſtulto iuxta ſtultitiã ſuã ne ſibi ſapiens videatur. Non tñ cum eſt in furore, eſt arguendus: ſed ipſo ſedato, niſi vtilitas cõis aliud exigat. Secundo ne aliorũ profectus impediatur per contumelias illatas. Vnde Gre. ſuper Ezech. Quorum vita exemplo eſt poſita, dñt ſi pñt retrahentium ſibi verba cõpeſcere, ne eorum prædicationem non audiant, q̃ audire poterant, & in prauis moribus remanentes benè viuere contemnant.

§. 5. ¶ De ſatisfactione pro cõtumeliis. Nota q̃ dicit Vmbertus in expoſitione regulæ, q̃ quilibet tenetur ad ſatisfaciendũ illi, quem lædit verbo rixando, vel contumeliando, & tenetur ad ſatisfaciendũ cito. ſ. cum põt. Sicut. n. in reſtõne q̃d ſine die certo debetur, oi die debet, ita & hæc. Vñ Apoſt. ad Ephe. 4. dicit. Sol non occidat ſuper iracundiam vr̃am. i. ſi cõtingat aliquem contumeliare ex ira, antẽq̃ tranſeat dico reconciliamini cum eo. ¶ Sed quærit aliquis quæ ſit iſta ſatisfactio, ad quã tenetur ille qui verbo aliũ læſit, puta cõtumeliãdo, vel irridẽdo & hmõi. Rñſio triplex põt eſſe. Vna eſt per verbũ, vt cum quis de offenſa ueniã petit, ſicut fecit Aug. ſcribens Hiero. dicens. Obſecro te per miſericordiam Ieſu Chriſti ſi lęſi te ignoſce mihi. Secunda eſt p corpis humiliationẽ. Sicut fecit Semey Dauid qũ cõtumeliauerat. Dr̃. n. 2. Reg. 19. q̃ Semey proſtratus coram rege dixit ad eũ. Ne reputes mihi dñe iniquitatẽ neque memineris iniquitatũ ſerui tui. Tertia eſt per obſequia. Sicut Iacob voluit muneribus placare Eſau fratrem ſuũ. Ro. 12. Si eſuerit inimicus tuus ciba illum. ¶ Sed quæritur vtrũ teneatur quilibet offendẽs verbo ad oẽs hmõi ſatisfactiones? Rñſio. Sic vt lędens aliũ in rebus non tenetur ei niſi ad certã quantitatẽ rei reſtituendæ ſm quantitatẽ dãni. vel in dubio ad arbitriũ boni viri. Ita & offendens verbo non tenetur ad oẽs hmõi, ſed ſm quãtitatẽ offenſę, q̃d ſi offenſus petit plus põt ſibi ſufficere ſatisfactio ad arbitriũ boni viri, q̃uis laudabile ſit ẽt plus debito facere p pace proximorũ. Si aũt plus eſſet qui exceſſiſſet in verbis corrigendo ſubditum ex debito iuſtitiæ, nõ debet petere veniã ſubdito: ſed a dño Deo. Nedũ nimiũ ſeruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas, vt dicit Aug. in regula. Põt ẽt prælatus remittere iniuriã factam ſubdito ſuo ipſi iniuriãti in perſona, vel verbis, ẽt contra voluntatẽ ipſius ſubditi iniuriati. ar. 12. q. 1. Non dicatis in glo. ¶ Sed quæritur ſi aliquis offendit aliquem verbo in ſecreto, & offenſus quærit ſatisfactionẽ ſibi fieri in publico. Nunquid ad hoc tenetur offendens? vel econuerſo ſi offendat quis verbo in publico, & offendens vult ſatisfacere in occulto? Nunquid ſatisfaciet? Rñſio ad primum. Non tenetur niſi quod fuit factum in occulto fuiſſet publicatum, ſicut fur qui latenter accipit non tenetur publicè reſtituere. Ad ſecundum dico q̃ non ſufficit argm̃ in Paulo Apo. cui condemnato ad carcerem non ſufficit occultè liberari, ſed publicè petiit educi & dimitti. ¶ Item ſi quis contumeliando dicit cuipiam alicuius, & offenſus nõ vult recipere ſatisfactionem a lædente niſi dicat ſe fuiſſe mẽtitum. Reſponſio ſi contumelians ſcit ſe dixiſſe verũ non tenetur, nec ille debet hoc ab eo exigere. Sed ſi ſcit vel credit non eſſe verum: ſed falſum vel incertum, quia debet etiã cum damno famę ſuæ dicere ſe falſum dixiſſe, vel incertum aut dubium, ſecundum quòd hẽt in conſcientia ſua: Poteſt cum hoc dicere aliqua alleuiantia culpam ſuam, puta quod audierat vel ex ira dixerat, vel tũc credebat, nũc autem non credit illud eſſe verum ſi ſic eſt. Non autem debet dicere ſe fuiſſe mentitum, ſi non fuit mentitus, ſed falſum dixit, quia ſi tunc credebat, modo ſcit, vel credit contrariũ. Hæc omnia Vmbertus.

Triplex ſatisfactio cõtumelię

De eo q̃ offendit in ſecreto vtrũ teneat ad ſatisfactionẽ

De rixa & bello multiplici. *Cap.* 7.

RIxa filia eſt iræ ſecundum Greg. 31. lib. moralium. Et ex verbis Iſidori in lib. ethimologiarum poteſt haberi diffinitio eius. Dicit enim quòd rixoſus eſt quaſi ritu canino dictus. Semper enim ad contradicendum eſt paratus, iurgio delectatur, & prouocat cõtendentem. Tamen vt dicit beat. Thom. 2. 2. q. 41. articu. 1. Rixa non nominat ſimpliciter contentionem, ſed tria quæ ponuntur in verbis Iſidori eius inordinationem declarãt. Primo quidem promptitudinem animi ad contendendum, quod ſignat cùm dicit. Semper ad contradicendum paratus, ſcilicet ſiue alius bene ſiue male dicat aut faciat. Secundo quia ipſa contradictione delectatur, vnde ſequitur & in iurgio delectatur. Tertio: q̃a ipſæ alios prouocat ad contradictionem. Et ideò ſubdit, prouocat contendentem. Eſt etiam rixa quoddam bellum particulare inter aliquos. Vnde Iacobi quarto. Vnde bella & lites in vobis, nonne ex concupiſcentiis, quæ militant in membris veſtris, bella, ideſt, rixæ & litigia? Nec eſt contra quod dictum eſt,

Rixa notat tria.

ſcilicet

ſcilicet quod oriatur rixa ex ira. Et Iacobus dicit oriri ex cõcupiſcentijs. Nã ut dicit bea. Th. vbi ſup. ar. 2. oẽs paſſiones iraſcibiles ex paſſionibus concupiſcibilibus oriuntur. Et ſic rixa quę oritur ex ira, oritur ex concupiſcentia, vt ex prima radice. Diſſipa gentes quę bella uolunt dicit pſ. Ad dominum pſ. 67. Bellũ vt dicitur in Catholicon dicitur quaſi bonũ per antiphraſim, ſicut piſcina quæ caret piſce. Non enim eſt bonum, ſed malum, & multa mala oriuntur ex eo. Intantum autem poteſt eſſe bonum inquantum non voluntariè appetitur, ſed ex neceſſitate exercetur ad ſe defendendum debito modo. Et ideò ſignanter pſ. non dicit. Diſſipa gentes quę bella gerunt. Multa enim bella geſta ſunt a ſanctis uiris domino iubente, & proſperante. Vnde ad Hæb. 11. Sancti fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exteriorum, vt Ioſue, de quo Eccle. 46. Fortis in bello Ieſus naue &c. Sed diſſipa ait quæ bella uolunt, quę. ſ. bella dele ſtabiliter ſuſcipiunt ad nocendum aliis. Vbi nota quod triplex eſt bellum.

¶ Primum bellum internale, & anguſtioſũ.

¶ Secundum bellum particulare & rixoſum.

¶ Tertium bellum populare & periculoſum.

§. 1. Bellũ internum

¶ De primo dicitur Eccle. 3. Tempus belli & tempus pacis. Primo oportet bellare contra vitia, & poſtea ſequitur pax in mente. Et pſ. 139. Obũbraſti ſuper caput meum in die belli. i. in tẽpore quo bellaui contra vitia, umbra tuæ gratiæ uel merito & memoria tuæ obſcuræ paſſionis protexiſti me, & dediſti refrigerium. Seneca. Habeto pacem cum hominibus bellum cum vitiis. Hinc Gre. Sciens Apoſtolus nobis iã nõ vltra bella eſſe carnaliter peragenda, ſed animæ certamine contra ſpirituales aduerſarios deſudãda, velut magiſter militię præceptum militibus Chriſti dat dicẽs. Induite uos armaturam Dei ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. 23. q. 1. nihil bella. Qũ autem inchoãdum ſit illud bellũ oñdit Aug. in li. 1. de ciui. Dei. c. 16. dicens. Cum aũt uentum fuerit ad ætatem qua homo præceptum capit, & ſubdit pôt legis imperio ſuſcipiẽdũ eſt bellũ contra vitia, & gerendum acriter ne ad damnabilia peccata perducant. Et ſi quidẽ non uictoriarum conſuetudine roborat ſunt facilius uincuntur, & cedunt. Si autem uincere, & impetrare conſueuerunt, ſcilicet uitia laborioſa difficultate ſuperãtur, nec ad id ueraciter, & ſyncereiter fit niſi delectatione iuſtitiæ, hoc eſt autem in fide Chriſti. ¶ Quomõ bellandum ſit docet idem Aug. in 22. de ciui. c. 14. dicens. In præliorum temptationib. contra vitia periculiſque etiam iuſti verſanẽ in quibus non eis quos ſubdamus vigiliis cõtinuis excubantes ne opinio ueriſimilis fallat, ne decipiat homo verſutus, ne ſe tenebrę alicuius erroris effundant, ne quod bonũ eſt malum, aut quod malum eſt bonum eſſe credatur, ne ab his quę agenda ſunt metus reuocet, ne in ea quæ agenda ſunt cupido præcipiter, ne ſuper iracundiam ſol occidat, ne inimicitię prouocent ad retributionem mali ꝓ malo, ne abſorbeat inhoneſta uel immoderata triſtitia, ne in percipiendis beneficiis ingerat mens ingrata torporem, ne maledictis rumoribus conſcientia bona fatigetur, ne temeraria ſuſpitio noſtra decipiat, ne aliena denobis falſa nos frangat, ne regnet peccatũ in noſtro mortali corpore ad obediendum deſideriis eius, ne mẽbra noſtra exhibeantur arma iniquitatis peccato ne oculus ſequatur cõcupiſcẽtiã, ne vindicãdi cupiditas vincat, ne in eo quod malè delectat vel viſio uel cogitatio rememoret, ne improbũ aut indecẽs verbũ libẽter audiat, ne fiat quod nõ licet ẽt ſi libet. Nec in hoc bello laborũ periculorũq; pleniſſimo, vel de uiribus noſtris ſperetur faciẽda victoria vel uiribus noſtris facta tribuatur, ſed eius gratia, de qua dicit Apoſtolus. Gratias ãt Deo q dat nobis victoriã ꝑ Ieſũ Xp̃ũ dñm nr̃m. Et alibi. In omnibus his ſuꝑamus ꝑ Deũ, qui dilexit nos. Hęc oĩa ille. Quia ergo oĩa iſta bella ſunt piculoſa, iõ ñ appetẽda, ſed quarũ in nobis eſt uitãda fugiendo occaſiones temptationũ. Quia ãt non vitãt occaſiones, ſed ingerũt ſe eis ille quaſi volũt bella, & rixas vitiorũ. De his dicit pſ. diſſipa gentes quæ bella uolunt. Et ponitur diſſipa pro diſſipabis ſcẽm morẽ propheticũ ideſt deſtrues, ut. ſ. uincantur. Qui enim amat periculum incidet in illud, ut dicitur Eccle. 3.

§. 2.

¶ Secundũ bellum eſt rixa, de qua principaliter intendit. Iacobi. 4. Belligeratis. ſ. faciẽdo rixas, & non poteſtis adipiſci. ſ. quod cupitis. Varius eſt enim euentus belli ut dicitur. 2. Re. 11. Qui. n. rixatur cum altero intẽdit ſuperare, & ipſę ſupatur ſæpe & percutitur, & iõ uitãda eſt. Vñ cõ paſtores Loth rixati ſunt cum paſtoribus Abrahæ propter greges multos peccorum quos habebãt. Ad hanc tollendã dixit Abrahã. Me quæſo ſit iurgium inter me & te, & paſtores meos & tuos, ſeparemus nos ab inuicem. Si tua ad ſiniſtram ieris &c. Gen. 13. De ipſo autem bello rixæ tria uidenda ſunt.

¶ Eius ortum.

¶ Eius actum.

¶ Eius

Bellum externũ & particulare oritur.

¶Eius nocumentum.

Oritur principaliter rixa ex ira Vnde ꝓuer. 15. dr. Vir iracũdus ꝓuocat rixas. Hoc aũt sic declarat. b. Th. 2. 2. q. 41. ar. 2. Rixa importat quandã contradictionẽ vsq; ad facta ꝓuenientẽ dũ unus alter lædere molit. Dupliciter aũt unus alteri lædere intẽdit. Vno mõ quasi intẽdens absolutè malũ eius, & talis læsio pertinet ad actũ odii, cuius intẽtio est ad lædẽdũ inimicũ, vel in manifesto vel in occulto. Vñ & aliqñ rixa ex odio oritur, propter qđ dicit ꝓuer. 10. Odium suscitat rixas. Non tamen rixa est proprius effectus odii, quia præter intẽtionẽ odientis est quod rixose & in manifesto lædat. Alio modo aliqs intẽditur alium lædere eo sciente, & repugnante quod importat nomine rixæ. Et hoc propriè ptinet ad irã quæ est appetitus uindictæ. Nõ autem sufficit irato, quod latenter noceat ei contra quẽ irascitur, sed vult quod ipse sentiat, & quod cõtra uolũtatẽ suam aliquid patiatur in uindictam eius quod fecit. Procedit etiam aliqñ ex superbia, & inani gloria, nõ tamen directè sed occasionaliter, inquantum aliquis ex hoc concitatur ad rixam, & iurgiã, quia ad iniuriam sibi reputat quod alius se ei prẽferat, ꝓp quod dicitur Prouer. 18. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat. Iurgium autem idem videt quod rixa. Iactare se ex superbia, vel inani gloria ꝓcedit.

Actus belli.

¶Quantum ad secundum. s. actum, sciendum est secũdum b. Tho. vbi supra ar. 1. quod sicut contentio importat quãdam contradictionem in verbis ita rixa importat quãdã contradictionẽ in factis. Vnde dicit glo. ad Galatas. 5. quod rixę, sunt quãdo ex ira inuicem se percutiũt homines. Et ideo rixa videtur quoddam priuatum bellũ quod inter priuatas personas agitur, non ex aliqua publica auctoritate, sed magis ex inordinata uoluntate. Et ideò rixa semper importat peccatum. Sed rixa propriè est ex parte eorumq; etiam iniustè inuadunt alium, vel alios, vel ẽt q se defendunt cũ iustè inuadunt, puta cũ ministri rectoris uolunt iustè capere aliquos reos, & illi se defendunt, ne capiantur tunc rixa est in eis, In eis autem qui se defendunt solo animo repellẽdi iniuriã cum debita moderatione nõ est propriè rixa, nec peccatum. Quia uim ui repellere est de iure naturæ dis. 1. ius naturale. Similiter non est propriè rixa in his qui inuadunt alios ut capiat ex officio suo qui se defendunt. Vnde cũ serui Isaac foderunt puteum, & inuenerunt aquam, q per illam rixati sunt, ut dicitur Gen. 26. non in seruis Iacob fuit rixa sed in incolis terrę qui iniustè molestauerũt illos.

¶Quantum ad tertium. s. de nocumento huius vitiis sciẽdum, quod multipliciter nocet. Primo quidẽ, quia induc it ad mortem æternam cum sit mortale peccatum, quando videlicet qs inuadit aliquem iniustè, vt percutiat eum vel etiã cum defendit se iustè inuasum ab officiali ut capiatur, vel etiã cũ defendit se iniustè inuasũ ex odio uel uindicandi animo, vel cũ excessu notabili debita moderationis, ut si inuadens percutiat cum manu, & ille gladio percutit, in oibus his mortale est secundum Thomã vbi supra. Et ratio est, quia inferre nocumentum proximo opere manuali non est absque mortali, quia contra iustitiam & contra mãdatum illud. Non occides. In quo ꝓhibetur omnis lęsio personalis iniuriosa secũdũ Aug. de pæ. dis. 1. homicidij. Probatur etiam hoc. s. rixam esse peccatum mortale ex hoc, quod Apostolus ponit rixas inter opera carnis, de quibus dicit ad Gala. 5. Qui talia agunt regnũ Dei nõ consequẽtur. Non autem priuat quis regno Dei nisi per mortale. ¶ Veniale autem esset cum se quis defendendo casu aliquo cũ leui motu odii uel uindictæ hoc agit aut cum excedit aliquantulum modũ defensionis debitum. Nocet quoque rixa, qa per eam generantur odia, & discordiæ in mẽtib. rixantium, propter quod dicitur prouer. 17. Qui meditatur discordias seminat rixas. i. q intendit seminare inter aliquos discordias ꝓcurat quod ad inuicem rixentur, ut inde in eorum cordibus per rixas discordiæ & odia generentur. Vnum. n. peccatum potest impellere actũ alterius peccati in suum finem ordinando. Nocet rixa corpori, qa frequẽter plus recipit quam alteri faciat mali. Punitur etiã pæna pecuniali uel corporali a iudice secundum excessus quanti tatem, quia iura mãdãt ista puniri ut patet. 23. q. finali & c. fi. vbi mãdantur puniri, ut homicidæ qui rixantur, & qui in rixa fuerit occisus. Dissipa ergo Deus gentes quæ uolunt ista bella rixarum, ut reciunt quod merentur.

¶ Tertium bellum dicitur populare, qđ est ualde periculosum, quia innumera mala inde sequũtur, cũ scilicet unus populus seu ciuitas insurgit contra aliam, uel una pars ciuitatis contra aliã ad nocendum, prędandum, subiiciendum, expellendum, & occidendum. Et cum iniustum est bellũ quicunq; ibi sciẽter & uoluntariè cõcurrit mortaliter peccat, ultra alia peccata quæ ibi committunt. Nã quicquid accipit ab alia parte, rapina est, si uulnerat uel occidit, homicida est, & alia ma

Nocumẽtum belli.

§. 3. Bellum populare.

la ei

la ei imputantur. Est autem iustum cũ fit pro repetendis rebus ablatis, aut vlciscendis iniuriis, quando scilicet ablatæ sunt res vel iniuriæ factæ ab aliqua ciuitate vel populo & emẽdare non vult, propter quod bellum sumitur, & iustum cum sit principis auctoritate vt ar. 23.q.2.Iustum, & 23.q.1.Quid culpatur. Sed cum sit bellum ex ambitione, & auaritia, & odio, vel ad dilatandum dominium suum, ad augendas diuitias, ad deprimendum, & exterminandum alios ob odium & inuidiã, & huiusmodi est iniustum. Vnde Aug. Quid culpatur in bello, an quia moriuntur homines aliquando morituri vel dominentur in pace victuri hoc reprehendisse timidorum est nõ religiosorum. Nocendi cupiditas, vlciscẽdi crudelitas, implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominãdi, hæc & his similia in bellis iure culpantur. 23.q.1. quid culpatur. Qũ vtique fit suggestione dæmonum, qui de hominum perditione lætantur corporali & spirituali. Vnde & Aug. lib.1.de ciui. Dei, c.25. refert q̃ in magna planicie circa Romã visi sũt dii Romanorum, q̃i dæmones erãt quos colebant sub diuersis nominibus Iouis, Martis, & aliis innumeris adinuicem bellare, quod ideò fecerunt ipsi dæmones in aliqua specie: apparentes, vt sic prouocarẽt ipsos Romanos ad bella tanquam honesta & licita, ex quo dii ipsi exercebant. ¶Sed propter quam causam Deus bella permittat, qui semper ex malis elicit bona & maiora, ostendit Aug. in primo de ciu. Dei. c.2. dicens. Si quid recte saparent illa quæ ab hostibus aspera & dura perpessi sunt illi diuinæ prouidẽciæ tribuere quæ solet corruptos hominum mores bellis emendare atque conterere. Itemque vitam mortaliũ rectam atque laudabilem talibus afflictionibus exercere, probatam q̃ue vel in meliora trasferre, vel in his adhuc terris propter vsum aliorum detinere. Dicit autem ipsæ Aug. in 5. de ciu. Dei, c.22. Quod sicut Deus vnus & verus regit & gubernat omnia humana vt placet, & si occultis causis, nunquam tamen iniustis, sic etiam ipsa tempora bellorum in eius arbitrio est iustoq; iudicio, & misericordia vel attere re vel consolari genus humanũ, vt alia citius, alia tardius finiantur. Et exemplificat de multis. Bellum Piratarum a Pompeio. Bellum Punicum tertio a Scipione incredibili celeritate & temporis breuitate confecta sunt. Bellũ fugitiuorum gladiatorum. Italia horribiliter cõtrita & vastata, tertio anno consumatũ est. Pycentes Marsi & Peligni gentes nõ exteræ, sed italicæ, post diuturnam & deuotissimam Romanis seruitutem caput in libertatem exigere temptauerunt, multis iam nationib. Romano Imperio subiugatis, deletaque Carthagine Romanis sæpissimè victis & duob. consulibus occisis, & multis Senatoribus, huic malo quintus annus finem dedit. Bellum fin Punicum cum maximis detrimentis & calamitate reipublicæ per annos 18. Romanorũ vires exterminauit, & penè consumpsit duobus præliis fermè septuaginta milia Romanorũ interierunt. Bellum Punicum primum, per 23. annos peractum est. Bellum Mitridati cum quadraginta. Bellum Samniticum annis fermè quinquaginta, in quo bello Romani, ita victi sunt, vt subiugo ẽt mitterentur, sed quia non diligebant gloriam propter iustitiã, sed iustitiam propter gloriã diligere videbantur, pacem factam fr̃e dusque ruperunt. Et infra c.23. Quod nostra memoria recentissimo tpe Deus mirabiliter & misericorditer fecerit si a nobis tacebitur erimus ingrati, cũ Rhadagaisus rex Gothorum agmine ingẽti & immani iam in vrbis vicinia constitutus Romanis ceruicibus immineret, uno die tãta celeritate victus est, vt nec quidem vno iam dicam mortuo, sed nec vulnerato Romanorũ populi amplius q̃ centum milium prosternerẽtur, moxq; ipsæ captus necatus est. Hæc ille. Hæc Rhadagaisus infidelis in mõtibus Fesulanis cum suis extinctus est, ut declarat Thomas Anglicus super lib. de ciu. Dei, in princ. ¶De populo aũt Dei Israel dicit idem Aug. in 16. de ciu. c.fi q̃. a duob. mirabilib. ducib. f. Moyse & Iesu naue, seu Iosue bella etiam prosperimè ac mirabiliter gesta sunt Deo contestãte, non tam pp̃ merita Hæbrei populi, q̃ pp̃ peccata earum quæ debellantur gentium illa eis proueniſſe victorias. Post istos duos duces iudices fuerunt in terra promissionis quorum temporibus sicut se habebant, & peccata populi, & misericordia Dei, alternauerunt, p̃spera & aduersa bellorum. Et in 17. li. c. pen. dicit quod diuiso illo populo in duo regna, vtraque pars sicut iubebat diuina prouidentia, vel sinebat variis erigebatur prosperitatibus, & aduersitatibus præmebatur, & sic affligebatur non solum exterius, verum etiã inter se ciuilibus bellis, vt ceteris existentibus causis, misericordia Dei vel ira pateſceret, donec eius indignatione crescente vniuersa gẽs illa Chaldeis debellantibus nõ solum subuerteretur in sedibus suis, sed etiam ex maxima sui parte transferuntur in terram Assyriorũ, & prius illa pars quæ vocabatur Israel in decem tribubus distincta. Quis autem posset

enarrare.

Quare Deus bella permittat.

De bello populi Israel.

enarrare mala quæ contingunt ex bellis? Nõ ne rapinę fiunt continuè, & non ſolum ab inimicis: ſed etiam ab amicis auferitur? O quot mulieres vituperantur adulteria, ſtupra, meretricia multa ſequuntur: Capiũtur pueri, tolluntur a parentibus, & a iuſtis exercitiis remoti, applicantur ad ſtipendia latrocinantiũ. Nõne militię dediti ſunt, & maximi blaſphematores Dei, & ſanctorum? Os aperire neſciunt niſi maledicendo Deum, & ſanctos, & turpiter iurando per eos etiam nõ irati. Quis in illa arte reperitur non uacans Sodomiæ, & omni genere immunditiæ? O dia & rancores cõtinuè perſeuerant propter quæ, & cõfeſſiones & cõmuniones, & cultus diuinus negliguntur, grauamina collectarum multiplicantur, & non valẽtes ſoluere incarcerantur, turbantur: ad deſperationem perducuntur. Stipẽdiarii ẽt viliſſimi hoies faciunt, ſe dños dñorum etiam ſuorum a quibus ſunt conducti, & pro quibus militant, & ſi in aliquo contradicunt verberantur, & vulnerantur ab eis. Sacrilegia perpetrantur, eccleſias ſpoliant, ſacra diripiunt, in eccleſiis ludunt & ſtabulantur. Sacerdotes capiunt, agricolas, mercatores prædantur & redimere faciunt. Incendia ponunt in ſegetibus, in domibus, in eccleſiis. Agri & vineæ inculti remanent, arbores fructiferæ in ciduntur, domus ad habendum ligna, p igne deſtruuntur, greges & armẽta capiuntur, vię inuiæ efficiuntur. Sicque artes & negociationes pereũt. Blaſphemiæ, detractiones, deriſiones, proditiones pro nihilo habẽtur, ludi quã tumcunque prohibiti creſcunt homicidia adduntur. Et ſic ciuitates & caſtra ad ſolitudinẽ rediguntur. Ex quo ergo tot mala proueniũt benè inquit pſ. 67. Diſſipa gentes &c. qui; ſcilicet non neceſſitate, ſed cupiditate accedunt ad hoc. Vnde & Cicero dicit. in 3. lib. de republica. Nullum bellum ſuſcipi debere ab optima ciuitate, niſi pro fide & ſalute. Et vt exponit Auguſt. qui hoc refert. in 22. de ciui. Dei. c. 6. de fide, ideſt fidelitate ſeruanda, pro ſalute ſcilicet temporali ad euadendum ægeſtatem, vincula, exilia, mortem, & huiuſmodi. Sed multomagis pro fide ſeruanda contra infideles iuſtiſſimè bellatur, ut habetur. 23. q. 8. Omni, & c. Hortatu. De bello autem ad hoc quòd ſit iuſtum tractatur in tertia parte titulo quarto. c. 2.

De homicidio. Cap. 8.

DE homicidio quia ex ira, & rixis, & bellis frequẽter contingit fieri homicidia, mutilationes membrorum, & percuſſiones, ideò de ipſis hic agendum. Omnia hæc cum iniuſtè fiunt ſunt cõtra præceptum illud. Nõ occides. Exo. 20. ut dicit Aug. de pęn. diſtin. 1. ¶ Homicidium autem ſic diffiniri poteſt, qđ homicidiũ eſt hominis occiſio illegitimè facta. Signãter autem dicitur hominis, quia occiſio animalis irrationalis, ſicut nec deſtructio plantarum, ſeu arborum, quæ viuunt uita vegetatiua eſt homicidium. Vnde in primo de ciu. Dei quòd cum audiuimus. Non occides, non accipimus hoc dictum de fructibus, quia nullus eſt eis ſenſus, nec de irrationalibus animalibus, quia nulla nobis rõne ſociantur, ſed de hominibus. Rõ huius ſecundum Thom. 2. 2. q. 64. art. 1. quia nullus peccat vtendo re aliqua ad id quòd eſt ordinata. In rerum autem ordine imperfectiora ſunt propter perfectiora, ſicut in generatione hominis natura ab imperfectis, ad perfecta procedit. Cum igitur plantæ ſint propter animalia, & omnia animalia irrationabilia propter hominem, ideò vtendo plantis ad utilitatẽ animalium & animalibus ad utilitatem hominum non eſt contra præceptum nec peccatũ. Inter alios autem vſus maximè videtur neceſſarium vti in cibum, q; fieri non poteſt abſque mortificatione eorum. Quod etiam eſt ex ordinatione diuina dicente domino Gen. 9 Omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum. Nec eſt contra, quia Exo. 22. ſtatuitur certa pœna occidenti bouem, vel ouem proximi, quia hoc eſt ratione damnificationis proximi, non rõne occiſionis. Additur etiam in diffinitione illegitimè facta, quia ſi homo occidatur propter maleficium a iudice ſuo, non eſt homicidium, quod ſit peccatum uel cõtra præceptum de quo loquitur. ¶ Eſt autem illud peccatum vnus, & præcipuus ex caſibus reſeruatis diœceſanis ſecundum omnes doctores. Et quamuis etiam ipſi diœceſani non ſoleant tales abſoluere propter horrorem, & deteſtationem facti, ſed communiter mittũt ad curiam Romanam abſoluendos a pœnitentiariis, tamen ſi volunt poſſunt abſoluere etiã valentes ad curiam accedere, alias fruſtra poneretur inter caſus reſeruatos epiſcopis homicidium ſi nunquam poſſent abſoluere, ſed poneretur inter caſus papales, ſed nec iſtud nec aliud ſit præcisè peccatum abſque adiunctione ſententiæ reperitur in iure papę reſeruatum, ſed certæ ſententiæ & irregularitates quamuis laudabile ſit aliquando multũ enormia ad curiam mittere. De excommunicatione autem inccurritur propter occiſionem, vel

Homicidiũ diffinitur.

Homicidiũ ẽ caſus epiſcopo reſeruatus

vel mutilationem vel percussionem clericorũ, nil hic agitur, quia diffusè habes in 3. parti. 24. c. 1. De irregularitate, quæ propter huiusmodi incurritur seu contrahitur, habes in 3. parti. 28. c. 2.

§. 1. ¶De homicidis inquit. Ps. Viri sanguinũ, & dolosi non dimidiabunt dies suos ps. 54. Viri sanguinũ, scilicet effusores dicuntur homicidæ, quia per homicidiũ cõtus & abundantius effunditur sanguis humanus. Et addit dolosi, quia si fieret sine dolo, ideſt sine peccato ut iudex facit non reprehenderetur, nec incideret in pœnam quæ sequitur, quia scilicet non dimidiant tales dies suos, ut plurimũ. Et hoc dupliciter, quia vel corporaliter inquantum. s. occiduntur homicidæ uel ab amicis interfecti, uel a iudice ut mandat lex. Et sic non viuunt toto tpe uitæ suæ: sed eis subtrahitur tẽpus, quo naturaliter uiuere potuissent. Spũaliter aũt intelligitur, q̃ tam graue peccatũ est, q̃ vix reuertuntur a pniam. Et sic non dimidiant dies suos, sed cõtinuant vsq; ad mortẽ incluſiuè peccata sua. Dimidiarent aũt si pœniteret eos, quia dies illos malos interrumperent. In his ergo verbis tria possunt notari.

¶Primo homicidium quod cõmittitur. ibi. Virum sanguinum.

¶Secundo vitium quod adiũgitur ibi dolosi.

¶Tertio supplicium quod sequitur. ibi. nõ dimidiabunt.

Homicidiũ dicitur dupliciter.

¶Quantum ad primũ, sciendũ q̃ homicidiũ põt dici dupliciter. Vno mõ strictè pro iniusta occisione hoĩs, & sic est semper mortale peccatũ, & contra præceptũ. Nõ occides. Alio mõ largè pro quacunq; occisione hoĩs, & sic põt esse aliq̃n sine peccato. Vir sanguinũ, id est occisor, & effundens sanguinem humanũ potest esse quis quadrupliciter.

¶Primo necessitate, vel sui defensione.

¶Secundo iustitiæ executione.

¶Tertio casus occursione.

¶Quarto hostili impugnatione.

¶Et primo cum quis occidit aliũ necessitate ductus inevitabili, quia scilicet inuasus ab alio volente occidere, vel grauiter vulnerare se defendendo occidit, seruato debito moderamine cum aliter non possit euadere manus eius non est propriè homicida pro ut. s. homicidium dicimus peccatũ ¶Pro hmõi declaratione Tho. 2. 2. q. 64. art. 7. dicit q̃ cum moralis actus accipiat speciem ab eo quod est secũdum intentionem, quia ex fine, non ab eo qđ est præter intentionem. Ideò ex actu alicuius se defendentis duplex effectus sequi potest. Vnus quidem conseruatio vitę propriæ alius est occisio inuadentis. Actus igitur qui ex hoc intenditur, qui est conseruatio uitæ propriæ non habet rõnem illiciti cũ hoc sit naturale cuilibet, q̃ conseruet se quantum põt in esse. Vñ de iure naturæ est vim vi repellere. dist. 1. Ius naturale, sed tñ cum moderamine inculpatæ tutelæ. Nam põt actus aliquis ex bona intentione proueniens illicitus reddi, si non sit proportionatus fini. Vñ si aliquis ad seipsum defendendũ vtatur maiori violentia, q̃ oporteat erit illicitũ, quia excedit moderamẽ inculpatæ tutelæ. Illicitũ aũt est, q̃ hõ intendat occidere aliũ, vt se defendat, non aũt ei q̃ habet publicã auctoritatẽ referens hoc ad publicũ bonum, sed seruato debito moderamine si contingat alium occidi non imputatur occidenti, quia plus tenetur quilibet prouidere vitæ suæ q̃ alienæ. Hæc Tho. Vñ si põt aliter euadere, sed ob verecundiã ne reputetur pusillanimis vult resistere, vel ẽt si in ipso actu intẽdit vindicationẽ non defensionẽ, aut post factum aggredientẽ eum debilẽ & non valentẽ eum lædere occidit, vel ẽt notabiliter excedit modũ in defensione, vt si aggressus pugnis ense repugnans occidat, non excusaretur ab homicidii crimine. Et idem est quando spontẽ se ponit ad talem locum vel casum, vnde existimat vel existimare potuit talem necessitatem sibi venturam. ¶Quantum ad secundum cum iudex habet legitimam auctoritatem, seu potestatem seruato ordine iudiciario reum condemnat ad mortẽ, quam meruit ex zelo iustitiæ non peccat, immo meretur seruãdo quod dñs mandat. Exo. 22. Maleficos non patieris viuere. Vnde non est homicida, & si sanguinem fundat, nec ipsæ nec lictor, nec aliquis eorum qui cooperantur ad mortem eius vt assessor, testis, accusator, associantes, & capientes, & huiusmodi. Hoc tamen clericis nõ liceret, quia eis prohibita est omnis effusio sanguinis. 23. q. fi. per to. Et huius ratio est secundum Th. 2. 2. q. 64. ar. 2. quòd omnis pars naturaliter est propter totum. Ordinatur. n. pars ad totum, sicut imperfectum ad perfectum, vnde videmus, q̃ cum expedit præcidere aliquod membrum a toto corpore, puta putridum pro conseruatione totius corporis ne inficiatur laudabiliter & salubriter abscidit. Quælibet autem persona particularis comparatur ad totam communitatem, sicut pars ad totum. Et ideò si aliquis homo reperitur periculosus cõitati, & corruptiuus ipsius pp aliquod peccatum, laudabiliter & salubriter occiditur, ut bonum cõmune cõseruetur modicum enim fermentũ totã massam corrumpit.

Homicida se defendẽdo

Homicida p ordinẽ iuris.

Quamuis enim occidere hominem in sua dignitate manentem. i. benè viuentem sit secūdum se malum, & contra charitatem, tamen hominem peccatorem occidere ei qui habet auctoritatem est bonum, sicut occidere bestiam, peior est enim malus homo bestia, & plus nocet, vt dicit philosophus in 1. Polit. Et ad hoc facit quod dicit Hieron. 23. q. 5. Qui malos percutit in eo quòd mali sunt, & habet ius interfectionis. i. potestatē minister est domini, & q. ea. c. Miles, & c. princeps. Si autem iudex reum dignum morte ad mortem condemnat non seruato ordine iudiciario, vel ex amore pecuniæ, quia de hoc emolumentum percipit principaliter motus, vel ex liuore vindictæ, vel odii, vel delectatione effundēdi sanguinem, vel habendi laudē, peccaret mortaliter, & quilibet cooperans ad hoc simili intentione. ar. 23. q. 5. Cum minister. ¶ Quantū ad tertium. Nota quòd cum quis occidit alium a casu. i. præter omnem sui intentionem & voluntatem, sed dabat operam rei licitæ, & adhibuit debitam diligentiam, non imputatur ei ad peccatum, puta pulsat campanam, debito modo soluitur vel frangitur pulsatorium, quasi de nouo aptatum occidit hominem, vtique non imputatur pulsanti, nec prælato ecclesiæ ad peccatum. Vnde August. ad Publicolam. Absit vt ea quæ propter bonum ac licitum habemus, aut facimus, siquidem præter nostram voluntatem quicquam mali acciderit nobis imputetur. 23. q. 5. De occidendis. Alioquin, vt subdit idem in dicto c. non liceret habere ligones, gladios, fumes, & equos, quia his homo potest uti ad sui occisionem. Hoc autem b. Tho. 2. 2. q. 64. art. 8. sic declarat secundum philosophum. in 2. Physicorum. Casus est causa agens præter intentionem, & ideò ea quæ casualia sunt simpliciter loquendo non sunt intenta, nec voluntaria, & quia omne peccatum est volutarium secundum Aug. consequens est, vt casualia inquantum huiusmodi non sunt peccata. Contingit tñ q̄ id quod non est per se volitum, & intentum actu, per accidens sit volitum, & intētum ſm q̄ causa per accidens dī remouens prohibēs. Vnde ille qui non remouet, quæ debet remouere ex quo sequitur homicidiū erit ei quodammodo homicidium voluntarium. Quod pōt contingere dupliciter. Vno modo q̄ dat operā rei illicitæ. Alio mō, quia & si dat operā rei licitæ non adhibet debitam sollicitudinē vel diligentiā ad tollendū homicidiū q̄ pōt sequi. Et in quolibet horū reputat homicidiū quo ad peccatū ad & irregularitatē, puta ludit ad saxa, vel cum gladio, verberat mulierē prægnantē, vel percutit virū eius cum qua committebat fornicationem, vel adulterium volentem eum detinere, aut cum proiicit lapides ad expellendum bestias de agro, aut proiicit tegulas de tecto ipsum aptādo, & nō attendit si aliquis transeat, nec clamat, nec signum ad huiusmodi ponit, vel pater & mater vel nutrix ponit filium paruulū, iuxta se in lecto, & dormiendo calcat, vel mulier prægnans saltat, aut magnum pondus portat, vel medicus ex notabili ignorantia, vel negligentia infirmum malè curat, quando in aliquo prædictorum casuum sequitur homicidium imputatur ei ad mortale, & erit reseruatus casus episcopo, alias (vt dictum est) dando operā rei licitæ & adhibendo diligentiam nō imputabitur ei. ¶ Quantū ad quartum, scilicet hostili pugnatione cum quis in iusto bello occidit, non ex odio vel delectatione effundēdi sanguinem humanum, sed quia non potest aliter hostes suos subiicere, seu inducere ad debitum iustitiæ. Dicit enim Tho. vbi supra. ar. 7. quòd licet ei qui habet publicam auctoritatem intendere occidere hominem ad sui defensionem, referendo hoc ad publicum bonum, ut patet in milite pugnante contra hostes, & in ministerio iudicis pugnante contra latrones, quamuis peccarent hi si priuata libidine mouerentur. Vnde Aug. Si homicidiū est hominem occidere potest hoc aliquando sine peccato accidere, nam & miles hostem, & iudex uel minister eius nocentem, cui telum a manu fugit inuito, non mihi videtur peccare cum occidunt. 23. q. 5. Si homicidiū Idem dicit in li. de ciu. Dei, q̄ si in iusto bello occidatur, non est homicidium. Ad idem 23. q. 1. quid culpatur. Et si in bello quod pro iusta causa suscipitur auctoritate principis terreni, non reputatur peccatū homicidium ibi factum ab illis. Multo magis in bello quod mandat dñs dñantium Deus, qui nō pōt nisi iustam cām hīe ad omnes, cum omnes sint mortis debitores si occidantur non erit peccatum sicut occidit in bello Iosue contra habitantes terram promissionis, vt patet in lib. Iosue per totum. Similiter si aliquē in particulari quis occidit ex mandato Dei manifestè, vel per occultum instinctum ei facto non peccabit, nec erit ꝓpriè homicida. Sicut Samuel occidit Agag regem Amalech. Finees coeuntē cū Madianita publicè. Abraham ēt paratus fuit ex hoc Isaac filium occidere ex mandato Dei. Gen. 22. Vnde Aug. in lib. de ci. Dei. Ne quaquā contra hoc præceptum fecerunt quo

dicitur,

Homicida ex casu.

Adde tex. in c. ꝑsbyterū. de homi. & no. in l. sed & si. §. ult. ff. e. ti. & in c. lator.

Homicida ex hostili impugnatione.

dicitur non occides, quia Deo auctore bella gesserunt aut personam gerentis publicæ potestatis secũdum ius legis sceleratos morte punierunt. Et Abraham non solum est non inculpatus crudelitatis crimine, sed laudatus, quia uoluit filium obedienter occidere, ut habetur. 23. q. 5. non occides.

§. 3. ¶ Quantum ad secundum principale. Sciendũ qđ cum occisioni adiungitur dolus, id est malitia seu voluntas directè uel indirectè ꝑ pria auctoritate, tunc est propriè homicidiũ peccatum graue & contra ꝓceptum. Vnde viro sanguinum, adiungitur & dolosum, & talis est vir sanguinum & dolosum qui non dimidiat dies suos. Omnis enim qui accipit gladium (ait Christus Mathei. 26.) scilicet propria auctoritate vtens ad occidendũ, gladio peribit temporali secundum iura. Et si iustum euadere, quia hic non puniretur, gladio diuinæ iustitiꝫ peribit in alio, si non pæniteret.

¶ Nulli ergo licet occidere propria auctoritate.

¶ Nec seipsum per aliquem casum.

¶ Nec aliquem etiam impiissimum.

¶ Nec virum iustum ob præmium.

¶ Nec vnquam ad tollendum scandalum.

¶ Quantum ad primum dicit Augu. in 1. de ciui. Dei cum dominus dicit. Non occides. Intelligamus vtique de homine dictum, nec te nec alterum. Nec enim qui seipsum occidit alium quam hominem occidit. Hoc autem illicitum esse declarat be. Tho. se. se. q. 64. art. 5. triplici ratione. ¶ Primo quia naturaliter quælibet res seipsam amat. Et ad hoc pertinet quod quælibet res naturaliter seruat se ĩ esse, & corrumpentibus resistit quantum potest. Et ideo quod aliquis seipsum occidat est cõtra naturalem inclinationem, & contra charitatem, qua quilibet debet seipsum diligere. Et ideo semper est mortale occidere seipsum. Secundo quia quælibet pars illud quod est, est totius, quilibet aũt hõ est pars cõmunitatis, & ita illud quod est, communitatis vnde hoc quod seipsum interficit iniuriam facit cõmunitati, ut patet ꝑ philosophũ. 5. ethicorũ. ¶ Tertio, quia uita est quoddã donum diuinitus homini attributũ, & ejus potestati subiectum, qui occidit & viuere facit, & ideo qui seipsum occidit uita se priuans, in Deum peccat, sicut qui alienum seruum interficit, peccat in dominum cuius est seruus. Et sicut peccat ille qui vsurpat sibi iudicium de re sibi non commissa. Ad solum enim dominũ Deum pertinet iudicium mortis & uitæ secundum illud Deute. 32. Ego occidam & ego uiuere faciam. Vnde nec iudici habenti publicam potestatẽ licet occidere committenti quodcunque maleficium, quia nullus est iudex suiipsius, licet tamen ei se committere iudicio aliorum. Vnde Aug. de ciui. Dei lib. 2. Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spõtaneã mortem sibi debeꝛ inferre. 23. q. 5. Si non licet. §. nõ occides. Et ponit omnes casus qui posset aliquem mouere ad hoc videlicet. ¶ Primo modo causa melioris uitæ seu fælicitatis citius consequẽdæ ut fecit quidã philosophus q lecto lib. de immortalitate animę Platonis ob desiderium impatiẽs ptingẽdi ad hãc immortalitatẽ sentiendã, in ignẽ se ꝓiecit ut refert Aug. 5. de ciui. Dei. Sed ut dicit Tho. vbi supra. Transitus hominis de hac vita ad aliã fæliciorẽ non subiacet libero arbitrio hominis, sed potestati diuinæ. Et ideò non licet ob fæliciorem vitam se occidere. ¶ Secũdo ꝑt qs moueri ad hoc ob euadendum miserias uitæ præsentis, paupertatis, confusionis, infirmitatis, & huiusmodi, sicut fecit Achitofel laqo se suspẽdes. 2. Re. 17. Et Saul q in bello deiectus a Philisteis ruit sup gladiũ suũ, & nõ plenè mortuus rogauit Amalechitã seruũ suũ, ut interficeret, ne illuderetur a Philisteis qđ & fecit 1. Re. ul. & Ozyas ne caperet & illuderet a gẽtibus se occidit ut habet. 1. Mach. 14. Et Catho uicẽs audita victoria. Iulii Cæsaris quasi dedignatus ei subiicit se occidit ut refert Valerius, & post eũ Aug. in 1. de ci. Dei. Sed & hoc illicitum est & irrationale, qa ultimũ malorũ uitæ huius & maxime terribile est mors, ut patet ꝑ Philosophũ. 3. Ethi. Et ita inferre sibi mortẽ ꝓp euadendas miserias huius uitæ est maius malũ assumere ad uitandũ minus, qđ est cõtra rõnẽ. ¶ Tertio ꝑt quis moueri ꝓp aliquod pctũ cõmissum, sicut fecit Iudas Scarioth q pænitẽtia ductus de ꝓditione Xꝑi laqueo se suspendit. Mat. 26. Sed nec hoc licet, tum quia maximè sibi nocet in hoc qđ sibi adimit tps pnię necessariũ, tũ qa non licet malefactorem occidere nisi ꝑ iudicium publicæ potestatis. ¶ Quarto põt moueri mulier ne ab alio corrumpatur, sicut fecit quędam coniugata honestissima ꝑ qua cum misisset Diocletianꝰ imperator ut ea abuteretur propter pulchritudinem dixit marito. Qui cum respondisset obuiari non posse illa non accessit, sed interfecit se ut habetur in histo. ecclesiastica. Nec hoc licet, quia non debet in se cõmittere crimẽ maximum, quod est sui occisio, ut uitet minus cri-

Nemo occidat seipsũ. uide de hoc tex. in tit. de his q̃ sibi mor. consci.

Casus potentes mouere ad se occidẽdũ.

nus crimen alienum. Non enim est crimen mulieris per uiolentiam uiolatæ si cõsensus non adsit. Sed est minus peccatum fornicationis, vel adulterii, quam occisio suiipsius. Et est periculosissimũ, quia non restat ei tempus ad expiandum per pœnitẽtiã. ¶ Quinto moueretur timore, ne cõsentiat in aliquod peccatum, puta ne uiolentata mulier in actu cõsentiat delectationi. Vel etiam eum abscindit sibi uirilia ne labantur in uitia carnalis. Sicut fecit Origenes ut posset per domos mulierũ securius prædicare, ut dicitur in historia ecclesiastica, quod prohibetur tanquã homicidiũ di. 55. Si quis absciderit. Sed nec hoc licet, quia non sunt facienda mala ut eueniant bona, secundum Apostolum, vel vt euitentur mala præsertim minora, & minus cerra. Incertũ est enim an aliquis in futurum consentiat in peccatũ. Potẽs est enim Deus eripere a quacunque tribulatione, seu tentatione superueniente a peccato liberare. Quod autem Sanson se ipsum cum hostibus ruina domus oppresserit, excusat a peccato, quia ex instinctu spũssancti fecit, q̃ p eum miracula faciebat vt dicit Aug. 23. q. 5. Si non licet. §. nõ occides. Et eandem rõnem assignat in 1. de ciui. Dei de quibusdã sanctis fœminis, quę se occiderũt tẽpore psecutionis, quarũ memoria in eccle. celebratur, Nicolaus de Lyra vĩ simili ratione excusare allegans opinionem Hębreorum Saulẽ ut scilicet hoc faceret, ne ipso illuderetur Deus uerus Hębreorũ a Philisteis. Sed contrarium sentit. Aug. 26. qõ. 5. Nec mirum. Et communiter ad doctoribus reprobatus, & damnatus creditur de Razia idẽ sentit Nico. Sed b. Th. contra vbi supra. Laudatur autem in li. Macha. propter quandam spẽm fortitudinis, seu apparentiã, sed nõ fuit in eo uera fortitudo, sed mollicies non ualẽs mala pœnalia sustinere. ¶ Secundo notãdum q̃ nullus p̃ aliquẽ occidere etiam malefactorem propria auctoritate absq; pctõ mortali. Rõ huius scdm Tho. 2. 2. q. 44. ar. 3. quia occidere malefactorem licitum est inquãtũ ordinatur ad salutẽ totius cõitatis, & illum nõ solũ pertinet cui cõmittitur cura cõitatis cõseruandę sicut ad medicũ ptinet p̃cedere mẽbrũ putridũ qñ ei cõmissa fuit cura totius corporis, & ñ ad aliũ medicũ. Cura ãt boni cõis cõmissa ẽ principibus, & aliis habẽtibus publicã auctoritatẽ, & iõ eis solũ licet occidere malefactores, & nõ aliis. Quãuis. n. facere aliquid ad coẽm utilitatẽ, q̃ nulli nocet ei sit licitũ cuilibet priuatę pſonæ non tñ facere illud q̃ alicui nocet licet facẽ, & si utile aliis nisi scdm iudiciũ habẽtis publicam ptãtem. Vnde Aug. in lib. 5. de ciui. Dei ait. Qui sine aliqua publica administratione maleficum furem; & sacrilegum, adulterum, periurum, & quæmlibet criminosum interfecerit, aut membris debilitauerit, velut homicida iudicabitur, & tanto actius quãto non sibi a Deo concessam potestatem abusiuè usurpare non timuit. 22. q. fin. c. penul. ¶ Sed quæritur vtrũ liceat marito occidere vxorem in adulterio depræhensam. Et videtur q̃ sic, & q̃ non peccet in hoc, quia nil iniustum facit non cõtra pſonam, quia mortem meretur, nec cõtra publicã iustitiã, quia lex ciuilis permittit uiro occidere vxorem cum adultero, seu ẽt occidere adulterũ cũ filia inuẽtũ, ff. adul. l. & hoc si sit vilis pſona adulter. ¶ Rñdet ad hmõi Pe. de Pal. & Tho. in 4. dis. 27. q̃ extra iudiciũ hoc facere sẽm p est pcñ mortale, quia cõtra iustitiã, præiudicat. n. pſonæ & reipublicæ. Pſonæ quidem, quia non dẽt mori nisi confessa, vel conuicta in loco iudicii de crimine. Reipublicę præiudicat, quia nõ per publicum iudicem moritur. Et quãuis lex hæc permittat, hoc facit non ut licitum cõcedẽs, sed quia non infligit pœnam pp maximũ incitamentũ mariti, uel patris. Illa tñ lex vt dicit. Pe. hodie est correcta per autenticam. Nouo iure, vbi dr quod adultera debet retrudi in monasteriũ, & hic non est rea mortis. Sed & si per statuta ciuitatis esset rea mortis, hoc non licet, etiam si ipsæ maritus, vel pr̃ esset iudex, quia hæc ex iudicio sunt facienda, nõ ex furore, sed cum maturitate & consilio factum est in iudicio proponendum, & sententia mortis proferenda. Et sicut non licet per istum modum occidere vxorem, vel filiam, ita nec adulterum, nec in facto ipso, nec post factum. Ioannes tamen Neapol. in quodlibe. ex dicta. l. inducta sentit contrarium, sed nõ est tenenda talis opinio ratione iam dicta.

¶ Sed nunquid licet cuilibet occidere eum q̃ rebellis est ciuitatis suæ, & noxius repertus extra terminos iurisdictionis illius ciuitatis, si ipsa ciuitas edictũ publicum fecisset, quod si quis eũ vbicunq; occidat p̃miũ recipiet pecunię vel alterius rei. Videtur quod sic, quia hoc agit non propria auctoritate, sed publica, exquo ciuitas dedit licentiam. In contrarium credo esse secundum rei veritatem. Nam ciuitas non habet iurisdictionem, uel aliquam potestatem extra suum territoriũ, & ad iniuriam sibi reputaret vna ciuitas, si altera uellet punire subditum suum seu in sua ciuitate existentem, hoc enim est mittere fal-

Sanson q̃uis seipsũ occiderit tñ excusatur a pctõ.

Non licet occidere ẽt malefactorem.

De rebello ciuitatis suæ.

re falcē in messem alienā, quod prohiberur. 6.qō.3.Scriptū. Vñ si occidens ex tali licentia caperetur in ciuitate illa aliena vbi illum occidit & ipsæ vt homicida iustè puniretur. Iniusta est ergo talis lex,& mortaliter peccat cā statuens, quia allicit homines ad peccandū. Vbi aūt qui noxius est multum cōitati & dignus morte pp potentiam & sequelā suā nō posset capi: vel ordinatio iure cōdēnari,si dñs principalis,vel iudex haberet absolutā prātem q̄ocunque puniēdi si prætermisso ordine iudiciario occidere faceret non vī peccare, nec homici da censeri,ex quo cum meretur mortem,& puniri non pōt aliter. ¶ Sed nunquid furem licet occidere? Respon. Fur nocturnus si discerni non poterat, q̄ ad furandum & nō ad occidendū veniisset,nec alias poterat deprę hendi potuit occidi alias non,extra co. Si per fodiens,& de furtis.l Furem. Furem verò diurnum non licet occidere: nisi se telo tū c defendat,quia plus est tunc quam fur. ¶ Latronem ēt insidiantem in itineribus fm leges cuilibet licet occidere,ar.23. q 3. Fortitudo. Et nocturnum depopulatorem agrorum. C.ea.l.1.& 2. Nullum ergo licet occidere propria auctoritate,nec ēt infidelem, iudæum, paganum, vel hæreticum. ¶ Notandum tertio ꝓ multominus licet occidere innocentem dicente dño. Exodi.23. Innocētem & iustum non occides. Rō est fm Tho. ubi supra art.6. Quia cum occisio peccatoris intantum sit licita, inquantū ordinatur ad bonum commune, quia per ipsum corrumpitur. Iustorum autem sit cōseruatiua boni communis & promotiua,quia ip si sunt principalior pars multitudinis, qua cęteri sustentantur,ideò non licet occidere eos, nisi de speciali mandato Dei. Nam cū Deus habeat dominium mortis & vitæ eius enim ordinatione omnes moriuntur iusti, & peccatores,ideò qui mandato Dei occideret innocentem nō peccaret. Sic nec peccauit Abrahā filium uolens immolare. Gene.22.& 23.qō.5. Lex æterna. Quod autem iustus per mortem pertingat ad regnū miserias huius uitæ egrediens,per accidens est operi occidentis. Ex bonitate enim Dei hoc euenit,& sui boni dispositione,non ex actu homicidæ per se. ¶ Est ergo grauius occidere innocentem,quam peccatorem quadruplici ratione. Primo,quia magis agit contra charitatem nocens ei quē magis debet diligere. Secundo: quia magis iniustitiam facit iniuriam faciendo ei qui minus est dignus quam peccator. Tertio: quia priuat communitatem maiori bono. Quarto: quia magis contemnit Deum Lucæ. 10. Qui uos spernit me spernit. Eum autem quē nouit iudex innocentem,& tamen falsis testibus, vt reus mortis conuincitur in iudicio, vt Naboth.3.Reg.21. Debet diligentius testes examinare vt inueniat occasionem liberandi noxium, vt Daniel fecit Dan.13. & si non potest reuincere falsitatem debet ad superiorem remittere iudicandum, vel ipse si absolutam habet potestatem liberare si non potest: abēs delegatam,non peccat ferens sentētiam mortis cōtra eum, secundum allegata & probata, quia ipse non occidit innocentem,cum in iudicio secundum probata nocens appareat secundum quæ vt publica persona habet iudicare,fm Tho.vbi supra. Ad idem facit quod habetur 3.q.7. Iudicet. Nico.de Lyra sup pen thateu asserit contrariū, uide plene de h c in 3.par.& 9. ¶ Quæritur autem vtrum teneatur quilibet liberare alium ab iniusta morte si potest? Respōdeo quòd ex debito charitatis qui libet tenetur repellere iniuriam a proximo si potest Vnde Ambr. Qui non repellit iniuriā a proximo si potest: tantū est in vitio sicut ille qui facit 23.q.3. Non inferenda, & in c.sequ. & q.5. Reos. Hæc est sententia Ray. Guil. Th. 2.2.q.79. In hoc autem sicut ponit Guil. est diuersitas notanda, quia ille qui habet publicam potestatem tenetur defendere etiam cū armis si oportet,dum tamen præsumatur, q̄ possit. Personæ verò priuatæ si possunt solo verbo,vel facto sine periculo suarum personarum tenentur cum moderamine tū inculpatę tutelæ vt addit Tho. Sed non credo, q̄ tales teneantur se periculo exponere. ¶ Vtrum autē quis teneatur dare pecuniam ne aliquis iniustè occidatur. Glo. dist. 83. in principio ponit duas opiniones, vna est quod tenetur q̄libet. Alia est quòd tenētur solū prælati. Et subdit. Mihi videtur distinguendū: quia si constat illum iniustè occidi, quilibet tenetur quantū sua possibilitas potest pecunialiter subuenire salua sua necessitate. Quod si nescitur an iustè uel iniustè, aut si necessitas istius non pōt non tenetur. ¶ Quarto non licet committere homicidium propter quodcunque scandalū vel malum uitandum sui uel alterius, quia si cut non sunt facienda mala, vt eueniant bona secundum Apostolum ad Roma. Ita nec etiam vt vitentur mala secundum Thom. vbi supra. In quo delinquunt mulieres, quæ cum cōceperint per fornicationem,adulteriū vel incestum,& huiusmodi,creaturam conceptā in utero occidūt diuersis medicinis, vel ex utero natū,ne manifestetur scelus earū, & inde sequatur infamia sua; vel occisio sui, vel

Vtrū liceat furē occidere uide in c. si perfodiens de homi.

Latronē occidere.

Innocētē occidere.

Graue ē innocentem occidere.

An teneat aliq̄s liberare aliquē ab iniusta morte.

Homici diū pp scādalū uitandū non est commitēdum.

aliorũ, vel occupatio hæreditatis alienæ. Sed nil horum excusat a mortali grauissimo. Et si ante baptismũ occidat ipsum, adhuc grauius, quia corpus & animam occidit. Non tamẽ reputatur homicidiũ cum in vtero est, nisi fuerit puerperium formatum, scilicet anima rationali. 32. q. 2. Quod verò non formatum. Dicitur autem formari masculus spacio. 40. dierum vel circa, & fœmina spacio. 80. Sed nec licet matrem ex infirmitate nõ valentem euadere mortem citius eius mortem accelerare, vt proles in vtero non moriatur, nec prolem nondum natam occidere, vt mater saluetur, & oẽs qui cooperantur ad huiusmodi opera cõsulendo, vel dando operam ad huiusmodi vt medici, aromatarii, & alii sunt homicidæ. 2. q. 1. Notum. Sed quæritur si mulieri licet occidere volentem se opprimere non valentem aliter euadere manus eius? Respondit Rayne rius in summa ponit circa hoc duplicem opinionẽ contrariã alteram alteri, & neutrã præfert. Sed vr dicendum q̃ non licet intendere aliquo modo occisionem volentis opprimere, sicut nec ẽt inuadentem ad mortem pro sui defensione. Sed si defendendo ne violetur contingat illũ occidi sibi imputetur. Et si dicatur quòd occidendo est causa mortis illius nõ solũ corporis: sed animæ cum in actu voluntatis peccandi moriatur. Respondeo, q̃ ipsæ est sibi causa qui alteri iniuriatur. Illa autem vtitur iure suo naturali, quo licet vim vi repellere. Et magis tenetur saluti suæ prouidere, quam alterius. Nam exponit se periculo consentiendi actui peccati permittendo se opprimi pp difficultatem renitentiæ voluntatis, dũ non facit quod potest ad euadendum. Sed & si tueatur quantũ põt saluo eo, vnde potest se qui mors illi renitendo mente peccato nõ ipsa peccaret. Sicut & si quis inuasus ne se defendendo contingat occidere permitteret se occidi nõ peccaret, sed maioris virtutis esset. Si autem talis possit aliter euadere, vt clamando, fugiendo, & huiusmodi non excusaretur a mortali occidendo.

An mulier occidẽdo se volentẽ opprimere peccaret

§. 3. ¶ Quantum ad tertium principale scilicet de punitione huius sceleris, hoc nota cũ dr. Non dimidiabunt dies suos, quia impius cito morietur, & non reuertetur ad pœnitentiam pp magnitudinem sceleris, vt expositum est in principio. §. 2. Quod & si non semper eueniat propter immensitatẽ diuinę miseri cordiæ tñ frequenter accidit, & hoc m̃eretur humana malitia. Virum sanguinũ & dolosum. i. effundentẽ sanguinẽ cũ dolo. i. voluntariè, abominabitur dñs. s. a gratia & gloria sua repellendo. Gen. 9. Quicunque effuderit sanguinẽ humanũ, fundetur sanguis illius dixit Christus. Propterea in figurã præcepit dñs in veteri lege, qđ non comederent carnem cũ sanguine vel sanguinẽ, ad inducendũ eos, vt horrerent effusionẽ sanguinis humani. Oñditur grauitas huius peccati ex multiplici punitione Cayn primi homicidiæ prout hr Gen. 4. vbi dictum fuit ei patrato homicidio Abel fratris sui. Maledictus eris &c. ¶ Est ergo prima punitio infamia. Vñ dr. Maledictus eris. s. ab hominib. Homines. n. summè homicidas odiũt & male dicunt. Et meritò, quia sunt destructores humani generis, exterminantes hoiem factum ad Dei Ymaginẽ. ¶ Secunda punitio est inopia, & iõ dicitur cum operatus fueris terram, non dabit tibi fructus. i. paucos & cũ magno labore ¶ Tertia est maliuolentia. Et iõ dr vagus & profugus eris: qa hominib. odiosus, quia quilibet timet conuersari cum eo, ne simile quid faciat cum eo, vel etiam inconstantia notatur. ¶ Quarta est veniæ diffidentia. Vnde dixit ipsæ. Maior est iniquitas mea, quam vt veniam m̃erear, id est tantũ est peccatum meum, q̃ non cadit sub miseri cordia. ¶ Quinta est damnatio æterna, vnde subdit. Ecce eijcies me hodie a facie tua. Apparuerat enim sibi angelus in forma humana sibi loquens Deum repræsentans. ¶ Sexta est mors misera, ideò addit. Omnis qui inuenerit me occidet me, scilicet homo vel bestia, vel dixit hoc appetens mortem ex multiplici miseria. ¶ Septima est infirmitas corporea, cum dicitur. Posuit dñs signum in Cayn scilicet tremorem horribilem omnium membrorum. Et quia homo non debet occidi a priuata pso na, ẽt si mereatur mortem. Idèo dixit dominus Cayn. Nequaq̃. Sed omnis qui occiderit, ibi punctus, & subibi telligitur Cayn. grauiter punietur talis. Septuplum punietur, scilicet ipsæ Cayn. ideſt in septima generatione, quia Lamech iam habens filios occidit Cayn existente septima generatione ab Adam. Hæc Nicolaus de Lyra. Cũ. n. Lamech esset cecutiẽs, & venationi ferrarũ vacaret, non propter carnes, quia tunc non erant in vsu, sed propter pelles, quibus tunc homines vestiebãtur, ducebat secum puerum qui indicabat sibi feras, vt ad ipsas sagittas iaceret. Videns ergo puer Cayn latitantem inter fruteta æstimauit ferã esse, & sic Lamech iacens arcum occidit eum, vt dicit magister in historiis scholasticis. Grauis igitur est nimis peccatum homicidii, qđ & punitur non solum lege diuina multiplici ter ut dictum est. Mat. 26. Qui in gladio occiderit

Pœna homicidarum.

Mors Cayn

ciderit, oportet cū occidit saltem diuinæ sententię, sed etiam lege humana, canonica, & ciuili. Et quia ecclesia non utitur gladio materiali, sed spirituali, ideo lex eius punit omnē homicidam & mutilātem, nisi in causa suæ defensionis moderata. ¶ Pœna ēt irregularitatis ēt vbi non sit peccatum pp horrorem facti, de hoc tamen in tertia par. ti. 28. ca. 11. Quod autē dicit Tho. 2. 2. q. 64. Homicidiū omnissum ob sui defensionē inducere irregularitatem, tempore suo erat in opinione aliquorum doctorum, sed postea emanauit. Cle. declaratus nō inducere irregularitatē, extra de homici. c. 1. Et sic hodie tenetur. Item homicidium uel mutilatio, uel enormis p cussio facta clerico etiā in minoribus ordinibus constituto inducit excōmunicationem cuius absoluti o sedi apostolicæ reseruat ut patet diffusè in tertia par. ti. 24. c. 1. Itē i foro pœnitentiæ imponebatur pœnitentia septēnis, ut patet. 22 q. 1. Prædicādum tum hodie est arbitraria, sicut & pro aliis peccatis. Mitti autē solent ad curiam ad pœnitētiarios. Maior autem penitentia iniūgitur pro quibusdam homicidiis magis grauibus. ¶ Nā secūdū Host. & gl. extra de his qui fi. occi. c. 1. 2. & 3. quando parētes spōte filios occidūt, uel opprimūt, maior est eis pœnitētia, quā pro cōmuni homicidio iniūgenda. Et dicit Ray. q̄ debet in duci ad ingressum monasterii ubi peccata deploret, & hoc nisi haberet coniugem' non uolentem ingredi & ipsæ uel nisi haberet filios paruulos, quos nō posset dimittere, uel etiā sine his, si nō posset propter fragilitatem carnis hoc agere, nō tñ pōt ad hoc cogi. Si autē casu & graui culpa precedente cōtigerit tale homicidiū tūc secundū Host. & gl. pœnitentia. 5. uel 7. annorū est imponēda ar. dist. 50. Si qua, & extra de pæ. & re. c. Quęsitum. Si autem leuis culpa præcesserit, tunc pœnitentia trium annorum est iniūgenda, extra de his q fi. occi de infantibus. Si aūt nulla culpa præcessit, de iure non sūt puniendi, tñ pp ambiguūt duplicitatis est aliqua pœnitētia ad cautelā iniungenda. ar. 23. q. 5. Excōicatorum interfectorib⁹ Et in his omnibus si culpa occulta, pœnitentia iniungenda est occulta. Si manifesta pœnitentia manifesta. Et ut dicitur 2. q. 5. Consuluisti. Monendi sunt parātes ne teneros pueros infantes teneant secū in lecto. Grauior adhuc pœnitentia imponitur uxoricidæ ut patet 33. q. 2. Admonere. Est tamē & ipsa arbitraria in foro pœnitentiæ præcipue qū res est occulta, ponitur aūt maior pœnitētia vxoricidæ quā matricidæ nō qa grauius sit peccatū, sed ideo, qa homines magis sunt inclinati ad vxoricidiū, quā ad matricidium qa ad matricidiū parū uel nihil, & ideo oportēt poni magis retrahens. i. maior pœna. In rē āt ciuili, in quo ē vsus gladii materialis punitur homicida pœnā mortis. Patricidæ aūt quia grauiter delinquūt immo grauissimè, ideō grauissimè puniuntur non pœna de capitationis ut alii, sed secūdū Host. in iudicio talis conuictus vel confessus virgis sanguineis uerberatus in aculeo. i. sacco corii cocti insu timissus cū cane, & gallo gallinaceo. i. capone & symia, & uipera, in profundū maris iactatur, vel in fluuium proximum iuxta situm regionis, ut omniū elemētorū vsu carere incipiat, vel si mare uel fluuius nō fuerit, pximus tradatur bestiis. C. eo. ti. li. 1. ¶ In foro autem pœnitentię arbitraria est pœna, & occultè si occultū est imponēda. ar. 2. q. 1. Multi Homicidę ergo rectè fit ut non dimidiet dies suos. i. vt citius occidatur, quia crudelior omni fera syluestri. Nā oē animal diligit sibi simile, ut dicitur Eccles. 42. Quis unquā vidit leonē uel vrsum occidētē leonē vel vrsum Nunquā, sed bene animal alterius speciei. Homo aūt se ita permittit uinci ab ira, & odio, ut occidat alium hominem factum ad similitudinē Dei. Similis est homicida diabolo de quo dicit Christus Io. 8. Ille erat homicida ab initio, quia. ſ. occidit in anima, & in corpore primos parentes suo opere. Facit homicida cōtumeliā Deo, quia occidit suum cum oēs simꝰ filii Dei p creationē, ps. 81. Filii excelsi oēs. Et pfecti p fidē & baptismū Ioan. 1. Dedit eis ptātem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Insup & angelo q̄ custodit hominē facit iniuriā. Noluit dñs q̄ Dauid & si sāctus, & deuotus ędificaret ei tēplū, ex eo. qđ sanguinem humanū effuderat, ut habetur 1. Paralip. 28. Et ideo summè abstinēdum ¶ Et quia ad iniuriā psonalē pertinet uerberatio, mutilatio, incarceratio, & cōtra illud præceptum. Non occides, ideò breuiter hęc de his. Pro cuius declaratione dicit b. Th. 2. 2. q. 65. q̄ in bonis corporis tria p ordinē considerantur. ¶ Primo integritas corporis cui detrimētū afferē p mutilationē, uel occisionem Secūdum est quies, & delectatio sensus, cui opponit uerberatio, & q̄cunq; aliud dolore sensus afficiens. Tertiū est motus, & usus mēbrorū, qui impeditur p ligationem, vel incarcerationē, uel quancunque uiolentam detentionē. Et ideò incarcerare est illicitum, uel qualiter cunq; detinere, nisi fiat secundum ordinem iustitiæ aut in pœnam, aut in cautelam alicu

Irregularitas ex homicidio.

De pœnitentia parētū q̄ eorū filios peremerunt.

Vide pœnā patricidarūm primoli. Valerij.

Homicida ē diabolo seruilis.

Verbera re, mutilare, incarcerare.

tus mali uitandi,& hoc licet tantū iudici. Detinere aliquem ad horam ad impediēdū eū ab aliquo malo perpetrando cuilibet licet,sicut retinere hominem ne se præcipitet,extrahere eum de domo ruitura per vim & huiusmodi,vel ne se uel alium percutiat detinere. Sed simpliciter alium intrudere vel desinere, ad eum pertinet,qui habet vniuersaliter de actibus hominis exterioribus dsponere,& uita alterius. Hæc Tho. Vnde huiusmodi faciēs morte punitur secundum legem. C. de priuato carcere. l. uita Ex quo patet esse mortale peccatū. Et similiter uerberare adultum ei q non habet curam eius , & ut sunt parentes, magistri,& huiusmodi,pertinet ad iniuriam vnde & mortale est. Parentibus tamen, maritis.& magistris,quāuis sit permissa moderata castigatio,non tamen usq; ad mutilationē membri,quia tunc esset mortale. Item quātum ad mutilationem sciendum quod cum totius hominis uita nō ordinetur ad aliquid proprium ipsius hominis , sed ad ipsam potius omnia quæ sunt hominis , ordinantur, ideō priuare aliquem uita in nullo casu pertinet ad aliquem nisi ad publicam potestatem cui committitur procuratio boni communis.Sed præcisio membri potest ordinari ad propriam salutē unius hominis,& ideo mali quo casu potest ad eū pertinere puta si membrum sit putridum pro conseruatione uitę liciè ipsæ infirmus vel qui habet curam eius committit medico pręcidendum, & hoc q̄n aliter saluti corporis prouideri non potest. Et quia saluti animæ in temptatione cōcupiscentię aliter prouideri nō potest quem per pręcisionem,quia peccatum subiacet uoluntati,ideo nec propter conseruandam castitatem,seu uincendas temptationes carnis licet membrilia abscinde,quia mortale peccatum est.

TITVLVS OCTAVVS.
De Inuidia.

¶De ipsa inuidia,& de nocumentis eius. Cap. 1.

INVIDIAM unum esse ex septem vitiis capitalibus ponit Grego.31.moralium,& Tho. 2.2.q.36.ar.4.Isidorus autē in lib.de summo bono,& Cassianus in libro de institutis cœnobiorum, nō ponit inuidiā inter capitalia,quod fortè ideò fecerūt propter hoc quod inuidia manifestè nascitur ex inani gloria.Sed vt dicit ibi. bea. Thom. non est contra rationem uitii capitalis,quod ipsum oriatur ex altero,quia ut dicit Greg.31.moralium. Capitalia vitia tanta sibi coniunctione coniunguntur,& non nisi unum de altero proferatur. Sed hoc est cōtra rationem vitii capitalis,quod non habeat aliquam rationem producendi ex se multa gñra peccatorum,quod non habet inuidia, sed multa ex ea vitia procedunt,ut infra patebit.

Inuidia diffinit.

¶Diffinitur autem inuidia secundum Ioānē Damascenum secūdo li. quod est tristitia de alienis bonis. Pro cuius declaratione dicit.b.Tho.2.2.q.36.ar.2.quod tristitia de alienis bonis potest contingere quattuor modis.

Tristari de bono alterius.

¶Primo mō inquantū quis dolet de bono alterius inquantum ex eo timetur nocumentum,vel sibiipsi vel alijs bonis, & talis tristitia nō est inuidia,& pōt esse sine peccato.s.cū moderata est,nec ex hoc facit aliquod incōueniēs. Vnde Gre.22.moral.ait. Euenire plerunque solet vt nō amissa charitate & inimici nos ruina lætificet. Et rursus. Eius gloria sine inuidiæ culpa contristetur cū & ruente eo quosdam bene erigi credimus,& proficiente illo plerosque iniustè opprimi formidamus. Hæc ille. Sicut ex submersione Pharaonis cū exercitu suo i mari rubro populus Israel multum gauisus,& festinauit cātans canticum. Cātemus domino,& pulsans tympanum cū Maria eo quod mortuus ē inimicus qui uolebat eos in seruitutem reducere. Exo.15. Et econtra Mathatias cū suis contristatus est valde de exaltatione,& prosperitate regis Antiochi quia quærebat populum Iudæorum, transferre ad ritus gentilium Deo vero relicto.1.Mach.2.¶Secundo modo potest aliqs contristari de bono alterius non ex eo quod ille habeat illud bonū,sed qa sibi deest illud bonum,& hic propriè est zelus secundum Philosophum,secundo Rethoricorum. Dr etiam æmulatio.Et si istæ zelus sit circa bona honesta,laudabilis est secundum illud 1.Corin.14.Aemulamini spiritualia. Sic faciebat Apostolus cū dicebat.2.Corinth.11.Aemulor uos Dei emulatione q.d.Inuidieo qbusdā ex uobis,sed inuidia q̄ est secūdum Deū. Cōsiderebat in aliquibus eorū esse aliquas perfectas conditiones,quæ nō ita forte apparenter erant in eo,uel ex humilitate in se nō reputabat,esse licet simpliciter esse pfectior illis,& in illis æmulabat cupiens pficere, ista ergo non est propriè inuidia,nisi largè dicta. Et sic intelligitur dictum Hieronymi ad Adlethā de institutione filiæ.Habeat socias cū quibus

quibus discat quibus inuideat, quarum laudi bus mordeatur. Sumitur hic inuidia pro zelo seu æmulatiõe, quo quis debet incitari ad ꝓficiendum cũ melioribus. Si autem de temporalibus sit tristitia talis potest esse sine peccato, vt si secundum primum motum tristat quod non habet sibi necessaria, quæ alius habet cũ peccato. Vnde quando per talem defectum incidit in impatientiam vel murmurationem, vel nimis mente deiicitur, & pertinebit ad accidiam. ¶ Tertio modo tristatur qs de bono alterius inquantum ille cui accidit illud bonum est eo indignus, quæ quidem tristitia non potest oriri ex bonis honestis, ex quibus aliquis iustus efficitur, nisi fortè cõtristaretur qs videdo magnos peccatores a Deo uisitari, magnis donis, & uirtutib. quasi iudicãdo eos indignos, sicut contristatus, & indignatus ẽ frater suus maior de susceptione fratris prodigi magnifica Lucæ. 15. Sed hoc esset cõtristari contra Deũ, & iniustũ reputare uel inuidentia fraternę gratiæ quæ ẽ blasphemia in spiritum sanctum Sed contristari de diuitijs, & aliis bonis tpalibus, q̃ pñt bonis, & malis ꝓuenire. Hãc tristitiã uocat Philosophus. 2. Rethoricorũ neemesim & dicit ips ã ad bonos mores pertinere. Sed hoc ideo dixit, quia considerabat ipsa bona tẽporalia secundum se prout possũt magis uideri non respiciendo ad ẽterna. Sed secundum doctrinam fidei temporalia bona, quę proueniunt indignis, ex iusta Dei ordinatione disponuntur vel ad eorũ correctionẽ vel ad eorum dãnationẽ, sicut diues sepultus in inferno Lucæ. 16. & hmõi bona quasi nihil sunt in comparatione ad bona futura, quæ seruantur bonis. Et ideo huiusmodi tristitia prohibeur in scriptura sacra secundum illud ps. 36. Noli ęmulari in malignantibus neq; zelaueris faciẽtes iniquitatẽ &c. Cito enim tranſit eorũ prosperitas, quoniam tanquam fænũ uelociter arescẽt. Subdit. Et ideo non est æstimanda. Quarto contristatur quis de bono alterius inquantũ alter excedit ipsum in bonis, & hoc propriè est inuidia, & istud semper prauum secundum Philosophum in 2. Rhetorico. quia dolet de quo est gaudẽdũ scilicet de bono proximi. Vnde Apostolus. 1. Corin. 13. ait. Charitas non æmulat. i nõ inuidet, sed gaudet de bonis alterius. Nec obstat si dicatur ꝙ obiectũ tristitiæ ẽ malũ. Non. n. tristat ꝙs ni si de malo, sed inuidia est de bono alterius, ergo inuidia nõ ẽ tristitia. Rñdet Th. vbi sup. arti. 1. ꝙ obiectũ tristitiæ est utiq; malũ proprium, sed contingit aliquãdo ꝙ bonũ alienũ apprehendat vt malũ ꝓpriũ. Et scdm hoc de bono alieno põt eẽ tristitia. Inuidus. n. bonũ alterius de quo inuidet ęstimat ut malũ ꝓpriũ inquãtũ ẽ diminutiuũ ꝓprię gloriæ & excellẽtię. Videtur. n. sibi quod ex hoc qđ aliquis excedit eum in bonis vel ęquiparatur, ipsæ non fit in tanta reputatiõe apud homines sicut si solus ille illa bona haberet fuoẽs, & inde tristatur. Bona igitur habita causant delectationẽ, amissa causant tristitiã, & dolorem. Ab alijs possessa non excessiuè nimis ultra se causant occasionaliter inuidiam & ęmulationem, quia apprehenduntur ut ꝓpria mala, vt dictũ est. Et dicit inuidus quasi non uidens. quia scilicet bonum alterius sine tristitia videre non potest. Inuidus vñ dr.

¶ De inuidia loquens propheta ait. ps. 68. Zelus domus tuæ comedit me, loquit ps. in ꝑsona Christi ad patrẽ & a Ioan. euangelista inducit in testimonium cũ Christus eiecit de tẽplo cũ flagello de funiculis emẽtes, & vẽdẽtes Io. 2. ad hũc intellectũ uidelicet. O pater zelus ideſt intẽsus amor quẽ habui ad honorem templi tui me quasi consumendo affixit; & ideo cum flagello expuli de templo eos qui irreuerenter se habebãt. Sed alio modo potest exponi sic. O pater, zelus ideſt inuidia domus tuę ideſt tẽpli comedit me ideſt consumpsit per mortem. Ex inuidia enim sacerdotum quia ipsæ honorabatur a populo & audiebatur magisquam ipſi tradiderũt Pilato occidendum. Sciebat enim (inquit euangelista) quod per inuidiã tradidissent cum Mat. 27. Quod figurate ostendit Iacob eum ait. Feras pessima deuorauit filium meum Ioseph, qui figurabat Christum quem fratres ex inuidia uendentes putabant ad nihilum deduxisse, sed indẽ peruenit ad maximam gloriã. Tria ergo de hac inuidia vidẽda sũt. §. 1.

¶ Primum a quo malo oriatur.

¶ Secundum quantum in peccato aggrauatur.

¶ Tertium quid ex hoc uitio consequatur. §. 2.

¶ Quantum ad primum. Inuidia communius habet ortum ex uana gloria. Vnde Apostolus ad Galatas sexto. Non efficiamur inanis glorię cupidi inuicem prouocantes, inuicem inuidentes, prius ponit ingnem gloriam deinde inuidiam, quia causa debet prę cedere suum effectum, & posita causa sequitur effectus, posita inani gloria in homine sequitur inuidia, quia cum uidet uanagloriosus aliquem sibi ęquari, uel superare aliquo bono, vnde quærit gloriam uidetur sibi quod non ita sit in gloria & reputatione hominum Inuidia vñ oriatur.

hominum ex quo alius habet bonum simile vel maius sicut ipsę,& ita ex hoc tristatur de bono illius. Vnde Grego. 31. moralium ait. Prima namque superbię soboles inanis gloria est quæ dum oppræssam mentem corruperit inuidiam mox gignit,quia dū vani no minis potentiā appetit, ne quis habet hanc alius adipisci valeat tabescit. Et Philosophus in 2. Rhetoricorū,qđ inuidebunt tales, quibus sunt aliqui similes vel secundum genus, aut secm cognitionē,aut ſm statură,aut ſm habitū,aut secm opinionē. Et iterū dicit qđ illi quibus modicū deficit, & amatores honoris,& q sapientes reputantur sunt inuidi, vł secundam deliberationem prout sunt boni, & mali Iob. 5. Paruulū occidit inuidia idest pusillanimē,occidit aūt spiritualiter. ¶ Pro horum declaratione dicit beatus Tho. 2.2.q. 36.arti.1.quod inuidia sit de gloria alterius inquantū apprehenditur vt diminutiua gloriæ proprię quam quis appetit, cōsequēs est, vt ad illos habeat inuidia,qb. hō se uel æquare,vel præferre appetit in gloria,hoc aūt non est respectu multum a se distantium. Nullus n. insanus studet se æquare vel prę ferre i gloria his q sunt multo maiores eo,puta hō plebeius regi,vel rex plebeio quem multum excedit. Et iō his multū distāt,vel loco,vel tēpore vel statu hō nō inuidet,sed his q̄ sunt propinqui qb. se nititur æquare,vel pferre. Nā cū illi excedūt accidit hoc cōtra nostrā volūtatē,qa æstimatur inde sibi minui gloria sua,& iō causat tristitia. Similitudo āt dr eē cā amoris,& per cōsequēs delectationē causat inq̄tū cōcordat uolūtati. ¶ Et sic discipuli Ioannis Baptistę inuidebāt aliquātulū Christo,ex eo q haberet maiorē cōcursū & famā q̄ magister eorū Ioānes,vn zelātes p ipso Ioāne dixerūt ei semel. Is cui testimoniū phibuistiplures discipulos facit. Ioā. 2. Sed Ioannes declarauit qđ verè maior ipso erat,qa uerus messias. Similiter cū audiētes decē de duob. fratribus indignati sūt Matt. 20. Amatores honoris & dignitatis sūt inuidi scilicet ad eos quibus possunt in honore,& dignitate æquari,vel præferri,nam si multum excedet,non inuidet. Non enim inuidet ciuis si nō habet dignitatem regiam,ad quam non est aptus, neque simplex sacerdos,si nō est papa,sed si modicum deficiat uidetur sibi quod ad hoc possit pertingere,& sic ad hoc conatur, ut sit cuius de prioribus,vel aliis officiis ciuitatis, sicut plures sunt,& sacerdos quod sit plebanus,uel canonicus,uelepiscopus. Et si frustratur eius conatus ꝓpter excessū gloriæ alterius quia alii hūt qđ ipsæ non habet tristatur de bono alterius. ¶ Et sic Saul quādo Dauid deuicto & occiso Goliath puellæ obuiantes, & festinātes de uictoria eius cantābāt in eius laudem. Percussit Saul mille,& Dauid decē milia. Audiens hæc Saul inuidit Dauid, eo q̄ magis laudabatur q̄ ipsæ. Vn dolēs de hoc dixit. Mihi dederūt mille, & filio Yai ideſt Dauid decē milia. 1. Reg. 18. Pusillanimes ergo sūt inuidi,qa omnia reputant magna,& quicquid boni alicui accidat reputant se in magno superatos esse,& inde cōtristātur in uidendo. Et sic mulieres,quia cōmuniter sūt pusillanimes, inanis glorię cupidæ,qa reputāt magna quæ parua,& uilia sunt,& pulchritudinem,ornatum,tripudiatum, fæcunditatē & hmōi,ideò de facili inuidet una alteri. Sicut & Rachael inuidit sorori Lyæ, quia secunda erat Gene. 30. Qui reputantur sapientes,vel uirtuosi aliquando inuident si imperfecti sunt,& hoc non est ex sapientia, vel uirtute in se,sed inquātum ex eis resultat honor & gloria,habenti in cōspectu aliorum. Nullus enim inuideret huiusmodi sapienti, & perfecto si ignotus esset hominibus. Sed cum manifestatur eius sapientia,& uirtus,quia in de ex multa exaltatione illius videtur inuido minui fama sua & honor exinde contristāt. Bona enim spiritualia ex hoc quod plurib. communicantur nō minuuntur, sicut patet de scientia & uirtutibus,sed bona tēporalia communicata utique minuuntur,sicut patet in diuitiis. Nam ex hoc quod unus qui habet centum florenos alius nō pōt habere nisi sibi subtrahantur,& ita gloria mundi circa aliquid cum unus habet alius nō habet, uel non ita magnam,Si quis autem totam scientiam suam communicat discipulo nihil ex ea ipsæ amittit,sed magis proficit,& ex hoc Scribæ Pharisei inuidebant Christo,quia ex doctrina sua,& uirtute magis in honore & fama erat q̄ ipsi. Propterea dicit zelus domus tuæ comedit me ideſt inuidia Scribarum & Phariseorum & sacerdotum comedi me. §. 3.

¶ Secundo de grauitate huius peccati quam graue si ostenditur ex hoc quod dicit Iob. 5. Paruulum occidit inuidia. Occidit autem spiritualiter priuando animā gratia,sed nullū peccatum tollit gratiam ab anima nisi mortale. Vnde inuidia est mortale ex genere suo quando est secundum deliberationem rationis,huius ratio est secundum Tho. 2.2.q.36 art.3.quia genus peccati considerat ex obiecto.1 ex materia circaq̄ est,Inuidia aūt secūdū rōnem sui obiecti contrariat charitati ꝓ quam

De inuidia discipulorū Ioannis erga Christū.

Inuidia Saul contra Dauid.

Pusillanimes sūt inuidi.

Inuidia est mortale peccm.

Inuidia cōtraria tur charitate.

quam est vita spiritualis animæ secundum illud. 1. Ioan. 3. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniã diligimus fratres. Vtriusque enim obiectum inuidiæ. s. & charitatis est bonum proximi, sed secundũ contrarium motum. Nam charitas gaudet de bono proximi, & de eodem inuidia tristatur, & sic patet quòd ex genere suo est mortale. Ad hoc facit quod ait Aug. in li. de igne purga. ponit inter mortalia connumerans ipsam cũ adulterio, homicidio, & huiusmodi. 25. di. § alias ea. Item ex concil. Carthaginẽ. dicitur. Clericus inuidens fratrum profectib. donec est in vitio non promoueatur di. 46. sed nullus prohibetur a promotione, nisi pp mortale ergo &c. ¶Sed sicut in aliis peccatis quæ ex genere suo sunt mortalia, inueniuntur aliqui imperfecti motus in sensualitate existentes, & non peruenientes ad cõsensum rationis, qui sunt peccata venialia. Sicut in genere homicidii primi motus iræ, & in genere adulterii primi motus concupiscentiæ, ita & in genere inuidiæ primi motus tristitię de bono alterius, non sunt nisi venialia. Qui motus etiam aliquando reperiuntur in viris perfectis & in paruulis. Vnde Aug. in lib. de confess. Vidi ego & expertus sum zelantẽ puerum. i. inuidentem nondum loquebatur, & intuebat pallidus amaro aspectu collataneũ suum. Nõ solum autem est mortale inuidia, sed est valde graue. Dicit enim Greg. de ipsa. in 5. moral. Quamuis per omne vitium quod perpetratur humano cordi antiqui hostis virus infunditur, in hac tamẽ nequitia tota sua viscera serpens concutit, & imprimendæ malitiæ pestem vomit. Ipsa enim inuidia.

Primi motus ĩ uidiæ.

¶Primo Deo contrariatur.

¶Secundo diabolo assimilatur.

¶Tertio proximo iniuriatur.

¶Quantum ad primum sciendum secundũ Dyoni. Bonum est sui ipsius diffusiuum & cõmunicatiuum, & quanto magis bonum tanto magis cõmunicatiuum. Hinc est quòd Deus qui est summè bonus permaximè & copiosissimè communicauit bonitatem suam innumerabiles creaturas formando, & cuilibet certũ gradum bonitatis tribuendo. Vnde Plato. A Deo omnis inuidia relegata est, ideſt excluſa, quinimò a Deo bonus est, & omnipotens, ut dicit Augustinus in enchirydion, quòd nullũ malum sineret esse in suo vniuerso, nisi ex illo eliceret maius bonũ. Inuidus econtra non est communicatiuus, sed sibi soli vellet omnia, & quòd alii non participarent secum bona, ut solus exaltaretur, & ex bonis aliorum elicit mala, scilicet tristitiam cordis sui. Vnde Prouer. 14. Pũtredo ossium inuidia, quia videlicet potentias aĩæ quæ ossa dicuntur eius marcescere facit, & elicit præ tristitia, vel ẽt ossa dicuntur virtutes vt misericordia, charitas, neemesis, benignitas, & huiusmodi quæ destruuntur per inuidiam. Vnde Gregor. in 5. moraliũ. Cum deuictum cor liuoris putredo corruperit, ipsa quoque exteriora indicãt quam grauiter animum uelania instigat. Color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur membra frigescunt, in cogitationibus scabies, in dentibus stridor. Hinc & Socrates. Vtinam inuidi in omnibus ciuitatibus oculos & aures haberent, ut de omnium felicitate torquerentur. Sed ecõtra dicit uirtuosus de sapientia loquens. Sine fictione didici, & sine inuidia cõmunico, & honestatem illius non abscondo. Sap. 7. Item neque cum inuidia tabescente consortium habebo, quoniam tã homo non erat particeps sapientiæ Sap. 6. ¶Secundo inuidia facit hominem similem diabolo. Dicitur enim de eo Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur eũ qui sunt ex parte ipsius. Videns enim diabolus hominẽ creatum ad possidendam supernam felicitatem, quam ipsæ nondum adeptam, sed mox adipiscendam amiserat, superbia sua inuidens tanto eius bono & gloriæ, & ideò omni suæ sagacitate malitiæ procurauit, vt illa priuaretur tentans eum, & inducens ad inobedientiam diuini præcepti, & sic quotidie inuidiam suggerendo conatur fraternam charitatem dissipare. Vnde Ioannes papa. Conatur versutus hostis ab initio ruinæ suæ ecclesiæ vnitatem rescindere, charitatem vulnerare, & bonorũ operum dulcedinem felle inuidiæ inficere, & omnibus modis quibus potest humanum genus euertere, & perturbare. Delet enim satis, & erubescit charitatem, quam ipsæ nequiuit habere, ideſt conseruare in cęlis homines cõstantes ex lutea materia possidere in terris. 16. qũ. 2. Visis. Et tanta est malitia inuidiæ eius, vt cum ex tentationibus quibus nos infestat augeatur ei pœna accidentalis inferni, tamen potius eligit sibi illam augeri tentando nos, vt ruere faciat, q̃ illa carere desistendo a tẽtationib. Sic inuidus vult potius aliquo bono carere cum aliis q̃ ipsum habere cõiter cum aliis. Ad q̃ facit qđ dicit Horat. Inuidia Sycũli non inuenere tyrãni, maius tormẽtũ, vbi tã gĩt q̃dã hiſtoria ¶Cum enim in curia cuiusdã dñi tpalis in Sycilia essent duo inter cæteros milites vel familiares, vnus valdè ĩuidus, alter

Assimilat diabolo.

Inuidia Deo cõtrariat.

Exemp. de inuido & auaro.

alter valde auarus, quod notorium erat. Quo dam die volens dominus habere solatiū cū suis baronibus fecit illos vocare ad se, & corā etiam aliis curialibus & dixit, q̄ cum essent sibi multū grati in obsequiis suis disponebat eos remunerare. Et propterea paratus erat dare vni eorum quod sibi peteret, & exinde duplum alteri eorum. Tacebant ambo, & nullus volebat esse primus. Nam cogitabat auarus si sum primus recipiam minus q̄ si essem secundus, cum duplum sit ei promissum q̄ primo postulāti, cogitabat inuidus si primus rūdeo, istæ socius meus pius me recipiet, nunquam hoc patereturr atus meus. Potius volo dimittere petitionem meā, & consecutionē alicuius boni. Cumque inter se disceptarent, & alter alterū præponeret in petendo, demum voluit dominus, q̄ inuidus esset primus in petendo. Cēpit istæ cogitare intra se qui i petere possū vt istæ socius meus non excedat me in donis. Si peto vnam vestem vel equum istæ duos habebit, si mille florenos istæ duo milia si vnū castrum istæ vnam ciuitatem obtinebit. Sustinere hoc non possum aliquo modo, potius volo eligere aliquod malum pati, vt ipsæ in duplo habeat, q̄ obtinere bonū in quo ipsæ me superet. Dixit ergo. Dñe mi ego peto, vt vnus oculus mihi eruatur, vt sic socio duo extrahātur. Quid inde factum sit non dicitur, sed bene fuisset inuido factum, vt vno oculo euulso socius euasisset illæsus, ex quo tam diabolica cōditio fuit in eo. ¶ Tertio inuidia iniuriatur proximo, & animo, & opere. Animo quia non potest pati videre illum bona habere, de omni prosperitate eius tristatur, & dolet. Vnde dicitur. Ecclesiastici. 14. Oculus inuidi nequā. Vnde inuidus figuratur per Hely sacerdotē, de quo scribitur. 1. Reg. 3. q̄ lucernam domini videre nō poterat, donec extingueretur. Sic inuidus lumen, idest prosperitatem tpalem, vel spūalē nō pōt clara mente videre, nisi extinctam. i. nisi subtractam, tunc gaudet de malo talis personæ. Similis est inuidia vespertilioni, quod animal non potest videre lumen diei, sed amat tenebras noctis. Sic inuidi prospera hominum videre nō possunt, sed tantū aduersa de quibus gaudent vbi dolore deberent. Nocet etiam proximo cum pōt diuersis modis detrahendo vel aliter nocendo. Inuidia inquit Hugo de sancto Victore aufert mihi proximum, ita meipsum. Et Cyprianus de inuido ait. Huic vultus minax, toruus aspectus, Pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentibus, verba rabida, effrenata conuitia, & manus ad violentiam prompta. Et vt dicit Basilius. Sicut rubigo ferrum adhærens vix recedit, ita inuidia cū difficultate aiam dimittit inuasam. Sic & Saul inuidus vexatus a diabolo, & si qñq; interpolabatur vexatio, tñ nō totaliter liberabatur. Vnde Cyprianus. Istę zelus. s. inuidia non hēt modum permanens iugiter sine fine, & cum alia vitia & scelera finiātur, quātum ille cui inuidetur profecerit maiori successu, tāto inuidus in maius incendiū liuoris ignibus inardescit. Ita sunt malè dispositi inuidi, vt de lumine obscurentur, & de sanitate aliorū infirmentur, de aliorū vita moriantur. Tales enim de facili proditiones tractant. Vñ prouer. 23. dicitur. Non comedas cum hoīe inuido, & ne desideres cibo eius, qñ in similitudinē arioli, & coniectoris æstimat, qđ ignorat. Comede & bibe dicet tibi, & mens eius non est tecū. Et concluſiuē tanta est grauitas huius peccati, q̄ inuidia Phariseorū & scribarū & sacerdotū fecit Christum crucifigere, quod fuit grauissimū peccatum. Vnde dicit. Zelus domus tuæ comedit me, & figurata est per ignē qui consumpsit oues, & pueros Iob primo capitulo.

¶ Tertium de malis quæ sequuntur ex inuidia. Notandū primo, q̄ inuidia propterea ponitur vitium capitale, quia caput est multorū peccatorū, & præcipue eorum quæ dicunē filiæ eius. ¶ Pro cuius declaratione dicit Tho. 2.2.q.36.art. 4. q̄ sicut accidia est tristitia de bono spāli diuino, ita iuidia est tristitia de bono proximi. Accidia autem propterea ponitur esse vitium capitale, quia ex accidia homo impellitur ad aliqua facienda, vel vt fugiat tristitiam, vel ut tristitiæ satisfaciat. Et eadē ratione inuidia ponitur vitium capitale, cuius filiæ secundum Gre. in 31. mora. sunt quinq;. s. Odiū, detractio, susurratio, exultatio in aduersis proximi, afflictio in pspēris eius. ¶ Rō assignationis est secundū Tho. vbi supra. quia in conatu inuidiæ est aliquid tanquam principiū, aliquid tanquam medium, aliquid tanquam terminus seu finis. Principium quidē est, vt quia diminuat gloriā alterius, vel in occulto, & sic est surratio, vel manifestè, & sic ē detractio, mediū autem est: quia aliquis intē dens minuere gloriā alterius aut pōt, & sic est exultatio in aduersis, aut non potest, & sic est afflictio in prosperis. Terminus autē inuidiæ est in ipso odio. Sicut enim bonum delectans causat amorem, ita & malum cōtristans quod est in inuido causat odium. Et nota secundū Tho. vbi supra, q̄ afflictio in prosperis aliquā do est ipsa inuidia, aliquando nō est ipsa, sed filia eius. Inquātum quis tristatur de pspēris alicuius,

Iniuriat proximo.

§. 4. Inuidia dr odiū capitale.

Sufficiētia filiarum inuidiæ.

alicuius ſecundum quod habent quandã gloriam, ſic talis triſtitia eſt inuidia. Inquantũ uerò proſpera eueniunt alicui contra conatũ inuidentis qui nititur impedire proſperitatẽ illius, ſic talis triſtitia eſt filia inuidiæ. Exultatio verò in aduerſis non eſt directè idẽ quod inuidia ſed ſequitur ex ea. Nã ex triſtitia de bono proximi quæ eſt inuidia ſequitur exultatio de malo eius. Sed ut dicit puer. 17. Qui in ruina lętatur alterius non erit impunitus. Hoc eſſe magnum malum Iob cauebat ab eo dicens. Si exultaui ad ruinam eius qui oderat me, q; inueniſſet eũ malum, ſupple accidat mihi malum. Vnde Ambro. cum videret ſemel quædam lætari, & ridere de caſu alterius in terram, dixit. Qui ſtat videat ne cadat. Quo dicto ſubito ridens cecidit ipſe. Et mirum eſt quod cum gaudium, & delectatio ſit ex coniunctione conuenientis cum conuenienti, & naturaliter inuidus ſit bonus, & bonũ omnia appetant de bono proximi gaudere deberet, & de malo dolere. Sed propterea contrarium accidit, quia inuidia conuertit naturam quodammodo in malitiam, & ideo de malo proximi gaudet, ut malitia plenus totius. Sic Saul peſſimus factus ex inuidia p̃ſequebat Dauid qui gener eius erat & tot bona ei fecerat, & cũ non poſſet capere eũ & occidere ut cupiebat. contriſtabat̃ nimis, & de ſic omni eius ꝓſperitate, ſed nõ ſic. Dauid erga eum quinimmo audita morte eius ieiunauit & fleuit amarè, vt patet ſecundi Regũ primo. ¶ Multa & alia mala oriuntur quandoque ex inuidia ut iudicia temeraria. Vnde Hieronimus. O inuidia primum tuimordax quidam pro nephas nomine chriſtiani relicta trabe in oculis proprijs in alieno feſtucã quęrunt ſcilicet malè iudicantes de paruis defectibus aliorum. Hæc operatur omnem crudelitatem, nec amico nec fratri parcit, ut patet in primis fratribus Cayn, & Abel. Nã cum perpendit Cayn Abel fratrem ſuum eſſe Deo magis acceptum, ita inuidia in eum exarſit, quod eũ occidit, hoc autem fuit, quia vt dicitur Geneſis quarto. Reſpexit Deus ad munera Abel, & ad munera Cayn non reſpexit, quod ita pecepit ut dicit magiſter in hiſtoriis ſcholaſticis, quia deſcẽdit ignis de cælo, & incẽdit ſacrificium Abel, quod dominõ de animalibus melioribus obtulerat, nõ autem deſcẽdit ſuper ſacrificium Cayn, qđ de frugibus terræ offerebat, ſed coroſis & minus bonis ut auarus, & ideo non acceptauit Deus. Vnde alia littera habet. Inflammauit dominus ſup̃ munera Abel &c. i. flãma ignis miſit, & non ſuper munera Cayn, & ex hoc inuidit & occidit, ſed acriter punitus eſt. Fratres Ioſeph inuidebant ei, nec poterant quic quã ei pacificè loqui ex eo quod a patre plus ameretur cunctis filiis propter bonitatẽ ſuã & ſapientiam, & propter inuidiam uoluerũt occidere niſi contradixiſſet Ruben. Demum eo abſente eum vẽdiderũt in ſeruũ Hiſmaelitis euntibus in Egyptum. Gene. 37. Aman Agagites inuidens glorię Mardochei quæ-ſiuit ab Aſſuero rege deleri totum genus Iudæorum, & ipſum Mardocheum in ligno p̃parato ſuſpendi, ſed mediante regina Heſter uerſa eſt ſententia contra eum, vt illo die ipſe ſuſpenderetur ligno ab eo parato, & omne genus ſuum Iudæorum occiſi ſũt illo die vt habetur in lib. Heſter. 7. ¶ In lib. dialogorum. 3. narrat Grego. de duob. germanis deo in hæremo ſeruientibus. Eutitio & Florẽtio. Eutitius ut magis induſtrius & litteratus aſſũptus fuit in abbatẽ a monachis cuiuſdã abbatię. Cumque. Florentius mirę ſimplicitatis uir ſolus in cella remanſiſſet, rogauit dominũ vt ſibi aliquam ſocietatẽ concederet, quod & factum eſt. Nam vrſum ab oratione ſurgens inuenit ad cellam ueniſſe ſuam quẽ ut ſocium ſibi a Deo datum ſuſcepit, & eũ ut domeſticum animal tractabat, & in cuſtodiã aliquarũ ouicularum ſuarum ad paſturã mittebat, aſſignans ſibi horam quando ad cellam reuerti deberet ſcilicet hora comeſtionis ut ſcilicet cum eo comederet. Fama autẽ huius miraculi euolante per patriam illam, monachi abbatis Eutitiis germani huius, videntes Eutitiũ, talia miracula non facere, & inuidentes vna die aliqui ex eis dormientem ut ſum occiderunt. Quod demum Florentius pendens multum doluit, & cũ germanus eius abbas Eutitius iuiſſet ad conſolandum eum, dixit uel enunciando uel impręcando quod adhuc uideret illos punitos, quod & factũ eſt. Nam omnes qui occiderunt vrſum ex iuidia effecti ſunt leproſi, & prę dolore membra ſibi diſcerpebant. Sic & ſacerdotes qui ex inuidia occiderunt Chriſtum, poſt exterminium maximum ſuę ciuitatis & gentis amiſſa omni gloria ſua diſperſi ſunt per orbem, de quibus dictũ eſt, zelus domus tuæ comedit me. ¶ Remedia ergo adhibenda ſunt cõtra tam horrendam peſtem. Quorum primum eſt vt amorem ſuum quis terrena gloria, & rebus tranſeuntibus ſubtrahat, & ipſum ad cæleſtia erigat. Nam remota cauſa remouetur effectꝰ. Cũ igit gloria talis ſit occaſio in uidiæ (ut dictũ ẽ) remoto affectu ei⁹ ĩordinato

Iudiciũ temerariũ ex inuidiæ.

Inuidia Ioſeph uendi-tus.

Inuidia Aman.

Exẽplũ.

§. 5. Remediũ pri-mũ con-tra Inui diam.

& inuidia remouebitur. Vnde Greg. Qui fructibus inuidiæ carere desiderat, illam hæreditatem appetat, quam numerus possidentiũ non angustat. Vnde vir iustus, quia nil in terra appetit alienis profectibus inuidẽ nescit.

Secũdũ. ¶Secũdum est consideratio creaturę uniuersalis. Omnis creatura cõicat seipsã mõ suo sol omnibus prębet lumen suum, & luna & stellæ, terra cõicat fructus suos omnibus animalibus, & nihil sibi retinet. Membra in corpore humano se inuicem iuuant, nec inuidet pes oculo, quia nobilior est eo, & eminentiorem locum tenet, scilicet in capite. Sed vt dicit Apost. 1. Corin. 12. & experientia docet, si patitur unum membrum, patiuntur omnia membra non lætantur, & econtra de exultatione vnius membri omnia gaudent. Si enim caput honoratur, vel decoratur dyademate vel floribus vel alio ornatu omnia alia membra lętantur. Angeli etiam gaudent sup uno peccatore pœnitentiam agente. Luc. 15. quia inde illi præmium procuratur, sicut econtra

Tertiũ. contristantur de ruina alicuius, modo suo iuxta illud Esa. 33. Angeli pacis amare flebũt. Et exemplum in legenda Ioannis Euangelistę qũo resuscitatus ab eo retulit se angelo illorũ discipulorũ Ioãnis quos pœnituerat mũdum reliquisse vidisse dolẽtes & lugentes de ruina illorũ. ¶Tertiũ remediũ. s. ad tollendũ aliis occasionem inuidię est occultare bona sua, quæ non sunt necessaria, vel etiã aliorũ coram illis qui sunt inclinati ad hoc vitium, vel alio modo prouidere sicut Christus dixit discipulis, quibus ostendit se in monte trãsfiguratum. Nemini dixeritis visionẽ hãc Math. 17. ne. s. cum essent imperfecti socii eorũ ex hoc mouerentur ad inuidiam, quia habue-

Exẽplũ de inuidia. rant illam visionẽ & non ipsi. ¶Legitur. n. in uitas patrum, quod cum quidam antiquatus in hæremo magnæ famæ uir & haberet duas cellas, adueniente de nouo patre ualdè nomi nato ad habitandũ in illo hæremo, ille patre commodauit sibi cellam unam ex suis, donec sibi aliter prouideret, & ibi morãte multi cęperũt, ad ipsũ uenire pro consiliis, etiam ex his qui ibant prius ad alium patrem præfatum. Quod cernens inuidia motus dicit discipulo ut iret ad eũ & diceret, ꝙ restitueret cellam, quia uolebat ea uti. Accessit ille & cũ inuenisset eum infirmũ, dixit qđ pater suus mittebat ad uisitandum eum & nil dixit de repetitione cellæ. Gratias egit ille ei, & reuersus ad patrẽ suum dixit, quod erat infirmus vnde patienter ferret quousque melius se haberet. Inde ad paucos dies stimulante inuidia misit iterum ad licentiandum eum de cella. Et discipulus verba mutauit dicens se missũ ad uitandum, demum uidens quod nõ recedebat, accessit cum baculo expulsurus eum. Sed discipulus prœuenit dicens quod abbas suus ueniebat ad uisitandum eum ex charitate nimia, propter quod placeret ei decurrere, quod & fecit, & occurrẽs proiecit se ad pedes eius gratias agens de commodata cella. Et ille in se reuersus compunctus est, & seducta inuidiæ passione dilexit eum. Interrogauit autem discipulum seorsum si fecerat ambasiatas sibi commissas. Et cum intellexisset prudentiam discipuli, quod non eas fecisset ad tollendum scandalum, proiecit se ad pedes eius dicens uelle impositorum eum esse patrem. Hic tamen si mendatium dixit, non bene fecit, nec imitandus in hoc, sed de pietate intentionis.

Mendatiũ quãuis ut bonum sequatur tñ est peccatum.

¶De *afflictione in prosperis filia inuidiæ. Cap.* 2.

AFflictio in prosperis ponitur a Gre. filia Inuidiæ, quę in hoc differt a matre sua, scilicet inuidia, quia cum inuidia doleat, & tristetur de bonis proximi, appetit & quærit diminutionem eorum. Sed cum hoc non eueniat, sed potius contrarium ideſt prosperitas, inde magis tristatur, & ex hoc ponitur filia inuidiæ secundum Thomam, ut dictũ est sup. Dicit autem. Salomon Eccl. 4. c. Contemplatiuus sum omnes labores hominum, & industrias & animaduerti patere inuidię proximi & in hoc uanitas. Super quibus uerbis dicit. Io. Dominici super Eccl. ponit inuidiam esse causam uel occasionem.

¶Primo erroris & falsitatis.

¶Secundo affectionis cupiditatis.

¶Tertio defectionis bonitatis.

§. 1. Inuidia est cãeroris.

¶Quantum ad primum. Omnes errores hominum processerunt ex primo errore primorum parentum, quod seminauit diabolus ex inuidia. Vnde dicitur Sap. 2. Deus creauit hominẽ in exterminabilẽ, qui. s. nõ potuisset error decipi uel corpore deficere si obediſſet. Inuidia aũt diabolimors. s. aiæ & corporis introiuit in orbem terrarũ. Nã ex inuidia sua, ut hominem deiiceret errorẽ & falsitatẽ proposuit dicẽs. Nequaquã moriemini. Ecce falsitas. Sicut. n. Deꝰ &c. q. d. ex iuidia Deꝰ hoc prohibuit, ne efficiamini ei similes in scia. Ecce erros. Sicq; exinde errores in mũdo multipli cati sunt, primo iter philosophos ut oñdit Lactantius in lib. 3. iſtitutio. Vnus philosophus

ex

ex inuidia volens extinguere nomen, & scien tiam alterius, aliam opinionē inueniebat op posita sententiæ alterius, quam & si animo non sentiret, tamen persuasionibus aliquibus probare nitebatur. Hinc aliqui dicunt Aristo telem motum fuisse ad comburendum libros Platonis sui magistri quos potuit, & postea im pugnare eum in libris suis contra ea quæ for tè nunquam dixit, & sic de aliis philosophis. Aristot. ex inuidia cōbussit libros Platonis præceptoris sui.

Postea inter doctores Christianos hoc malū inuidiæ inuentum est. Vnde Haymo in lib. de Christianorum rerum memoria, de Origene ait. Plurimum admirari nō sufficio, quod vir tam illustris, & tam apertè rebellans & obuians hæreticus. deuolutus sit in tam notissimam hæresim quod Seraphin in Isaia spiritum sanctum esse dixerit. Et in alio loco de pœnitentia diaboli scripserit, & de absolutio ne reproborum post mille annos, & aliis multis, quæ sanæ fidei aduersantur cum abstinentissimæ vitæ, & castissimæ fuerit, & tam præclaræ doctrinæ & lucidi sermonis. Ego (sanè salua fide patrum dixerim,) vt hoc vel nō scripserit, sed ab hæreticis ad obfuscandū nomē eius, & famam ab hæreticis malignè conficta sunt, & noīe eius intitulata. Hæc ille. Hiero. etiam propter famam eius celebrem ex translatione optima scripturarum multi ex inuidia detrahebant, & calumniabatur, vt patet in prologo Galeato. Vnde dicit ipse ad hiusmodi. Quid liuore torqueris? quid contra me imperitorum animos concitas? &c. Greg. ēt magnus habuit æmulos suos, qui post mortem manus posuerunt ad comburendum libros suos, sed obstitit Petrus præclaro miraculo. Frequenter ēt multi doctrinam b. Tho. approbatam impugnant, vtrum ex inuidia uel zelo veritatis ipsi viderint.

§. 2. Afflictio est occasio augēdæ cupiditatis.

¶ Secundo afflictio ista est, est occasio augendæ cupiditatis. Nam inuidus videns prosperitatem proximi affligitur, tanquam hoc nihil noceat cū reuera nihil noceat. Vñ Tullius de Tusculanis quæstionibus ait. Inuidentia est ægritudo suscepta propter alterius res secundas. s. quæ nihil nocent inuidenti, tamen qa sibi uidetur quòd noceant, & diminuant sui gloriam, & reputationem, ideò appetit cum illis bonis priuari, & si non eueniat hoc magis triſtatur, ac etiam vtillum excedat insistit cupiditati bonorum & diuitiarum, sic Babylonij videntes quòd tres iuuenes Hębrei. s. Ananias, Azarias, & Misael erant magni principes in curia regis Nabuchodonosor, inuidentes gloriæ eorum instigauerunt regem ad statuā aureā faciendā, & vt adoraretur ꝑcipiē dum sub pœna ignis, vt per hunc modū mitterentur in fornacem non adorando prout factum est. Sed Deus miraculose in igne seruauit illesos vt habetur Dan. 3. Similiter in curia regis Darij principes eius moti inuidia cōtra Danielem, quia cunctus erat honoratior & maior coram rege instigauerūt eum ad ſta tuendū, q̄ nullus peteret aliquid ab aliquo ēt Deo infra. 7. dies, alias mitteretur in lacū leonū, vt sic Daniel orans ad Deū in lacum leonū mitteretur quod & factū est, sed ēt dominus cōseruauit eum illesum vt habetur Dan. 6. Videns inuidus proximum abūdare, & hoc ipsæ quærit per phas & nephas. Si. n. videt eū indui scarlato & ipsæ qui prius erat contētus griseo vel nigro vult indui scarlato, ne ille honorabilior eo videatur, & si non habet pecuniam sufficiētem conatur acquirere per fraudes, ludos & huiusmodi. Si mulier videt aliā portare margaritas inuidet, & tantum molestiat virum, q̄ etiam si deberet vsuras exercere, inducit eum ad procurandū sibi similia ne inferior illa videatur. Sicque multum crescit cupiditas propter istā tristitiam de alieno bono. Hinc & Seneca in epistola. 51. ad Lucillū. Nemo se auarum intelligit, nemo cupidū, cę ci cum ducem quærāt, nos sine duce erramus & dicimus nō ego ambitiosus sum, sed nemo pōt aliter Romæ viuere. Nō ego sumptuosus sum, sed urbs ista magnas impensas exigit, & sequitur qd nos decepimus? Nō est extrinsecū malum nr̄m, intra nos est in visceribus nostris ipsis sedet, & iō difficulter ad sanitatē venimus, quia nos ægrotare nescimus. Hæc ille. Et sic vita nostra non videtur humana, sed sy miarū quę vnumquenque effigiare conantur. Refert Lactantius. lib. 5. q̄ Archimenides Siculus inuidens Deo, quia tam pulchrum cœlū tam pulchro ordine fecerat, conatus est eū imitari in terra. Fecit igitur ex ære cōcauo similitudine mundi, & figurā cęli in quo solē & lunam cōposuit, & inęquales motus cęlesti bus similes conuersionibus singulis, quasi die bus efficerent, errantium etiā stellarū & fixarū cursus dispares & regulatos cōposuit. Sed nunquid istæ potuit facere cęlum incorrupti bile, aut per suam naturam mobile? Non, sed ęreum fuit, nec potuit eū cœlum suum a mor te corporali sui persecutoris eripere.

Tres Hębreorū iuuenes ꝓp inuidiā occisi sunt.

¶ Tertio inuidia seu afflictio ista in prosperis proximi est defectus omnis bonę conditionis & virtutis, vnde & malis plena. Vñ Ouidius eius pessimas cōditiones exprimens in 2. Me thamorphoseos dicit primo, q̄ eius domus ē in imis, quia. s. in inferno manet. Vnde Greg. in li.

§. 3. Conditiones inuidi exprimūtur.

in li. dyalo. Antiquus hostis vnde bonos cernit nitescere ad gloriã, inde peruersos in inuidiam rapit ad pœnam. ¶ Secũdo domus eius est in vallibus nigris, quia. ſ. absque puritate. Omne enim peccatũ ponit se inuidus ad perpetrandum sicut fratres Ioseph ex inuidia eũ vẽdiderunt & occidere prius quæsierũt. ¶ Tertio caret sole, quia. ſ. veritatem non agnoscit sicut in figuram de Hely summo sacerdote dicitur quod lucernam dñi videre non poterat, sicut inuidi sacerdotes Iudęorum nõ potuerunt videre i. intelligere lucernam domini. i. legem, quæ de mẽssia plenè loquebat. Lucerna est lex inquit sapiens. ¶ Quarto nõ habet ventum, quia non habet successus fęlices nunquam finitur. Cyprianus. Mala cætera finẽ habent inuidia non habet terminũ, vt notat Petrus Cõmestor. Cum Herodes Agrippa Romæ existens incarceratus fuit a Tyberio Cęsare: ipso mortuo Caius ei succedẽs in Imperio eduxit eum & sublimauit in regẽ dans ei duas thetrarchias, propter quod Herodes filius magni Herodis qui cum vxore sua Herodia multũ compassi sunt incarcerato, & laborauerũt ad liberationẽ eius, & postea inuidere cęperunt, & cũ quæsissent ei præferri exilio Lugdunũ deportati sunt. ¶ Quinto hæc domus inuidiæ semper est frigida, qa semp caret igne charitatis, de quo dñs ait. Ignẽ veni mittere in terram cum oppositã sit charitati. ¶ Sexto abundat caligine, quia persuadet sibi mala. i. semper peius habere, q̃ proximus, ẽt si fęlicior sit proximo vł sibi minus habere: Vnde Ouidius. Fertilior seges est alienis semper in aruis. ſ. reputatur ex inuidia. ¶ Septimo pallor sedet in ore. ſ. inuidi, quia semp detrahit bonis operibus diminuendo vel negando vel deprauando, sicut Dathan & Abyron detrahebant Moysi inuidentes ei de principatu. Num. 6. ¶ Octauo est macies in inuido, quia est mater auariię & parcitatis. Non enim vult aliis cõicare bonũ quod hẽt scientiæ vel industriæ ne alius æquetur sibi, vnde & Chrys. dicit qꝺ ab hac ęgritudine plura sũt vitia, ab hac pecuniarũ concupiscentia & principatus amor & vanagloria, nunquam recta acies habetur. ¶ Nono rubigine dentes. ſ. hẽt infectos, quia est infamatrix corrodendo vitam alienam. Non enim solũ diminuit bona aliorum, & negat (vt dictum est supra) sed ẽt falsa imponit calumniando, sicut rana maris de qua Auic. ait Cano. 4. qꝺ est maligna inuadens animalia, & ex longinquo currit ad ea, vt mordeat, & si nõ põt mordere, insufflat versus ea, vt noceat, de quo põt exponi illud Apoc. 16. Vidi de ore draconis, & de ore bestiæ tres spiritus immundos exisse ad modũ ranarũ. ¶ Decimo pectora felle virent, quia. ſ. semper cogitat malum, & iudicat praua de illo cui inuidet. De hac Greg. in moral. Dum electi proficiũt, reprobi in rabiem furoris excitantur, & bona nascentia qui nolunt imitari persequũtur. ſ. ex inuidia. ¶ Vndecimo lingua est suffusa veneno, quia. ſ. semp murmurat, vel de Deo vel prẽlato qꝺ dat aliis pluſquã sibi tanquã partiãlis, hæc est bestia quæ habet tres ordines dentium. ut dr̃ Dan. 7. quia. ſ. de Deo, de prælatis, & de parentib. murmurat. ¶ Duodecimo nunquam ridet. ſ. nisi de malo alieno: sed vt dr̃ Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentib. ſ. facit charitas. ¶ Tertiodecimo nũquam est quieta, vt Cayn inuidus qui exiit a Deo vagus & profugus. ¶ Quartodecimo tabescit vidẽdo gloriã aliorum. ¶ Quintodecimo comedit carnes vipereas, qa solũ malis aliorũ satiatur, & pascitur.

Inuidia finẽ non habet.

Inuidus maceſcit.

Inuidia est venata.

Inuidus nunq̃ ridet.

¶ *De odio multiplici, & de nocumentis, & variis modis eius. Cap. 3.*

ODium est prima filia inuidiæ, & oritur frequenter ex ira, propter quod dicit Aug. in regula. Lites eriã nunq̃ habeatis aut q̃ celerrimè finiatis, ne ira crescat in odiũ. i. ab ira procedat postea odium. ¶ Nihil prohibet aliquid vnum oriri ex diuersis causis secũdum diuersas rõnes directius tñ oritur ex inuidia, & ratio est ſm Tho. 2. 2. q. 34. art. 6. qa ex inuidia ipsum bonum proximi redditur contristabile, & per consequens odibile, sed ex ira oritur odium secundum quoddã augmentum. Nam per iram appetimus malum proximi secundum quandã mensuram prout ſ. habet rationem vindictæ, postea per continuitatem iræ peruenitur ad hoc quòd malũ proximi absolutè desiderat, quod pertinet ad rationẽ odii, & sic patet quòd causatur odiũ formaliter ex ipsa inuidia, ex ira autem dispositiuè. Quod autem oriatur odium ex inuidia sic declarat b. Tho. vbi supra. Odium proximi est vltimum in progressu peccati, eo quòd opponitur dilectioni qua naturaliter proximus diligitur. Quod autem aliquis recedat ab eo, quod est naturale, contingit ex hoc qꝺ intẽdit vitare aliquid quod est naturaliter fugiendũ. Naturaliter autem omne animal fugit tristitiam sicut & appetit delectationem, sicut patet per philosophum 5 in 7. & 10. ethi. Et sicut ex delectatione causatur amor, sic ex tristitia causatur odium. Sicut. n. mouemur ad diligẽdum

Odium oriẽ ex inuidia.

dũ,ea quæ nos delectant, ita & mouemur ad odiendum ea quæ nos contriſtant inquantũ accipiunt rationem mali. Vnde cum inuidia ſit triſtitia de bono proximi,ſequitur ꝙ bonũ proximi reddatur nobis odioſum, & inde eſt quod odium oritur ex inuidia, & ſicut ex inuidia & ſicut ex amore ſequitur & delectatio, cum.ſ.poſſidetur bonũ amatum & delectatio ipſa cauſat amorem:quia vis appetitiua refle ctitur ſuper actus ſuos,ita ex inuidiæ triſtitia cauſatur odium, & ex odio ad perſonã aliquã cauſatur inuidia. Et quamuis odiũ opponat directè dilectioni quæ eſt prima & maxima virtutum, nõ tñ odiũ eſt vitiũ capitale vel maximũ peccatorũ niſi odiũ Dei.Rõ huius eſt ſecundũ Tho.2.2.q.34.ar.5. quia illud dr̃ vitiũ capitale,ex quo vt frequentius alia oriuntur, vt dictum eſt ſupra. Vitium autem eſt contra naturam hominis inquantum eſt animal rationale. In his aũt quæ naturã fiunt paulatim & nõ ſubito illud quod eſt naturę corrũpitur. Vnde oportet ꝙ primo recedatur ab eo quod eſt minus ſecũdum naturam,& vltimo ab eo quod eſt maximè ſecundum naturam,qa illud quod eſt primũ in cõſtitutione eſt vltimũ in reſolutione.Id aũt quod eſt maximè & primo naturale homini eſt quod diligat bonũ, & præcipue bonũ diuinũ, & bonũ proximi,& iõ odium qđ huic dilectioni opponitur non eſt primũ in dilectione uirtutis, quæſit per vitia:ſed vltimũ,& iõ odiũ non eſt vitiũ capitale. Virtus vniuſcuiuſq; rei conſiſtit in hoc, ꝙ ſit bñ diſpoſita ſm naturam ſuam, iõ in virtutib.oportet eſſe primũ & principale qđ eſt primũ & principale in ordine naturali. In ordine aũt naturali primũ ĩ affectionib. ſeu paſſionib.eſt amor,& ſic in virtutib prima & principalior eſt dilectio,iuxta illud.1.Cor.13. Maior horũ eſt charitas. Et eadẽ rõne odiũ non põt eſſe primũ in vitiis.Et quamuis odiũ mali, ꝙ contrariatur bono naturali ſit primum inter paſſiones aĩæ,ſicut & amor naturalis boni,tñ odiũ boni cõnaturalis, non põt eſſe primũ:ſed hẽt rõnem vltimi,quia atteſtatur corruptioni naturæ iam factæ ſicut & amor extranei boni. Et odiũ quidẽ quod eſt paſſio puta nõ eſt pctũ,ſed odiũ Dei vel ꝓximi ſemp eſt pctũ. ¶Et põt deſcribi ꝙ odiũ eſt quo appetit malũ alicuius in malũ eius, quod pro tanto dr̃,quia qui appetit malũ proximo pp aliquã bonã cãm,vt puta infirmitatẽ vel mortem ne noceat bonis, vel vt cõuertatur ad Deũ & huiuſmodi,iſtud propriè non eſt odiũ, quia nõ intẽdit pcisè malũ illius. Differt aũt ab ira,qa iratus appetit malũ alicuius ſub rõne boni.ſ. ſub rõne vindictæ, vt puniatur is contra quẽ eſt iratus de defectu cõmiſſo, ſed odiens ſolũ intendit in malum exoſi.

Odium deſcribitur.

Odium differt ab ira.

¶De odio inquit pſ. loquens in perſona Xpi ad patrem de Iudæis odientibus eum, & perſequentib.pſal.108. Poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odiũ pro dilectione mea: Cõſtitue ſup eũ peccatorẽ, & diabolus ſtet a a dextris eius. Cum iudicatur exeat condemnatus,vbi tria de odio notantur. §.1.

¶Primo quòd parit peſſimam retributionẽ ibi,poſuerunt.

¶Secundo quòd eiicit optimam dilationem. ibi,& odium pro &c.

¶Tertio quòd recipit maximam punitionẽ ibi conſtitue &c.

Quantum ad primum. Odiens alium, & ſi ille multa bona fecerit ei,tamen omnium obligatus facit multa mala cõtra illum quod peſſimum eſt. Vnde Aug. ſuper pſalterium ait.Sex differentiæ ſunt.ſ.retributionem reddere pro malis bona,non reddere mala pro malis,hæc bonorum ſunt:ſed prius melius non reddere bona pro bonis, & reddere mala pro bonis hæc duo malorum ſunt,& poſterius deterius, reddere bona pro bonis & mala ꝓ malis, hęc duo mediocrium ſunt, & prius propinquorũ bonis quod Chriſtus nõ arguit:ſed plus oportere dicit:quia Ethnici hoc faciunt poſterius propinquum malis,cõuenit tamen & bonis. Vnde etiam lex modum vltionis ſtatuit dicens, oculum pro oculo, quaſi dici poteſt iniuſtorum iuſtitia eſt, non quia iniqua eſt vltio quam lex ſtatuit, ſed quia vitioſa libido vlciſcendi magiſque ad iudicẽ pertinet hoc inter hoies diſcernere quam bonum hominẽ ſibi expetere. Hic enim malum pro malo reddere.Iudex verò non odio: ſed delectatione iuſtitiæ iuſtum pro iniuſto,quod eſt bonum pro malo:qđ ẽt Deus iuſtus iudex fecit. Hæc ille.23.q.3.Sex differentiæ ſunt. Peſſimè ergo agit qui reddit malum pro bono, ad quod inducit odium, quod vtique Iudæi erga Chriſtum egerunt.Nam cum multa bona & innumera beneficia eis contulerit, multa mala ei reddiderunt verba opprobrioſa contumelioſa poſuerunt aduerſus eum pro bonis verbis ſuæ doctrinæ vocãdo eũ ſeductorẽ,dæmoniacũ & hmõi, verbera duriſſimã flagellorũ poſuerunt aduerſus eum pro bonis miraculorum in eis factis:Refectionem felleam pro refectione ſuaui, Demum malum mortis poſuerũt aduerſus eum pro bono vitæ eis dato. Totũ hoc egit odiũ eorum. Vnde ipſæ ait de eis. Odio habuerunt me gratis.i.ſine cauſa. §.2.

Odium facit peſſimã retributionem.

§.3. Punitio odii est triplex.

¶Quantum ad tertium notatur punitio odij triplex, scilicet temporalis, spiritualis, & infernalis. ¶Temporalis ibi. Constituè super eum peccatorem, i deist constitues super illum populum peccatorem, scilicet ad dominandum & affligendum quod factum est per Tytum & Vespasianum qui populum illum rebellantem multipliciter afflixerunt, & subiugauerunt. Sic accidit odientibus quòd in punitionem peccati eorũ Deus subiicit eos peccatoribus qui affligant eos. Vnde de illis peccatoribus odientibus Deum, & bonos ait prophe ta. Dominati sunt eorum qui oderunt eos.

¶Punitio spiritualis notatur ibi, diabolus stet a dextris eius. Dextera spiritualis hominis est opus de genere bonorum vt eleæmosynæ ieiunia, & hmõi. Sed stat diabolus ad dexteram odiẽtis: quia tollit sibi fructum omnis boni operis. Nam vt ait Apostolus. 1. Corin. 13. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meum ita ut ardeam, sustinendo ẽt martyrium nihil mihi prodest, scilicet ad meritum sine charitate hoc faciendo: sed vt ait Aug. Tolle charitatem odium tenet. Nil ita contrarium charitati, vt odium. Impossibile est charitatem Dei inesse vbi est odium, propter quod diabolus a dextris eius stare dicitur, scilicet ad auferendum sibi fructum. ¶Punitio infernalis notatur ibi cum dicitur, cum iudicatur scilicet in morte a Deo exeat condemnatus ad pœnas æternas, sicut patet exemplum in parabola serui debitoris decem millium talentorũ, qui ex eo quòd noluit conseruo dimittere centum denarios, & signat retentionem odii ex iniuria recepta, tradidit eum tortoribus, i. dæmonibus quousq; redderet vniuersum debitum Mat. 18. quod exponit de odio propter quod quis moriens cum eo condemnatur ad pœnam inferni.

§.4. ¶Quantũ ad ſm q vltimo positũ est: qa prolixius tractandũ est. Notandũ q odiũ est contrariũ charitati, cũ charitas sit maxima virtutũ, qa ait Apost. 1. Cor. 13. Maior horũ charitas. Et Au. in ser. Charitas fons est & origo oium bonorũ, munimẽ egregiũ, via q̃ ducit ad eẽlũ, & iõnditur grauitas huius peccati de quo dicit. Odium pro dilectione mea. Sed sciendum quòd triplex est odium.

¶Primum sui & discernendum.

¶Secundum Dei & horrendum.

¶Tertium proximi & fugiendum.

Odium sui aliqñ ẽ ma

¶Odium sui põt esse bonũ, & malũ, & ideò se cernendũ, vt malũ deseratur, & bonũ teneatur. In hoie sunt duæ partes. s. intellectiua, & sensitiua. Intellectiua seu rõ quæ sp hortatur ad optima appetit virtuosa, & odit vitia peccata. Et qa ista est pars principalis in hoie, iõ q̃ vir tuosè viuit, verè diligit seipsũ & virtuosè odit se. s. ſm partẽ sensitiua q̃ est inferior pars in hoie, & nõ appetit nisi placẽtia carni ẽt si sint vitiosa. Vñ Xps Io. 12. Qui odit aiam suã in hoc mundo in vitã ẽternã custodit eã. Odire aũt aiam suã in hoc mundo est odire & detestari vitia & delectabilia ſm mundũ & carnẽ vbi est pcm̃, & talis nõ propriè loquendo odit, sed verè diligit se: quia in vitã æternã custodit aiam suã rõnalẽ, vt intret in eã. Sed odiũ suũ, qđ est dãnabile cõsistit in cõmittẽdo aliqđ criale, vel pmanendo in eo, quia p hoc occidit aiam suã priuando eã gratia & gloria, & exponendo eã igni æterno vñ bñ dr in ps. 10. Qui diligit iniquitatẽ, odit aiam suã, & tale odiũ nõ est aliqđ pcm̃ spãle, sed gñale qđ reperit in quolibet mortali. Sicut aũt odire in se vitia, & q̃ impediũt salutẽ est licitũ & sctm̃ odiũ ſm ps. 108. Iniqtatẽ odio habui, sed nõ ppriè odiũ est. Ita & odire vitia aliorũ, & qđ in eis est impediens propriã salutẽ laudabile est & virtuosum. Vñ in ps. 138. Perfecto odio oderã illos. i. peccatores. s. detestãdo vitia eorũ. Et sic ẽt intelligitur illud. Qui non odit patrẽ & matrẽ nõ est me dignus. Lu. 14. Odiendũ est in parẽtib. vel aliis quibuscũque, quod in eis est impedies salutẽ nr̃am vel ipsorũ, vt affectio carnalis & hmõi. Et Leo papa. Odio habeant pcta & nõ hoies, corrigant̃ tumidi, tollerentur infirmi, di. 86. c. odio. ¶Secundũ odiũ est odiũ Dei. de quo dr Io. 15. a Xpo, de Iudæis. Viderũt & oderũt me & prem meum est spãle pcm̃ distinctu ab odio proximi. Sed qũo Deus odio hr̃ declarat b. Th. 2. 2. q. 34. ar. 1. dicẽs. Odiũ est quidã motus appetitiuæ potentiæ q̃ non mouet nisi ab aliquo apphenso. Deus aũt dupliciter apphẽdi seu cognosci põt ab hoie. Vno mõ ſm seipsum, puta cum per essentiam vr̃. Alio modo per effectus suos videri põt, cum scilicet inuisibilia Dei per ea q̃ facta sunt intellecta cõspiciuntur. Deus aũt p essentiã suã est ipsa bonitas, quã nullus odio habere põt: quia de rõne boni est q̃ ametur. Et iõ impossibile est, q̃ aliquis videns Deum per essentiã odio habeat. Vnde & Dyoni. dicit in li. de diui. noibus. ca. 4. q̃ oibus amabile & diligibile est primũ bonũ & pulchrũ. Est aũt Deus ipsa bonitas & pulchritudo, inquantum aũt Deus cognoscitur per effectus suos. Sciendum q̃ aliqui effectus Dei sunt, qui non possunt nullo modo contrariari voluntati humanæ vt esse, viuere, intelligere quodlibet eorum

lum, & aliqñbonum.

rum est appetibile & amabile omnibus. . Vn de secūdū quod Deus apprehēditur ut actor horū effectum uidelicet inquantum est creator, bñfactor, ueritas & hmōi, sic nō pōt odio haberi, vñ dr. 2. Esdre. 4. q̄ oia inuocāt veritē, & benignātur ī opibus eius. Et Dyoni. dicit, q̄ Deus cōuertit oia ad seipsum, inquātū s. est omnib. principiū eēndi, quia oia inquā tū sunt tendūt in Dei similitudinē q̄ est ipsū esse. Sūt āt q̄dā alii effectus Dei, qui repugnāt inordinate uolūtati humanæ, sicut inflictio pœnæ, cohercio peccatorū p legē diuinā quæ repugnat uoluntati hūanæ de prauatæ p peccatum. Et secundum hanc considerationem pōt Deus odio haberi ab aliq̄bus tripliciter. ¶Primo inquantū prohibitor peccatorum, ¶Secundo inquantum afflictor aduersorū. ¶Tertio inquantum impeditor cupitorum. Ex hoc enim q̄d Deus prohibet aliqua mala quæ aliqui vellent facere, sed cōscientia remordet, & nō sinit ita liberē agere sine ſtimulo remordēte, vel ēt quia, alii non assentiunt in malis voluntati eorū ducti ex prohibitiōe Dei, ideō odiunt Deū qui talia ꝓhibuit. Ali q̄ āt odiūt Deū ꝓpter aduersa, quæ sustinēt a Deo, & de nūero horū sunt dānati, de quib. in ps. 78 dcit, superbia eorum qui te oderūt ascendit semper. Nō tū quicūq; odit pœnas odit Deum. Nā multi odiunt pœnas q̄ tñ nō odiunt Deum, sed patienter tollerant eas ex reuerentia diuina. Sed ꝓrumpere in odium ipsius Dei punientis tāquā iniustē puniat, q̄ faciūt damnati, hoc est odire diuinā iustitiā. Alii vero odiūt cū non prosperē succedit eis quod uolunt, quod tñ ptinet ad magnū beneficium Dei, vñ dr. 2. mach. 6. Non sinere peccatoribus ex sentēria agere ideſt scđm desiderium eorum, sed ſtatim ultiōes adhibere magni bñficii indicium est. ¶Est autē odiū Dei maximū peccatorū, quia opponitur dilectioni Dei q̄d est optimū hominis. Optimo enim opponitur pessimū secundum philosophum in 8. ethi. Hoc magis apertè declarat Tho. 2. 2. q. 34. ar. 2. dicens, Defectus peccati consistit in auersione a Deo, hmōi āt auersio rōnem pcti nō haberet nisi uoluntaria eē, vñ peccatum consistit in voluntaria auersione a Deo, sed hæc uoluntaria auersio per se importatur. i. odio Dei in alijs autem peccatis participatiuè & quasi per aliud. Sicut enim uoluntas per se inhæret ei quod amat, ita & per se refugit id quod odit. Vnde quando aliquis odit Deum auertitur ab eo secundum se uoluntas eius, sed in alijs peccatis puta cum fornicator nō auertitur a Deo secundū se, sed ſm illud inquantum. s. appetit inordinatam delectationem quę habet Annexā auersionem a Deo. Semp aūt id q̄d est per se est potius eo quod est per illud, vñ odiū Dei ē grauius inter alia peccata, & pertinet illud ad pcātm in spiritū sanctū prout est spāle genus pcti, iō āt nō cōputat inter species eius quia reperitur in qualibet speciei eius. Est ēt istud pcātm grauiꝰ infidelitate. Rō. n. peccati ifidelitatis ē ex odio Dei circa cuius veritatē est fides, & iō sicut causa est potior effectu, ita odiū Dei maiꝰ pcātm ē q̄ infidelitas. ¶Odiū tertiū quod est ꝓximi sp ē peccatū & spāle pccatum distinctū ab aliis & mortale, qñ ē scđm deliberationē rōis. Qđ āt sit peccatū oñdit p scripturæ testificationē, p rōnē, & p sui cōsecutionem ¶Quātū ad primū dr. 1. Io. 2. Qui odit fratrē suū i tenebris ē, tenebrę āt spirituales sūt peccata. Et Leuit. 19. ꝓcepit dñs. Ne oderis fratrē tuū in corde tuo, sed facere cōtra præceptū ē peccatū mortale. Et. 1. Ioh. 3. dr. Qui odit fratrē suū homicida ē. s. aīę suæ, sed non occidit aīa nisi per mortale, q̄a mortale gratiā extinguit, q̄ ē uita spiritualis aīæ Clemēs ēt dicit homicidiorum tria genera. Beatus Petrus apostolus esse dicebat eorum parilem forepœnā Nam q̄ occidit, & q̄ odit, & qui detrahit pariter homicida ē, de pæ. di. 1. Homicidiorū. Qđ aūt dr pœnā eorum parilem esse intelligit in genere, q̄ quodlibet horū facit hominē dignū pœna æterna, quia mortale. ¶Ostenditur secundo odium primi esse peccatū p rōnē quā ponit. b. Tho. 2. 2. q. 34. ar. 3. Odium enim amori opponitur, unde tñ habet odiū de rōne mali quātū amor de rōne boni. Amor autē debetur ꝓximo scđm id q̄ habet a Deo. s. naturam & gratiā, nō autē debetur ei amor scđm illud qđ habet a se ipso vel diabolo. s. culpā iustitię & defectum, & iō licet odire in ꝓximo qđ ptinet ad peccatum & oē illud qđ ptinet ad defectū iustitię diuinæ. Hoc autem ipm quod odimus in ꝓximo culpā & defectū iustitiæ ꝓtinet ad ipsius amorem. Nā eiusdē rōnis est velle alicui bonum, & odire malum eius. Vñ Apls. ad Ro. 12. Odientes malum adhærentes bono, & sic licitè pōt odio haberi inimicus. Nam inimicus alicuius dicit q̄ fecit ei aliquam læsionem, vel quærit facere contra rationem. Talis autem grauiter peccat contra charitatem & iustitiā agens, vnde in hoc malus est & hanc malitiā & culpam inimici potest & debet quis odire & detestari. Sed ipsam naturam fratris, & gratiam etiam inimici non potest qs odire sine pcātō, qa odit qđ fecit Deus. s. na-

Odio de us habe tur.

Odium Dei est maximū peccatū.

Odium proximi semp est peccatū.

turam & gratiam quæ bona ſunt. Vñ de dño dicit ſapiens Sap.11. Nihil odiſti eorũ quæ feciſti,& hoc propriè dicitur odium proximi, q̃ ſine peccato eſſe non poteſt & mortale cũ eſt cõpletum odiũ. ¶ Tertio probatur eſſe peccatum per conſecutionem. Sequitur.n.ad odium calſatio veniæ ſuæ remiſſionis habitæ, & habendæ peccatorum. Vñ Au. Qui diuini beneficii oblitus ſuas vult uindicare iniurias ſ. propter odium cõceptum non ſolum de futuris peccatis ueniam non merebitur, ſed ẽt quæ ſibi dimiſſa fuiſſe gaudebat, ei imputabuntur ad pœnam, de pæ.diſt.4.c. qui diuini, quia. ſ. dãnabitur propter odium ſequẽs, ac ſi non fuiſſet ſibi dimiſſum aliquod pctm. Exemplum in parabola de debitore x. miliũ talentorum. Math.18. Et vt dicit b. Tho. vbi ſup. ar. 4. Cum grauitas pcī commiſſi in ꝓximum attendatur ex parte deordinationis uoluntatis peccantis,& ex parte concumẽti illati ꝓximo, quãuis ex parte nocumenti in ꝓximum multa alia pcā ſint grauiora odia, qa maius nocumentum fit ei per illa, ut homicidium, adulterium, & hmõi tñ ex parte inordinatiõis uolũtatis odiũ eſt valde graue mortale, quia p ipſum deordinatur uoluntas q̃ eſt potiſſimum in homine, vt radix omnis pcāti. Nã exteriores inordinationes non eſſent peccata, niſi ex inordinatione uoluntatis fierẽt. ¶ Et notandũ ſecundum Duran. ordinis minorum in ſumma quòd triplici ex cauſa habet quis odio proximum.

Proximꝰ pp tria odiẽtur.

¶ Primo propter diſplicentiam ueritatis.
¶ Secundo propter diſplicentiam bonitatis.
¶ Tertio pp diſplicentiã receptę pœnalitatis.

¶ Quantum ad primũ aliqui ſunt ita peruerſi, q̃ odio habent diligẽtes ſe, & amant odiẽtes ſe. i. verè nocent ſibi ut inducentes ad mala, & econtra retrahentes a malis ꝓ admonitionem odiunt, quod falsò dictum eſt de Dauid. 2. Reg. 19. Diligis odientes te, & odio hẽs diligentes te. Et tales odiũt propter diſplicẽtiã ueritatis quam eis dicunt. Vnde Terent. in An. ait. Veritas odiũ parit. De numero horum fuit Achab rex Iſrael qui dicebat de Michea propheta. Ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed tantum malum. 3. Reg. 22. Quia enim dicebat ſibi veritatem reprehendens eum, & prænuncians, quæ incurreret cũ populo pp pcā ſua, & nõ adulabat regi, ut pſeudo ꝓphetæ q̃ pnũciabat ſibi proſpera adulãdo ei, iõ ipſum Micheã odiebat. Huius rationem quaſi aſſignans ſaluator ait Ioã 3. Omnis qui malè agit odit lucem ſcilicet ueritatis, ut non arguantur opera eius.

De talibus dicitur Amos 5. Odio habuerunt in porta corripiẽtem, ideſt, ſapientem. Sapientes ſeu iudices antiquitus ſtabant in porta ad iudicandum, qui debent omnibus dicere ueritatem. ¶ Aliqui odiunt proximos ꝓpter diſplicentiam bonitatis, quia eo ipſo, quod mali ſunt bonos videre, vel bona de eis audire non poſſunt, quod procedit ex inuidia, vel quia bonitas eorum malitiam eorum oſtendit, ſicut de Ioſeph dicitur Gen. 37. qđ oderant eum fratres ſui, nec poterant ei pacificè loqui, quod erat propter ſingularem bonitatem eius. Vnuſquiſq; enim (ait Hiero.) moribus ſuis fauet. Sicut enim ouis delectabiliter conuerſatur cum oue, & lupus cum lupo, ita & malus delectatur, & amat malos ſimiles ſibi, & bonos cõtrarios moribus ſuis odit. ¶ Alii odiunt propter diſplicentiam conceptam ex aliqua iniuria recepta, ſicut Abſalon odiebat Amon fratrem ſuum propter oppreſſionem ſororis ſuæ Thamar, ſimulauit q̃ diſplicentiam quouſque uindicaret iniuriam fratre occiſo. 2. Regum. 13. Sic Eſau oderat Iacob fratrem ſuum & minabatur occidere, qa abſtulerat ius primogenituræ & paternam benedictionem Geneſ. 27. quod tamen iuſtè Iacob fecerat cum a domino ſibi datum fuiſſet. Eſt autem peccatum iſtud multum generale & permaximum & mirabiliter multiplicarum. Nam vix homines odium ſemel cõceptum uolunt dimittere quaſi licitum eis, videatur, nec aduertunt quod dum in odio manent non tantum vnum peccatum mortale committunt, ſed toties quoties iniuriam receptam ad memoriam reuocantes actualiter optant illis mala quos odiunt. Quod autem dictum eſt antiquis. Odio habebis inimicum tuum. Matth. quinto. Non erat illa ſcientia in lege Dei, ſed falſa gl. quam faciebãt legiſdoctores ſuper illud. Diliges amicũ tuum ſicut teipſum. Leui. 19. Ex hoc arguebant a contrario ſenſu dicentes. Ex quo amicus diligi præcipitur, ergo per cõtrariũ inimicus odiri mandatur. Sed tale argumentum eſt ualidum quando cõtrarium non habetur in lege, ſed expreſsè mandabat dominus cõtrarium in ipſa lege ſtatuens, quod ſi quis tranſiẽs per uiam uideret iumentum inimici ſub ſacrina in terram lapſum non pertranſiret, ſed iuuaret ad ſubleuandum ipſum, unde talem falſam expoſitionem reprobãs ait. Ego autem dico uobis, diligite inimicos veſtros Matth. 5.

Ioſeph pp ſui bonitatẽ odio habebatur à fratribus.

¶ Producit ãt odium tres fructus peſſimos. §.5.
¶ Primo cordis obdurationem.

¶ Secundo

¶Secundo crudelitatis actionem.

¶Tertio damnificationis malignationem.

Odium indurat cor.

¶Odium indurat cor terribiliter, vt merito de odiente possit illud verificari quod dr de diabolo. Iob.41. Cor eius indurabitur quasi lapis. Vnde odium simile est qui fuit occisus Tyrannus Imperator. Legitur. n. de ipso q ip so mortuo exēteratū est corpus eius, vt medici possent videre causam mortis eius, & inuē tum est cor eius durum quasi lapis, quod ex illo veneno processerat. Conditiones autem duri cordis ponit Ber. in li. de consideratione di. Cor durum est quod contritione nō scin ditur, pietate non emollitur, præcibus nō fle titur, minis non cędit, flagellis obdurat. Cor durum (ait sapiens) male habebit in nouissimo. Hæc omnia impleri videntur in odiente, nam cor eius non potest habere contritionē. Vñ nec in cōfessione absolutionem, nec veniā nec cōionem. Expræsse. n. dicitur de pœn. di. 5. Falsas, q talis qui tenet odiū in corde, admitti nō debet ad pniam. s. vt absoluatur à cōfessore. Et quāto magis permanet in odio, tanto magis induratur. Pietate non emolitur talis, quia & si videat inimicum in aduersita te non cōpatitur, sed appetit ei maiora mala vsq; ad cōsumptionē. Sic Iudæi odientes Xp̄m non fuerunt moti pietate ad ipsum cum viderēt eum terribiliter flagellatū, quod fecit Pilatus ad flectendū eos ad pietatem erga eum. sed oino voluerunt eum crucifigi, ut satiarentur de pœnis acerbissimis eius & oppro briis. Nec flectitur præcibus odiens. Nā si ami ci & uicini, & religiosi, & prælati depræcentur tales ut odia dimittant & inimicitias non acquiescunt, quinimmo nec præcibus eius ad quē odiū hñt ēt iniustē flectuntur præcib. Sicut nec Iudæi præcib. Stephani orantis pro se lapidantibus, quem iniustē oderant pp uir tutes suas & sapientiam & miracula. Non cę dit minis odiens, quia & si fiant ei cōminatio nes a prędicatorib. multorū malorū, q̄ Deus pro odio suo inferet, & præcipue dānationis æternæ non vr curare, sed nec minis Dei. Di cit. n. Aug. dicit dns. Dimitte, & dimittetur tibi. Ego dimisi prius, s. peccata tua & offen sas mihi per te factas, dimitte & tu postea.

Nam si non dimiseris reuocabo, scilicet te ad damnationem, & quicquid dimiseram replicabo tibi. de pœ. dist. 4. ca. dicit Dominus. Fla gellis obduratur. Nam incurrit in damna, & infirmitates, mortem familiæ sentit, & tamē odium tenet, vnde & in nouissimo malè habe bit, quia in morte cum odio transiens a dæmo nibus cruciandus ad inferna descendet. ¶Se-

Cor Traiani Imperatoris post eius mortem inuentum fuit adeō obdurātū ut lapis cēseretur.

dus pessimus fructus odii est crudelitas. Nul li placere finit odium, nec amico nec consanguineo. Cayn ex odio ita crudelis fructus ē, vt non parceret germano Abel innocenti. Aegyptii qui oderant hębreos ut habeē. Exo. 1. affligebant eos multis modis & opprobriis a deo crudeles effecti ad eos, vt mandaret Pha rao. oēs mares cū nascebanē submergi in flumine. Quid crudelius esse poterat? Iratus Herodes ex odio qđ concepit ad regē Iudæorū recenter natū. s. Christū vt occiderēt eū, occidit oēs pueros ēt filios proprios a bimatu, & infra in finibus Behleem repertos. Tanta est crudelitas & stultitia odientis, vt occidat seipsum gladio odii, ex eo quod aliquis aliquantulum scidit vestem eius. Omnis n. iniuria quæ fieri potest est circa corpus, quia & res tēporales ordinantur ad corpus. Corpus aūt est uestis animæ quā occidit gladio odij ipsum suscipiens. Lancea Longini militis nō fuit ita crudelis sicut est odiū, quia illa transuerberauit corpus mortuū, odium aīam viuentē, & aliq̄n ēt corpus. Hinc & Boetius de philosophica cōsol. ait. Apud sapientes nullus locus odio prorsus relinquitur. Nam bonos quis nisi stultissimus oderit. Malos verō odisse rōne caret. Nam sicut corpus languor, ita vitiositas quasi quidā morbus est aīarum, cū tñ ęgros corpore minime odio: sed miseratio ne dignos arbitremur. Et Seneca. Ridiculum est odio nocentis innocentiam perdere. Idem in alia epistola. Si magnanimus fueris nunq̄ dices tibi iniuriā fieri de inimico dices. Non nocuit mihi, sed aīum nocendi habuit, & cū illum in tua potestate videris uindictam puta bis te uindicare potuisse. ¶Tertius fructus odii est damnū. Nā odiens quærit in exoso septem genera damnorū vel simul, vel separatim, & in quolibet est mortale. In substantia, appetens q̄ ipsum amittat, vel diminuat, & ad hoc operatur si pōt per se vel palios. In fama, quia detrahit sibi & bona audita de eo peruertit dicens malā intentionē habere. In patria, q̄a quęrit qūo capellatur de ciuitate vel salrē hoc desiderat. In familia: quia appetit infirmitates, vel mortē filiorū uel damnationē, & iniurias eius. In libertate, quia appetit q̄ incarceretur propter debita, vel aliās ēt q̄ seruituti subiiciatur. In corpore, quia cupit illum infirmari uel mori, vnde & impręcatur ei multas maledictiones, & si ipse non uelit per se occidere, optat tñ ut alius uel Deus hoc faciat in vindictā sui. In anima, quia vellet aīam eius ad inferna descendere. Quolibet horum q̄s appetens proximo ex odio mortaliter peccat.

Odium indurat cor.

Odium crudelē facit.

Odium multipliciter damnificat.

Remittere iniurias ẽ multũ utile.

¶Econtra dimittendo iniurias, & odium de corde multiplex fructus & optimus sequitur scilicet remissio peccatorũ. Aug. in sermone. Ego ad dilectionem inimicorum vos moneo qm̃ ad sanandum vulnera peccatorum nullũ medicamẽtum efficacius esse cognosco vnusquisq; debitor est & hẽt debitorẽ, debitor est Dei & debitorẽ hẽt proximũ suũ. Hanc regulã Deus statuit cũ debitore suo, q̃ ipsæ seruus cũ tuo. Si nõ ignoscis debitori tuo. i. ei qui te offendit portando. s. odiũ ad eum, nec Deus tibi ignoscet debita tua. i. peccata. Si aũt ignoscis & Deus tibi remittet debita tua, vt dicit. Math. 6. s. si de peccatis sis contritus. ¶Secundus fructus est adoptio filiorũ qua efficitur filius Dei per imitationẽ ſm illud. Math. 5. Diligite inimicos vestros bñfacite his qui oderũt vos. Orate pro persequentib. & calumnian tibus vos, vt sitis filii patris vestri. s. Dei. s. per imitationẽ quib. tandẽ hereditas glorię daf. Deus. n nullum odit ſm illud. Diligit oia & nihil odisti eorũ quę fecisti. Vñ ps. 102. Quõ miseretur pr̃ filiorũ misertus est dñs. Pr̃ autẽ ignoscit non odit malos filios, bñfacit inimicis suis. i. permanentib. in pctõ. Nã solẽ suum oriri facit super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos, & non solum materialẽ solem, sed spũalem, quia lumen intelligentiæ dat & bonis & malis, & pluuiã gratiæ infundit super iustos augmentando ea, iniustos iustificando eos, vt patet in Saulo. Cum. n. esset in ipso actu persecutionis Christi circũfulsit eum lux de cęlo & cõuersus gratiã Dei recepit. Ac. 9. Orauit & ipsæ Deus incarnatus p crucifixoribus suis, non odiuit, aut se vindicauit Esa. 4. Pro transgressoribus orauit ne perirent.

Conuertit inimicos.

¶Tertius fructus est conuersio inimicorũ. Vnde Apostolus ad Ro. 12. Si esurierit inimicus tuus ciba illũ, si sitit potum da illi. Hoc. n. faciens cõgeres carbones ignis sup caput eius. i. talia bñficia facta inimicis ex quib. manifestẽ ipsi pñt videre dilectionem tui ad eos, non odium pp iniuriam factam, erunt vt carbones ignis excitantes in caput. i. in mentem eius dilectionem, & per cõsequens recognitionẽ suæ offensæ. Sic ẽt oratio prothomartyris Stephani pro Saulo inimico eius maximo qui seruabat vestimenta lapidantiũ eum, & pro aliis impetrauit cõuersionẽ eius. Vnde Aug. in sermone. Si Stephanus pro Saulo non orasset ecclesia Paulũ nõ habuisset.

Stephanus orauit pro Saulo ut conuerteretur.

¶Legitur de sancto Ioanne eleæmosinario, qui erat patriarcha Alexandrinus, q̃ cũ semel quidã nepos eius recepisset magnã iniuriã a quodã ciue qui erat debitor ecclesię suæ in certa quãtitate pecuniæ & multũ cõquæreret ipsæ nepos de iniuria sibi facta apud ipsum suũ auunculũ patriarchã, & cũ vindictã ex odio expeteret. Dixit ei patriarcha consolando ipsum. Patiẽter expecta fili mi. quia cito faciemus talẽ vindictã q̃ tota Alexandria mirabit. Qui exhilaratus, diẽ expectabat vltionis siẽdæ. Vna igitur dierũ patriarcha vocare fecit eum, qui iniuriã fecerat, & suũ nepotẽ coram se & astãtibus multis ciuibus dicit patriarcha. Ecce talis tu fecisti talem iniuriã huic nepoti meo, non bñ fecisti lædẽdo proximũ tuũ. Nolo trãseat in vltra talis iniuria, vt exẽplo meo astantes & alii postea hoc audiẽtes discãt suas vindicare iniurias & odiis satisfacere. Quantum debes ecclesiæ meæ? Rñdit ille tm̃. Mandat patriarcha notario suo dicens. Dele de libro rationũ tale debitum, qm̃ in satisfactionẽ iniuriæ factæ nepoti meo & ob vindictã, vnde & mihi ego tibi illud debitũ ex toto remitto & absoluo, & ammodo tibi caueas in futurũ ab offensis proximi tui, ne Deus irascatur tibi. Ex qua re tota Alexandria mirata est vt pdixerat. ¶De sancto Ioanne Gualb. ẽt legit, q̃ cũ eẽt miles & inimicitias mortales hęret cũ quodã, qa occiderat auunculũ suũ. Vna dierum cũ esset armis accinctus, & inuenisset inimicũ suum solũ, & inermẽ aggressus est eum vt interficeret. Qđ ille intuens se non posse euadere pstrauit se rogans eũ ob amorẽ eius qui tali die pro nobis oibus passus erat sibi ignoscere (erat. n. feria sexta) Ad cuius pces subito emollitũ est cor eius amoto omni odio dixit. Ob amorẽ crucifixi nõ possum tibi nõ indulgere cum ipsæ pro nobis inimicis suis mortẽ gustauerit hac die. Vade securus & fac bonũ, ego tibi iniuriã tantam ex corde remitto. Post quod cũ accessisset ad ecclesiã sancti Miniatis propẽ Florentiã in monticulo, vbi nunc morantur fratres montis oliuatũ, oranti ipsi ad imaginẽ crucifixi, ipsa imago inclinauit sibi caput quasi gratias ei agens de iniuria remissa inimico pp eum. Et adhuc ostẽditur ibi talis imago. Et ita cõuersus est ille Ioãnes Gualber. ad Deũ, q̃ dimisso seculo ordinẽ. s. instituit specialẽ vallis vmbrosæ & miraculis multis claruit canonizatus ab ecclesia.

¶Vtrum odiens proximum possit communicari? Verbi gratia. Pone quõd aliquis sustinuit magnam iniuriam, uel damnum ad aliquo propter quod denegat sibi salutationem nunquid potest sibi licentiari ad communionẽ? s. Rñ. fm Durã. ordinis minorum. ¶Et illatione iniuriæ quatuor solẽt oriri in homine. Primum est odium siue rancor in corde. Secundum

Ex illationeiniuriæ quatuor oriuntur.

cūdum est effectus odii in opere. Tertium est signum rancoris in ore. Quartum est actio in iuriç. ¶ Primum tenetur dimittere immo potius nunquam debuit admittere, qa nec debet dolere de prosperitate inimici nec gaudere de malo, nec malum sibi optare, nisi esset inimicus ecclesiæ, vt hæreticus, uel tyrannus persequēs rēpublicā, sicut publicus latro, tūc enim dolere deberet de prosperitate sua in tēporalibus, quia pro quanto plus prosperatur tanto plus ecclesia uel respublica lædere tur. Vnde Grego. 33. morali. dicit. Sicut noxium solet esse si vnitas desit bonis, ita periculosum dolet esse si non desit malis. Peruersos quippe vnitas corroborat dum cōcordat. Vnde Paulus vnitatem fregit factam Phariseis, & Seduceis ad ipsum occidendum. Licèt autem quis non debeat dolere de prosperitate inimici in temporalibus, non tamen tenetur gaudeī debono suo temporali, sed debet gaudere de cōuersione sua profectu spirituali & virtutibus. Sed si gaudet de bono vel. dolet de malo inimici, hoc est signum perfectionis nisi ille esset inimicus ecclesiæ vel reipublicæ. Si autem dolet de bono temporali uel gaudet de malo eius vel optat sibi malum. Aut talis dolor vel gaudium rationi placet, aut displicet. Si placet ita quod est secundum rationem deliberatam, & perfilit in eo non pœnitens de hoc, non debet communicari nisi forte modicum malum optet sibi per quod se recognoscat. Vel nisi optet malum non sub ratiōe mali, sed quia credit sibi illud expedire vel reipublicæ sicut Helias occidit duos qn quagenarios cum suis. 4 Reg. 1. Vel propter bonum per se vt peccatum minueretur quod uiuendo augmentasset, vel propter bonum reipublicę ut viuentibus utilis metus incuteretur ad vitandum idololatriā, aut Aug. dicit. 23. q. 4. §. sed ut obiicitur. Vel etiam cum timet uerisimiliter ne ex prosperitate sua ille sibi iniustè noceat, & propterea dolet de ipsa secundum Thom. Si autem dolor & gaudiū rationi displicet, quamuis sensualitati placeat scilicet de prosperitate inimici, & aduersitate eius, tunc potest communicari. ¶ Secundo ex illatione iniuriæ oritur odium in opere, & hoc consistit in duobus scilicet ex subtractione boni & illatione mali. Si in subtractione boni, aut ergo subtrahit illicitè bonū spirituale, aut temporale. Si spirituale puta, quia excludit eum ab oratione generali, tum scilicet orat pro omnibus fidelibus intendit illum excludere, aut quia non vult coram eo prædicare tunc peccat grauiter, nec debet cō municari quamdiu habet hanc uoluntatem. Si subtrahit bonum temporale, aut necessarium aut non necessarium. Si necessarium sic peccat mortaliter, ut si inimicum nō pascit in articulo mortis. Tunc enim habet locum quod dicit Ambro. distinctio. 86. si non pauisti occidisti. Si non necessarium nō peccat nisi uenialiter, quod intelligo cum eo ille indiget, & si non absolutè. Si effectus odii consistit in illatione mali, aut ergo quis infert inimico malum contra ordinem iuris aut secundum ordinem iuris, si contra ordinē iuris sic peccat mortaliter, quia mihi vindictā & ego retribuam ait dominus ar. de pę. di. 4. Qui diuini vbi dicit Aug Qui diuini officii oblitus suas uult uindicare iniurias non solū de furoris peccatis veniā nō merebit &c. Si scđm ordinē iuris, sic tunc pōt communicari, odio tamen a corde remoto, ut quādo hoc facit ex sententia iudicis, vel ex permissione iuris. Ex sententia iudicis, ut si malefactor ad mādatū iudicis satisfacere læso nō uult etiā læsus potest ipsum de mādato iudicis appetere bello. Et quicquid rapit ab hoste, vel adiutoribus suis totū suū ē quousq; sit sibi plenè satisfactū de oi dāno date & expēsis, ultra hoc āt nō debet aliud accipere, nisi pp immanitatē vitii ille meruerit cōibus bonis spoliari, ut pp hęresim uel confle vitiū similiter cōmunicari pōt qñ facit hoc ex pmissione iuris. Licet. n. regularitate verū sit ꝙ nemo pōt seipm uindicare vel sibi de suis ius dicere, tamē eius hoc pmittit in casibus ciuilibus, ut vim ui repellere cū moderamine inculpatæ tutelę vel ēt sociosde fendere & huiusmodi. 23. q. 3. fortitudo. ¶ Tertio ex illatione iniuriæ oritur signum rāncoris in ore, & sic distingue. Aut iniuriator exhibet condignam satisfactionē aut non. Si exhibet scđm q̄ citate culpæ supple & possibilitatem, suā, sic tenet ad amicitiā recipe & eī loqui. Vñ Aug. Memēto citò ignoscere si quis in te peccauerit, & a te veniā postulauerit. Si aūt iñ exhibet non tenet ei loqui qñ. s. satisfacere, aut oīno nō uult, aut semiplenè Et hoc intellige uerū nisi fortè actio iniuriarū abolita sit dissimulatiōe vl remissiōe. Actio n. iniuriarū abolet tur remissiōe vel dissimulatione Remissiōe qñ. s. lęsus remittit iniuriā 23. q. 4. sic illi. Dissimulatiōe remittit, ut si luserit uel riserit vl comederit cū eo post iniuriā scām, inst. đ mutuis. §. fi. ¶ Quarto ex illatione iniuriæ oritur actio iniuriarū. Hāc nullus tenet dimittere, immo qñq; læsus dimittere ñ pt, ut si iniuria illata ē mōacho vel seruo uel filio familias uel vxori. Nā si monacho illata est competit actio iniu-

Odiū in opere.

Adde rex uulgarē .l. ut ui. ff. de iust. & iur. Signum rāncoris.

Actio in iuriarū.

riarum monasterio, vel monacho, nisi fortè monachus seu alius religiosus esset longè absens a monasterio, & de licentia abbatis seu alius alterius sui superiores, tunc enim posset alius agere de actione iniuriam. ff. de iniurijs. l. si vnus. Et si monachus remittit iniuriam nihilominus monasterium agere potest. Sed si abbas vel alius superior remittit iniuriam, monachus agere non potest. Secus si in ecclesia seculari, quæ non potest remittere iniuriã clerico factam. Item si iniuria seruo est facta dominus remittere potest, non seruus. Item iniuriam factam filio familias pater remittere potest & agere pro iniuria ipsa, non filius nisi qui iniuriatus fuerit putaret eum patrẽfamilias. ff. de iniur. l. j. §. j. & §. si adeo. Item si vxori facta est iniuria, nitro cõpetit agere pro iniuria & nõ econtra. Nõn ergo est necessariũ uolenti communicari ut dimittat actionem iniuriarum lædenti sed odium. ¶Item nota quod qui remittit actionem iniuriarum in articulo mortis in manu præsbyteri, si hoc facit causa mortis potest postea agere cotra iniuriãtem si conualescat secus autem si simpliciter remisit. ff. ad simili. l. fi. Itẽ nota secundũ Host. qđ actio iniuriarum ab initio aboletur dissimulatione. i. si quis iniuriam accepit non irascitur nec mouetur, sed si exinde motus fuerit, & iniuriam statim ad animã reuocauerit, & iniuriantem citari fecerit, non tollitur dissimulatione, nec per salutationem, nec p osculum pacis datũ in ecclesia, nisi expræssè remittat vel pacificetur. Hæc omnia Durã. vbi sup.

Vide qñ iniuria sit remitenda uł non per Aug. in tractatu malefi-- ciorũ & massueriũ in titulo de pænis.

¶*De detractione & grauitate eius. Cap.* 4.

Detra-- ctio diffinitur.

DEtractio est secunda filia inuidiæ secundum Greg. in moral. ¶Diffinitur aũt q̃ est denigratio alienæ famæ p uerba occulta. ¶Ex qua diffinitione secundum b. Th. se. le. q. 73. ar. 1. ostẽdit duplex differẽtia inter ipsã & cõtumeliam. ¶Et prima est quantum ad modũ ponẽdi verbo, quia scilicet cõtumeliosus manifestè profert verba contra aliquem, detractor ãt occultè. Sicut autẽ factis fit nocumẽtũ ꝓximo manifestè, & qñq; occultè, manifestè qdẽ ꝓ rapinã, vel alias uiolẽtias manifestas occultè vt ꝓ furtũ vel dolosã pcussionẽ. Ita & verbis manifestè qdẽ vt cõtumeliãdo. i. dicẽdo ꝓxio verba iniuriosa ĩ faciẽ eiꝰ & occultè ut ꝓ detractionẽ. Et ideo dr̃ in diffinitione p uerba occulta, nõ qdẽ simpliciter, sed occulta ei cui detrahit, qa in absẽtia eiꝰ, q̃uis. n. postea ei notum fieret a referentibus, tñ tunc occultũ fuit ei quando ille detraxit.

¶Secunda differentia est quãtũ ad finẽ intẽtum seu nocumentũ illatum, quia contumeliosus ex facto suo derogat honori, detractor autem famę. Nam ex hoc ipso quod aliquis profert manifestè verba cõtumeliosa contra aliquẽ videtur ipsum paruipẽdere, & ex hoc dehonoratur cõtumeliatus, vñ cõtumelia de trimẽtũ affert honori. Sed cũ quis verba confert in occulto, videtur ipsum magis vereri, quam paruipendere, vñ non directe infert de trimẽtũ honori, sed facit quantum in ipso est proferens verba contra aliquẽ occultè eos q̃ audiunt malã opinionẽ habere de eo contra quem loquitur hoc enim intendere videtur, & ad hoc intendit detrahens vt uerbis eius creatur. Vnde dicitur in diffinitione quod est denigratio. i. obfuscatio seu diminutio famæ alterius. ¶In hoc autem conueniunt, contumelia & detractio, quia per vtrũq; profertur malum de proximo. Et quia ꝑ peccata venialia nõ denigratur fama hominis, ideo talesde fectus occultè referre de aliquo nõ est ꝓpriè detractio, nisi quis hoc intẽderet, vñ cum dicitur in diffinitione quod detractio est denigratio famæ intelligitur ex intentione facta, ut scilicet quis eo animo loquatur malum de alio, vt diminuat famã eius. Et sic soluuntur multæ quæstiones. Vnde & si quis ordinariè accusat, vel denunciat crimẽ alterius in iudicio, quamuis ex hoc denigretur fama accusati vel denunciati, si hoc non intendit, sed vt ꝓ uideatur bono cõi, & saluti proximi, quod ꝓ mouetur per punitionem criminũ, & correctionem hominum non detrahit talis, sed meretur. Secus si intenderet infamiã illius, quia tũc mortaliter peccaret, sed ad famæ restitutionẽ nõ tenẽt. Itẽ si quis loquitur cõtra aliquẽ quãquis nõ sequat denigratio famę illius, qa. s. uerba non creduntur, tñ ex quo hoc intẽdit, & ad hoc operat̃, detractor est. Itẽ si quis ex loquacitate, uel leuitate refert crimina aliorũ occulta nõ intẽdẽs famæ derogare nõ formaliter, sed materialiter dr̃ detractor, vñ nec pctũ ẽ mortale, nisi & verbũ q̃ de alio ꝓfert ex loquacitate eẽ adeo graue q̃ notabiliter lædat famã ꝓximi, & pcipue in his q̃ ptinẽt ad honestatẽ vitæ ꝑm Th. vbi supra, vt referẽdo de aliquo q̃ sit adulter, fornicator, usurarius, pdator, & hmõi, secus dicẽdo aliquẽ esse iracũdũ, superbũ, cõtẽtiosum, psũptuosũ, leuẽ & hmõi. Itẽ referendo mala criminalia aliorũ ex quadã loquacitate, q̃ notoria sunt, nõ pertinet ad detractionẽ, qa nõ denigra famã illorum, cũ eam denigrata sit, si tamen hac intentione ageret mortaliter peccaret. Detractio igitur propriè

Differta cõtumelia detractio.

Conueniunt aliqñ de tractio & contumelia.

priè & ſtrictè ſumpta ſemper eſt mortale ſecũ dum Tho. vbi ſupra art. 2.

¶ De detractione loquens Pſal. ait. Induãtur qui detrahunt mihi pudore, & operiantur ſicut diployde confuſione ſua pſ. 108. Quamuis propheta ibi loquatur in perſona Chriſti ad patrem de Iudæis qui detrahebant multis modis dicentes eum eſſe tranſgreſſorẽ, legis, blaſphemum, malificum, & huiuſmodi, ut dicitur Ioan. 7. Murmur multus erat de eo in turba, alii dicebant quia bonus eſt, alij nequaquam, ſed ſeducit turbas, & hi detrahebant. Sed omnes tales induti ſunt pudore, quia manifeſtiſſime apparuit de ſanctitate ſua, immo & deitate. Et operti ſunt confuſione duplici ſcilicet temporali & æternali non pœnitentes de peccato illo. Et ideo dicit ſicut dyployde, quę eſt veſtis duplex. & ſignificat duplicem confuſionem. Poteſt etiam verſus iſtæ verificari de quolibet detractatore, & ponitur præſens imperatiui modi pro futuro indicatiui, vt frequẽter ſit in pſalmis. Induant ideſt induentur, ideſt circundabuntur undique pudore cum ſcilicet manifeſtatur falſitas eorũ vel in reſtitutione famæ & operietur, duplici confuſione, ſi non pœnitent ſcilicet temporali & ęternali. ¶ Sed ſciendum primo, quod de tractio variatur, ſeptẽpliciter, aggrauatur terribiliter, & purgatur difficiliter. ¶ Quantum ad primum dicitur. Eccle. 10. Si mordeat ſerpens in ſilentio nil eo minus habet qui occultè detrahit. Serpens comedit terrã. Sic enim dictũ fuit primo ſerpẽti in quo locutus eſt diabolus mulieri. Terrã comedes Hen. 3. Sic detractor paſcitur defectib. hoim quos recitat. Serpẽs eſt animal uenenoſum, quod ſuo ſtatu inficit prope aſtantes. Ita detractor habet uenenũ malitiæ & ſua locutiõe inficit audiẽtes generando malã opinionẽ in mentibus eorũ. Serpẽs occultè vulnerat ſeu mordet. Sic detractor occultè. i. in abſentia eiuscui detrahit male loquitur de eo agẽs cõtra illud diuinum mandatũ. Non maledices ſurdo & corã cæco non pones offendiculum Leui. 19. Maledicit. ſurdo detractor, quia dicit malũ de eo qui eũ non audit. Ponit offendiculum corã cęco, qa notificat defectus alicuius ei qui non videbat. i. neſciebat, & inde ille ſcandalizatur ex illo malo opere ipſius. Et vt dicit Deute. 32. Venenum aſpidum inſanabile, quia nõ põt tolli mala opinio generata ex detractione. Serpens eſt animal callidum unde dicitur Gene. 3 quo erat callidior cunctis animãtibus terræ. Videtur enim in inceſſu quod ſumat vnã uiam, & imperceptibiliter uoluit ſed aliam. Vnde dicitur prouer. 30. quod unum ex difficilib. ad cognoſcẽdum eſt via colubris ſuper terram, & ſic detractor incipit loqui bonũ de aliquo, de quo intendit malum dicere, ut ſic magis ſibi fides adhibeatur, & ſubito uertit ſe ad mala, & vitia illius utens coniunctione ad uerſatiua, puta talis bona fuit, hęc & illa tale tamen vitium habet, tale ſcelus perpetrauit. Hoc autem agit ſeptem modis, quos ponit b. Th. 2. 2. q. 73. ar. 1. 1 rñſione ad ultimũ argm̃ directè quidẽ quatuor modis. ¶ Primo modo qñ imponit falſum alteri dicẽdo aliquẽ cõmiſiſſe tale crimen quod ſcit verum non eſſe. Et idem vid etur ſi ſuſpitione loquens aſſerit quod ignorat ſiue ex odio hoc agat, ſiue ex loquacitate hoc enim mortale ẽ. Secus ſi ex loquacitate diceret, ſe audiuiſſe tale crimen de illo. Idem eſt ſcilicet mortale quando de ſe ipſo diceret commiſiſſe quod non fecit, non enim minus tenetur quis prouidere famæ ſuę quam proximi etiam ſi timore pœnæ hoc faceret puta ne reducatur ad patibulum ſeu torturam, uel diutius ibi teneatur fatetur vel refirmat crimen de ſe, quod non perpetrauit. ¶ Secundo modo quando peccatum auget uerbis ſuis, & ſecundum q̃ auget & intentionem habet, ſic eſt mortale vel ueniale, ut ſi dicit aliquem furatum fuiſſe cẽtum florenos, qui non abſtulit niſi quinque, dicit p cuſillet aliquem multis verberibus qui leuiter percuſſit & illud quod addit eſt quid notabile & falsũ tenetur reſtituere famam ſecus ſi quid leue quomodo autẽ reſtituere debeat famã infra dicetur. ¶ Tertio modo qñ occultum reuelat dicẽdo. ſ. qđ uerũ eſt, ſed occultũ aliis tũc. n. mortale ẽ qñ ex maliuolẽtia agit intẽdẽs diminutionẽ famę illius, vel ẽt ex loquacitate cũ illud eſt ita graue, q̃ ex illa manifeſtatiõe pẽti occulti ſequt diffamatio eius alius veniale, ſed hoc faciẽdo ex charitate, dicẽdo illis pſonis quas credit poſſe per earum correctionẽ emendari; vel etiam ex iuſtitiæ zelo accusãdo, vel denunciando in iudicio, vt mala puniantur vel malis obuietur non malum, ſed bonum, & meritorium eſt ſecundũ Tho. in quolibetis. ¶ Quarto quãdo id quod bonum eſt dicit mala intentione factum putadat aliquis eleemoſynas, diſcurrit ad indulgẽtias, eccleſias frequentat, deuotè audit diuina officia, dicit quis illum talia agere ex inani gloria & hypochriſi, ſi intendit talem opinionem mala ingerere in mentibus audientium mortaliter peccat, ſiue hoc ipſæ credat ſiue non credat, talis tamẽ tenetur ad reſtituẽdum famã illi, quia nõ abſtulit. Nã audiẽtes

hoc

hoc sciunt vel scire debent intentionem alicu ius quo fine agat, opera bona sciri non posset. Et ideò si hoc crederent ex leuitate sua esset hoc non ex illa locutione. ¶ Quinto modo in

Detractio fit indirectè.

directè detrahit quis cum s. negat bona opera alterius, vt cum narratur de aliquo quod est rectus homo administrans iustitiam subditis eleemosinarius ad pauper, & huiusmodi, de

Recitatis bona malitiosè.

trahere aliquis illis uolens dicit nō esse uerū, ut sic famā illius diminuat. ¶ Sexto etiam indirectè cū bona alicuius malitiosè recitat, ut cū quritur de cōuersatione alicuius, ut exhibeat aliqd officiū, vel beneficiū, sciēs aliquis multa bona de illo, ex qbus iudicaret aptus ad illud, tacet illa opera bona ne cōsequatur talem utilitatem, talis etiam & si grauiter peccat indirectò nocens proximo, non tamen tenetur ad aliquam restitutionem famæ. ¶ Septimo committitur detractio per cantilenas, seu libellos famosos, vt cum quis facit cantilenam, uel sonetum super aliquo crimine alicuius, uel etiam scribit schedulam continētē crimen alicuius falsum, vel etiam uerum, sed occultum & ponit in loco manifesto ut inuēta legatur, & per notitiam illius crimē diuulgetur. Et hi qui scribunt has schedulas, quæ dicuntur libelli famosi secundum iura canonica & ciuilia grauiter puniuntur si reperiuntur cum eis, qui ipsos inuentos libellos nō subito dilacerāt, sed aliis ostendunt. Vñ Adrianus Papa ait. Qui alterius famā publicè scripturam uel uerba contumelioſa cōfixerit, & repertus scripta non probauerit, flagelletur. Et qui eū prius inuenerit rumpat, si nō vult auctoris facti causam incurrere 5. q. 1. cap 1. Debent etiam hi excommunicari, ut in cap. si qui. § si quis sic dicitur. Si quis famosum libellum siue domi, siue in publico, siue quocū que loco ignarus reperit aut corrumpat, prius q̄ alter inueniat aut nulli confiteatur inuētū. Si verò non statim eas dem cartulas corruperit vel igni consumpserit, sed uim earum dolosè manifestauerit, sciat se quasi actorem huiusmodi delictis capitali sententiæ subiugandum huiusmodi autem libellus alterius opinionem nō lædat. C. de libellis famo. l. si qs.

§. 2. ¶ Quantum ad secundum peccatū detractionis est multum graue, unde dicit. Alex. Papa. Summa iniquitas fratres est detractio. 6. q. 1. Et ideo in ueteri & nouo testamēto præcipitur a detractionibus abstinere. Iaco 3. c. Nolite fratres mei detrahere alterutrum, ne in iudicium incidatis. s. damnationis. Et Sapiē. 1. A detractione parcite linguę, quia sermo obscurus iniquum non ibit, quinimmo Salomon admonet cum detractoribus nō conuersari dicens Prouer. 24 Cum detractoribus nō commiscearis ubi gl. In hoc specialiter uitio periclitatur totum genus humanum Ostenditur autem grauitas eius ex tribus uidelicet. ¶ Primo, quia Deo odibilis.

¶ Secundo: quia proprio subiecto nocibilis.

¶ Tertio: quia proximo lęsibiles.

¶ De primo dicit Apostolus ad Rom. 1. detractores Deo odibiles. Nullus autem odio habetur a Deo nisi propter mortale. Ex quo ostenditur detractio. esse mortale, quod tunc est secundum Tho. ubi supra, quando fit ex intentione denigrādi famam alterius siue uerum, siue falsum dicat, & etiam si non hac intētione, sed ex loquacitate, cum inde sequitur infamatio proximi. Rectè autem Deus odit detractorem ex eo specialiter, quia uidetur auferre quod est Dei propriū. s. de hominibus iudicare, uel mala eorū publicè manifestare, quod in iudicio finali operabit. Vnde Iob 19. Quare persequimini me sicut Deus. s. condemnādo uitam meā, & carnibus meis saturamini? Vbi dicit Greg. in moral. quòd saturatur carnibus humanis, qui delectabiliter pascitur detractionibus, & morsibus uitę alienę. s. alijs detrahēdo. Et in uita patrū legitur quēdā prem dixisse se melius esse. i. minus malum comedere carnes animalium brutorum, & bibere uinum tē pore ieiuniorum, q̄ carnes hominum per detractionem. Sicut. n. ossa significant opera fortia. i. uirtuosa hominum ita carnes designāt opera infirma, & defectuosa. Caro. n. infirma dicitur Matth. 26. ¶ Secundo detractio nocet proprio subiecto. Nam occidit animam suā priuādo eam gratia, vnde dicitur de pæ. di. 1. homicidiorum. Qui occidit & qui detrahit pariter homicida est ille corporis, iste animę. Detractio etiam excæcat hominē. vnde Gre. Quid aliud detrahentes faciunt, nisi quod in puluerem sufflant, & in oculos suos terrā excitant, ut vnde plus detractionis peritant, in de minus veritatis uideant. 11. q. 3. inter uerba. Hoc autem. s. quomodo detractio cęcitatē inducat b. Tho. vbi supra sic declarat, quia homo lætatur in sentētia oris sui, vt dicitur prouer. 15. Inde est q̄ ille q̄ detrahit incipit magis amare & credere quod dicit, & per consequens proximum magis odire, & sic magis recedere a cognatione veritatis Nocet etiā detractio proprio subiecto quia si non pęnitet & satisfaciat æternaliter cruciatur. Nec est cōtra quod Aug. dist. 25 §. alias c. qui in aliud, dicit ad minuta peccata. i. uenialia pertinere igne purgatorii punienda cum nos cū omni

Detractio est odibilis Deo.

Detractor nocet sibi ipsi.

facilitate, & temeritate maledicimus aliis. i. detrahimus, hoc.n. intelligitur secundū Tho. quādo non intentione infamādi, sed ex lapsu linguæ hoc agimus, nec illud iducit in famiā, vel cum dicimus mala, quæ non sunt criminalia nec denigratiua famę. Si verò detractor verè pęniteat oportebit eum subire magnam cōfusionem, quia necesse est ipsum dicere se falsum dixisse si falsum dixit. Aliquando etiā talis punitur a Deo temporaliter, vt patet in Maria sorore Aarō, quæ effecta est leprosa ex eo q̄ detraxit Moysi pp vxorem eius Ethiopissam, vt Num. 12. ¶ Tertio nocet proximo. s. famæ eius. Et quia inter exteriora bona q̄ possidemus fama præminet diuitiis, eo q̄ pro pinquior est spiritualibus bonis, pp quod dicitur prouer. 22. Melius est nomen bonum, q̄ diuitiæ multæ, ideò detractio est grauius peccatum, q̄ furtum ex se, quia maius nocumētū inde sequitur, licèt ex circunstantiis posset esse minus. Vnde Antherius Papa dicit post Greg. Deteriores sunt qui vitam moresq; bonorum corrumpunt his qui substantias aliorum prædiaq; diripiunt. Caueat vnusquisq; ne aut linguam aut aures habeat prurientes. i. ne aut ipsæ aliis detrahat, aut alios detrahentes audiat. Sedens (inquit propheta) aduersus fratrem tuum loquebaris. s. detrahendo, & aduersus filium matris tuæ ponebas scādalum, &c. Parcant igitur singuli detractioni linguæ custodiantq; sermones suos & sciāt, q̄a cuncta quæ de aliis loquuntur sua sṅia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert 6. q. 1. ex merito. Et permaximè nociuum est detractio, quæ irrogatur prælatis & religiosis, vnde dicitur in veteri lege. Diis nō detrahes. i. sacerdotibus siue prælatis qui tenēt locum Dei in terris, vnde 6. q. 1. c. sunt plurimi. §. verum. Manifestissimū est diabolū, qui sicut leo rugiens circumit quærens quem deuoret cordibus plebium suadere, vt doctoribus. atque pastoribus suis detractiones irrogent, videlicet accusent, ve plebes languescētes nō tenentibus pastoribus frena eorum lasciuiāt, atque in imaiuant, vt saltē sic periclitari possint. Peius malum fore non existimo q̄ Christianos suis inuidere sacerdotib. hæc ibi. ¶ Detractores figurantur per Amonitas illos, qui nuncios seu oratores Dauid missos ad consolandum Amō de morte patris in derisum, & iniuriam abscinderunt eis vestes vsque ad nates, & raserunt dimidium barbæ æstimantes sed falsò q̄ callidè fuissent missi ad exploradum terra, non ad consolandū, sed pp talem iniuriam Dauid misso exercitu suo cum Ioab cepit eos & ciuitatem eorū exterminauit. 2. Reg. 10. Nuncii Dauid sunt doctores & præsidentes missi a Christo, vt legati & oratores ad hoies mundi confirmandā vel renouandā amicitiā cum Christo, & ad cōfortandū sub spe æternorum de morte. i. mortificatione appetitus sensualis & vitiorū. Sed homines praui dicentes eos deceptores, radunt dimidium barbæ quæ significat vtilitatem virtutum, q̄a diminuunt eorum bona opera negantes ipsa vel mala intentione asserentes facta, abscindunt vestes vsque ad nates, vt appareat turpitudo, quia conuersationem eorum, & uitam dilacerant detrahendo, vt manifestent si qua vitia habeat occulta aliis detegunt. Sed Christus detractores seuerè punit.

Maria Soror Aaron ob detractionem effecta fuit lepra.

Detractor nocet proximo.

Detractores figurant.

¶ Quantum ad tertium ostenditur grauitas huius peccati ex eo q̄ purgatur difficiliter. §. 3. Nam cum ille qui detraxit teneatur restituere famam, quam abstulit dicendo se falsum dixisse, si falsum dixit, vel iniustè infamasse si verum dixit. Et hoc illis omnibus quib. dixit si recordatur ad quod debet adhibere conatū scilicet ad recordandū, cū magna difficultate homines induci possunt ad hoc propter cōfusionem quam recepturi sunt de mēdacio suo, & cum ab vno fama mali uolet ad plurimos, q̄ malè potest fama ablata restitui, & tñ non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatū, si restitui potest, ait Aug. extra de reg. iur. li. 6. ca. peccatum. Quod intelligitur non solū rebus temporalibus diuiciarum, sed etiā famæ secundum Tho. vbi supra, cum secundum Salomonem melius sit nomen bo. q̄ &c. Illi aūt cui detraxit dicere non debet, nisi peruenisset ad notitiam eius ipsa persona detrahens, tunc debet petere veniam per se, vel per alium, nisi ex hoc imineret sibi magnum periculū vitæ ex tali famæ restitutione, sed erubescentia sola, & confusio habenda non est sola sufficiens causa non restituendi famam ablatam, sed de modo restituendi famam habes supra tit. 2. c. 2. §. 3. vbi vide plenè. Et notandū, quia non solum detrahendo quis peccat, sed etiam libenter audiendo detractiones. Pro cuius declaratione dicit Tho. 2. 2. q. 73. ar. 4. q̄ secundum Apostolum Rom. 1. digni sunt morte nō solum qui peccata faciunt: sed etiam qui consentiunt facientibus. Consentire autem contingit dupliciter. Vno modo directè, vt. s. quādo quis inducit alium ad peccatū, uel ei placet peccatum. Alio modo indirectè. s. q̄n quis non resistit peccato, cum potest & debet resistere, & hoc contingit aliquando, nō quia peccatum placeat, sed propter aliquem humanū timorem.

Audientes detractionē tenent ad restōnē.

timorem. Si ergo aliquis detractiones audiat absque resistentia, videtur detractori consentire, vnde fit particeps peccati eius. Et si quidē inducat eum ad detrahendū, vel ei ēt placeat detractio propter odium eius, cui detrahitur non minus peccat, q̄ detrahens, sed aliq̄n magis. Vnde Bern. Detrahere vel detrahentē audire quid horum damnabilius sit non facile dixerim. Si verò ei non placeat detractio, sed ex timore vel negligentia, vel verecundia quadam omittat repellere detrahentem peccat quidem, sed multo minus q̄ detrahens, & quandoque quidem est veniale, quandoque etiam potest esse mortale, vel propter hoc q̄ alicui incumbit ex officio detrahentem corrigere, vel propter aliquod periculum consequens, vel propter radicem qui timor humanus potest esse mortale. Detrahens habet diabolum in ore, & audiens libenter in aure. Debet ergo quilibet cum audit detractiones reprehendere detrahentem, non ridere, vel nō audire, vel faciem ostendere turbulentam ad reprimendum eum. Vnde dicitur prouer. 25. Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. Et quamuis sit proprii arbitrii detractiones, quas audit quis de se factas patienter ferre, & pati detrimentum famæ suæ nisi hoc vergat in detrimentum & periculum aliorum, & possit laudabiliter fieri, tamen non est sui arbitrii quod patiatur detrimentum famæ alterius, & ideò in culpam ei vertitur si non resistat, eadem ratione qua tenetur quis subleuare alinum proximi sui iacentem sub onere, vt præcipitur. Deuter. 22. secundum Tho. vbi supra. Et si audiens scit illum verum dicere, quamuis dicere non debeat, quòd loquatur falsum, debet tamen arguere quòd peccat detrahendo, vel ostendere quòd ei displiceat detractio. ¶Sed nec de facili debet quis credere detractionibus, cū quotidiana experientia doceat multas falsitates ex errore, vel mendacia & industria dici & pēi pue audiendo a personis leuibus & multo minus audiēdo a maleuolis maliuolis, aliàs peccaret. Vnde Damasus Papa. 11. q. 3 Non solū reus est qui de alio malum profert, sed ēt qui aurem criminibus cito præbet. s. credendo, & 2. q. 1. Deus dicitur. Mala audita nullum moueant nec passim dicta absq; certa probatione credātur. Si aūt quis audiret detractiones, quia æstimat loquentem moueri ex charitate, vt prætendat ad remediandum malis non peccaret. Sed non sit facile tñ ad credendum. ¶Is aūt cui detrahitur debet patienter ferre, non odio moueri, vel detractationes de se fa-

Non facile credere detractioni.

Cui detrahitur

ctas detractionibus aliorum rñdere rectè, sicut licet dicendo falsa, vel occulta mala de illis, sed debet se excusare, & innocentiam suā ostendere quantum pōt ne alii ex infamia exorta scandalizentur aliàs tacendo malefaceret. Vnde Aug. Qui fidens conscientiæ suæ negligit famam suam nimis crudelis. 11. q. 3. non sunt audiendi. Et sic ex hoc detractores incurrunt infamiam, quia detegitur falsitas, & malitia eorum imputatur eis qui sibi hoc procurauerunt. Sed talem iniuriam receptam nō tenetur remittere ei qui detraxit cum veniam petit, nisi famam restituat dicendo illis corā quibus detraxit se falsum dixisse, si falsum dixit. Odium autem & rancorem nunquam ex hoc debet habere, & Deo committere facta sufficienti excusatione vñ Gre. super Ezech. Linguas detrahentiū, sicut nostro studio non debemus excitare ne pereant, ita per suā malitiam excitatas debemus æquanimiter tollerare, vt nobis meritum crescat. Et si verum esset quod dictum est, sed occultum taliter se excuset, q̄ non mentiatur & multo magis ne periret, vel arguat eos de mendacio. Sed posset se aliquibus verbis sophisticis accusare, vt q̄ multa falsa quotidie dicuntur ab hominib. vel etiam quod de sanctis viris ēt multa mala dicta sunt falsò, & ideò non mirum si etiā de ipso dicantur. Et q̄ miratur, q̄ credat tñ nephas de eo & hmōi. Permittit aūt Deus huiusmodi detractiones suscitari contra seruos suos ad conseruandū eos in humilitate, vnde Greg. Sunt plurimi qui vitam bonorum fortasse ampliusquam debent laudant, & ne qua elatio de laude surrepat, permittit omnipotēs Deus malos in obtrectationem, & obiugatio nē prorumpere, vt si qua culpa ab ore laudantium nascitur in corde, ab ore vituperantium suffocetur. Hinc est q̄ doctor gentiū se in prædicatione currere testatur inter infamiam, & bonam famam, vt seductores (inquit) & veraces & alibi. Aliis sumus odor uitę in uitam, aliis odor mortis in mortem. Debet ergo is cui detrahitur orare pro detractoribus exemplo Christi dicentis psal. 108. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi. s. Iudæi dicentes multa falsa de eo. Ego autem orabam.

patiēter ferre debet.

Deus permittit detractiones oriri.

¶De *susurratione*. Cap. 5.

SVsurratio est tertia filia inuidiæ secundū Gre. Et pt describi sic quòd susurratio est locutio mala occultè facta de aliquo ad tollēdum eius amicitiam eum alio. Vnde gl. sup illud Ro. 1. Susurrones & detractores Deo odibiles

Susurratio est.

biles dicit. ¶Susurrones sunt q̃ inter amicos
Sarro. discordiam seminant. Pro cuius declaratione dicit Tho. se. q. 74. ar. 1. quod detractio & susurratio in materia & forma seu modo loquendi conueniunt, quia vtrique malum occultè de proximo loquitur propter quã similitudnem aliquando ponitur vnum pro alio. Vnde Ecclesiastici. 5. super illud. Non appelleris susurro, dicit ibi gl. i. detractor, differũt autem in fine; nam detractor intẽdit denigrare famam proximi, vnde illa mala de proximo profert præcipue ex quibus proximus infamari possit, vel saltem diminui eius fama. Susurro autem intendit amicitiam separare secundum gl. inductam. Et illud quod dicit prouer. 26. Susurrõe subtracto iurgia cõquiescunt, & ideo susurro talia mala de proximo profert, quæ possunt contra ipsum animũ cõmouere audientis secundum illud. Eccle. 28. vir peccator conturbabit amicos, & in medio pacem habẽtium immittet inimicitiã & Isid. dicit in li. ethi. Susurro de sono locutionis appellatur, quia non in facie alicuius, sed in aure loquitur detrahendo, inquantum quidẽ susurro malũ dicitur de alio dicitur detrahere. Sed in hoc differt a detractore, quia nõ intẽdit simpliciter malũ dicere, sed quicquid sit illud quod possit animum vnius turbare contra alium etiam si sit simpliciter bonum, sed apparens malum inquãtum displicet ei cui dicitur. Est autem de se mortale, quia per illud infertur nocumẽtum notabile proximo.

§. 1. ¶De susurratione ait ps. 40. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei aduersum me cogitabant mihi. hic. s. susurro dicitur etiam bilinguis. Et ratio est secundum Th. q̃ cum amicitia sit inter duos, nititur susurro ex utraq; parte amicitiã rumpere. Et idcò duabus linguis vtitur ad duos, vni dicens malum de alio propter quod dicitur Ecclesiastici 25. Susurro & bilinguis maledictus erit. Et sumit & pro, id é. Et subditur. Multos enim turbauit amicos Mõstruosum esset in natura habere duas linguas cũ nullum animal habeat duas linguas, nisi serpens secundum opin. uulgi. Nec enim serpens habet duas linguas, sed uidetur quod habeat propter velocem eius motum, vnde similis est talis serpenti uenenoso, per quẽ diabolus locutus est ad tollendum amicitiã hominis cum Deo, vnde similis est susurro diabolo, qui figuratur per inimicum superseminantem zizaniam in medio tritici. Matth. 13. Tria autem mala facit susurratio.

¶Primo excludit beniuolentiam diuinalem.

¶Secundo tollit amicitiam humanalem.

¶Tertio includit neqitiam mortalem. §. 2.

¶Quantum ad primum dicit Salo. prouer. 6 Susurro excludit amorẽ Dei. Sex sunt quæ odit Deus & septimum detestatur anima eius. Oculos sublimes &c. pro septimo aũt ponit eũ qui seminat inter fratres discordias, hic est susurro. Et ad idem facit q̃ dicit sapiẽtia increata, quæ est Dei filius, prouer. 8. Arrogantiam & superbiam & uiã prauam & os bilingue detestor. Importat autẽ detestatio aliquid plusquam odium cõmune ita. s. q̃ nõ potest pati illud, quod quis detestatur ante se uidere. Et sic patet quod hoc uitiũ excludit ab anima beniuolentiam Dei, ita q̃ Deus illum non diligit ad salutem ęternam. Sed maius malum, seu damnum homo pati nõ potest cum omnia bona, quæ habemus ex beneuolentia Dei habeamus. Merito aũt Dei filius susurronem detestatur, quia contrarius est sibi in operibus suis Nam Dei alius uenit & usq; ad mortem crucis laborauit, vt filios Dei q̃ erant dispersi congregaret in unum ut dicit Io. 11. & vt dissolueret opera diaboli, ut dicit Io. in primo ca. sua. c. 3. Sed susurro laborat, vt amicos cõcordes ab inuicẽ diuidat & dispergat, similis lupo qui rapit, & dispergit oues. Magis uidentur susurrones displicere Christo quam qui corpus eius crucifixerũt. Nã Christus magis dilexit ecclesiã, quã corpus suum, quia pro ecclesia mortem corporis sustinuit. Apocal. 1 Lauit nos, qui. s. sumus ecclesia a peccatis nostris i sanguine suo s. per mortem effuso. Diuidunt autem unitatem corporis Christi. i. ecclesię seu fideliũ q̃ susurrationem. Vnde & in signum huius maioris displicentiæ, & si permisit diuidi & scindi in passione corpus proprium & aperiri latus, non tamen permisit diuidi tunicã eius, q̃ significat ecclesiam. Vnde dixerũt milites. Non scindamus ea Ioã. 19 Ex uno uerbo susurronis sequitur aliquando tanta discordia, q̃ tota una patria destruetur. Demũ sicut pacifici, qui scilicet pacem quærunt ponere inter discordes uocantur filii Dei. Matth. 5. qa scilicet imitantur Dei filium, qui nos inimicos pacificauit patri suo æterno. Ita econtra susurrones dicendi sunt filij diaboli, qui quærit homines Deo inimicari. Et ut dicit Beda. Qui societatem fraternitatis aliqua discordiæ peste commaculant Deum produnt. 11. quæst. 3. abiit, vnde sunt similes Iudæ, & in c. iniustum, dicitur quod homini religioso, id est bono parum debet esse inimicitias aliorum non exercere, vel non augere malè loquendo, nisi eas etiam extinguere bene loquendo studuerit.

¶Secundum

§ 3. Sufurratio tollit amicitiam hoium.

¶Secundū mal quod generat ſuſurratio eſt quia tollit amicitiam hominum ad inuicem ex quo etiam grauit as huius peccati oſtendi tur, quia tollit amicitiam quod eſt magnum bonum & neceſſarium in uita iſta. Vnde dici tur Eccleſiaſtici 6. Amico fideli nulla eſt com paratio. Eſt autem neceſſarium habere ami citiam propter quattuor rationes. Veh autē ſoli dicitur Eccleſiaſt. 4. Solus eſt qui non ha bet amicum aliquem.

¶Primo ratione uirtutis habendæ.

¶Secundo ratione utilitatis communicādæ.

¶Tertio ratione unitatis conſeruandę.

¶Quarto ratiōe communis neceſſitatis ſup plendæ.

Neceſſaria eſt homini amicitia

Quantum ad primum neceſſarium eſt cuili bet habere virtutē, eo quod uirtus bonū fa cit habentē, & opus eius bonū reddit. Cuili bet autem neceſſarium eſt eſſe bonum ad ſa lutē cōſequendam. Sed amicitia eſt virtus re ducibilis ad virtutem. Et quod amicitia ſit uirtus moralis probatur ex hoc quod uirtus conſiſtit in medietate, quę ſecūdum rationē eſt. Sed in communi conuerſatione hominū tā in factis, quā in dictis, oportet qđ quilibet ad unūquenq; ſe habeat vt decet, & hoc facit amicitia, ſeu affabilitas, quæ medium tenet inter blanditorem & litigioſum. Et ſic patet quod ſit uirtus. Reducitur autem ad iuſtitiā unde & ponitur pars potentialis eius, quia ſi cut iuſtitia reddit unicuiq, æquale, ita ami citia cuilibet reddit proportionale. Sed i hoc differt, quia iuſtitia propriè attēdit debitum neceſſitatis ex aliqua obligatione, ſed amici tia attendit debitum honeſtatis, quod eſt ma gis ex parte uirtuoſi quā ex parte alterius. Cū. n. homo ſit animal rōnale ſociale, ſicut non poteſt bene viuere in ſocietate ſine virtu te, ita nec ſine delectatione. Et ideo ex quodā debito naturali honeſtatis obligatur ad hoc ut aliis cōdilectabiliter uiuat, niſi ꝓpter cau ſam aliquam neceſſe ſit alios contriſtari cum ſcilicet amici defectuoſa cōmittunt, quia tūc repræhendēdi ſunt ſecundum ueræ amicitię rationem. Quia ergo ſuſurratio quærit ami citiā tollere & uirtutem, & immittere diſcor dias & litigia, ideo dicitur prouer. 26. Suſur rone ſubtracto iurgia cōquieſcūt. ¶Secūdo ē neceſſarium habere amicitiam ratiōe utilita tis communicandæ qđ ſic probatur. Si illud quod eſt ex inclinatione naturali eſt neceſſa rium, multo magis illud quod eſt ex aſſimi latiōe ſpeciei, ſed amicitia ineſt ſecundū na turam generantis ad genitum, quod patet ꝓ beneficia, quę ſunt ſigna amicitiæ non ſolum in hominibus, ſed etiam in alijs animalibus & uolatilibus quæ ut manifeſtē apparet, ſtu dium lōgo tempore adhibet ad educationē prolis, ergo maximè eſt neceſſaria amicitia il la quæ eſt hominum ad inuicem propter ſi militudinē naturæ ſpeciei. Et hoc probatur ꝓ locum a minori. ſ. per quoſdam ſignum ami citię quod inuenitur in omnibus hominib. naturaliter. ſ. familiaritatis, & beniuolentiæ, quia ſi ad extraneos de quibus minus uidet naturaliter impendimus beneficia uel obſe quia quæ ſunt amicitię ſigna ſicut qñ ignoti & peregrini declinant a uia recta, eos ab erro re uiæ reuocamus, & iter rectum oſtendim⁹ & dirigimus, & quando cadūt erigimus eos ad oſtendēdum quod omnis homo ſit natu raliter amicus omni homini, & familiaris, un de ea quę ſunt naturaliter bona omnibus sūt neceſſaria, quale bonum eſt amicitia. Patet ēt hoc ex cōuictu ſpeciali quia ſicut in aliis ani malibus eſt amicitia naturalis, ut apparet ꝓ ſigna amicitiæ quæ ſunt in eis, puta quia aſſi milantur, quia conuerſantur, qa obſequun tur, eo ꝙ generans tempus magnum adhibet ad educationem geniti, multo magis eſt ami citia naturalis inter eos, qui sūt unius gētis adinuicem, inquantum cōmunicant in con uictu, in moribus & in obſequiis. Idem patet ex dicto cōmuni. Nā amatores hominū lau damus quaſi implentes, vel perficiētes illud quod eſt homini naturale, uel id. ad quod na tura inclinat communi. ſ. amicitia. Et hanc tollit ſuſurro. Et ideo dicitur. Eccleſiaſtici 28. omnis ſuſurro maledictus erit. ¶Tertio eſt neceſſarium habere amicitiam ratione pa cis & unitatis conſeruādę quod ſic probatur. Illud eſt neceſſarium habere quod maximè eſt conſeruatiuum ciuitatis & communita tis, & uitare eius oppoſitū, ſed inter oīa ami citia ē pacis & cōcordiæ & unitatis cōſeruati ua, quod patet exemplo & ratione. Exemplo quia legiſlatores magis ſtudent ad amicitiā inter ciues conſeruādā, quā ad iuſtitiā, ꝙ pa tet ex hoc, quia legiſlatores qñq; iuſtitiam in termittunt, puta in pœnis inferendis, ne ami citia excludat, ne diſſenſio oriatur, unde qa concordia amicitię aſſimilatur, quia. ſ. cōcor dia legiſlatores maximè appetunt, cōtēriuā aūt ciuiū maxime repellunt, quaſi inimicā ſa lutis ciuitates, ideo amicitia maximè inter oīa ē neceſſaria, patet hoc idem ratione. ſ. per cōparatione ad iuſtitiā, q maxime vī neceſ ſaria cōmunitati, vī ciuitati totaliter arguen do. Illud quo habito nō indiget altero, ſed econuerſo magis eſt neceſſarium, ſed amici

Neceſſarium eſt habere amicitiam.

tia

tia habita quantum ad oēs, non esset necessaria iustitia, quæ habita adhuc esset amicitia quærenda, qđ sic declaratur: quia si aliq sunt amici in nullo indigēt iustitia proprie dicta. Et rō huius est: quia si aliqui vel ēt oēs ciuitatis hoīes sunt amici, oīa habent quasi cōia; cū amicus quilibet sit alter ipsæ, non est autē amicitia ad seipsum, sed ad se altertū, sed si sit iustitia nihilominus indigent amicitia ad inuicē. Et iō si iustitia est necessaria qđ dicit Augu. in lib. de ciu. Dei cū aliter res publicæ non possint diu subsistere, multo magis amicitia, quæ sine iustitia esse pōt. Et quia susurratio tollit hoc bonū amicitiæ admonet Apost. 2. ad Cor. 12. Ne forte susurrationes, inflationes, seditiones. s. seminantes discordiā, vnde & contra amicitiā. ¶ Quarto habere amicitiā est necessarium rōne necessitatis supplendæ. ¶ Quod sic probatur; Illud est necessariū hīe quo necessitati vel indigentiæ oīum subueniatur hoc aūt fit per amicitiā. Quod aūt p amicitiam necessitati oīum subueniatur probatur ex sex generibus, vel conditionib. hoīum, quibus est vtilis & necessaria amicitia est. n. necessaria & utilis diuitibus, pauperibus, iuuenibus, senibus, tribulatis, & perfectis seu fęlicibus. ¶ Primo quidem amicitia est vtilis, & necessaria diuitibus, & hoc dupliciter quo ad cōicationem bonorum, & quo ad cōseruationem eorum. Et quantum ad primum quod sit necessaria ꝓbatur sic. Illud enim sine quo nullus eligit viuere ēt habitis, & p̄sentib. omnibus necessariis ad uitam est summè necessarium: sed hoc est ꝑm beneficiū, præcipue qđ diues, vel princeps, vel potens impendit aliis; quia nulla est vtilitas bonorū fortunę si ex his aliqs nulli bñfaciat bñficiū fit maximè & laudabilissimè ad amicos, ergo amicitia quo ad cōicationem & distributionem bonorū diuitibus est necessaria. ¶ Quantum ad secundū. f. conseruationē bonorū est necessaria amicitia diuitibus, quia bona fortunæ sine amicis conseruari non possunt, & quia fortuna quanto est maior tanto est minus secura, quia plures habet insidiatores. Et ideò, quia quanto quis maior est in bonis exterioribus tanto est instabilior nisi contineatur. Sicut & maxima arbor indiget multis fulcimentis, & radicib. a natura paratis, & similiter amici sunt, ficut virtutes naturales conseruantes aliquem in vltimo statu. ¶ Secundo est amicitia vtilis & necessaria pauperibus. Illud enim ad quod qs confugit in infortuniis est maximè necessarium: sed pauperes homines confugiunt ad amicos, eo quod æstimant diuites esse pauperes tatis eorum refugium singulare. In angustiis enim comprobatur amicus ait Salomon. Vnde sequitur in omni infortunio amici sūt vtiles & necessarii. ¶ Tertio iuuenibus etiam amicitia est necessaria. Huius ratio est: quia in iuuenibus abundat pronitas ad peccandū propter concupiscentiam delectationem, quę est in eis secundum illud Genes. 8. Sensus enim hominis, & cuncta cogitatio prona sūt ad malum ab adolescentia sua. Et Eccle. 11. Adolescentia & voluptas vana sunt. Coniungit voluptatem adolescentiæ: quia iuuentus habet multam pronitatem ad eam. Ista autem pronitas ad malum per amicos religitur scilicet exhortationibus, consiliis, & repræhēsionibus, vnde prohibentur a peccando. ¶ Quarto amicitia est necessaria senibus huius ratio est, quia illis qui indigent reuerentia, & carent naturali potentia, valet obsequiū famulatus: sed senes sunt huiusmodi. Nam senes propter reuerentiam, quæ eis debetur, & propter naturalem impotentiam, ideſt ꝓpter debilitatem corporis ex qua deficiunt in suis actionibus, & patiuntur defectus multos indigent amicitia ad complendum suas actiones, & ad subueniendum suis defectibus propter quod orabat psal. 70. Ne proiicias me in tempore senectutis, cum defecerit virtus mea derelinquas me domine ergo, &c. hæc Aristo. 8. Ethico. c. 1. & b. Tho. & Alber. supra illo loco in scrip. ¶ Quinto amicitia est utilis & necessaria tribulatis eo quòd illi qui sunt in tristitia alleuiationem quandam sentiunt ex præsentia amicorum cōdolentium eis. Ex præsentia enim amici magnitudo, vel graue-do tristitiæ alleuiatur, quod probatur per similitudinem. Sicut enim pōdus graue quod solus vnus portat alleuiatur ex societate alterius secum portantis, sic onus tristitię leuius & melius fert vnus si alius secum ferat, secundum illud. Solatium est miseris socios habere pęnarum. Quamuis enim tristitiæ illius q̄ tribulatus patitur numero partē amicus non assumat: assumit tamen partem quantum ad causam dum partem damni subii amicus ex quo tristitia orta est, vel per cōpassionē ſm illud. 2. Corin. 12. Quis infirmatur & ego non infirmor? &c. Dum enim qui tribulatur videt amicum suum præsentem & de sua tristitia condolentem minuitur dolor suus. Consolatur etiam tribulatus ab amico visione eius, sermone, & opere. Aristotiles. & b. Tho. in scriptis ibi. ¶ Sexto est necessaria perfectis, ideſt illis qui sunt in summo, ideſt perfecta ętate qđ sic probatur. Quocunque fuerint homines

Amicitia ē vtilis.

Iuuenes amicitiā fouere debent.

Senibus

Tribulatis.

Perfectis.

potēn-

potentiores ad agẽdum in vita actiua, & intelligendo in vita contemplatiua, illud eſt ne ceſſarium ad vitã: Sed amicitia eſt huiuſmodi. Cuius ratio eſt, quia nullus quantuncunque perfectus eligeret viuere ſolitarius etiam ſi omnia alia bona haberet, eo quòd homo naturaliter eſt animal politicũ & ſociale aptus conuiuere aliis, & conuenientius virtuoſis, & perfectis a quibus adiuuatur, & in actione vitæ actiuæ, dum quod vnus non videt vel poteſt alius videt & poteſt, & in actione vitæ cõtemplatiuæ quantum ad doctrinam, & diſciplinam cum ab alio adiuuatur. ¶Sciendum tamen quòd cum dicitur amicitia eſt neceſſaria etiam ſęlicibus ſeu perfectis intelligendũ eſt de ſęlicitate vitæ præſentis. Nam de perfectione ſeu ſęlicitate patriæ non eſt neceſſaria amicitia hominum, quantum ſcilicet ad neceſſitatem beatitudinis & ratio eſt: quia ille q̃ totam plenitudinem ſuæ beatitudinis ſeu pfectionis habet in vno non indiget alio. Sed beatus in patria hẽt totã plenitudinẽ ſuæ perfectionis in Deo. Vnde non indiget amicitia cuiuſcunque alterius vnde & dicitur Sap. 7. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cũ illa, ſcilicet diuina ſapientia, quæ conſiſtit in clara Dei viſione & contemplatione, facit tamen ad bene eſſe beatitudinis patriæ amicitia ſeu ſocietas ſanctorum inuicem perfectè ſe diligentium. Et ſecundum hoc poteſt intelligi illud Boetii, ſcilicet nullius boni ſine ſocio eſt iocunda & perfecta poſſeſſio, ſcilicet quantum præmium accidentale patriæ. Sed loquẽdo ad de ſęlicitate ſeu perfectione vitæ præſentis, tunc eſt neceſſaria amicitia nõ qui dem amicitia quæ fundatur ſuper delectabili, vel ſuper vtili, ſed amicitia quæ fundatur ſuper honeſto ſeu virtutibus. Et ratio huius inter cæteras eſt, quia ad ſęlicitatem pertinet, quòd ſęlix delectetur in opere virtutis. Et qa non poſſumus delectari, niſi in eo quod cognoſcimus. Magis autem poſſumus ſpeculari proximos noſtros quam noſipſos, & etiam actiones proximorum quam noſtras, quia vniuſcuiuſque iudicium in propriis magis deficit propter priuatum affectum quem habet quilibet ad ſeipſum. Et ideò oportet quòd ſęlici ſint delectabiles operationes bonorum vitiorum & contrariæ & contriſtabiles. Sicut muſicus delectatur in bonis melodiis, ſic fœlix gaudet in bonis operibus amici, & ſic indiget amicitijs.

Perfectis neceſſariũ eſt habere amicitia.

§.4. ¶Tertio ſuſurratio includit in ſe nequitiam mortale, & eſt contra præceptum domini dicentis Leuitĩ. 19. Non eris criminator & ſuſurro in populis. Criminator dicitur q̃ publicè accuſando, vel conuiciãdo peccata alius imponit. Suſurro autem occultè vt dictũ eſt: quia notabile nocumentum per hoc vitium infertur proximo, ideò eſt mortale & grauius de ſe quam detractio. Ratio huius eſt ſecundum b. Tho. 2. 2. q. 74. ar. 2. quia peccatum in proximum tanto eſt grauius quanto per ipsũ maius nocumentum infertur proximo: tanto autem nocumentum eſt maius quãto maius eſt bonũ, quod proximo tollitur ſicut maius bonum eſt vita hominis quam diuitiæ quæ ordinantur ad ſuſtendandum vitam, & ideò grauius eſt homicidium per quod tollitur vita hominis quam furtum vel rapina per quã tollitur ſubſtantia temporalis ſeu diuitiæ. Inter cætera verò exteriora bona præeminet amicus, quia ſine amicitia nullus viuere põt, vt patet per philoſophum. 8. Ethicorum. Et quia bona fama quæ per detractionem tollitur ad hoc maximè neceſſaria eſt, vt hõ idoneus ad amicitiam habeatur. Et ideò ſuſurratio eſt grauius peccatum quam detractio vel cõtumeliã, quia amicus melius eſt quam honor, & amari magis quam honorari ſecundũ Philoſophum. in 8. Ethi. Quãuis enim detractor aliquando dicat maiora mala quã ſuſurro, tamen quia grauitas peccati attenditur ex fine magis quam ex materia, ideò eſt grauius ſuſurratio quæ intendit tollere maius bonũ.

Suſurratio eſt mortale

¶De *exultatione in aduerſis proximi.* Cap. 6.

EXultatio in aduerſis ꝓximi eſt quinta filia inuidiæ & propinquitatem habet ad crudelitatem, & ſeuitiam quæ virtuti clemẽtiæ opponitur. Nam crudelis exultat in pœnis alterius ipſa etiam crudelitas ex odio, & inuidia procedit, vnde de ipſa crudelitate hic breuiter dicendum. ¶Eſt aũt crudelitas ſm Senecam atrocitas animi in exigendis pœnis. Eſt autem differentia inter crudelitatẽ & ſeuitiã & diuerſa vitia ſunt. Pro quorũ declaratione ſciendũ ſm Tho. 2. 2. q. 159 art. 1. Nomen crudelitatis a cruditate ſumptum videtur. Sicut autem ea quæ ſunt decocta & digeſta ſolẽt habere ſuauem, & dulcem ſaporem ita illa quæ ſunt cruda habent aſperum, & horribilem ſaporem. Clementia aũt importat quãdã lenitatem ſeu dulcedinẽ animi per quã quis eſt diminutiuus pœnarũ. Vñ crudelitas ei opponit vt vitiũ per qđ qs excedit mẽte in pœnis inferẽdis. Epicheya quidem quæ eſt pars iuſtitiæ alio nomine equitas dicitur pœnas debitas ex defectu commiſſo diminuit ſecundum tamẽ

Deſcribit crudelitas.

Clemẽtia.

quod

quòd ratio dictat, vt ad tollendum scandalũ & huiusmodi. Sed ipsa dulcedo affectus, ex quo homo ad hoc inclinatur pertinet ad clementiam, ita & econtra ipsæ excessus pœnarũ quantum ad id qđ exterius agitur pertinet ad iniustitiam. Sed quantũ ad austeritatẽ animi, per quã quis promptus est ad augẽdas pœnas pertinet ad crudelitatem. Sicut etiam dicitur misericordia

Immisericordia

fert misericordia a clementia, eo q̃ ad misericordiam pertinet alienæ miseriæ subuenire per beneficiis collationem, ad clementiam verò miseriam diminuere per pœnarum diminutionem, ita differt immisericordia a crudelitate, quia per immisericordiam non subuenit quis miseriæ proximi dando beneficium cum debet, per crudelitatem adauget miseriã pœnæ vltra debitum rõnis. Tñ propter similitudinem rationis, harum virtutum, scilicet clementiæ & misericordiæ: quia vtraque refugit, & abhorret miseriam alienam, sumitur vna pro altera. Et sic etiam vitia eis contraria, scilicet immisericordia, & crudelitas sumitur sæpe vnum pro alio. ¶ Differt etiam propriè sumendo crudelitas a feritate. Nam nomen seuitiæ, & feritatis a similitudine ferarum accipitur, quæ etiam seuæ dicuntur. Huiusmodi enim animalia nocent hominib. ut ex eorum corporibus pascantur, non ex aliqua iustitiæ causa, cuius consideratio ad solã rationem pertinet. Et ideò propriè loquendo feritas vel seuitia dicitur secundum quod aliquis in pœnis inferendis non considerat aliquam culpam eius qui punitur, sed solũ hoc quod delectatur in cruciatu hominum, & sic continetur sub vitio bestialitatis. Nam talis passio nõ est humana: sed bestialis prouenies vel ex mala consuetudine, vel ex corruptione naturæ sicut & aliæ bestiales affectiones. Sed crudelitas attendit culpam in eo qui punitur, sed excedit modum in puniendo. Et tõ crudelitas differt a seuitia seu feritate, sicut malitia humana a bestialitate, vt dicitur in 6. ethi. Et sicut crudelitas quæ est malitia humana opponitur clementiæ quæ est virtus humana, ita seuitia seu feritas, quæ est passio bestialis opponitur virtuti, quã philosophus heroycam seu dominicam vocat, & secundum nos pertinere videtur ad dona spiritussancti, vide licet ad donum pietatis, hic autem sumitur crudelitas largè. ¶ Seuerus autem secundum Isidorum in libro ethimologiarũ dicitur qua si senus & verus, quia sine pietate tenet iustitiam in puniẽdo, & secundũ Tho. Non tñ simpliciter seuerus dr̃ seuus, quia seuitia importat vitium, seueritas aũt virtutem. Sed dr̃ seuus veritatem propter aliquam similitudinẽ ad seuitiã, quæ non diminuit pœnas, sed hoc agit seuerus cum ratione scilicet vt non recedat a veritate iudicii. ¶ De crudelitate populi Iudaici erga Christũ ait ps. 108 Nõ est recordatus facere misericordiã, sed persecutus est hominem, & mendicum, & inopem, scilicet Christum. Super quem versum. Cassiod. ait. Persequi hominem facit aut diuitiarum ambitus aut superbiæ odiosa iactantia. Pauperẽ vero, & mẽdicũ insequi sola crudelitas facit, cuius nec honor quæritur, nec abundantia facultatis ambitur, hæc ille. Debet autem euitari crudelitas, quia Deo, & hominibus displicet, & Deus maximè laudatur ex clementia, & misericordia, & debet euitari.

¶ Vt circa subditos non exerceatur.

¶ Vt circa propinquos non habeatur.

¶ Vt circa afflictos non exhibeatur.

¶ Quantum ad primum. Sicut misericordia. & clementia reddũt rectorem amabilem subditis, quod per utile & necessarium est, ita inhumanitas & crudelitas reddunt eum exosum. Vnde prouer. 20. dicitur. Misericordia & veritas custodiunt regem, & clementia firmatur thronus eius. Et ecclesia. 7. c. dicit. Noli esse nimis iustus, est q̃ pereas in iustitia sua. Dicitur nimis iustus, qui est nimis seuerus in corrigendo, crudelis in puniẽdo. In archa autem domini fuit non solum virga Aaron, sed manna suauissimum ad significandum, quòd in mente præsidentis qui figuratur per archã domini in qua lex domini debet cõtineri, nõ solum virga districtionis & rigoris iustitię debet seruari, sed & manna misericordiæ & clementiæ vitando crudelitatem. Quod docet Greg in 31. moralium, sic dicens. Sit rigor, scilicet in rectore, sed non exasperans, sit zelus non immoderatè seuiens, sit pietas: sed non plus quam expedit parcens, sic bonus ille Samaritanus in vulneribus sauciati adcurandum eum immisit oleum & vinum, non solum mortificatiuum, sed & oleum lenitiuũ ut habetur Lucæ 10. Et ex hoc sequitur melius emendatio criminum. Vnde dicit Leo papa. Leuiter castigans reuerentiam exhibet castiganti. Asperitas autem nimiæ increpationis nec correptionem recipit, nec salutem, distinctio. 45. cum beatus. Sed vt dicit Salomon prouerb. 12. Viscera impiorum crudelia. Non enim habent misericordiam & compassionem humanæ conditioni. Hiere. 6. Crudelis est & non miserebitur. Verum vt dicitur Iacob. 2. Iudicium, scilicet damnationis, & seueræ punitionis sine misericordia fiet

§. 1.

Crudelitas facit odiosũ.

Rector non sit crudelis

Seuerus

Seuitia, feritas.

fiet illi, qui non fecit misericordiam, sicut patet in Abdonibezech rege. Nam captus a filiis Israel fuerunt ei amputare summitates manuum & pedum, & vinculatus ductus est Hierusalem, qui dixit Septuaginta reges erãt quibus amputatis sumiratibus manuum & pedum a me, comedebant reliquias ciborum quæ cadebant de mensa mea. Sicut feci ita & reddidit mihi dñus Iudi. 1. Sicut ergo fuit crudelis aliis, ita & ipsæ expertus crudelitatem. Cyrus rex qui fuit ualde crudelis delectabiliter fundens humanum sanguinem, cũ fuisset captus a regina Dammari, cuius filium ille occiderat, fecit ei caput amputari, & in vtrem sanguinis immergi dicens. Sanguinẽ sitisti, sanguinem bibe, ideſt sicut fuisti aliis crudelis ita & erga te exercebitur crudelitas, vt non paratur tibi propter regiam dignitatem, vt fieri solet. ¶Sicut autem rector debet cauere sibi a crudelitate, & feritate in factis erga subditos, ita etiam in verbis non debet asper, & durus nimis. Nam dicitur prouerbio. 15. Sermo durus excitat furorem. Quod veri ficatiuum est in filio eius Roboam in principio regni sui. Nam cum populus Israel rogaret, vt minueret ei grauiorem expensarum & exactionum, quæ fuerant impositæ a patre ex consilio iuuenum, respondit durè populo, dicens. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Pater meus imposuit super uos iugum graue, ego autem superaddam patri meus cęcidit vos flagellis ego autem cędam vos scorpionibus. 3. Reg. 12. Ex qua duritia & crudelitate sermonis, populos recessit a dominio & obedientia. Insuper & Aman Agagites, quia fuit ita crudelis quod propterodium & inuidiam ad honorem Mardochei dolosè impetrauerat litteras a rege Assuero, q̃ omne genus Iudæorum vbicũque inuenirentur certa die expręssa in litteras deberent occidi, de cuius crudelitate Hester dixit regi Assuero hu iusmodi crudelitas redundat in rege. Hester. 7. Et ipsæ Assuerus de eo scripsit Amam genere & mente Macedo a Persarum sanguine alienus, pietatem nostram suam crudelitate commaculans, peregrinus susceptus est a nobis. Hester. 16. Tandem crudelitas redundauit in caput suum. Nã ad supplicationem reginæ Hester reuocatæ sunt litteræ, & in cõtrarium mutatæ ordinatione facta, quod oẽs inimici Iudæorum, qui illa die cupiebant, & intendebant occidere eos, ipsi occiderentur. Ipsæ Aman ex præcepto regis suspensus in cruce alta. licubitis quã paruerat Mardocheo. Hester. 7. Narrat ẽt Greg. in 4. dialogorum, q̃ q̃dem miles ex mortuis reuiuiscens Romæ retulit multa quæ vidit in alia vita, & inter cæteras, q̃ viderat quendam nomine Petrum, q̃ officialis fuerat in curia Romana in fluuio fętenti in loco pœnali præsso magno pondere ferri, & dictum fuit ei, quòd idcirco illam pę nam patiebatur, quia cum ex officio haberet facere aliquam punitionem, non obedientia iniuncti officii, sed magis crudelitas ad puniendum illum trahebat. ¶Confessores quoque & consulentes in foro conscientiæ in imponendis pœnitentiis vel in allocutione ad pœnitentes debent etiam cauere a crudelitate, & duritia sermonis, nisi cum expedit ratione obdurationis hominum quando dulcibus monitis non mouentur, vt fecit Stephanus prothomartyr dicens Iudæis contra quos disputabat. Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus, vos spiritui sancto semper restitistis. Actu. 6. Primum docet Chrysostomus dicens. Si erramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiam reddere rationem, quam propter crudelitatem? Vbi paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus, vt quid sacerdos eius vult videri austerus? 26. quæstio. 7. alligant. Et Gregorius dicit distinct. 50. considerandum, quòd idcirco permisit Deus Petrum negare Christum, vt in sua culpa disceret qualiter aliis misereri deberet. Debent etiam ut conseruent bonam famam, & conscientiam, cauere a nimia familiaritate cũ mulieribus. Vnde Augustinus. Qui fidens cõscientiæ suæ negligit famam suam nimis crudelis est. q. 1. Nolo.

¶Secundo exercetur crudelitas permaximè §.2.
erga parentes, dum eis non subuenitur, vel quod peius est affliguntur. Vnde dicitur prouerbio. 11. Qui crudelis est etiam propinquos abiicit. Sicut ad virtutem pietatis præcipue pertinet erga propinquos obsequiosum esse & subuenire, ita per vitium crudelitatis denegantur obsequia, & adiutoria debita, vel irrogantur supplitia quod vtique est contra naturalem distinctum. Et ideò Apostolus dicit primum ad Thimotheum quintum. Si quis suorum & maximè domesticorum, ideſt propinquorum curam non habet, scilicet in prouidendo, fidem negauit, id est infidelitatem seu ius naturale, & est infideli deterior. Et communiter tales malè fortunantur etiam in hoc sęculo sicut patet in Absalone qui fuit ita crudelis, vt non solum occideret fratrem suum Amon, sed & patrem

De crudelitate Cyri Regis.

Rector subditis suis non debet esse crudelis.

Aman Agagites crudelis.

Confessores nõ sint cruderes.

Crudelitas erga parẽtes.

Absalō pp crudelitatē erga patrem occisus fuit.

trem suum piissimum Dauid de regno expulit, & quęsiuit occidere. Qui demum fugiens de prælio eius exercitu debellato transiens equester subter vnam quercū remansit suspēsus per capillos capitis in ea, & a Ioab lāceis trāsfixus est. 2. Reg. 18. Nero Imperator, quo nemo crudelior matrem propriam occidit fecit, vt ex curiositate videret quomodo steterat in ventre matris, qui demum seipsum ab Imperio expulsus occidit. ¶ Sed si magna crudelitas iudicaretur a cunctis, cum quis uideret patrē, vel matrem, vel fratrem, vel aliū cō sanguineum in maximis pēnis detineri, nec in ullo se posse iuuare, & cum posset multipliciter consolari, & refrigerare, negligeret, quāto maior crudelitas est propinquos suos, qui sibi bona sua, ex quorum acquisitione indebita vel nimia affectione sciūt uel scire possunt, & uerisimiliter credunt esse in pœnis purgatorii, q̄ maximæ sunt super omnes uitæ præsentis, & non iuuant eos orationibus, eleemosynis, missis, & aliis pijs suffragijs, & quod pejus est legata pro se facta non soluunt. Vñ illi non percipientes suffragium permanēt in illis pœnis, clamantes illud Iob. 19. Miseremini mei, miseremini mei saltē uos amici mei quare persequimini me sicut Deus. Vñ tales ut necatores animarum mandantur excōmunicari propter talem crudelitatem 13. q. 2. q oblationes. ¶ Et de quodam milite legit, qui cum dimisisset cognato suo, quod in casu quo moreretur in bello contra infideles ad quod ibat suum quændam equum uenditū in eleemosynam largiretur, & in illo bello occiso cognatus auaritia ductus, nō executus ē iniunctū, sed sibi retinuit, sed in capite octo dierū a morte apparens ille miles sibi dixit. quare non fecisti quod imposui tibi? fecisti me manere in pœnis usq; nunc, sed impunitus non euades. Nam ego hodie ad cœlum purgatus ascendo, tu uero hodie ad inferna descendes, qui subito mortuus, & damnatus est, solū in hoc licet vti crudelitate ad parētes, quando scilicet quis uocatur per inspirationem ad seruiendum Deo per cōtemptum mundi, & religionis ingressum, ut propter afflictionem eorum hoc non prętermittat. Nā ut dicit Hieron. Summum genus pietatis est in hoc esse crudelem. ¶ Maximam crudelitatē exercuit populus Iudæorum contra Christū in sua passione. Vnde conquæritur de ipso super hoc p Hieremiā Tren. 4. dicens. Filia populi mei crudelis quasi Struthio in deserto dedit vocē suam contra me. Filiā dicit. synagoga per creationem & spiritualē curā, quam de ea habebat Deus. Populi mei idest quæ synagoga est populus meus quasi Struthio q̄ ferrū crudū comedit, & de filiis suis non curat, stridet fortiter, sic populus Iudæorū crudelis clamando cōtra Christū. Et cum Pilatus fecisset eum crudeliter flagellari, ut. s. hoc viso crudelitas eorū cessaret, magis ac magis clamabant, Crucifige eū crucifige eū. Vnde & ps. 21. loquēs in. psona Christi ad patrem exprimit illorum crudelitatem per auras similitudines dicēs. Erue a framea Deus animam meam. i. uitam. Et est oratio scām partem sensitiuam. Framea est spata, q̄ cito incidit & tollit uitam, & ideo multum ē horrori ex uelocitate mortis quam inducit. Sic & ipsi Iudęi multa egerunt ad accelerādū mortem eius. Nam dabant ei bibere vinum myrratum, seu acetosum, & Symonem angariauerunt ad portandum crucē, ne fieret mora, & latus eius transfixerunt. Et ideo de manu canis unicam meam, idest vitam suppleuerue. Canis auidē rodit, vnde notatur auiditas Iudæorū ad mortem Christi. Nam & quęrebāt eum capere non in festo, ne a turbis defenderetur, & Barrabam dimitti petierūr, & Pilati uolenti eum dimittere dixerunt. Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris. Salua me ex ore leonis quod est animal ferum, & cum rugitu insilit, ad deuorandum vsque ad ossa. Et Iudæi cum magis clamoribus postulabāt, ut crucifigetur, & vsq; ad ossium fractionem affixerunt occidentes. Et a cornibus unicorniū humilitatem meam. Vnicornis est animal ferox, & indomitum, qui habet cornu durissimū in fronte, quo animalia trāsfodit, & occidit, & sic duritiam, & obstinationem Iudæorum signat in mortem Christi, quia a nullo potuerunt flecti a crudelitate eorū. Sed de sua crudelitate puniti sunt crudeliter. Nā exterminium terribile secutū est de genere illo, destructa ciuitate, & multis millibus hominum mortuis fame, & bello, residui uenditi, dispersi sunt per orbem.

Crudelitas erga animas.

Exēplū.

Crudelitas Iudęorum erga Christū

¶ Tertio crudelitas exercetur ad afflictos, cū scilicet quis non compatitur eis & subleuat, sed potius insultat, uel afflictionem addit. Sicut cum Phaceę filius Romeliæ rex Israel occidisset de Iuda centum uiginti milia in die una tēpore Achaz regis Iuda, oēs viros bellatores propter peccata eorum, insuper ducenta milia mulierum puerorum, & puellarum cæperūt filii Israel de fratrib. suis. s. de Iuda infinitam prædam, & adduxerūt in Samariā uolētes eos subiicere seruituti ex magna crudelitate, vnde propheta quidem, repræhēdit

§ 3. Afflictis non addatur afflictio.

eos ex parte Dei dicens. Ecce iratus dominus contra ludam propter peccata eorũ tradidit eos in manus uestras. Occidistis illo atrociter ita vt in cœlũ pertingeret crudelitas uestra. Insuper filios Iuda uultis uobis subiicere in seruos, & ancillas. Peccati enim super hoc domino Deo uestro. Sed audite consilium meum. Reducite captiuos quos adduxistis, &c. quod & fecerunt refocillantes eos, & dimittentes redire in terram suam 2. Paralip. 28. Et Greg. dicit quod non debet nobis flagellatis addi afflictio, ne nos culpæ quod absit offensa respiciat. 8. q. 1. Cum pensio. Propterea prohibuit dominus in ueteri lege filios Israel comedere sanguinem animalium in figuram, vt auerteret eos a crudelitate horrẽda effusionis sanguis humani. Eadem ratione prohibuit eos comedere animalia suffocata, uel strangulata, quia in tali morte mul ũ affliguntur animalia, prohibuit enim in particulari comedere Grypũ, quod animal est infestum hominibus & equis in testationem crudelitatis potentum erga subditos. Prohibuit edere & vulturem, quod animal insequitur exercitum bellantium, vt de cadaueribus mortuorum pascatur, & significat crudelitatem eorum qui procurant bella & seditiones ut inde lucrẽtur. In nullo enim genere hominum reperitur tanta crudelitas sicut in partialibus, adeo vt non solum crudeliter occidãt, sed ẽt occisum minutatim in frustra discerpant, & aliqñ comedãt quo nil crudelius. ¶ Prohibuit ẽt dominus coquere hedum in lacte matris, uel auẽ capere cum pullis, ad inducendum illum populum ad pietatẽ, & uitãdum crudelitatem, dum essent assueti ad huiusmodi ẽt circa animalia bruta, vt dicit be. Thom. prima secũdę q. c. Dicit etiam Hiero. quòd accepisse pauperibus erogãdum, & esurientibus plurimis illud reseruare, omnium prędonum uincit crudelitatem. 12. q. 2. Gloria. Quando scilicet quis quærit immittere caristiam emens, uel retinens uictualia non sibi necessaria. ¶ Sciendum tamen quod licet videatur multis crudelitas punir reos admorem, & grauiter punire crimina, non tamen crudelitas, sed iustitia & charitas est. Vnde Hieron. super Esaia. Non est crudelis qui crudeles iugulat, sed crudelis patientibus esse uidetur. Nam latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat 23. quęst. 5. non est. Hinc & Augustinus. Quid crudele Moyses mandauit aut fecit cũ commissum sibi populum sanctè zelans uiuo, & uni Deo vero subditũ esse cupiens; postquam cognouit ad fabricandum idolum defluxisse, & colendum in paruos uindicans gladio, & in præsenti salubriter terruit, & disciplinam in posterum sanxit. Nam cum nulla crudelitate, sed magna dilectione fecisse, quod fecit quis nõ in eius uerbis agnoscat orantis pro peccatis eorũ & dicentis. Aut dimitte populo hoc peccatum, aut si non dimittis dele me de libro vitæ. Sic Apostolus non crudeliter, sed amicabiliter tradidit hominem sathanę in interitum carnis ut spiritus saluus sit 23. quęst. 5 & quæst. 4. Ipsa pietas. Idẽ ait 5. q. 5. Non omnis, &c. non osculatur. Molestus est medicus furenti frenetico, & pater disciplinato filio, ille ligando, istæ cędendo, sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perite permittãt, ista potius mansuetudo crudelitas est. Est Augustinus dicit in regula de occultante peccatum alterius, quod debet manifestare per similitudinem occulti morbi corporalis. Nã si frater tuus uulnus habet in corpore, quod velit occultari dum timet secari. Nonne crudeliter a te fileretur, & misericorditer iudicaretur?

Filii Israel ut euitarẽt crudelitatẽ a sãguine abstinebant.

Punire crimina non est crudelitas.

¶ De blasphemia. Cap. 7.

BLasphemia Dei, quia videtur procedere ex odio ad Deum, ideo de ipsa hic agendum. ¶ Potest autem sic describi ex verbis Ambr. quod est vitium quo attribuitur Deo quod ei non conuenit, uel remouetur ab eo, quod ei conuenit, ut si dicatur de eo aliquid importans defectum, puta quod non sit iustus, uel quod non sit omnipotens, & huiusmodi. Est autem contra actum fidei qui est confessio credendorum. Vnde ad infidelitatem pertinere videtur, quod ex verbis Apostoli elici potest dicentis de se, primæ Thim. 1. prius fui blasphemus, & persecutor. Et subdit. Ignorans feci in incredulitate mea. ¶ Pro huius declaratione sciendum secundum be. Thom. secunda secundæ quæst. 14 ar. 1. Qd nomen blasphemię importare videtur quandam derogationem excellentis bonitatis, & præcipue diuinæ. Deus autem ut dicit Dionysi. est ipsa essentia bonitatis. Vnde quicquid Deo conuenit pertinet ad bonitatem ipsius, & quicquid ad ipsum non pertinet, longè est a ratione perfectæ bonitatis quæ est eius essentia. ¶ Quicunque ergo uel negat aliquid de eo, quod ei conuenit, uel asserit de eo quod ei non conuenit, de

Blasphemia Dei

Derogatur Deo dupli-

rogat.

Derogatur Deo dupliciter.

rogat bonitati diuinæ. Quod potest contingere dupliciter. Vno modo secundum solã opinionem intellectus. Alio modo cõiuncta quadam affectus detestatione, sicut econtrario fides Dei perficitur per dilectionem ipsius. Huiusmodi autem derogatio diuinæ bonitatis, vel secundum intellectum tantum, vel etiam secundum affectum, si consistant in corde tantum, erit blasphemia cordis si exterius prodeat per locutionem erit blasphemia oris. Et secundum hoc blasphemia confessioni opponitur. Quod autem aliqui dicunt quod sunt tres species blasphemiæ. Prima cum Deo attribuitur quod ei non conuenit. Secunda cum a Deo remouetur quod ei conuenit. Tertia cũ attribuit creaturæ quod est proprium Dei, secundum Tho. vbi supra non propriè loquendo istæ sunt diuersæ species blasphemiæ, qa attribuere Deo quod ei non conuenit, vel negare seu remouere ab eo quod ei conuenit, non differunt nisi secundum negationem, & affirmationẽ, quæ diuersitas habitus species non distinguit. Quod autem id quod est Dei attribuitur creaturæ, ad id pertinere videtur quod attribuitur ei quod ipsi non conuenit. Quicquid enim est Dei proprium est Deus. Attribuere ergo creaturæ quod est Dei proprium est ipsum Deum facere idem creaturæ. ¶ Item sciendum quod ille qui loquitur contra Deũ conuitiũ inferre intendens, vt cũ dicit sit maledictus Deus, & hmõi derogat diuinæ bonitati, non solùm contra veritatẽ intellectus, sed etiam secundum prauitatẽ voluntatis detestantis, & impedientis pro posse diuinum honorẽ, quod est perfecta blasphemia. Et sicut laudatur Deus in sanctis inquantum laudantur opera eius quæ facit per sanctos, ita etiam blasphematur in sanctis inquãtum blasphemia quæ fit sanctis redundat in Deum. ¶ Est autem blasphemia peccatũ mortale secundum Tho. vbi supra art. 2. Ex eo qđ repugnat & contrariatur charitati Dei, quia per hoc derogatur diuinæ bonitati. Vnde & Leui. 24. dicitur. Quicunque blasphemauerit nomen domini morte moriatur. Sed pœna mortis non infligitur nisi pro mortali, Et est contra primum, vel secundum præceptum decalogi. Verum est tamen secundum Thom. quòd cum quis ex subita passione prorumpit in verba blasphemiæ non aduertẽs hoc quod dicit esse blasphemiam, vt quia non considerat significationem verborum non esse, tunc peccatum mortale. Sed si aduertatur hoc esse blasphemiam considerans significata verborum ex eo quòd subito impetu iræ hoc faciat vel ex praua consuetudine non propter hoc excusatur a mortali quamuis cito doleat de commisso, sicut nec excusatur ab homicidii reatu qui ex subita ira percutit proximum. ¶ Et est istud grauissimum peccatum. Et ratio est secundum Thom. vbi supra art. 3. quia blasphemia opponitur confessioni fidei, & iõ habet grauitatem infidelitatis, & aggrauatur si superueniat detestatio voluntatis, & adhuc magis si prorumpat in verba, sicut laus fidei augetur per confessionem, & dilectionem. Vnde cum infidelitas sit maximum peccatũ secundum genus suum, ita etiam blasphemia. Vnde & glo. Esa. 18. dicit quòd omne peccatum blasphemiæ comparatum leuius est, & quantum quidem ad obiecta peccati grauius est quam homicidium, quia blasphemia est directè contra Deum, homicidiũ contra proximum. Quantum verò ad effectum nocumenti præponderat homicidium blasphemiæ: quia plus nocet. In grauitatem autẽ peccati magis attenditur intentio voluntatis peruersæ, quæ videtur esse maior in blasphemia cum intendat nocumentum honoris diuini, quam in homicidio. De blasphemia quę alio modo dicitur maledictio, vt cum dicitur maledictus sit Deus, & huiusmodi habetur supra. in c. de maledicis in ti. de ira.

Conuitiũ Deo inferẽs.

¶ De blasphemia potest exponi illud psalmi. §. 1.
74. Nolite extollere in altum cornu vestrum scilicet superbiendo. Nolite loqui aduersus Deum iniquitatem, scilicet blasphemando, quia scilicet Deus confringit cornua superbiæ & punit blasphemos. Blasphematur autẽ Deus multipliciter non solum ab infidelibus: sed etiam a populo qui dicitur fidelis & frequenter. De quo ipsæ conquæritur Esa. 52. Et iugiter nomen meum tota die blasphamatur & hoc multipliciter.

¶ Primo blasphemant aliqui Dei ꝓuidentiã.
¶ Secundo blasphemant aliqui Dei potentiã.
¶ Tertio blasphemant aliqui Dei iustitiam.

Blasphemia Dei mortale

¶ Quantum ad primum. Blasphemant aliqui §. 2.
Dei prouidentiam qui dicunt Deum non habere prouidentiã de rebus seu actibus humanis: sed omnia euenire hominibus a fortuna & casu, in quorum persona dicit Iob. Circa orbem cęli perambulant, nostra aũt non cõsiderat. Vnde libro 3. de falsa sapiẽtia de Epicuro philosopho sic ait. Videbat Epicurus bonis semper aduersa accidere, paupertates, labores, exilia, carorum amissiones, malos contra bonos esse, augeri potentia, honoribus affici, videbat innocentiam minus tutam, scelera impunè committi, videbat si-

Prouidentia Dei blasphematur.

ne delectu morum, sine ordine, ac descrimine annorum seruire mortem, sed alios ad senectutem peruenire, alios infantes rapi, alios robustos interire, alios in adolescentiæ flore in maturis annis extingui, in bellis meliores potius vinci, & perire, maximè autem cõmouebat hoies in primis religiosos grauioribus affici malis, his qui oino Deum negligerent, aut non piè colerent, vel minora mala, & incõmoda euenire vel nulla. Et subdit. Cũ hæc cogitaret Epycurus earum rerum velut malitia indutus. Sic.n.cãm rationem q; videbatur ignoranti, æstimauit nullam esse prourdẽtiã, nullamq; Dei iustitiam. Hæc ille. Sic & Seneca in tragedijs postquam cõmendat Deũ de regimine & gubernatione vniuersi, & ordine rerum aliarum, cõqueritur q; de rebus humanis non vr curare dicitus. Cur idem. i. Deus q tanta regis sub quo vasti pondera mũdi librata suos ducunt orbes hoium, minime ades seeurus, non sollicitus prodesse bonis, nocuisse malis. Res humanas ordine nullo fortuna regit, spargitque manu, munera cęca. Peiora fouens. Vincit sanctos dira libido. Fraus sublimi regnat in aula, tradere turpis fasces. Populus gaudet, eosdem colit, atque odit; tristis uirtus, peruersa tulit præmia recti, cultos sequit mala voluptas, vitioque potens regnat adulter. Vnde & Boetius in primo de philosophica consolatione in persona horum ait. O stelliferi conditor orbis, qui perpetuo nixus solio, rapido cęlum turbinæ uersas &c. Et infra. Oia certo fines gubernas. Solos hominum respuis actus. Merito rector cohibere modo. Nã cur tantas lubrica versat fortuna uices. Præmit insontes debita sceleri noxia pęna ac peruersi residẽt celso more solio. Sancta q; calcant iniusta vice colla nocentes. Latet obscuris condita virtus, clara tenebris. Iustusq; tulit crimen iniqui. Nil periuria, nil nocet ipsis. Fraus mendacn compta colore &c. Sed põt ipsæ dicere quotidie quod semel incarnatus ait Iudæis. Quis de uobis arguet me de peccato? Io. 8. scilicet ignorantiæ vel impudentiæ aut iniustitiæ certè nullus. ¶ Et quod non possumus Deum inculpare de aliquo uel arguere, sed omnia quæ facit bonis & malis bene facit, tribus rationibus potest ostendit secundũ Ioannem dominici in sermone.

¶ Primo propter diuini operis profunditatẽ.
¶ Secundo ,ppter nostræ mentis tortuositatẽ.
¶ Tertio propter Dei summam rectitudinem & claritatem.

Deum non põt argui.

¶ Primo etenim dico, q; non possumus Deũ arguere pp suorum operum profunditatem. Sunt.n. opera Dei tam alta, tam profunda, qđ non possumus per nos inuestigare. Et non solum alta sua opera non possumus compręhẽdere, sed nec minima & vilia valent a nobis perfectè cognosci. Vnde quare granum milii sit rotundum, & granũ ordei oblongum, omnes mundi sapientes nescirent dicere. Et similiter quare granum frumẽti sit scissum ex vna parte, & ex alia non, nullus sapiens posset sufficienter rationem assignare, & sic circa quãlibet paruam rem possent infinitæ moueri quęstiones quas nescires explicare, tantam abyssum sapientiæ posuit Deus in istis suis creaturis. Si ergo in istis creaturis inferioribus, & magis vilibus est tanta profunditas, quanto magis aliæ res altæ & profundæ. Quomodo ergo tu vilissima creatura præsumis reprehendere Deum, quare istum fecit Christianum, illum Iudæum, illum reprobat, istum elegit, quare bonis mala & malis bona eueniunt. Vide miser ne intres hoc pelagus, qa submergeris. Et ideò dicebat Apost. ad Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei quam incompræhensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Viæ eius sunt opera eius, & hæ inuestigabiles, i. non cognoscibiles a nobis inuita ista ,ppter profunditatem earum. Hinc & Aug. quærens quare dominus non fecit signa in Tyro & Sydone, de quibus dicit Christus, q; si in terra illa fecissent quæ fecit ipsæ in Iudæa fuissent conuersi, & Iudæa in qua fecit illa miracula, non est cõuersa ad pœnitentiam prout dicitur Math. 11. Dicit Aug. Nam si rationem facti profunditatem iudicii eius pẽetrare non possumus, manifestissimè tñ scimus, & verum esse quod Deus dixit & iustum esse quod fecit. 23. qõ. 4. Nabuchodonosor. De tyrijs. ¶ Secunda ratio quare nõ possumus Deũ inculpare est pp nostrę mentis tortuositatẽ. Sumus.n. oẽs torti nõ recti, & distortũ & non rectũ est iudiciũ nrm, & iõ male iudicamus, sicut qui ponit baculũ in aqua, sibi videtur q; sit tortus, qui tñ non est, sed defectus in visu suo. Et sic oculus iudicat de rebus coloratis, secundum quod est in eo. Dicunt philosophi q; lux siue pupilla oculi non est colorata, nec vllũ colorẽ debet habere in se, vt bene videat res prout sunt. Vñ si in oculis esset aliqs humor, & portares ante eũ pannũ rubeũ, vel azurreum videretur tibi obscurus, sic est de oculo nostri intellectus, quia in eo est humor nostræ concupiscentiæ & malus humor, scilicet cupiditatis mundi, quia vellemus illi mala contingere, quem odimus illi bona quẽ amamus, & quia non est sic eue

nit

nit ut uellemus, ideo malè iudicam⁹ de Deo, & dicimus Deum iniustum vel non habere curam de bonis & prouidentiam. Sed remoue prauum humorem & videbis rectè. Sic fecerũt & faciũt serui Dei, q̃a enim remouẽt a se amorem a reb. mũdi, ideo videtur eis qđ quicquid & fecerit facit rectè & optime facit & concordant se in omnibus cum uoluntate dicidicentis Illud propheticum. Omnia q̃ fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi & mandatis tuis non obedtuimus. Sed peccatores iudicant sicut infirmi, quibus dulcia amara vidẽtur, & econtra. Sic dicimus tribulationes, paupertatem, infirmitatem esse amaras & malas, sed serui Dei oppositũ. ¶ Tertio ratio quare Deum in culpare non possumus est, quia ipsæ est summa rectitudo & mẽsura omniũ rerum. Vnde dicunr philosophi & sancti quod quælibet res habet mensurã nõ dico solum mensurã causarum ut in panno & sextariorum ut in bladis, sed sunt multæ aliæ mẽsurę & regulæ. Mẽsura caloris secundũ sapiẽtis est ignis, quia nulla res est ita calida sicut est ignis, & ideo res tanto est calidior, quanto magis appropinquat caliditati ignis. Sic mẽsura oĩm lucentium est sol, quia sol est lux intensior, omnibus aliis lucidis & ideo omnes alię res lucidæ habẽt mensurã ab illa luce, & res illa est magis lucida, q̃ magis appropinquat ad lucẽ solis. Sic mẽsura omnium uenalium est aurũ, quia secundum ipsum mensuratur, & ponit prętiũ rebus. Nunc aũt ad propositum dicũt sancti & philosophi quod regula nostræ volũtatis ẽ lex q̃ est tanquam quidã oculus qui habet dirigere uoluntatem Lex autẽ humana processit ab imperatore a sua uoluntate, sed ipsæ fuit peccator, vt cęteri homines & ideo aliquando errauerunt in condendis legibus nõ rectis. Oportet ergo, q̃ sit vna voluntas summa absque ullo peccato & defectu. Et istam dicunt omnes esse uoluntatẽ diuinã, quæ nõ potest esse magis recta & nulla rectitudo est super eam. Et sicut ignis non potest perdere suum calorem, & sol suum splendorẽ, sic voluntas Dei quę regula est omnis rectitudinis, nõ pót effici torta, uel curua, seu obliqua aut iniusta, seu praua, vnde quicquid agit rectè & iustè agit. Nos aũt in uita pśenti pp prauitatẽ, & cæcitatẽ intellectus nostri nõ possumus plenè cognoscer ista Sed in alia uita cũ uidebimus eũ sicuti est, apertè cognoscemus q̃ omnia quæ facit & fecit Deus cũ maxima sapĩa & rectitudine facta sũt, & quod ait Salo. Ecclc. 3. Cũcta facit bona in tpe suo. Nolite ergo loqui aduersus Deũ iniquitatem. S. blasphemãdo ipsum tãquam nõ hẽat ꝓuidẽtiã de humanis, vel non rectè prouideat.

Deus est summa mẽsura omniũ.

Mensura uenaliũ dicit aurum.

¶ Quantum ad secũdũ Blasphemant aliqui druinam potẽtiam, ut illi qui dicũt. Deus nõ pót facere hoc vel illud, ac si non esset omni potens cũ tñ dicatur. Exo. 15. Omnipotens nomen eius. Omnia enim potest nisi quę importãt defectum, & imperfectionẽ, vel quæ implicant contradictionem secundum Tho. in prima parte. Nam posse peccare, uel mori vel errare, & hmõi non est posse, sed impotẽtia. Vñ Hier. Solus Deus ille omnipotens est, q̃ cũ omnia possit, hoc solum nõ potest cuius posse nõ est aliquid posse, sed non posse. S. peccare, de pæ dis. 2. §. fi. Et idem dicit quod cum omnia possit Deus hoc nõ potest. S. uirginem suscitare post ruinam. 22. q. 5 si Paulus. Hoc n. implicat contraditionẽ, scilicet quod aliqua sit corrupta, & virgo, id est non corrupta. Potest igit Deus oia facere quę uult. Sap. 21. Subest enim tibi posse cum uolueris. Punuit dominus plurimos blasphemantes Dei potẽtiam, ut patet in Sennacherib rege Assyriorum. Cum enim uenisset in Iudęam, & quæreret capere Hierosolimam ciuitatem principalẽ vbi regnabat Ezechias misit nũcios Rapsacen & quosdam alios qui locuti sunt non solum nunciis. Ezechię, sed etiam publice ad populum ciuitatis, qui erant in muris ciuitatis ut audirẽt & rebellarent se Ezechie ut traderent ciuitatem, & se in manib. Sennacherib. inter cętera dicentes. Nõ te decipiat Deus tuus, in quo cõfidis dicens. Nõ dabit Hierusalẽ in manu regis Assyriorum. Nũq̃d eruerũt dii gentiũ populos quos subuerterũt patres nostri? Et ad populũ dicebant. Non cõturbet te Ezechias dicens Dominus liberabit nos. Qui est ex omnibus diis terrarũ, qui eruerit terram suam de manu a me ut eruat dominus scilicet Deus vester Hierusalem de manu mea? Et sic blasphemabãt Dei potẽtiã, quasi nõ posset liberare eos ab ipso. Ezechias autem rex sanctus homo ad orationẽ confugit & ad Esaiam prophetam misit, ut oraret Deũ pro populo. Cui respõdit Esaias ex parte Dei loquens de Sennacherib. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem tuam. Ad sanctũ Israel. Et infra. Superbia tua ascendit ad aures meas, ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenũ in labiis tuis, reducam te per viam per quam uenisti quod & factum est. Nam in una nocte ab angelo domini occisa sunt centũ octo

§. 3.

Blasphemat potentia Dei.

De punitionem blasphemiam

gintaquinque milia exercitus. Sennacharib, & reuersus ipse in Niniuē occisus est a filiis suis in tēplo Dei sui. Habentur omnia hæc. Esa. 37. & 4. Regum. 19 ¶ Petrus etiam Damianus vt narrat Vincentius in speculo historiali. Ad idē ponit hoc exemplum. Duo amici & compatres in Bononiæ partibus cū discumberent in conuiuio allatus est gallus, quod pulmētum unus eorum arrepto gladio in frusta defecuit, tritumq, piper cum liquamine super fudit. Quo facto alter ait. Profecto compater sic explicuisti gallum istum, vt sanctus Petrus si uelit reintegrare nō possit. Cui alter subintulit, planè non modò si sanctus Petrus sed si Christus ipse imperet gallus iste in perpetuum non resurget. Ad hanc vocem repentè gallus uiuus coopertus plumis exiliuit, alas pereussit, & cecinit, & plumas excussit, totumq; liquamen super eos q̄ vescebantur aspersit. Illico sacrilegi blasphemi in aspersione piperis lepra perfusi sunt q̄ plaga lepræ in posteris eorum hæreditaria permansit vsq; in obitum. Vnde in famulatum subacti sunt Bonienſis ecclesiæ quę beati Petri insignitur uocabu. Hęc ille. Nolite ergo loqui aduersus Deum iniquitatem.

Exēplū blasphemiæ.

§. 4.

¶ Quantum ad tertium. Blasphemāt aliqui Dei iustitiā dicētes Deum iniustum, cū multum affligit aliquos & crudelem. In quorum persona ait Iob. 30. Mutatus es mihi in crudelem, cum tamen sit iustissimus & clementissimus ps. 10. Iustus dominus & iustitias dilexit, æquitatē uidit uultus eius. Hæc est blasphemia dānatorum in inferno. Vnde dicitur Apoc. 16. Aestituauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen domini habentis potestatem super has plagas. Vbi dicit glo. Quod in inferno positi quamuis sciant se pro merito puniri, dolent tamen qd Deus habeat tanta potentiam, quod plagas eis inferat. Pro cuius declaratione dicit Tho. 2. 2. q. 13. ar. 4. Quod cum ad rationem blasphemiæ pertineat detestatio diuinæ bonitatis, illi qui sunt in inferno retinēt peruersam uoluntatem auersam a Dei iustitia in hoc quod diligunt ea pro quibus puniuntur, & uellent eis uti si possent, & odiunt pœnas quæ pro huiusmodi peccatis inferuntur, & dolēt de peccatis quæ commiserunt non quod ipsa odiunt, sed quia pro eis puniuntur. Et talis detestatio diuinæ iustitiæ est etiam eis interior blasphemia. Et credibile est quod post resurrectionem erit in eis etiam uocalis blasphemia sicut in sanctis uocalis laus Dei. Ex tali tamen blasphemia non demerentur, q̄a in alia uita non est locus merēdi, uel demerendi, sed recipiendi secundum merita. Vnde sicut in beatis bona eorum opera quę tibi agunt, nō sunt meritoria, sed pertinentia ad prę̄mium beatitudinis eorum. Ita in damnatis in ala eorum opera ut blasphemare, & odire Deum, & huiusmodi non sunt demeritoria, sed pertinentia ad pœnam damnationis suę. Qui ergo blasphemant Deum, uel ex tribulationibus reputantes iniustum uel alio modo, officium & artem faciunt dā natorum. Vnde multum habebant de sua damnatione timere Iudęi, quando audiebāt Deum blasphemare, præ horrore sceleris scindebant uestimenta sua, uel claudebant aures suas ne auditent. Nabuchodonosor uisu miraculo, scilicet de euasione trium, iuuenum, Ananię, Azariæ, & Misahelis de fornace ignis, fecit edictum per regnum suum, cum tamen esset paganus, quod quicunque blasphematet Deum illorum, q̄ est Deus noster Deus uerus grauiter punirētur.

Iustitia Dei blasphematur.

Nabuchodonosor Horruit blasphemiam.

¶ De *blasphemia in spiritumsanctum & sex speciebus eius. Cap.* 8.

QVia peccatum blasphemiæ conuenit in nomine cum peccato blasphemiæ in spiritumsanctum, & peccatum inuidię cum inuidentia fraternæ gratiæ quæ est species blasphemiæ in spiritumsanctum, & odiū Dei cum odio proximi, quamuis realiter, & specificè differant, ideò nunc de blasphemia in spiritumsanctum hic agitur. ¶ Circa quod videndum est quid sit, & quot sunt species eius & quomodo dicatur irremissibile. ¶ Dicit b. Tho. 2. 2. q. 14. quod de blasphemia in spiritumsanctum tripliciter aliqui loquuntur. Antiqui enim doctores, scilicet Athanasius, Hylarius, Ambrosius, Hieronymus, & Chrysostomus dicunt peccatum esse in spiritumsanctum, quando ad litteram aliquid blasphemum dicitur cōtra spiritumsanctum siue spiritussanctus accipiatur prout est nomen essentiale conueniens toti trinitati cuius quælibet persona, & est spiritus, & est sanctus, siue prout nomen personale conueniens uni in trinitate personæ. Et secundum hoc distinguitur Matth. 12. Blasphemia in spiritumsanctum contra blasphemiam in filium hominis. Christi enim operabatur quædam humanitus comedendo, bibendo,

Blasphemia est detestari diuinæ bonitatis.

Blasphemia in spiritūsanctum dr tripliciter.

do,& alia huiuſmodi faciendo. Et quædam diuinitus ſcilicet dæmones eiiciendo, mortuos ſuſcitando & huiuſmodi, quæ quidem agebat,& per virtutem proprię diuinitatis, & per operationem ſpirituſſancti quo ſcđm humanitatem erat repletus. Iudęi autē primo dixerunt blaſphemiam in filium hominis cum dicebant eum uoracem potatorem, & huiuſmodi ut habetur. Mat. 11 Poſtea blaſphemauerunt in ſpiritumſanctum cū opera q̄ faciebat uirtute ſuæ diuinitatis,& uirtute ſpirituſſancti attribuerāt Beelzebub, & propterea dicuntur blaſphemaſſe in ſpiritumsāctum. Augu. autem in lib. de uerbis domini, Accipit blaſphemiam ſeu peccatum in ſpiritumſanctum pro finali impœnitentia, quando. ſ. quis perſeuerat in peccato mortali vſque ad mortem incluſiuē, quod quidem fit non verbo oris tantum, ſed & cordis,& operis,nō uno,ſed multis. Hoc autē verbum ſic acceptū dicitur contra ſpiritumſanctum, qa eſt contra remiſſionem peccatorum, quę fit per ſpiritumſanctum, qui eſt charitas patris & filii. Nec hoc dixit dominus iudæis, quaſi ipſi peccarent in ſpiritumſanctū, nōdū enim finaliter erant impœnitentes, ſed admonuit eos, ne taliter loquentes ad hoc uenirent, q̄ in ſpiritumſanctum peccarent. Et ſic intelligendum eſt quod dicitur Matt. 12. vbi. poſtquam dixerat dominus. Qui blaſphemauerit in ſpiritūſanctum, &c. Subiungit euangeliſtam, quoniam dicebāt. Spiritum immūdū habet. Illi autem qui differunt conuerſionē ſuam, & pœnitent iā v ſq; ad infirmitates graues exponunt ſe magno periculo, huius peccati finalis impœnitentię, quia rara eſt tunc uera conuerſio ad Deum, quia non videtmo uert amore, ſed timore ſeruili, qui nō ſufficit ad ſalutem. Oportet enim (ait Aug. in lib. de pœnitentia) non ſolum Deum timere iudicē ſed ut anxietur pro gloria. i. diligere gloriam Dei. Et ideò inquit idem. Multos ſolet decipere ſerotina pœnitētia, de pœ. d. i. 7. per totū.

Secūda opinio.

Alij aliter accipiunt dicentes blaſphemiā eē in ſpiritumſanctum qñ quis peccat cōtra appropriatum bonū ſpirituſancto. Ei attribuitur bonitas ſicut patri attribuitur potentia, filio ſapientia, vnde peccatum in patrem dicitur peccatū ex infirmitate. i. ex paſſione, peccatum in filium ex ignorantia, peccatum in ſpiritumſanctum quando peccatur ex certa malitia non ſolum ex certa ſcientia, quia hoc etiam accidit in peccato ex infirmitate, ſed ex ipſa electione mali, quod poteſt contingere dupliciter. Vno modo ex inclinatione habitus vitioſi, qui dicitur malitia, & ſic nō eſt idem peccare ex malitia quod peccare in ſpiritū ſanctum ſumendo peccatum in ſpiritūſanctum propriè prout eſt ſpeciale peccatū, ſed largè quod contingit fieri ſecundū omne genus peccati, & hoc vtiq; aggrauat peccatum, ſed non eſt ſpeciale peccatum. Alio modo peccatur per malitiam ex eo, quod p contemptum abiicitur & remouetur id quod electionem peccati poterat impedire, ſicut ſpes per deſperationē & timor per præſumptionem, & huiuſmodi Hæc autē omnia quę electionē peccati poſſunt impedire ſunt effectus ſpirituſſancti in nobis. Vñ ſic peccare ex malitia eſt peccare in ſpiritūſanctum. Et ſic eſt intelligendum quod dicit magiſter in ſecū do ſententiarum diſ. 43. ſ. quod ille peccat in ſpiritumſanctum cui malitia per ſe placet. ſ. abiiciendo per contemptum ea quę poterat impediri a peccato, puta cum aliquis intēdit committere aliquod peccatum, & occurrunt menti aliqua inſtigationes, ſeu cogitationes timoris. vel ſpei, vel conſiderationis inordinationis peccati, & miſeriæ eius, conatur ad repellendum tales inſtigationes contemnēdo eas ut liberius, & effrenatius peccet. ¶ Secundū q̄ blaſphemia in ſpiritumſanctū eſt ſpeciale genus peccati. i. ſecūdū tertiā acceptionem, videlicet peccare ex malitia per cōtemptum eorum quæ poſſunt hominem impedire a peccato, ſic ſunt ſex ſpecies huius peccati ſcđm magiſtrum ſententiarum libro ſecundo, diſtinct. 43. videlicet præſumptio, deſperatio, impugnatio ueritatis agnitæ, inuidentia fraternę gratiæ, obſtinatio, & impœnitentia. ¶ Et de iſto peccato poteſt illud pſ. 67. intelligi. Dicit dominus ex Baſan conuertam conuertam in profundum maris.

Ex malitia peccare.

Thema ſermonis.

¶ Nicolaus de Lira exponit hoc de deſtructione Hieruſalē & Iudææ dicit. n. q̄ Iudæa in qua metropolis ē Hieruſalē. i. principalis, & caput illius, puincię ē ſita ex vna parte ſup Iordanē iuxta qua eſt terra Baſan, & ex alia parte habet mare mediterraneum. Veſpaſianus igitur miſſus a Nerone Imperatore contra Iudæā quæ ſe rebellauerat Imperio Romanorum congregauit exercitus hominum ex utraque parte ſcilicet aliquos tranſeuntes per terram Baſan, & aliquos per mare ad obſidendū & pugnandum cōtra Hieroſolymā. Dicit ergo pſalmiſta ad hoc notandū. Dixit dominus. i. diuina diſpoſitione factū, hoc enim dicere Dei facere eſt cōuertā. i. uertā, & dirigā exercitus Romanorum uenientes per terram Baſan, & conuertam, ideſt dirigam

alios

alios exercitus eorum in profundum maris, ideſt veniẽtes p profundũ mare, & vertã eos ſcilicet exercitus contra Hieruſalẽ ita crude liter ut intingatur pes tuus. i. habitãtis in ea in ſanguine occiſorum, ideſt ut ambulãtes in ea intingant pedes ſuos in ſanguine effuſo. Tanta enim fuit occiſio ſecundum Ioſephũ vt peruenirent ad decies centena milia occiſi gladio, & lingua canam exinde intincta ẽ ẽt in ſanguine eorum lãbentium ipſum ſangui nem ſecundum morem ſuũ. Hæc Nicolaus.

Iudæi triplici ter peccauerũt in ſpiritumſan ctum.

Hoc autem euenit illis tantum ſcilicet exter minum, nõ ſolum quia Chriſtum occiderũt quia eis dimiſiſſet tantũ ſcelus ſi cõuerſi fuiſ ſent, ſicut indultum fuit Longino Cẽturioni & alijs pœnitentibus ſuper hoc Sed quia pec cauerunt in ſpiritumſanctum ſecũdum tri plicem expoſitionem ſupra poſitam. ¶ Nam quantũ ad primum attribuerunt Beelzebub principi dæmoniorum operationem miracu lorum, expulſionem dæmoniorum, q̃ Chri ſtus inquantum homo faciebat in virtute ſpi rituſancti. ¶ Quantum ad ſecundam acce ptionem perſeuerauerunt in ſua perfidia iu dei nolentes credere in Chriſtum vſq; ad mortem incluſiuè & ſucceſſores eorũ. ¶ Quã tum ad tertiam, quia fuerunt obſtinati, im pœnitẽtes, inuidẽtes fraternæ gratię & impu gnantes veritatem agnitam in ſcripturis de meſſia & ideò meritò grauiſſimè puniti ſũt in hoc ſæculo & etiam in inferno. Sed gloſa, in continuo ſic breuius exponit, & etiam ad poſitum. Dixit dominus. Ego conuertam te vel alios homines ex Baſan exiſtentes. Ba ſan interprætatur ſiccitas vel confuſio, ideſt ex ſiccitate gratię & confuſione peccatorum venientes & conuertam nõ ſolum hos, ſed e tiam in profundum maris exiſtẽtes homines deſperatiſſimos & obſtinatiſſimos in profun dum peccatorum exiſtentes, quod pertinet ad peccatum in ſpiritum ſanctum. Et ita con uertam te ad me, vt pes tuus, ideſt affectus in tingatur in ſanguine Chriſti, ideſt affectu deuotionis habeas ad Chriſti paſſionem, & particeps ſis fructus eis, ſcilicet veniam & re miſſionem peccatorum percipiendo. Dicere autem domini eſt facere, & ſecundum hoc poſſunt tria notari de peccato in ſpiritum ſanctum.

¶ Primum eſt q̃ habet in ſe nimiam grauita tem, quia dicitur in profundum.

¶ Secundum eſt q̃ habet ad eam malitiæ prę parabilitatem, quia dicitur ex Baſan

¶ Tertium eſt qđ habet veniam & remiſſibi litatem, quia dicitur. Conuertam.

¶ Quantum ad primum. Status peccati dici §. 1.
tur mare propter inquietudinem quam in-
ducit. Vnde dicitur Eſa 57. Cor impij quaſi
mare feruens quod quieſcere nõ poteſt. Pro Grauitas peccati in ſpiritũſanctũ.
fundũ huius maris eſt maxima grauitas eius
quam habet in ſe peccatum in ſpiritumſan-
ctum. Vnde dicit Salomõ prouerbio. 18. Im-
pius cum in profundum peccatorum uenerit
contemnit. Et hoc eſt propriè & ſtrictè pecca
tum in ſpiritumſanctum, peccare ex malitia
contemnendo videlicet, & abijciendo ea per
quæ poſſet retrahi peccato. ¶ In profundum Sex ſpecies pec cati in ſpiritũſanctũ.
ergo deſcendunt peccantes in ſpiritumſan-
ctum, quod fit ſex modis ſeu ſpeciebus ut di
ctum eſt. Quę ſpecies diſtinguuntur ſecun-
dum remotionem vel contemptum eorum,
per quæ poteſt homo ab electione peccati im
pediri, quæ ſunt uel ex parte diuini iudicij,
uel ex parte donorum eius, vel ex parte ip-
ſius peccati ſecundum Tho. ſe. ſe. q. 14. arti. 2.
Auertitur homo enim a peccato ex conſide-
ratione diuini iudicij, quod habet iuſtitiam
cum miſericordia, per timorem qui inſurgit
ex conſideratione diuinæ iuſtitiæ, punientis
peccata homo retrahitur a peccato. Vnde Sa
lomõ. Per timorem domini omnis declinat
a malo. Naturaliter enim quilibet horret pę
nas. Cum enim conſiderat quod propter pec
catum debet puniri a Deo, & ſeueriſſimè pæ
na æterna, nec poteſt euadere manus eius.
Propter quod dicit Apoſtolus ad hæbreos ca.
decimo, quod horrendum eſt incidere in
manus Dei uiuentis. Et deuteron. 32. Non
eſt qui de manu mea poſſit eua dere (ait do-
minus) Nec ergo in curret quis inpęnas ærer
nas ſecundum quod exigit Dei iuſtitia ca- Pręſum
ptio.
ueat ſibi a peccatis. ¶ Sed iſtè timor abiicit
& contemnitur per illam ſpeciem blaſphe-
mię in ſpiritumſanctum, qnę dicitur pręſum
ptio quę non conſiſtit in hoc q̃ iuſtitia Dei
denegetur corde vel ore, ideſt quod credat
ipſum non punire peccata, quia hoc perti-
net ad infidelitatem. Sed in hoc quod con-
temnit ipſam conſiderationem diuinæ iuſti
tię puta cum intendit aliquod peccatum per
petrare, & inſtigatur mens eius, & moue-
tur ad conſiderandum iuſtitiam Dei punire
grauiter tale peccatum mens ipſa contem-
nit, & conatur abiicere illam inſtigationem
timoris, quod tangitur ex diuinæ iuſtitiæ cõ
ſideratione, quaſi ſibi perſuadendo, quod
non puniat, vt liberius peccet, & ſic præſu-
mit ueniam ſine pœnirentia ad ipſi, uel glo
riam ſine meritis, & hęc eſt ſecũda ſpecies pec
cati ſpiritumſanctum. Cum tamen dicat re-

gula

gula iuris in 6. Venia non datur nisi correcto, sad pœnitentiam. Et Aug. Ita impartitur a Deo largitas misericordiæ, quòd non deseratur seueritas disciplinæ de pœ. dist. 1. §. Neminem. ¶ Et si liber homo ambulans per viam iuxta quam est fouea profundissima proijceret se in eam non est liber ad exeundum nisi alterius adiutorio, ita & in foueam peccati quod ad infernum ducit liber est quilibet per se ad intrandum: sed non ad egrediendum, nisi Deus porrigat ei manum gratiæ. Quod agnoscens ps. 143 dicebat. Emitte manū tuā de alto, eripe me & libera me de aquis multis scilicet vitiorum, quia scilicet per me non valeo. Hac præsumptione videtur fuisse deceptus Ioachim filius Manasse regis Iuda. Cū enim vidisset patrem eius Manassem per plurimos annos sceleratissimè vixisse in omni genere mali, vt Esaiam nobilissimum prophetarum, serra lignea secari fecerit, & ciuitatem Hierusalem impleuerit sanguine prophetarum, & idololatrare fecerit populum, & alia innumera mala circa finem regni sui de captiuatus recognouit scelera sua pœnitentia agēs, & Deus indulsit ei, vt patet. 4 Reg. 21. æstimauit ergo forte sic posse transire in mundo isto, vt malè viuendo per multum temporis postea ad placitum suum ad pœnitentiam rediret, vel de facili Deus ei ignosceret vt patri. Sed præsumptio ista decepit eum. Nam cum vitiis esset deditus, propter malum regimen eius fuit interfectus a populo, & malè finiuit dies suos. Per spem etiam quæ consurgit in mente hominis, ex consideratione diuinæ misericordiæ remittentis peccata, & præmiantis bona homo retrahitur a peccato seu resurgit a peccato. Sed hæc spes tollitur per desperationem de diuina misericordia non scilicet quod non credat Deum velle vel posse relaxare peccata quæcunque ad pœnitētiam redeūti, quia hoc pertineret ad hæresim, sed quia contemnit talem considerationem, vt cū inspiratio tangit cor peccatoris vt desistat, & pœniteat, cum Deus semper sit paratus recipere peccatorem quemcumque reuerentem ad pœnitentiam, abiicit ille & conatur expellere illam inspirationem persuadens sibi Deum nō sibi ignosciturum, aut saluaturum eum: sed esse reprobum & damnandum, vt sic effrenatius peccet, ex quo damnandus est. Et istud est pessimum omnium malorum, in quo incidit Cayn cū dixit reprehensus a Deo de fratricidio perpetrato. Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear. Gen. 4. Sed vt dicit Aug. De nemine desperandū est quamdiu patientia domini ad pœnitentiam inducit, seu dum est in hoc corpore constitutus, vt dicit Leo papa 26 q. 7. Ista enim est differentia inter spiritum vnitū carni, & separatū a carne: quia vnitus carni semper est susceptibilis pœnitentiæ, separatus non. Sicut enim liberū arbitriū hois verti pōt a quacunque virtute ad malū declinando, ita a quocunque malo ad bonū se conuertendo. Quod expræsse dicit dñs qui mentiri non potest. Ezech. 18. In qua cunque die conuersus fuerit peccator & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et Leo papa in decretis de pœ. dist. 1. c. Multiplex. Misericordiæ Dei nec mēsuras ponere possumus, nec tempora diffinire, apud quem nullus patitur moras conuersio. ¶ Periculosa igitur est desperatio vt dicitur 2. Regum. 2. & magis quam præsumptio. Ab vtraque autem cauendum est, nec ira præsumendum de eius misericordia, tanquam mala nō puniat, nec desperandū de uenia tanquam conuersis peccatoribus non parcat. Misericors enim & miserator dominus iustus ait psalmista 110. Inter timorem ergo & spem debemus ambulare. In cuius figuram dominus mandauit in veteri lege Deutero. 24. vt non sumeretur pro pignore mola superior vel inferior, vt sic semper secum habeat in domo sua. Mola superior quæ comprimit materiam ne eleuetur significat & designat timorem quo quis timendo diuinam iustitiam mala punientem detinet eum ne eleuetur, & præsumat nimis de se, vel de Dei misericordia. Mola inferior quæ retinet materiam ne descendat significat spem quæ retinet mentem ne cadat in profundum desperationis. Conterenda aūt sunt peccata per dolorem inter vtrumque scilicet spem & timorem & separandum est furfur malorum a similia bonorum in operibus nostris per illa duo. ¶ Ex parte verò donorū Dei quibus retrahimur a peccato duo sunt ista, s. cognitio veritatis, & auxilium interioris gratiæ. Ex hoc enim quòd quis cognoscit veritatem circa aliquid faciendum vel vitandum, multum iuuatur ad vitandum peccatum, sicut econtra non cognoscendo non potest euitari malum. Contra hoc autem est tertia species blasphemiæ in spiritum sanctum quæ dicitur impugnatio veritatis agnitæ non cuiuscunque veritatis, vt circa naturalia vel artificialia vel temporalia in litigiis, sed impugnatio veritatis agnitę circa ea quæ sunt fidei, & bonorum morum. Si quis conuictus ratione alterius de aliquo suo errore circa fidem perpendens errorem suum permanet & perseuerat.

Per se nemo pōt exire de peccato.

Desperatio.

Periculosa est desperatio.

Impugnatio veritatis agnitę.

rat ad defendendū ipsum ne videatur erraſſe, vel etiam cum perpendens ſeu inſtigatus vel illuſtratus aliquod eſſe peccatum mortale, ut vſuram, fornicationem, & huiuſmodi, vt libe rius peccet repellit & abijcit illum inſtinctū, vel etiam ore defendit talem errorem quem cognoſcit falſum eſſe. Vnde Auguſt. dicit in libro de vnico baptiſmo. Qui contempta veri tate vult ſequi conſuetudinem, aut circa fra tres eſt malignus quibus veritas manifeſtat, aut circa Deum ingratus, cuius inſpiratione regitur eccleſia. diſt. 8. Qui contempta. Quod ſm Thomam pertinere videtur ad peccatum in ſpiritumſanctum. Et Cyprianus diſt. ea. c. Conſuetudo dicit. Qui poſt veritatem mani feſtatam in errore perſeuerat prudens & ſciēs iam non in venia ignorantiæ peccat, præſum ptione enim atque obſtinatione quadam niti tur cum a ratione ſuperetur. Ad hanc blaſphe miam deuenerunt Scribæ & Phariſei, qui cognoſcentes vel de facili valentes cognoſcere Chriſtum eſſe meſſiam eis in lege promiſsū, noluerunt credere vel confiteri, ſed contradicebant dicentes in Belzebub eum facere miracula quibus oſtendebat doctrinæ ſuæ veritatem & ſuam diuinitatem. Et iterum Lazarum reſuſcitatum ab eo voluerunt occidere, ad impugnandum veritatem ſuæ virtutis & hoc faciebant ne viderentur minus ſapientes, & ne amitterent oblationes & decimas a populo & huiuſmodi. Aliud donum Dei per qđ quis retrahitur a peccato eſt gratia diuina. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Rom. 3. Gratia enim Dei quis iuſtificatur, ideſt de impio fit iuſtus, & per ipſam vitat peccatum. Et q̄uis gratia, & veritas per Chriſtum facta ſit vt dicitur Ioan. 1. Tamen hoc fuit mediantib. donis ſpirituſſancti quæ dedit hominibus. Sicut autem contra virtutem eſt impugnatio veritatis, (vt dictum eſt) ita & contra gratiam.

Iudę in Chriſtū blaſphemauerunt dicētes eū facere miracula i Beelzebub.

¶Eſt & quarta blaſphemia in ſpiritumſanctū quæ dicitur inuidentia fraternæ gratiæ quę in hoc differt ab inuidia, quæ eſt vitium capitale, quia inuidia vitium capitale facit dolere, & cōtriſtari de bonis proximi inquantum ſecundum æſtimationem inuidentis falſam habent diminuere honorem, & reputationem eius. Sed inuidia fraternæ gratiæ quæ eſt peccatum contriſtatur & dolet non ſolū de bono proximi: ſed de gratia Dei creſcente in mundo, vt q̄ fides dilatetur, quod peccatores conuertantur ad Deum, a malis abſtineant, & huiuſmodi. Ad quam blaſphemia reducitur peccatum ſchiſmatis ſm Tho. Quia per fraternā gratiam, cui opponitur hæc inuidentia membra eccleſię vniuntur, ſed ſchiſma diuiſionē ab hac ponit. Vnde Aug. in lib. de ſermone dñi in monte dicit. Inuidiæ facibus fraternitatē impugnare eſt peccare in ſpiritumſanctum. Sed ſuper epiſtolā ad Rom. 2. dicit b. Tho. quod dona quibus quis retrahitur a peccato ſunt. Fides ſecundum illud Prouerb. 15. Per fidem purgantur peccata, & charitas ſecūdum illud prouer. 10. Vniuerſa delicta operit charitas. Contra primum eſt impugnatio veritatis agnitæ ſcilicet fidei. Contra quam fecerūt filii Iſrael in deſerto, quando adorantes vitulum aureum dixerunt. Hii ſunt Dii tui Iſrael qui te eduxerunt de Aegypto. Exod. 32. attribuentes dæmoni operationem Dei, ſcilicet liberationem ſuam. Contra ſecundum eſt inuidia fraternæ gratiæ, hac inuidia permoti Iudæi in Anthiochia videntes ſcilicet, q̄ plures conuertebantur ad fidem Chriſti per prædicationē Pauli concitauerunt religioſas mulieres & primiores ciuitatis excitātes perſecutionem in Paulū & Barnabā, & ſic eiecerunt de finibus illis Actu 13. Hac inuidia permotus Demetrius quidam nomine argentarius qui faciebat ædes deæ Dianæ. Gentilis enim erat & præſtabat magnum quæſtū artificibus ex illo opere, videns per prædicationem Pauli euacuari cultus deæ Dyanæ in Epheſo & introduci fidem, & gratiam Chriſti concitauit artifices oſtendens ex hoc ei auferri lucrum de arte ſua ad faciendam ſeditionem in ciuitate ut inde expellerentur vel occiderentur. Actuum 19. ¶Ex parte verò peccati duo ſunt quæ homines a peccato retrahere poſſunt quorum vnum eſt inordinatio, & turpitudo actus peccati. Aliud eſt breuitas & paruitas boni quod quis quærit in peccato. ¶Primum ergo ſcilicet conſideratio turpitudinis, & inordinationis peccati ſolet hoiem inducere ad pœnitentiam de peccato commiſſo. Nil enim turpius peccato. Adeò. n. turpe eſt & inordinatum, vt dicit Seneca, & ſi Ethnicus. Si ſcirem Deos ignoſcituros, & homines ignoraturos, ſcilicet peccatum meum, adhuc dedignare peccare. Non. n. propter aliud homo vtens ratione, non beſtialitate erubeſcit de peccato habet confuſionē niſi propter turpitudinem eius. Naturaliter autē homo horret & fugit quæ reputat turpia. Contra hanc autem conſiderationem ponitur quinta ſpecies peccati in ſpiritumſanctum, ſcilicet impœnitentia, non tamen ſumendo impœnitentiam prout importat permanentiam in peccato uſque ad mortem incluſiuè. Sic enim non eſt ſpeciale peccatum, ſed quędam circunſtā-

Inuidentia fraternæ gratiæ.

Impœnitentia.

tia

tia quę reperiri poteſt in oi peccato, vt dictū eſt in primo. §. Sed ſcdm qđ importat propoſitum non pœnitẽdi vnquam, de quo pcō ait Apoſt. ad Ro. 2. Tu āt ſecundum duritiā tuā, & ſecūdū impœnitẽs cor tuū theſaurizas tibi iram in die ire, id eſt accumulas tibi reatū pœnæ in die iudicij. Vbi dicit glo. quod ibi notatur blaſphemia in ſpiritūſanctum, ſcilicet impœnitentia. Et ad hanc impœnitentia ſecūdū Th. reducit ſimulata pœnitẽtia, q̄ dicitur blaſphemia in ſpiritū ſanctum ſecundū gloſam. Leuitici. 7. quod intelligo, ſcilicet cum quis nunquam intendit verè pœnitere, & confiteri, ſed ſemper ſimulatè & fictè. Nam quod aliquando quis fictè confiteatur ex quadam uerecundia intendens alias rectè confiteri, quāuis mortaliter peccet, non tamen peccat in ſpiritumſanctum. ¶ Aliud quod retrahit pcō ex parte ipſius eſt conſideratio breuitatis, & paruitatis boni, qđ eſt in pcō, quod. eſt momẽtaneū, & quaſi nihil, ſecundū illud ad Ro. 6. Quę fructū habuiſtis in his in quibus nūc erubeſcitis? Nam ſtipendia peccati mors, & omnis malus impletur pœnitudine. Dicit philoſophus in libro ethi. & Greg. in moralibus. Momẽtaneum quod delectat, ęternum quod cruciat. ¶ Illa igitur conſideratio ſolet homi nem inducere ad hoc quod uolūtas eius non firmetur in peccato. Sed tollitur hoc per obſtinationē, quando. ſ. homo firmat propoſitū ſuū in hoc q̄ pcō inhæreat. Et de hac obſtinatiõe & ipnia dr Hier. 8. Nullus eſt q̄ agat pœnitẽtiā ſup pcō ſuo dicẽs, qđ fecit? Quo ad primū oēs cōuerſi sūt ad cursū, quaſi equꝰ impetu vadēs ad pliū quo ad obſtinationē. Et ad hac oſtinationē reducit cōceptus ſeu nolle obedire ſuperioribus firmiter. Dicit n. Ber. i li. de diſpenſatiõe, & pœcepto, q̄ nolle obedire ẽ reſiſtere ſpiritui ſancto. Ad q̄ ẽt ptinet qđ dicit Damaſus pp̄. 15. q. 1. q̄ uiolatores canonū uolūtaria & ſine cauſa. i. pcōceptū ſeu rebellionē blaſphemiā inferūt ſpiritui ſancto a quo cōditi sūt. Hac obſtinatiõe & impnia detẽtus Pharao rex Aegypti poſt decē plagas, in quibus ut remouerent promittebat dimiſſionē populi Iſrael de Aegypto prout dominus ſibi mandauerat per Moyſen & Aaron. Adhuc obſtinatus manens, ipſæ cū excercitibus ſuis p ſequẽs pplm illū, quē dimiſerat ex morte primogenitorū oium in Aegypto hoim & brutorū, ut eū reduceret in ſuiturē, ſubmerſus ẽ cū ſuis. & ſic deſcẽderūt in pfundū. ſ. maris quaſi lapis, & p obſtinationē deſcẽderūt i p fundū in inferni. Sequẽdæ igit sūt bonę inſpirationes Dei q̄ ſunt a gra ſpūſſancti. ſ. conſideratio iuſtitiæ & miſericordiæ Dei, inſtinctus ueritatis, & charitatis, recogitatio turpitudinis peccati & paruitas fructus eius ſeu nullitas, & ſic uitandum peccatum, & de ipſo exeundum. Nam ut dicit Hieron. Moderatio Dei ac pietas ſolum noſtrum reditum quærit ac nos cupit lõga ſua bonitate ſaluare. Qđ ſi non cõuertimur, ſi duri colli ſumus, ſi uſq; in finē malis peſeueramus. Aſſiduè peccantium nō miſeretur Deus diſ. 93. Diaconi. Et ad hoc hortatur Apoſtolus dicens. 2. Corin. 6. Hortamur uos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, quæ eſt gratia ſpiritusſancti.

§. 2. Peccatū in ſpm̄ſanctū p̄ ſuppõit alia peccata.

¶ Quantum ad ſecūdum principale. ſ. q̄ peccatum in ſpiritumſanctum habet malitiæ p̄ parabilitatem. i. præſupponit aliam malitiā i. peccata ante perpetrationem ipſius, poteſt hoc notari in eo quod dicitur ex Baſan, q̄ interpretatur ſiccitas. ſ. humoris gratię a qua nō deſiccat ſeu priuatur anima niſi p̄ mortalia. Ex Baſan ergo. i. ex cōfuſiõe peccatorū & ſiccitate gratiæ homines deſcẽdūt in profundum maris. i. in peccatum in ſpiritumſanctū. Naturalis n. ordo hoc habet, ut ab impfecto quis moueatur ad perfectum. Et in bonis hoc apparet, quia vt dicitur prouer. 4. Iuſtorū ſemita quaſi lux ſplendens creſcit, & procedit uſq; ad perfectum diem. Nemo. n. repẽte fit ſūmus, ſd a minimis q̄ſq; incohat ut ad maiora perueniat, de pe. 2. §. hic quę. Sic & in malis vbi perfectū malum dicitur quod eſt maximum malum ſcdm philoſophū, qui ẽt dicit in 6. ethi. Quod & ſi homo poſſit iniuſta facere, non tñ ſtatim, ut iniuſtus operatur. i. ex electiõe ſeu habitu cum habitus generet ex pluribus præcedentibus actibus. Et p huiſmodi declaratione dicit. b. Tho. 2. 2. q. 14. ar. 4. Quod ſi peccare in ſpiritumſanctum dicatur largè. ſ. peccare ex malitia ſeu electiõe ſic certum eſt, quod præſupponit peccatum ſtud alia peccata ratione iam dicta, quia hoc eſt peccare ex habitu malitiæ, habitus autem non generatur ſubito, ſed ex frequẽtatis actibus. Sicut ex frequẽtatis actibus abſtinẽtiæ, & caſtitatis fit aliquis habituatus in abſtinẽtia & caſtitate ſm uirtutẽ acq̄ſitā. Ita ex frequẽtib. actibus luxuriæ uel alterius vitijs fit aliq̄s habituatus i luxuria, vl alio uitio. Sed ſi ſumat peccatū in ſpiritūſanctū ſtrictè. ſ. p ea malitia quę quis abiicit & cõtemnit ea p quæ poſſet retrahi a peccato. ſ. cõſideratione diuinæ iuſtitiæ, vel miſericordiæ, & hmõi de quibus dictum eſt in §. pcedẽti, ſic ẽt plerunque & cõiter p̄ſupponit prius alia pcā comiſſa, quia dr prouer. 18. Impius cū in profundum.

dum peccatorum uenerit contemnit. Potest tñ contingere, q̃ in primo actu excidendo a gratia peccet qs in spiritumsanctũ. Et hoc tum propter libertatem arbitrii, qua quis subito uerti potest ad omne bonum vel malum, tum propter multas dispositiones prȩcedentes, tum propter aliquod vehemẽs motiuum hominis ad malum, & prauum affectũ ad bonũ. Sed in uiris perfectis nõ potest accidere quod statim a principio cadant in peccatum in spiritumsanctũ. Vnde Orige. dicit. Non arbitror quod aliquis ex his qui in summo & perfecto gradu constiterit, scilicet virtutũ, a sublimi euacuet aut decidat, sed paulatim, & per partes eum decidere necesse est. Similiter si accipiatur blasphemia in spiritũsanctum pro quacunq; blasphemia Dei secũdum primum modum, aut pro finali impœnitentia, vtrumq; etiam communiter ꝓsupponit alia peccata. Cauendum est ergo a peccatis quibuslibet, quia a paruis peruenitur ad magna. Iuxta illud. Sagitte paruulorum scilicet peccatorum factæ sunt plagæ eorũ ideſt magna peccata. s. dispositiuè. Et cito exeundũ est de peccato per pœnitentiam, ne quis per hoc quis descendat in profundum maris, ideſt peccatum in spiritumsanctum.

§. 3. Peccatũ in spiritũsãctũ habet remissionem.

¶ Quãtum ad tertium scilicet quod habeat hoc peccatum in spiritumsanctum quãuis grauissimum remissionem, & veniam patet quia dicit dominus de hoc. Conuertam in ꝓfundum maris. i. homines desperatissimos, & obstinatissimos. Neq;. n. ex peccatis cõuerteretur ad Deũ, nisi Deus conuerteret eũ ad se, scilicet illustrando gratia sua, propterea inquit propheta. Cõuerte nos domine ad te & conuertemur. Cum quis cõuertitur ad Deũ, scilicer per contritionem nulli dubium q̃ quantumcunq. peccauerit, & quomodocunque Deus ignoscit. Omne enim peccatum Deus bonus ignoscit reuertẽti ad se, ut dicit. 1. q. 7. Si qs oẽs. Et nullũ excipit nec ẽt peccatũ in spiritumsanctũ. Hinc & ps. 102. loquẽs de Deo. Qui sanat omnes lãguores tuos seu infirmitates vbi gl. Omnipotẽti medico nullus languor incurabilis occurit. Cum enim liberum arbitriũ se habeat ad bonum, & ad malũ quamdiu durat status uiæ sicut a quacũq; uirtute potest quis excidere, cum etiam & angelus de cœlo ceciderit propter q̃d dr̃ Iob. 4. Ecce qui seruiũt ei non sunt stabiles. Et in angelis suis repit prauitatẽ q̃to magis qui habitãt domos luteas. i. hoies. Pari ergo rõne põt qs a quocũq. pctõ resurgere ad ita tũ iustitiæ Dei gr̃a operãte. ¶ Sed cõtra hãc uerã conclusionẽ uidetur esse q̃ dicitur Mat. 12. Qui dixerit uerbũ cõtra spiritũsanctũ nõ dimittetur ei, neq; in hoc sęculo neque in futuro, hoc aũt est blasphemia in spiritumsãctũ. Ex quod pcõ vr̃ irremissibile. ¶ Sed tñ sed ad hoc be. Th. 2. 2. q. 14. ar. 3. quod si dr̃ peccatũ in spiritumsanctũ finalis impœnitẽtia ꝓut accipitur uno mõ scdm Aug. 1. ꝓcõtinuatione in aliquo peccato vsq; in finẽ uitę inclusiuè. Ad litteram intelligendum est & absolute illud esse irremissibile. Et quo. n. hic non pœnitet, de illo ueniam consequi nõ potest in alio sęculo, ubi non est locus pœnitendi unde ei non remittitur unquam, quia nunquam conuertitur. Et de hoc secũdũ Augustinum iutelligitur illud. 1. Ioan. 3. est peccatum ad mortem, & pro illo non dico ut roget quis. Illud peccatum est finalis impœnitẽtia pro qua non oportet quod aliquis quantumcunque sanctus oret, quia non exaudiretur, sed quomodocunq; aliter accipiatur blasphemia in spiritumsanctum, semper est remissibile peccatũ & remittitur sicut alia peccata si quis agat pœnitentiam de eo. ¶ Dicit tamen irremissibile istud peccatũ magisquã alia, diuersis de causis seu modis dicẽdi. Vno modo, quia difficilius remittitur quam alia, & hoc nõ est ex difficultate quæ fit ex parte Dei, quoniã omnes infirmitates aię & corporis æquè potens est sanare, sed ex parte peccãtis, qa ut dicit Aug. in li. de sermone domini in mõte. Tanta est labes huius pcti q̃d humilitarem depræcãdi subuenire nõ põt. Propter difficultat em ergo reuersionis dicitur remissibile, uel etiam dicitur irremissibile secundum Tho. ubi sup. non quia nullo modo remittatur, sed quia quantũ est de se habet meritum ut non remittatur. Et hoc dupliciter. Vno modo quantum ad pœnam. Qui. n. ex ignorantia uel infirmitate. i. passione peccat habet aliquam excusationem, vnde & minorẽ pœnæ meretur. Qui aũt ex malitia, ꝓut est peccatum in spiritumsanctum, non habet aliquam excusationem, unde eius pœna minuat. Alio modo potest intelligi quantũ ad culpam irremissibilem secũdũ naturam, sicut aliquis morbus dicitur incurabilis secũdum naturam morbi, per quam tollitur id ꝓ quod morbus potest curari, puta cum morbus tollit uirtutẽ naturæ uel inducit fastidiũ cibi, uel medicinę, licet etiam Deus talẽ morbum possit curare. Ita peccatum in spiritumsanctum dicitur irremissibile ꝑm suã naturã inquantum excludit ea per quæ fit remissio pctõrũ, per hoc tñ nõ præcluditur uia remittendi

Quo sit irremissibile.

Dr̃ irremissibile ꝓpter difficultatẽ cõuersionis.

Adde bonum tex. in c. adhuc ꝓ fidi instant de pœn. di. 4. & glo. in d. c. si quis in uer. pœnitẽtiã.

gendi & ſanãdi potẽtiæ & miſericordiæ Dei, per q̃ aliq̃n tales quaſi miraculosè ſanantur. Vel ſecundum alios dr̃ irremiſſibile, quia nõ legitur remiſſum: ſicut Melchiſedech dr̃ ſine patre, quia non legitur quis fuerit eius pater in ſcripturis, quamuis habuerit patrem. Et q̃ remittatur patet per hoc quod dicitur hic. Conuertam ait dominus in profundum maris. ſ. exiſtentes, id eſt obſtinatiſſimos, vnde & dominus per Amos prophet. Super tribus ſceleribus Iſrael & ſuper quatuor non conuertam eum, ideſt, ſuper tribus conuertam, ſed non ſuper quartum. Quod exponens Hiero. ait. Primum eſt cogitaſſe quæ mala ſunt, ſecũdum cogitationibus acquieuiſſe peruerſis, tertium quod mente decreueris opere complere. Super his ergo conuertit quęcunque ſint illa peccata, ſed quartum in quo non conuertit eſt impęnitẽtia. Vnde ſubdit Hiero. Quartum eſt non agere pęnitentiã, ſed ſuo ſibi cõplacere delicto, de pen. di. 2. ca. ſuper his trib. & hoc eſt irremiſſibile ſimpliciter, dum nunquam pœnitet.

¶De *duritia ſeu obſtinatione.* *Cap.* 9.

Cor durum.

DVritia in peccato quæ aliquando pertinet ad obſtinationẽ eſt multũ periculoſa. Nam vt dr̃ Eccl. 3. Cor durum male habebit in nouiſſimo. Dicitur materialiter res dura, quæ non cedit tactui ſicut lapis, ſic cor durum eſt quod non cedit digito Dei tangenti ipſum ſpiritui videlicet ſancto, diuinæ. ſ. inſpirationi. Sed vt ait pſ. 94. Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Loquitur nobis Deus per inſpirationes, ſecũdum pſal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Loquitur per ſcripturas Iob. 33 Semel loquitur Deus in ſcripturis, & ſecũdario id ipſum non repetit, quia non oportet eum omnia ibi plenè habeantur. Locutus eſt nobis per filium ſecundum illud Hæbr. 1. Multipharię &c. Nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, nõ ſolum per verba: ſed ẽt per opera facta quæ debemus imitari. Loquetur per tribulationes Iob. 4. Qñ ſolet ſopor occupare homines. ſ. peccati, & dormiunt in lectulo. ſ. delectationis mundi, tunc aperit aures virorum, & erudiens inſtruit eos diſciplina. Hodie ergo ſi vocem eius audieritis. i. in vita pſenti, nolite obdurare corda veſtra, ſicut Hębrei in deſerto quibus iurauit Deus. i. firmiter propoſui ſi introibunt. i. non intrabunt in requiem meam. Vnde Stephanus protomartyr Actu. 7. ad Iudæos. Dura inquit ceruice & incircunciſi corde, & auribus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. ¶ Notandũ aũt q̃ ſunt multa inducentia hanc duritiã, & iõ cauenda. Et primum eſt ſollicitudo ſecularis. Sicut enim carnes fiunt duræ cum liquor exprimitur, & humor eliquatur, ſic per ſollicitudinem ſęculi paulatim humor gratiæ & deuotionis ſubtrahitur, & inde durus eliquat, & quaſi inſenſibilis ad diuina. Vnde Bern. ad Eugenium. Prudentius te abſtrahas a curis huius ſæculi, quam traharis ab illis, ne paulatim dnearis ad cor durum. ¶ Secundum eſt flagellatio frequens ſine emendatione, ſicut incus ferrea ex frequenti malleatione magis indurat. Iob. 41. Cor eius indurabitur quaſi lapis, & ſtringetur quaſi malleatorum incus. Sicut ẽt via quanto magis atteritur pedib. ambulãtium, tanto magis induratur. Sic aliqui quanto magis percutiuntur, & atteruntur tribulationib. tanto magis fiunt duriores. Hiere. 5. Percuſſiſti eos, & nõ doluerunt. ſ. cõtritione: attriuiſti eos & renuerunt accipere diſciplinam. ſ. non ſe emendando. ¶ Tertium eſt ex aduerſitate ad proſperitatẽ migratio, ſicut metallũ liquefactũ per ignẽ liquefit, ſed amoto igne magis induratur, ſic aliqui dum ſunt in igne paupertatis & tribulationis liquefiunt p deuotionẽ & cõpunctionem, ſed ſi perueniãt ad proſperitatẽ, & diuitias, duri efficiuntur & crudeles. Sic Pharao inter flagella liquefactus & cõpunctus ſe diſponebat ad bonũ recõmendans ſe Moyſi, ſed habita quiete & remotis flagellis induruit. Exo. 8. 9. & 10. ¶ Exẽplum in vitaſpatrum de quodam fornicario, qui erat valdè deuotus, & liberalis ad pauperes poſt orationẽ cuiuſdam ſancti reperto theſauro effectus eſt durus, & crudelis ad pauperes. Sed Deo diſpenſante omnia fuerunt ſibi ablata, & pauper effectus, reuerſusque eſt ad deuotionem priſtinam. ¶ Quartum quod indurat eſt iræ ſuccenſio, ſicut enim calor aeris cõſumit humiditatem interiorem, ita ira quę eſt accenſio ſanguinis circa cor, humorẽ gratiæ conſumit interiorem. Gen. 49. Symeon & Leui vaſa iniquitatis bellantia, maledictus furor eorum, quia pertinax & indignatio eorũ, quia dura. Symeõ interprætatur audiens męrorem, & ſignificat huiuſmodi iracũdos, quia ſemper habent aurem erectam, ſi quid male de eis dicatur, vt ſe defendant, & in eos inſurgant, & ideò vas bellicoſum dicitur, Leui interprætatur additus, & ſignificat eos qui ſemper furori addũt, quaſi p vno maledicto reddunt duo vel tria. De quibus Prouerb. 15. Sermo durus ſuſcitat furorẽ, ſicut Nabal Carmelus.

Inducũt multa ad diuitiã cordis.

Symeon interpta tur audiẽs męrorem.

Leui interptat additus.

lus dicitur durus. 1. Reg. 25. ¶ Quintum est mala assuefactio seu prauorum imitatio. Consuetudo enim est quasi altera natura, & facit habitum mentis. Habitus autem est qualitas de difficili mobilis a suo subiecto. Vnde peccatum consuetudinarium difficilè tollitur, & tanto grauius quanto prolixior est consuetudo mali, vt dr extra de consue. cap finali. Vnde & Lazarus qui sepultus erat & super eum lapis significans duritiam, cum difficultate fuit resuscitatus, idest cõcurrentibus multis. Clamore Christi, fletu, oratione & huiusmodi. Hiere. 7. c. Indurauerunt ceruicem suam, & peius fecerunt quam patres eorum. ¶ Sextum est negligentia. Negligentia enim prælatorum circa subditos facit eos obdurare circa eos, quasi non pertineant ad eos, sicut dicitur deuteronomio: quod induratur ad pullos suos seu ouas suas, vnde nascuntur quasi sua nó sint, vt dicit. Iob. ¶ Septimum est impudentia, qñ quis non erubescit peccare, tunc enim magis induratur & frustra corrigitur & admonetur. Ezech. 3. Domus Israel attrita fronte est, & indomabili corde. ¶ Et nota circa septimum scilicet impudentiam, quod sicut timor, & timiditas sunt aliquando vitia, sic & verecũdia cum sit timor de turpi, & inuerecundia sunt aliqñ peccata cum scilicet exeunt terminos rationis. Pro cuius declaratione dicit Durandus ordinis minorum in summa qu d inuerecundia est peccatum quando homo non erubescit peccare, vel aliquid inhonestum facere, vel dicere coram Deo, & sanctis hominibus, quod pertinere videtur ad obstinationẽ. Ad quod facit illud Hiere. 3. c. Frons meretricis facta est tibi, erubescere noluisti. Et eiusdem 8. c. Confusione non sunt confusi, erubescere nescierunt. Et Gre 9. moralium. Sunt nonnulli quos ad perpetrandam nequitiam oborta malitia subito inuitat, sed tñ humana verecundia reuocat. Et plerunque per hoc q exterius erubescunt ad interiora sua redeũnt, & cõtra se internum iudicium sumunt, quia si pp hoiem mala facere metuunt quanto magis pp Deum, qui cuncta conspicit, nec mala appetere debuerunt. Et sunt quidã, qui postq Deum mente cõtempserint, multo magis humana iudicia spernunt, atque omne quod appetunt audacter facere non erubescunt. Et quos ad perpetrandum malum occulta iniqtas inuitat, nulla aperta verecundia retardat, sicut de iudice iniquitatis dicitur, quòd Deũ non timebat, & homines non verebatur. Lu. 18. ¶ Erubescentia econtrario est vitiosa quadrupliciter. ¶ Vno modo quando verecunda tur quis de aliquo defectu naturæ vel fortunæ, vt quia est turpis aspectus, paruus, vel strabo, vel pauper, vel illegitimus, & huiusmodi, & hoc est vitium si sit nimia erubescentia, vt de hoc nimis contristetur, vel retrahat se a bonis. Ad quod facit quod ait Hiero. Noli despicere bonitatem figuli, scilicet Dei, qui te fecit vt voluit, dist. 46 ca. Nasci. Et Chrys. dist. ea. Nunquam erubescamus de vitiis parentum, sed amplectamur virtutem. ¶ Secundo quando quis erubescit veritatem dicere, vbi & qñ est opus, & ne hoc displiceat, vel amittat fauorẽ, vel quia materia turpis, & posset esse mortale. ¶ Tertio quando præ verecundia in confessione reticet peccata præcipuè mortalia, quod esset mortale de pœn dist. 5. c. 1. ¶ Quarto quando timet inde irrideri, & ideò subtrahit se a bonis ne videatur & irrideatur, & de tali irrisione nimis erubescit, & huiusmodi. Hæc Durandus ordinis minorum.

Impudẽtia facit durum.

Inuerecundia pertinet ad obstinationẽ.

Erubescẽtia ẽ vitiosa quadrupliciter.

TITVLVS NONVS.
De Acidia.

¶ *De Acidia, & filiabus eius.* *Cap.* 1.

ACIDIA vltimo ponitur quam inter vitia capitalia Greg. 31. moralium ponit. Sic autem diffinitur a Damas. ¶ Acidia est tristitia aggrauans. i. quæ ita deprimit animũ hominis vt nil boni ei agere libeat ab aliis diffinitur q̃ est torpor mentis bona negligẽtis in choare. Pro cuius declaratione dicit. b. Thoma secunda secundæ. qõ. 35. ar. 1. quod tristitia de se non nominat aliquid laudabile, vel vituperabile, quia passio est, & passiones cõmunes sint secundum se nó sunt peccata. Vnde in 2. ethic dicitur, quòd passionib. nec laudamur, nec vituperamur, sed secundum q̃ homo applicat passiones ad malũ, vel ad bonũ pót bũ vel malè facere sicut est tristitia de vero malo, vt de peccatis si sit moderata ẽ bona ptinẽs ad pniam, ita & tristitia si sit de vero bono, vt de bonis fiendis operib. vel de malo, sed immoderata est peccatũ pertinens ad acidiã. ¶ Est igitur tristitia acidiæ semper mala, & hoc dupliciter. ¶ Vno modo secundũ se ipsam quando scilicet est de eo, quod est apparens malum & verè bonum, quia spirituale bonum est verè bonum, licèt appareat malũ sensitiuè, propter laborem, qui est in eo. Idèò quãdo quis tristatur de aliquo bono opere ad quod tenetur, est semper peccatum sicut econ

Acidia ẽ quid est secundũ Damas.

Tristitia acidię mala.

tra

tra delectatio est mala, & peccatum est de verè malo, sed apparenti bono ut delectatio fornicationis & huiusmodi. ¶ Secundo mõ tristitia acidiæ est mala & peccatum secundũ esse ctum suum, quando scilicet est de verè malo, vt de peccato vel morte alicuius si sic aggraauat mentem, vt eum totaliter a bono retrahat. Vnde & Apostolus 2. ad Cor. 2. Non vult vt pœnitens maiori tristitia absorbeat. ¶ Quo autem istud sit vitium speciale & distinguat a cęteris. Beatus Tho. sic declarat se. se. q. 35. art. 2. Acidia est tristitia de bono spirituali. Sed si accipiatur bonum spirituale communiter non habebit acidia spãlem rationem vitii. Et ratio est: quia quodlibet vitium facit hominem contristari de bono spirituali sibi oppositio. Nam luxuriosus tristatur de bono cõtinentiæ, & gulosus de bono abstinẽtiæ, & sic de aliis. Quodlibet enim vitium refugit bonũ spirituale virtutis sibi oppositæ. Similiter ẽt dici non potest acidiam esse vitium speciale, ex eo quod refugit spirituale bonum, put est laboriosum vel molestum corpori, aut impeditiuum delectationis eius, quia non separaret acidiam a vitiis carnalibus quib. aliquis quærit delectationem & quietẽ corporis. Dicendum est igitur quòd in spiritualib. bonis est quidam ordo. Nã omnia spiritualia bona quæ sunt in actibus singularum virtutum, ordinantur ad vnum spirituale bonũ, quod est bonum diuinum circa quod est specialis virtus quæ est charitas. Vnde ad quamlibet virtutem pertinet gaudere de proprio spirituali bono, quod consistit in proprio actu. Sed ad charitatem pertinet illud spirituale gaudiũ, quo quis gaudet de bono diuino. Et similiter illa tristitia qua quis tristatur de bono quod est in actibus singularum virtutum non pertinet ad aliquod vitium speciale, sed tristari de bono diuino, de quo charitas gaudet pertinet ad vitium speciale, quod est acidia, vt tristari de ieiuniis, & eleęmosynis, de orationibus fiendis, confessionibus, & aliis inquantum sunt ordinata propter Deum vel reconciliandum Deum & huiusmodi. ¶ Est autem acidia ex genere suo seu materia mortale, qñ scilicet secundum deliberationem rõnis est secundum Tho. vbi supra ar. 3. & rõ est, quia secundum propriam rationem contrariatur charitati. Nam proprius effectus charitatis est gaudere de Deo, & bono diuino. Acidia autẽ tristatur de bono spirituali, inquãtum est bonum diuinum. Quod autem est contra charitatem est mortale, quia per charitatem habemus spiritualem vitam inquantum per eam Deus inhabitat in nobis. Verum quia in oĩbus peccatis etiam quæ sunt mortalia ex genere suo, mortalia non sunt nisi quando suã perfectionem consequuntur, quæ consumatio seu perfectio est in consensu rõnis. Ideò si sit inchoatio acidiæ in sola sensualitate, & non pertingat ad cõsensum rõnis erit veniale, sicut accidit in motibus aliorũ vitiorũ luxuriæ & hmõi. Sed si perueniatur ad cõsensũ rõnis, qui consentit in fugã, & horrorẽ, & detestationem boni diuini, carne contra spm̃ prævalente erit mortale. ¶ Et est contra præceptũ de sanctificatione sabbati per quod pręcipitur quies menti in Deum, cui contrariatur tristitia de bono spũali diuino. Vñ de acidiosis potest exponi illud psal. 106. Oẽm escã. s. operis spũalis abominata est aia eorũ & appropinquauerũt vsq; ad portas mortis. s. æternę. Et loquit̃ ꝓpheta de Israelitis qui euntes p desertũ ex mandato Dei, vt peruenissent inde ad terrã promissionis habuerũt multoties tedium, & tristitiã de labore, & in nauseam ali qñ ẽt manna pp qđ multoties fuerunt puniti & demũ a terra promissionis exclusi, vt patet. Num. 14. Et significat acidiosos quos tedet per desertũ pœnitentię vel religionis incedere p̃ labore, & in nauseam h̃nt ea spiritualia pp quod priuant̃ vita ęterna. Et no. q̃ hoc s. habere in fastidio bona spũalia pertinet ad filiã primã acidię q̃ dr̃ malitia. ut infra dicet. Quod aũt acidia sit vitiũ capitale prout ponit Gre. Tho. sic declarat ubi supra ar. 4. Vitiũ capitale dr̃ illud ex quo promptũ est, ut alia oriãtur fm̃ rõnem causæ finalis. Sicut aũt homines multa operantur pp delectationẽ tum vt ipsam consequantur, tum ex eius impetu ad aliquod agendum permoti, ita etiam propter tristitiam multa operantur, vel ut ipsam euitent, uel ex eius pondere in aliqua proruentes agenda. Cum ergo acidia sit quædam tristitia patet quòd sit capitale ut ex ea plura oriant̃. ¶ Oriuntur autem ex ea secundum Gregorium sex filiæ scilicet.

¶ Malitia.

¶ Rancor.

¶ Pusillanimitas.

¶ Desperatio.

¶ Torpor circa pręcepta.

¶ Euagatio mentis circa illicita.

¶ Et q̃ conuenienter hęc assignentur sic declarat beatus Tho. ubi supra, ut dicit philosophus. in 8 Ethicorum. Nullus diu absque delectatione manere cum tristitia potest. Et iõ necesse est, q̃ ex tristitia aliq̃d dupliciter oriatur. Vno mõ. ut aliqs recedat a cõtristantib.

Acidia est vitiũ speciale.

Acidia est mortale.

Nausea dr̃ fastidium siue sympathia.

Sufficiẽtia filiarum acidię.

Alio modo ut ad alia transeat in quibus delectetur sicut illi qui nō possunt gaudere in spiritualibus delectationibus transferunt se ad corporalia. In fuga autem tristitiæ talis processus attenditur q̄ hō primo fugit contristātia Secundo impugnat ea quę tristitiam inferunt. Spiritualia aūt bona de quibus contristatur acidia sunt & finis, & id quod est ad finē. Fuga autem finis fit per desperationem. Fuga autem eorum quæ sunt ad finem quantum ad ardua quæ subsunt consiliis, fit per pusillanimitatem quantum ad ea quæ pertinent ad communem iustitiam, fit per torporem circa præcepta. Impugnatio autem cōtristantium bonorum spiritualium quandoque est cōtra homines, qui ad bona spiritualia inducunt & hoc est rancor. Quandoque contra ipsa spiritualia bona in quorum detestationem aliquis adducitur & hoc propriè est malitia. Inquantum aūt propter tristitiam quis se transfert a spiritualibus ad exteriora delectabilia opera ponitur filia euagatio mētis circa illicita. Malitia ergo prout ponitur filia acidiæ non accipitur prout est genus vitiorum. s. pro habitu vitioso, sed prout importat fastidium bonorū spiritualium. Et rancor non accipitur hic pro odio, sed pro indignatione contra inducentē ad bona. Et quamuis Isid. in li. de summo bo. & Cassianus in li. de institutis cœnobiorū distinguant tristitiam ab acidia dicentes tristitiā esse inquantum quis recedit a graui operi, & laborioso ad quod tenetur. Acidiam verò inquantū conuertit se ad quietem indebitā, tñ secundum Tho. vbi supra, conuenientius ponit acidiam esse tristitiā, non diuersum vitium ab ea. Nam tristitia non est vitium ab aliis distinctū ſm q̄ aliquis recedit a graui, & laborioso opere vel ſm quascunque alias causas, quis cōtristetur, sed solum ſm q̄ tristatur de bono diuino, quod pertinet ad rōnem acidiæ q̄ intantū conuertit se ad quietē indebitā inquantū aspernatur bonū diuinū.

Filiæ acidiæ secūdum Isidorū.

¶ Et de tristitia dicit Isid. oriri rancorem, pusillanimitatē, amaritudinē, desperationē. De acidia dicit oriri. 7. s. Ociositatem, somnolentiā, importunitatem mentis, inquietudinem corporis, instabilitatem, verbositatē, & curiositatē. Omnia ista ſm Thom. reducuntur ad ea sex quæ ponit Greg. vt dictum est supra. Nā amaritudo quā dicit Isid. oriri ex tristitia est quidā effectus rancoris: Vnde ad ipsum reducitur ociositas, & somnolētia reducitur ad torporē, circa quæ est aliquis ociosus cū ea oīno prætermittit, & somnolenter cum ea negligēter implet. Omnia alia quæ ponit ex acidia oriri pertinent ad euagationē mentis circa illicita. Quæ quidē secundū q̄ in ipsa mentis residēria volētis importunè se ad diuersa diffundere vocatur importunitas mentis, ſm q̄ pertinet ad cognitiuā dicitur curiositas, quantum ad locutionem dr̄ verbositas, quantum ad corpus in eodem loco nō manens dicitur inquietudo corporis, qñ. s. p inordinatos motus membrorum vanitatem indicat mentis, quantum ad diuersa loca dr̄ instabilitas. Vel dr̄ instabilitas secundū mutationē propositi. Non solum ergo per acidiam, sed ēt per filias istas eius verificatur illud. Omnē escā abominata est aia eorum, &c. ¶ Impugnatur autem quis de acidia aliq̄n excibi seu nutrimēti defectione. Aliq̄n ex appatēti humiliatione. Aliquando ex corporis cōplexione. Aliq̄n ex diabolī instigatione. ¶ De primo dicit Cassianus in 10. li. de institutis cœnobiorū. Maximè acidia circa horam sextam monachū inquietat, vt quædam febris ingruēs tēpore præfituto ardentissimos æstus accessionum suarū solitis ac statutis horis animæ inferens ęgrotāti. Vñ sciendum est secundū Thom. 2. 2. q. 35. art. 1. ad primum, q̄ passiones appetitus sensitiui vt tristitia, & aliæ, & in se possunt esse peccata venialia, & inclinant aiam ad mortale. Et quia appetitus sensitiuus hēt organū corporale, se quitur q̄ per aliquā transmutationē corporalem homo fit habilior ad aliquod peccatū, & ideò pōt contingere, q̄ secundū aliquas trasmutationes corporales certis temporib. prouenientes aliqua vitia nos magis impugnēt. Omnis aūt corporalis defectus de se ad tristitiā disponit, & ideò ieiunantes circa meridiē, qñ iā incipiunt sentire defectus cibi, & vrgeri ab æstibus solis magis ab acidia impugnātur, vnde Cassia. dicit acidiā esse dęmoniū meridianū. De quo loquitur ps. 90. Nō timebis ab incursu & dęmonio meridiano, quia. s. in meridie ieiunātes tentat. ¶ De secundo dicit Cassianus, vbi supra q̄ acidia prouenit ex hoc, q̄ aliquis ingemiscit se spūalē fructū nō habere, & absentia longeq; polita magnificat monasteria, quod vī pertinere ad humiliatē. Sed vt dicit Tho. vbi supra. Ad humilitatē verā pertinet q̄ considerans proprios defectus nō se extollat. Non aūt pertinet ad humilitatē, sed ad ingratitudinē, q̄ quis bona q̄ in se cognoscit a Deo, contemnat tanquā vilia respectu aliorū maiorum donorū, quæ alii habent ex quo cōtemptu sequitur acidia. De his. n. tristamur q̄ quasi mala & vilia reputamus. Sic ergo debet cōsiderare aliorū bona, & extollere ut ea quę ipsæ hēt & si minora sint non vilipēdat, quia

Acidia ex defectu nutrimēti.

Acidia ex apparenti humiliatione.

sic

se sequeretur in eo tristitia acidiæ vnde Eccle siastici 30. Tristitiam longè expelle a te. s. ni miam acidiam non est n. utilitas in ea. ¶ De tertio, melancolici ex complexione inclinan

Acidia ex corporis complexiõe.

tur ad tristitiã ex humore q̃ superabundat in eis melãcoliæ, & partim flegmatici. Vnde ali qñ ttud oẽ oportet eos quærere aliqua suble uatiua tristitiæ ne nimietate absorbeãtur & inducant ad desperationẽ, vel trãsferãtur ad delectabilia mundi. Vnde dicitur prouer. 17. Spiritus tristis. i. acidię exiccat ossa. s. uirtutũ & potentiarum animæ auferẽs eis vigorem bene operandi. Vnde Cassianus assimilat acidiam uermi qui dicitur carollus, qui scilicet generat ex ligno intimo & rodit paulatim medullã, & vigorẽ ligni quo corroso & euacuato omne pondus vel uentus uel percussio, imo ex se frãgitur lignum, & ruit ædificiũ desup. Sic acidia nascitur ex intimis animæ & paulatim consumit vigorem spiritus & feruorẽ. Quo subtracto etiam absq; uento temptationis per se ruit in aliquod magnum malum. ¶ Aliquando ex diaboli instigatione accidit, vt sic per tristitiam superuenientem ex eius opere, quia potestatem habet super uirtutẽ sensitiuã nostram Deo permittẽte, homo dimittat bona opera quę facere debet vl intẽdit vel grauẽ alii se reddat. Vnde Ioãnes Cassianus in tractatu de tristitia ait. Interdũ etiam nullis aliis existentibus causis tristitiæ inimici subtilis instinctu tãto mœrore deprimimur, vt nec charorum quidem ac necessariorum nostrorum aduẽtum solita susc ipere affabilitate possimus, & quicquid ab eis competenti fuerit cõsabulatiõe prolatum importunum nobis & supfluum iudicetur nullaq; eis a nobis reddatur grata respõsio, uniuersos cordis nostri recessus felle amaritudinis occupante. ¶ Sed notandum vt dicit Tho. vbi sup. Impugnatio vitii, qñq; est vincenda fugiendo, qñq; resistẽdo. Fugiendo quidẽ uincenda est tentatio, qñ cõtinuatio cogitatiõis auget incẽtiuum peccati vt luxuria Vñ Apostolus. 1. Cor. 6. ait. Fugite fornicationẽ. Resistendo autem est impugnatio uincẽda qñ. s. cogitatio perseuerans tollit incentiuũ peccati quod contingit ex aliqua leui apprehẽsione quod contingit in acidia ex qua vr homini laboriosum, secundũ instinctũ sensualem facere opera spiritualia. Sed insistẽdũ est eis nõ dimittendũ, quia quanto magis cogitamus de spiritualibus bonis, tãto magis nobis placentia reddunt Dicit. n. Ecclesiast. 6. Subijce humerũ tuũ & porta illã. s. sapientiam, & non acideris in vinculis eius. Alias si permittit se ab acidia vinci sequitur illud psa. Omnẽ escam abominata est anima eorum.

Ex diaboli instigatione.

Remediũ contra acidiam.

¶ De acidiæ tedio, & remedijs eius. Cap. 2.

DE acidia loquẽs ps. ait. Dormitauit anima mea præ tedio cõfirma me in verbis tuis ps. 118 vbi dicit gl. q̃ dormire ẽ hõis obliuiosi, & secordis Sed dormitare ẽ fesli expectatoris. Vbi nota vitium acidiæ. Ex hoc enim quod homo laborare habet & diu, quia dũ uiuit, & præmiũ seu fructum subito nõ ꝓcipit sensibilem inde aliquãdo attendiatur, & dormitat ex acidia. Sed sicut ex dormitione corporali homo incurrit damna & ægestatẽ dum inperceptibiliter ei auferũtur sua, vel nõ lucratur, ab inimicis occiditur, & scanda la multiplicantur sic ex dormitione acidiæ dæmones auferunt virtutes de anima penuriam meritorum pariter mors peccati ad animam ingreditur. Vnde Prouer. 6. Vsquequo piger dormis quãdo consurges a somno tuo paululum dormiens, paululum dormitabis, & veniet tibi ægestas quasi vir armatus. Et loquitur Salomon de pigritia acidiæ ex qua quis dormit nil boni agens. Et Matthęi. 13. c. dicitur quod dum dormirent homines scilicet per pigritiam, & negligẽtiam prælati vel alij quicunque venit inimicus nocte, & sup seminauit zyzaniam in medio tritici, quia diabolus vl hæreticus vel malus christianus in agro ecclesię aut mentis humanę inducit uitia & errores etiam in bonis, si dormitione negligentiæ, & acidiæ se tradunt Sysara quo que & Holofernes fortissimi dormientes occisi sunt a mulierę scilicet partis sensitiuæ q̃ cum sit hostis spiritus perpendens spiritum dormitasse per acidiam, vigorem sumit contra ipsum. Ab hac igitur acidia petit liberari ps. dum ait. Dormitauit anima mea, &c. Vbi tria facit.

Sysara & Holopherines ꝓp acidiã occisi fuerũt

¶ Primo vitium acidiæ exprimit cum dicit, præ tedio.

¶ Secundo affectum huius malitiæ innuit cum dicit. Dormitauit anima mea, &c.

¶ Tertio remedium huius nequitię petit, cũ subdit Confirma me &c.

¶ Quantum ad primum secundum be. Tho. secunda secundę q. 35. ar. 1. in corpore quæstionis acidia importat tedium bene operandi. Dicitur aũt acidia quasi acida. Acida aũt seu acetosa sũt frigida, frigus uerò inducit difficultatẽ, & tarditatẽ i motu Videm⁹ n. q̃ aqua cũ ꝓp frigus est cõgelata immobilis ma

§. 1. Acidia quale sit uitium.

net, quæ ex se flueret Et senes quia frigidi sunt, & tardi ad ambulandum, sicut econtra adolescentes in quibus uiget calor naturalis sunt festini ad ambulandum & discurrendū. Acidia ergo est quædam frigiditas spiritualis seu defectus amoris spūalis, & feruoris diuini, exquo anima non mouetur, vel cū difficultate mouetur ad bene operandum sicut econtra dicit Greg. quod amor Dei operatur magna si est. i. mouet ad operandum, si operari renuit amor non est. Sicut autem aquę nisi moueatur putrescunt secundum illud poeticum. Et capiūt vitium ni moueantur aquę. Vinum etiam ex se feces generat, & nisi a fecibus illis mundetur seu muteur corrumpetur & accescit. Vnde dicitur de Moab. Hier. 48. Requieuit in fecibus suis non est transfusus de uase in uas. i. in transmigrationē non abiit Ideaq; permansit gustus eius in eo, & ordo eius non est immutatus. Sapor corruptus, & odor paruus, vtique non recedit a uino si supra feces manserit, immo interdū totaliter corrumpitur. Sic accidit ad acidiosō, q acidus & acetosus efficitur. i. frigidus in amore Dei, quia adeo corrumpitur in gustu, seu in affectu, ut vera bona quæ sibi dñt placere sibi displiceant, & ideo contristatur & attediatur ad faciendum ea. Sed si non vult totaliter corrūpi debet moueri, & mutari a suadesidia & tedio, alias dormitat inutilis sāct⁹, q dormitauit (ait ps.) Anima mea præ tedio. 1. prę acidia secundum Cassianum.

¶ Sciendum autem quod triplex est tedium.

¶ Primum est tedium præsentis vitę.

¶ Secundum est tedium tribulationis & angustiæ.

Tedium uitę qd sit.

¶ Tertium est tedium actionis virtuos. De tedio uitę inquit. Iob x. Tedet animam meam uitæ animæ meę. Hoc ât tediū est quædā tristitia quā habet a ius ex viuere in isto mūdo. Et qñ ista tristitia ꝓcedit ex desiderio cælestis patrię & Dei amore, cōsiderādo q̄ dulce sit, q̄ suaue, q̄ utile videre Deū, eo fruĩctōrū angelorū agminibus interesse, ad quod obtinēdū factus est, & quāra obscuritas mētis hic sit ex ignorantia de Deo, quanta pericula, q̄ta impuritas, quanta instabilitas cordis, bona est talis tristitia, & tediū hoc se habere oftendebat ps. 114. cū dicebat. Heu mihi quia icolatus meus prolon. &c. Et iterū. Fuerūt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte &c. Sed habere tediū in vita præsenti, quia nō habet illā ꝓsperitatē quā uellet, illos honores, diuitias, & uoluptates, quas cupit; sed cōtraria cū uidet, & audit alios prosperari, honorari, diti ri, & ex hoc ita contristatur, q̄ uellet nō uiuere uilipendens cōditionē suam, & cū ita deijcitur mente, ut ratione deliberata nō cē i mūdo appeteret uel nō fuisse natum, vel ut ani mal brutum, affectans mori quacunq; morte etiam in malo statu animæ esset illud tediū acidia mortalis, nūquā Dei seruus habet tale tediū acidiæ. Dicitur. n. Sap. 8. Non habet amaritudinem cōuersatio illius. s. sapientiæ, neque tedium conuictus illius, sed gaudium & loquitur de uera sapientia cum qua cōuersatur & conuiuit, qui Dei gratiā habet. Mundi autem amatores qui ea calent dicūt Exiguū est & cum tedio est cēptus vitæ nostrę. Vnde ad hoc uitandū subdunt. Venite fruamur bonis. s. temporalibus r Sap. 2. ¶ Tedium tribulationis & angustiæ est tristitia ex qua quis angustiatur ex magnitudine, uel multiplicitate aduersitatis suæ vel aliorū unde ad operandū difficultatur. Et si quidem sit tristitia & anxietas solum secundū primum motū seu sensualitatem, humana tentatio est & uenialis vel nullū peccatum. Et perfecti uiri hoc tediū aliquādo patiuntur. Vnde Apostolus. 2. ad Cor. 1. Supra modum grauati sumus scilicet ex tribulationibus, ita ut nos tēderet uiuere. Et eccliā. 2. Teduit me uitæ meæ uidēs mala uniuersa esse sub sole, & cuncta uanitatem & afflictionem spiritus. Et eiusdem 4. Vidi calumnias quę sub sole gerūtur & lachrymas innocentum, & neminem cōsolatorem, & non posse resistere eorum violentiæ. Sed si sit tanta tristitia ex aduersitate, vel morte alicuius amici, vel consanguinei, quod absorbeat ratio ita quod dimittat bonum necessarium fieri, ut cōfiteri, audire missam diebus festiuis, proponens non amplius bene facere, uel pœniteat bene feciſſe, istud est acidia mortalis. De qua ait Apostolus. 2. Cor. 2. Tristitia huius sæculi mortē operatur scilicet animę. Et dicitur tristitia sæculi amaritudo, & dolor, quā quis sibi sumit ex tribulationib. mūdi, hac tristitia timuit Iacob patriarcha detineri, qñ ex opinione sumpta filii sui Ioseph, uisa veste eius sanguine tincta inconsolabiliter dolebat, nec filii eius ualebāt delinire dolorē eius. Vnde dicebat Descendā lugens filiū meū in infernum. Gen. 37. quasi dicat, tā tā tristitia sentio de hoc q̄ timeo ne inducat me i mortē uel i locū dānatorū, hoc ēt ꝓhibetur. s. inordinata tristitia de morte charorū 13. q. 2 q̄ ꝓpositerū. ¶ Tediū actiōis uirtuosæ ē, cū q̄s tristat, seu anxiat ꝓ aliquo bono ope qđ oporteat eū facere, qa ibi habet laborare puta in dictę do ossiū, in ieiunādo, orādo, in cōfi Tedium uirtutis.

tendo

tendo, in faciendo aliquam obedientiam, & huiusmodi, hoc incurrit multitudo hæbreorum ambulantium per desertum, de qua dicitur. Nume. 21. quòd cepit populus tedere propter laborem itineris. Dum ergo itur per desertum pœnitentiæ seu religionis seu vitæ præsentis statum ex laboribus operum bonorũ frequẽter incurritur tedium & anxietas, quæ si ita deprimit quòd ex hoc quis desistat a bono opere necessario esset mortale, venialis autem culpa si non obmittatur, sed lentè & tepidè agit. Et ut dicit Hiero. Melior est triũ psalmorum decantatio cum cordis puritate, & iocunditate, q̃ totius psalterii modulatio cũ anxietate atque tristitia, de conse. dist. 5. nõ mediocriter. Sed si permittit se homo vinci a tedio isto omittendo modo vnum bonum, modo aliud propter laborem de paruis venit ad magna. ¶ Semper ergo oportet laborare & victo omni tedio frequenter se purgare de defectibus. Vnde Bern. super illud. Tempus putationis aduenit inquit. Quis ita ad vnguem a se superfluare secauit, vt nil se habere putat putatione dignum? Credite mihi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & extincta reaccenduntur, & sopita excitantur, parum est semel putasse. Sæpe putandum est, imò si fieri pòt, semper est quod putari oporteat. Si dissimulas non inuenis quantumlibet in hoc opere manẽs profeceris, erras si vitia putas emortua non mortificata & magis compressa, uelis nolis intra fines tuos habitat Iebuseus. Sub iugari potest non exterminari, hæc ille. Sine tedio ergo laborare oportet in his, quæ bona sunt, & sine tristitia. Vñ Apostolus. 2. ad Corin. 9 Non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. Vnde Ioan. Cassia. in tractatu de tristitia sic ait. Absque illa tristitia quæ vel pro studio perfectionis, seu pro desiderio suscipitur futurorũ omnis tristitia tanquam sęculi quæ mortem inferat æqualiter repellenda est, sicut fornicationis spiritus, seu philargiriæ de nostris cordib. penitus extruenda. Et tristitia quidem quæ pœnitentiam operatur ad salutem obediens est affabilis, humilis, mansueta, suauis, & patiẽs, vtpote ex omni charitate descendẽs, & ad omnem dolorem corporis ac spiritus contritionem, in fatigabiliter se extendens, & quodam modo læta ac spe sui profectus vegetata. Sed tristitia mala asperrima, impatiens, dura, plena rancore, & mœrore infructuoso, ac desperatione pœnali, ab industria, & salutari dolore, frãgẽs acreuocãs, vtpote irrõnabilis. Hęc ille.

Frequẽter purgare se de defectibus.

§. 2. ¶ Quantum ad secundum. s. quis effectus seu detrimentum huius vitii, notatur cum dicit dormitauit anima mea præ tedio. i. acidiæ su per quo verbo Ioan. Cassianus. Verè ab omni contemplatione virtutum, & intuitu spiritualium sensuum dormitat anima quę huius perturbationis. s. acidiæ telo fuerit fauciata. Pigredo. s. acidiæ immittit soporem inquid Salo. Prouerb. 19. quod potest intelligi de triplici somno.

¶ Primo de somno naturali corporis.

¶ Secundo de somno vitii, & perditionis.

¶ Tertio de somno fictæ contemplationis.

Somnũ nimiũ taxatur.

¶ Quantum ad primum dormitat non solũ anima: sed corpus præ tedio, quia cũ acidiosus nolit laborare mente vel corpore tradit se de facili dormitioni, in quo tria sunt reprehensibilia procedentia, vt plurimum ex acidia. ¶ Primum est brutalitas cum quis dormit, vt porcus, vt nudus, vel discoptus, vel supinus, vel i excitabilis. Vnde Ber. Carnalis somnus, & brutalis abominandus est seruo Dei. Item idem. Caue inquãtum potes serue Dei, ne sit somnus tuus, non requies lassi, sed sepultura corporis suffocati. ¶ Secundum reprehensibile in somno corporis est tristitia, & tarditas in surgendo. Eccl. 32. hora surgendi nõ te tristetur. Et prouer. 26. Sicut ostium vertitur in cardine ita piger in lecto suo. Tertiũ est somni nimietas aut in oportunitas Bern. Nihil ita deperit de uita nostra, q̃ quod somno deputatur. Est. n. somnus quasi in quædam species, vel imago mortis. Cum aũt tps sit pręciosissima res, & irrecuperabilis, & illud qđ supfluè dormitur amittitur, quia nil boni tunc agitur, quinimmo inde plura mala sequunt, & tẽtationes, ió solũ necessitas sumẽda. Catho. Plus uigila semp ne somno deditus esto. Nã diuturna quies vitiis alimẽta ministrat. Et Apost. ad Rom. 13. Non in cubilibus & impudicitiis. ¶ Inoportunitas dormiendi ẽt uitiosa est, cũ. s. quis dormit cum vigilandũ est, vt tpe orationis, uel lectionis, vel prædicationis, qđ ex accidia, & tedio plerunq; accidit. Eccl. 22. dr. Cũ dormiente loquitur qui narrat stulto sapientiã. Vnde in colationibus narrat Io. Cassian. q̃ cũ quidã pr quosdã admoneret de salute animæ illi dormire cęperunt, qđ perpendẽs pr interposuit aliqua verba solatiosa, ąd quæ subito excitati redire cęperũt. Et quo facto ostendit eis desidiã eorũ, & deceptionẽ diaboli. ¶ Dormitat secundo anima ex tedio & acidia incurrendo diuersa peccata, & pditionẽ animæ. Nã & dormitio in scriptura frequẽter designat mortẽ, ut illud Ioã. 11. Lazarus amicus noster dormit. Sicut enim

Facili. ter se tradere sõno est reprehensibile.

In oportunitas dormiẽdi est uitiosa.

Acidiosus seqstrat omni bona cogitatione.

dormiens nil boni cogitat, vel optat, sic acidiosus priuatur omni bona cogitatione, vel meditatione, sed diuersa mala in mẽte reuoluit, secundũ illud prouer. 24. Per agrũ transiui hois pigri, & totũ repleuerunt vrticæ. Trãsitus istæ est per considerationẽ. Qui. n. diligẽter considerat agrum. i. mentem, seu statũ pigri. i. acidiosi inuenit plenũ vrticis prauorum desideriorum. Vnde & prouer. 21. dicit idem. Desideria. s. mala occidunt pigrum, noluerũt quicquam operari, manus eius tota die cõcupiscit & desiderat. Vnde & figuratur per paralyticũ qui nil poterat operari: sed vt dr Mat. 8. de seruo centurionis. Iacet in domo per pigritiam, & malè torquetur. In huius figurã legitur Iudic. 16. ꝙ Sansone fortissimo obdormiente super genua Dalidæ rasis capillis capitis infirmus factus, vt cęteri captus est a Philisteis & excęcatus. Sic qui ex acidia dormitat, vt satisfaciat sensualitati signatæ per Dalidam, quam nimis diligit, ꝓp qđ non vult laborare, sed quiescere abrasis seu ammotis de capite mentis suæ omnibus capillis. i. cogitationibus, capitur a diabolo, & excæcatur in rõne. ¶ Per acidiã aufertur omnis recta intentio ad Deũ, & omnis deuotio cõpunctionis, & lectionis, & piæ orationis, vt non libeat ei orare, vel legere, vel scribere, vel aliq̃d boni agere. Ad qđ designandũ legitur, primi Reg. 26. ꝙ Saule obdormiente ablata est de papilione eius hasta, & vas aquę qđ erat ad caput eius. Hasta longa, & recta designat rectam intẽtionem ad Deũ & diuina. Vas aquæ cor plenum deuotione, & cõpunctione. Ita subtrahuntur homini, dum dormitat præ tedio. Vnde & dr prouer. 15. Sicut tinea vestimẽto, & sicut vermis ligno, sic iustitia. s. acidiæ nocet cordi. Tinea. n. corrodit, & tollit robur & pulchritudinem vestimenti, & vermis medullam, & vigor rẽ ligni, ita & acidia robur & decorem deuotionis. ¶ Per acidiam demũ iucurritur mors animæ. i. subtractio gratiæ, & omnium virtutum, & meritorũ, & mors gehennæ. In cuius figuram legitur. 2. Reg. 4. ꝙ Isboseth regnante pro Saule patre suo vna dierum posuit ad custodiendũ portam domus regiæ quandam ancillã purgantẽ triticum. quæ cum dormitasset ipso et Isboseth quiescente in cubiculo, duo principes latronũ Rechab & Baana, latẽter ingressi sunt domũ, & sublatis spicis percusso Isboseth in inguine, abscissum caput eius Dauid deportauerunt. Quod exponit Greg. in mora. videlicet de animo nostro, qui rex est supernæ Hierusalẽ & dñs potẽtiarum suarum. Ancilla quæ domũ debet custodire est discretio seu prudentia, quæ debet inuigilare super sensus suos, & discernere triticum a lolio, & paleis, vt triticum bonorũ affectionũ & cogitationũ intra se seruet, & paleas seu loliũ vanarũ & mundanarũ cogitationũ abiiciat. Sed si ista dormitat præ tedio, & animus ipsæ quietẽ quærit mundanã intrant dęmones, & ablatis virtutibus, & laboribus meritorũ occidunt permaximè percutiẽtes in inguine. i. in aliquo vitio turpi, nam resoluendo se a vigore spiritus, & dormitando præ tedio in spũalib. ad carnalia se conuertit, & inde gra priuatur. ¶ Dormitat tertio anima præ tedio somno simulatæ contemplationis. Aliqui. n. sub spẽ contemplationis, & deuotionis dant se acidiæ & ocio nolentes operari manibus, quasi Martha actiuè contemnentes, & Maria contemplatiuè prætendentes, nescientes quid sit deuotio vel contemplatio. Neque. n. potest esse bonus Israelita, qui prius non fuerit Iacobita. Israel interpretatur videns Deum. s. per cõtemplationem. Iacob interpretatur supplãtator. s. vitiorum, quod pertinet ad exercitiũ actiuæ. Non est aptus ad contẽplationẽ, qui prius non plenè mortificauerit passiones. Nã ergo isti verè dormiunt per contemplationẽ cum sponsa dicente. Ego dormio & cor meũ vigilat. Sed per acidiam sub simulata deuotione dormitant cum Euthico adolescẽte, qui disputante Paulo cum in fenestra domus sederet obdormiens cecidit de medio cœnaculo & mortuus est. Act. 20. licet suscitatus a Paulo. Et ad hoc facit quod legitur in vitas patrũ. ¶ Quidam peregrinus venit ad abbatem Syluanum in mõte Synai, & cum videret fratres laborantes manualiter reprehendit dicens. Quare operamini cibũ qui perit? Maria optimam partem elegit. Quod audiens Syluanus fecit ei dare codicem & misit eum in quandã cellam ut legeret. Cum autem transisset hora nonæ circũspiciebat ille hincinde si fortè aliquis eum vocaret ad prãdium, & cum nõ vocaretur accessit ad abbatem interrogans si fratres comedissent. Respondi quòd iam comederent. Sed propterea non fecerat eum vocare, quia spiritualis erat & non indigebat cibo corporali cum Mariam elegisset, fratres autẽ sui carnales erant, & ideò comederant & operabantur. Ille aũt perpendens de sua præsumptione culpã suã confessus est & abbas inquit Martha ergo necessaria est Mariæ. Surge ergo ꝙ dormis (ait Apostolus) & exurge a mortuis. s. operib. acidiæ, & illuminabit te Christus. ¶ Quãtum ad tertium. s. remedium cõtra acidiã hoc habetur ex doctrina sacræ scripturæ.

Per acidiam in currit qs multa mala.

Acidia ex simulata contemplatione.

Exẽplũ.

§. 3.

Et

Et ideò dicit. Confirma me. id est totum firma me in bono opere ne desistam ex tedio; & hoc in uerbis tuis id est: per uerba quę continent sacra scriptura. Vnde de sapiẽtia quæ maxima cõtinetur in sacra pagina dr Eccl 6. Subijce humerum tuum, & porta illa. i. obserua documenta eius, & nõ acidieris in uinculis eius. i. non incurres acidiã ex prẽceptis eiꝰ, quæ uincula dicunt, quia ligant animam ad obseruãdũ, & detinent neqs defluat, & licẽt multa sint documenta contra acidiam ex uerbis scripturæ pro nunc tria sufficiat ponere re media contra eam.

¶ Primum est deuota oratio, seu meditatio.

¶ Secundum est sacramẽtorum frequentatio.

Oro est bona cõtra acidiam.

¶ Tertium est uaria & bona exercitatio.

¶ De primo dicit saluator cũ inuenit discipulos arpropinquãte passione dormiẽtes p̃ tristitia. Vigilate & orate. Math. 26. ut nõ intretis intẽtationem quasi diceret. Deuota oro vos iuuabit ne succũbatis tẽtationi acidię q̃ sub intrabit mẽtib. nr̃is. Idẽ ẽt ait loquẽs de tribulationibus in fine mũdi. Orate ne fiat fuga ur̃a hyeme uel sabbato, hyems est frigida & in sabbato est otiũ & reqes. uult ergo dicere. Orate ne fugiatis. i. opus bonũ deseratis ex acidia, quę prouenit ex frigiditate diuini amoris, & otio seu qete corpali. Ad oronẽ aũt ipsã cõtinuãdã, & vincendũ Beelzebub. i. dęmoniũ de acidia uexatẽ, interptat. n. uir muscarũ, qa multitudo muscarũ illi ydolo insidebant pp̃ immolatitũ cr uorẽ sacrificiorũ, sic acidioso iidẽt muscæ importunæ & imundæ malarũ cogitationũ. Adiuuat lumẽ meditatio nũ, quæ mẽtẽ illustrãt, & societas fortis profectorũ. Vñ in huius figurã legit Exo. q̃ Iosue pugnante cõtra Admalechitas qui significant dęmones, tenebat Moyses manus eleuatas ad cęlũ in oronę, & cũ p̃fessitudine aliquantulũ dimittebat, p̃ualebat Amalech cõtra Iosue & populũ Dei pp̃ qd̃ Aaró & Hur inuenerũt eum ad tenẽdũ manus erectas ad cęlũ quousq; uinceret pp̃s eius, sic orãte quo cũq, cõtra tẽtationes diabolí, & bellãte p̃ resistẽtiã. Hur q̃ interp̃tat lumẽ. i. meditatio & Aaró q̃ interp̃tat mons fortitudinis. i. societas fortis in virtute, iuuãt cõtinua oronę ut nõ deficiat præ tedio, sed vincat dæmões. Sic Petro icarcerato ab Herode ut morti sequẽti die traderet, dormiẽtes Petro cũ oro fieret sine itermissiõe ab ecclesia ꝑ eo, vbi erãt sanctissimę p̃sonæ fortes i fide, angelus de nocte apparẽs cũ lumine excitauit eũ dicẽs. Surge uelociter, & cõtinuo ceciderũt cathenę de manib. eius & liberatus fuit. Actuũ. 12. Oratiõibus ẽt sanctorũ, peccator dormiens p̃ acidia & tedio clausus tribus portis. s. obdurationis cordis, taciturnitatis oris, indispositionis satisfationis, quę vtiq; tertia porta ferrea est, & ligatus cathenis duabus, scilicet timoris & amoris indebiti, illustratus instigatioe angeli, & aliqua bona inspiratione, subitò euadit de manibus diaboli excitatus a somno acidiæ. Meditatio multum valet contra acidiã p̃cipuè vitæ & passionis Christi. Ad Hę br. 12. Recogitate eũ qui talẽ sustinuit aduersus semetipsum cõtradictionẽ, scilicet Christũ ut nõ fatigemini animis vestr is scilicet p̃ tedio deficiẽtes ps. 87. in persona eius. Paup sum ego, & in laboribus a iuuẽtute mea exaltans scilicet In cruce humiliatus & conturbatus. Bernar Memor ero laborũ quos Christus sustinuit in prædicando, fatigationũ in discurendo, tentationũ in ieiunando, uigiliarũ in orando, lachrymarum in cõpatiendo. Recordabor etiam dolorum, conuitiorum, sputorum, colaphorũ, subsannationũ, & clauorum, horumq; similiũ, alioquin requireturа me sanguis iustus qui effusus est super terram. Hæc ille. Meditatio ẽt supplicii futuri, & præmii superni multum excitãt animã ab acidia, & tedio. Quis est enim tã iners, vel delicatus, qui nõ libenter laboraret vehemẽter, qñ inde sciret acquirere maximum lucrum, & permãsurũ, & euasurum, intensissimũ supplicĩũ & æternũ? Venite ad me(inqt saluator) omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiã uos. Mat. 11. Labor enim cũ fine (ait Aug.) merces sine fine, & refectio suauissima. ¶ Legitur in uitaspatrum. Cũ quidã interrogasset beatum Achillem dicẽs. Cur sedens in cella mea acidiã patior? Respõdit ei senex, quia nõdũ uidisti requiem quã speramus, nec tormẽtum, qđ timemus. Si enim ea inspiceres diligenter. s. per meditationẽ, & si uermibus plena esset cella tua vsq ad collũ etiam in ipsis permanẽs, sine acidia iaceres. Oratio ergo quã iuuat meditatio ualet contra acidiã. ¶ Sacramentorũ frequentatio etiã ualet. Præcipuũ aũt in sacramẽtorũ cõfectione sunt verba in quibus cõsistũt formæ eorũ. Confirmatur ergo quis contra tediũ in verbis Dei, id est in sacramẽtis, in quibus principaliter est verbũ formę, & præcipue sacramẽtũ eucharistiæ quod est verbum formę. Est enim panis qui cor homines confirmat, & roborat ad bene agendum. Est & carbo ignitus secundum Damasce. qui excutit omnem torporem mẽtis, & gaudere, & delectari facit in domino. ¶ Vnde in figurã dicitur. 3. Re. 19. q̃

Figura.

Exẽplũ.

Sacrorũ frequẽtatio ẽ bona cõtra accidiã.

cum esset Helias fessus extedio persecutiõis Iezabel vxoris Achab regis Israel obdormiuit subter vnam iuniperum. Ipso autem dormiente, apparuit ei angelus domini excitans eum a somno. Qui consurgens & videns panẽ subcinericium ad caput eius, & vas aquæ miraculosè ibi a Deo paratũ comedit & bibit. Et cũ iterum obdormisset angelus secũdo excitauit eum dicẽs. Surge comede grandis enim tibi restat via. Qui surgens iterum comedit ambulauit in fortitudine cibi illius usque ad montẽ Dei. Helias designat Dei seruum qui ex tribulationibus & vexationibus carnis attediatus aliquando laboribus, & tẽtationibus obdormit, ut nihil ei libeat facere, sed instigatione angeli boni mens excitatur, vt sumat sacramentum eucharistiæ figuratum per panem subcineritium. Christus enim panem se nominat, sed viuum qui coctus sub cinere humiliationis fuit decoctus in igne passionis, hoc ergo sumpto sine etiam pane pœnitentiæ cum aqua lachrymarum, vel doctrinæ inde fortificatur & cõfirmatur contra acidiam, vt incedat viriliter per desertũ huius mundi vsque in vitam æternam.

Varia operari ẽ bonum cõtra accidiam.

¶ Tertium remedium contra acidiam est varia operatio. Eccle. 9. Quodcunque potest manus tua instanter operare, quia nec opus nec rõ, nec sapientia, nec scientia valet ad inferos, quo tu properas. Hiero. Non facile capitur a tentatore, qui alicui bono vacat exercitio. ¶ In vitaspatrum legitur quod cum beatus Antonius tentatione acidię vexaretur, cępit clamare ad dominum dicens. Domine uolo saluus fieri, sed permittunt me cogitationes meę & subito vidit iuuenem pulcherrimum, qui angelus erat ponentem se ad sedendum, & laborandum plectas seu sportas, & inde ad modicum surgere ad orandum, & iterum postparum reponentem se ad operandum, & postea surgentem ad orandum. Dũque plures alternatis uicibus ad vtrumque se posuisset, demum dixit angelus. Sic fac & saluus eris. Vnde narrat uenerabilis Ioã. Cassia. in lib. 9. de institutis cœnobiorum quod antiqui patres nullum suscipiebant ad habitum monachalem seu hæremiticum, si nesciret facere aliquod artificium manuale, quod propterea agebant non solum vt ille posset ex lucro suæ artis viuere, sed multo magis, & principalius, quia intelligebant sine aliquo corporali exercitio non posse uitare vitium acidiæ. Nam cum pauciss imi sint, qui sciãt & valeãt tota die vacare cõtẽplationi, oratiõi, & lectiõi, & pmaximè insipiẽtes, oportet q̃ inci dãt in acidiã, qui nõ vacant quotidie alicui exercitio corporali. Et quidã ex illis qui nõ indigebant lucro propter lucrũ, quia dactilis & aqua cõtenti erant, tũ laborabãt facientes plectas quotidie, & in capite anni comburebant, & faciebãt alias ut sic liberi essent ab acidia.

De negligentia in genere. Cap. 3.

NEgligẽtia vitiũ est ptinẽs ad torporẽ circa p̃cepta, quod. s. uitiũ. Grego. ponit inter filias acidiæ. Et p̃t diffiniri q̃ ẽ p̃cm̃ quo uoluntas est remissa ad eligendũ actum debitũ vel circũstãtiã circa actũ debitum obseruari. Et opponitur uirtuti prudẽtiæ q̃ p̃ sollicitudinẽ est diligẽs ad opandũ. De negligẽtia p̃t exponi illud ps. 24. Delicta iuuẽtutis meæ & ignorãtias meas ne memineris dñe. Delictũ dr̃ quasi derelictũ In quo notat̃ p̃cm̃ omissionis quo omittit actus bonus q̃ debet fieri, vl̃ circũstãtia debita, quę dẽt in actu bono seruari qd̃ p̃tinet ad negligẽtiã. Et dicit Bern. in li. de dispensatione & p̃cepto. Negligẽtus, vbiq; culpabilis, iõ dicit. Delicta iuuentutis, q̃a magis in iuuentute cõmittuntur negligentię pp̃ inexpiẽtiã, pp̃ter quod in iuuenibus parũ p̃t esse prudentiæ fm̃ philosophum, q̃ contrariatur negligentiæ. Ignorantię ẽt peccata innumera sunt. Ne memineris inquit ad dominũ, s. ad puniendum, sed relaxa. Sed circa negligentiam tria videnda semper sunt.

¶ Primo proprietas significati.

¶ Secundo uarietas principii.

¶ Tertio grauitas peccati.

§. 1.

¶ Quantum ad primum. Sciendum differẽtiã esse inter ista sex. s. negligẽtiam, pigritiam, desidiam, inconstantiam, torporem, & omissionẽ quæ omnia ad acidiam pertinẽt, & largè etiã sumendo negligentiam, in ea alia includuntur, strictè autem sumẽdo differunt quo ad significatum & quo ad actum, quod sic declaratur. ¶ Negligentia consistit in defectu interioris actus uolũtatis qui est electio. Vnde Isid. in li. ethimo. dicit quod negligentia dicitur quasi nec eligens. Et ideò sicut recta electio eorum, quæ sunt ad finem pertinet ad prudentiam, ita negligentia voluntatis non eligendi rectè ea quę sunt ad finem, pertinet ad imprudentiam ergo & ad peccatum. ¶ Pigritia consistit in defectu executionis exterioris, ita quod pigritia est respectu boni operis faciendi. Nam pigritia importat tarditatem exequendi bonum opus. Vnde dicitur piger ille qui facit tardè bonum opus, quod debet facere uelociter, & cito. secundum

Negligẽtia.

dum illud Prouer. 19. Abscondit piger manum sub ascella, &c. & ca. 20. dicitur propter
Desidia. frigus piger arare noluit. ¶ Desidia dicit respectu boni operis prosequendi vel continuãdi, & dicitur desidia a desinendo. Cum enim videt deses difficultatem in agendo desistit a
Torpor. bono opere & cessat ab illo. ¶ Torpor importat quandam remissionem in ipsa executione boni operis, dum. s. non feruenter, sed tepidè agit bonum Apoc. 3. Vtinam esses calidus aut frigidus, sed quia nec calidus nec frigidus es, sed tepidus, incipiam te euomere ex ore meo. Calidus est feruẽs, frigidus ẽ malus, sed
Tepidus cognoscens malum suum. ¶ Tepidus autẽ q bonũ inchoauit: sed imperfectè, & in illo sta tu permanet quasi sibi sufficiat non quærens proficere qui status est multum periculosus. Nam frigidus. i. malus cognoscit aliquãdo defectum suum & se emenda, sed tepidus cum sibi videatur sufficere bonitas sua non curat de emendatione, ideò proximus est reprobationi signatæ per uomitum. Sicut enim euomitum nunquam resumitur ad comedendũ seu ad incorporandum, sed abominatur etiã ad vidẽdum ita tepidi demum separati a gratia Christo non incorporantur, sed ab eo detestantur. Tepida naturaliter prouocãt uomitum. ¶ Inconstantia instabilitatem voluntatis importat. Nã secundum Papiam. Incõstãs
Incõstãtia. est qui instabilis est, sed quod modo sibi placet postea sibi displicet, vel quia modò vult hoc, modò uult aliud talis fluctuat inter cõfidentiam & diffidentiã. Iacobi. 1. Vir duplex aio incõstãs est in oibus viis suis. ¶ Omissio
Omissio. differt a negligẽtia, siue qñ sunt mortalia, siue quãdo sunt uterq; uenialia. Omissio autẽ dr respectu actus debiti & necessarii fieri, qñ. s. est mortale. Negligentia autem strictè cum est mortale dicitur respectu circunstantiæ debitæ necessariæ, puta temporis, vel loci vel finis & huiusmodi. Inquãtum sunt uenialia omissio est respectu actus expediẽtis, nõ tamen necessarii. Negligentia respectu circũstantię conuenientis non tamen necessariæ. Negligentia tamẽ frequẽter sumitur pomissione Tho. 2. 2. q. 54. & Alexan. in 2. parte sũmæ. q 34. Et de pigro quod potest intelligi & de negligentes large dicitur Prouer. 13. Vult & nõ vult piger, uult. s. affectu in genere, seu uelle ita, sed non vult effectu. Sed sicut arbor sine fructu est vana, ita uoluntas sine opere inutilis est. Vel intelligitur, vult piger & negligens regnare cum Christo, sed non pati cũ eo, sed fieri non potest. Dicit enim Apostolus 2. Thi. 2. Si sustinebimus & conregnabimus. Vel sic vult piger benè mori, sed non vult benè viuere, vel de negligente prælato expone vult habere emolumenta ecclesiæ & decimarum, & non vult habere curam animarum.

¶ Quantum ad secundum scilicet uarietatẽ principii, vnde scilicet negligentia causetur. §. 2.
Sciendũ quod ex quatuor uitiis oritur. ¶ Primo ab imprudentia quod sic declaratur. Imprudens dicitur qui diligenter non obseruat circunstantias in operibus suis, sed inter omnes circunstantias nobilissima est circunstãtia temporis quam imprudens negligit obseruare. Dicitur enim Eccle. 20. Lasciuus & imprudens non obseruabũt tempus scilicet quia non cogitant præterita nec ordinant p̃sentia nec præuident & deliberant futura, & sic negligit obseruare circunstantias debitas imprudens. Sed vt dicitur Ecclesia. 7. Qui timet Deũ nihil negligit, quia scilicet nõ omittit aliquod necessarium ad salutem siue actũ, siue circunstantiam debitam & hoc nõ, quia timor opponatur negligẽtiæ directè, sed qa timor Dei excitat hominem ad actum rõnis scilicet ad solicitudinem, quia timor facit hominem consiliatiuum Hæc Thomas. ¶ Secũdo procedit negligentia ex acidia. Cuius ratio est, quia cum acidia sit tristitia de alieno bono spirituali, ideo negligentiã generat ad eligendum, & torporem ad faciendum. Et ratio huius est, quia sicut id quod nos delectat facimus diligẽter propter quod delectatio p ficit opus secundum philosophum in ethicis, ita quod nos contristat facimus negligenter. Vnde dicitur Prouer. 25. Sicut vermis ligno, ita tristitia nocet cordi si tollendo ei uiresad operandũ benè & diligenter. ¶ Tertio procedit negligentia ex auaritia, quia cum homo diligit inordinatè magnam prosperitatẽ quã habet, ex hoc efficitur negligens ad uitandũ malum & eligendũ bonum Hiere. 43. Ingressi sunt possiderunt terram, & nõ obedierunt, vbi dicit gl. quod nihil est medium inter possessionem, & inobediẽtiam. Nam vbertas securitatem, securitas negligẽtiam, negligẽtia contemptum generat. ¶ Quarto procedit negligentia ex inordinato amore sui. Vnde dicit Gregorius in moralibus quod negligẽtiã minor amor Dei exaggerat. Sed sciendum quod minor amor Dei potest intelligi dupliciter. Vno modo per defectum feruoris charitatis, & talis negligentia est ueniale. Alio modo per defectum ipsius charitatis, & sic dicitur minor amor Dei, quando quis amat Deum solum, amore naturali, & ex hoc cũ quo est inordinatus amor sui, negligẽtia est mortale

Negligẽtia oritur ex imprudentia.

Ex Acidia.

Ex Auaritia.

Ex Amore.

est mortale. De qua intelligitur illud Hiere. 48. Maledictus qui facit opus Dei negligēter secundum vnam litteram Alexan. in sum. & Tho. 2. 2. q. 54. ¶ Est aūt negligētia speciale peccatum. Sed sciendū scd̄m Tho. 2. 2. q. 54. quod aliqua peccata sunt specialia, quia sūt circa specialē materiam, ut luxuria est circa uenerea, quædam autem sunt specialia propter specialitatem actus rationis se extendentis ad omnem materiam moralem, & huiusmodi sunt omnia vita quę sunt circa actus rōnis. Nam quilibet actus rōnis extendit se ad oēm materiam moralem. Et ideò cū solli citudo si quidam specialis actus rationis, consequens est quod negligentia quę importat defectum sollicitudinis sit speciale peccatū.

Est spāle pctm.

§. 3. ¶ Quantum ad tertium scilicet grauitatēpec cati. ¶ Sciendum quod negligentia aliquādo est mortale, aliquando ueniale. Et mortale q dem est duplex scilicet ratione defectus, & rōne contemptus. Si enim per negligentiam prætermittatur actus, qui est in præcepto, & per cōsequens de necessitate salutis, puta dare eleemosynam cū habeat superflua naturæ & personæ & videt indigentes. Similiter si p termittātur debitę circunstantiæ istius actus puta dare eleemosynam tempore extremę necessitatis alicuius. ¶ Secundo est negligentia ratione contemptus mortale. Si enim uoluntas inītum sit remissa circa ea quæ Dei sūt ut totaliter a charitate Dei deficiat cōtemnēdo quæ Dei puta cum nō curat quis bonum facere, sed cōtēnit. Verbi gratia, tenetur aliqs aliquod bona sollicite & deuotè facere ut psallere, & orare, si aliquis ex consuetudine hēat hanc negligentiam, ita quod ex cōsuetudine nō curat, sed contēnit dicere horas suas sollicitè, & deuotè talis negligētia erit mortalis. Licèt. n. negligentia in dicēdo semel vel his horas indeuotè non sit mortale, tamē ex frequentia & consuetudine potest contingere per contēptum quod erit illa negligentia mortalis. Sicut gutta cauat lapidē nō bis sed sæpe cadendo Et guttæ aquæ nō una uel. 10. sed multiplicatæ submergūt nauem. Vñ Augustinus. Quod facit fluctus irruens hoc sentina neglecta de pæ di. 1. c. Tres sunt autē, in fi. Et sic dicitur in decre. per Anacletū, sicut in unoquoque opere artium mater inuenit instantia, ita nouerca eruditionis est negligētia distin. 83. nihil. Nouerca cum tristitia gubernat filios aliorum, & ideò malè & incuriè. Et sic acidiosus cum tristitia, & tedio uacat studio, & cuicunque operi, & ideo malè addi scit ul' Deo malè seruit. Et de hac negligētia,

Contēptus i horis dicē dispctm mortale causat.

quę mortalis est intelligit illud Prouer. 19. Qui negligit viam suam mortificabitur scilicet per culpam mortalem, & pænam æternā. Viam dicit scilicet mandatorum per quā debemus ambulare ad patriam. Vnde Esa. Hæc est uia ambulare in ea, vel uiam ideſt Christū qui ait. Ego sum via ueritas, & uita Io. 3. ipsum scilicet contemnendo non sequendo uestigia eius, vel uiam suam, ideſt conuersationem, & opera sua, non curans si benè vel malè Deo uiuat, uel mundo hic damnabitur. ¶ Est negligentia ueniale, alias qñ s. non prætermittitur actus necessarius, vel circunstantia necessaria ad actum necessarium ad salutem. Et de hac intelligitur illud Eccl. 7. De negligentia purgate cum paucis, quod intelligitur tripliciter. ¶ Vno modo sic de peccatis commissis per negligentiam quæ scilicet est ueniale in paucis. i. per pauca purgate, quia. s. pauca sufficiunt ad delendum venialia, & hoc secundum glo. ¶ Secūdo modo cū paucis purgat te de peccatis negligentiæ qa. s. pauci sunt q sciār purgar peccata negligētię & scire an mortale an ueniale. ¶ Tertio mōcum paucis purgate. i paucis reuela cor tuū, quasi diceret. Non reueles cuicūque cor tuū uel confitearis indifferenter, sed his, qui sciāt & possint iuuare & consulere. ¶ Est & negligentia in quibusdam dubia, vtrum mortale uel ueniale, uel propter dignitatem materię uel propter incertitudinem debitę resistentiæ a ratione. Primum accidit circa sacramenta, ut de conse. dist. 2. Si per negligentiam, & 1. q. 1. interrogo. & in aliis multis. Secundum in cogitationibus mortalium peccatorum, quando non cito expelluntur, & præcipuè circa turpia, sed uacillat mēs inter affensum, & dissensum.

Est ueniale. negligē tia.

¶ De *negligentia benè operandi.* Cap. 4.

DE negligentia in benè operando ait ps. 13. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonū, nō est vsq; ad unum. Vnde in Euan. de inuitatis ad nuptias quas fecit rex filio suo, ideſt Deus pater filio suo cum sibi vniuit naturā nostrā seu ecclesiam, ad quam ecclesiam seu ministerium credendo omnes inuitantur dicitur q̄ inuitati neglexerūt euntes alii in uillam, alii ad negociationem, alii nuncios occiderunt. Matthę. 22. Et quod missis exercitibus suis rex perdidit illos, sed econtra sanctus Daniel cauens sibi a negligētia cū complerentur septuaginta anni, quibus prędixerat

Hieremias

Hieremias populum illum Iudęorum in captiuitate Babylonica permanſurum, & poſtea liberandum poſuit ſe ad adorandum dñm, pro liberatione illius populi in ſacco, & cinere. Non quia eſſet incredulus futurorum, vt dicit Hierony. ſed ne ſecuritas negligentiã & negligentia pateret offenſam. de pę.di. 1. pdi xerat. Sed cõiter omnes declinauerũt &c. Vbi tangitur prauitas omnium quo ad tria.

¶Primo quo ad omiſſionẽ boni pręteriti, ibi. Omnes declinauerunt.

¶Secundo quo ad omiſſionem debiti modi. ideſt circunſtantiæ debitæ. ibi ſimul inuti les facti ſunt.

¶Tertio quo ad omiſſionem boni præſentis. ibi. non eſt qui faciat bonum.

§. 1. Omiſſio boni pteriti.

Quantum ad primum, ſcilicet omiſſionẽ boni præteriti dicit. Omnes declinauerunt. i. bonũ quod debebant facere non egerunt. Eſaie. 53. Vnuſquiſque in uiam ſuam declinauit. i. recedens a bono, quod debuit facere ſecundũ rationem, ſecutus eſt viam ſuam, ſcilicet propriam voluntatem. ¶Declinauerunt autem omnes tripliciter, videlicet vel a veritate, vel a pietate, vel a ſummi boni incommutabilitate. ¶A veritate vnuſquiſque declinauit ſecũdum illud Oſeę. 4. Non eſt veritas Dei in terra. Pſalmiſta 115. Omnis hõ mendax. Declinauerunt etiam omnes a veritate fidei tẽpore paſſionis etiam apoſtoli excepta beata virgine Maria, nam relicto eo fugerunt Math. 26. quod ſecundum Remigium videmus impleri in his qui pro amore Chriſti promittunt ſe magna facturos, qui tamen quãdo oportet non faciunt. Inſinuatur etiam moraliter, ꝙ Chriſtus paucos habet ſocios ad compatiendum, ſed multos ad congaudendum non attendentes ꝙ non eſt tranſitus ad lignum vitæ niſi per gladium flammeum. i. tribulationes. Gen. 3. Sed oẽs negligunt illas cum debita patientia ſufferre declinantes a veritate cognitionis, quia non intelligunt quanta oporteat pro Deo, & regno cęleſti pati. Vnde dicitur Prouerb. 3. Diſciplinã dñi fili mi ne abiicias, ne deficias cum ab eo corriperis. ¶Secundo declinant omnes a pietate ſeu miſericordia. Oſeę. 4. Non eſt miſericordia in terra, & hoc quia auaritiæ vacant omnes ſecundum illud Hiere. 6. A maiori vſque ad minorem omnes auaritiæ ſtudent, & a propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Alia peccata nõ videntur eſſe ita cõmunia. Et ex hac auaritia clerici, & prælati qui ſunt obligati ad curam animarum, declinant ab ea, non curantes niſi de lana & lacte, ideſt tẽporalitate ouium ſuarum, ſed ex negligentia, lupis eas exponunt. vel dimittunt deuorãdas, ideſt dęmoniis per diuerſa vitia primæ Thimoth. 4. Noli negligere gratiam quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum, ſ. ad habendũ curam animarum. Nam vt dicit Leo. Inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendę ſunt quam ad negligentes deſideſque prælatos, qui multam fæpe nutriunt peſtilentiam, dum ſeueritatem diſſimulant exhibere medicinam. diſt. 85. ca. inferiorum. ¶Tertio declinant omnes a bono incõmutabili, ſcilicet a Deo ad bona commutabilia. ¶Et ut grammaticè & moraliter exponatur nota ſecundũ Albertum magnum ſuper pſal. quòd peccatores declinant ſecundum omnes ſex caſus declinandi. ¶Primo declinant in nominatiuo caſu, cum ſolũ in mundo quærant, & cupiant nominari, qđ pertinet ad ſuperbiam. Geneſis. 11. Celebremus nomen noſtrum antequam diuidamur in terra. ¶Secundo declinant in genitiuo caſu, ſ. per luxuriam. Geneſis. 19. Loth declinãs de filiabus ſuis genuit. Et de ſenibus qui exarſerunt in concupiſcentiam Suſannæ dicitur Daniel. 13. quòd declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cęlum. ¶Tertio declinant in datiuo caſu per gulam Eccleſiaſtici. 18. ſi præſtes animæ tuæ concupiſcentiam faciet te in gaudium inimicis tuis. ¶Quarto declinant in accuſatiuo caſu per infamiam & detractionẽ aliorum, pſal. 108. In perſona Chriſti. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, & loq̃tur de Iudæis Chriſtũ infamantib. ¶Quinto declinant in vocatiuo caſu per adulationem, & verba dulcia, ſed ut dicitur Prouerbiorum. 1. Si te lactauerint peccatores, non acquieſcas eis. ¶Sexto declinant in ablatiuo caſu, per rapinam & ablationem rerum alienarum, ſed veh eis qui multiplicant non ſua. Abacuch ſecundo. Et ſi tales faciunt ex illis hoſpitalia & eccleſias non propter hoc placant Deũ. Ego dominus odio habens rapinam in holocauſtum, ait ipſæ Eſa. 61.

Pctõres declinãt ſm oẽs caſus.

§. 2. Omiſſio debitæ circũſtantiæ.

¶Quantum ad ſecundum tangitur negligentia quo ad omiſſionem modi debiti, ſcilicet circunſtantiæ debitæ. Aliquando enim omittitur bonus actus debitus. Et de hoc dicit, omnes declinauerunt. Aliquando omittitur circunſtantia actus debiti, & tunc eſt inutilis actus. Licet enim actus de ſe ſit bonus, tñ pp malam intentionem vel aliam indebitam circunſtantiam efficitur inutilis ad ſalutem, vñ ſubdit, ſimul inutiles facti ſunt. Nullũ enim virtuoſum opus eſt, niſi debitis veſtiatur circunſtantiis. Inutiles dicũtur facti, ideſt infructuoſi.

ctuosi. Nam si sunt prælati, doctores, prædicatores, & hmõi, quãuis doceãt & regant, tamẽ propter malam vitam efficiũtur infructuosi. Cuius enim vita despicitur, restat vt eius prędicatio cõtemnatur ait Greg. Non solũ aliis, sed etiam sibi sunt infructuosi: quia omissio debitæ circunstantiæ facit opus de genere bonorum malum, vnde non meritorium. Vnde dicit dñs Cayn secũdum aliam translationẽ. Si rectè offeras, & non rectè diuidis peccasti. Gen. 4. Offert rectè Deo qui facit opus de se bonum, sed non rectè diuidit, cum illud non agit cum debita discretione, non obseruãs debitas circunstantias, vt cum facit eleęmosynã in loco indebito, vel tempore, aut non bono fine, & hic peccat. ¶ Sed hic quæritur quæ negligentia sit grauior, an negligentia tpis, vel loci, vel finis, & hmõi? Et respondit Alex. 2. par. q. 34. q negligentia temporis est grauior, quia damnosior sibi eo q irreuocabilis, propter quod dicit Sene. q negligentia temporis est indecentissima, & valdè damnosa. Negligentia verò circunstantiæ loci est grauior, qa damnosior alteri, eo q maius nocumentum infert proximo verbi gratia, cum negligenter iacit lapidem in aliquo loco, vnde occidit hominem. Negligentia verò finis grauior simpliciter, quia ab ipso fine determinatur bonitas actionis.

De negligẽtia loci & tẽporis & quæ sit grauior.

§. 3. ¶ Quantum ad tertium tangitur negligentia quo ad omissionem boni præsentis cũ dicit.

Omissio boni operis. ¶ Vno modo sic. Multi dicunt bonum, & multi cogitant bonum: sed nõ est qui faciat illud bonum, sed ex negligentia dimittitur. Quamuis enim qñ prætermittitur aliquis actus debitus exterior illud dicatur omissio, tamẽ ipsa omissio est effectus negligentiæ, & qñ negligentia reperitur in prætermissione eorũ, q̃ sunt de necessitate salutis, tunc negligentia trahitur ad aliud genus peccati magis manifesti, vt sicut cum omittitur cõfessio, vel cõio annualis trahitur illa negligẽtia ad inobediẽtiam ecclesiastici præcepti. Et vt dicit Ambr. Non satis benè velle, sed etiam bene facere, s. oportet. dist. 86. Non satis. Nec ẽt sufficit benè dicere, vel bonũ. Nam & ficus in qua Christus tm̃ reperit folia, quæ verba signant, & nõ fructus operũ maledicta a Christo aruit Mat. 21. Et propterea dicit Christus. Non omni q dicit mihi dñe dñe intrabit in regnum cœlorum. Primum domine refertur ad cor, in quo bonum cogitatur. Secundum domine refertur ad os, quo dicitur bonum: sed oportet q sequatur tertium domine quod subditur a Christo, scilicet qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est ipsæ intrabit in regnum cœlorum. ¶ Secundo modo intelligitur, non est qui faciat bonum scilicet bonum purũ qn scilicet misceat cum eo multa mala, & multas negligentias Eccl. 7. Non est homo super terram qui faciat bonum & non peccet. Et prouerb. 20. Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum a peccato? Et Aug. Si omnes sancti, & sanctæ dum hic viuerent interrogati fuissent si peccatum haberent, respondissent vna voce omnes illud. 1. Io. 1. Si dixerimus: quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas non est in nobis, excepta sancta Maria Virgine, hæc nulla negligentiam commisit. ¶ Et quamuis negligentia reperiatur in omni peccato generaliter, quia omnis qui peccat negligit ea per quæ a peccato retraheretur, non tamen pp hoc tollitur quin aliqñ sit speciale peccatum. In peccato vtique si contingat esse defectum circa aliquẽ actum rationis, puta defectum consilii, iudicii, & hmõi, tñ sicut præcipitatio est speciale peccatum per specialem actum rationis, qui prætermittitur. s. cõsilium quamuis possit reperiri in quolibet genere peccatorũ, ita negligentia est speciale peccatum propter defectũ specialis actus rationis, qui est sollicitudo q̃uis inueniatur aliqualiter in omnibus peccatis. Th. 2. 2. q. 54. ¶ Tertio modo exponitur vt sic non est qui faciat bonum, s. pœnitentiæ, ut debet quotidie multa mala fiunt, & quasi nullum pœnitet peccatorum suorum. Vnde dñs conquæritur per Hiere. dicentem c. 8. Nemo est qui agat pœnitentiam de peccato suo dicens, quid feci? Sed qui perseuerat in peccato negligit utique conteri. Et cum negligentia sic circa actum præcipiendi, ad quem ẽt pertinet sollicitudo, alter tamen deficit circa hũc actum negligens aliter inconstans. Inconstãs enim deficit in præcipiendo, quasi ab aliquo impeditus scilicet passione concupiscentiæ. Negligens autem deficit circa actum præcipiendi per defectum promptę uoluntatis Th. 2. 2. q. 54. Et quia homines tepidi sunt, ideò negligenter agunt pœnitentiam. Sed saltem seruandum est quod ait Apost. Rom. 6. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, id est peccato ducenti vos in aliud peccatum, ita exhibete mẽbra vestra seruire iustitiæ, idest, pœnitentiæ in satisfactionem, idest quantam habuistis sollicitudinem ad laborandum pro malis, tantam habete ad faciendum pœnitentiam, excludendo omnem negligentia. Quod sumus

Negligẽtia reperitur in oĩ peccato & quãoẽs sancti nõ se excusarent. D. Maria ex lepra.

Omissio pœnitentiæ.

mus negligentes ad benè operandum, & hoc ſolliciti & fortes ad malè operandum hoc cõtingit propter tres rationes

¶ Primo propter difficultatem medii.

¶ Secundo propter multiplicitatem mali.

¶ Tertio propter prauitatem animi.

Difficulter operamur bonum.

¶ Prima ergo ratio quare ſumus negligẽtes ad bene operandum, & difficiliter operamur bonũ eſt ꝓpter difficultatem medii. Difficile enim eſt bene operari & facile male operari. Et ratio huius eſt iſta virtus cõſiſtit in medio rei vel rationis, ſed tangere medium eſt difficile, declinare ſeu deuiare a medio eſt facile. Et qđ hoc ſit verũ patet per exemplum de ſigno. Nam contingere punctum ſiue in centro circuli. ſiue in aliqua parte ſuperficiei eſt difficile, deuiare autem a medio eſt facile, vt patet in ſagitantibus ad ſignum. Sic ergo ꝙa rectè, & virtuoſe agere cõſiſtit in attingendo medium quod eſt difficile, recedere autem a medio facile. Ideò negligens eſt homo ad bonum, & difficilis, & econtra facilis & ſolers ad malum. ¶ Secũda ratio eſt propter multiplicitatem mali. Nam ſecundum Dyoniſiũ de diuinis nominibus. Malum cõtingit omniſariam, ideſt ex ſingulis defectibus, bonum uerò ex perfecta, & integra cauſa. Ratio huius eſt, quia actio non iudicatur bona, niſi vtrunq; eorum fuerit, ſcilicet actus de ſe bonus, ut dare eleemoſynã, facere ieiunium, & orare, & huiuſmodi, & circunſtãtia bona quæ eſt multiplex ſcilicet debitus finis, debitus modus, debitũ tempus, & huiuſmodi. Actio ecõtra iudicatur mala non ſolũ ſi actus ſit malus de ſe ut furari blaſphemare periurare & huiuſmodi, ſed etiam & ſi actus ſit bonus in ſe ut ieiunare, & aliqua circunſtantia mala, ſit ut intẽtio mala ſcilicet propter laudem humanã, vel alia circũſtãtia mala. Difficilius autẽ eſt facere illud ad quod multa requiruntur, quã illud ad ꝙ pauca. Patet etiam per exẽplũ de pulchritudine & ſanitate. Nõ enim iudicatur homo pulcher niſi omnia membra eius decora fuerint. Turpis autẽ redditur ex hoc ſolo quod unum membrũ coporis turpe ſit. Similiter ægritudo quæ eſt malũ complexionis corporalis prouenit ex ſingulari deordinatione cuiuſcunque humoris, ſed ſanitas non habetur niſi ex debita proportione omnium humorum. Sicut ergo ęgritudo in corpore humano contingit multis modis ac etiam turpitudo. Sed ſanitas & pulchritudo uno modo ſcilicet concurrentibus omnibus, ſcilicet debita proportione omnium membrorum, & humorum. Ita actio bona contingit uno modo videlicet concurrẽtibus omnibus neceſſariis ad hoc vt actus bono & circunſtantiis debitis, ſ. actio mala ex hoc quod aliquod vnum ex illis deficiat. Hęc Ariſtotel. ſecundo ethicorũ, Alber. & Tho. in ſcriptis ſup illud.

¶ Tertia ratio ꝓpter prauitatẽ animi, quare ſumus negligentes & difficiles ad bene operandum. Sicut enim habenti linguam colera infectam, dulce eſt amarum, & palato non ſano pœna eſt panis qui ſano eſt ſuauis, & oculis ægris odioſa eſt lux quæ puris eſt amabilis ſecundum Auguſtinum. Ita habenti habitum vitioſum vel affectum inordinato corruptum amore bene operari eſt difficile, & pœnoſum & inde negligit illud agere, ſicut econtra habenti habitum virtuoſum eſt facile bene operari, hæc autem inordinatio affectus contingit præcipue propter tria.

Propter prauitatem animi.

¶ Primo propter mali operis frequentiam.

¶ Secundo propter mentis malitiam.

¶ Tertio propter paſſionis vehementiam.

Propter multiplicitatem.

¶ Quantum ad primum certum eſt & manifeſtum, quia frequentia ſeu conſuetudo malè operandi facit difficultatẽ ad bonũ. Quãuis. n. res naturales a ſua naturali inclinatione ꝓp conſuetudinẽ in contrariũ non mutentur, ſicut patet per exẽplũ in lapide, ꝙa quã tunc cũq; frequẽter proiciatur ſurſum, nũquã aſſueſcit ſurſum moueri. Et trõ eſt, quia principiũ huius inclinationis, ſcilicet moueri deorſum quod principium eſt, grauitas mutari nõ poteſt. Sed in actibus humanis moralibus bene mutatur inclinatio propter conſuetudinem in contrarium, & patet per exemplum. Nam multę guttæ cadentes cauant lapidem, & ex frequenti ędificatione ſcriptura, citharizatione & huiuſmodi poſtquam didicerint artem faciliter omnes, & benè operantur. Et ſic ex frequenti bene facere, caſte viuere, abſtinentiam ſeruare, & huiuſmodi, acquirit ſibi homo habitum virtutis. Vnde faciliter poſtea operetur ſecundum illam virtutem, & propter hoc non parum differt, quod homo a pueritia ſtatim aſſueſcat malè, uel benè operari. Quæ enim a pueritia imprimuntur firmius retinentur. Vnde quia cõſuetudo eſt quaſi altera natura, ꝙa a pueritia aſſueſcit bene facere faciliter operatur, qui autem malè difficulter. Ariſt. 2. ethic. & Th. ſup illud.

Propter paſſionis vehementiã.

¶ Secundo inordinatio affectus prouenit propter mentis malitiam. Qui enim vult ſcierer & de induſtria aliquod magnum malũ incurrere ut aliquo minimo bono fruatur. Hic ſic malitioſus appetitum inordinatum habet, ſicut laſciuus qui de induſtria vult habere delecta-

Adde ꝙ dicit Cic. in Philip. recẽſmalũ facilè deprimũtur, inueterarum verò plerũq; ſit immedicabile.

lectationem carnalem, per quam maiori bono. s. spirituali & diuino priuatur tanquam malitiosus peccat. Etsi arguatur contra, quia secundum Dyonisium. Nullus intendēs ad bonum malum operatur, ergo videtur, q̄ nullus ex malitia peccat. s. intēdens malè facere. Respondeo q̄ malum ꝓpter se nullus intendit, sed bn̄ ꝓpter aliud. s. ad uitādū aliud malum ut dānū tpale, vel cōsequēdum aliquod bonum, vt delectationem malitiosus intēdit malum. Vellet lasciuus delectatione frui sine offensa Dei, sed duobus sibi ꝓpositis delectatione uenerea & offensa Dei, vult & elegit potius delectationem, quā vitare offensam Dei. Th prima secundæ q. 78. ar. 1. ¶ Tertio prouenit inordinatio affectus propter passiōis uehementiā licèt. n. incōtinens agnoscat q̄ omne inhonestū est fugiēdū sicut & nouit quod nullum dulce extra horam inordinata est gustandum tn̄ passio cōcupiscentię in particulari ligat rationē. Et quod ratio respuebat in generali ligata a passione cōcupiscentiæ q̄ qn̄ est vehemens, pōt mouere quālibet particulam aiæ ēt rōnem si non sit sollicita ad repellendum acceptat in particulari, ita quod a tali passione in particulari ratio ligatur, & obnubilatur & affectio deprauatur. Arist. 7. eth. & Th. sup illud Ray. ¶ Notādū quod quadruplex est negligētia q̄ piculosa ē, & iō debet euitari diligēter. Pria ē negligētia correctiōis uitiorū. Secūda negligētia obseruatiōis festorum. Tertia negligētia susceptiōis sacramētorū. Quarta negligētia audiētiæ diuinorū, de qualibet harū habet speciale c. & aliqn̄ ēt plura capitula, ut parebit Quita. Delicta qs intelligit, ait ps. 18. q. d. nullus, innumerasunt. n. & dicuntur delicta quasi derelicta, id est negligen iæ q̄ cōmittūtur circa ꝑdicta ab oībus nō possent enumerari, nec aliquis ab huiusmodi pōt se cauere. Et negligētia qdē correctionis uiuorū, q̄ primo posita est triplex est. Prima ē negligētia correctionis internalis. Scda est negligentia correctionis præsidētalis. Tertia est negligētia correctionis fraternalis. De prima inquit ps. 118. Feci iudicium & iustitiam. Iudicium fit in me rius dum quis examinat cōscientiam suam. Iustitia autem dum inuenta uitia in cōscientia punit. Augu. de pe. di. 1. Iudicet. Iudicet se homo dum potest se examinando, & mores cōuertat in melius scilicet se corrigendo ne cum non poterit ꝑ ter uoluntatem a domino iudicetur. Amb. Nouit Deus mutare sententiam si tu noueris emendare delictū, de pæ. di. 1. Nouit. Tenetur autem quilibet se corrigere per cōtritionem quando peccatum occurrit menti, de quo nō est adhuc cōtritus aliàs talis omissio & negligētia esset mortale secundū Th. in 4. & omnes alios debet etiam se quilibet corrigere de minimis. Nam vt dicitur Qui minima negligit, paulatim defluit, Qui. s. negligit minima uitia uitare. Qui negligit minima uitia purgare. Qui negligit minima mandata seruare. Iltæ paulatim defluit a vigore spiritus sāctus, & a minoribus ad maiora procedens mala. Debet ergo quis uitare circa se omnem negligentiam. Exemplum de illo sancto episcopo qui videns Pelagiam ante conuersionē cū multa sollicitudine ornatam flebat negligentiam suam dicens se cum tanta sollicitudine non seruire Deo sicut illa q̄ rebat placere mundo in malum &c.

Quadruplex negligētia.

¶ De negligentia prælatorum. Cap. 5.

NEgligentia prælatorum quæ prohibet cū dicitur sacerdotibus. 2. Paral. 9. Nolite negligere uos enim elegit Deus, ut stetis coram eo scilicet prō salure populorū. Multū est periculosa sibi, & aliis negligentia in prælatis. Vnde Aug. ad Valerium. Nihil in hac uita facilius leuius, & acceptabilius hominibus, episcopi, presbyter, aut dyaconi officio. Sed si perfunctorie, id est negligenter atq; adulatorie res agatur, nihil apud Deū miserius, tristius, atque damnabilius dis. 40. Ante omnia. Et de prelato maximo, id est de papa dī dist. ea. Si Papa suæ & fraternæ salutis negligens depræhenditur inutilis & remissus in operibus suis, insuper & a bono taciturnus, innumerabiles populos cateruatim secum ducit primo mancipio gehennæ cum ipso plagis multis in æternum uapulaturis. Et uenerabilis Beda super Matthæ. ait. Nec sufficere nobis ad salutem arbitremur, si turbis negligentium, vel quorumlibet indoctorum fide, uel actibus adæquamur, quibus sacris litteris unica est credendi pariter & uiuendi regula prescripta. 8 quæstio ne prima capitu. nec sufficere. Vnde psalm. secunda ad eos loquens ait. Erudimini, qui iudicatis terram, seruite domino in timore. Iudicant terram, id est ecclesiam uel homines, qui de terra sunt rectores populorum precipue ecclesiarum, quos hortatur ad tria in predictis uerbis.

¶ Primo ad ignorantiam ab animo remouēdam. ibi. Erudimini.

¶ Secundo ad obedientiam Deo exhibendo. ibi Seruiet domino.

¶ Tertio

¶Tertio ad negligentiam in officio excludendam. ibi. In timore.

§. 1. Debent ignorantiã a se remouere, quia ẽ mĩ errorum.

¶Quantum ad primum dixit dominus per Oseæ. c. 4. Quia tu scientiam repulisti & ego te repellam ne sacerdotio fungaris mihi, propter quod dicitur dist. 38. ignorantia mĩ cunctorum errorum maximè in sacerdotibus uitanda est qui officiũ docendi in populo susceperunt. Et ad hoc faciunt multæ auctoritates & figuræ quæ ponuntur dist. 36. §. Ecce quòd sacrarum, & di. 38. dicit Clemens nullus episcopus propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis a paruulis & minimis eruditis si quid forte est utilitatis, & salutis inquirere negligat. Vnde in figurã dixit Iacob filiis suis. Quare negligitis, audiui, quòd frumẽta vendantur in Aegypto. Gene. 42. frumenta sunt sacræ doctrinæ quæ in Aegypto, quæ interpretatur tenebræ, id est in humilitate acquruntur, non alio pretio quam laboris & solli citudinis. Si quis igitur vult vitam spiritus seruare non debet negligere, sed laborare ad eas adipiscendas. Erudimini ergo qui iudicatis terram, id est prælati, quia ignorans prælatus non est in tuto animæ suæ.

§. 2. Prælati debent obedientiã Deo exhibere.

¶Quantum ad secundum admonetur rector ad obedientiam Dei cum dicitur, seruite domino, seruit ei qui ipsius mandatis obedit, vnde dicitur. Deutero. 8. Caueas ne obliuiscaris domini Dei tui, & negligas mandata eius sicut non ea seruando. Integritas. n. præsidentium salus est subditorũ, & ubi incolumitas est obedientiæ, ibi sana forma doctrinæ. Leo papa dist. 61. miramur. Quomodo. n. (ait Hiero.) põt præses auferre malum de medio ecclesiæ qui in delictum simile corruit? aut qua libertate corripere peccantẽ, cum tacitus ipse sibi respondeat eadem se admisisse, quæ corripit di. 25. c. fi. Et nota diligenter secundũ Pe. de Pal. in 4. dist. 19. prælatus corrigens, & puniens, ut prælatus crimina subditorum, i. ex officio suo, si est in mortali peccato ẽt occulto peccat mortaliter, quia indignè exequitur officium suum, agens cõtra illud domini mãdatum. Iustè quod iustum est exequeris, & sic suspensus est quo ad se coram Deo. ar. ad hoc. 3. q. 7. qui sine peccato, cum c. se. Quod dicit idem Pe. verum esse de prælato in spiritualibus, secus de prælato in temporalib. ut capitaneo, potestate, consulibus, & huiusmodi. si. n. præpositus vel baiulus, & hmõi in mortali existat tocullo, & suspendat latronẽ, vel alias puniat malefactorem non propter hoc peccat mortaliter cum hæc officia etiam a gẽtibus habeãtur, si verò quis corrigit vitia alio rum per modum magisterii docendo, scilicet publicè sacram scripturam, si peccatum eius est occultum non peccat mortaliter, si notoriũ peccat mortaliter, quia quantum est de se scandalizat, idem Tho. in 4. si autem corrigit per modum prædicationis, id est prædicando, siue sit occultum siue manifestum peccatum eius mortale in quo est mortaliter peccat, ut tenent Tho. Pe. & Archi. nec tamen excusatur a peccato graui negligentiæ si prælatus propter hoc desisteret a corrigendis criminibus, quia potest de peccato pœnitere, vel renunciare, vnde non est perplexus, seruite ergo domino qui iudicatis terram, iustè viuendo aliàs adimpletur in eis illud Sap. 3. neglexerunt iustum scilicet facere, & a dño recesserunt non scilicet ei seruiendo, sed contra voluntatem eius faciendo, & ideò pereundo.

¶Quãtum ad tertium instruitur prælatus & §. 3.
rector, vt excludat se negligentiam in officio dum dicitur in timore, scilicet seruire, nam Debent
ut dicitur Eccl. 7. Qui Deum timet nihil negligẽtiam uitare.
gligit. i. nihil omittit de his quæ facere tenetur ex officio suo. Tria autem habet facere prælatus ex officio suo quæ si notabiliter omittat committit magnam negligentiam & non seruit dño in timore. Et ideò dicitur. 1. Esdræ. 4. Videte ne quid negligenter per vos agatur.

¶Primum est in prouidendo subditorum necessaria.

¶Secundũ est inquirendo subditorum uitia.

¶Tertium est in corrigendo subditorum crimina.

¶Primo quidem tenetur prælatus prouidere Prælatus dẽt
subditis necessaria quantum in eo est tripliciter, aliàs negligentiam committit, scilicet sacramenta loco & tempore suo ministrando, subditis necessaria prouidere.
documenta propinando, temporalia si potest dispensando, cum scilicet habet superflua, debet primo pauperes nutrire. Vnde Hieronymus. 16. q. 1. quoniam quicquid habent clerici pauperum est, & eorum domus omnib. debent esse communes scilicet indigentibus, vnde dicit Gratianus quod debent prælati subditis non solum spiritualia: sed etiam carnalia subsidia ministrare exemplo Christi qui turbas sequentes non solum verbo docebat, sed etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat, quando videlicet satiauit quinque milia hominum ex quinque panib. ordeaceis & duobus piscibus. Io. 6. Et iterum quatuor milia ex septem panibus & paucis piscibus Math. 14. Et vt hæc possint perficere oportet eos secularium negotiorum habere solertiam, ut eorum cautela ecclesiæ cõseruentus

uentur indemnes,& cuiq; neceſſaria pro modulo ſuo miniſtrentur. Vnde quidam Petrus nomine electus in epiſcopum Neapolitanum repellitur a Gregorio papa propter ſimplicitatem, ne eius occaſione res eccleſiæ dilapidarentur. Habentur hæc di.39.c.vlt.vbi dicit gl. quòd ſumitur hic ſimplicitas pro negligentia vel ſtultitia, hæc enim negligentia quãdo ſcilicet eſt notabilis impedit promouendum vt hic & di.24.epiſcopus, ſed non deiicit promotum,ſed datur ei adiutor,vt 7.q.1.qa frater. De Gregorio papa narratur, q̃ cum audiſſet quẽdam tempore famis extra muros vrbis fame defeciſſe ſeipſum a miſſæ celebratione ſuſpendit per plures dies quaſi cõſcius mortis illius,dum tamen cum magna diligentia prouideret omnibus pauperibus intus & extra. ¶ Secundo debet eſſe ſollicitus ad ſacramenta miniſtranda & negligentia in huiuſmodi magnum peccatum eſt, quia per ſacramentorum ſuſceptionem fit aliquando peccator de attrito contritus,& ſic ſaluatur, vbi ſine eis non ſaluaretur vnde dr.26.q.6.ſi præſbyter.Si præſbyter pniam negauerit pœnitẽtibus morientibus, i. confeſſionem reus erit animarum, non tñ deberet abſoluere ſi moriens non eſt paratus facere ad quod tenetur. Vnde & Greg.narrat in lib.Dialo.i.circa finẽ, de quodam ſacerdote qui vocatus ad infirmũ, quia aliquantulum diſtulit aliis occupatus ille interim migrauit, de qua negligentia ille præſbyter amariſſimè flebat, ſed meritò ſanctitatis ſuæ præcibus obtinuit reſuſcitationẽ. Hic præſbyter dictus eſt Seuerus, quia vt perficeret opus in vinea ſua, non credens illum, ita cito finiri diſtulit, ſed lachrymis reſuſcitatus, poſtquam confeſſus & ſacramenta ſuſcepit inde ad octo dies mortuus eſt. ¶ Debet tertio ſollicitus eſſe ad admonẽdũ, & inſtruẽdum ipſos alias negligentiã cõmittit. Ad quã remouendã Salomon inſtruit platum dicens puer.6.Fili mi ſi ſpoponderis pro amico tuo. i.proximo, quod fit in ſuſceptione prælaturæ defixiſti apud extraneum animam tuam. i.fir miter te ligaſti ad opus curæ & ſollicitudinis pro eo pro quo prius non tenebatis.Illaqueatus es verbis oris tui & captus tuis propriis ſermonib. i. ad ea q̃ ſubditis habes admonere,& dicere obligatus es facere, vt exẽplo tuo moneantur.Fac ergo qđ dico tibi, & ipſum libera, qa incidiſti in manũ proximi tui diſcurre.ſ. per diuerſas cõſiderationes & varias bonas operationes feſtina.ſ. ad ea quæ ſunt expedientia ſuſcita amicũ tuũ, ſa ſomno peccati.Diſcurre.ſ.ad tpalia pauperib.miniſtranda feſtina.ſ.ad ſacramentalia propinanda, ſa ſcita amicũ tuũ per doctrinalia prædicanda. Ne dederis ſomnum oculis tuis,nec dormiẽt palpebræ tuæ.Eruere quaſi damula de manu, & quaſi auis de inſidiis acupis,vbi dicit glo. ſomnum dat oculis, qui ſubditorum curam oĩno negligit, dormitat qui quædã reprehenſibilia eorum cum in eis cognoſcit pp mentis tedium digna inuectione nõ corrigit.Eruere quaſi damula.Glo.quia damula mundum eſt animal, natura velox curſu,viſu perſpicax,ſeu acutum. Ió cum in docendis ſubditis occuparis mundus a peccatis oibus,ſtrenuus in bonis operibus,perſpicax in p̃cauẽdis malorum inſidiis,& virtutum pœnis,ut auis tutus eſſe ſatage de inſidiis diaboli, vt ad ſuperna peruenias. ¶ Quomodo autem prælatus debeat ſubditos monere ad bonũ oſtendit dominus Ezech.in quadam viſione, vt hĩ Ezec. 4.Tu fili hominis ſume tibi lateré, & ponas eum coram te,& deſcribes in eo ciuitatẽ Hieruſalẽ, & ordinabis aduerſus eam obſidionẽ, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem,& dabis contra eã caſtra, & pones arietes in gyro & tu ſume tibi ſartaginẽ ferream, & ponas eam murũ ferreũ, inter te & ciuitatem,& obfirmabis faciem tuã ad eam, & erit in obſidionẽ,& circundabis eam, ſignũ eſt domui Iſrael. Grego ſuper Ezech. omilia 12 ſic exponit propheta tenet figuram doctorum,& ẽt prælatorum qui habẽt ſubditos docere. Sumit aũt propheta laterem, & ponit coram ſe cum prẽlatus,vel prædicator quẽpiam terrenis datum auditorem ſuſcipit ad docendum doctrinam verbi cœleſtis. ¶ Deſcribit aũt ciuitatẽ Hieruſalem propheta in latere, q̃ prælatus vel prædicator peccatori quem inſtruit, declarat quæ ſit retributio cẽleſtis patriæ quę viſio ſupernæ pacis. Coram aũt ſe ponit laterem,cum attenta mente qualitatẽ conſiderat audientis, & profectum vel defectum eius, & ſecundum intelligentiam eius cum uerba moderantur de ſuperius gaudiis loquẽs. Tũc ergo in latere deſcripta eſt Hieruſalem quando terrena mens incipit agnoſcere quæ ſint gaudia ſuperna,& ad illa anhelare. Sed mox vt animus cẽperit amare cẽleſtia, acriores q̃ conſueuerat tentationes diabolus immittit. Vnde debet doctor vel prælatus ei bella diaboli innoteſcere,& cautum ſe ad illa præparare.Et hoc eſt quod dicitur, ordinabis contra eam obſidionem,ideſt declara quomodo per tentationum bella ad æterna gaudia oportẽt peruenire, & quibus ſe modis vitia virtutib. opponant, quomodo luxuria caſtitatẽ feriat,

ira

Sollicitè ſacramẽta miniſtret.

Sollicitè inſtruat

Quo pla tus debet ſubditos mouere adbonũ.

ira tranquillitatem perturbet &c. Quomodo etiam aliquando vitia sub specie virtutum se abscondant, ut ira sub specie zeli, remissio disciplinæ sub specie mansuetudinis, & hmõi. Comportat autem propheta aggerem quando denunciat auditoribus, quòd terrena desideria magis surripere solent cęlestia appetentibus. Dat propheta castra contra eam, quando contra eam collectas & adunatas insidias indicat, vt non solum ex vno, sed ex iunctis simul vitiis tentent. Sunt enim quædam vitia per quandam sibi cognationem propinq̃, vt ex dissolutione spiritus gula, & ex gula luxuria & huiusmodi. In gyro autem arietes ordinantur, quando vitia singula mẽtem hinc inde feriunt. Quia verò ferrum forte metallum est, & in sartagine cibus frigitur, per sartaginem ferream spiritualis zeli fortis frixura signatur. Omnis quippe spiritualis zelus doctoris animam frigit, quia valdè cruciatur dum infirmos quosque æterna deserere, & rebus temporalibus delectari conspicit. Vnde Apostolus 2. Cor. 11. Quis scandalizatur & ego non vror? Istam sartaginem ferream inter se, & ciuitatẽ prædicator vel prælatus murum ferreum ponit, quia ille fortis zelus, qui nunc in mente doctoris agitur in die extremi iudicii inter eum & animam quam a uitiis celatur testis est, vt si audire is qui docetur noluerit, doctor tamen pro zelo quod exhibet de auctoris negligentia reus non sit, hæc Gregorius. Sic ergo patet, quòd si nõ instruit subditos prælatus reus negligentiæ est. Secundũ literam hoc factum a propheta signat obsidionem futurum Hierusalem. ¶ Secundo debet prælatus esse sollicitus ad inquirenda vitia subditorum. Vnde dixit dominus Ezechieli in persona prælatorum. Ezech. 3. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. i. plebi tibi commissæ ad intuendum facta eorũ. Vnde si dicente me ad impium ait dominus. Morte morieris, tu non annunciaueris, ut auertatur ab iniquitate sua ipsæ ab iniquitate sua morietur sanguinem vero suum. i. mortẽ de manu tua requiram, q̃n scilicet ex negligẽtia tuæ inquisitionis, & admonitionis non est reuersus a d pęnitentiam. Dicit aũt dñs ad impium. Morte morieris q̃n perpetrat aliquod mortale. Hoc enim ipsæ dicit per scripturas, & ideò debet prælatus inquirere de uita subditorum, ut quãdo potest percipere aliquod criminale in eis admoneat vnde dicitur. Dili genter agnosce vultum pecoris tui, ideſt cõuersationem subditi exteriorem, & interiorem quantum phas est ut admoneat secundũ quòd expedit. Dicit enim regula. Non potest iusta esse excusatio pastoris si lupus oues comedit & pastor nescit extra de reg. iur. quando scilicet pt & debet scire, & negligit. Et ista est differentia inter correctionem fraternam de qua infra & correctionem paternam seu prælatorum, quia circa correctionem fraternam non tenetur homo inquirere defectus aliorum quos corrigat, sed quos contingit cũ videre vel scire, sicut nec quis tenetur quę re re quis indigeat, ut det eleemosyna, sed sufficit quod det sibi occurrentibus prout potest. Sed prælato hoc non sufficit, ut scilicet corrigat quos contingit defectus eum scire, sed debet inquirere diligenter uitam subditorum, si forte etiam occultos defectus potest deprę hendere, ut admonendo, præcauendo malis obuiet. Sicut etiam debitor aduenięte termino solutionis debitæ quærere debet creditorem, cui soluat debitum secundum Tho. secunda secundæ. q. 33. ¶ Et ex paruis cognitis inuestigando inueniuntur sępe & alia, prout docet Grego. in pastorali exponens illam uisionem Ezechie, quæ ponitur. 8. c. ubi dicit propheta quòd de Chaldea fuit ductus in uisione in Hierusalem ad templum domini, vbi vidit iuxta ostium quod respiciebat ad aquilonem, quod scilicet erat in atrio templi statutum idolum zeli, ideſt idolũ Baal qđ erat ad prouocandum iram Dei, ideò dicitur idolum zeli. Et introduxit me dominus (ait propheta) ad ostium atrii, & vidi & ecce foramen vnum in pariete. Et dixit dominus. Fili hois fode parietem & cum perfodissem parietẽ apparuit ostium vnum. Et dixit ad me, ingredere, & vide abominationes pessimas quas isti faciunt hic, & ingressus vidi, & ecce omnis simili tudo reptiliũ & animaliũ abominatio & uniuersa idola domus israel depicta erant in pariete, & in circuitu per totum, & 70. viri de senioribus domus israel & Ieconias filius Saphat stabat in medio eorũ ante picturas stantium, & vnusquisq; habebat thuribulum in manu sua, & vapor nebulæ de thurę consurgebat, & dixit dñs ad me. Certe vides q̃ seniores domus israel faciũt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubiculi sui. Dicunt n. non uidet dñs nos & dereliqt dñs terra & dixit adhuc cõuersus uidebis abominationes maiores, & introduxit me ad ostiũ portæ domus dñi, q̃ respiciebat ad aquilonẽ, & ecce ibi mulieres sedebant plangẽtes Adonidem. Et dixit ad me. Adhuc cõuersus videbis abominationes maiores, & introduxit me in atrium domus dñi interius, & ecce in ostio templi inter vestibu-

Vitia aliqñ sub spẽ virtutũ se abscondunt platus.

Sollicitè inquirat vitia sub ditorũ.

lum & altare quasi,25. viri dorsum habentes contra templum dñi,& facies eorum ad oriẽtem,& adorabant ad ortum solis,hæc in textu. ¶Hanc visionem tractans Greg. in pastorali dicit, q̃ propheta signat præpositum ecclesiæ qui instigatione spiritussancti inducit ad intuendũ opera eorum qui sunt in ecclesia signata per Hierusalem & templum dñi. Et in isto introitu.i.in prima facie uidet idolum zeli.i.defectum satis communem fideliũ subditorum.s. amorem inordinatum ad aliquam personam ut filios,vel parẽtes, vel amicos,ut faciat sibi quasi idolum de eis. Paries signat duritiam peccati,foramẽ in pariete designat aliquod iudicium peccati. Sed fodit parietem propheta,ideſt de paruo foramine facit magnum,ut possit intrare qñ uidelicet ꝓlatus subtilissimis inquisitionibus ex paucis signis cõprehensis de peccatis subditorũ,deuenit ad notitiam aliorum etiam occultorũ: Vnde ingressus in foramen vidit reptilia, & animalia depicta domus Israel & idola. Hæc significant diuersa vitia,quæ inquirens reperit in subditis. Reptilia sunt peccata carnalia. Animalia quæ sunt pro parte a terra eleuata peccata spiritualia. Idola diuersas species auaritiæ hæc sunt picta imaginariè in mente quibus thurificant.i. cultum Deo debitũ exhibent, & seniores in populis,ideſt principaliores per maximè sunt his infecti,& magni prẽlati ecclesiastici. Exinde intrãs per aliud ostiũ, & alium locum.s.ad aliũ statum uertens consideratione, & inquisitionem vidit mulieres plangentes Adonidem. Hugo cardinalis dicit Adonidem ſm fictionem poetarũ fuisse Amasium Veneris,quem mortuum lugentes postea resuscitato de eo gaudent. Alii dicunt esse Adoniam filium Dauid pulcherrimũ qui occisus fuit a Salomone, & quomodocunque sit signat mulieres deditas nimiis concupiscẽtiis,& lasciuiis, quæ dolent non posse habere copiam amatorum, & suorum, & aliquando habentes inaniter hilarescunt, vel etiam quæ viris abutuntur. Demũ qui vertebãt dorsum ad propitiatoriũ & adorabãt ad orientem signãt eos qui postponentes Deum & reuerentiã prælatorum,non attendunt nisi ad prosperitatẽ tẽporalem sui status tanq̃ lucẽ. ¶Tertio debet esse sollicitus prælatus in corrigendo crimina. De hoc dicitur. 2.ad Thi.4. Increpa eos durè. Dicitur enim Hiere.48. Maledictus qui prohibet gladium a sanguine. ſ. fundendo. Secundum superficiem literę pót intelligi de rectore seculari, qui habet potestatem fundendi sanguinẽ seu occidendi. Talis si sine causa rõnabili, prohibet gladium suum a sanguine.i.nõ punit, maledictionẽ Dei incurrit. Intelligitur ẽt de gladio locutionis increpatoriè & durè quæ transfigit carnem sensualitatis & elicit per correctionem sanguinẽ peccati hanc correctionẽ, qui negligit seu omittit, & præcipue habens curam aliorum male dictionẽ incurrit Dei. Vnde Aug. super psal. Duo ista nomina hõ peccator non frustra dicuntur, quia enim peccator est corripe, ꝙa homo est miserere. Nec oĩno liberabis hoĩem, nisi persecutus fueris peccatorem, huic officio nominis inuigilet disciplina, sicut cuique regenti accõmodata, & apta est non solũ eṕo regenti plebẽ suam,sed ẽt pauperi regenti domum suã, diuiti regenti familiã suã, marito regenti coniugẽ suam, patri regenti prolem suam,iudici regenti prouinciã suam,regi regenti gentẽ suã, hæc Au. 23.qõ.4 Duo sunt.

Greg. exponit uisionem Ezechielis.

¶Quod si qs neglexerit corrigere particeps fit peccatorũ illorũ. Vnde Eleuterius papa, & Innocentius dicunt. Negligere quippe cum possis perturbare peruersos.i. prohibere & remouere a malis, nihil aliud est quam fouere. Nec caret scrupulo.i.suspicione societatis occultæ qui manifesto crimini desinit obuiare. 2.q.7. Negligere Et intelligitur ſm glo. de plat is. Exemplũ Hely sacerdotis & iudex populi Israel,quia filios Ophni & Phineęs,qui malis operibus suis scandalizabant populũ falsa pietate superatus durè corrigere neglexit, licèt in se bonus grauiter punitus est cum eis. Nã audita morte filiorũ in bello retrocadens fractis ceruicib. expirauit,ut patet.1.Reg.4. Nec debet prælatus pp scandalũ delinquentis, de sua correctione vel punitione cum illud est manifestũ dimittere impunitum ſm Tho.se. se.q.33.ar.6. Et ratio est ista, quia correctio hæc est actus iustitiæ habens vim coactiuam, & ordinatur ad bonũ cõe, & ideò si delinquẽs propria sponte emẽdari nõ uellit, cogẽdus est per pœnas ut peccare desistat, tum etiam quia & si corrigibilis sit per punitionem eius prouidetur bono cõi dum seruatur ordo iustitiæ & vnius exemplo alii deterrentur. Sicut nec iudex prætermittit ferre sniam condemnationis in peccantem propter timorem turbationis eius vel amicorum. Vbi autẽ esset maius periculum & detrimentum quod sequeretur bono communi propter punitionẽ criminis alicuius propter scandalum inde consequendum, quam utilitas sequenda ex punitione, tunc rationabiliter correctio posset prętermitti, arg.ad hoc di.50. vt cõstitueretur. ¶Debet autem in corrigendo cauere a nimia crudelitate,

Negligẽs corrigẽr fit pticeps pctõrũ.

tate seu seueritate, & a nimia pietate seu remissione. Num quantum ad primum dicitur Prouer. 30. Qui nimis emungit elicit sanguinem. Et Eccle. 7. Noli esse nimis iustus ideſt seuerus, est qui perit in iniustitia sua. Hinc & Leo papa. Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti, asperitas autem nimiæ increpationis nec correctionem recipit nec saluté, di. 45 Cum beatus. Quantum ad secundum, ſ. de nimia misericordia dr Prouer. 13. Qui parcit virgæ odit filiū suum. Et in ueteri lege. Non misereberis pauperis in iudicio ſ. vt ex cō passione paupertatis nō punies delinquētē. Vnde Hiero. Quæ est ista bonitas, quæ est ista misericordia, vni parcere & oēs indiscrimē ad duceret? Polluit enim ex vno peccatore ppls ſicut ex vna morbida que totus grex inficitdi. 45. Sed illud. Ad huc idem dicit Ormisda papa. Quæ est ita iustitiæ inimica bonitas palpare criminosos & vulnera eorum vsq; in die iudicij incurata seruare, & paulopost. Verè dico, quia illi ipſi quibus cum periculosa, & falsa misericordia indulgeri videmur cum ante tribunal Christi p tātis peccatis dānādi aduenerint contra nos cām dicturi sunt dicētes q dum aut asperitatē linguæ eorū expauimus, aut falsa blādimenta & piculosas adulatiōes ipſorū libēter accupimus in eiusdem pmanere peccatis utiliter indulgemus, aut ipſa pctā augere permittimus di. 50. Siquis diaconus. Debet ergo seruare mediū vt docet Gre. in 2. li. mora. dicēs. Circa subditos debet ineſſe rectoribus & iustè cōsulēs misericordia, & piè seuiens disciplina. Miscēda est ergo lenitas cū seueritate, & faciēdū est quodā ex vtroq; tēperamētū, ut nec multa ex asperitate exulceretur subditi neq, nimia benignitate soluantur dist. 45. Disciplina. Adducit ad hęc figuras de Samaritano qui in vulneribus semiuiui immisit uinum & oleū, & vinū. ſ. mortificatiuum seueritatis, & oleū linitiuū pietatis ad eum sanandum. Et in archa dñi designāte prælatum erat & manna dulcedinis, & uirga districtionis. Et pſ. 22. Virga tua. ſ. castigationis, & baculus sustētationis p cōfortationē ipſa me cōsolata sūt. Exemplum in Moyse q ex magna pietate rogauit pro populo, qui idololatrauerat sibi a dño ignosci aut deleri de libro suo, & postea placato dño ipſe cū suis occidit. 23. milia eorū qui peccauerunt. ¶ Verū quia difficile est tenere mediū ne in altero excedatur. Dicit Chrysost. q melius est dño reddere rō nē de nimia misericordia, q̄ de nimia seueritate. Si enim benignus ē dominus, vt qd facer dos eius vult videri austerus? 26. quę. 6. Alligant. Ex Calixtus papa. Sententiā quę miseri cordiam uetat non solum tenere fratres, sed & audire fugire, quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus di. 50. Pōderet. Quod pręcipue videtur habere locum quando delinquens humiliter recognoscit delictū suum, nec est tale, quod trahatur in exēplū. Vñ Hier. Vbi peccator intelligēs vulnus suū tradit mendico curandum, ibi non est virga necessaria, sed ſpiritus lenitatis de pę. di. i. Importuna. Et ut dicit Aug. siue plectendo siue ignoſcendo, hoc solum bene agitur dummodo mala vita hominum corigatur. 23. q. 5. Prodeſt. Et hæc omnia agere debet prælatus ex charitate. Vnde Aug. Corripiantur a propoſitis suis subditi correctionibus de charitate uenientibus, pro culparum diuersitate diuersis vel minoribus. vel amplioribus. Et infra. Nescientes quis pertinet ad prædestinatorū numerum quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes uelimus saluo fieri. 24. q 3. Corripiātur. ¶ Quod si prælatus excedat modum in corrigendo si ex charitate correxit non tenetur a subditis uenia postulare di. 86. Quando. Si autem ex odio fecit, tenetur actione iniuriarum. ff ad. l. acqui. quēadmodum. Facilius tamen parcitur prælatis in hoc casu quam in aliis, quia in cura rei familiaris vix potest euitari peccatum, ut. 25. di. Qualis & pcipue negligētiæ. De huiusmodi excessu prælatorum in corrigēdo habetur figura Deutero 19. Si quis abierit cum amico suo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cędēda, & lignum securis fugerit manum, ferrumq; lapſum de manubrio amicum eius percusserit & occiderit, hic ad vnam ſuptradictarum vrbium. ſ. refugii fugiet, & uiuet, ne forte proximis eius cuius effuſus est sanguis, doloris, ſtimulo perſequatur, & appræhendat & occidat animam eius. Quod exponit Gregō. in pastorali ait. Ad ſyluam cum amico imus quotiens ad intuendum subditorū delicta cōuertimur, & ſimpliciter ligna succidimus quando delinquentium uitia pia intentione reſecamus, sed securis manum fugit, cum se sein crepatio pluſquam neceſſe est in asperitatem pertrahit. Ferrumque de manubrio proſilit cum de correctione sermo durior excidit & amicum percutit & occidit, quia auditorem suū plata cōtumēlia a ſpiritu dilectiōis interficit. Correpti naq; mēs repēte ad odiū puenit, ſi hāc īmoderata increpatio pluſq debuit adiicit. Sed his qui incautē pximū lingua extinguit ad unam ex tribus ciuitatib. neceſſe ē ut fugiat, vt i una earū defeſus uiuat q a ſi ad

Adde Illud Mātuani. Blanda Patrū segnes facitindulgentia nātos.

Plus declīet ad misericordiā.

Si excedat ī corrigendo

pœnitentiæ lamenta conuersus in unitate sacramenti sub fide, spe & charitate absconditur, reus perpetrati homicidij non tenetur, Proximus extincti amici significat Christum qui est proximus noster qui cũ uenerit ad iudicandũ reatum huiusmodi culpæ non expetit quem subuenia fides spes & charitas absconditur. ¶ Quatuor autem sunt ca usæ dissimulandi, & nõ corrigendi delicta, ut ponit Vlricus. ¶ Prima est cum mali sunt occulti, & nõ possunt a nobis discerni. Ad quod facit parabola de zizanijs, vbi cum apparuisset zizania in ter bonum semen tritici exorta, & dicerẽt serui domino. Vis imus colligimus ea? Respondit dominus non ne forte euellentes zizania euellatis cum eis & triticum, ut habetur Matthæi. 13. ¶ Secunda causa est cum multitudo est tanta in scelere, q̃ non possit extirpari sine schismate ecclesiæ vel etiam quin boni inuoluerentur. dis. l. vt constitueretur. Dicit autẽ Th. se. se. q. 108. qd quando tota multitudo peccat debet de ea sumi uindicta, vel quãtum ad totam, scilicet quãdo sine maiori scãdalo fieri potest, sicut dominus Aegyptiosomnes persequẽtes filios Israel submersit in mari rubro, & Sodomitæ omnes igne & sulphure perierunt, uel quantum ad magnam partẽ multitudinis, sicut in pœnam eorum qui vitulum adorauerunt in deserto occisi sunt. 23. milia. Aliquando si speratur multorum correctio, põt exerceri punitio in aliquos principaliores, vt exẽplo eorũ alij terreant, sicut dominus mandauit suspẽdi principes duodecim tribuũ, pro peccato fornicatiõis populi. ¶ Tertia causa est quando probabiliter præsumitur de emendatione, ut quia peccauerunt tales ex infirmitate, vel ignorantia non ex obstinata malitia. ¶ Quarta causa est omissio correctionis si exercitando bonos prosunt ecclesiæ tunc. n. tolerari possunt, ne boni otio torpescant, probatur hæc di. 44. c. Cõmessationes, & 23. q 4. ca. Ipsa pietas. Concordat Ray.

De omissione fraterne correctionis. Cap⁹ 6.

Fraterna correctio ẽ in præcepto.

DE negligentia, seu omissione fraternæ correctionis. ¶ Quod autẽ fraterna correctio sit in præcepto, patet per illud qd dixit Petro Christus in persona omnium. Si peccauerit in te frater tuus uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Matthę. 18. Vbi Aug. in homil. ait. Quid est in te peccauerit. idest tu scis, quia peccauit, quia enim secretũ fuit quando peccauit in te, secretum quære cum corrigis, quod peccauit. Nam si solus nosti q̃ peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non eris erroris corrector, sed proditor Et infra. Cum scimus hęc. s. peccat occulta ait Aug. non prodimus, sed in secreto arguimus. Per contingut malũ vbi moriat. Non tãmen vulnus illud negligamus ante omnia ostendentes illi homini in tali peccato constituto illud vulnus esse mortiferum, habẽtur hæc. 2. q. 1. Si peccauerit. Vbi glo. quærit de duobus. Primum est de quibus peccatis hoc intelligatur præceptum. admonitionis huiusmodi, seu correctionis fraternę. Et ponit plures opiniones. Quarum prima est vt loquatur de occultis, sed huic opinioni contradicit capitulum. Sed illud di. 45. & extra de iudic. c. nouit. In quib. capitulis dicta auctoritas Christi trahitur ad manifesta. Alii dicunt q̃ totum intelligitur de manifestis. Sed isti opinioni contradicit dictum Augusti. in prędicto c. vbi ait. Si tu solus nosti &c. Tertii dicunt qđ principium auctoritatis præfactæ intelligitur de occulto, sed sequens de manifesto. Ioanes Andreas intelligit de occulto, quod tamen scitur a pluribus, & vocantur testes, vt probetur admonitio facta, quia non posset accusare si non præcessisset admonitio. Et cum dicit Aug. Si solus nosti illud, solus non excludit aliquos, sed multitudinem cum scilicet esset notorium, sicut xeponitur illud. Quomodo sedit sola ciuitas plena. Trenorum. 1. cum paucis. Ista opinio vltima videtur esse b. Tho. si tamen intelligatur etiam de occultis, scilicet uni tantum nobis. ¶ Secundo quærit gloſa vtrum omnes obligentur ad hoc præceptũ, & ponit opiniões. Aliq dñt q̃ oẽs rectores siue plati siue ecclesiastici, siue seculares tenent ad istud præceptum, quo ad peccata cõmissa, & cõmittẽda, Arg. 23. q. 4. Duo ista. Sed alijs personis est istud in consilio non in præcepto quo ad peccata commissa, in præcepto aũt quo ad committenda. Arg. 22 q 5. c. hoc videtur. Alij dicunt simpliciter quod extenditur illud præceptum ad omnes, quod tenet Hugo. Et idem beatus Tho. secunda secundæ 33. ar. 3. & ad hoc expræsse facit quod habet. 24. quæ. 3. Tam sacerdotes, quam aliqui fideles omnes summam debent habere curam de his, qui per eunt quatenus eorũ redargutione, aut corrigantur a peccatis, aut si incorrigibiles appareant, ab ecclesia separentur. Nec est contra quod ait Hierony. Sacerdotes studeant adimplere illud euangelii. Si peccauerit in te frater tuus, distinctio. 45. Sed illud. Non enim intendit Hiero. dicere q̃ soli

Vtrum oẽs teneantur ad hoc p̃ceptũ.

sacerdotes

sacerdotes, seu prælati teneãtur ad illud, sed quia magis illi quã cæteri ſm Tho. ubi ſupra. ¶ Tertio uidendũ eſt utrum huiuſmodi omiſſio ſit mortale. Ad quod reſpondit beatus Th. 2.2.q 33.ar.2. q̃ ſic. Vnde Au. dicit in lib. de verbis domini. Si neglexeris, corrigere, peior effectus es eo qui peccauit, ſed hoc non eſſet niſi huiuſmodi negligentia præceptum omitteret, vnde & mortale eſſet. Eſt ergo videndũ qñ omittitur illud præceptum propter quod mortale cõmittitur. ¶ Pro cuius declaratione ſciendũ ſm Th. quòd eſt differentia inter præcepta affirmatiua, & negatiua. Nam negatiua obligant ſemper & ad ſemper, quia prohibẽt actus vitiorum, qui ſemper ſunt ſecundum ſe mali, nec vllo modo vel tpe uel loco bene fieri poſſunt, vt non periurabis, non mechaberis, & hmõi. Sed affirmatiua obligant ſemp, ſed non ad ſemper, quia dantur de actib. virtutũ. Sed actus uirtutũ non qũlibet fieri debent, ſed obſeruatis debitis circunſtantiis. ſ. qñ debet, vbi debet, qũo debet, & huiuſmodi. Et quia in his quæ ſunt ad finem diſpoſitio eorum attenditur ſecundum rõnem finis, in ipſis circunſtantiis actus virtuoſi, prẽcipue eſt attendenda ratio finis, qui eſt bonum uirtutis. Si ergo ſit omiſſio, talis circunſtantiæ circa actum virtuoſum, quæ tollat totaliter bonum uirtutis, hoc contrariabitur præcepto affirmatiuo. Si aũt ſit defectus alicuius circunſtantiæ quæ non tollat totaliter bonum virtutis, licẽt non perfectè attingat ad bonum uirtutis non eſt contra præceptum. Vnde & philoſophus dicit in 2. ethi. q̃ ſi parum diſcedatur a medio, non corrumpit bonum uirtutis. Cum ergo correctio fraterna ſit ſub prẽcepto affirmatiuo, & reducitur ad præceptũ decalogi, de honoratione parentũ, ſub quo mandat oẽ beneficium ſpũale, vel tpale de neceſſitate proximo impendendũ. Correctio aũt fraterna ordinatur ad hunc finẽ ſ. ad emendationẽ fratris. i. proximi, vnde in tm̃ cadit ſub præcepto, in quantũ eſt neceſſaria ad hunc finẽ. Vñ omittẽdo correctionẽ, non ſemp peccat mortaliter, ſed in certis caſib. ut infra declarabit.

§. 1. ¶ De correctione fraterna pt exponi illud pſalmiſtæ 140. Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me. Et notanter dicit Greg. Sicut non eſt ab oratione ceſſandum pro his, quos corrigi volumus, ẽt ſi nullo horum orãte pro Petro dñs reſpexit eum, & fecit ſuũ flere peccatum, ita non eſt negligẽda correctio, quamuis Deus quos uoluerit non correctos, faciat eſſe correctos. Tunc aũt ex correctione proficit hõ cũ miſeretur Deus atque adiuuat, qui facit quos voluerit ẽt ſine correctione p̃ficere 23.q.4. Sicut. ¶ Et ſciendum quòd triplex negligentia ſeu defectus poteſt circa correctionem contingere.

¶ Primo ex correctionis irrationabili omiſſione, contra quod dicitur. Corripiet me.

¶ Secundo ex corrigendis criminali diſpoſitione, contra quod dicitur. Iuſtus.

¶ Tertio ex indebiti modi proceſſione, cõtra quod dicitur. In miſericordia. §. 2.

¶ Prima ergo negligentia ſeu defectus eſt cũ amittitur fraterna correctio ſine ratione. Eſt enim contra domini præceptũ dicentis. Si peccauerit in te frater tuus vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Vbi Aug. in libro. de verbis domini ait. Admonet nos dominus nõ ſter non negligere inuicem peccata noſtra nõ quærendo quid repræhendas, ſed uidendo quid corrigas, i. non oportet q̃ pp hoc obſeruemus, & curioſè inquiramus uitã aliorũ, ut inueniamus quid poſſumus reprẽhẽdere, hoc aũt eſſet explorare uitam alterius, quod fieri non debet niſi ſit prælatus eius. Vnde dr Prouer. 24. Ne quæras impietatem in domo iuſti, ne valtes requiẽ eius. Et Adrianus pp ait. Ne quid in domo iuſti cuiuſque agatur alia domus per eos nouerit. 6.q.1. Ex merito. Illa. n. beneficia quę non certę perſonæ debemus, vt prælati ſubditis ſiue ſpiritualia ſiue tẽporalia, ſed cõmuniter omnibus, ut eleęmoſynas corporales, vel ſpirituales, non oportet quærere quibus impendamus, ſed ſufficit impendere perſonis, quæ nobis occurrunt ſecundũ Th. vbi ſup. Nec ex hoc oportet religioſos exire clauſtrum ſuum ad corrigendum delinquentes. Sed non ſufficit prẽlatis cum uiderint uel caſu ſciuerint crimina aliorum corrigere, ſed ẽt debẽt inquirere, ſeruatis tamen ſemper debitis circunſtantiis ut dicetur. Dicit ergo pſ. 140. Corripiet me. ſ. malefacientem, iuſtus non tacebit, non diſſimulabit, nõ omittet ad monitionẽ, vel repræhenſionẽ, ſed corripiet me, alias non eſſet iuſtus ſine cauſa omittendo. ¶ Pro cuius declaratione dicit Th. 2.2.q. 33.ar.2. q̃ fraterna correctio tripliciter poteſt omitti. Vno modo meritorie, quando ſcilicet quis ex charitate correctionem omittit. Dicit enim Aug. lib. 1. de ciui. Dei. Quod ſi propter ea quiſque obiurgandis, & corripiendis malè agentibus parcit, quia oportunius tempus inquiritur, uel eiſdẽ ipſis metuit ne per hoc deteriores efficiantur, vel ad bonam uitam, & piam eruditẽdos impediant alios infirmos, & præmant atque auertant a fide, nõ uidetur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſilium charitatis

Non dimittat correctio ſine rõnabili cauſa.

Correctio fraterna pt dimitti tripliciter.

tis. ¶Secũdo modo ꝓtermittitur fraterna correctio cũ peccato veniali, qñ. ſ. timor, & cupiditas faciunt hoiem tardiorem ad corripiendũ delicta fratris, non tñ ita ꝙ ſi ei conſtaret, quòd poſſet fratrẽ a peccato retrahere ꝓpter timorẽ non diſplicendi, vel cupiditatẽ tpaliũ ne illa amitteret, quibus in animo ſuo charitatem fraternã ꝓponit, illam dimitteret correctionem. Et hoc modo ſancti aliquando negligunt corrigere vitam delinquẽtium, vt ponit Au. ibidẽ. ¶Tertio mõ omittitur fraterna correctio cum mortali peccato, quando. ſ. formidatur iudiciũ vulgi, & carnis cruciatio, vt dicit ibi. Aug. dã tamen hæc ita dñentur in animo, vt præponantur fraternæ charitati, & hoc videtur contingere quando quis pręſupponit de aliquo delinquente probabiliter, ꝙ poſſet eum a peccato retrahere corrigendo, ſed propter timorem vel cupiditatem prætermittit.

Quãdo omiſſio fraternæ correctionis eſt mortale

¶Sciendũ quòd omiſſio fraternę correctionis non eſt mortale, niſi illud de quo fiẽda eſt fit mortale. Nam quamuis ẽt fraternaliter corrigere delinquentẽ in venialibus ſit charitatis, quando inde ſperatur utilitas, non tamẽ omittere illud ex negligentia eſt mortale. Vmbertus tamen in expoſitione regulæ Auguſtini facit diſtinctionem de venialibus, dicit. n. quòd cum uentalia ſint diſpoſitio ad mortalia.

¶Duplex eſt diſpoſitio venialium ad mortalia, quædam. n. eſt diſdoſitio propinqua, & q̃dã remota. ¶Diſpoſitio remota, ut verbũ otioſum, leuitas, riſus, aſpectus, vel auditus curioſus nouitatum, & huiuſmodi. ¶Diſpoſitio ꝓpinqua eſt ratione multitudinis ut in illo, qui aſſiduè ſine numero hæc committit, vel ratione magnitudinis, ut ſunt aliqua mendacia multũ ſcãdalizatiua, & aliquæ detractiones, & huiuſmodi, vel ratione cõnexionis cũ mortali, ſicut ſunt colloquia impudica, & uiſus fixus circa mulierem & huiuſmodi. Sicut ergo aliquis videns alium incedentem per uiam, credit quòd ſtatim incurreret periculũ mortis, peccaret niſi retraheret eum. ¶Ita poteſt aliquis peccare mortaliter niſi corrigat fratrẽ de huiuſmodi uenialibus quæ ſunt diſpoſitio propinqua ad mortale, ut eſt petulantia de qua loquitur Auguſtinus in regula. Tenemur ergo ad correctionem fraternam præceptoriè de venialibus interdum non inquantum venialia, ſed inquantum ad mortalia inducentia. In aliis caſibus quamuis non teneamur de neceſſitate ad correctionem de venialibus, tamen eſt de expedientibus ad ſalutem id eſt vtilibus. Hæc Vmbertus. ¶Item omiſſio correctionis fraternæ de mortalibus, quando nõ ſperatur emendatio fratris, non eſt mortale, immo fieri non debet. Item de mortalibus publicis & notoriis non habet locum præceptum de fraterna correctione. Sed de illis intelligitur illud Apoſtoli. Peccantem coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant. Vnde Auguſtinus. Quæ peccantur coram omnibus corrigenda ſunt coram omnibus, quæ peccantur ſecretius, corripiẽda ſunt ſecretius. Diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas. 2. quæſtio. 1. capitu. Si peccauerit.

Nõ corrigendo fratrẽ qs peccat mortaliter.

§. 3. Peccatũ impedit correctionẽ fraternam.

¶Secunda negligentia quæ cõmittitur in correctione fraterna eſt defectuoſa, ſeu infructuoſa cõiter, quando corrigens eſt peccator. Dicit enim Apoſtolus ad Romanos. 2. In quo alium iudicas, temetipſum condemnas. Sibi enim dici poteſt illud Prouerbium. Medice cura teipſum. Et Iſidorus in libro de ſummo bono. Non debet aliorum vitia corrigere qui vitiis eſt ſubiectus. Propterea dicit pſal. 140 Iuſtus corripiet me, quaſi diceret nõ peccator, quia non eſt dignus corrigere aliena, vel idoneus cui propriis detinetur. Sciendum tamen pro huiuſmodi declaratione, quòd correctio delinquentis pertinet ad aliquem inquantum viget in eo rectum iudicium rõnis: peccatum autem non tollit totum bonũ naturæ quin remaneat in eo aliquid de recto iudicio rationis, & ſecundum hoc poteſt ſibi competere alterius delictum arguere, ſed tamen per peccatum præcedens impedimentũ quoddam correctioni affertur propter tria.

¶Primo quidem ex peccato præcedenti indignus redditur, ut alium corrigat de minori peccato, ſi ipſe corrigens malus commiſit. Vnde ſuper illud Matthæi. 7. Quid autem videns feſtucam, &c. Dicit Hiero. De his loquitur qui cum mortali crimine detinentur obnoxii minora peccata fratribus nõ concedũt. ¶Secundo redditur indebita propter ſcandalum, quod ſequitur ex correctione, ſi peccatũ corripientis ſit manifeſtum, quia uidetur ꝙ ille qui corrigit non moueatur ex charitate, ſed ad oſtentationem. Vnde ſuper illud. Quomodo dicis fratri tuo, &c. exponit Chryſoſtomus. Quo propoſito puta ex charitate, ut ſalues proximum tuum, non quia teipſum ante ſaluares, eis ergo non alios ſaluare, ſed per bonam doctrinam malos actus celare, & ſcientiæ laudem ab hominibus quærere. ¶Tertio propter ſuperbiam corrigentis, inquantum ſcilicet aliquis propria peccata paruipendens ſeipſum præfert proximo ſuo in corde peccata proximi auſtera ſeueritate diiudicans,

ac ſi

ac si esset iustus. Vnde Augustin. in libro de sermone domini in monte ait. Accusare uitia officium est bonorum, quod cum mali agunt alienas partes faciunt. Quomodo autem quia debeat corrigere docet idem Augu. dicēs. Cogitemus cum aliquem reprehēdere nos necessitas cogit, vtrum tale sit vitium quod nunquam habuimus, & tunc cogitemus, nos homines esse & habere potuisse, vel quod habuimus, & iam non habemus, & tunc tangat me moriam communis fragilitas, vt illam correctionem non odium, sed misericordia præcedat si autem nos in eodem vitio esse non obiurgemus, sed congemiscamus, & ad pœnitē dum inuicem inuitemus. Patet ergo ex his q̄ peccator si cum humilitate corrigat delinquē tem non peccat. Nec per hoc nouam sibi damnationem acquirit, licèt per hoc vel in conscientia fratris, vel saltē in sua pro peccato p̄terito condemnabilem se esse oltēdat. Nō autem de obligatur peccator quicunque ab isto præcepto, nec potest dici perplexus, quia potest conteri de peccato, & pœnitere, & iam non erit peccator, vel etiam (ut dictum est) humiliter corrigendo, præcipue fraternaliter nō peccat.

Quomodo subditi fraternę debēt se habēr circa suos plates.

¶ Nec excusantur subditi, quin teneātur correctione fraterna prælatos suos corrigere delinquentes, si (ut dictum est) speratur emēdatio eorū per ipsam. Est enim fraterna correctio actus charitatis & ideo ptinet ad unūquē que respectu cuiuscunq; personæ ad qui charitatem debet habere si aliquid in eo corrigibile inueniatur. Verū in correctione qua corrigūt subditi prælatos debet modus cōgruus adhiberit, vt. s. nō cū proteruia, & duritia sed cum māsuetudine, & reuerentia corrigantur. Vnde Apostolus. 1. ad Thimo. 5. ait Seniorē ne increpaueris, sed obsecra ut patrem. Et ideo Dyonisius redarguit Demophilum monachū quia sacerdotem irreuerenter correxerat eū percutiens, & de ecclesia eiiciens, hęc b. Tho. vbi supra. Ad hoc facit ut notat Gre. in pastorali exemplum. Nathan prophetæ cum correxit Dauid de adulterio cōmisso occultè, quia sub similitudine diuitis, q̄ occiderat ouē pauperis ut prępararet conuiuium pauperi hospiti &c. super quo Dauid iudicauit illum dignū morte &c. Ex qua sententia inde sumpta occasiōe urbanè redarguit eū, & ille subito emēdatus est, historiam habes. 2. Regum. 12. In huius figuram dicitur Exod. 19. Bestia quæ tetigerit montem lapidabitur, quod fit cum subditus bestialiter seu proteruè corrigit prælatum qui ratione dignitatis, quia altior cæteris ex officio dicitur mons. Et secundo Regum sexto narratur quod Oza percussus fuit a domino, quia tetigit archam Dei quę designat prælatum, contractus autem Ozę, quando irreuerenter obiurgatur, vel ei detrahitur. ¶ Sciendum ēt secundum Tho. vbi sup. Quod ubi immineret periculum fidei etiam publicè essent prælati a subditis arguendi. Vnde Paulus qui erat subditus Petro, quia ipse papa & ille episcopus, propter imminēs periculum scādali circa fidem. Petrum publicè arguit, & sic dicit glo. Aug. ad Gal. 2. Ipse Petrū exemplum maioribus tribuit, vt sic ubi fortè rectum tramitē reliquissent, ne dedignentur a posterioribus corrigi. arg. dis. 8. Qui contempta. Et quamuis præsumere se esse meliorem simpliciter quam prælatus suus, videatur esse præsumptuosè superbię, tamen ęstimat se esse meliorem quantum ad aliquid, non est præsumptionis, quia nullus est in hac uita, q̄ non habeat aliquem defectum. Et desideranter est qđ cū aliquis monet prælatum suū non per hoc maiorem se estimat, sed auxiliū impartitur ei. Qui quanto in loco superiori tanto in periculo maiori uersatur secundum Augu. in regula. Tho. vbi supra arti. 4.

Etiā publicè possunt corrigi.

§. 4. Modus fraternę correctionis.

¶ Tertia negligentia circa correctionem fraternā, q̄ cum sit actus charitatis, ideo oportet q̄ fiat cum modo, qui modus est quod fiat secundum charitatem, & ideo dicit, in misericordia increpabit me. Misericordia autē est effectus charitatis. Modus autem secundū charitatem est modus & forma tradita a Christo in euangelio, qui de necessitate præcepti est secundum Tho. vbi supra se. se. q. 33. ar. 7. ut uidelicet denunciationē præcedat secreta admonitio in peccatis scilicet occultis, quia secus i publicis, in q̄b. nō est necessariū secretā admonitionem præcedere denūciationem & hoc quia non tantum adhibendum est remedium ei qui peccauit ut melior fiat, sed etiā aliis in quorum notitiam uenit ut non scāda lizentur & ideo publicè fieda. Sed quia in peccatis occulis potest parari offensa proximorū. Ideò adhuc distinguendum. Quædā. n. peccata occulta sunt, quæ sūt in nocumentum proximorum corporale vel spirituale, puta si aliquis occultè tractat quomodo ciuitas tradat hostibus, vel si hæreticus homines priuatim a fide auertat, quia enim in huiusmodi casibus qui occultè peccat, non solum in te peccat, sed etiam in alios, statim oportet ad denunciationem procedere omissa fraterna correctione, vt huiusmodi nocumētū ipe diatur, nisi fortè aliquis firmiter æstimaret q̄ statim p̄ secretam admonitionē posset hmōi

mala impedire. Quædam verò peccata occulta sunt, quæ sunt solum in malum peccãtis & eius in quem peccatur, vel quia a peccante iæderis vel saltem ex sola notitia, & tunc ad hoc solum tenendum est, vt fratri peccãti subueniatur, & tunc sicut medicus corporalis si sanitatem infirmo potest inferre sine alicuius membri decisione hoc facit, si autem non potest abscindit membrum minus necessarium vt vita totius conseruetur. Ita ille qui studet emendationi fratris, ad quem ordinatur fraterna correctio debet si potest sic fratrẽ emendare quantum ad conscientiam ut fama eius conseruetur quæ vtilis. ¶ Primo quidem, & ipsi peccanti non solum in temporalibus in quibus quantũ ad multa homo patitur detrimentum amissa fama, sed etiam quantũ ad spũalia, quia præ timore infamię multi a peccato retrahuntur. Vnde quando se infamatos conspicuunt, irrefrenatè peccant. Et ideo Hier. dicit. Corripiẽdus est seorsum fraternè ne si semel pudorẽ aut verecũdia amiserit, p maneat in peccato. ¶ Secundo debet cõseruari fama peccantis fratris, quia vno infamato, alii quodammodo infamantur, secundũ illud Aug. ad plebẽ Hiponen. Cũ de aliquibus, qui sanctum nomẽ profitentur aliquid criminis, vel falsi insonuerit, vel ueri patuerit instant, satagunt, ambiunt, ut de omnibus hoc creda tur. ¶ Tertio quia ex peccato vnius publicato alii prouocantur ad peccandum. Verum quia conscientia. s. bona prę ferenda est famę, voluit Deus ut saltẽ cum dispendio famę fratris conscientia per publicã denunciationẽ a peccato liberet, & sic patet de necessitate p̃cepti esse q̃ secreta admonitio in hmõi occultis publicã denunciationẽ prẽcedat. Nec est contra q̃ Ioseph accusauit fratres suos apud patrem de crimine pessimo Gen. 37. nec legitur ibi q̃ præmiserit secretã admonitionẽ, quia secundum Tho. quamuis non sit scriptũ credendũ est, q̃ prius admonuerit, vel dici potest, quod publicũ erat peccatũ inter fratres, vnde dicit plurali. accusauit fratres, quod etiam Petrus Ananiã & Saphirã occultè defraudãte de p̃tio agri, publicè denunciauit peccatũ sine præcedenti admonitione, vt patet Actuum. 5. hoc fecit ut executor Dei, cui oĩa peccata etiam occulta sunt ei ut publica cuius reuelatione peccatum illius cognouit, & puniuit. Christ⁹ etiã cum peccatum Iudæ proditoris haberet ut publicum inquantum Deus, vñ & p̃dere poterat, non tamen publicauit, sed verbis obscuris eum de peccato admonuit, ut nobis exemplum præberet. 2. q. 1. Vnus. Similiter non est contra, quod religiosi in capitulo de culpis se inuicẽ proclament prætermissa admonitione, quia illa sunt uenialia, non infamatoria, in quibus nõ habet locum præceptũ fraternæ correctionis, sed si esset aliquid tale, per quod frater infamaretur contra p̃ceptum ageret, quia p̃ hunc modum p̃cñ fratris publicaret. ¶ Item quando p̃latus in uisitatione uel alias p̃cipit, quod sibi dicatur quod qs sciuerit corrigendum, intelligendũ est saluo ordine fraternæ correctionis, siue p̃ceptum fiat ad omnes, siue ad aliquẽ specialiter. Sed si p̃latus p̃ciperet expræssè contra hunc ordinem a domino constitutum, & ipsæ peccaret p̃cipiẽs & ei obediens, quia contra p̃ceptum domini agerent, unde tunc non est ei obediẽdũ, qa p̃latus nõ est iudex occultorũ, sed solus Deus unde non habet ptãtẽ aliquid p̃cipiẽdi in occultis, nisi inquantum per aliqua indicia manifestãtur, puta p̃ infamiam, uel per aliquas suspitiones, in quibus casibus potest p̃latus p̃cipere eodem modo, sicut iudex secularis, uel ecclesiasticus exigere iuramentum de veritate dicẽda. Tho. vbi sup. Vnde & Vrbanus papa de manifestis loquitur. Occultorum. n. cognitor & iudex est Deus. dis. 32. Erubescant. ¶ Itẽ post admonitionem secreto factam, semel uel pluries quousque habetur spes emẽdationis eius, per hanc uiam procedendũ est ulterius, scilicet ad productionem testium, & hoc non nisi cum s̃patur, quod p̃ tales testes inductos ille debeat emendari, qui per secretã admonitionẽ non se a uitio cõtinebat. Nã per hunc modũ si non ꝓbabiliter crederetur emendatio, non sunt testes inducẽdi, sed desistendũ. ¶ Inducuntur autem testes ꝓpter tria secundum Tho. Primo ad ostẽdẽdũ, quod sit p̃cñ de quo aliquis arguitur ut dicit Hiero. Secundo ad conuincẽdũ de actu, si actus iteretur ut dicit Aug. in regula. Tertio ad ostendẽdũ qd frater admonẽs fecit quod in se est ad emendationem fratris procurandã secundũ Christ. Idcirco autẽ uoluit Deus teneri hũc ordinẽ in fraterna correctione, quia de uno extremo non transitur conuenienter ad aliud, nisi per mediũ. In correctiõe autem fraterna uoluit dñs, quod principiũ esset occultũ, dũ frater corriperet ſrem inter se & ipsũ solum. Finem autẽ uoluit esse publicũ, ut. s. ecclesiæ denunciaretur, & ideo conuenienter in medio ponitur cõductio testiũ, ut primo paucis indicet peccatũ fratris, q̃ pñr ꝓdesse & nõ obesse, ut saltẽ sit sine multitudinis infamia emẽdetur quod Aug. dicit in regula, q̃ p̃cñ fratris occultum prius ꝓposito debet oñdi quã. s. tribus,

Sic corrigat q̃s que alterum, ut fama cõseruetur

Quare Petrus peccatũ Ananię & Saphirę denũciauit.

Notãdũ a p̃latis.

Inducũtur testes cor rectione

alia.

ſtibus,intelligendum eſt quod prius dicatur prælato,quã teſtibus ſecundũ quod prælatus eſt quædã perſona ſingularis,quę magis poteſt prodeſſe quam aliis,non autem,quod dicat ei tanquam eccleſię.i. ſicut in loco iudicis reſidenti,eſt ergo ſeruandus iſtæ ordo, ut primo ſecretè corripiat frater delinquẽs de suo peccato occulto,cum per hanc correctionem ſperatur emendatio & non aliter, deinde prælato ut perſonæ priuatæ intimetur,vt admoneat tertio trib. teſtib. perſonis maturis,& diſcretis dicat i.corã eis corripiatur ſi per hunc modum ſperatur emendatio & non aliter,& vbi priuata correctio non iuuabit. Quarto dicendum eſt eccleſiæ.i.prælato accuſando ſi poteſt per ſufficientes probationes oſtẽdere,& ſperat correctio illius p hoc,vel ſaltẽ denunciãdo,ꝓbatus ãt hãc ſufficiẽti,ꝓbõe dẽt illi ꝓcipere vt deſiſtat,ꝙ ſi nõ facit,eccleſiã nõ audit vñ pp cõtumaciã excõicãdus eſt,& tunc excõicatus ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.i.alias ñ vites eũ,ſi nõ excõicetur quãuis eccleſiã nõ audiat.i. nõ obediat,nõ pp hoc oportet eũ vitare ar.2.q.1. multi,cũ tenetur iſtę modus,& ordo tũc correctio ẽ in miſericordia,& charitate,ſcdm illud pſ.140. Corripiet me iuſtus in miſericordia alter malè fit. & cõtra miſericordiã & charitatẽ, vt cũ publicat hinc inde. Et tunc vt dicit. Aug. Nõ eſt eo corrector,ſed ꝓditor 2.q.1.ſi peccauerit. ¶ Item

Referẽs prælato pcm̃ fratris an peccet.

querit circa hãc materiã utrum ſciens peccatũ ꝓximi,& referens illud ſtatim prælato ſuo ante factã admonitionẽ ſecretã peccet mortaliter.vꝝ ꝙ ſic,ꝙa cõtra ordinẽ datũ a Chriſto de fraterna correctiõe agit. Rñd. ſm Tho. in quodlibet. In his diſtinguẽdũ eſt de cõditione ſubditi & prælati. Nã ſi ego ſcio ꝙ frater p me corriget tũc nõ debeo denunciare prælato. Si aũt hoc melius fiat p prælatum, & prælatus nihilominus ſit pius,& diſcretus, & ſpiritualis nõ habẽs odium,vel rancorem ad illũ ſubditum tunc poteſt denunciari ſibi nec tũc dicit eccleſiæ,quia non dicit ei ut prælato eccleſiæ,ſed vt priuatæ perſonæ proficienti ad correctionem proximi & emendationem. Sed propter conditiones diuerſas prælatorum,& ſubditorum nõ poteſt in hoc dari iudiciũ generale,vel quia prælatus mouet odio ad ſubditum,vel quia ſubditus non reciperet bene verba prælati,& ideo in omnibus his hoc eſt tenendum pro regula,quod in his ſeruãda eſt charitas,& quod melius expeditis videtur, & ſi hoc intendat ſcilicet emendationem fratris, vel cautelam in futurum, & ſeruet quantum poteſt bonum charitatis non peccat denunciando. Si autem denunciat vel prælato uel amico ſuo,vel cuicunque ex malitia, ut confundatur & deprimatur peccat mortaliter ſi autem ex incautela hoc alicui dicit,ita tamen quod inde non aliud,vel infamia,vel ui tuperium eueniat delinquenti non eſt mortale licet incautè agat,hęc Tho. etiã Richar. in 4.di.19.qđ pp fratris correctionem factam per admonitionem ſecretam non teneor deſiſtere a ſecreta denunciatione prælato ſienda, quia ualet ad pręcauendum fratri a recidiuo nec eſt in preiudicium famæ fratris ſi talis eſt prælatus qualis eſſe debet. Si tamen per ſigna ualdè probabilia crederetur,quod ex illa denunciatione fratrem correctum infamare vellet,tunc crimen fratris ueraciter correcti ſibi denunciari non deberet.hęc Rich. Sed ſi ille nec illum infamaret,ſed delinquens ita videtur emendatus quod nulli dubium eſt de recidiuo,non uidetur quod debeat dicere, exquo nil fructus ſequitur. Immo male faceret denunciando etiam prælato ſecundum Vmber. ¶ Notandum etiam ſecũdum Richar. in 4. quod in peccatis denunciandis conſiderandum utrum peccatum ſit omnino occultum, aut ad notitiam aliorum deuenerit, aut in promptu ſit ut deueniat. Si aũt peccatum iam ad aliorum notitiam deuenit,tunc debet denunciare ei,qui habet poteſtatem corrigendi ut qui ſunt ſcandalizati de culpa ędificentur de pœna;ſi autem nondum in publicum deuenit,ſed eſt in uia deueniendi, tunc eſt denunciandum vt ſcandalo futuro occuratur, ſi autem ſit omnino occultum, tunc conſiderandum eſt utrum emendatio peccatis expectari probabiliter poteſt,aut non. Quod quidem de facili aduerti poteſt, ſi conſideretur, vtrum aliquis ex elactione,vel paſſione peccauerit ſiue ex malitia, vel infirmitate,quod idem eſt dicere, quod quidem perpendi põt ex conditione peccantis & ex iteratione actus,quia ſi aliquis frequenter & ſine freno in aliquod peccatum lapſus eſt,ſignum eſt ꝙ ex malitia peccat,& non facilè emẽdet, ſi ãt ſemel occaſione peccati oblata in peccatũ ruit & poſtea triſtitiam & uerecundiam oſtendit de peccato ſignum eſt quod peccatum ſit ex paſſione,& quod de facili emendetur, ſi ergo emẽdatio ſperẽt,debet prędeder admonitio, & differri denũciatio quouſq; uideatur admonitionis,effectus,præcipue ſi emendationem promittit. Si autẽ eſt in fectuum aliorũ quod non emendet niſi immineret occaſio ſimilis in peccatum ruendi, quam declinare non vellet admonitus,tunc enim debet prælato.

In peccato denunciãdo debet fieri diſtinctio.

lato denunciari ne in precipitium ruat. Si autem non speretur emendatio, tunc cõsiderã dum est an illud peccatum sit aliorũ infectuũ sicut hæresis, fornicatio, & huiusmodi, aut cedat in damnum aliquod alterius, sicut furtũ homicidium & huiusmodi; si autem peccatũ non est infectiuum aliorum vel dãnificatiuũ potest denunciatio differri quousque videatur admonitionis effectus precipue si emendationem promittit, si autẽ est infectiuũ aliorũ debet nunciari prælato ut gregi suo caueat semper. n. bonum multorũ debet præponi bono unius, vñ & fama vnius negligi debet utin nocẽtia vel fama multitudinis conseruetur, si aũt uergat in dãnũ corporale alterius, debet fieri cõparatio damni illius tẽporalis ad damnum famæ istius & illi damno qđ prępõderat magis obuiandũ. Dicit etiam Richar. qđ nisi certissimis signis appareat incorrigibilitas uel exasperatio, ideſt turbatio futura corrigẽdi, nõ debet fraterna correctio ptermittit. Et si cũ quis corrigitur turbari videturaliquã tulum postea in se reuersus se corrigit. ¶Sed quid si quis sciat peccatum aliquod alterius, vel impedimentum matrimonii, aut irregularitatem, aut aliquod huiusmodi, qđ ille ignorat puta scit aliquem non ritè ordinatum, vel non baptizatum, & uidet eum ministrare in sacris, uel scit illum excommunicatũ, aut scit aliquem vxorẽ habere quam de iure nõ põt propter impedimentum cõsanguinitatis, uel affinitatis, & huiusmodi, aut etiã detinere rẽ alienã & huiusmodi. Quid in huiusmodi casibus fieri debet nunquid illum ignorantem, auisare debet, & admonere de defectu suo. Rñ sm Guil. si commodè potest eum admonere de tali defectu, & credit personam illam persuasibilem esse, & corrigibilem inde debet manifestare sibi, alias peccaret, qa si laborat habens talem defectum ignorantia crassa, & supina non excusatur, si ignorantia probabili adhuc debet ei dicere, nam & inde non peccat excusatus ignorantia facti, tamen inde sequitur periculum uel damnum alienum, & iniuria sacramentorum, sed si sit persona imperſuasibilis, & incorrigibilis, & timetur de scãdalo eius sufficit si dicat prælato non accusãdo, nec denunciando, sed simpliciter significãdo. Et si est tale quid vbi sit periculum aliorum uel damnum, & potest probare in iudicio, tenetur si credit tu dicem exhabiturum iustitiam, secus vbi non est periculum uel damnum aliorum uel si est probare non potest, argumen. 2. q. 7. c. Plerique, uel etiam si probaret non fieret iustitia, nec adhiberetur remedium ar. 11. q. 3. Quando idem videtur de denunciatione fienda prælato super crimine q̃ do est ita malus, vel negligens quod nihil ex hoc faciet ad prouidendum. Inutilis enim uidetur & frustra.

Sciens peccatũ alterius qđ alter ignorat quo facere dẽt.

¶ *De negligentia circa obseruationẽ festorum ubi agitur quando festa debeant celebrari. Cap. 7.*

PErtinet ad negligentiam seu torporem circa pręcepta omissio celebratiõis festorũ. Tertium enim præceptum decalogi est illud. Mementó vt diem sabbati sanctifices. Exodo. 20. quod præceptum litteraliter intellectum secundum Tho. 2. 2. q. 122. articu. 3. est partim morale, & partim cerimoniale Morale quidem quantum ad hoc, quod homo deputet aliquod tempus vitæ suæ ad uacandum diuinis. Ineſt enim homini naturalis inclinatio ad hoc, quod cuilibet rei necessariæ deputetur aliquod tempus, sicut corporali refectioni, somno, & aliis huiusmodi. Vnde etiam & spirituali refectioni, qua mẽs hominis i Deo reficitur secundum dictamen naturali rationis aliquod tempus deputatum ad vacandũ diuinis cadit sub præcepto morali. Sed inquãtum in hoc præcepto determinatur speciale tempus in signum creationis mundi, sic est præceptum cerimoniale, similiter cerimoniale est secundum allegoricam significationem, prout fuit figura futuræ quietis Christi in die sabbati in sepulchro. Et similiter secundum moralem significationem prout significat cessationem ab omni actu peccati, & qe tam mentis in Deo, & secundum hoc est quo dammodo generale pręceptum, similiter etiam cerimoniale est secundum significationem anagogicam, prout scilicet figurat futuram quietem fruitionis in Deo, quæ erit in patria. Pręceptũ ergo de sanctificatione sabbati ponitur inter præcepta decalogi inquantũ est morale, nõ inquãtũ ẽ cerimoniale. i. quãtũ ad determinationẽ illius diei. Cerimonialia aũt cessant in noua lege. Vnde qui obseruaret nunc diem sabbati, quia in lege Mosayca mãdatum Iudaizaret, & mortaliter peccaret, & dicuntur tales obseruatores sabbati sequaces & ministri Antichristi q faciet custodiri sabbatum ad complacendum Iudęis, vt dicitur de consecratione distinctione tertia puenit. ¶Succedit autem obseruantiæ sabbati i noua lege obseruãtia diei dominicæ non ex pcepti legis diuinæ, sed ex constõne ecclesię & consuetudine populi christiani, dicitur enim de conse.

Festi sanctificatio ẽ partim moralis, & partim cerimonialis.

Obseruantes diẽ Sabbati Iudaizant.

conse. dist. 3. pronunciandum. Omnem diem dominicum ob reuerẽciam resurrectionis Ie su Christi domini nostri de vespera usque ad vesperam ne a iudaismo capiantur. s. præcipimus obseruari. ¶ Nec huiusmodi obseruatio est figuralis, sicut fuit obseruatio sabbati in veteri lege, & ideò non est ita arcta prohibitio operandi in dominica die ſm Tho. ut prohibeantur opera in die sabbati, sicut decoctiones ciborum, & alia huiusmodi. Et etiam in quibusdam operibus prohibitis facilius propter necessitatem dispensatur in noua quàm in veteri lege, quia figura pertinet ad protestationem ueritatis, q̃ nec in modico præterire oportet, opera autem secũdum se cõsiderata immutari possunt pro loco, & tempore. Hæc Tho. Et de Papa non est dubium quod potest in illa die, & aliis festis dispẽsare cum sint de iure positiuo, ut dictum est. De episcopo etiã creditur a multis quod possit cum subest rationabilis causa, quæ in omni dispensatione interuenire debet. ¶ Sunt autem ultra diem dominicam multa alia festa instituta ab ecclesia ex præcepto custodienda, & in c. pronunciandum, de conse. dist. 3. ponuntur ultra dominicam ista festa, scilicet festum pẽtecostes cum duobus diebus sequentibus. Natiuitatis domini nostri Iesu Christi cum tribus sequẽtibus, scilicet festo beati Stephani, sancti Ioannis Euangelistæ, & Innocentum, Circũcisio domini, Epiphania, & Ascensio Christi. Purificatio uirginis Mariæ. Assumptio eius & natiuitas ipsius. Natiuitas Ioannis Baptistæ. Festa duodecim apostolorum. Festum omniũ sanctorum. Festũ sancti Michaelis de mense Septẽbris. Festũ sancti Siluestri, sancti Martini, sancti Laurentii, & in singulis episcopatib. ille festiuitates quas episcopi cum clero & populo duxerint solemniter celebrandas, & dicit ibi gl. hoc verum esse de festis sanctorum qui sunt canonizati, licet enim priuata oratio possit dirigi ad quemlibet quem quis extimat esse cum Christo, tamen oratio solemnis quæ. s. fit in missa uel diuino officio fieri non debet nisi ad canonizatos. Videtur etiã ex illo tex. ca. pronunciandum, quod episcopus solus nõ possit indicere festa celebranda nisi populus acceptet. Item festum Crucis quod est de mẽse Maij, scilicet Inuentionis est præceptum, de conse. dist. 3. Crucis. Festum corporis Christi per Clementinam, extra de re. & vene. san. Si dominum. De quibusdam tamen festis est dubium utrum debeant celebrari. s. per cessationem ab operibus. Et de festis quatuor doctorum, Ambrosii, Augustini, Hieronymi, & Gregorii mãdantur celebrari solemniter, sub officio duplici, extra de reli. & vene. san. c. gloriosus, lib. 6. Et licet Ioan. An. videatur tenere quòd etiam sunt celebranda per cessationem ab operibus, tamen consuetudo quæ est optima legum interpræs est in contrarium, quia nullibi penè custodiuntur, sed nec ista cõsuetudo ecclesiæ hoc sonat; expræsse per hoc q̃ mandet celebrari sub officio duplici, cũ multa festa celebrentur sub officio etiam toto duplici, & tamen non sunt in præcepto. Peritos viros & timoratos audiui hoc sentire. s. quòd non sunt in præcepto, & uidi declarationem quandam factam per Eugenium quartum ad requisitionem quorundam super hoc seu dispensationem. s. quòd non intendebat fideles obligari. Et idem uidetur dicẽdum de Marco & Luca Euangelistis, nisi quòd istorum festa communius & plenius celebrantur per cessationem ab operibus. Et hoc attendendum, q̃ vbi ista celebrãtur plenè seruanda sunt, ar. di. 11. in his. Illa etiam festa de quibus nulla fit mentio in corpore iuris vel extrauagantibus, si de communi more omnium celebrãtur, seruanda sunt, sic ut festum beati Nicolai, & forte Antonii. Quæ aũt solũ sunt in in una ciuitate vel patria in illa seruanda sunt. Sicut. n. consuetudo generalis facit legem generalem si est rõnabilis & præscripta, ita consuetudo particularis legem particularem illos ligans ubi seruatur. ar. dist. 12. illud, &c. illa. Festum Visitationis beatæ Mariæ, quando. s. visitauit Helisabeth, quod celebrãt infra octauas apostolorum ab Vrbano sexto fuit præceptũ, sed quia nũquam fuit receptum uel custoditum, nec fortè publicatum, ideò nõ obligat nunc, & si obligaret, non tamen illos qui nõ erant sub obedientia illius, sed Benedicti. Festũ cõceptionis beatæ Mariæ, quod a quibusdã celebrari toleratur ab ecclesia, & hoc rõne sanctificationis in utero factæ, non est in præcepto, nec etiam festum. Niuis. Festum verò annunciationis, & si non contineatur inter alia festa præcepta, de conse. dist. 3. pronunciandũ, quia adhuc fortè non erat institutum, tamen proculdubio obseruãdum, ut extra de feriis, c. conquestus. De faciendo festum Trinitatis consuetudo seruanda est, extra eo. quoniam. Hodie tamen ex mandato Ioannis 22. fit hoc festum per uniuersalem ecclesiam. Quædam alia festa quæ erant in præcepto sunt abrogata per contrariam consuetudinem, ut cõmuniter dicitur, quo ad cessationẽ ab operibus, & isti sunt tres dies rogationum. Item septẽ dies passionis dominicæ. i. hebdomada sancta

Obseruatio festi nõ est figuralis

Alia festa quæ ecclesia celebrat

Consuetudo generalis tanq̃ lex est seruanda tex. in l. de quib. & in l. cũ de cõsuetud. ff. de legi. & in c. cõsuetudo. distin. j.

cta, & ſeptem reſurrectionis. i. hebdomada paſcæ erant antiquitus in præcepto, ut patet de conſe. di. 3. Pronũciandum, ſed hodie non ſeruantur niſi duo dies ſequentes dominicã reſurrectionis, & dies paraſceues & feria 5. in cœna domini. De feſto etiam Innocentum & beati Silueſtri uidetur etiam ſtandum cõſuetud ni locorum, & communiter male cuſtodiuntur. Feſtum etiam dedicationis eccleſiæ etiam eſt abrogatum. Item dicitur extra eo. conqueſtus. Feſta apoſtolorum ſeruanda, intelligendum ẽ de principalioribus, quando videlicet fuerunt aſſumpti ad gloriam, non de aliis, ut eſt feſtum cathedræ Petri eiuſdem ad vincula. Ioannis ante portam latinam, conuerſionis Pauli vel commemorationis eius. Non enim dicit decretum omnia feſta: ſed in diffinite. Sed & conſuetudo populi chriſtiani quæ eſt optima legum interpræs, ut de cõſue. c. cum dilectus, ita ſeruat. ¶ Dubitatur etiam a quibuſdam vtrum quãdo præcepta transferuntur quo ad officium, cum ſcilicet occurrũt in dominicis aduentus vel quadrageſimæ, & huiuſmodi. Debeant etiam transferri quo ad ceſſationem ab operibus? Et dicendum quòd non, quia eccleſia ſtatuit illa determinata die qua occurrunt cuſtodienda, & nil vnquam ordinauit de remiſſione, & ſi de translatione officii, & ſic ſeruat conſuetudo. Patet etiam hoc a ſimili. Nam ſi occurrat ieiunium eccleſiæ vel ex uoto in una eadem die qua aliud ieiunium eccleſiæ, puta uigilia Matthęi uel Thomæ apoſtoli cum ieiunio quatuor temporũ, uel etiam ſextam feriam huiuſmodi quis ex voto habeat ieiunare, nullus dicit q̃ debeat alia die etiam ieiunare in ſupplemẽtum, ſed illa dies determinata ſatisfacit utrique & voto & ieiunio eccleſiæ, ſic & in propoſito. Feſtũ ſancti Bartholomei alicubi celebratur 24. die Augu. Alicubi. 25. In hoc ſeruandus eſt mos patriæ extra eo. conqueſtus

De anticipatione feſtorum in choro, vel in foro.

§. 1. De feriis diuerſis.

¶ Feſta autem dicuntur feriæ eo. ſ. quòd præſtant uacationem ab eis quę in foro iudiciali agi conſueuerunt, vel dicuntur feriæ quaſi feſtiuæ. Feriarum autem quędam ſunt repentinę, quędam temporaneæ, quędam ſolemnes. Temporaneę ſunt quę dantur pro fructib. colligendis, & ſunt duorum menſiũ gratia meſſium & uindemiarum, & ſecundum diuerſas regiones citius aut tardius inducũtur aut præconizãtur. ff. de feriis. l. præſides, & de offi. procon. l. ſi in aliqua. Et in his non poteſt fieri p. ceſſus iudicialis niſi de conſenſu partium, extra de feriis. c. conqueſtus. in fi. Repentinæ feriæ ſunt quas Imperator indicit uel propter victoriam quam fecit, uel quia uxorem duxit, uel quia ei filius natus eſt, & hmõi. Et dicuntur repentinę, quia repentè & ſubdite inducuntur, nullus præter principem has indicere põt. C. de feriis. l. nullo. Ferię verò ſolemnes ſunt feſta inſtituta ab eccleſia de quib. dictum eſt. Vnde ſi ciuitas vel dñs indicit ſeu mandat aliquod feſtum ſub certa pęna celebrari, pœnam quidem poſſet exigere a uiolatoribus, ſed culpam non incurrunt, quia non pertinet ad eos feſta præcipere, & in primis & ſecundis feriis ſcilicet temporaneis & repentinis põt manualiter operari, non aũt inſolẽnibus, vt infra declarabitur. Debet autẽ incipi feſtũ quo ad ceſſationẽ ab operib. a veſpera. i. ſero uigiliæ & terminatur in veſpera feſti. extra eo. omnes. Et idem de die dominica, de conſe. di. 3. ca. pronunciandum. Tamẽ initium feſtorum, & finis iuxta eorum qualitatẽ & regionum conſuetudines ſeruari debet, & ſicut magnitudo eorum exigit prius incipere & tardius finire. extra eo. quoniã. Et vbi eſt de more generali aliquorum artificum, vt barbitonſorum, & huiuſmodi, quòd in ſabbato vel uigiliis magnorum feſtorum laborant per duas horas noctis, quia tunc perſonæ magis concurrunt, q̃ aliis diebus poteſt tolerari talis mos, quia etiam de ſero feſti quando liceret laborare die tranſacta non laborant uſque ad mediam noctem, & ſic uidetur admitti poſſe compenſatio conſuetudine ſic agente, & dominus Eugenius quartus, ſuper hoc requiſitus etiam cum talibus diſpenſauit, ut percepi a fide digne.

Inceptio feſtorum.

¶ De uiolatoribus feſtorum dicit pſ. 73. loquens de peccatoribus. Dixerũt in corde ſuo cognatio eorũ ſimul quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei a terra. ſecundum litterã intelligitur de Chaldeis quando cœperunt Hieruſalem ſecundum Nicolaum de Lira. Vel de Romanis cum deſtruxerunt Hieruſalem quęrentibus tollere cultum ueri Dei, & eius feſta. Vel etiam moraliter de malis chriſtianis qui cum cognatione eorum, ideſt cum aliis malis ad hoc operam dant ut uiolent feſta & ad nihilum deducant, ſiue laborando, ſiue uitiis in eis ſe implicando. Vbi notandum q̃ feſtum uiolatur & malè celebratur ex triplici negligentia ſeu defectu.

§. 2.

¶ Primo: quia nó cauetur a defectibus criminalibus.

¶ Secundo: quia non inhæretur actibus ſpiritualibus.

¶ Tertio quia non abſtinetur ab operibus manualibus.

Quantum

§.3. ¶Quantum ad primum debet quis abstinere a peccatis p maximè diebus festiuis, quia plus habēt impedire mentē si mortalia sunt a vacando Deo q̄ opera manualia. Vñ dicitur Leui. 23. de sabbato cui succedunt festa eccle siæ. Omne opus seruile nō facietis in eo, sed opus seruile est peccatum, dicit enim Christ⁹ Ioan 8. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Et ideo dicit b. Tho. se. se q. 122. art. 4. Quod magis facit contra p̄ceptū de sanctificatione sabbati seu festi qui facit peccatū de festo quam qui facit aliquod opus corporale de se licitum, & Aug. dicit in lib. de decem chordis, quod melius faceret Iudæus in agro suo aliq̄ utile agere quām seditiosus in theatro in festo existere. & melius fœmine eorū die sabbati lanam facerēt quam tota die in neomenijs suis impudicè saltarent. Non autem qui peccat uenialiter in sabbato. i. in festo facit cōtrā hoc præceptum, quia uenialia non excludunt sanctitatem, hęc Tho. Peccatū ergo mortale commissum die festo est multo grauius q̄ alia die, idem perpetratum ratione festi, nam ultra propriam deformitatem puta furti uel fornicationis & huiusmodi habet specialem deformitatem ex illa circūstantia temporis sacri qua festum uiolatur. Vnde talis ut dicit Nico. de li. super Exo. c. 20. Nō solū agit cōtra vnum præceptum. s. Non mechaberis, aut illud, non furtum facies, sed etiam contra illud de scificatione sabbati. Sed heu miseranda cæcitas christianorū, quia plura peccata faciunt & grauiora in diebus festiuis quā p totam hebdomadam. Nam cū aliis diebus oporteat eos diuersis exercitiis laborare ut possint uiuere diebus festiuis quando deberent laborare pro anima & Deo vacare implicāt se in multis vitiis. Alii discurrunt procādo p vias & ecclesias qđ pessimum est, alij saltando & tripudiando, alij ludendo vacant, & exinde Deū & sanctos blasphemādo, alij venando & aucupando, alij sedent murmurando & detrahendo, alij luxuriando, alij tabernas frequentant & cōuiuia. Hinc & Aug. ad Aureliū. Cōmessationes & ebrietates ita concessę & licitæ putantur, ut in honore beatissimorum martyrum non solum per dies solemnes quod unusquisque non lugendum videat qui hoc non carneis oculis aspicit, sed etiam quotidie celebrātur. di. 44. Et propterea, quia multa & innumera mala fiunt in festis, dicit Deus p Esa. ca. 1. Solemnitates vestras odiuit anima mea facta sunt mihi molesta, & Amos 5. ait dominus. Odi & proieci festiuitates vestras, quia. s. eas vobis facitis nō mihi. Malach. 2. ait Ipsę dispergam super vultum uūm stercus solē nitatum vestrarum. i. peccata quæ facitis in festis manifestabuntur coram omnibus ad confusionem vestram. Isti ergo cessare faciūt quantum in eis est. i. deficere & ānullare dies festos Dei a terra.

¶Quantum ad secundum sciendum secūdū Tho. vbi supra quod finis huius præcepti s. de obseruatione festi est vt hō vacet rebus diuinis quod signat in hoc quod dicitur. Memento vt diem sabbati sanctifices, illa enim sanctificari in lege dicuntur quæ diuino cultui mancipantur, vnde & de consecr. distinct. 3. ieiunia dicitur. Die dominica nihil aliud agendum nisi Deo vacandum, nulla operatio in illa die sancta agatur, nisi tantum hymnis, psalmis, & canticis spiritualibus dies illa trāsigatur, & intelligitur de operatione prohibita, vt patebit infra. Et quod dicitur de dominica. Idem dicendum de aliis festis præceptis, quia vbi eadem ratio ibi idem ius. §.4.

¶Est autem dies dominica multum priuilegiata propter multa magnificain ea die gesta. Nam in ea mundus sumpsit exordium, & p resurrectionem Christi mors interitum, & vita sumpsit initium. Dicit Leo Papa distin. septuagesima quinta, quod die dominico. Ipsa ēt die dicitur natus in mundo Christus Iesus, & in ea misit apostolis spiritum sanctum & creditur ad iudicium finale uenturus. Debet ergo die festo insistī operibus spiritualibus, orationis, meditationis, auditionis diuinorum, lectionis, & eleemosynis, & huiusmodi, vnde & cum factus esset Iesus annorum duodecim ascendentibus parētibus eius Hierosolymam secundum cōsuetudinem diei festi, & Christus cum eis ascendit. Luc. 2. Et ad quid virgo gloriosa cum Ioseph & puero iuisset nisi ad adorādum Deum, & uacādum diuinis vt lex iubebat? Et inter cętera debent homines vacare compunctioni, & contritioni peccatorum suorum recogitantes q̄ egerunt aliis diebus in quibus fuerunt occupati. Dicitur enim Leuitic. decimosexto. Sabbatum requietionis est affligetis animas uestras, scilicet per contritionem secundum Origenem. Item auditioni missę, & diuinorum officiorum, & prędicationum, de quo dicetur post sequenti capit. Item admonitioni & correctioni proximorum, & præcipue familiæ suæ. Exemplum in Iob, de quo scribitur in primo ca. Cumque in orbem trā sissent dies mittebat Iob & sanctificabat eos, ideſt in capite hebdomadæ, quod est dominica. Dicit autem sanctificare filios quia. s. illa

Festa uiolant p peccata mortalia.

Dies dnica ē multū honorāda & maximè ob ea q̄ Deus in hac die fecit.

Peccat cū cōmissū diebus festiuis aggrauat.

Quid agendū est in festo.

illa die admonebat eos & corrigebat de defectibus si quos infra hebdomadā fecissent, vt exponit Thom. super Iob. Vel etiam quia offerebat orationes & sacrificia pro eis. Item in festi debet magis eleemosynis. In cuius figuram legitur in Leuit. q̄ duo agni offerebantur die sabbati, aliis diebus vnus tantum. s. in hoc locaustum. Tobias etiam præparato prandio in die festo misit filium ad vocandum pauperes ad comedendum cum eis, prius tamen se peliuit mortuum quem audiuit in platea iacere, vt habetur Tob. 2. Sed quisē hic qui ita celebre festa uacādo diuinis & laudabimus eū cū inuenerimus? nonne tota occupatio hominū in festis est circa corpus? mulieres vacāt & non parum temporis exponunt in se ornā do ad capiendas animas famuli & famulę ad prēparandum cibos accuratius solito, mercatores ad faciendum suos cōputos & ratiocinia & scribendum libros & litteras, inferioris cō ditonis homines ad audiendum de palatinis uel spectacula vana, nulla cura filiorum & familiæ, sed omnes liberi dimittuntur ad faciē dum mala, & quod cū multo labore per hebdomadam lucrati sunt in festis in tabernis & ludis nō in eleemosynis expēdunt. O abusio peruersa hominum & iactura temporis irrecuperabilis & negotium gratissimum dēmonis, aptè de his dixit Hieremias. Tren. 1. Viderunt eā hostes. i. dæmones inimici pessimi animæ seu ecclesiæ & deriserunt sabbata sua. i. festa, q̄a scilicet nō Deo, sed sibi vacant ventri & dæmoni. ¶ Sed quæri potest vtrum qs

Vtrum sufficiat audire missam.

astinendo se a criminalibus, & operibus manualibus per hoc solum quod non vacat diuinis nisi audiendo missam uel non audiendo, quia non potest, sed per totum festum solatiatur & ratiocinatur de otiosis peccet mortaliter? Et videt quod sic, quia maximè cadit sub præcepto quod est de intētione legislatoris, sed ad hoc intentio latoris huius præcepti de sanctificatione sabbati est, vt vacetur Deo. Talis autem nō uacat Deo, q̄a & si audit missam illud valde modicum est respectu totius diei, & modicum pro nihilo reputatur, de cō sec. dis. 2. reuera ergo &c. Quod si verum esset durus esset hic sermo & multi præter suū credere, immo & commune credere damnarentur. Posse ergo ad argumenta respondeti per quandam distinctionem quam ponit b. Tho. 1.2.q.99.art.9. dicit enim in respōsione ad ar. secundum. Intentio legislatoris circa aliquod præceptum est de duobus. Vno quidem ad q̄ inducere intēdit per præcepta legis, & hoc est virtus. Aliud est de quo intendit præceptum ferre, & hoc est quod inducit vel disponit ad virtutem. s. actus virtutis. Non.n. idem est finis ꝓcepti, & id de quo præceptum datur, sicut nec in aliis rebus, est idem finis, & id q̄ est ad finem, hæc Tho. Et hoc videtur posse dici q̄ quamuis intendat legislator finē prēcepti ut quid perfectius, non tamē intendit id ponere sub prēcepto, quia multitudo cui datur lex non est subito capax perfectionis, sed paulatim. Sed intēdit ponere sub præcepto id quod disponit ad illud quod facilius est ad obseruādum, & sic abstinere ab operibus seruilib. est in præcepto non uacare Deo pro maiori parte diei, tamen peccatum est.

¶ Quantum ad tertium. Notandum secūdū beat. Tho. 2.2.q.122.art.4. quod in præcepto de sanctificatione sabbati præcipitur cessatio operum quæ significater cū dicitur. Septimo die non facies opus omne. Et intelligitur de opere seruili, ex eo quod habet Leuit. 22. Dicitur autem opus seruile, non solum opus peccati (ut dictū est supra) sed etiam opus corporale quo unus lateri seruit secundum corpus. Sed si dicatur opus seruile opus quod fit ad seruitiū Dei quia opus latriç pertinet ad seruitiū Dei, sic tale opus nō prohibetur die sabbati seu festi quia hoc est contrariū finis obseruationis sabbati, hoc.n. propterea ab aliis operibus abstinet in die sabbati ut vacet operibus ad seruitium Dei ptinētibus, & inde est quod vt dicitur Ioan. 7. Circuncisionem accipit homo in sabbato ut nō soluatur lex moysi, & Matt. 12. dicitur. Sacerdotes in tēplo sabbatum violant. i. corporaliter in sabbato operantur. s. faciendo sacificiorum opera & sine crimine sunt. Sic etiam sacerdotes circunferētes arcam domini circa Hiericho septem diebus, vnde & die sabbati, vt habetur Iosue 6. Non transgrediebantur præceptum de sanctificatiōe sabbati. Similiter nullum spiritualis actus exercitium est contra obseruantiam sabbati, puta si quis doceret uerbo vl scripto. Vnde & Numeri 28. dicit glo. quod fabri & huiusmodi artifices otiantur die sabbati Lector autem diuinæ legis & doctor ab opere suo nō definit, nec tamen cōtaminant sabbatum. Itē opera corporalia ad cultum specialem Dei nō pertinentia intantū seruilia dicuntur, inquātum propriè pertinent ad seruientes, inquantum vero sunt communia seruis & liberis seruilia non dicuntur, vnde quilibet tam seruus quā liber tenet in necessarijs, prouidere non tantum sibi, sed etiam proximo in his prēciuè quæ pertinent ad salutem corporis secūdum illud prouer. 24. Erue eos qui ducuntur

§. 5. De cessatione operū in festo.

An sit licitū dare operā literis diebus festiuis vide Auar. in Pro hep. iusi. fæudo. Coll. io. & Bal. in rub. de feriis.

ad

ad mortem. Secundario in damno rerum uitando secundum illud Deut. 22. Non videbis ouem & bouem fratris tui errantem & præteribis, sed reduces fratri tuo, & ideò opus corporale pertinens ad seruandum salutem corporis proprii non uiolat sabbatum. Non. n. est contra obseruãtiam sabbati quòd aliquis comedat vel medicinã faciat, & hmõi quibus salus corporis conseruatur, & propter hoc Machabei non violauerunt sabbatum pugnantes ipsa die pro sui defensione ut habetur 1. Macha. 2. Nec Helias fugiens a facie Iezabel in die sabbati propter hoc etiam dominus excusauit discipulos suos qui colligebãt spicas, & fricabant manibus in die sabbati propter necessitatem quam patiebantur. Similiter opus corporale quod ordinatur ad salutem corporalem alterius non uiolat sabbatũ vnde Io. 7. dixit Christus. Mihi indignamini, quia totũ hominem sanum feci in sabbato. Similiter & opus corporale quod ordinatur ad imminens periculum seu damnum rei exterioris uitandũ non uiolat sabbatum. Vnde dominus dicit Mat. 12. quis ex vobis qui habeat vnã ouẽ &, si ceciderit in foueam die sabbati, nonne tenebit & leuabit eam? hæc omnia Iho. Oportet ergo ab operibus manualibus exceptis prædictis abstinere, alias uiolatur festum & peccatur mortaliter. Vnde dixerunt Iudæi. Non est hic homo a Deo qui sabbatum non custodit. Io. 9. quamuis de Christo falsum dicerẽt tum quia sanando hominẽ non uiolabat sabbatum, sicut nec faciendo medicinã, tũ quia dominus erat & legislator & poterat legẽ soluere. ¶Et ad ostendendam grauitatem peccati huius quendam Iudæum Salphaat noie q repertus fuit in deserto ligna colligere in sabbato de mandato domini Moyses fecit lapidare. ¶Prohibentur ergo ut opera seruilia in festis placita & sententiæ seu processus iudiciales, & ad pœnam condemnatio mortis præcipue extra eo. Omnes & 15. q. 4. per totũ. ¶Itẽ ab artificiis uariis artium mechanicarum, & cultura terræ, fatione: messione: & vindemiis, nisi in necessitate, quia. s. alio tempore fieri non posset. Item in negociando, emendo uel vendendo nisi pro sua necessitate victualia. ¶Dicit tamen Pe. de Pal. in 4. q cum nundinæ sint in aliquo loco diebus festis si non prohibentur a prælatis, ex quo Papa scit & tolerat talem consuetudinẽ illi qui emunt uel vẽdunt in talibus nundinis videtur posse a mortali excusari, si tamen non dimittant diuina saltem auditionem missæ. Secus ubi dimittãt hoc uel ubi prohibentur a prælatis. Item pertinet ad opus seruile prohibitum, scribere p pretio, ut de quaterno in quaternum uel instrumenta cum tamen possit sine periculo differri. Conficere autem testamenta infirmorũ vel contractus matrimonii ubi est de more videtur posse fieri. Videre autem ratiocinia & facere computum prolixum illicitũ est. Item ad opus seruile spectat cum equis, asinis, vel bob. deferre blada, vel uina uel ligna vel mercimonia nisi necessitas vrgeat. Item abstinendum est ab itinere dietario nisi necessitas cogat vel aliud pium opus inducat, vt videlicet visitatio alicuius ecclesiæ, vel consecutio indulgẽtiæ, vel reformatio pacis seu amotio scãdali, & huiusmodi. Item a bellis abstinendũ est nisi necessitas urgeat, & iusta causa subsit, vt 23. q. 8. si nulla. ¶Sed notandum quòd q̃dam sunt opera seruilia, in quibus se exercendo diebus festiuis secundum Guil. non uiolat festum nec per consequens peccat mortaliter. Et primo pro conseruando personas uel res suas, puta faciendo foueas vel machinas, & huiusmodi, uel portando res suas ad loca secura imminente bello, uel portãdo necessaria ad defensionem, & huiusmodi. ¶Item si iacẽtibus segetibus in agro vel fœnis in pratis, uel vuis in uineis immineat tempestas, uel aliud periculum amissionis illarum rerum liceret talia coligere & contutare, itẽ de alia re quæ destruitur siin die festo circa eam manualiter non operatur, ut extensio lanæ ad radios solis cum hieme apparent, vel prosecutio succẽsionis fornacis in lateribus, calce uel uitreis, & huiusmodi. ¶Item si carnifices, & pincernæ præparantes victualia in festis, vt in sequenti die vendant si non poterant prius præparari, vel præparata conseruari, videntur excusari a mortali. ¶Item uectores merciũ, aut alimentorum, aut personarum ad loca remota cum alias non possent sine graui incommodo uitã transigere creduntur excusari si differre non possunt. Item qui compelluntur a dominis iusto metu ad laborandum in diebus festiuis in agris suis, vel deferendum ligna, uel lapides, uel faciendum ædificia, uel foueas, & huiusmodi, quæ si non facerent notabiliter damnificarentur in persona, uel rebus uidentur posse excusari propter necessitatem. Melius tamen facerent non obedire quando opus illud non est necessarium. Et quia modicus recessus a medio non tollit bonum virtutis secundũ philosophũ in ethi. Ideò quòd aliquis vel aliqua in horto aliquid faciat paruum, ut obtrurando sepem, vel euellendo malas herbas, vel suendo aliqua puncta uestis dissutæ, uel calligæ,

Opera seruilia prohibẽtur.

De nundinis.

Non licet scribere in dieb. festiuis p pretio.

Segetes in messe

Carnificces aliqñ excusantur.

Melius est nõ obedire q̃ opus seruile facere.

gæ. & huiusmodi, non iudicatur violator festi secundum Guil. ¶Barbitonsores non in radendo: sed in minuendo sanguinem, & ferratores equorũ, & huiusmodi, si in festis exercent artem suam principaliter propter necessitatem eorum quibus seruiunt non propter cupiditatẽ lucri excusantur, & similiter eos qui requiunt de arte sua, si alias non poterãt sibi cómodè prouidere excusantur. ¶Item in molendinis ad aquam vel ad ventum quę sine magna opera hominis exercentur põt seruari consuetudo patriæ non prohibita a prælatis. Secus de molendinis cum iumentis, & hoc nisi necessitas vrgeret propter uictualia necessaria, quia tunc liceret ¶Item diebus festiuis non tamen dominicis vel solemniorib. licitum vẽ laborare pro pauperibus cum his tñ conditionibus adiunctis. Primo ut non dimittantur diuina. i. auditio missę. ¶Secundo ꝙ fiat eleemosynaliter non propter lucrum. Tertio ꝙ illi pro quibus laboratur indigeant. Item ad ædificationem ecclesiarum, & opus monasteriorum non habentium sufficientes redditus licitus est laborare non tamen vsq; ad vltimam fatigationem, nec ꝙ dimittantur diuina hæc omnia in hoc. §. Guil. Item a fortiori videtur licitum cuilibet laborare pro sustentatione sui & familiæ suæ, quando aliter sustentari non valet ita tamen quòd non dimittantur diuina. Nec. n. obseruatio festi est in tanta arctitudine, vt in veteri testamento, vt dictũ est supra. Et erit bona cautela vt hic fiat cum dispensatione episcopi.

Barbitõsores.

Licet laborare pro pauperibus.

¶De negligentia sumptionis sacramentorum, & præcipue confessionis. Cap. 8.

NEgligentia sumptionis sacramentorũ multum est reprehensibilis & frequenter damnabilis. Vnde Apostolus ad Hęb. 2. Qũo nos effugiemus. s. damnationẽ si tantam neglexerimus salutem? Hæc nobis facta est per compassionem Christi, cuius virtus remansit in sacramentis quæ sunt quædã medicinæ spirituales secundum Tho in 4. saluantes nos ab infirmitatibus peccatorum. Et licèt ad sacramenta duo quæ dicuntur voluntatis. s. ordinis & matrimonii nullus cogatur, sed liber quilibet sit ad ea suscipienda, tamẽ alia quinque quæ dicuntur sacramẽta necessitatis quilibet debet suscipere pro loco & tẽpore, & sine baptismo quidem actu suscepto, ut in paruulis uel saltẽ i proposito, ut in adultis nullus potest in nouo testamento saluari. Io. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non põt introire in regnum cęlorũ. Adultus autem qui negligit baptismum suscipere vel qui fictus accedit ad baptismum peccat mortaliter. Et paruuli qui sine eo moriuntur ad limbum descendunt, & parentes eorũ fideles qui sunt in causa huiusmodi defectus peccant mortaliter. Confirmationem & extremam vnctionem adulti qui tempore debito non susciperent eum tamen possent ex negligentia nõ curantes de eis, & multo magis cõtemnentes peccarent mortaliter, & similiter in mortali illa suscipientes. Paruulis aũt non congruit extrema vnctio. Confirmatio autẽ & si multum prosit non tñ omissio eius est in præiudicium salutis illis. Pœnitentia lapso in mortale post baptismum necessaria est actu si potest. i. vocali cõfessione alias proposito eius sufficit si contritus est, & quãtum esse de iure diuino sufficeret qñcunque ante mortẽ. Luc. 13. nisi pœnitentiam egeritis oês simul peribitis, ait Christus. Similiter & sumptio eucharistiæ actu vel proposito habenti vsum rõnis necessaria est de iure diuino ante mortem. Io. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in uobis: sed hoc non sufficeret quantum est de iure positiuo, nam quilibet tenetur & obligatur obedire præceptis ecclesię. Ecclesia autem nunc obligat sub præcepto ꝙ transgrediens peccat mortaliter, vel semel in anno quilibet ad annos discretionis veniens debet confiteri, & eucharistiam sumere.

¶De omittentibus ergo huiusmodi præcepta ecclesiæ quæ omnes obligant potest exponi illud ps. 124. Declinantes in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatẽ pax super Israel. Operantes iniquitatem sunt peccatores, & hos demum ducit dominus ad pœnas æternas, & inde sequtur pax super Israel. i. electis remotis. s. illis malis qui tribulant eos factis & exemplis. Obligationes autem sunt præcepta non solum Dei: sed etiam ecclesiæ ad quæ seruãda quis se obligat in baptismo. Declinant autem in eas qui ex negligentia deficiunt ab eis, & isti etiam ducuntur ad gehẽnam Circa istam igitur obligationem. s. ecclesiæ, de confessione annaliter fienda triplici ter quis declinat, & deficit.

§.1.

¶Primo ipsam prætermittendo.

¶Secundo ipsam indebitè peragendo.

¶Tertio pœnitentiam iniunctam non implendo

§.2.

¶Quantum ad primũ Numeri 5. dicitur. Vir siue mulier qui negligentiam transgressi fuerint mandatum domini Dei sui atque reli-

Confessionẽ negligẽtes

quærint

querint, confitebuntur peccatũ suum. Et licèt tunc ista confessio fieret per sacrificiorũ oblationem ex qua in genere manifestabatur peccatum offerentis: tñ modo oportet ꝙ sic vocalis, aliàs tali omissio & negligentia perniciosa est. Vnde dicit Salomon prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua. s. non confitendo, non dirigetur. s. in viam salutis. Qui autem cõfessus fuerit & reliquerit ea inueniet gratiam. Et Ambr. in lib. de paradiso. Non põt a peccato qs iustificari nisi peccatũ ante fuerit confessus, de pe. dist. 1. Non põt. Et Chrys. in sermone Peius est nolle confiteri q̃ legem contẽnere. Necessariũ est ergo ad salutẽ semel in anno confiteri, quia ecclesia ad hoc obligat oẽs fideles præceptorie ut patet extra de pe. & remiss. ubi dicitur. Oĩs utriusq; sexus postquã ad annos discretionis peruenerit semel in anno omnia peccata sua: fideliter cõfiteatur proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pẽnitentiam pro viribus studeat adimplere suscipiens reuerẽter ad minus in pascha eucharistię sacramentum, nisi fortè de proprii sacerdotis consilio ob aliquam causam rationabilẽ ad tẽpus ab eius perceptione duxerit abstinendũ. Alio quin & viuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens christiana careat sepultura. Et subdit, ꝙ hoc statutum debet in ecclesia frequenter publicari ne quis ignorantiæ cęcitatẽ excusationis velamen assumat. ¶ Vbi primo uidendum est quis dicatur annus discretionis in quo quis tenetur confiteri. Glo. aũt super dicto c. Omnis, dicit annum discretionis esse cum est doli capax. Idẽ Richar. in 4. Et quidã alius in 4. idem sentit dicẽs, ꝙ doli capax est qñ habet vsum rõnis & cognoscit peccatum, cuius signum est qñ dat interroganti ordinatas responsiones. Host. aũt in sum. de pe. dicit, ꝙ tenentur pueri ad confitendũ cum sunt doli capaces, & non aliter. Et dicitur doli capax qñ est proximus pubertati ſm quosdam, quã opinionẽ sequitur Pet. de Ancha. super cle. & subdit Pet. quòd proximus pubertati dicitur cum magis appropinquat pubertati futurę, q̃ præteritæ infantiæ, quod contingit in masculo qñ habet decem annos, & dimidiũ, & aliquantulũ ultra, & in fęmina qñ hẽt 11. annos & dimidium, & ultra aliquãtulum, sed Host. addit quod potius hoc ſm exteriora bonus iudex æstimabit. i. ſm quod ex actibus, & verbis pueri põt magis uel minus depræhẽdi de vsu rationis ar. extra de præsump. ex studiis. ¶ Quod aũt aliqui dicunt ꝙ annus discretionis quamuis quo ad cõtrahendum matrimonium, uel ingrediendum religionem intelligatur annus 14. in masculo & completus, & 12. in fœmina ut dicunt oẽs doctores & iura, tũ quantum ad confessionem uel cõionem intelligitur annus immediatè post septennium. s. 8. annus, sed istud non est simpliciter verũ, nã leges adaptantur ſm ea quæ ut in plurib. accidunt, sed ut in pluribus octauo anno puer nondum habet usum rationis, ut experientia docet. Certũ est aũt quòd ante vsum rationis nullus peccare põt, nec legibus astringitur, vnde nec talis per consequens confiteri tenet. Quod aũt dicit Gre. 9. extra de delic. pu. Pueris grandiusculis peccatum nolunt attribuere quidam nisi ab annis 14. cum pubescere cęperint qđ meritò crederemus si nulla essent peccata nisi quæ membris genitalibus committũtur. Quis verò audeat affirmare furta, periuria, mendacia non esse peccata, & his plena est puerilis ætas hæc ille. Non firmat opinionẽ illorũ prout putãt, & pro se inducunt. Nõ. n. dr̃ quin infra secundum septenium quę est propriè puerilis ætas possint habere vsum rationis, & per consequens peccare mortaliter, ut appropinquante pubertate. s. in anno 12. vel 13. tunc. n. in aliquibus regionibus, & præ dicta peccata, & vitia carnis perpetrant multi, & isti dicuntur pueri grandiusculi ſm dictã decre. Nec ẽt pro eis valet exemplũ quod inducunt de paruulo quinque annorũ quem Greg. 4. dialogorum narrat an gehennã condemnatum propter peccatum blasphemiæ, nam in illo acceleratus fuit vsus rõnis præter cõem cursum, s. n. non habuisset vsum rõnis non fuisset sibi imputatum in peccatum blasphemiæ, sicut nec aui quæ dicitur pica quæ aliqua profert sine intellectu. Vna autem irundo nõ facit ver (ut dicit philosophus.) Et ea quæ a iure cõi exorbitant non sunt trahenda in consequentiam, ut extra de reg. iu. li. 6. Si ergo ille præter cõem cursum in quinquennio habuit usum rationis, vñ peccare potuit, non sequitur quòd omnes alii habeant, sed nec in octennio, & cum pari præcepto quilibet obligetur ad communionem sicut ad confessionem, ut patet per ipsam decretalem. Dicit bea. Tho. in 4. ten. quòd pueri circa vndecimum vel duodecimum annum si appareat in eis signa deuotionis ita. s. quòd sciant discernere panem materialem a sacramentali possunt communicare, quod dicit: quia præsumitur iam habere vsum rõnis, & nõ antea. ¶ Temerariũ ergo videtur asserere, & publicè pdicare ꝙ immediatè post septennium tenentur pueri ad istud præceptum seruandũ aliàs peccant mortaliter, & ipsi parentes eorum qui

Annus discretionis.

Nota cõfessor, & prædicator.

non faciunt eos confiteri. Sed benè laudabile eſt & pium prædicare, & exhortari parentes paruulos ſuos,& ſeptennes, & quinquennes, vt faciant confiteri,ut ſic aſſuefaciant ſe moribus chriſtianorũ ẽt ſi nondum habẽt vſum rationis quamuis non teneantur. Sed & cõfeſſor cũ puer cõfitetur aliquod quod de ſe eſt mortale, nec poteſt percipere ſi tunc habet vſum rationis non debet præcipitare ſententiam de mortali: ſed reprehendere eũ vel admonere ut caueat in futurum & doleat, quia ducet illum ad gehennam. Si quis ergo non confitetur ſemel in anno habẽs annos diſcretionis peccat mortaliter ſi ex negligẽtia hoc faciat, ſecus ſi ex impotentia, ut quia non habuit copiam confeſſoris, vel quia eſt excõicatus, nec per eum ſtat quin quærat & procuret abſolutionem, vel quia differt aliquibus diebus de conſilio ſacerdotis. Non autem poteſt ſacerdos deobligare eum ab hoc præcepto nec epiſcopus: ſed ſolus Papa quantum ad ſemel in anno. Et de eo qui non habet niſi venialia ſecundum conſcientiam ſuam, & probabiliter, quamuis quidam dicant nõ teneri, quia decre. intelligitur de eo qui habet neceſſaria confitenda ut moralia. Tutius tamẽ eſt dicere ſecundum Tho. quòd teneatur ut obediat præcepto eccleſiæ, quia & ſi conſcius ſibi non ſit non tamen ſecurus. Declinantes ergo. 1. deficientes ab obligatione huiuſmodi adducet dominus, &c. Hiero. promittit proſpera dominus ſi pœnitentiam egerimus. Quod ſi negligentia diſſoluamur, & ipſum pœnitebit ſponſionis promiſſaque mutabit, de pẽn. diſt. 1. ſi agamus.

§. 3. Malè cõfitendi. ¶ Quantum ad ſecũdam partẽ declinat quis in hanc obligationem non ſolum non confitendo: ſed malè confitendo, & primo quidẽ ſi confitetur ſacerdoti quem nouit eſſe hæreticũ vel ſchiſmaticum, vel excõicatum, ſuſpẽſum vel irregularem, vel non habere poteſtatem abſoluendi ab his a quibus abſoluit, vel quem ſcit notabiliter eſſe ignorantem, & ſe habere caſus intricatos, quos nec per ſe nec per illum põt ſufficienter explicare. Vñ Aug. in lib. de pẽ. ait qui vult confiteri ut inueniat gratiam, ſacerdotem quærat qui ſciat ſoluere & ligare ne ſi circa ſe negligens fuerit, negligatur ab illo qui ſalubriter monet ut uitet cę eum ne ambo in ſoueam cadant de pẽ. diſt. 6. ¶ Secundo declinat qñ confitetur quidẽ idoneo ſacerdoti: ſed dimittit aduertenter aliqd peccatum quod ſcit vel credit vel dubitat probabiliter eſſe mortale ex verecundia, & tunc non ſolum non valet ſibi confeſſio & iterare tenetur, ſed addit vnũ aliud mortale de nouo pp irreuerentiam exhibitam ſacramento ex ſua fictione ſecundum Tho. in 4. & alios Aug. Caueat peccator ne verecundia ductus diuidat confeſſionẽ, hoc eſt enim ad hypocriſim tendere, & ſemper venia carere de pẽn. diſ. 5. Si aũt dicat omnia peccata ſua quæ menti occurrunt dicenda: ſed non proponit ab aliquo mortali abſtinere, & tñ interrogatus a confeſſore dicit contra conſcientiam loquens ſe velle ab omnibus abſtinere, iterũ peccat mortaliter mendacio vtens. Sed ſi hoc non occurrit illa ſua incontritio menti ut dicenda: quia non cogitat ſuper hoc vel non interrogatur de hoc a confeſſore non peccat confitendo q̃uis ſit ibi infructuoſa illa confeſſio pp indiſpoſitionem ſuam, non tamen uidetur tranſgredi præceptum eccleſiæ. Et debet recipi cõfeſſio quam incontritus facit: ſed non abſolui vt extra de pẽ. & re. c. officii ¶ Tertio qñ præmeditatus accedit cum tñ multa habeat intricamenta, & grauia dicere propter quæ multa omittit ex obliuione, quia difficilè eſt in ſubito menti occurrere, quæ omnia per totũ annum geſſit, vel ea quę de ſe ſunt mortalia, quia ignorat illa eſſe mortalia, & iſta etiã eſt inutilis, & infructuoſa niſi Deus in ipſa mutet mentem eius, & contritionem infundat. Seruare debet ergo illud Ezech. pœnitentis q̃ ait. Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine animæ meæ. i. ſingula opera malè facta in toto tempore vitæ meæ. ¶ Vbi notandum exemplum notabile. Fuit quædam mulier nobilis magnarum virtutum, famæ, & cõ filii, quæ cum non haberet virum ſibi a ſeruis Dei cõſultum erat q̃ remaneret in ſęculo potius q̃ intraret monaſterium, quia plura bona in ſęculo faciebat, ſed inſtigante diabolo qui ſęlici eius ſtatui inuidebat incidit in fornicationem, quod illa poſtea q̃ citius perpendens omnino decreuit intrare monaſteriũ ad agendum pœnitentiam de ſcelere, & uitandũ pericula iam experta. Quo facto dedit ſe maximę abſtinentiæ, vigiliis, orationib. ſilentiis, & lectionibus, nunquam tamen de fornicatione perpetrata præ verecundia uoluit confiteri. Mortua autem abbatiſſa communi cõcordia iſta electa eſt in abbatiſſam propter exempla exteriora ſanctitatis eius quæ ſimiliter in magna auſteritate degebat, & gubernabat monaſterium. Et poſt multa tempora infirmata grauiter rogauit eam quædã ex ipſis monialibus ſibi magis familiaris, ut ſi cõtingeret eã decedere ſibi poſt mortem appareret ad intimandum ſtatum ſuum, quod illa pmiſit dõmino

Celatio peccati aliud generat.

Exẽplũ de tacente vnum peccatũ.

mino diſpenſante mortua igitur cum monia les expectarent de die in diem illam miracu lis illuſtrari quadam nocte apparuit illi cui promoſit tota turpis & triſtis,& recognoſcẽs eam cum interrogaret de ſtatu eius reſpondẽs ait. Damnata ſum perpetuo in ignem ęternũ, quod illa ſtupens ait,quis ergo poterit ſaluus fieri ſi tu quæ uitam tam ſingularem tam irreprehenſibilem tam auſteram in ſæculo & monaſterio tenuiſti ſaluata nõ es cui illa, nõ mireris,quia una ſola cauſa damnata ſum ex eo uidelicet quod in peccatũ carnis in ſęculo lapſa prę uerecundia nunq̃ uolui confiteri. Et ſic declinantes, & c.

§.4. ¶ Quantum ad tertium declinat quis in obligationem circa pœnitentiæ ſacramentũ quando non facit pœnitentiam ſibi iniunctam,vel non vt debet. Matth. 3. Facite fructus dignos pęnitentiæ. Cum ergo quis non facit pęnitẽtiam ſibi iniunctam pro mortalibus ex negligentia dimittens mortaliter peccat,quia ſub præcepto ad illud tenetur. Secus ſi dimitteret ex impotentia,debet tamen facere tunc ſibi cõmutare in aliud ab illo imponẽte,vel alio ſi ipſius copiam habere nõ poteſt,& oportet iterare confeſſionem ſi ex negligentia dimiſit, vel et iam obliuione ſi alteri confitetur. Secũdo declinat nec agit fructum dignum penitẽtiæ quando facit pœnitentiam iniunctam,ſed nõ alia ad quæ tenetur,vt reſtituere cum poſſet ſubſtantiam alienam vel res alienas. Nam ſi propoſuit res iſtas,facere in confeſſione,& poſtea propoſitum ex auaritia, vel negligentia dimittit vel omittit facere cũ debet, tũc recidiuat,& intrat ſtatum damnationis. Tertio cum facit pęnitentiam iniunctam,ſed non in ſtatu gratiæ recidiuans in aliquod mortale ante completã ſatisfactionem iniunctam,talis utique debet nihilominus perficere pœnitentiam;quia implendo ſaltem ſatisfacit præcepto ſacerdotis iniungentis ſibi pęnitentiam. Sed illa pars quam perficit in mortali non ualet ſibi ad id ad quod eſt ordinata. ſ. ad diminuendum de pęna temporali hic vel in purgatorio ſibi debita pro peccatis,& ſi poſt lapſum in mortale conteritur de peccato etiam ante confeſſionem pęnitentia iniuncta ipſam proſequendo valebit ſibi in aſpectu Dei ad diminutionem pęnę. Sed vtrum talis teneatur iterare confeſſionem,vel pœnitẽtiam iniunctam qui. ſ. eam perfecit in mortali de neceſſitate ſalutis,dico quod non. Sed hanc quęſtionem diffuſè habes in 3. parte ti. de ſacramentis,in c. de ſatisfactione. Et vtrum etiam quis teneatur ſtatim confiteri perpetrato mortali peccato ibi habes in c. de cõfeſſione,uidelicet quod non tenetur de neceſſitate ſecundum Tho. Richar. & Pe. quãuis ſit periculoſum differre,& ideo perſuadere oportet ut q̃ citius. De conditionibus confeſſionis,& de fructib. eius,& exhortationibus ad ipſam ibi habes.

Quãdo nõ facit pœnitẽtiam.

¶ De negligentia circa ſacramentum euchariſtiæ ſumendum. Cap. 9.

NEgligentia non modica habetur circa ſacramentum euchariſtiæ ſumendum cũ etiam teneatur quilibet ſemel in anno cõmunicare in paſcha, vt dicit decre. Oĩs de pę. & remiſ. ſuperius allegata. Et primũ dubiũ q̃ circa hoc occurrit eſt iſtud. ¶ Vtrum ſatisfaciat pręcepto eccleſiæ de communione ſemel in anno ſumenda qui communicat feria quinta in cœna domini,vel in paraſceue, vel in ſabbato ſancto,vel in alia die infra annũ. ¶ Ad quod dicendum quod licèt quidam dicant hoc ſufficere ſiquis tamen bene reſpicit textum decr. qui dicit in paſcha videtur quod non,nam paſcha dicitur dies dominicæ reſurrectionis. Interprætatur enim tranſitus, quia Chriſtus tranſiuit illa die de morte ad vitam immortalem, ipſa tamen die cum duobus ſequentibus quaſi pro vna reputatur quo ad ſolemnitatem officij ſimilem vnde etiam q̃ communione pro vna poſſunt computari. Et congruẽtiſſimè eccleſia ſtatuit in die ſolẽniſſimo feſti ſupra omnes fideles ſumere debere ſacramentum omnium maximum & reuerẽdiſſimum,cuius quaſi vigilia ad ſe prępărandam ad ipſius ſumptionem eſt tota 40. præcedens. Anto. de Bu. eximius doctor vtriuſque iuris dicit ſup̃ c. & ſi Iudæos, extra de Iudæ. Nota q̃ in die reſurrectionis eſt ſumendũ corpus Chriſti Hoc ſermocinabantur ad populum eximij prædicatores dominus Ioã. dominici, & ſanctus Vinc. q̃ claruit miraculis. Nec obſtat huic ſententiæ illud. c. de conſe. di. 2. c. A quibuſdam. In cœna domini,vbi dicitur in die cœnę eſſe communicandum,quia ut dicit glo. ibi illa communio eſt religioſorum. ſ. in cœna domini omnes. n. ſe cõmunicant in miſſa maiori,qui etiam per hanc non omittunt communionẽ in die reſurrectionis,vel poteſt dici etiam q̃ illud .c. habuit locum quo ad omnes tẽpore antiquiori q̃ fideles nõ ſolũ in dñica reſurrectionis,ſed ſingulis diebus dñicis coĩcare ſolebant,vt de conſe. di. 2. cõmunicãdũ. Et ſi dicatur quod peccatũ de communione non refertur ad diem determinatum, ſed ad ſemel communicãdum, reſpondeẽ q̃

Cõmunicãs in cenadñi vtrum ſatisfaciat eccleſiæ.

ex quo dies determinata ponitur refertur ēt ad ipsum diem ex quo ratio huius est in prō ptu, ut supra dictum est, vel saltem negari nō potest quin saltem sit dubium vtrum intētio legislatoris etiam determinaretur ad diem p̄ fixam, & tunc standum est litterę quæ diē po nit, & cum in dubiis tutior via sit eligēda, ex tra de spon. c. iuuenis, & tutior via sit cōmuni care in die resurrectionis, quare nō potius il lud tenendum & prędicandum. Si quis tamē esse ita occupatus in die festo resurrectiōis q̄ non posset huic vacare. s. ad se præparandum fortè cum huiusmodi posset episcopus vel cō fessor licentiare, ut in aliquam diem prędecē tem vel sequentem communicaret. Sed q̄ ali qui vel aliquę hoc faciant vt quasi liberius li ceat eius vacare ornatibus, tripudiis, ludis, pō pis, lasciuiis in festo resurrectiōis, hoc est cō tra intentionem ecclesiæ, quæ vult fideles illa die prę cęteris vacare deuotioni. Dies etiam prędecedentes sunt magis inductiui ad deuotio nem ex ipsis officiis quæ maximè requiritur in accessu ad sacramentū. Quia tamen multi p̄dicatores & magni prędicant aliquando cō trarium illi qui ex doctrina eorum putantes sibi hoc licere contrarium faciunt non puto cōdemnandos ut transgressores præcepti, nisi essent pertinaces & constaret etiam de cōtrario. Et qui hoc prædicant. s. alia die quam in pascha cōmunicandum plus sapiunt quam oportet sapere. ¶ Et notandum quod triplex negligentia committitur & valdè graue pecca tum circa istud sacramentum sumendum.

¶ Primo omittendo indebitè eius sumptionē

¶ Secundo accedendo indignè ad commu nionem.

¶ Tertio exhibēdo se tepidè post acceptionē. Et de his potest intelligi illa imp̄catio ps. 68. & cōtra istos ubi ait. Fiat mensa eorum. i. com munio eis parata, & pro eis fiat, ideſt fiet corā ipsis in laqueum, in retributiones, & in scandalū. Obscurentur oculi eorum ne uideāt, & dorsum eorum semper incurua. Effunde sup eos iram tuam, & furor irę tuę comprehēdat eos. Fiat habitatio eorū deserta, quod potest exponi de non communicantibus & male cō municantibus, ut in fine capituli exponetur.

5. 1. ¶ Quantū ad primum dicit sapiens. O quam suauis ē spiritus tuus ī nobis domine i. q̄ dul cis affectus tuus ad nos. Nā angelorū esca nu triuisti populum tuum domine & panem de cœlo præstitisti eis. Sap. 16. Et populo quidē Hæbreorū figuram exhibendo. s. manna suae. Sed populo Christianorū figuratum. s. ma gnificum sacramentum sed sicut ingratus ille populus dixit anima nostra nauseat super cī bo isto leuissimo alios appetēs cibos & uilissi mos. Ita & populus christianus tanto ingra tior quāto beneficium concessum est incōpa rabiliter maius, quasi reputans cibum sacra mentale uilem non curans de eo alia appetēs uana & uilissima respectu spiritualium.

¶ Omittunt autem indebitè sumere quadru pliciter.

¶ Aliqui ex obstinatione.

¶ Aliqui ex falsa humiliatione.

¶ Aliqui ex ignoratione.

¶ Aliqui ex tepefactione.

Indebitè sumētes eucharistiam.

Ex obstinatione dimittunt multi qui perma nētes in odio uel detētione alienorū, uel luxuria, vel alio mortali peccato, quia nolūt pec catum illud dimittere, nolunt etiam cōmu nicare, & quod nō uelint cum huiusmodi pec catis communicare minus malefaciūt quam si cum illis communicarent, sed non propte rea excusantur a mortali omittentes commu nionem, quia nec perplexi sunt, secundū Th. in 4. Nam possunt & debet dimittere pecca ta illa, & nō p̄manere in sua obstinatione cū de die in diē, imo de pūcto in punctū possint mori & perpetuè damnari. Fit ergo eis mensa cōmunionis in laqueum peccati, quod com mittunt omittēdo eam. ¶ Ex falsa humiliatio ne dimittunt illi qui reputantes se peccatores & indignos tanto sacramento nolūt commu nicare. Equidem si attēdatur magnitudo exi stentis in sacramēto solum, nulla creatura in ueniet digna eo. Nec apostoli sancti, nec mar tyres. Sed nec hoc dominus requirit a nobis. s. tantā dispositionem & sanctitatem, quan tam meretur maiestas eius, sed quāta est pos sibilitas fragilitatis nostræ, nec requirit q̄ effi ciamur impeccabiles, sed quod doleamus de præteritis & pręponamus firmiter in futurū abstinere, occasiones proximas euitando. Nā & Petrus cū aliis apostolis dignè sumpse sacramentū in die cænæ, & tamē inde ad mo dicum Petrus Christum negauit & mortali ter peccauit, & alii fidem perdiderunt. Falsa utrique humilitas est quæ frāgit præcepta, de buit potius quilibet Petrum imitari dicētem Luc. 5. Exi a me dñe, quia hō peccator sum, & tamen non recedebat, sed adhęrebat ei. ¶ Ex ignorantia dimittunt qui nesciunt se ad hoc teneri, sed ignorantia ista non videtur excu sare, cū sit commune præceptū ecclesiæ quod ad oēs extenditur, & ignorantia facti nō iu ris excusat, de reg. iur. li. 6. Et prędipue in lo cis vbi ista prædicantur, aut de facili sciri pos sunt, sed in locis syluestribus, ubi sacerdo-

Omittunt aliqui cōmunicare quia reputāt se indignos.

tes

tes sunt ita ignorantes, q̃ non solum ista non denunciant, sed forte retrahunt dicentes, nõ sumendam cõmunionem nisi in morte, vel a senibus possent magis excusari. ¶Ex tepiditate omittunt, quibus uidetur labor se præparare & ad confessionem, & ad cõmunionem qui ita implicantur terrenis, quòd postponũt de facili spiritualia, etiam eis necessaria. Fit ergo istis mensa in laqueum peccati mortalis, propter suam negligentiam. Si quis autẽ omitteret ex aliqua impotentia, vel causa rationabili, puta quia est in mari constitutus in pascha, vel est clausus in castro, vel in carcere, vbi non potest habere sacerdotẽ, vel exiẽs domum timet inimicos capitales, vel de licentia confessoris, & huiusmodi istæ non peccat habendo desiderium sumendi, & propositũ, quando poterit supplere defectum, sed impedimento sublato, tenetur cõmunicare, alias tunc peccaret mortaliter. Et in huius figuram legitur in ueteri lege, quòd illi qui non poterant comedere agnũ paschalẽ designantẽ sacramentũ in festo proprio paschæ debebãt in mẽse sequenti supplere defectum, alias grauiter peccabant. ¶Sed dubitari potest in qua ætate teneantur pueri communicare, nã post pubertatem dubium non est quin obligent si sunt sanæ mentis. Et potest satis teneri, q̃ secundũ quod pór confessor ex confessione eorum percipere de vsu rationis eorum maiori vel minori, sic potest & debet eis cõsulere vel arctare ad cõionem, sed & parentes quamuis ad confessionẽ debeant quodãmodo cogere, sicut magistri scholarum, non aũt sic ad communionẽ, sed debet bene eos hortari, si uidẽt eos habere bonã discretionẽ, vel dimittere in iudicio confessorum suorum. Retrahendo aũt eos solum ex hoc, quia sunt parui, & quia nõ est de more patriæ pueros quantũcunq; habeant vsum rationis, quòd communicent graiter peccant.

Ex tepiditate non cõmunicare.

Aetas cõmunicãdi pueros.

§.2. ¶Quantum ad secundum principale, secunda negligentia mixta sacrilegio est cum quis accidit indignè ad cõionem, de quo Apost. 1. Cor. 11. ait. Qui manducat, & bibit indignè. iudicium sibi manducat, & bibit non diiudicans corpus domini. i. non discernẽs ab aliis cibis communibus, ad quos sumendos accedit. sine consideratione, & glo. ibi iudicium sibi manducat & bibit, idest ac si Christum occiderit punietur. Fit autem indigna accessio quadrupliciter.

Indigna cõicatio

¶Primo: q̃a cũ mortalis peccati remorsione.

¶Secundo: quia sine mentis discussione.

¶Tertio: quia sine criminalis confessione.

¶Quarto: quia sine ritus obseruatione. Et de omnibus his verificatur illud ps. 68. Fiat mensa eorum coram eis in laqueum. s. peccati mortalis, & de primo nulli dubiũ, q̃n mortaliter peccat, qui accedit ad sacramentum cum conscientia peccati mortalis, quod æstimat se habere, etiam si conscientiam erroneã haberet nisi eam deponeret ad arbitrium boni viri. Nimiam enim irreuerentiam facit sacramento. Vnde Aug. Si mens in affectu peccandi si grauari potius eucharistiæ perceptione dico quam purificari, de consec. dist. 2. quotidie. Et Isid. Qui sceleratè uiuunt, & communicare non desinunt, putantes se tali communione mundari sciant se nihil proficere, dicẽte scriptura. Nunquid carnes sanctæ auferẽt a te malitias tuas? q.d. non, sed addent de consec. dist. 2. qui sceleratè. Similis est hic Iudæ de quo dicitur Ioan. 13. post bucellam introiuit in eum Sathanas, s. per specialem malitiæ nouum effectum. ¶Qui etiam accedit sine cõpetenti discussione conscientiæ propter quod quia nõ recogitauit vitam suam, aliqua mortalia habet, de quibus non est contractus uel confessus, de quibus non habet remorsum. talis etiam peccat mortaliter faciens contra illud Apo. 1. Cor. 11. Probet autẽ seipsum hõ, & sic de pane illo edat & de calice bibat. i. examinet conscientiam suam, hoc autem multis euenit, qui cũ sint in grauibus peccatis fraudum, & illicitè acquisitorum uel non confitentur de eis, vel ad confessores accedunt, qui non intelligunt facta eorum, & confessis qui busdam minimis, de aliis dicunt se non habere conscientiam, sed ignorantia eorum non excusat, quia crassa est. ¶Qui etiam post confessionẽ factam incidunt in aliquod mortale, vel ẽt recordantur de aliquo mortali, quod ex obliuione dimiserunt, & multo magis ex verecundia illud tacuerunt, si accedunt sine confessione illorũ ad cõionem, ẽt si essent contriti peccant mortaliter, quia requiritur non solum contritio: sed etiam reconciliatio ecclesiæ per confessionem de mortalibus ad cõmunionẽ, ſm Tho. in 4. & alios doctores. Et idem si dubitaret probabiliter illud esse mortale uel non, & hoc nisi esset sacerdos, qui haberet celebrare, alias sequeretur scandalum, & ille non haberet copiam confessoris, tunc sufficeret contritio cum proposito confitendi. s. quamcitius. Qui ẽt accederet ad cõionẽ nõ ieiunus, q̃a scilicet post mediã noctẽ sumpsisset aliquid per modum cibi, vel potus, quantũcunq; parum ẽt aquam, vel modicum zinziberis, & huiusmodi, peccaret mortaliter, q̃a

De his qui indiscussa cõscia ad sacramẽtum eucharistiæ accedunt.

contra ordinationem ecclesiæ de conse. di. 2. liquido. Similiter qui excõmunicatus scienter minori excõicatione accederet ante absolutionem ab ea. Istis sit mẽsa eorũ in laqueũ.

§. 3. Negligẽtia post sacrm̃ susceptũ.

¶ Quantum ad tertium. Tertia negligẽtia est quando sumpto sacramento non applicat se orationibus, aut aliis diuinis officiis, sed sine necessitate vrgente applicat, se ad mundana & vana, discurrit hincinde, & quod peius est reuertitur quam citius ad vomitum. Istæ similis est ludæis, qui dominica in ramis palmarum susceperunt Christum cum magno honore, & in sequenti sexta feria eiecerunt eum extra suam ciuitatem cum magno uituperio, & contumelia. Sic isti & si deuotè in sacramento Christum suscipiant, ex quo non attẽdunt ad cõseruandam gratiam receptam, sed quam citius se applicant ad ea, quæ sunt occasio ruinæ suæ eiiciunt Christum a se per gratiam, de quibus verificatur illud Apostoli ad Hæb. 6. Rursus crucifigentes Dei filium in semetipsis, & ostentui habentes, & ut dicit Augu. Vulnus iteratum tardius sanatur. Sed quæri põt vtrum qui omisit cõionem in paschate ex negligentia cum peccauerit mortaliter, vtrum teneatur infra annum sequentem ante aliam cõionem supplere defectum cõmissum. i. cõicare, ita q̃ non faciens peccet mortaliter? Et eadem q̃ põt moueri de confessione omissa. Ad quod dicendum q̃ dato q̃ facere deberet ex congruitate, & ad hoc est inducendus persuasionibus, & si aliàs idoneus est, non tñ vi teneri ex necessitate, ita q̃ non faciens peccet mortaliter. Quod patet ex similibus multis, siquis. n. omittit ieiunare vna die determinata, quod habet ex uoto, ut vigiliã beatæ Mariæ Magdalenæ scienter, & ex negligentia peccat utiq; mortaliter. Similiter omittendo ieiunium ecclesiæ: Sed quis dicit, quòd adhuc teneatur supplere in alia die, alias peccat iterum mortaliter. Et idem de violatione festorum, de omissione missæ & aliis, hoc. n. si verum esset q̃ teneretur de necessitate cum quotidie obligetur ad illud, quousque suppleat multa peccata mortalia cõmitteret faciendo solum contra vnum preceptũ, & sic ecclesia laqueos iniiceret animabus, quod cauet. 27. q. 1. uiduas. Bene fateor, q̃ qñcũq; & quotiescunq; facit sibi illam dispositionem actualem in mente, firmiter non confitendi & cõicandi, pro ut mandat ecclesia, toties peccaret mortaliter. Sed ecclesia tñ semel in anno obligat ad illa. ¶ Notat aũt ps. 68. Septem nocumenta quæ eueniunt non cõicantibus, uel male cõicantibus in illis uerbis, ps. Fiat mensa eorum, &c. ¶ Primo quidem animam peccato illaqueat, quia committit vnum peccatũ speciale mortale, quod notatur ibi. Fiat mensa eorum in laqueum. ¶ Secundo damnationem æternam præparat, quia si moritur non pœnitens de hoc, ad infernum vadit quod notatur ibi. In retributiones. ¶ Tertio proximũ scandalizat inducẽs suo exemplo ad similia, & faciens male de se iudicare, quod notat ibi, in scãdalũ. ¶ Quarto mentem excęcat, sicut. n. per dignã communionem illuminatur, ita de contrario excæcare, ibi, obscurẽtur oculi eorum ne videant. ¶ Quinto tentationibus subiugat, quia diabolus habet maiorẽ potestatem super eum cum non sit armatus sacramẽto ibi. Et dorsum eorũ semper incurua. ¶ Sexto Deum irritat cõtra se ad immittendum ei diuersa flagella & mala, ibi. Effunde supereos iram. ¶ Septimo gratuitis spoliat, quia omnibus bonis spiritualibus & virtutibus, ibi. Fiat habitatio eorum &c. ¶ Legitur in uitaspatrũ, q̃ cum quidam iuuenis philocaptus de quadam coniugata, quæsisset per multos modos rem habere cum ea, & illa ut honesta recusasset, indignatus procurauit a quodam Iudæo maleficium vt eam dementaret, quo facto ita diabolus operatus est, vt Phãtasia eius, & omnium aspicientium illam coniugatam equam æstimaret, & equa oculis omnium videretur. Circa quod post plura remedia ducta fuit a marito ad sanctum Machariũ in hæremũ, & cum aliqui ex discipulis intellexissent casum miserandum, quorum oculis illa mulier ducta equa apparebat, retulerunt sancto Machario in cella oranti, & egrediens cellam & videns eam ut fœminam, quia diabolus non poterat ita perstringere oculos eius, & phantasiam immutare ut aliorum, derisit eo dicens. Ego fœminam video, quam equam dicitis. Et intelligens opus diaboli orauit pro ea & cessauit ludificatio illa, & declarauit sibi Macharius, q̃ hoc permiserat ei Deus, licet esset honesta, quia non ibat ad ecclesiam, & non communicabat, vt faciebant tunc fideles. De aliis defectibus, qui committuntur in missa, & circa materiam, & forma sacramentorum, habes in 3. par. titu. 13. c. 6. Et ibi etiam quomodo quis debeat accedere, & de fructibus sacramenti & multis aliis ibi uide.

Vtrũ omittens cõicare i Pascha teneaẽ postea.

Mala indignè cõicantium.

Exẽplũ.

¶ *De omissione circa diuina & præsertim missæ. Cap.* 10

EST ẽt alia negligẽtia circa diuina, q̃ frequẽter

ter incurrunt & laici & clerici ac religiosi. Vnde de quodam rege. s. Ozia dicit 2. Paral. 26. quod eleuatum est cor eius, & neglexit dominum. i. diuina. Et de leuitis qui erant circa diuina occupati dicitur quod leuitę egerunt negligentius. 2. Paral. 24. Et loquitur de pertinētibus ad tēplum & cultū diuinum. Est aūt triplex negligentia circa diuina. s. ¶ Circa missę auditionem. ¶ Circa prędicationis attentionem. ¶ Circa officiationis solutionem.

§. 1. Omittens audire missam.

¶ Quantum ad primum quicunq; ex negligentia merè omittit audire missam diebus dominicis festiuis cū possit, peccat mortaliter Facit n. contra præceptum ecclesię quod habetur de conse. di. 1. vbi. dr Missę secularibus totas audire die dominico speciali ordine p̄cipimus, ita ut nullus ante benedictionem sacerdotis egredi p̄sumat, hoc expræsse dicūt doctores in 4. Pe. de Palu. Tho. Alber. & alij, & glo. in d. c. Et ut dicit Pe. de Palu. in 4. Non excusantur ab hoc p̄cepto intinerantes si commodè audire possunt alias secus, puta ali quis est in societate aliquorum qui nolunt expectare missam & sine societate illa non bene potest inter facere, uel quia ignorat viam, qa difficilis est & periculosa, vel quia non est tuta a latronibus, vel quia ab illis habet expē sas intineris & huiusmodi, excusatur hic sine dubio. ¶ Occurrunt autem circa hoc præceptū plures q̄stiunculæ. Et prima est. ¶ Vtrū teneantur clerici & religiosi ad hoc præceptū, & vī quod nō, qa textus dicit secularibus, ergo qui non sunt laici non obligantur, per ar. a contrariis di. 25. qualis. Quod sentire videtur Io. de Biblia, in quodā quodlibet. Sed tutior & rōnabilior est opinio Archi. in Rosario super. d. c. Dicit enim quod ibi vacat ar. a contrariis par. a minori. Si enim tenetur ad hoc laici, multo magis clerici & religiosi, qui ad maiora tenentur, & qui totaliter sunt deputati diuino cultui. 12. q. 1. duo sunt, & permaximè cultus diuinus in missa exhibetur. Nec menti occurrit aliquod generale præceptum ad laicos ad quod clerici non teneantur cum debeant esse exemplum cæterorum, & alias præcellere populum, vt dist. 25. §. criminis. Nec potest hoc eos deobligare ab hoc præcepto, qui tenētur quotidie ad horas canonicas quia etiā religiosi obligantur ad ieiunia sui ordinis, & nullus dicit per hoc quin obligentur ad omnia ieiunia ecclesię, & sacerdotes qui pluries infra annum celebrant, credo teneri ad præceptum de cōmunione in pascha te, vel ad celebrationem nisi haberent legitimum impedimentum. Omnes igitur indistinctè puto teneri illo præcepto clericos, & laicos, & religiosos audire videlicet missā vel celebrare. ¶ Secundum dubium est vtrum diebus festiuis ex præcepto ecclesiæ teneatur quis audire missam sicut diebus dominis, & videtur quod non quia decretum illud loquitur de dominicis diebus nō alijs, sed credo contrarium & ratio est, quia vbi eadem ratio ibi & idem ius est, nam de similibus dem est iudicium. Ratio autem quare fuit hoc statutum, scilicet de auditu missæ videtur fuisse, vt saltem in hoc modico vacetur diuinis, sed non alia de causa fuerunt addita alia festa ad dies dominicos sub præcepto feriationis, nisi vt uacetur diuinis, ergo videtur q̄ istæ modus determinatus per ecclesiam in vacando diuinis die dñico per auditū missæ dēt extendi & ad alia festa. Probatur hoc idem per hoc quod habetur extra de paroch. ca. 2. vbi cum agitur de auditu missæ adduntur ad dñicos dies, & alia festa. Incipit enim. ca. vt diebus dominicis & festiuis. Cōfirmatur hoc idem ex sententijs quorundam doctorum decentium quod in quibusdā casibus, ut patet supra insistendo operibus seruilibus. i. manualibus diebus festiuis excusantur a uiolatione festi dummodo non dimittunt diuina. i. missam hoc sentire videtur Ioā. An. in nouel. Et Pe. de Pa. expręsse hoc dicit in 4. & per. c. qui in die solenni, de conse. di. 1. ¶ Tertium dubium est, vtrū teneatur quis audite missam diebus festiuis a proprio sacerdote parochiali, seu in propria parochia. Et videtur quod sic, quia decre. extra de paroc. cap. 2. dicis q̄d qui contempto proprio sacerdote audit missam in alia ecclesia debet expelli, & remitti ad ecclesiam suam, ex quo contrarium faciendo uidetur esse cōtra mandatum ecclesię. Ad quod dici potest dupliciter. Vno modo quod ecclesia intendat per hanc constitutionem remouere contemptum. i. rebellionem, & despectum subditorum erga prælatos suos qui sunt sacerdotes parochiales, & sic mandat quod qui ex contemptu sui sacerdotis accedit ad audiendum diuina in alia ecclesia, quā propria, expellatur de alia ecclesia, ut de contemptu resipiscat. Ad hoc facit q̄d dicit Inn. p̄ iuris super. d. c. videlicet quod parochianus si nō faciat hoc ex contemptu, sed ob aliā iustam causam non est eiiciendus de ecclesia, ergo non peccat. Satis iusta causa est si ob maiorem sui deuotionem hoc facit. Alio modo potest dici, quod si contemptus sumatur largè, scilicet solum pro eo, quod non audit missam eius, & officium, non tamē

Intinerantes non excusantur ab hoc præcepto.

Clerici an teneā tur audire missā

Vtrū die bus festiuis tenetur quis audire missam.

Vtrū a proprio sacerdote tenea tur quis audire missam.

contemnendo sacramenta vel ipsum tunc quia cõsuetudo, quę in hoc videtur pscripta, & rationabilis, cum scilicet ob maiorẽ deuotionẽ fit tollat legẽ, extra de consue. c. fi. Vbi est consuetudo audiendi indifferenter in qui buscunq; locis, quod q̃ si vbiq; est, non peccat, qui audit missam extra ꝓpriã paroch iã. Si tamen diœcesanus hoc peteret, haudiri in ꝓpria parochia, obediendum esset. ar. 11. q. 3. qd ergo &c. sn̄ia. Malè tamen faciunt episcopi in tollendo pias consuetudines, cũ scãdalo populorũ, cum & Greg. sanctus permiserit sacerdotes crismare ad tollẽdum scãdalũ. 95. di. puenit, & multa tolerantur a sanctis ꝓpter uitãdum scãdalũ. ¶ Quartũ dubium est vtrũ teneatur qs audire missam ꝓpriam diei, puta dn̄ica in aduẽtu. Ad te leuaui &c. in septuagesima. Circunde derunt me. in festo nativitatis Marie. Gaudeamus &c. Et videtur quod sic, quia extra de cele. mis. ca. 2. repræhendũtur, qui dimittunt missas ꝓprias propter peculiares. i. propter alias, quas quis dicere facit ob specialẽ deuotionẽ ad illam, puta de angelis, vel mortuis, &c. Rn̄. non credo teneri ad ꝓpriam ex necessitate, quia nec c. missas, de cõse. di. 1. hoc dicit sed indistinctè. Sed audiredebet ꝓpriam, qui hoc nouit distinguere ex cõgruitate, & sm hanc congruentiam loquitur decre, supra. Neque enim mulierculæ vel idiotæ scirent discernere, si est missa propria, vel alia, & nimis onerosum esset, quod unumquemq; oporteret interrogare si est missa propria, & in diuersis ecclesiis in eadem die festiua erunt missę propriæ variatæ. ¶ Repræhensibile utique multũ uidetur, & si non damnabile, dimittere proprias occurrentes propter missas defunctorum, vel alias ad instantiam laicorum, sine causa multũ vrgenti. Docẽdus est enim populus non sequendus. Nos quoque si nesciunt eos quid liceat, quid ue non liceat commouere, non his consensum prębere debemus, inquit Cælesti. di stincti. 62. cap. docendus. ¶ Quintum dubium vtrum sit necessariũ sensim, & distinctè audire verba missæ ex eo quod dicitur in dicto c. audire. Respõ. non. Nã tunc sequeretur hoc incõueniẽs, quod qui audiret missam ab his, qui submisse dn̄t, cum multitudo adest qui remoti sũt non implerent præceptum. Similiter & qui surdi essent, vel heberem auditum habent. Vt ergo dicit Hylarius intelligentia dictorũ ex causis est assumẽda dicendi extra de ver. sig. &. 2. 2. q. 5. c. humane. Intẽtio ergo ecclesiæ in illo decreto est, quod prẽsens sit in missa, & uacet Deo, si etiam intelligens est dignũ & iustum est ut intẽdat, & conetur intelligere quę dicuntur populo in missa. ¶ Sextum dubium est de missis notoriorum fornicatorum, utrũ debeant audiri. Et vtrũ qd̃ nõ quia expræssè hoc ꝓhibuit ecclesia, ut patet. 32. dis. nullus, & extra de coha. cle. & mu. c. fi. Ad quod dicẽdũ, quod quia illa iura fuerunt in concilio Constãtiensi vltimo facto modificata per speciale decretum scilicet quod nullus teneretur tales euitare, nisi essent publicè denunciati, ideo possunt audiri. In locis autem ubi sunt & alii nõ concubinarij, consultius esset etiam tunc concubinariorum missas nõ audiri, vbi sine scandalo fieri posset. Sed præsuppositio, q̃ staret ius antiquum in suo vigore, ubi non essent nisi concubinarij, populus ignoraret illam prohibitionem melius esset eis ab illis audire, quam nunquam audire, & ignorantia turis eos excusaret, nec essent sollicitandi, quomodo prouideri non potest, & obuiari. Vbi autem hanc constitutionem prohibentẽ nescent abstinere, deberent ab eorum missis, sed alios uadant, & si alios habere non possent excusarentur ab hoc prẽcepto non audiẽdo. ¶ Septimum dubium est de eo qui dimittit aliquã partem missæ puta introitum missę videtur quod non satisfaciat, quia. ca. Missas dicit totas, ideſt integras. Rn̄. quod modicum pro nihilo reputatur, de consc. dis. 2. reuera. Nec uerba legis ita amarè interprætanda sũt, ideo dicendum est, quod talis iudicandus est seruator præcepti. Sed si dimitteret notabilẽ partem puta mediam, vel tertiam partem secus. Seruitores etiam missę seu ministri qui discurrunt aliquãdo hinc inde prohis, quę expediunt, vt in missis solemnibus fit pro thure uino, & huiusmodi, intelligendi sunt missæ adesse etiam pro illo tempore. ¶ Item nec est necesse pluries audire, vt quidam putãt, quia dicitur in plurali missas, respicit enim illud plurale seculares, contingit enim plures seculares plures audire missas, quasi diceret, qui libet audit missam priuatam siue solemnem, quæ cantatur, quæ tamen a populo omni deberet audiri ex congruentia.

¶ De auditione missæ integræ potest exponi illud ps. 99. Introite portas eius scilicet ecclesię in confessione, ideſt in principio quando fit confessio a sacerdote. Missa enim communiter in ecclesia dicitur, & propterea ecclesia ædificatur, ut ibi missa celebretur. Nã quãuis ut dr̃ de consc. dis. 1. unicuiq;. Vnicuiq; liceat in domo propria habere oratoriũ, nõ tn̄ licet ibi missas celebrare, nisi in magna necessitate, & cũ cõsẽsu epi, ut dicit ibi. glo. q̃ ꝓbat

per

An missam dicit teneaẽ audire.

An debeat distinctè uerba audire.

De missa notoriorum fornicatorum.

Audiens partem missę an satisfaciat.

§. 2.

per duo capitula sequē. Potest nihilominus ex aliquo casu missa sub aliquo diuo celebrari,& audiri. Nā ualet illa confessio generalis dicta a sacerdote, vel seruitore cum compunctione ad remissionem venialium, & ideo q libet astans debet dicere cum seruitore summisè tamen ne fiat strepitus. ¶Excusantur autē ab hoc præcepto infirmi, qui non possūt domum exire, & seruitores infirmorum, qui non possunt dimittere infirmos propter periculum, & matres quæ non possunt dimittere paruulos sine periculo, & alii qui impedimenta legitima habent, vel ardua negotia quæ nō possunt dimittere sine magno detrimēto, scādalo, vel periculo, extra de re.iu. quod in lege. Puellæ nobiles quæ non exeunt domum quia non permittuntur a parentibus videntur excusari si nesciunt præceptum, uel nescientes libenter irensi permitterētur. Nō enim phas esset solas domum exire clam, ut audirent, quia magna pericula possent inde contingere. Sed parentes earum, qui non permittunt accedere innitentes consuetudini patriæ non videntur posse excusari, si permittunt eas exire ad choreas, vel alia loca, uel stare ad ostium domus, uel fenestras, ut uideantur ab hominibus. Nam in eo casu dici non potest consuetudo quæ in ratione fundatur, distin. 1. consuetudo, sed corruptela, & ideo radicitus euellenda, disti 8. mala. ¶Quod uidue aliquib. diebus, vel hebdomadis in morte uirorum maneant domi in signum tristitię vñ & missam non audiunt uidetur tolerādum si est de more patriæ. Sed quod maneāt p integrū annum, vel per sex menses excusari non possunt, quia magna abusio est distin. 8. consuetudo. Maria Magdalena & Martha, quæ nobile erant, & diuites cum essent in domo uisitatę a pluribus ad consolandum pro morte germani eorum Lazari audito quod Iesus aduenisset, exierunt domum, ut irēt ad eum, ut habetur Ioan. 11. Iesus quidem tunc mortalis erat, nunc idem ipsæ in sacramento altaris est, & immortalis. Vnde cum magno affectu accedendum est ad ipsum scilicet audiendo missam. ¶Coniugatę quæ non possunt ire ad audiendum missam sine magno scandalo uirorum quia scilicet habent præparare necessaria familię & seruitrices non habent quæ talia faciant, uidentur excusari posse eum in gubernatione domus, & familiæ iura uelint eas ut famulas uiris esse subiectas. 33. q. 5. noluit &. c. manifestum. Non tamen ex hoc quod aliquantulum indignētur eis uiri, quia non ita bene pręparantur eis cū accedunt debent dimittere. Et multo magis non debent dimittere quando ex zelotypia mouentur, vel ex contemptu diuinorū quærentes ipsos in malitia imitari ar. 11. q. 3. c. sit dominus. Debent etiam domini & patroni sic ordinare de famulis, & famulabus suis, vt audire possint & ipsi missam. Vnde & Pe. de Palude. in 4. dicit, quod non excipiuntur ab hoc precepto plus serui quam domini, immo & seruus & ancilla debent diebus festiuis uacare Deo sicut & dñi. Sed qa oportet aliquem domi remanere, debent ita prouidere eis domini, quod saltem audiāt missam si possunt, nam & de eis domino sunt rationem reddituri si fuerunt solliciti pro salute eorum, ut dicit Ambro. 86. distin. an putatis. Parentes autem filios ad hoc debent monere, & cum pueri sunt etiam quadam ui inducere. ¶Tenētur autem homines ad hoc præceptum cū habent vsum rationis secundum Pe. de Palu. quod videtur intelligendum quando sciunt, uel scire possunt ab aliis hoc præceptum. Nec enim oportet singulorum auribus inculcari, quod publicè statutum est distin. 16. quod dicitis. Et licèt ignorantia iuris diuini, uel naturalis neminem excuset habentem usum rationis in necessarijs ad salutem, tamen ignorantia iuris positiui excusat quando probabilis est vt. 1. q. 4. §. fi. Et illi quidem qui iusto impedimento audire non possunt missam, debent saltem pro aliquo spacio in domo uacare orationi loco missę ex congruitate. Introite ergo omnes in confessione portas ecclesiæ, atria idest capellas ecclesię in hymnis confitemini illi. ¶Nō enim debent accedere ad missam, uel ecclesiam, ut uideant uel uideantur ab amatoribus suis. Nam tales non implent præceptum illud ecclesiæ sicut nec & illi qui stant ad sociandum dominos, alias non audiuri, sed debent accedere ad orandum, & tunc a se remouere debent cogitationes temporalium a Deo uacandum. Vnde Cyprianus de consecratio. distinctio. 1. ait. Quando stamus ad orationem fratres inuigilare, & insistere ad prēces toto corde debemus. Cogitatio carnalis tunc & secularis hominis abscedat, nec quicquam tunc animus aliud, quam id solum cogitet, quod prætcatur, & ideo sacerdos in missa ait. Surſum corda, ut dum plebs respondet habemus ad dominum admonemur nil aliud, quam dominum cogitare debere exclaudat cōtra aduersariū pectꝰ, & solideo pateat, hæc ille. In hymnis igit. i. diuinis laudib. insistēdū & oronib. Euitari ibi debet oīs strepitꝰ & audiētes submisse dñt suas orones dicere.

Excusati ab audītione missæ.

Habētes usū rōis tenētur ad hoc pceptū.

Mala intētio audientiū missam.

dicere non altè, ne perturbent mentem sacerdotis, nec etiam stare ante faciem celebrantis ne ei tedium faciant, nec curiosè aspicere q̃ dicunt vel faciunt, sed potius publicanũ imitati, qui nec audebat oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum. Vnde & Albertus dicit, quod in mortali existens non debet multo intuitu respicere corpus domini, sed indignum se reputare, vel in transitu videre, & qui possunt ibi manere genuflexi, & discapuciati præcipue facto cõfecratione ob reuerentiam Christi. Si ab omnibus hoc fieri consueuit, & laudabiliter gerenti vices eius in terris scilicet papę quantomagis ipsi summo pontifici futurorum bonorum immortali, & omnium domino, & creatori ibi realiter existenti. Vnde Greg. de conse. distin. 2. quid sit dicit. Quis fidelium dubium habere potest in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cælos aperiri in illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse summa & ima sociari, unum sacramentum ex visibilibus scilicet spectebus, & inuisibilibus fieri. s. diuinitate & aliis. Cum maxima ergo reuerentia ibi astare oportet, & omni mentis deuotione. Et vt dicit Aug. Admonendi sunt scholastici, ne derideant sacerdotes si in missis vel alijs officiis faciũt barbarismos & soloecismos, & alios defectus dist. 38. Sedulo. Cauenda est ergo in huiusmodi omnino negligentia, ne contingat illud quod legitur. 2. Machabeo. 4. vbi dicitur quod sacerdotes iam non circa officia dediti erant, sed contempto templo, & sacrificiis neglectis festinabant principes fieri palestræ, & prohibitionis iniustæ. Sed & de cõse. distin. 1. dicitur. Qui die solemni prætermisso ecclesię conuẽtu ideſt neglectis diuinis ad spectacula vadet excommunicetur. Qui vero assistit missę quam etiam deberent fideles ex sua deuotione quotidie audire cum possunt, licèt non teneantur multa bona spiritualia consequitur. Inter cętera specialis oratio fiat celebrante pro astantibus, quinimmo multa pericula & malè euadit. Vnde legitur quod cum quadam die festiua duo iuuenes socii exirent ciuitatem suam, vt irent ad aucupandum, vnus eorum prius audiuit missam, alter non. Proficiscentibus igitur cæpit aer perturbari & minari pluuias, tonitrua rugeſ, choru scationes frequentari. Aud iusque est vox de cęlo ab his duobus dicens percute percute eum. Ad quam exterriti dum persequerentur iter fulgur descendes interfecit eum qui missam illo mane ñ audierat. Quo viso alius præ pauore quasi amens effectus, quid ageret ignorans, quia ad locum destinatum appropinquabat secutus est viam suam, & iterum audiuit vocem dicentem, percute percute eũ quantum istæ exterritus fuit recolẽs de socio suo post talem vocem fulgere percusso quilibet potest per se imaginari, sed post hanc vocem superueneˊrat alia dicens. Non possum, quia audiuit hodie Verbum caro factum est, ex eo scilicet quia audierat missam cuius finis est. Verbum caro factum est secundum communem morem, & sic causit mortem illam terribilem.

Audiẽs in mortali.

Exẽplũ de non audiẽte missam

¶ De *negligentia circa prædicationem. Cap.* 11.

NEgligentia circa attẽtionem prędicationis quod peccatum sit & nõ paruũ ostẽdit Augu. dicẽs. Non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam qui sua negligentia corpus Christi in terram cadere permiserit. 1. q. 1. Interrogo. Negligentia aũt committitur tripliciter.

¶ Primo prædicationi non intendendo.

¶ Secundo prædicationem non audiendo.

¶ Tertio prędicationem non retinendo, vel non faciendo.

¶ Quantum ad primum ostendit qui assistit prædicationi, sed mens per affectum, vel cogitatum ad alia euagatur. Et aliqui quidem qui audiunt verbum Dei designatum per semen Lu. 8. Semen est verbum Dei, sunt de diuinitati, vel curiositati, & hi sunt via scilicet mens eorum conculcata cogitationibus vanis, & varijs sibi succedenti, in quibus semen prædicationis iactatum conculcatur, & diabolus tollit de mente eorum. Alij sunt dediti cupiditati, & sunt terra spinosa in quibus exortę spinæ cogitationum, & affectionum temporalium suffocant semen verbi, quod aliquid boni ppositi produxerat. Alij sunt dediti supbiæ, & arriditati in deuotionis, & hi sunt terra petrosa quæ non habet humorem deuotionis in quibus verbum auditum, & si uidetur operatum fructum, aduenięte calore tẽptationis, uel tribulationis aresćit, & deficit. Sed iactum semen in terram bonam non negligentem, sed sollicitudine cultiuatam spinis nimiarum curarum purgatam, aquis cõpunctionis irrigatam, facit fructum multũ, & pp hoc dicit Aug. 1 q. 1. Interrogo. ¶ Quęrẽdo qd sit maius corpus Christi. s. in sacramẽto an verbũ Dei, non minus esse verbũ Dei, q̃ corpus Christi, quod verum est non quo ad essentiam, sed quo ad efficientiam secundum glo. quinimmo maior fructus sequitur ex uerbo Dei

§. 1. Nõ intẽdens pdicationi.

Verbũ Dei non minus ẽ corpore Christi.

bo Dei prædicato, quam corpore Christi sumpto. Nã per sacrũ nullus iustificatur si accedit indignè & incontritus: sed augetur iniqtas sua. Sed obstinatissimi homines audiẽdo prædicationem cõuertuntur. Vnde enim Gẽtiles conuersi sunt ad fidem nisi ex prædicatione. Et propterea propter magnũ fructũ, qui sequitur est opus prædicationis super omnia diuina priuilegiatum. Nam ab aliis diuinis excluduntur plures personæ, vt excommunicati & hmõi. Sed prædicationi oẽs possunt interesse, hæretici schismatici, Iudæi, Pagani, excõicati, interdicti, & omnes malefactores, de consec. di. 1. Episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam, & audire verbũ Dei, nec gentilem, nec hæreticũ, vel Iudæum vsq; ad missam cathecuminorũ. ¶Et quia nõ omnia omni genere hominum placent, vt dicitur Eccl. 37. sicut nec in cibis, sed quod vni placet alter nauseam habet, ita in materiis q̃ prædicantur non omnes materiæ nec omnes modi prædicandi æqualiter omnibus placent nec conueniunt, ideò patienter debet audire verbum Dei, etiam si materia, vel modus nõ placet propter quod dicitur Eccle. 5. Esto mã suetus ad audiendum verbum Dei. Et Iac. 1. In mansuetudine suscipite insitum uerbum, quod potest saluare animas vestras, & attẽto quòd prædicator Christum repræsentet, dẽt magna deuotione & reuerentia audiri, & si vilis, & contemptibilis videatur persona. Vnde Aug. Ego scilicet prædicator quid sum, nisi cophinus seminatoris, i. Christi ipsæ dignatus est in me ponere semen, quod spargo vobis, nolite respicere ad vilitatem cophini: sed nobilitatem seminatoris. Et Tullius. Non te moueat dicentis auctoritas, sed quicquid dicit attendito. Dicit etiam August. q̃ utile est scholasticis nosce ita præponendas esse sententias verbis, sicut animus præponitur corpori, ex quo fit vt malle debeãt utiliores quã disertiores audire sermones. Sicut malle debẽt prudentiores, quam pulchriores habere amicos, dist. 38. sedulo. Cum magna igitur attentione & affectu audienda est prædicatio, & cum silentio, vnde & Neẽmiæ. 8. dicitur, q̃ aures omnis populi erant erectæ ad librum, scilicet legis Dei, & Luc. 5. & conueniebantur turbæ multæ scilicet ex magno desiderio vt audirẽt verbum Dei. Et Aug. dicit. Cum quanta soli citudine obseruamus, quando corpus Christi ministratur, vt nil ex ipso de manib. nostris in terra cadat, tãta sollicitudine obseruamus ne verbũ Dei quod nobis erogatur dũ aliud aut cogitemus, aut loquimur de puro corde depereat. 1. q. 1. c. Interrogo.

Patiẽter dẽmus audire p̃ dicationem.

¶Quantum ad secundum. Si malum est negligenter audire verbũ Dei. i. non attentè vacare aut mente retinere, quanto magis nõ audire prædicationẽ? Cõiter ista differentia reperitur inter eos qui audiunt prædicationes frequenter, & eos qui negligunt. i. qui nolunt audire, quia nõ audientes eas sunt hoĩes ferales, immodesti, diuersis erroribus infecti. E cõtra frequentãtes p̃dicationes sunt hoĩes ciuiles, modesti, fidei zelatores, & meritò: quia doctrina ecclesiæ quæ prædicatur est tota ciuilis, & ſm philosophiam moralẽ, & propterea dr̃ de consec. di. 1. Sacerdote in ecclesia verbũ faciente. i. prædicante, qui egressus de auditorio fuerit excõicetur, vbi dicit glo. quod intelligitur quando hoc facit contemnens eum, vt minus literatum, quod ad superbiam pertinet, & posset esse mortale ipsæ contemptus. Nam ex hoc solum quod quis nõ audiat prædicationem etiam ex negligentia, quamuis malè faciat, non tamen peccat mortaliter, nec debet excommunicari. Sic autem non posse percibere cibum corporalem, est signum mortis corporalis: Ita non percipere legendo, uel audiendo verbum Dei quod est cibus animæ est signum mortis animæ: propterea ait Christus Iudæis. Non potestis audire scilicet verbum Dei, quia ex Deo non estis Io. 8. ¶Fructus verbi Dei auditi sunt duodecim, quibus oĩbus priuantur quæ non audiunt prædicationẽ: sed negligunt. ¶Primus fructus, q̃a est gñatiuum dispositiue. Roma. 10. Fides ex auditu. auditus autem per verbũ Dei. Bern. vñ scilicet tanta lux fidei in toto orbe, & tam subita nisi de prædicato Iesu? Samaritana ad aquas signans verba Dei per uerbũ Dei ad fidẽ Dei cõuersa est, & Isaac, Iacob, & Moyses spõsas acceperũt ad fontes aquarũm: Rebeccam scilicet, Rachelem & Sephoram, qua desponsatio animæ cum Deo est per fidem, secundũ illud Oseæ. 2. Desponsabo te mihi in fide.

§. 2. Non audiẽtes p̃ dicationem.

Fructus 12. uerbi Dei & his priuant nõ audientes p̃ dicationẽ.

¶Secundus fructus est: quia est speciei augmentatiuum. ps. 118. In verbum tuum superaui. i. super id quod prius uel super alia. i. pluſquam alia speraui. Verba. n. scripturæ diuinæ prędicata cum promittant æterna prẽmia laborantibus, veniam pœnitentib. adiutorium inuocantibus, mentem subleuant ad spem de Deo. Et licèt verba Dei lecta etiam moueant aliter tamen & efficacius prædicata. Nam ut dicit Hieron. ad Paulinum. Hẽt nescio quid latentis energię viuæ vocis actus vt de ore magistri in aures discipuli prolata fortius sonat. ¶Tertius fructus est, q̃a est feruoris

uoris excitatiuum. Hierem. 23. Nonne verba mea sunt quasi ignis. s. cor feruore calefaciēs, & Prouerb. 30. Omnis sermo Dei ignitus, clipeus est omnibus sperantibus in se, hoc experti sunt discipuli euntes in Emaus dicentes. Nonne cor nostrum ardēs erat in nobis dum loqueretur in nobis in uia, scilicet Iesus, & aperiret scripturas? ¶ Quartus fructus est bonorum operum multiplicatiuum. Nam ut dī Mathæ. 13. Semen est verbū Dei, quod cadēs in terram bonam fecit fructū, aliud 30. aliud 60. aliud centesimum, & significat varietatē meriti bonorum, quæ sunt per verbum Dei a cōiugatis, viduis, vel virginibus. ¶ Quintus fructus est, quia vitiorum purgatiuum, seu ab eis eductiuum. Vnde dicit Centurio Christo. Dic verbo & sanabitur puer meus. Mat. 18. & Sap. 16. sermo tuus domine sanat omnia. s. vlcera animæ. Vnde Christus Io. 15. Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis, inquantum, scilicet inducit prædicatio ad contritionem. ¶ In huius figuram legitur q̄ Hieremias fuit eductus de lacu profundo luti adiutus ruderibus, s. funib. & pannis veteribus adiunctis ne funes quibus ligatus tenebatur, nimis corroderent carnē. Hierem. 38. significat Hiere. peccatorem qui est in lacu profundo fecis peccatorum, sed in de educitur per prædicatores verbis diuinis partim continentibus duras sententias præceptorum, quæ sensitiuam corrodunt, & hæc sunt funes, partim exempla patrum, & ista cōfortant & liniunt rigorem, ut facilius educat de peccato, in prologo glo. continui super ps. ¶ Sextus fructus est, quia ad gratiam spiritus sancti copiosè recipiendam præparatiuum. Vnde dicitur Actu. 10. q̄ adhuc loquente Petro, i. prædicante familiæ Cornelii Centurionis, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum tuum. ¶ Septimus fructus est, quia verbum Dei est roboratiuū. s. in tribulationibus ne quis deficiat in eis. psal. 32. Verbo domini cœli firmitati sunt, i. roborati. Et in figuram huius Christus noluit dimittere turbas ieiunas ad domum redire ne deficerent in uia Mar. 8. Et Elias in fortitudine panis subcinericii, i. verbi Dei ambulauit vsque ad montem Dei. 3. Reg. 9 ¶ Octauus fructus est, quia est uitæ spiritualis conseruatiuum. Deut. 6. & Mat. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei, & Io. 6. Verba quæ ego loquor vobis spiritus & uita sunt, i. spiritualiter intellecta uiuificabunt vos. s. spiritualiter, Nam ut dicit Apost. 2. Cor. 3. Litera occidit, spūs aūt viuificat. Hinc est q̄ Iudęi legentes & audiente: frequenter in synagogis non viuificantur spūaliter, quia secundum literam intelligunt nō secundum spiritum Nonus fructus est, quia est in tentationibus defensiuum. Vnde Apo. Gladium spiritus sumentes, quod est verbū Dei. ad Ephe. 6. & ad Hæb. 4. Viuus est sermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, hoc gladio verbi Dei Christus vsus est in tentationibus suis in deserto, & ipsæ deiecit dæmonem & uicit. ¶ In cuius figurā Dauid tribus lapidibus de fluuio sumptis interfecit Goliath gigantem. 1. Reg. 17. ¶ Decimus fructus est, quia est ignorantiæ & errorum expulsiuū super omnes doctrinas, quinimmo aliæ doctrinæ aliquando deficiunt a ueritate, hæc autem veritissima semper inuenitur psal. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Et Seuerinus Papa. Sicut stellas cœli non extinguit nox, ita mentes fidelium inhærentes sacræ scripturæ firmamento non obscurat mundana iniquitas dist. in. 38. ¶ Vndecimus fructus est, quia est cogitationum superfluarum, & affectionū compressiuum, Vnde in Canticis cap. 4. dicitur. Sicut uitta coccinea labia tua sponsa, & eloquium tuum dulce. Vitta retinet capillos defluentes, ne cooperiant faciem, & propterea labia sponsæ, ideſt sermo scripturæ assimilatur vittę: quia cogitationes & afflictiones superfluas mentis reprimit, ne faciem contēplationis obnubilent. ¶ Duodecimus fructus est, quia consolatiuum seu dulcoratiuum ps. 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel oris meo. Vnde, & liber in quo erāt scriptæ lamentationes, carmen & vēh. i. lamentationes pœnitentium, carmen lætitiæ supernæ patriæ, & veh æternæ damnationis, datus ad deuorandum Ezech. in visione, prius fecit amaricare vētrem suum. i. sensitiuam in principio, sed postea factus est dulcis ut mel in ore suo. Demum Beati qui audiunt verbū Dei & custodiunt illud. Luc. 11.

¶ Quantum ad tertiū. Debet aūt verbū auditum ruminari, & mēte retineri, sicut legit de be. Nicolao, q̄ cū esset puer ad ecclesiam accedens sacra pectori cōdebat mādata, quæ. s. audiebat, & hoc modo intelligo Ceciliam virginem sacrā sp euangeliū in pectore portasse, vt dī in legenda sua. s. meditando verba Dei audita in prædicatione. Et de beatissima virgine matre domini dicitur Lucæ. 2. Maria conseruabat omnia verba hæc cōferens in corde suo. Nam animal quo nō ruminabat in lege veteri hēbat immundū. Non ruminare est nō memorare §. 3. Verbū Dei retineri.

memorare non meditari audita vel lecta. Vñ Gre. in homil. Aeternę mortis iudicium formidate fratres si verbū vitæ audientes in uentre memorię non retinetis. Exemplum de eo, q̄ cibū sumptum nō retinet in stomacho. Frequens meditatio iuuat memoriā scd̄m philosophum. Cum ergo aliquis non mente retinet q̄a nunquā recogitat super auditis, quod elabitur emente non mirum, quia negligentia sua est causa. Demum audita debent exe cutioni mādari, quia vt dicitur Lu. 11. Beati qui audiunt verbum Dei & custodiūt illud. Qui n. audiutor est verbi & non factor (ut dicitur Iaco. 1.) Hic cōparabitur viro cōsideranti vultū natiuitatis suæ in speculo. Cōsiderauit n. & abiit & statī oblitus est qualis fuerit. Sic in verbo audito vt in speculo videt qs macu las peccatorū suorū, sed si non operatur ad re monēdū maculas peccatorū suorū, & se recti ficādū, nihil ei prodest, q̄nimmo ad maius iudiciū sibi imputatur, quia vt dr̄ Lu. 12. Qui scit voluntatem domini sui & non facit, dignè uapulabit plagis multis. Hinc & Nicolaus papa. Sicut non leue discrimen incumbit pontificibus siluisse quod congruit. Ita his q̄d abstinō mediocre periculum est, qui eum debeant parere despiciunt di. 44. Dispensatio. Nec ex hoc quis vitet audire prædicationes putans se excusatū, vel minus sibi imputari ad pœnā si offendat ex ignorātia q̄a talis multo grauius punietur. Primo q̄dē ignorātia cū affectata sit in nullo excusabit, secūdo q̄a de ipsa ignorātia affectata, vt de speciali pctō puniet. Quod aūt audiētes p̄dicationes & nō faciētes grauiter puniat patet exēplo notabili. Legit. n. q̄ cū quidā vice q̄dā magnus p̄dicator deberet certa die assignata sermonē facere ad ppl̄um ipa die statutas infirmatu est graiter, ppl̄us aūt venit ad eccleſiā cuiusdā ordinis, cuius erat ille frater copiosissimè ad audiēdū prior aūt illius cōuētus multum anxiebat sup tali defectu p̄dicationis pp infirmitatē illius prędicatoris, & cū p cōuentū discurreret cogitādo q̄d agēdū esset, ecce subito uenit ad portā conuentus quidam notabilis frater illius ordinis in apparentia, sed diabolus latēs in essentia tanq̄ hospes & petit priorē, ducit̄ ad ipsū, & post salutationē cōsuetam respicit ille simulatus hospes priorē in faciē & dicit. Pr̄ piissime ut ppendo uos debetis esse amaricatus sup aliquo negotio nō miror, q̄a hoc sæpe consueuit contingere p̄latis pp uarios & duros casus. Sed quid oportet hr̄e bonā patiētiā. Necesse (ut dicit euangeliū) ut ueniāt scādala cōpatior uobis, si placeret uobis mihi referare materiā uestræ angnstiæ libēter si possē in aliquo uos uellē iuuare. Rn. prior. Reuera ē ita, q̄a multā tristitiā habeo, & vix possē deponere, & cām uobis explano declarās defectū p̄dicatiōis fiēdę. Tunc ille. s. diabolus bone pr̄ confidatis in dño Deo, q̄ nō deficiet uobis ego spero in Deo quodipsę supplebit p me defectū istum, ita q̄ auditores remanebūt consolati. Sitis quia oia noua placent, & ego iā satis studui, & habui bonā practicā in arte hac. Sitis prior chariſſime bonæ spei, quia ista vice vō habebitis confusionē, sed honorem vestrū. Faciatis vt possim intrare librariā uidēdo aliquos libros cito inueniā quod mihi erit necessariū, ita q̄d nō oportet ut faciatis tardare pulsationē cāpanę vestrę ultra solitum. Cui prior. Regratior magī reuerende quia magna amaritudine subleuastis me, librariam intrare potestis ad placitum. Intrat frater diabolus librariam, & vt det fidem hospiti interogat de aliquibus libris solēniorib. vt summa b. Th. cum scriptis, & opa Alberti magni, & hmōi, & illis sibi oñsis reuoluit libros hincinde. Facit insuari prior, q̄d oia hēt in prōptu dicenda, uñ faciat facere signū ad cōuocādum populum. Quo facto & populo innumerabili congregato, ascendit frater diabolus ambonē. Aduenerat aūt tunc ad p̄dicationē quidā uir sanctus, qui uidens ascendere illū pulpitum & cognoscēs diabolū fomē obstupescit, nil in alicui dicit, sed expectet finē videre. Cæpit frater diabolus p̄dicare de bonis paradisi, de pœnis inferni, de peccatis, & miseriis mūdi, pp q̄ & illa perdūtur, & inferna sequuntur, & cū tāta efficacia & rōnibus quod cōmouit oēs ad lachrymas cōpunctionis, finita p̄dicatione descendēti illi occurrit sanctus vir, & uocans eū ad partē & ex parte Dei inquit. O miser, & deceptor hoīm te agnosco qūo p̄sumpsisti tm̄ officium Christi, & Apl̄orum vsurpare, & si spālem cām nescia scio tamen nisi ob malam intentionem non egisti. Vnde adiuro te p Deum uiuū, ut dicas causam mihi huius operis, tunc frater diabolus. Adiuratus, tacere nō possū causam, ppter quā assūpsi ut uides speciē fratris, prædicatoris populo prędicaui est ista. Ecce audisti quot, & quanta bona dixi de gloria paradisi, pœna inferni, & peccatis horum populorum, & uidisti ad quantum luctum promoti sunt, scio mores eorum, & parum temporis transibi, & obliti omnium uerborum nil facient de his quæ proposuerant se agere, & inde omnia uerba audita erunt eis ad maius iudicium, quo dicto euanuit.

Exēplū.

¶ De

¶ De negligentia in horis canonicis. Cap. 12.

NEgligentia in diuinis officijs committitur seu horis canonicis tã a clericis officiãtibus, quã a populis audientibus. Nam & illi vel omittũt, vel malè dicũt eas, & isti vel non assistunt, vel aliquando suis uanitatibus impediunt. Sed contra primos dicitur Hiere. 48. Maledictus omnis, qui facit opus Dei negligenter. Opus Dei dicit beatus Bñdictus in regula, est officiũ seu opus quod fit in laudando Deũ in horis canonicis. Contra secundos scilicet laicos dicitur de consecra. dist. 3. Irreligiosa consuetudo est quam vulgus per sanctorum solemnitates agere consueuit populi enim qui dicunt ad diuina officia attendere saltationibus turpibus inuigilant. Cantica non solum mala canentes, sed etiam religiosorum officia perstrepunt. Debet ergo negligentia euitari ab utrisque, ut illi deuotè audiant, saltem diebus festiuis, & isti deuotè dicant diuinas laudes, ut populus ad deuotionem excitetur, & huiusmodi horis congruit illud ps. 118. Septies in die laudem dixi tibi scilicet o Deus sup iudicia iustificationis tuæ. Vbi tria notantur.

¶ Primo horarum sufficientia debita. ibi. Septies in die.

¶ Secundum laudantium intentio recta. ibi. laudem dixi tibi.

¶ Tertia ipsorum causa motiua. ibi. super iuditia iustificationis tuæ.

§. 1. ¶ Quãtum ad primum. Sufficientia patet ex numero septenario dum dicitur. Septies in die. Nam septem sunt hore canonicæ institutæ ab ecclesia dici in die. Et si intelligatur de die naturali. 40. horarum, tunc computantur pro una hora matutinæ cum laudibus. Si intelligatur de die artificiali qua scilicet sol est super hemisperium nostrum, tunc laudes habentur pro una hora diuisim a matutinis, & erit prima & debebit dici in aurora. Et de matutinis dicit idem psalmus alibi. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Ita notat Archidiaconus distinctio. 91. In lecturis, & in decretali. Dolentes, extra de celebratiõe missæ pręcipitur, vt dicatur diurnũ officium pariter & nocturnum, propter quod quicunque omittit aliquã ex horis canonicis, etiam laudes merè ex negligentia peccat mortaliter, si est ordinatus in sacris, vel bñficiatus quantumcumque tenuitur secundum omnes, & etiam religiosos, professus secundum Pe. de Palu. in 4. Ista tamen materia quia in tertia parte tit. 13. tractatur difusè ibi uide. Hic autem ponentur quædam ibi omissa. Cauenda est ergo negligentia in huiusmodi horis persoluendis. Vnde dicitur de cõse. di. 1. c. Clericus, quod clerici ab officio declinantes, vel negligentius agentes ab ipso officio remoueantur. In figuram hoc legitur. Leui. 16. Aarõ tollet de sanguine uituli & aspergет digito septies contra propitiatorium ad orientem. Aaron qui interpretatur mons fortitudinis primus sacerdos, significat quęmlibet applicatum ad diuina officia, ut clerici, & religiosi. 12. q. 1. duo sunt, qui debet esse fortis & constans ad diuina officia exoluenda & sacramẽta ministrãda, non tedio victus & negligentia, cui Deus portio esse debet cũ ptem non habeat cum reliquis tribus Israel. Hic digito. i. instinctu spiritussancti sanguinem uituli q. Christũ passum significat, debet septies aspergere contra propitiatorium. i. per septẽ horarum canonicarum persolutionẽ passionẽ Christi in qua sanguis effusus est recolere in conspectu diuinæ maiestatis vt Deus ꝓpitietur populo. Sunt & ipsæ horæ quasi septem tubæ quibus angeli canebant secundum Ioãn. in Apocalipsi. Signanter autem dicit. Septies in die, ut notetur nõ solum dies temporis, sed & dies gratiæ radiosæ. ¶ Debet autem conari persoluens horas esse in statu gratiæ ut magis sic Deo gratum sacrificium laudis, qa (vt dicit Salo.) Nõ est speciosa laus in ore pcõris. Vnde Ormisda papa. Emendatiorem esse cõuenit populo quem necesse est orare pro populo dist. 61. in sacerdotibus. Et Grego. Quo modo orationis clipeo populum tenetur, qui iaculis hostium sese feriendum exponit. 1. q. 1. Fertur. ¶ Nota tamen quod quantumcunque sit obstinatus persoluere debet horas, & satisfaciat præcepto ecclesiæ dicendo debitè, & malitia eius non impendit fructum orationis ad populum, qu ia hoc non agit ut priuata persona, sed vt minister ecclesiæ quę semper imaculata, & grata est Deo. Et qui per alium facit proinde est ac per se agere videatur, extra de re. iu. li. 6. vnde acceptatur officiũ eius non ut ab eo, sed ab ecclesia cuius ẽ minister dictum Deo, nec excommunicatus nec depositus deobligatur ab horis dicendis ne commodum reportet ex malo suo. §. 2. ¶ Quantum ad secundum scilicet rectam intẽtionẽ laudantiũ Deum notatur cũ dicitur. Laudẽ dixi tibi. i. (ad tuũ honorẽ nõ ad laudẽ humanã. Debet ergo officiũ legẽs vel cãtas ob seruare

De hoc habetur plenè in C. 1. de cel. missæ i cle.

Dicens horas co natur eẽ in grãs.

ſeruare illud pſ.144. Per ſingulos dies benedi cam tibi, & laudabo nomen tuū in ſæculū & in ſæculum ſęculi. Sęculum ſæculi eſt ſęculū futurum. ſ. uitæ beatæ, vbi continuè laudatur Deus nunc mente, poſt reſurrectioné corporum ēt ore. Vndè Apoc. 19. dr. Laudem dicite Deo noſtro oēs sācti eius, qui timetis Deū puſilli & magni. Ad iſtud ergo ſæculum ſęculi quod ſcilicet ſequitur ad præſens ſęculum, nō peruenit niſi qui in hoc ſęculo laudat Deū pura mente. Non ergo quæratur ibi hominibus placere, ſed Deo ut dicere valeat verè. Laudem dixit tibi non mundo. Dicit enim Greg. quod ſit plerunque vt dum blanda vox quæritur, ſcilicet in dicendo officium cō grata uita negligatur & Deum moribus ſtimulat, dū populum vocibus delectat. diſ. 82. c. In ſancta. ¶ Et in vitis fratrum legitur quod quidā frātres detinebantur in purgatorio propter vanā gloriam habitam in officio diuino. ¶ Licēt autem Deus intueatur cor, nec voce egeat noſtra, tñ congruentiſſimè ordinatum eſt per eccleſiam, ut horæ dicantur ore, & voce humana Deus laudetur in officio. Rationem huius aſſignat b. Tho. 2. 2. q. 91. ar. 1. dicens. Verbis alia ratione vtimur ad Deum, & alia rōne ad homines. Ad homines enim vtimur verbis ut conceptum noſtræ mentis quē aliter ſcire nō poſſent verbis exprimamus, & iō laude oris ad homines utimur, vt vel ei vel aliis innoteſcat, quòd bonam de eo laudato opinionem habeamus, vt per hoc ipſum eum qui laudatur ad meliora prouocemus, & alios apud quos laudatur in bonam opinionem & reuerentiam & imitatiōnē eius inducamus. Sed ad Deum verbis vtimur non ut ei conceptus noſtros manifeſtemus cum ſit inſpector cordium, ſed ut noſmetipſos & alios audientes ad eius reuerentiam inducamus, & iō eſt neceſſaria laus oris, non quidē propter Deū, ſed ꝓpter ipſum laudantē, cuius effectus excitatur in Deū ex laude ipſius, ſecundum illud pſ. 49. Sacrificiū laudis honorificabit me, & illic iter quo oſtendā ſalutare Dei. Et inquantū hō per diuinam laudem affectu aſcendit in Deum, in tm per hoc retrahitur ab his q̄ ſunt contra Deū ſecundū illud. Eſa. 48. Laude mea infrenabo te, ne intereas: proficit enim laus oris ad hoc vt etiam populus audiens prouocetur in Deū ſecundum illud pſ. 33. Semper laus eius in ore meo. Et ſubditur. Audiēt mā ſueti, & lætentur magnificate dominū mecū. Quod aūt dicit philoſophus q̄ optimorum non eſt laus, ſed maius aliquid & melius. Vnde cum Deus ſit optimus non vī laudandus. Ad quod facit illud Eccle. 4. Deus eſt maior omni laude. Reſpondit Tho. ubi ſupra q̄ loquendo de Deo quantum ad eſſentiā eius, cum ſit incomprehenſibilis & ineffabilis, maior eſt omni laude & ſecundum hanc conſideratione non debetur ei laus, ſed magis. ſ. reuerentia, & latriæ honor. Vnde in pſ. 64. Hiero. Te decet laus Deus, quantum ad primum, & tibi redderur votum, quantū ad ſecundū. Sed loquendo de Deo alio modo. i. ſecundum effectus eius qui in noſtam vtilitatem ordinantur, ſm hoc debetur laus Deo. Vnde dr Eſ. 63. Miſerationū domini recordabor laudem domini ſuper omnia quæ reddidit nobis dñs, ſ. tribuam. Debemus, ergo in horis Deum laudare & hæc apud nos dr laus non illa quę eſt cordis, vnde non ſufficeret dicere horas mente, nec ſatis faceret præcepto eccleſiæ niſi ore exprimantur. ¶ Et cum priuatim dicit quantumcunq; ſubmiſſē dicit ſufficit dūmodo ore tenus dicat. ¶ Quantū ad tertium. ſ. cām motiuam laudationis Dei notatur hoc cum dicitur. Super iudicia iuſtitiæ tuæ. ſ. diſpenſationes quibus iuſtitia uteris. Et prima & generalis iuſtitia fuit qua mundum redimens incarnatus, & paſſus eſt pro nobis. Et ut dicit Aug. quod inducit magiſter ſententiarum. in 3. li. Cum poſſet Deus genus humanum potentiā abſoluta liberare de manibus diaboli noluit per potentiam, ſed per iuſtitiam liberare, ut imitemur eum in iuſtitia non potentia, Ecce iuſtitia. Cum ſuper genus humanum diabolus ſibi dominum tyrannicum acquiſiuiſſet: quia voluntariè ſe ei ſubiecit Deo rebellando ſuſcepit in ſe cauſam noſtram. Chriſtus habens in ſe noſtram naturam & non culpam. Et quia diabolus ignorans ipſum Deum eſſe, intulit pœnam mortis inſtigando Iudæos ad mortem eius qui non erat debitor mortis dignum, & iuſtum fuit, ut amitteret dominium ſuper hominem, ex quo innocenti intulit mortem. Ecce iuſtitia. Debitor erat homo Deo pro peccatō. Tantum erat debitum, vt nullus purus homo ſoluere poſſet, ſed vnigenitus Dei factus homo in humanitate ſuſcepta, cuius omnis actio erat infiniti valoris ad placandum Deum ſuſcepit pœnam quaſi infinitam. Vnde dicit pſalmus 17. Dolores inferni circumderunt me, & ſic per paſſionem ſolutum eſt debitum. Vnde & Gregorius. Qui pro nobis æterno patri Adæ debitum ſoluit, & ueteris cautionem piaculi pro cruore deterſit, & per hoc nos iuſtitiam exercendo de manibus diaboli liberauit. Et quia ipſa

paſſio

Quare horæ dicanī ore & uoce.

§. 3.

Cā qua re Deus laudare dēmus.

Qualiter horæ ſint dicēdæ uide Pan. i c. 1. de celeb. miſſæ. Et Abb. de Ferr. in trac. ſuo horarū.

passio Christi in septem temporibus horarũ canonicarum explecta fuit diuersis horis diuersa sustinens, ut patet ex officio paruo crucis ob reuerentiam passionis institutum fuit, ut illis horis laudetur Deus ad gratias agẽdũ de sua passiõe. Septies ergo &c. Recordare ergo frater pie inquit Ber. septem uicibus in die passionis dñi, cũ scilicet accedis ad laudandum Deũ in horis canonicis, super iudicia iustitiæ eius. i. super omnia opera quibus iustitiam exercuit contra diabolum. Debent ergo deuotè dici & cum attentione ut habetur extra de cele. mis. c. Dolẽtes, in fine. ¶Sed vtrum ipsa attentio sit in præcepto sunt opiniones variæ aliqui tenent qđ sic aliq̃ nõ alij medio modo, scilicet quod sit necessaria intẽtio uirtualis, & si non actualis. Declarationẽ horum habes in 3. par. ti. 13. c. 4. §. 7. ¶Et sciẽdũ qđ septem negligentiæ committuntur in officio diuino dicendo. ¶Et prima est quãdo non dicitur proprium & ordinatum officium ecclesiæ suæ vel religiosis suæ sed ad placitũ dicit nunc vno modo nunc alio & de feria non facit, quando occurrit causa abbreuiationis, sed facit de sanctis, vel etiam dicens officium ecclesiæ suæ, quia non vult quærere breuiarium dicit vnam antiphonam, vel capitulum, vel orationem pro alia, nõ est hoc absq; graui peccato, secus si faceret ex impotentia, propter defectum libri, vel usus & huiusmodi. Item cum dicitur cursim & confusè ut vnus non expectet alium in finiendo uersum, uel ita velociter, quod ipsæ vel alius audiens non potest percipere sensum verborũ. Cui dici potest, edisscere nobis parabolam, qa parabolicè loqui videtur vel hebraſce. Ecõtra legitur de Esdra scriba. quod legit coram oñi populo distinctè, & apertè ad intelligendũ. Et dicit Inno. quod nõ peccat qui in diuinis officiis assistẽs illud quod dicit non intelligit, dummodo alias cor ad Deũ habeat & illi psallat. Si quis ergo lectionem vel aliud q̃ in choro legitur non intelligat propter legẽtis ineptitudinem, non peccat dummodo conetur intelligere saltem verba. Sed si propter mentis euagationem non intelligit quæ dicit vel audit non est absq; culpa negligentiæ aliqua. ¶Secunda negligentia est quando dicũtur horæ syncopãdo, dimittendo scilicet uel uerba vel uersus uel syllabas. Integrè enim, & cõplectè persoluẽdæ sunt horæ nam ipsarum persolutio seruitus dicitur. In seruitio autem alicui debito debet quilibet esse fidelis, vt nec apicem vel iotam prętereat, sed integrè, sine fraude debitum persoluat. Si quis deberet quotidie persoluere alteri septẽ marchas certe si aliquos denarios quotidie subtraheret, nõ satisfaceret creditori, sic infideliter agit qui in officiis syncopat, quod repræhẽditur in dicto capitulo Dolentes, de cele. miſſ. ¶Exemplũ de illo sancto patre, qui uidit diabolum in choro cuiusdam monasterii manere, cum fratres dicerent officium, & mittere sæpe in sacco quem secum ferebat, & interrogatus a patre quid intromitteret. Respondit, quòd verba, & sylabas quas illi dimittebant de officio in futuro iudicio ea præsentaturus ad punitionem negligentiæ eorum. ¶Vbi aduertendum quòd si quis ex aliqua causa rõnabili, vt quia oportet respondere alicui, uel inuenire librum & huiusmodi aut etiam ex negligentia omittat versum psalmi, vel psalmum, non debet subtrahere vocem, præcipue cum sint pauci, & ridere ad omissum, & sic perturbare alios ex reuolutione librorum, vel subtractionem auditorii. Sed pœnitere de sua negligentia in corde, & prosequi officiũ chori, & post officium illud omissum, uel aliquid loco eius supplere. Eidem si dormit in aliqua parte, & secũdum Henricum in quod libet. Dum vnus chorus dicit vnum versum, alius alium æstimandum est singulos totum dixisse, quia sic ecclesia ordinauit. Ex quo dicto scrupulosè, & irrationabiliter mouentur illis qui faciunt sibi conscientiam non dicendi, quod inchoatur ab officiatore, uel cantore, uel aliquibus, quibus committitur versus & huiusmodi, vt inuitatorium, & huiusmodi superfluum enim est hoc. ¶Tertia negligentia est quando in officiis vana, & extranea intermiscentur. Secus si necessaria, vt interrogando de libro, vel quis habeat dicere hoc vel illud, necessitas enim non habet legem, ut extra de reg. iur. Quod in lege. Sed non solum vaniloquia, ibi sunt reprehensibilia, sed etiã bona verba impertinentia ad officium, ut disputabilia, & huiusmodi. Et sicut verba ita nec opera interponenda sunt in officio, nec pertinentia ad illud, ut si quis faceret coquinam, vel coligeret herbas, uel indueret se cũ surgit a dormitione dicendo interim officiũ quod est valdè reprehensibile, quia dat sibi occasionem euagandi, & irreuerentiam committit. Quis. n. dominus tẽporalis patitur sibi fieri seriosa colloquia, cum huiusmodi operibus? Et si per totã horam hoc faciat vel pro matori parte uix satisfacit præcepto secundũ Pe. de Pal. ¶Quarta negligentia est secum de ferre, vel deferri facere aues, vel venaticos canes, quod reprehenditur de cele. miſ. c. graui.

Septem Negligẽtiæ in officio diuino.

Qñ syncopãdo dñr horę debẽt de cõsilio re iterari Ita Alber.

Nihil debet interponi in horis dicendis.

in Cle.

in Cle. Sunt. n. talia distractiua & impeditiua officii. Et similiter si cantatur officium debēt vitari cantus theatrales, quia non habent talia inducere ad deuotionem, sed ad vanitatē, & delectationem sensualem. Vnde Hiero. tractans illud Apostoli Canētes & psallentes in cordibus vestris domino ait. Audiāt hoc adolescentuli quibus in ecclesia cantandi officiū est, non ore. s. tantum, sed corde Deo cantandum. Nec in tragediarum modum guttur & fauces medicamine liniendæ sunt, vt in ecclesia theatrales moduli audiantur & cantica, di. 92. Cantantes, & Aug. in lib. confess. fatetur se peccare cum plus delectabat eum melodiæ cantus, quam verborum sensus. Et in regula dicit, quod non ita scriptum est, vt cantetur, non cantetur quod fugillat eos, qui mutant notam cantus, ut faciant melodiam suæ leuitati satisfacientes. ¶ Quinta negligentia est qñ absque causa legitima absentat se ab officio ecclesiæ quamuis priuatim dicat extra horas. Qui. n. beneficiatus est in ecclesia debet officiare eam si potest, vel per alium cum non potest. Et omnes clerici eiusdem ecclesię dēnt in simul cōuenire ad eam officiandam, vt 7. q. 1. Illud. Et religiosi multo magis dēnt omnibus horis interesse nisi causa rationabilis excusēt, vnde ēt dist. 91. dicitur. Clericus qui absque corporis sui inæqualitate vigiliis deest, stipendio priuatus excommunicetur. In ecclesiis cathedralibus vbi dantur distributiones interessentibus, priuantur absentes illis distributionibus. Sed nec tamen debent principaliter conuenire propter distributionem illam, quia tunc esset symonia, vel saltē turpe lucrum. Qui etiam tardè intrant chorū scilicet inchoato officio, & cito exeunt ante finem, vel in medio sine causa vrgente, malè faciunt, & a sathana instigantur. Sicut patet per exemplum monachi beati Benedicti, quē uidit ipsæ & ostendit aliis, quòd diabolus per cucullam eum trahebat extra chorum tempore orationis: sed disciplina beatus Benedictus fugauit, habetur in 3. dyalo. ¶ Sexta negligentia est, quando psallentibus aliis cantando, vel legendo quis velit illo tempore dicere alias horas priuatas submisse plures horas per se citius dicens, hi quodammodo furtum faciunt. Nam furtum cōmittit, qui re alterius vtitur contra uoluntatem ipsius. Cum autem voluntas religiosi sit in manibus prælati, & prælatus velit subditum cum cæteris persoluere horas, ut iuuet alios & conueniat cum aliis proprio arbitrio vocem subtrahens, ut suas orationes dicat, furtum committit, nec Deo placet. Vnde Ber. Ingratum est spiritui sancto quicquid obtuleris neglecto eo q; teneris. Nec est sufficiens excusatio si quis dicat se non habere vocem bonam ad adiuuandum chorum, quia & in templo domini erāt vasa non solum aurea & argentea, sed etiam ænea, & omnia domini opera, suo modo benedicunt dominum, & suis uocibus non solū psitacus, & cygnus, & philomena, sed & canis & asellus & cicada. Confabulationes autem & nugæ & risus curiosus, & vagus aspectus hincinde, & incompositio membrorum, ut sacrilegium in officiis, & maximè in ecclesia vitanda sunt, extra de immun. eccl. Decet domum, lib. 6. ¶ Septima negligentia est tarditas in dicendo horas, & post debitum tempus. Hugo de S. Victore prœuenire est prouidentia tardare est negligentia. Henricus dicit in quo libet, q; qui est legitimè occupatus, ut non valeat horis propriis dicere, potest dicere de mane vsque ad vesperas, & de sero vesperas cum complectorio simul. Et quando dicuntur matutinæ de nocte, prima cum matutino forte dici potest, quia sic est consuetum in capella domini Papæ quod uidetur uerum, quando dicuntur matutinæ non de sero, sed post mediam noctem. De sero. n. possunt dici matutinæ sequentis diei, cum sit aliis occupatus utilibus. Nam si ex somnolentia, & deliciis diceret, non excusaretur a peccato pigritiæ & negligentiæ secūdum Tho. in quodlibet & Henricum. In tardando autem notabiliter merè ex negligētia horam aliquam dicere post debitum tempus, scilicet ante completum diē, puta matutinum dicit hora nona, primam hora. 22. diei, vtrum sit mortale? Et videtur Vmber. in expositione regulæ tenere q; sic, quod durum videtur dicere, nec ratio aliqua urget, nec auctoritas canonis. Ecclesia enim præcipit dici officium nocturnum pariter, & diurnū, de cele. miss. ca. Dolentes. Et officium vnius diei est sub vno præcepto, quod præceptum impleri videtur si ipsum officium infra diem dicitur suum, aliàs si dicatur quòd hora quæ libet tempus proprium habeat dicendi quòd notabiliter præteriens peccet mortaliter, committit in die septem mortalia, cum tamen dicatur, quod omittendo septem horas vnius diei, non cōmittit nisi vnum secundum Guilielmum. Sed tanto grauius, quanto plus dimittitur. Præterea si determinatio temporis esset in præcepto cuilibet horæ non excusaretur qui ex iusta occupatione notabiliter tardaret, sicut nec excusatur, qui dimitteret officium pro illa die propter occupationes.

Absentans se ab officio peccat.

Conuenire ad distributiones ꝓpter lucrum ē symonia.

Tarditas dicē di horas gñat pec catum.

¶Item si quis oblitus alicuius horæ puta primæ. Dicit aliam sequentem puta tertiam, postea perpendens, non oportet, q̃ dicta hora omissa. s. prima, iterum dicat tertia, sed sufficit tantum semel dixisse, etiam si ordine post posito secundum Pet. de Palud. in 4. De multis aliis pertinẽtibus ad materiam istam, habes in tertia par. titu. 13. cap. 4. de horis ibi uide.

¶*De pigirita, & ibi de tarditate conuersionis, confessionis, & bonæ operationis. Cap. 13.*

Pigritia est nociua.

Pigritia est filia acidiæ, & strictè sumendo importat tarditatem operandi bonũ qđ ĥeri debet secundum Th. & hoc reprehensibile est & nociuum, vnde dicitur eccle. 10. In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus. Tigna dicuntur ligna arcuum, quæ tenent tectũ. Cõtignatio est coniunctio eorum, quæ fit in superiori parte versus tectum. Ex hoc autẽ q̃ aliquis est piger. i. tardus ad prouidendũ alicui defectui seu fracturæ lignorum, & nõ sub uenit tempore oportuno, sequitur humiliatio tecti. i. ruina. Sic spiritualiter qui est tardus ad prouidendum, & obuiandum defectibus suis, vel aliorum inde sequitur ruina spiritualis, & in remissione manuum. i. negligẽtia operum domus, perstillat, idest in conscie tiam intrant paulatim uitia. Lucanus poeta. Tolle moras semper nocuit differre paratis, & Aug. ubi periculum vertitur vitanda est mora. 16. q. 1. Decimæ. Et regu. iu. dicit. Mora sua cuilibet est nociua, extra de reg. iu. li. 6. Et in figurã mandauit dominus in ueteri lege omnes aues corui generis, ut immundas non debere comedi, quia earum vox cracitando est quasi cras denotans tarditatem, & tales moras. s. pigritiæ & tarditatis ad bonum, non debemus nobis incorporare. i. assumere hoc autem uitium satis est generale. Vnde Seneca. Nemo quiquam habet facti in futurum enim nostra distulimus. Cauent tamen iusti ab hac pigritia vnde Origenes. Nullus piger inuenitur in domum sapientis, & loquitur de Abraham cũ recepit angelos hospitio, cucurrit enim ipsæ ad tabernaculum. Sara accelera uit fata similæ puer festinauit ad gregẽ Gen. 18. Et de beata Maria legitur quod post conceptum filii Dei, abiit in montana Iudeæ cũ festinatione scilicet ad salutãdum Elisabeth. Luc. 1. Nescit enim tarda molimina spiritu sancti gratia, ut dicit ibi glo. Sumitur tamen in scriptura frequenter pigritia pro acidia & negligẽtia seu omissione bonorum operum. Vnde prouerb. 21. Desideria scilicet terrena occidunt pigrum, noluerunt quicquam operari manus eius. Et Eccl. 22. dicitur, de sterco re boum lapidatus est piger, omnis qui tetige rit excutiet manus sua. Boues sunt prædicatores, & doctores exarantes corda hominum, vt Deo fructificent. Stercus boum sunt terrena, quæ ipsi reputant ut stercora. Vnde prædicator gentium. Omnia arbitratus sum ut stercora ut Christum lucrifaciam hoc stercore. i. affectu, & occupatione mundanorum piger tardus & negligens suæ salutis lapidatur, percutitur, & occiditur, secundum expositionẽ Grego. Et seruo, qui voluit exercere pecuniam sibi commissam dictum fuit increpatiuè. Serue male, & piger quare non dedisti pecuniã meã ad mensam. Et postea seruum inutilem mittite in tenebras exteriores. Matheꝙ. 25. & de hac tarditate intelligitur illud psal. 118. Tempus faciendi domine dissipauerunt legẽ tuã. i. propter tempus quod homines æstimant se habere ad faciendum bonum dissipant legẽ Dei facientes contra præcepta eius. Est autẽ pigritia ista seu tarditas ad bonum mala & periculosa præcipue in tribus casibus.

¶Primo in exhibendo se ad conuersionem.

¶Secundo in faciendo confessionem.

¶Tertio in prosequendo operationem.

Pigri lapidati sunt stercoribus boum.

§. 1.

¶Quantum ad primum dicitur Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, subito enim uenit ira illius, & in nouissimo disperdet te. Qui manet fixus in aliquo mortali est auersus a Deo. Vnde dominus per Hiere. 2. de peccatoribus ait. Verterunt ad me tergum, & non faciem, & Augustꝰ. diffiniens peccatum, dicit quòd est auersio ab incommutabili bono, scilicet Deo, & cõuersio ad commutabile bonum, scilicet creaturam, puta diuitias, & voluptates, honores & huiusmodi. Non enim talis respicit Deũ occulo intentionis, ut vltimum finem in conuersione sua, sed creaturam illam quam inordinatè amat. Sed quia ut dicit regula iuris. Omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, scilicet contrario modo, extra de regu. iur. Sicut ædificium fit ponendo lapidem super lapidem ligando eos calce dissoluitur autem remouendo lapidem a lapide cum amonitione calcis. Ita in proposito cum peccatum committatur per hoc q̃ uoluntas se auertit a Deo, & adhæret creaturæ ut fini, magis uolendo delectationẽ ex consecutione illius rei, quam seruare mãdatum

Pigritia est mala in cõuersione.

datum Dei, si debeat destrui peccatum, vt reconcilietur Deo, oportet quod auertatur a creatura detestando inordinatum affectum quem habuit ad eum, & oculum intentionis dirigat ad Deū super omnia diligēda, & hoc est conuerti ad Deum. Et ad istam cōuersionem non est tardandum, quia vt dicitur Gre. super Ezech. Peccatum quod per pniam non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit. Et in moralibus tractans illud Esa. & clamabāt pilosi alter ad alterum. Dicit pilosus clamat ad pilosum, quia perpetrata iniquitas perpetrandam vocat. Et dicuntur pilosi bestię habentes apparentiam humanam, & huiusmodi sunt peccata, quæ speciem boni habent, vnde & actus ratiōis, sed reuera actus bestiales sūt quia omne peccatum secundum Damas. est contra naturam. i. contra rationem naturalē. Rationē huius assignat. b. Tho. prima secūdæ. q. 4. Nam homo in repentinis casibus operatur secundum finem præstitutum, & habitū præconceptum. Sed cum peccator pręstituerit sibi aliquod creatum, vt finem ultimum, & habet habitū vitiosum, & repentina frequenter occurrant, quę non patiuntur moram diu cogitandi, ita in huiusmodi operabitur vitio sē secūdū malum finem, quem sibi pręstituit. Et propterea non potest diu peccator manere quin ad alia labatur, nec propterea excusatur quia ipse sibi est causa huiusmodi ꝓpter tarditatem conuersionis ad pœnitētiam. Et ideo bene dicitur Eccle. 5. Ne tardes conuerti, nec differas de die in diem, hoc est contra illud prouer. 3. Ne dicas amico tuo, q scilicet Christus est vade, & cras reuertere, cū statim possis dare scilicet te ad cōuersionē. Hęc ē enim vox coruina cras cras. Sed aduertendum qđ coruus egressus de archa non est reuersus ad eam amplius, sed super cadauera iuuenta requieuit. Colūba vero cuius vox est ur. i. nunc reuersa est. Sic tardans de die in diem non reuertitur ad ecclesiam merito, sed requiescit in temporalibus fœtentibus, sed boni, & simplices fideles, qui subito pœnitent si offendūt, illi reuertuntur. De tali tardatione ad conuersionem accusabat se Aug. in li. de confes. dicens. Nō erat quod rñderem tibi, scilicet Deo dicēte mihi. Surge qui dormis scilicet in peccatis, nisi verba somnolenta, & lento modo cras cras sine modo, sine paululum. Sed illud modo non habebat modum, & illud paululū ibat in longum. Hæc ille. Periculosa est illa procrastinatio non solum ex eo quod dicit Ouidius. Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Sed quia vt dicitur in dicta auctoritate, subito enim veniet tibi ira illius scilicet mortis. Nullus enim securus est de die crastina, vel scit si subitanea morte decedet. Et secundum malum statum illius sic iudicabitur a Deo, & cōdemnabitur, & sic eis cōgruet illud. Esa. 28. Erit eis verbum domini manda remanda scilicet aliquam commoditatem, expecta re expecta scilicet me ad pœnitentiam. Modicum ibi & modicum ibi, vt vadant & cadant retrorsum. Non enim videt qui cadit retrorsum quo cadit & letaliter cadit, sicut Heli ex tali casu mortuus. Vnde dicit Eccle. 29. repromissio nequissima multos perdidit. Repromissio scilicet cogitatio, qua peccator plures promittit sibi longam vitam, tanquam esset de ea certus, & ex qua disponit multa facere in mundo, & propter mundum, & inter cætera etiam pœnitere. Ista est nequam nequior, & nequissima. Nequam siquidem est ista repromissio, quia sibi usurpat peccator i hoc quod est ꝓprium Dei, scilicet de futuro disponere. Nam dicit Christus Actu. i. Non est vestrum nosse tempora, vel momēta, quæ pater posuit in sua prāte. Ber. contra talem de futuro præsumentem ait. Quid de futuro miser tam temerariæ præsumis tanquam pater tēpora, & momenta in tua, non in sua posuerit prāte. Nequior est ista repromissio, quia cum tempus infiniti ualoris vt sibi a Deo datum, fatue expēdit, & cū hoc præsumit, quod adhuc plus sit ei daturus. Vnde filius posset sperare, qđ pater suus sapiens dabit sibi adhuc magnum thesaurum cum illum, quem dedit scit male consumpsisse, & aptū ad idē. Meminisse debet. quia cum dominus promisisset tēpore Noe spacium centum viginti annorum ad cōuertendū se ad pœnitentiā, quia non cōuertebatur, sed centum annis male vsus esset genus humanum, abstulit, & viginti annos de promissis Gen. 6. c. Ita dicit Hiero. de pœ. di. j. Predixerat. Nequissima est, quia non solum tempus datum perdidit sed in contumeliam creatoris conuertit, & vti disponit. Seruandū est igitur quod dicitur Eccle. 21. Fili peccasti ne adiicias iterum, & de pristinis deprecare, ut dimittātur tibi. Sed tempus faciendi domine dissipauerunt legem tuam, quā scilicet mandas hominibus, ne tardent conuersionē. Nō debet ergo qs eē piger, & tardus ad cōuersionē, ex eo pręcipue qa cōuersio dilata difficilior est, accelerata facilior. Vnde Beda dicit ꝙ diabolus quāto diutiꝰ possedet, tāto difficilius dimittit. Ex pluribus aūt rōnibus, & modis ostendit, ꝙ difficilior sit cōuersio dilata. ¶ Primo quidē ex obduratiōe, sicut enim pue

De tarda & pigra conuersiōe.

Adde ꝙ alibi dicit Ouid. tempore labuntur more fluentis aquę Tē pora pcipiti labuntur inania gressu.

Conuersio dilata est difficilis.

rilis ætas est tenera, & susceptibilis impressionis sicut cera mollis cuiuslibet sigilli, & virgula dū tenera est sic curua est de facili ad rectitudinē duci pōt. Senilis vero ætas duriciam habet, & difficulter recipit impressionem, sicut neclapis flecti potest a moribus suis, sic nec truncus arboris fortitudine sua. Vnde dicitur prouer. 22. Adolescens iuxta uiam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Quanto ergo quis magis tardat conuersionem, tanto magis induratur. Iuxta illud. Indurauerunt ceruices suas, & noluerunt conuerti. ¶ Secūdo ostenditur maior difficultas ex contrarii habituatione, sicut enim materia quæ habet aquam difficilius suscipit ignem, u. patet in lignis aquosis, quia ignis inuenit ibi, quod repugnat sibi scilicet aquā. Et castrum quod habet repugnantiam difficilius capitur, quam illud, quod non habet & facilius vestis formam suscipit rectam, quę adhuc nullam recipit, quam quæ malam, & tortā. Ita mēs quę habet habitum viciorum, quę sunt contraria gratiæ difficilius conuertitur, quam illa, quæ peccatum nō habet. Vel si habet recentia habet ut dispositiones, quę de facili tolluntur, & non ex diuturnitate radicata ut habitus, qui difficilius remouentur ps. 136. Beatus qui tenebit; ideſt vltra nō progredieē, & allidet paruulos suos ad petrā ideſt principia peccatorum ad petram pœnitentiæ occidendo. ¶ Tertio ostenditur ex naturę dissipatione. Peccator siquidem dissipat bona naturæ ideſt virtutes naturales secundum, quod dicitur signate Lu. 15. de prodigo, qui dissipauit substātiam suam ideſt inclinationes naturales quę sunt in nobis tanquam semina quædam, & principia virtutum. Sed peccator tales inclinationes quasi nihilat, & tanto magis quantomagis moratur in peccato, un de difficilius cōuertitur. Vnde & in resuscitatione Lazari quatriduani quę designat conuersionē peccatoris inueterati in malis. Christus ostendit satis laborare. Nam in fremuit spiritu, & fleuit, accessit ad monumentum, fecit lapidem tollit, clamauit, & prius gratias egit. Ioan. 11. Ad figurandum quod multum oportet laborare peccatorem, qui per mansit in peccatis, & flendo, & lapidem tollendo male assuefactionis, & clamando affectu, & orationes procurādo sanctorum, ut conuertatur ad pœnitentiam. ¶ Quarto ostenditur ex peccati aggrauatione. Peccatum enim est quod dam pondus aggrauans animam, ut ad Deū non possit surgere vel respicere, psal. 37. Sicut onus grauę grauatæ sunt sup me scilicet iniquitates. Adeo graue est peccatum ut cœlum & terræ superficies non ualeat sustinere peccatorem, ut patet in lucifero, qui existens in cœlo empirreo, ita grauatus est per superbiam, quod de cęlo lapsus in centrum terræ ruit. Vnde figuratur peccaror per illam mulierem, quæ a diabolo fuerat incuruatur adeo ut non posset sursum respicere per multum tēporis. Lu. 13 Et quanto quis plus peccat tanto magis aggrauatur, quia quodlibet peccatū habet suum grauamen quasi infinitum culpę & pœnæ. Manifestum est autem, quia quanto magis habet grauamen super se, tantomagis est sibi difficile surgere. ¶ Vnde & in vitis patrum legitur, quod semel bea. Arsenio in heremo dictum fuit. Egredere, & ostēdā tibi opera hominum, & vidit egressus primo ethiopē cedentem ligna, & facientem sarcinam, quam leuare non poterat præ magnitudine, qui plura cedebat adiungens sarcinæ factę & tēptabat leuare, & multominus poterat, vidit exinde alium, qui in foueam factum q̄ fundum non habebat mittebat aquam, quam de fluuio hauriebat, & implēre non poterat, sed quanto plus mittebat tanto plus exibat. Exinde uidit duos portantes quoddam lignū per transuersum unus ex unocapite, & alter ex altero quærentes in templum quoddam introducere, & non poterat, quia longius erat latitudine portæ templi, nec volebat unus post alium ire, sed de pari incedere, unde non poterant. Expositā est autem sibi visio videlicet quia primus significat eos, qui cum habeant sarcinam peccatorum congregatam non attendunt ad diminuendum per pœnitentiam, sed adaugent differentes conuersionem, quasi in futurum, leuius possint portare sarcinam maiorem, & facere pœnitentiam, q̄ est falsum. Alius designat eos, qui & si opera faciunt de genere bonorum, tamen egrediūtur de anima, quo ad meritum, quia faciunt cum hoc multa mala, vel manent in peccatis vnde meritum perdunt. Tertius significat superbos qui nolunt sibi inuicem cedere & concordare in bonis, sed contrariantur, & isti templū Dei ingredi non possunt, nec conuertim propter grauamē superbiæ. ¶ Quinto ex elōgatione quanto enim quis magis peccat, uel diutius moratur in peccato, tanto magis elōgatur. psalmus 110. Longe a peccatoribus salus. Sed non est verisimile, quod ille qui elongauit se a Deo per quadraginta annos, de facile redire possit & conuerti ad Deum in septem diebus, uel quindecim, quibus durat infirmitas hominis, & hoc quo ad illos, qui

Resuscitatio Lazari quatriduani quid signat.

Tardantes conuerti augēt peccatum.

los qui differunt conuerti vſque ad grauem infirmitatẽ mortis, licèt poſſit hoc accedere, & aliquando eueniat, ut patet in latrone crucifixo cũ Chriſto & in illo Nicolao antiquato in malis ſexagenario, qui accedebat ad ꝓſtibulũ victus a carne ex diutina conſuetudine. qui præcibus beati Andreæ apoſtoli fuit liberatus a uitio, & ſaluus. Vnde Leo papa, Miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas moras patitur venire conuerſio, de pœ. di. 1. multiplex. Sed iſtud raro contingit, & ideò bene ait Eſa. 55. Quærite dominum dum inueniri pôt inuocare eum dum propè eſt. Derelinquat impius viã ſuã &c. Multos. n. inquit Au. ſolet decipere ſerotina pœnitentia. ¶Sexto ex triſtitiæ affectione. Quilibet. n. naturaliter fugit triſtitiam, & quod pôt eum contriſtari, ſed ille qui diu permanſit in malo, tota delectatio, & gaudiũ eius eſt in malo, ſm illud prouer. 2. Lætantur cũ malè fecerint & exultant in rebus peſſimis. Vñ cum cogitat peccator, ꝙ debeat dimittere omnia illa mala, in quibus delectatus fuit, multum contriſtatur ſm ſenſualitatẽ ſaltem. Et frequenter accidit ei, ſicut ſimiæ auidę dulcedinis nuclei nucis, quæ accedit ad arborem, & eum mordendo ſentit amaritudinẽ corticis, totum talẽ arbitrans non peruenit ad dulcedinem cupitam medullæ. Sic peccator cum cupiat dulcedinem veniæ propter quod incipit velle pę nitere, cũ percipit, ꝙ oportet eum uitia dimittere, & odia, & laſciuias, ſumere confuſionem confeſſionis, euacuare burſam pro reſtitutione, petere veniam læſis, qui nunq̃ ſe humiliauit, vt ſibi nimis amarum, vñ dimittit facere, vel malefacit. Vñ & iuuenis qui petiit a Chriſto, quid faciendo vitam æternam haberet? Rndit demum, ſi vellet eſſe perfectus, daret omnia pauperibus. Quo audito abiit triſtis. Matthę. 19. & nihil fecit: quia habebat multas poſſeſſiones, & nimis ſibi durum videbatur illas dimittere. ¶Septimo ex diaboli impugnatione. Cum quis moratur in peccato diabolus nõ multum impugnat, quia ſuus eſt. Sed cum perpendit, ꝙ velit recedere ab eo per pęnitentiam multum impugnat tanto plus, quãto diutius poſſedit, & permaximè in articulo mortis, quia ſcit ſe amplius temporis non habere ad temptandum & magis infeſtat. Venenum dicitur ſerpens habere in cauda. Vnde & dominus dixit ſerpenti antiquo Ge. 3. Tu inſidiaberis calcaneo eius, ſcilicet mulieris. i. extremo vitæ magis impugnans, quam alio tempore. Si enim diabolus accedit ad ſanctiſſimos viros in fine ad temptandum, ſi forte poſſet eos decipere. Nam acceſſit ad Chriſtũ in paſſione (propter ꝙ ait Chriſtus Io. 14.) venit. i. veniet princeps mundi & in me non habet quicquam, multo magis accedit ad eos qui male vixerunt, & diſtulerunt conuerſionem in finem. Sed ſicut ſancti in vita, & ſanctitate conuerſi ſunt ad Deum, ita & Deus tẽpore neceſſitatis conuertitur ad eos iuuandũ contra pugnas diaboli, & ſicut peccatores in ſanitate non ſunt dñi recordati, nec ad Deũ conuerſi, ita valde timendum eſt ne in morte Deus obliuiſcatur eorũ. Chryſo. Hac animad uerſione percutitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei. Sed & ſi conuertatur verè ad pœnitentiã tunc extarditate ſuæ conuerſionis non reportabit commodum: ſed detrimentum multum, ſcilicet pœnarum ſaltem purgatorii ſecundum illud quod ait Augu. Prius eſt purgandus igne purgationis, qui in aliud ſęculum diſtulit fructum conuerſionis, de pœni. diſtin. 7. nullus. Ex his omnibus apparet, quòd non eſt differenda conuerſio. Sed tempus faciendi domine diſſi. le. tu. qua admones, ut quamcitius reuertantur ad te, ne indurentur, & difficilior ſit eis conuerſio.

¶De dilatione confeſſionis non fienda, dicit §. 2.
pſal. 94. Præoccupemus faciem domini in cõfeſſionem. i. antequam accedamus ante faciẽ dñi, ſeu conſpectum eius faciamus prius confeſſionem. Vadit ante faciem domini, qui accidit ad adorandũ; quia tunc cum ipſo loqui ſecundum Iſid. & multomagis cũ miſſæ aſtamus, ubi realiter in ſacramento eſt dominus, vel cum eccleſiam viſitamus, vbi omni tempore debet eſſe in tabernaculo corpus domini, ſed ire ad adorandum, vel audire miſſam, vel ad eccleſiam debet quotidie fieri. Et ſic ẽt confeſſio fienda eſſet ab illo, quem conſcientia grauat de mortali. Nam cum quæritur vtrum confeſſio de mortalibus ſit de neceſſitate fienda ſtatim habita oportunitate, quamuis aliqui dicant quòd ſtatim fieri oportet, tamen communior opinio Thomę. Pe. Rychar. & aliorum eſt, quod non teneatur de neceſſitate niſi in quibuſdam caſibus de quibus infra dicetur, tamen ſecundum omnes periculoſum eſt differre eam. Sed ſciendum quòd tripliciter poteſt differri.

¶Differtur aliquando damniferè.

¶Differtur aliquando peſtiferè.

¶Differtur aliquando ſalutiferè.

¶Quantum ad primum quando quis habet §. 3.
copiam confeſſoris & idonei differre confeſ-

fionem nullam vtilitatē affert, ſed multiplex damnum. Non eſt autem ſapientis viri facere illud, vnde ei non poteſt ſequi vtilitas, ſed multum damnum. Propterea infirmus uel qui habet curam eius, cito contracta infirmitate mittit pro medico & eam patefacit: quia ex mora videt ſibi periculum immittere. Ita infirmus in anima cognoſcēs ſe infirmatum medicum ſalutis quam citius quærere debet ſ. ſacerdotem & cōfiteri. Nam ſacra ſunt quæ dam medicinæ animæ: Et alii quidem differunt ex negligentia confeſſionem vſque ad quadrageſimam ſequentem, alii negligentiores vſq; ad finem quadrageſimæ, alii negligentiſſimi vſque ad infirmitatem grauem. Et illi qui differunt vſque ad quadrageſimā, ex hoc incurrunt periculum & damnum. Periculum quidem, quia poſſunt mori morte ſubitanea, interea habentes mortalia, vel loquellā amittere, & ſic priuarentur confeſſione, ex qua ali quādo ex attrito fit contritus, & ſic ſaluatur, qui alias non ſalueretur. Damnum incurrūt, quia multorum ex tanta dilatione obliuiſcuntur peccatorum, quæ non ita quo ad pœnam remittuntur per generalem confeſſionem ob litorum, ſicut ſi particulariter confiteretur, quod melius facere poſſet & plenius ſi non tā tum differret. Damnum etiam incurrit, & priuationem illorum bonorum, quæ conſequeretur pluries in anno confitendo, vt ſuffragii orationum confeſſoris, ammonitionum per confeſſorē: augmentationis gratiæ remiſſionis pœnæ. Sed & magna fatuitas oſtenditur non facere diligentiam pro anima, quam qs facit pro caliga. Vnde Ber. O nimia inſania hominum, pudet ſordes abſtergere. ſ. per confeſſionem, & non pudet contrahere. Abſtergitur caliga ſcilicet a luto, & contemnitur anima & manifeſtum eſt quòd non in capite anni abſtergatur caliga a luto, ſed quaſi quotidie, ne corrodatur a luto. Illi etiam qui differunt vſque in finem quadrageſimæ magnam vtique negligentiam committunt. Nam cum in finem omnes differant, & non poſſit audiri vnuſquiſque niſi per ſe ſeparatim, multique habeant confiteri, & confeſſores pauci reſpectiuè, & officiare habeant eccleſias, & prolixis officiis, oportet quòd multi remaneant incofeſſi, & multi alii propter feſtinantiam ſint malè confeſſi. Et quodlibet diſturbium etiam minimum diabolo operante facit eos dimittere confeſſionem, quaſi putantes ſe excuſatos, ex quo non poſſunt ſacerdotem habere paratum ad eorum voluntatem. Tales etiam bona multa quę faciunt in quadrageſima, ut ieiunia, eleæmoſynas, & orationes faciunt ea infructuoſa, quia frequenter ante cō feſſionem nec contritionem habent, parum etiam pœnitentiæ faciunt in gratia, quia ſubito tranſacto paſchate reuertuntur quam citius ad vomitum. Vnde dicitur in principio. 40. Faciem tuam lava, ſcilicet in confeſſione Exēplū. Matthæ. 5. Legitur in vitas patrum de quodā religioſo, qui erat bonus & uirgo: ſed tardus ad confeſſionem ſecundum morem ſuę religionis, propter quòd ſemel in infirmitate cōſtitutus in viſione conſpexit Chriſtum venire ad iudicandum mundum. Et ſinguli ante tribunal Chriſti ducerentur ad reddendum rationem de operibus ſuis & ſecundum ea iudicarentur ad pœnam vel præmium. Cū ventum eſt ad ipſum religioſum accuſatus eſt coram iudice de tarditate confeſſionis, propter quod uitium ſentētia data eſt a iudice quòd traheretur ad pœnam: ſed virgine gloriоſa cuius erat deuotus pro eo filium deprecante, tū quia iuuenis & delicatus, tum quia ſibi deuotè virginitatem ſeruauerat, fuit mutata ſentētia & decretum, quòd ſibi pro illa vice parceretur, ita tamen quòd de tali pigritia & tarditate confeſſionis ſe emendaret.

Differre cōfeſſionē eſt dānoſum.

De negligētia in cōfeſſione, & q̄ mala talis incurrat.

¶ Quantum ad ſecundum differtur cōfeſſio §. 4. Caſus ī quib. qs non pōt differre cōfeſſionem. peſtiferè, ſeu mortiferè, & ſecundum. Pe. de Tharan. in 4. in quatuor caſibus non pōt quis differre confeſſionē de mortalibus vſq: in finem anni aliàs peccaret mortaliter. ¶ Primus eſt rōne ſacramenti, q̄n. ſ. quis vult cōicare, vel celebrare perpetrato aliquo mortali poſt vltimā confeſſionē. Non. n. ſufficit tunc contritio: ſed requiritur de neceſſitate confeſſio ante cōionem vel celebrationem niſi cū immineret neceſſitas celebrandi, aliàs ſequeretur magnū ſcandalū populi, nec tunc poſſet habere copiā confeſſoris Tho. & Ioh. Neapol. dicunt. Idē eſſet ſi haberet ſuſcipere ordinis ſacrm Pe. aūt de Pal. extendit ſe ad oē ſacrm ſuſcipiendū, niſi baptiſmū, ut ſit neceſſaria prius cōfeſſio de mortali nondū cōfeſſo. Hæc in 4. Secundo rōne ſcrupuli, cum. ſ. quis formatſi bi cōſcientiā q̄ teneatur ad ſtatim cōfitendū habita oportunitate aliàs peccet mortaliter ſi talis non deponit hmōi conſcientiā quod facere debet ad conſiliū boni uiri utique peccat mortaliter, quia contra conſcientiā facit. Nā oē quod fit cōtra cōſcientia ædificat ad gehennā. 28. q. 1. §. ex his. ¶ Tertio ratione periculi, q̄n. ſ. quis poſt mortale perpetratum intraturus eſt bellum etiam iuſtum, vel per loca periculoſa tranſiturus, vbi imminet periculum mortis, vel infirmitatem grauem incurrit

nam

nam tunc nō licet differre absq; mortali, qa qui amat periculum incedet in illud, ut dicit Ecclesiastici. 3. Sed & medici habent in præce

Medici debent priuscurrare de salute aīæ quā corporis

pto, q cum vocantur ad infirmos, primo debent eos inducere vt mittant pro medicis animarum. i. confessoribus vt faciant cōfessionē, vt extra de pæ. & re. cum infirmitas. Et cōsanguinei ēt debent eos inducere ad hoc faciēdū. ¶ Quarto ratione dubii. s. qñ dubitaret data opportunitate se amplius per illum annū nō posse habere copiam confessoris, cum tamen habeat de necessitate confitendi vt mortalia, vel quia habet morari clausus in castro, seu cassero, vel in carcere, vel quia habet ire ad remotas partes, & licentiam non habet, vel habere copiam non potest aliis confiteri, & huiusmodi. In his ergo casibus est necessariū nō differre confessionem ad caput anni, alias nō excusaretur a mortali.

§. 5. ¶ Quantum ad tertium differri pōt confessio salutifere, cum videlicet tempore fiendæ con

Aliquo casu licitè quis differt cōfessionem.

fessionis, ut in 40. quis est arduis implicatus q̄ dimittere nō valet, vel mēte passionatus ex quo non uidet se tunc dispositum ad faciēdū diligenter confessionem, sed cum licētia proprii sacerdotis, perit dilationē p aliquot dies, vt quietius faciat, vel ēt cum sit ligatus sentētia excōicationis, vel in aliquo peccato ex reseruatis expectat absolutionē ab huiusmodi, non piger ad hoc procurādū. Nō est ergo differenda confessio nisi cā rationabilis urgeat. Vnde & Christus decem leprosis sibi occurrētibus petentibus misericordiam. s. mundatio nis dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Luc. 17. Non dixit expectate utiq; ad mensem vel diem, sed subito. Ite nunc, & eundo mundati

Exēplū.

sunt. ¶ Legitur de quodā iuuene nobili & diuite fm mundum, q cum esset uanitatibus, & lasciuiis deditus, tñ in mane sui gēs a dormitione faciebat semper istā orationē, ut Deus non permitteret eum mori sine auisamento. i. quin sibi prius manifestaretur finis suus. Semel cum hanc faceret orationem apparuit angelus dicens eum exauditum, quia non moreretur sine auisamento, siue sine prēnunciatione. Ex quo istæ assecuratus magis se voluptatib. omnibus immergebat. Inde ad modicum tempus quadam die surgens de lecto sensit dolorem capitis, propter quod domum non egreditur, socii uenīūt ad eū vt cum ipsis iret ad solacia, sed minime acquiescit, supuenit, febris, & in lectum sternit se, consanguinei admonent ut confiteatur sicut debent facere. Respondit ille, q non est infirmitas illa ad mortem ut oporteat cōfiteri, sed subito liberabit febris incrementa suscipit, admonetur iterū ab amicis de confessione, Respōdit quod omnino vult eā facere, sed ut melius possit perficere vult expectare alleuiationem febris, augetur infirmitas, & cum importune a suis de confessione rogaretur. Respondit se ita grauatum, quod nesciret quid diceret, sed diminuta, uel alleuiata infirmitate omnino faciet. Demum appropinquante morte angelus apparuit ei dicēs. Tempus est ut egrediatur anima tua de corpore, finis tuus uenit. Conquæritur istæ dicens, dñs decepit me, quia promisit mihi quòd non morerer sine auisamēto, ecce de hoc nō fui auisatus. Cui angelus. Immo multoties fuisti auisatus, nā cum superuenit infirmitas, illud fuit auisamentum unum mortis. Cum tibi a consanguineis dicebatur, illud fuit aliud, cum tibi a sacerdote dictū fuit illud aliud, noluisti audire, nō datur tibi amplius tempus, oportet quod moriaris, & sic fine confessione moriēs ad infernum deductus est a dæmoniis, sed tempus faciendi domine dissipauerunt legem tuam.

§. 6.

Pigritia benè operandi.

¶ Tertia pigritia seu tarditas est in prosequēdo bonam operationem incheatam. Sed ad hanc remouendam faciunt consideratio breuitatis tēporis præsentis. Eccle. 10 Noli cunctari in tempore angustię. Consideratio enim qualitatis ipsarum rerū quæ velociter, & cursim transeunt. Sap. 5. Transierunt omnia illa tanquam vmbra. Consideratio etiam velocitatis & strenuitatis, quam habent mali in his quæ sunt inutilia, vel noxia eis, ut i factis mūdi ps. 13. Veloces pedes eorum ad effundēdū sanguinem. Prouer. 1. Pedes eorū ad malū currunt, & festinant ad effundendum sanguinē. Poeta. Impiger extremos currit mercator ad Indos. Per mare pauperiem fugiens, per saxa per ignes. Ber. Magna confusio ardentius desiderant sæculares uitiosa q̄ nos utilia. Cū quāta sollicitudine & festinantia seruiunt serui, & familiares dominis suis. Concupiuit semel Dauid aquam de cisterna Bethleem, quā tunc occupabant. Philistei inimici Israel, & dixit. O si quis mihi daret aquam de cisterna illa. Immediatè absque alio mandato, tres ex capitaneis suis moti, sunt & transeūtes per medium castrorum Philistinorum hauserunt aquam de illa cisterna, & sibi obtulerunt. Non procedit tanta tarditas in prosecutione bonorum operum, nisi ex magna tepiditate mentis & defectu amoris diuini. Sed ut dicitur prouerb. 10. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis. s. molesta sunt, ita piger his qui miserunt illum. Et ex hoc sequuntur aliquando

multa mala ¶Exemplum de Leuita qui fuit in Bethleem ad reducendum uxorem ſuam, quæ receſſerat ex indignatione ab eo, & cum ſibi reconciliata ad reuerſionem ſperaret, ſocer ſuus perſuaſit ut nō ita cito iter ſumeret. Et quia ſic differendo quod ſuaſus tardauit nimis iter ſumere nō potuit applicare domū ſuam illa die, ſed in Gabaa hoſpitatus maximam iniuram ibi paſſus eſt eius uxore libidine incolarū occiſa, &c. vt habes Iudi. 19. ¶Et præcipue ſolent homines eſſet tardi in executione uotorum quæ faciunt, & in adimpletione pœnitentiarum iniunctarum in confeſſione, quod eſt multum nociuum, quia aliquādo propter hoc obliuiſcūtur, & ſic oportet iterum de nouo facere confeſſionem, vel faciūt eas inuoluti in mortalibus, & non ualent eis ille ſatisfactiones ad ſoluendum de debito pœnæ temporalis ſecundum doctores. Thom. & alios. Sed permaxime ſunt homines tardi ad reſtitutiones faciendas, & ad implenda legata ad pias cauſas facta a teſtatoribus, qui debent excommunicari ut necatores animarum, ut dicitur 13. q. 2. c. qui obligationes. Indeq; animę defunctorum non percipiunt illud ſuffragium quod eſt ad graue peccatum talium retardantium ſiue hęredum ſiue executorum. Vnde & aliquando apparuerunt ipſi animę defunctorum uiuis conquęrentes de fali dilatione, vel defraudatione. Et ſic tempus facien di domine diſſipauerunt legem tuam, quam mandas talia q̄ citius fieri. Omni anno dicūt ſe uelle talia facere, & tamen ſemper expectāt alium futurum & nunquam faciunt. Econtra dicitur. Eſa. 40. Qui ſperant in domino mutabunt fortitudinem, quia ubi prius erant fortes, & veloces pro factis mundi erunt poſtea pro ſpiritualibus. ſ. fortes. Aſſument pennas ut aquilę. ſ. ad velociter bene operandum uolabunt & non deficient.

Tarditas uotorum.

borauit ſuſtinēs (ait ipſę per. Eſa. 1.) Diſcurrebat enim per ciuitates & caſtella prędicans, & curans infirmos, & fatigatus ſemel ex itinere ſedebat ſuper fontem. Ioan. 4. Et ne in illa refocillatione eſſet otioſus mulierem Samaritanam inſtruxit, & illuminauit. Sumus etiam facti ſerui empticii. Empti enim eſtis pretio magno, ſcilicet ſāguine Chriſti effuſo in cruce (ait Apoſtolus. 1. ad Corin. 6.) Et ideo glorificate & portate Deum in corpore veſtro, ſcilicet laborando pro ipſo domino non otio torpendo. Merces inſuper nobis in nouo teſtamento laborātibus citius ſoluitur. Matth. 20. redde illis mercedem laborantibus. ſ. a nouiſſimis. 1. a ſanctis noui teſtamenti. Nam patribus veteris teſtamenti, quantuncunq; perfectē laborantibus, nō dabatur eis merces morientibus, ſed ad limbum deſcendebant expectantes per centenaria annorum præmium. Nobis autē tempore gratię aperta ianua paſſione Chriſti ſubito datur merces regni cœlorum, dummodo non ſimus otioſi, ſed ſolliciti operatores. Beda. Regnum cælorum non otioſis, & negligentibus, ſed petentibus per orationem, quærentibus per lectionem, & ſacrorum eloquiorum auditionem, pulſantibus per uirtuoſorum operum implectionem datur. Econtra de otioſis dicitur in pſal. 72. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate. Otioſi non ſunt in labore hominum, quia nolunt laborare, ſed quieſcere. In quibus uerbis prophetæ poſſunt tria nota ri quæ pertinent ad iſtud uitium quod multum abundat.

¶Primo otii vitium inſinuatu, ibi. in labore hominum non ſunt.

¶Secundo inferni ſuplitium ei reſeruatum ibi, cum hominibus non flagellabuntur.

Tertio mali plurimum inde generatum, ibi. ideo renuit eos ſuperbia.

¶De *ocioſitate*. Cap. 14.

Repræhendit otioſitas temporegratiæ.

Ocioſitas etiam filia eſt acidiæ, & valde repræhenſibilis præcipue tempore gratiæ. Vnde & ſpecialiter fuit dictum his, qui ad undecimam horam uocati ſunt ad colendam uineam deſignantes eos qui pertinēt ad nouum teſtamentum, quid hic ſtatis tota die ocioſi? Matth. 20. Exempla enim habemus in nouo teſtamento, & rationem vrgentem nos ad laborem. Nec enim decet ſeruum aut diſcipulum otiari domino & magiſtro ſuo laborante vſque ad mortem. Chriſtus enim Dei filius dominus & magiſter laborauit pro nobis. La-

¶Quantum ad primum dicitur Iob. 5. Hō naſcitur ad laborem & auis ad uolatum, quaſi diceret, ſicut aui naturale eſt uolare, ita hominibus laborare. Vnde de ſācta eccleſia ſeu qualibet uirtuoſa anima dicitur, prouer. ult. Panem otioſa non comedit, ſed operata eſt conſilio manuum ſuarum, & ipſę. Salomon prouerb. 12. ait. Qui operatur terram, ideſt exercet corpus ſuū, uel terram cordis ſui ſaturabit panibus, ideſt refectionibus ſpiritualibus, & ēt corporalibus, qui ſequitur otium ſtultus eſt. Et non unam tantum, ſed multiplicem ſtultitiam habet in otioſus, & exercet. ¶Et prima quidem, quia ipſa facit locum diabo-

§. 1.

Otioſus hēt multiplicem ſtultitiā in ſe.

diabolo, contra illud quod ait Apoſtolus. Nolite locum dare diabolo. Maxima ſtultitia eſt locum dare vel vires inimico ſuo mortali, qđ fit per otium. Dicitur enim extra de ui. & honeſti. in decretis. Otioſitas & voluptas ſunt arma hoſtis antiqui ad miſeras animas capti uãdas. Et ideo bene dicit Hiero. Semper aliqd boni facito vt diabolus inueniat te occupatũ de cõſecr. di. 5. Nunquam. Neq; qs faci le capitur a temptatorẽ, qui alicui bono vacat exercitio. Regula fuit ſanctorum patrum, vt habetur in colla. Ioã. Caſſi. quod otioſus a pluribus in feſtatur dæmonijs, ſed bñ operãs ſolum ab vno quinimmo & ille etiam de facili non infeſtat. ¶ Vnde ibi narratur, quod cum quidam ſanctus pater tranſiret ante cellam cuiuſdam hæremitæ incipientis ſeruire Deo, vidit diabolum manentem ante oſtium cellę ſuæ & cum aliquandiu moratus fuiſſet poſtea introiuit, & firmauit ſe ille ſanctus pater ad videndum finem rei. Inde ergo ad modicũ diabolus exiuit cellã iterum expectãs ad oſtium, & Paulo poſt iterum ingreſſus eſt cellam, & poſtea exiuit, ſicque alternatim plures fecit. Demum pater ſanctus ingreſſus uiſi tauit iuuenem, & perquirẽs diligẽter de operibus eius inuenit quod cũ ille aliquid boni operabatur diabolus tunc exibat quaſi nõ ualens temptare eum cum otio vacabat tũc diabolus intrabat, & diuerſimodè temptabat eũ vnde admonuit eum, vt ſibi caueret ſemper ab otio narrans, quod viderat Dauid ſanctiſſimus dum fuit in exercitio perſecutionis. Saulis, immunis fuit ab illis magnis peccatis, in quibus poſtea incidit cũ fuit in quiete Hieroſolimis ſcilicet adulteriũ, proditionem & homicidium. Adulterium perpetrauit ſurgens a dormitione otio vocans. 2. Reg. 11. Et ſi non valet, quis ſemper vacare orationi & lectioni & ſpeculationi, non tamẽ debet ſe otio tradere, aut quid vanum facere. Nam (vt dicit Bernardus) propter otium otioſa ſectari rediculũ eſt, ſed aliquid honeſtę recreationis aſſumere in locutione, vel corporali exercitio. Corporalis enim excercitatio ad modicum utilis eſt ait Apoſtolus. 1. Thimo. 4. & tamẽ utilis eſt. ¶ Secunda ſtultitia, quia ponit ſe in tali ſtatu quod inferior brutis animalibus inuenitur. Nam brutis animalibus licitum eſt comedere etiam non laborantibus, ſed otioſo prohibet Apoſtolus manducare. 2. Theſſa. 3. dicẽs. Si quis non uult operari, non manducet. Et meritò, quia dictum fuit primo parenti in pſona omnium. In ſudore vultus tui ueſceris pane tuo Gene. 3. quaſi di. Si uolueris, comedere oportet laborare. Et non ſolum inferior inuenitur otioſus animalibus brutis, ſed etiam cunctis creaturis a cunctis diſcordans. Nam omnis creatura aliquo modo operatur ſecundum modum ſuum nulla eſt otioſa. Vnde & commentator operationes a reb. aufert. dicit qđ q aufert eſſentias rerum. Sed otioſus ita eſt miſer, qꝫ nil boni operis facit, qđ ſibi cõuenit. Conuenit. n. homini operari ſecundum rationem inquantum eſt homo. Et propterea cõgrue dicit Seneca. Otium ſine litteris mors eſt & viui hominis ſepultura. Ideo autem dicit, otium ſine literis mors eſt, quia cum litteris eſt vita, & valde laudabile. De quo Auguſ. dicit. Otium ſanctum quærit gratia ueritatis. 8. quæſtione prima, ca. qui epiſcopatum. Et appellat otium ceſſationem ab operibus exterioribus, ut vacetur Deo. Vnde Bernar. Vacare Deo non eſt otium ſcilicet malum, ſed negocium negociorum. Dicit Iudas epiſtola ſua de talibus otioſis, quod ſunt arbores autumnales infructuoſæ bis mortuæ. Arbor in autumno plantata ſi purum fructum facit, tardè facit, ſic otioſi aliquid boni faciunt, & illud uolunt facere in fine quando parum, vel nihil faciunt, & ſic ſunt bis mortui, quia hic morte peccati, & poſtea morte inferni. Tertia ſtultitia otioſi eſt quia tempus amittit, ad q conſeruandum admonet ſcriptura dicens. Fili conſerua tempus, & declina a malo Eccleſi. 4. Et merito debet diligenter conſeruari non perdi, vt otioſi faciunt. Nam eſt præcioſiſſimum, eſt & breuiſſimum, eſt eius vſus examen, faciendum ſubtiliſſimum. ¶ Quantum ad præcioſitatem dicit Bernar. Nihil præcioſius tempore, ſed nil hodie uilius reputatur. Idem. Non paruum ęſtimes tempus, quod & in factis, & in dictis expenditur otioſis. Volat enim verbum irreuocabile, nec aduertit inſipiens quod amittit. Adeo præcioſum eſt tẽpus, quod modico ſpacio eius poteſt homo conſequi veniam, & uitam æternam promereri, ſicut latro cum Chriſto crucifixus in modico tempore paradiſum promeruit. Tam pręcioſum eſt tempus, qđ dãnati darent oẽs theſauros mundi ſi haberẽt in poteſtate ſua, pro habendo momento temporis, quo poſſent pœnitere & euadere tantas pœnas. Nihil ita proprium poſſidemus ſicut tempus. Vnde Senca. Reliqua nobis aliena ſunt tempus tantum noſtrum eſt. Et ideo benè, dicit Apoſtolus ad Gal. ſexto. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes quaſi dicat, nullus ſit otioſus. ¶ Quantum ad ſecundum clarum eſt quod tempus eſt quid breuiſ-

Tps eſt pręcioſum.

Tps est breuissimum.

breuissimum. 1. ad Corinth 7. Tempus breue est in se, qa nihil habemus de præterito, nec de futuro, nec de præsenti nisi instans. 2. Corinth. 6. Ecce nunc tempus acceptabile. Non enim de eo habemus nisi nunc, in quo possumus accepti esse Deo scilicet bene operando. Et cum multa alia recuperari possint, vt diuitię amissę, sanitas perdita aliquando etiam uita, ut in resuscitatis, sed tēpus amissum nūquam recuperat otiosus Iob. 9. Dies mei velociores fuerunt cursore. Sene infinita est velocitas temporis, punctum est quo viuimus, & puncto minus. Est enim breuissimum respectu futuri status, q succedit qui est perpetuus &nūq deficit ps. 89. Mille ānī ante oculos tuos tanquam dies hesterna quę præteriit. Breuius adhuc restat tempus si demetur de eo tempus quo dormimus & alias necessitates sumimus, quod est quasi perditū, & ideo Apostolus ait ad Ephe. 5. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. i. diligenter & vtiliter expendentes ipsum non otiosè. ¶ Quantum ad tertium subtile examen fiet de nobis circa tēporis usum Bernar. Omne tempus tibi impēsum a te exigetur, qualiter fuerit expensum, & sicut capillus a capite non peribit, ita nec momentum a tempore. s. de quo non exigatur ratio. Trenor. 1. Vocauit aduersum me tēpus. s. Deus, ut conteret electos meos. O quā malè poterit rationem reddere de tempore otiosus, qui non solum momenta amisit temporis, sed horas integras, dies, menses, & annos. Seruum inutilē (ait dominus in parabola). i. ociosum mittite in tenebras exteriores Matthæ. 25. ¶ Quarta stultitia otiosi est, quia cum debeat in hac vita soluere vel minuere debitum ad quod tenetur, & ipsæ magis adauget, & ratio dictat. Redde quod debes Math. 18. & Apostol. Roma. 13. Reddite omnib. debita, sed multa sūt debita nostra Berna. O homo si scires quā multa, & quā multis debeas uideres quod nihil est quod facis, vnde non esses otiosus. Primo debes p Christo vitam tuā ponere, qa ipsæ pro te posuit animā suā, ideo Apostolus ad Gal. secundo. Dilexit me, & tradidit seipsum pro me. Secundo exigunt peccata prēterita futuram vitam meam, vt faciam fructus dignos pœnitentiæ. Quid si tibi tertium debitorem ostendam, qui eam sibi uendicet? puto quod gloriam desideres, quā nec oculus vidit? Nonne ad hoc etiam totum quantumcunque poteris dare oportebit? Et ultra hęc omnia debes totum quod es a quo totum habes qui te fecit & bñficit. Hæc Ber. Sed miser otiosus non reddit debitū, sed quotidie magis auget. ¶ Quinta stultitia otiosi ē, quia cum possint ex se producere, & recipere fructum multum meritorum, & prēmiorum vult permanere sterilis, & infructuosus. Posui uos (ait Christus Ioā. 15.) ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat. Potest. n. & debet producere fructum cordis bonarum cogitationum, sanctorum affectionum, piarū recordationum. Sed otiosus sine fructu reperitur, sic & ficus ad quā cum uenisset Christus & non inuenisset fructum maledixit, & subito aruit Math. 21. Potest & debet producere fructum oris qui sunt Dei laudatio, gratiarum actio, vocalis oratio, peccatorū confessio, proximi instructio Prouer. 12. De fructu oris sui replebitur unusquisque bonis. Sed ab omnibus his otiosus est extraneus. Potest & debet producere fructum bonorum operum, vel eleemosynarū, peregrinationum, visitationis infirmorum, & huiusmodi psal. 103. De fructu operum suorum satiabitur terra. Sed omnibus his priuatur otiosus, quia cogitationes habet uanas & inutiles. Et veh uobis, qui cogitatis inutile ait propheta. Verba habet otiosa, sed ut dixit Christus. Mathę. 3. De omni uerbo otioso reddent homines rationem in die iudicii, & opera vitiosa. Vnde Hierem. 51. Opera eorum vana, & risu digna. ¶ Sexta stultitia otiosi est, quia vult quiescere in loco vbi oportebat laborare, scilicet in uita præsenti, Christus Ioan. 9. Non ueni uocare uos ad requiem, sed ad laborem Bern. O impudens, & imprudens, milia milium ministrabant tei, & decies centena milia assistebāt ei. s. ad operandum quod eis congruit, & tu sedere pōsumis, & otiari. Ad quod etiam figurādum sex dieb. operatus est Deus diuersas creaturas, & omnes faciebat, & in septima requieuit ab omni opere, ad innuendum, quod in vita prę senti signata per senarium numerum debet homo operari, non otiari, si uult in septima. i in alia cum Deo quiescer. ¶ Septima stultitia est, quia cum sit otiosus submersus in profundo stultitiæ malitiæ suæ non vult porrigere manum suam ad laborem, cum tamen aliter non possit exire. Sene. A stultitia nemo emergit, nisi ad laborem manum porrigat. Namsecundum philosophum uirtus & scientia sunt circa difficilia. Et virgilius. Facilis descensus Auerni, sed reuocare gradū superasq; euade ad auras, hoc opus, hic labor est. Et Chrs, cōtēdite intrare p angustā portā Lu. 13. Certè magna stultitia esset eius qui se videret in aquā cecidisse, & nisi laborando, & apponendo manum posse euadere ibi remanere.

¶ Quantum

§.2. Otiosi hic referuntur in inferno puniendi.

¶Quantum ad secundum ex otio generante plurima vitia sequitur inferni cruciatio, & ideò secundo dicit ps.72. Cum hominib.non flagellabuntur,non reuertentes ad laborē pę nitentię,flagellabuntur hic cum hominibus, sed otiosi non cum hominib. sed cum dæmo nibus in inferno proprius locus otiosi est in inferno.Rō est. Constat quòd otiosi in cœlo non reperientur. Nam cœlum empyreū est locus eorum,& merces qui operati sunt secū dum illud Math.20.Voca operarios,& redde illis mercedem.Et Sap.3. Bonorum laborum glorioſus est fructus.In paradiso etiā terrestri non recipietur , quia cum Deus transtulit Adam posuit illic ut operaretur, non ut otia retur.In purgatorio nō erunt, quia ibi flagel lantur homines a Deo. Sed de his otiosis di citur,quòd cum hominibus non flagellabun tur.Mundi quoque loco indignus est secun dū parabolam Christi, de ficulnea non facien te fructum,de qua dicit dominus vineæ.Succide illam , ut quid etiā terram occupat.i. hūc mundum inutiliter?Et cum non sit alius lo cus , restat quòd in inferno cum dęmonibus flagellentur. Vnde saluator Math.7. Omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur, scilicet infernalem . Et loquitur ibi expręssè de arbore rationali,quę non facit fructum bonum, cum non facit ope ra bona,& hoc excidetur per mortem,& otio sus in ignem inferni proiicietur, unde ps.33. Quis est homo, qui vult uitam scilicet æter nam? Declina a malo, & fac bonum scilicet fructum operum: non stes otiosus.

§3. ¶Quantum ad tertium. Aliud quod ex otio sequitur est multiplex malum peccatorum. Vnde dr. Ideò tenuit eos superbia,eos scili cet qui non sunt in labore hominum , sed in otio,& operti sunt iniquitate.i. pleni omni ini quitate. Eccle.33. Multam malitiam docuit otiositas,& alibi. In desideriis, scilicet malis est omnis otiosus. Bernar. Omnium temptationum,& cogitationum malarum, & inutilium sentina est otium.Sicut sentina in nauibus recipit omnes sordes corporaliū, ita mēs otiosi omnes sordes uitiorum . Nec mirum. Non enim potest cor vigilantis esse sine cogitationibus.Vnde si quis est otiosus,ex quo nō cogitat bona,oportet quòd cogitet mala. Co gitationes autem malæ trahunt ad opera ma la,& præcipue vitia carnalia . Ezech.16. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ superbia saturitas panis,& aquæ & otium.Salomon dū fuit occupatus in ædificiis templi, & domus suæ non ita exarsit amore mulierum, sicut po stea cum se otio tradidit. Poeta. Otia si tollas periere cupidinis artes. Inducit etiā otium ad curiositatem,& nugacitatem. Vnde Apo.j. Thi.5. de viduis malis inquit. Adolescētiores viduas deuita, discūt enim circumire domos non solum otiosè, sed & verbosè & curiosè loquentes quæ non oportet, & Bern.otiositas est mater nugarum,& nouerca virtutum . Et alibi . Summa mentis malitia otium iners. Nabuchodonosor cum maneret in aula pala tii sui,in superbiam elatus est dicens. Nonne hæc est Babilon quam ædificaui in fortitudi ne meæ?propter quod in bestiā mutatus est se cundum Phantasiā Dan.4. Filii quoque Dan uenientes Lachis ad populum quiescentem, atque securum percusserunt in ore gladii,vr bemque incendio tradiderunt.Iudi.18.ad fi gurandum, quod dum quis quiescit otio de mones capiunt animam,atque diuersis vitiis incendunt.Vñ & in euangelio Lu. 11. & Mat. 12. Spiritus immundus exiens ab homine, per pęnitentiam cum postea reuertitur temptando, cum inuenit domum mētis vacantē. s. otio,cum septē spiritibus ingreditur, & habitat ibi.i. cum vniuersis peccatis, sic ergo q in laboribus hoīum non sunt tenuit eos superbia.Et quia ipsa regina est, & mater uitiorū, exinde operti sunt iniquitate.

Mala q̄ docuit otiositas

Otium fuit peccati Salomonis causa.

Otiositas est nutrix & alumna mendatiorū.

¶De *desperatione*. *Cap.* 15.

DEsperatio filia ponitur acidiæ secundū Gregorium,Tho.& alios. Pro cuius declaratione sciendū,q̄ sicut vera æstimatio intellectus circa Deum est, q̄ ex ipso proueniat homini salus,consecutio beatitudinis,veniæ peccatorum, & adiutorii in arduis & periculis,quod pertinet ad spem,ita falsa opinio,vel æstimatio intellectus circa Deum est , q̄ non tribuat beatitudinis præmium bona facienti bus,vel non largiatur veniam petentibus , & in periculis non subueniat, quod pertinet ad desperationem,sicut ergo spes vera æstimans de Deo est virtuosa,ita & desperatio per contrarium falsa æstimans est vitiosa. Si quis au tem desperaret de eo quod est natus adipisci, vel de eo quod non est debitum adipisci, de sperationis talis nō esset peccatum. verbi gratia. Si quis medicus desperaret de curatione alicuius infirmi, vel si quis agricola desperaret se fieri posse Imperatorem , aut simplex cleri cus Papam non peccat,& hoc propter impos sibilitatem consequendi talia. Sic etiam dam nati si desperarent se posse consequi beatitu dinem, uel ueniam delictorū, desperatio non imputatur .

Desperatio vnde surgat.

imputatur eis ad culpam, quia sunt in statu desperandi propter impossibilitatem reditus ad beatitudinem vnde damnatorum desperatio non est eis ad culpam, sed pars damnationis. Sed quia homo dum est viator natus est consequi beatitudinem, & est possibile adipisci, æstimando contrarium. s. q̃ nõ possit adipisci est falsum æstimare de Deo, & grauissimum peccatũ desperationis. Tho. 2. 2. q. 20. Vnde dicit Leo papa in Can. de pẽ. dist. 7. Nemo. De nemine est desperandum, dum est in hoc corpore constitutus, quia nonnunquam consilio maturiori perficitur, quod diffidentiori ætate differtur. De desperantibus dicit ps. 77. Non superauerũt in Deo salutari suo. Vbi notandum quòd triplex est desperatio.

¶ Desperatio gloriæ adipiscendæ.

¶ Desperatio veniæ consequendæ.

¶ Desperatio miseriæ euadendæ.

¶ Quantum ad primum dr̃ Iob. 7. Desperaui, nequaquam vltra viuam. s. vita gratiæ, nec p̃ consequens vita gloriæ. Dum. n. quis permanet in desperatione, non põt consequi beatitudinẽ, sed põt quilibet quantumcunque desperauit in præteritum remouere desperationem, & sic viuet quod facere debet, quia ut dicitur. 2. Regum. 2. Periculosa res est desperatio, immo periculosius omnibus, & hoc triplici ratione.

Desperatio ẽ periculosa.

¶ Primo ratione amissibilitatis.

¶ Secundo ratione insanabilitatis.

¶ Tertio ratione inclinabilitatis.

¶ Primum sic ostenditur. Illud per quod tollitur in bonis actibus, cõstantia, perseuerãtia, & cõfidentia finis est periculosius cęteris. Sed per desperationẽ in rebus laboriosis, quæ pertinent ad uitæ perfectionem perditur constantia, & tollitur perseuerantia, cui principaliter merces redditur, & priuat se desperans de confidentia. Finis ergo periculosissima est. Sene. Tolle spẽ nemo uictus tentabit arma. Filii Israel cum audierunt, q̃ in terra promissionis signante uitam æternã erant ciuitates fortissimæ, & hoĩes robustissimi ẽm relationem exploratorum, quia desperauerunt posse adipisci eam: ideò sunt ea priuati in deserto moriẽtes. Soli Caleph & Iosue quiin Deo sperauerunt illam cõsequi ex numeratis intrauerũt.

Sperandum est in Deo exẽplo Caleph & Iosue.

¶ Secũdo hoc ostenditur rõne insanabilitatis. Sicut. n. morb. incurabilis est periculosior curabili, ita peccatum quòd nunquam sanatur vel raro morbo sanabili sicut lepra paralysis, periculosiores morbis sunt febribus, & vulneribus, sed tale est vitium desperationis. i. insanabile. Dr̃ Hier. 30. Insanabilis fractura tua pessima plaga tua illius. s. populi qui dixerat desperaui. Et iterum Hiere. 15. Plaga mea. s. desperationis renuit curari. Quamuis enim nullus æstimare debet, q̃ sua opera quantuncunque ẽt eximia sint per sufficientia ad consequendum tm̃ prẽmium beatitudinis, debet tm̃ æstimare, q̃ Dei gratia ipsa sociata, & simi nima Deus sua liberalitate facit ea esse digna. Vñ Aug. cum Deus coronat merita nr̃a, non aliud præmiat, q̃ munera sua. Et iõ si parua, & quasi nulla opera in se quis videt bona, adhuc desperare non debet. ¶ Tertio ostenditur periculũ eius ratione inclinabilitatis. Illud. n. peccatum per quod hõ inclinatur ad oẽ malum, & retrahitur ab omni bono, est periculosius cæteris, sed desperatio est hmõi. Nam sicut per spem hõ reuocatur a malis, & prouocatur ad omne bonum, ita per oppositum per desperationẽ reuocatur a bonis, & sine freno prouocatur ad oĩa mala. Solent. n. tales dicere etiam verbo, ex quo debeo ire ad infernum, eamus cum armis, & æquis. Vnde dicitur pro uerb. 24. Si desperaueris in die lapsus in die angustiæ minuetur fortitudo tua. i. si desperaueris in tẽtatione, vel persecutione, vel in die scilicet cũ primo incipis dolere de peccatis, vel in morte lapsus a spei fortitudine, & infirmitate, quam prius habuisti minuetur fortitudo tua resistendi diabolo, vbi glo. dicit. Nihil execrabilius desperatione, q̃ qui habuerit, & in generalibus huiusmodi uitæ laboribus, & quod peius est in fidei certamine constantiam præbet.

¶ Secunda desperatio est veniæ consequendæ peccatorum. Sed falsa est ista æstimatio, quia contra omnes locutiones Dei in scripturis, & doctrinis eorum. Dicit enim dominus Ezec. 18. Nunquid voluntatis meæ mors impii, & nõ potius vt conuertatur & viuat? Et iterum. In quacunque die conuersus fuerit peccator, & ingemuerit omniũ iniquitatum eius, non recordabor. i. dimittam. Et in Euangelio Mat. 9. Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus, quia non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã, ut per hoc eis veniam dem. Habet autem talis desperans de venia falsè æstimationem de tribus erga Deũ. s.

§. 2.

¶ De Dei misericordia.

¶ De Dei omnipotentia.

¶ De sui propria malitia.

Primo quidem desperans de venia, falsò immo existimat falsissimè de Deo. s. quòd nõ sit misericors, cum tamen dicat ecclesia, q̃ proprium est Deo misereri semper & parcere, immo propriè proprium, quia, nullus potest tollere

Desperans de misericordia Dei.

lere miseriam peccati, quæ maximè est sup omnes alias nisi solus Deus, sed nulla creatura ita de facili relaxat iniurias in eum factas pœnitentibus ut ipsæ facit, Perpetrauit Dauid tantum scelus quale fuit adulterium addendo ei ad occultandum malum proditionem, & occisionē sui fidelissimi militis. Vrię. Ex qua secuta est, insultatio, & blasphematio contra Deum ab inimicis, & tamen vt cognouit peccatum suum dicens Nathan prophetę eum arguenti, peccaui domino, subito ex parte Dei respondit Nathan & dominus transtulit, peccatum tuum, scilicet parcendo tibi. 2. Regum. 12. Notandum est valde q̄ ait Chrysost. in libro de reparatione lapsi ad infinuandam immensam Dei misericordiam, vnde nullus debeat desperare, quantuncunq; peccator dummodo ad pœnitentiam redeat, tale mihi crede, talis est erga homines Dei pietas quod nunquam spernit hominis pœnitentiā, si ei syncere, & simpliciter offeratur, etiam si ad summum quis perueniat malorū, & inde tñ reuerti uelit ad virtutis viam, suscipitlibēter, amplectitur, & omnia facit quatenus ad priorem statum reuocet. Quodque adhuc est præstantius, & eminentius, etiam si non potuerit quis explere omnem satisfaciēdi ordinem, quantulancunque tamen & quamlibet breui tempore gestam non respuit pœnitentiam, suscipit etiam illam, nec patitur quamuis exiguæ conuersionis perdere mercedem, hęc omnia de pæ. dist. 3. ca. Talis. Hinc & Leo Papa, de pæ. dist. 1. multiplex. Multiplex Dei misericordia ita lapsib. humanis subuenit, vt nō solū p baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparetur ęternę, vt qui regenerationis dona uiolassent, proprio iudicio se, scilicet per pœnitentiam condemnantes ad remissionem criminum perue-
Manasses sum mus Idolatra. nirent. Exemplum optimum habetur 4. Reg. 21. de Manasse, qui fuit rex Iuda. quinquaginta annis, & vltra, pessimus hominum. Idolatriæ deditus, occisor prophetarum, & præcipuē Esaiæ consanguinei sui eximii, & euāgelici prophetæ quem ob nimiam crudelitatē secare fecit serra lignea. Demum insenectute sua ob scelera captiuatus ab inimicis Assirijs, & incarceratus, vt recognouit iniqtates suas, & pœnituit dicens in oratione. Peccaui super multitudinem arenę maris, & multiplicata sunt peccata mea, & non sum dignus videre altitudinem cæli præ multitudine iniquitatis meæ, quoniā irritaui iram tuam, &c. dominus pepercit ei, & veniam dedit reducens ēt cum de captiuitate ad regnum suum. Non ergo de venia desperandum est. ¶ Desperans de uenia secūdo falsum ęstimat de Dei omnipotentia, cum scilicet æstimat nō solum Deum nolle ei misereri, sed nec posse tot scelera quot cōmisit dimittere. Sed ista adhuc esset peior desperatio aliis. Nam ptineret ad infidelitatē, scilicet quod Deus nō posset omnia, cū tamen dicatur. Luc. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Isti sunt peiores Iudæis incredulis. Nam & si negarēt Christū posse peccata remittere, quia purum hominē ęstimabant, & hic erat, & est error eorum, tamen confitebantur Deum hoc posse dicentes, quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus Marc. 2. Sed ostendit utique posse dimittere, & per hoc esse uerus Deus. Probauit autem se habere hanc potentiam, non per aliquod potentius, sed per aliquod manifestius. Maioris quidem potentiæ est quantum ad creaturam sanatam sanare animam remittendo peccata q̄ sanare corpus ac paralysi, vel quacunq; infirmitate. Sed manifestius est sanare corpus. Nam sanatio animæ non videtur ab hominibus seu remissio peccati, sed videtur sanatio corporis & sic per manifestum probauit occultum. Vnde dixit vt sciatis, q̄a filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, supple sano hanc paralyticum vnde tunc ait paralytico. Surge &c. & sanatus est in anima & in corpore virtute diuina sua. ¶ Et si quis obiiceret quod ait Apostolus. Hæb. sexto. impossibile est eos, q̄ semel illuminati sūt, & gustauerunt donum cęlestę, & participes, facti sunt spiritussancti, & prolapsi sunt renouari ad pœnitentiam. ¶ Renouari ad pœnitentiam est consequi veniam, quod fit vtique a Deo, sed Apostolus hoc dicit impossibile, ergo videtur quod recidiua peccata non possit dimittere. Quod quidam, sed hæretice opinantes, ad idem inducebant pro argumento miracula Christi dicentes. Quem bis illuminauit, quem leprosum bis mundauit, quem mortuum bis suscitauit? Non Lazarum quē dilexit, non filium uiduæ quem matri reddidit. Non filium dissipatorem legitur pater bis suscepisse. Non filiam Abrahæ bis a dęmonio liberasse. Ideo in nulla persona iterauit factum docens nō sæpe a domino fieri remedium. Dixit multis. Vade & noli amplius peccare, promittens pœnam non amplius veniam. Hæc verba refert Augustinus esse eorum qui negant Deum parcere recidiuanti, quos Augustinus hęreticos vocat, de pœnitent. distinct. tertia. Adhuc instant perfidi, & subdit ibi, quod multos cæcos diuerso,

Desperans de Dei omnipotentia.

Renouari ad pœnitētia.

uerſo tẽpore illuminauit, & multos debiles confortauit, oſtendit in diuerſis illis eiſdem ſepe peccata dimitti, ut quem prius ſanauit leproſũ ſcilicet infectum peccato auaritię poſtea illuminet cæcum lapſum ſcilicet in luxuriam & huiuſmodi. Ideo tot ſanauit, vt claudos, cæcos, aridos, ne deſperet ſepe peccator. Ideo non ſcribitur niſi ſemel aliquem ſanatũ vt quis caueat iungi peccato. Et infra medicũ ſe nominat. Medicorum eſt centies infirmum curare, qui alijs minor eſſet, ſi aliis poſſibilia ignoraret. i. non faceret. Hęc omnia Aug. Ad auctoritatem Apoſtoli reſpondet glo. videlicet impoſſibile, ideſt, difficile. Aeſtimare igit aliquod eſſe peccatum quod Deus non poſſet remittere eſſet falſum immo falſiſſimum & hæreticum, cũ omnia poſſit indulgere. ¶ Tertio deſperat quis de venia habens falſam ęſtimationẽ de culpa propria ſcilicet q̃ excedat bonitatẽ & miſericordiam dei. Hanc habuit Cayn cũ dixit. Maior eſt iniquitas mea quã ut ueniam merear. Gene. 4. ubi glo. Hier. Peccata addens peccatis deſperat, & cum bonitas Dei & miſericordia cuius effectus eſt remiſſio peccatorum ſit infinita, & omnis malitia humana ſit finita non ęſtimat deſperans maiorem fore ſuam malitiam Dei miſericordia ſimpliciter vel ex parte rem ſſionis, ſed ex parte ſatisfactionis, quia ſcilicet æſtimat ſeu credi nunquam facere tantam pœnitentiam pro ſatisfactione, quod conſequatur veniam. Alex. 2. parte ſummę. q. 48. hanc falſam ęſtimationem videtur habuiſſe Iudas cum deſperatus laqueo ſe ſuſpendit. Vnde Leo Papa in ſermone. Sceleratior omnibus o Iuda infœlicior extitiſti quem pœnitentia non reuocauit ad Deum, ſed deſperatio traxit ad laqueum &c. de pæ. diſt. 3. Sceleratior. Quãuis enim oĩa opera hominis quantuncunq; affli ctiua, & pœnalia per ſe non ſint ſufficiẽtia ad ſatisfaciendum pro uno mortali nedum pro mille, tamen ipſis applicata paſſio Chriſti q̃ ſit per gratiam ſacramentalẽ quæ paſſio fuit valoris infiniti ad ſatisfaciendum omnibus ſatisfacere poteſt. Vnde Iob. 6. dicitur in perſona Chriſti, vtinam apprenderentur peccata mea. i. pœna debita pro peccatis hominum, pro quibus patior, & calamitas quam patior ſcilicet in cruce miſerię & doloris in ſtatera, ſcilicet ut poſſent põderari quaſi arena maris hæc grauior pœna appareret quã ſit pœna debita pro peccatis omnium. Hinc & Ber. Peccaui peccatum grande, cõſcientia mea turbatur ſed non perturbabitur. ſ. vſque ad deſperationem, quia vulnerũ domini recordabor. Quid enim tam ad mortem, quod Chriſti mortenõ ſoluatur? Ad tollendam iſtam deſperationem de ſpe veniæ, qua & aliq̃ iuſti tangũtur, multum valet. cõſideratio vitæ eorum, qui de maximis peccatis reuertentes ad pœnitentiã ueniam conſecuti ſunt. Vnde Bernar. dicit propter manſuetudinem quæ in te prædicatur currimus poſt te domine Ieſu audientes q̃ non ſpernis pauperem peccatorem non horreas, non horruiſti confitentem latronem, nõ lachrimantem peccatricem, non ſupplicantẽ Cananeam, non deprehẽſam in adulterio, nõ ſedentem in theloneo, non ſupplicantem publicanum, non lachrimantem diſcipulum, nõ perſecutorem diſcipulorum, non ipſos crucifixores tuos. In odore vnguentorum tuorum ideſt harum miſerationum currimus. Canti. primo.

Deſperans de ſua propria culpa.

¶ Tertia deſperatio eſt miſeriæ euadẽdæ, ſed §. 3.
vt dicitur Eccle. 2. Reſpicite filii nationes hominum & videte, quia nullus ſperauit in domino & derelictus eſt. Eſt autem triplex miſeria, de qua quis deſperat ſe poſſe euadere.

¶ Miſeria pœnæ temporalis.

¶ Miſeria culpę criminalis.

¶ Miſeria angustiæ mentalis.

Deſperãtes putant ſe miſeriã euadere

¶ Quantum ad primum cum quis eſt in magna infirmitate, uel paupertate, vel perſecutione, nunquam debet ſe deſperare de adiutorio Dei, ſed faciendo quod in ſe eſt & reſiduũ committere Deo ſperãdo, quod. Deus faciet quod erit magis expediens, & cum credet ſe ſuccumbere tunc habebitur. 1. Macha. 2. inqt Mathathias, qui ſperant in domino mutabũt fortitudinem, current & non laborabunt, uolabunt & non deficient. Sic Abraham cum in Egypto ſuſtinuit periculum uitę ſuæ vel uiolationis vxoris fecit quod potuit ſecundũ prudentiam humanam, & reſiduum Deo commiſit in quem ſperauit, nec cum fides aut ſpes ſefelit vt dicit Augu. quia & vitam non perdidit ex cautela quæ uſus eſt ſine peccato, & pudicitiam uxoris dominus conſeruauit Geneſis. 12 Sic & Iacob timens fratrem ſuum Eſau cum reuereretur de Meſopotamia præmiſit munera ad placandum, diuiſit familiam in plures partes ne ſimul omnes poſſet prędere, & ferocitatem cordis illius dimiſit Deo emoliendam. Gene. 33. Sic Dauid cum fuiſſet obſeſſus a Saule cum exercitu ſuo in quodã caſtro & deſperaret euadere, uenit nũciusad reuocãdũ Saulẽ q̃ a Philiſtei irruperãt ſuper terram Iſrael ꝓpter quod dimiſit obſidionem & Dauid euaſit. 1. Reg. 27. Non ergo deſperant quidam ueniat non vtique de commiſſis, ſed

fis, sed de abstinẽtia in futurum ab eis, & propterea aliquando non confitentur ęstimantes se nõ põsse cauere vt vitia carnis & huiusmodi. Sed vt dicitur Sap. 8. Sapientia vincit mali tiam. Non potest quis gratiam habere in tam paruo gradu, quin sufficiat ad resistẽdum omni tentationi secundum Tho. si quis voluerit agere quod in se est. Vnde Ambr. super Luc. Vide q̃ bonus Deus & facilis indulgere peccatis, non solum ablatam restituit. s. mutitatẽ Zachariæ, sed etiam insperata cõcedit. Ille. n. dudum mutus. s. Zacharias prophetat. Hęc. n. gratia Dei maxima, quando eum qui negauerat confitetur. Nemo ergo diffidat, nemo veterum conscius delictorum æterna desperet.

Remedia contra desperationem.

¶ Sed Host. & Ray. in sum. suis contra istã desperationem docent tria remedia. ¶ Primum est mortis consideratio, quę omnia mundana ostendit vana & transitoria. Vnde Eccles. 11. Si multis annis vixerit homo, & in omnibus lætus fuerit, meminisse tamen debet tenebrosi temporis. s. mortis & dierum malorum qui cum venerint vanitatis arguentur præterita, & cum mors incerta sit & de puncto in punctum possit hominem rapere, idcò non debet desperare futuris tentationibus se nõ posse resistere, quia forte amplius non habebit morte superueniente. ¶ Secundum est debilitatio hostis. Debilitatur. n. per confessionem, & ex se debilis est, cum quis est in gratia. Esa. 51. Dicunt homini dæmones. Incuruare vt transeamus. q. d. non possumus transire ad habitãdum in te, per peccatum nisi voluntariè inclines te ad assentiendum nobis. Chrys. Debilis est hostis, qui non vincit nisi volentem. Nam & in gregem porcorum intrare non valuerũt, nisi permissi a Christo. Mar. 8. Nec tentare Iob, & affligere nisi licentiati a Deo. Iob. 1. De multis legimus magnis peccatoribus, & multos quotidie cernimus, qui longo tempore steterunt inuoluti in magnis sceleribus, qui conuersi ad pniam restiterunt omni tentationi, nec ultra recidiuauerunt, sed effecti sunt magni sãcti sicut Aug. Cy. Pelagia. Thebaides & aliæ Iac. 4. Resistite diabolo & fugiet a uobis.

Fortitudo pœnitẽtis est ex quatuor.

¶ Tertium est fortitudo hominis pœnitentis q̃ prouenit ei ex quatuor. Primo ex depositione peccati, & cõsequenter ex lętitia spirituali, prouer. 17. Animus gaudens ætatem floridã facit. Vnde & fortem ad debellandum. Spiritus tristis exicat ossa. Sicut autem peccatũ ex remorsu tristitiam ita depositio eius per pœnitentiam generat lætitiam spiritualẽ, & gaudium domini fortitudo vestra, dicitur Nee. 8. Secundum quod facit pœnitentem fortem est armatura spiritualis, ut contritio, eleæmosyna, oratio, ieiunium. Eph. 5. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. ¶ Tertium est ex societate exercitus omnium iustorum, & angelorum. Efficitur. n. particeps verè pœnitens omnium bonorum, quæ fiunt a iustis, secundum illud ps. 118. Particeps me fac Deus omnium timentium te & custo. man. tua. q. d. fac me bonum cũ gratia tua, & ipsa mediante ero omnium bonorũ particeps, quæ societas bonorum simul bellãtium contra dæmones figurata fuit Iudith 15. vbi dicitur quod Assirii non adunati in fugã ibant præcipites, & occidebantur: filii autem Israel vno agmine persequentes debellabant omnes, quos inuenire potuissent. ¶ Quartum est illuminatio & protectio Dei psal. 26. Dñs illuminatio mea & sa. m. quem ti. q. d. nullum dominus protector uitæ meæ, & Iob. 17. Libera me, & pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me. Rom. 8. Si pro nobis Deus ęs contra nos? s. poterit prævalere? certe nullus. Cum ergo hostis sic multipliciter debilitatus, & pœnitens multipliciter roboratus nõ debet desperare de perseuerantia in bono, vel quòd non poterit vincere uita consueta: sed confidere in domino: quia qui cõfidunt in domino sicut mons Syon. s. erũt fortes & inexpugnabiles. Iudith. 13. Non derelinquis sperãtes in te dñe.

Perplexitas mentis.

¶ Quãtum ad tertium desperãt aliquando personæ non uidentes se posse euadere pericula peccatorum, vt occurrit perplexitas mentis aliquis. s. casus, in quo non uidetur alicui quod possit euadere, sine incursione magni periculi & peccati, sicut accidit Susannę cum impetierũt eam in pomerio senes absconditi de adulterio cõminantes eam accusare, & cõdemnare ad mortem nisi assentiret eis, vnde illa ait, angustiæ mihi sunt vndique & quid eligam ignoro, ut. s. possim sine periculo euadere, sed non desperãs de adiutorio Dei restitit peccato clamans pro adiutorio, & licèt illi falsi senes iudices iniustè condemnassent, ut adulteram, Deus liberauit eã per Danielis sententiam. Dan. 13. ¶ Debet ergo quilibet semper peccatum vitare in quocunque casu, & residuum si inde scandalum, vel periculum ueniat Deo committere, & non facere sicut fecit semel quædam puella, quæ cũ mortuo patre remansisset sub cura auunculi pessimus ille eam carnaliter cognouit, & plures ex ea filios concepit, eos occidens ad occultandum peccatum, & cum illa paupercula inuita traheretur ad malum, videns se nõ posse euadere manus eius, desperata ex tali casu venenum

Exẽplũ. Notabile.

num sumpsit, sed postea recognoscens peccatum suum ne & anima simul periret, cum se deuote Virgini Mariæ recomendaret, fuit sibi dictum ab ea, vt mitteret ad conuentum prę dicatorum pro quodam sancto viro, qui dicebatur magister Iordanus Generalis ordinis illius, & illi confiteretur totum peccatum suũ, & sic euaderet mortem corporis, & animæ, quod & fecit, & confessa peccatum suum orationibus illius beatissimi uiri mortem euasit animæ & corporis, Non ergo desperandum est in quantacunque angustia sit quis constitutus.

¶ De *pusillanimitate.* Cap. 16.

PVsillanimitas est filia acidiæ. Et potest sic describi. Est vitium, quo quis inordinatio timore se subtrahit ab operibus bonis, q̃ posset & debet agere. Vnde de pusillanimibus potest exponi illud ps. 13. Deum non inuocauerunt illic trepidauerunt timore vbi non erat timor, i. timuerunt in his, vbi non debent timere, quod potest esse tripliciter.

¶ Primo: quia trepidauerunt opera spiritualia non posse perficere, & ideò amiserunt.

¶ Secundo: quia trepidauerunt bona temporalia nõ posse amittere, & ideò offenderũt.

¶ Tertio: quia trepidauerunt corpora mortalia eorum deficere, & ideò errauerunt.

§. 1. ¶ Primum præcipue pertinet ad pusillanimitatem, cum. s. quis subtrahit se ab his bonis, q̃ posset facere, quia videntur sibi facultatẽ suã excedere, cum tamen non excedat. ps. 54. Expectabam eum. s. Deum adiutorium gratiæ suæ qui saluum me fecit a pusillanimitate spiritus & tempestate, hoc autem esse peccatum b. Thom. 2. 2. q. 133. ar. 1. sic probat. Omne id quod cõtrariatur naturali inclinationi est peccatum, quia contrariatur legi naturæ. Inest autem vnicuiquę rei naturalis inclinatio ad exequendam actionem commensuratam potentiæ suæ, vt patet in omnibus rebus, tã inanimatis q̃ animatis. Sicut aũt per præsumptionem quis excedit proportionem suę potentię dum nititur ad maiora, quam possit, ita ẽt pusillanimis deficit a proportione suæ potentiæ dum recusat in id tendere, quod est cõmensuratũ suæ potentiæ, & ideò sicut præsumptio est peccatum, ita & pusillanimitas. Confirmatur idem alia ratione. Nihil enim in moribus est vitandum nisi peccatum, sed pusillanimitas est vitanda. Dicit enim enim Apostolus ad Colos. 3. Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant, ergo est peccatum. Patet idem per exẽplum quod ponitur Mathę. 25. s. de seruo malo & pigro, qui acceptam pecuniam domini sui scilicet vnum talentum fodit in terram, nec operatus est in ea, propter pusillanimitatem timens eam amittere, propter quod punitus est a domino suo sublato talento, & missus in tenebras, & significat eum qui habens aliquod donum, quo potest esse vtilis aliis & timore non deficiendi in bono, quadam pusillanimitate ductus, non se in illo exercet etiam ab aliis, ad aliud agendum positus, utique talis a Deo punitur. Non punitur autem aliquis in alia vita nisi propter peccatum, nec sibi gratia aufertur, nisi propter demerita, vnde manifestum est pusillanimitatem esse peccatum. Nec contra quod ait philosophus in 4. ethicorum, scilicet quòd pusillanimis non est malus, peccator autem est malus. Nam secundum Thom. ibi philosophus appellat malos eos qui proximis inferunt nocumenta per se, & isto modo pusillanimis non est malus, quia proximis non infert nocumenta, scilicet per se, infert tamen per accidens in quantum deficit a bonis operibus, quibus posset proximum iuuare. Vnde Gregorius dicit in pastoral. quòd illi, qui prodesse utilitati, proximorum ex prædicatione refugiunt, si districtè iudicentur tantis rei sunt, quantis uenientibus ad publicum prodesse potuerunt, & idem potest dici de his, qui se subtrahunt ab audientia confessionis ad hoc expositi, vel a prælatura ad hoc vocati, nisi ex familiari cõ filio spirituſsancti hoc faciant, vt quidam sancti viri fecerunt, sed vt dicitur in regul. iur. in 6. quod alicui gratiosè conceditur, nõ debet ab aliis trahi in exemplum, Nec etiam obst. q̃ dicit philosophus in 4 ethi. q̃ pusillanimis est, qui magnis bonis dignus existit, & tñ his non dignificat seipsum, sed nullus est dignus magnis bonis, nisi virtuosus, ergo pusillanimis est virtuosus, & si est virtuosus non est vitiosus Nam secundum Tho. vbi sup. Nihil ꝙ hibet aliquem habentem habitum virtutis peccare venialiter, remanente etiam ipso habitu virtutis. Mortaliter autem: sed cum corruptione habitus virtutis gratuitæ, & ideò ꝑt contingere q̃ aliquis ex virtute quam habet sit dignus ad aliqua magna faciẽda, quæ sunt digna magno honore, & tñ per hoc qđ nõ attentat virtute sua vti, peccat q̃q; quidẽ venialiter q̃q; mortaliter. Vel ꝑt dici q̃ pusillanimis ẽ dignus magnis ſm habilitatẽ ad virtutẽ, q̃ inest ei vel ex bona dispõne naturę, vel ex scia vel exteriori fortuna, quibus dũ recu-

Probat q̃ pusillanimitas sit peccatũ.

sat

sat vti ad virtutē pusillanimis redditur. Item
Exo.3.& 4.Hier.j non obstat si dicatur q̄ Moyses & Hieremias recusabant poni in officiis, ad quæ assumebātur a Deo, scilicet primus ad eundum ad Pharaonem, & ut esset dux populi, alius ad prophetandum populo, qui tñ digni erant illo officio. Vnde videbantur pusillanimes in illa recusatione. Dicit enim philosophus 4. ethic q̄ qui se dignificat minoribus, quam dignus sit pusillanimis est, nec tñ dicitur q̄ illi peccauerunt ergo pusillanimitas non videtur esse peccatum. Rñdet enim Tho. & dicit q̄ quamuis Moy. & Hiere essent digni illo officio ad qđ a Deo eligebantur ex diuina gratia tñ considerantes ipsi propriæ infirmitatis insufficientiam recusabant, non quidem pertinaciter ne in superbiam laberentur, sic plures sancti excusantur a pusillanimitate, eum recusauerūt dignitates ad quas assumebant dignè, vt Gre.
Pusillanimitas ex trib. oritur. Aug. Ni. & multi alii. ¶Ipsa aūt pusillanimitas potest habere triplicē cām vnde oriatur. s. ex timore superbiæ. Ex torpore pigritiæ. Ex timore deficiētiæ. ¶Et timore quidē super superbiæ pōt procedere dū. s. aliquis nimis proprio sensui innititur, quo reputat se insufficientē ad ea respectu quorum sufficientiam hēt vnde dicitur prouer. 26. Sapientior sibi uidetur piger septem viris loquentib. sñias. Nihil. n. prohibet q̄ aliquis quantū ad aliqua se deiiciat, & quantū ad alia se sublime tollat. Vnde Gre in pasto. ait de Moyse quod superbus fortasse existeret, si ducatū plebis suæ sine trepidatione susciperet, & rursus superbus existeret si auctoris iperio obedire recusaret. ¶Qđ
Pusillanimitas ex pigritia procedit. aliqñ ꝓcedat ex pigritia patet tex. hoc q̄ philosophus dicit in 4. ethi. q̄ pusillanimes sunt pigri, & dominus ēt seruū illū qui ꝓpter pusillanimitatē recusauit uti pecunia, vocauit malum & pigrū. Et q̄ ꝓcedat pusillanimitas ex ignorantia propriæ cōditionis ex parte intellectus patet: quia ignorat se habere facultātē ad id quod habet. Ista tñ ignorantia nō ꝓcedit ex insipientia, sed magis ex pigritia considerandi suā facultatē, ut dr̄ in 4. ethi. vel ēt exequendi q̄ subiacet sui ptāti. Quod aūt ex timore ꝓcedat dr̄ Esa. 35. Dicite pusillanimes cōfortamini & nolite timere. Sed quia timor causans pusillanimitatē non est semp timor periculorū mortis, & iō ex hoc nō oportet q̄
Opponitur magnanimitati. opponatur fortitudini, sed directē opponitur magnanimitati. Nā sicut magnanimus ex animi magnitudine rendit ad magna, suæ tñ virtuti proportionata, ita pusillanimis ex animi paruitate se retrahit a magnis ad quæ est aptus timore deficiendi, quia æstimat falso esse supra suam virtutē. Et quia quanto vitiū est magis dissimile virtuti, cui opponitur tāto est grauius cū pusillanimitas magis sit dissimilis magnanimitati, quā præsumpto, quæ etiā opponitur ei, quia præsumptuosus tendit ad magna, sed supra suā facultatē, pusillanimis oino subtrahi se a magnis, & iō fm suam speciem est grauius peccatū pusillanimitas, quā præsumptio, quia per pusillanimitatē recedit hō a bonis qđ est pessimū. Præsumptio tamē dicitur nequissima ratione superbiæ ex qua procedit. Eccl. 37. O præsumptio nequissima vnde creata es? hæc Tho. Ex ista pusillanimitatē & pigritia procedit, q̄ lapsus in peccatū a statu virtutis aliqñ non ponit conatum ad resurgendū. Vnde legitur in vitas pa. q̄ cum quidam seruus Dei a magno profectu virtutū lapsus esset in vitia carnis, indeque resurgēs uix cū magna difficultate se ad bona opera valebat applicare ex pusillanimitate, & accidia, æstimans ad pristinū statum virtutum nō posse redire, propter quod accedens ad se nem pro consilio, ille confortauit eum & animauit ad bonum inducens exemplum cuiusdam patris, qui filio mandauit, ut ad agrum suum iret ad excolendum, quod cum feciſſet perpendens filius agrum illum longum & latum & spinis plenum multi esse laboris & nō breui excolendum, victus ex pusillanimitate & tedio posuit se ad dormiendū, & post dormitionem surgens seipsum mente excitabat ad incipiendū agrum colere, sed pusillanimitas dicebat. Qñ tu opus tam magnū cōplebis? melius est ut nō incipias, sicque tedio victus iterum obdormiuit. Euigilans aūt se confortabat ad inchoationem culturæ: sed iterum pusillanimitate victus desistebat dormitans. Interea superuenit pr̄, & inuenit dormientē, & increpauit dicens. Quomodo non incępisti adhuc terrā fodere? Cui ille. Considerabam (inquit) non hoc fieri posse nisi longo tempore, & mihi videbatur nūquam venire ad finē, sed admonuit pater dicens non sic agendū fili mi non sic: sed paulatim opus exercendū, si illo tpe quo dormiuisti tm laborasses terræ quantū occupauit corpus tuum iacēs, iam fecisses partē, & inde de die in diem prosequēs compleuisses ad tempus præsens aspiciendo, non ad futurum. Et sic paulatim omne opus magnum compleretur. Ita & tu quamuis longe lis factus a statu pristino, virtutis, tamen paulatim de bono in melius proficiscendo nō solum ad profectum illum, sed ēt ad maiorē conscendens dummodo continues. Sicque confortatus se bene habuit in posterum.

Exēplū confortās pusillanimitatem.

§.2. ¶Ad ſecundum timorem, ſcilicet quo quis timet amittere bona temporalia, cum per hoc declinet quis a uirtute eſt peccatum. Et iſtud habet peruertere iudicium in rectoribus, & prælatis. 11.q. 3. quatuor. Et ex iſto procedũt multa mala. Timor quem habuit Hieroboam rex factus a Deo ſuper Iſrael, ne populus ſibi ſubditus eundo in Hieruſalem ad offerendũ ſacrificium ſecundum mandatum legis cõtra heret familiaritatem cum tribu Iuda, & inde ad regem Iuda reuerteretur regnum eius. Induxit eum ad faciẽdum vitulos aureos, quos populus adoraret: ſed timor quem timebat euenit, quia & regnum & animam perdidit. 3. Reg. 12. & 2. Paral. 11. Lucretia nobiliſs. Romana, quia nimis timuit cõfuſionẽ infamię: quia filius Tarquinii cõminatus eſt ei, niſi ſibi aſſentiret, & eam occideret & iuxta famulũ ſuũ, & diuulgaret & ppea eum occidiſſet, quia inuenerat in adulterio, aſſenſit, & peſſimè fecit, vt refert Aug. i primo de ci. Dei. 119.

§.3. ¶Ad tertiũ timorem quo quis ita timet mortem corporis, vel afflictiones corporis, & Deũ offendit vt euitet huiuſmodi, eſt vtique graue peccatum. Vnde Matthæ. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, & poſtea nõ habẽt amplius quid faciant &c. Aug. 11.q. 3. Non ſolũ. Timendo mortem carnis tuæ dabis mortẽ animæ tuæ. Exemplum in Petro, qui negauit Chriſtum propter timorem mortis.

Timore mortis corporalis aliqñ qs Deũ offendit.

TITVLVS DECIMVS.

De mendacio & periurio.

¶ *De mendacio & ibi de multiplici mendacio, & pun tione eius.* *Cap.* 1.

Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ pſ. 5. Cauere aũt fratres mẽdacium (inquit Ambr.) qa oẽs qui loquuntur vel amant mẽdacium filii ſunt diaboli. 22.q. 5. Cauete. Dicuntur autem mendaces filii diaboli per imitationem. Nam cuius opera quiſque facit, eius filius comprobatur ut dicit Gratianus de pœn. diſtinct. 1. 1. Porrõ. §. Reſuſcitatus. propter quod Chriſtus dixit Iudæis Ioan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis. Et quaſi declarãs quomodo filii erant diaboli, ſubdit. Et deſideria patris veſtri vultis facere, ſcilicet ipſius opera imitando, ſed diabolus mendax eſt, & pater eius, ſcilicet mendacii. Ipſe primus mendacium inuenit, cum per ſerpentem mulieri primæ dixit. Geneſ. 3. Nequaquam moriemini &c. Ex quo ſequitur quòd mendaces ſunt filii diaboli per imitationem. Filiis autem debetur hæreditas patris, hæreditas autem patris eſt cruciatus ignis, & ſulphuris. Vnde Ioan. apoch. 21. dicit, quod mendacibus pars eorum in ſtagnum ignis, & ſulphuris, quod etiam notat pſalmus in prædictis verbis. Perdes omnes, & cætera, vbi tria poſſunt notari.

Mendaces dñr filii diaboli.

¶Primũ quidditas ipſius criminis ex nominatione, ibi. mendacium.

¶Secundum multiplicitas eius operis in ſui diuiſione, ibi. omnes qui loquuntur.

¶Tertium ſeueritas numinis in huiuſmodi punitione. ibi. perdes.

¶Quantum ad primum quid ſit illud crimẽ, hoc patet in ipſo nomine. ¶Dicitur enim mẽdacium dicere contra mentem. Vnde magiſter. in 3. ſen. diſtinctione. 38. diffiniens ipſum dicit, quòd mendacium eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi, in qua notantur duo quæ completè conſtituunt mẽdacium, ſcilicet falſitatis expreſſio, & intentio fallendi. Vltimum autem, ut formale in mendacio, ſcilicet loqui vel aliter ſignificare aliquid contra id quod habet in mente, & ideò ibi ſemper eſt peccatum, etiam ſi dicat verum, puta cum quis dicat interrogatus Petrum eſſe in domo, ipſum credens ibi non eſſe, cum tamen ibi ſit, vtique peccat contra mentem loquens. Vnde pſalmus 11. Loquens de peccatoribus. Labia doloſa in corde & corde locuti ſunt, glo. ibi dicit. Vbi eſt duplex cor, ita quòd aliud dicitur, & aliud intenditur, ibi eſt mendacium. Vbi non geminatio cordis, ibi. non eſt mendaciũ. Geminatio cordis eſt cum vnum intendit dicere quod credatur, aliud credit eſſe de illa re. Vnde Auguſtinus in encheri. Ille mentitur qui dicit tanquam verum, quod putat eſſe falſum. Quantum enim ad animum eius attinet, quia non quòd ſentit hoc dicit, non verum dicit, quamuis verum inueniatur eſſe quod dicit. Vnde nullo modo liber eſt a mendacio, qui ore neſciens verum loquitur. 22.q. 2. Is autem. ¶Primum quod concurrit in mendacio eſt falſitas in locutione, quòd eſt quaſi materiale. Opponitur autem mendacium veritati, ſicut enim tunc aliquis dicit verum, cùm affirmat id eſſe quod eſt, & negat id eſſe quod non eſt. Ita & falſum dicit cum affirmat id eſſe quod non eſt vel negatio eſſe quod eſt. Cõtra qd loquitur Apoſt. 2. Cor. 1. Nõ eſt in ſermone meo eſt & nõ, i. mẽdaciũ, ut affir-

§.11. Mendaciũ quid ſit.

Tria cõcurrũt i mendacio.

ut affirmẽt verum pro falso vel econtra, vel non est in me est & non, ideſt non aliud egi, quam ſciui eſſe agendum, propter quod excluditur mendatium operis. Sciendum tamẽ quod cum quis dicit falſum, credens illud eſſe verum, non propriè mendacium dicit, niſi materialiter. Vnde Augu. Nemo mentiens iudicandus eſt, qui dicit falſum quod putat eſſe verum, quia quantum in ipſo eſt nõ fallit ipſe, ſed fallitur. Non itaq; mendacii ſed temeritatis arguẽdus eſt, qui falſa incautus credit aut pro veris habet. 22. q. 2. is autem. Ex quibus patet quod talis nõ peccat, niſi ex ſua incautela cũ non debitam adhibet diligentiã in conſiderando ſi verum eſt quod dicit, & p̃cipue in rebus alicuius importantiæ vel ubi damnum, vel ſcandalum ſequi poteſt. ¶ Secũdum eſt expreſſo eius quod dicit contra illud quod haberet in mente, ſiue intendat in mente audientis generare falſam opinionem ſiue non, vt cum dicit quod audientes ſciunt non eſſe verum. Sunt autem inter omnia ſigna ordinata ad manifeſtandum conceptum animi ſeu cogitationes præcipue voces ſeu verba. Vnde philoſophus. Quæ ſunt in voce, notæ ſunt ideſt ſigna earum, quæ ſunt in animo paſſionum. Et propterea dicitur in diffinitione vocis ſignificatiuæ quamuis etiã nutus, & geſtus, & opera etiam ſignificent diſpoſitionem, & conceptum animi. Nam & in operibus ſimulatis põt eſſe mendaciũ. Vnde nomina vocis cõprænduntur omne ſignũ ſecundum Tho. 2. 2. queſt. 110. Ad quod facit quod dicit Ambro. in ſermone. Non ſolum in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus mendacium eſt, Mendacium namq; eſt chriſtianum ſe dicere, & Chriſti opera nõ facere Mendacium eſt epiſcopum, vel ſacerdotẽ ſe profiteri, & contraria huic ordini operari. 22. q. 5. cauete. Largè tamẽ hoc dicitur mendacium non proprie, cum ſcilicet non intendat decipere. ¶ Tertium quod concurrit in mẽdacio ſecundum Tho. & Bona in 3. eſt quædam accidentalis perfectio, ideſt complementum. Non tamen eſt de eius eſſentia, & hæc eſt itẽtio generandi falſam opinionem in audiẽte. Cum hac enim intentione mendacium fortius eſt, & tamen poſſet eſſe mendacium ſine iſta, ut cum quis ſcienter narrat aliquid qđ etiam audientes ſciunt eſſe falſum, quod tñ cauſa Iudi. & faciendi ſolacium ſociis facit.

Mendaciũm ſp eſt peccatum.

¶ Sciendum inſuper quod quia verba nõ ſũt ordinata ad aliud niſi exprimendum mentis conceptum. Opera autem, & ſi hoc ſignificẽt ſunt ordinata etiã ad aliud. Hinc eſt q̃ in mẽdacio oris quod propriè dicitur mendaciũ, ſemper eſt ibi peccatum ſecundum Tho. 2. 2. q. 110. & Aug. 22. q. 2. primum. Sed ſimulatio operis non ſemper eſt peccatum, cum opere ſimulando non agat contra illud ad quod opera inſtituta ſunt ita directè ſicut dicẽdo ore mendacia, vt dicit idem Tho. ſuper Gene. vbi etiam ponit quadruplicem ſimulationẽ. ¶ Prima ſimulatio eſt ſignificationis, qualis fuit in Iacob, qui ſimulauit ſe eſſe Eſau cooperiendo manus, & collum pelliculis hedorum Gene. 27. Significabatur enim quod minor populus ideſt chriſtianus præferendus eſſet maiori ideſt Iudaico, ſic & minor prius recepit benedictionem. ¶ Secunda ſimulatio eſt cautelę, ſicut patet in Ioſue qui ſimulauit fugam ab eis qui erant de ciuitate Hay. Ioſue. 8. ¶ Tertia ſimulatio eſt doctrinę ſcilicet cum fit ad inſtruendum alios, & ſic Chriſtus finxit ideſt ſimulauit ſe longius ire Lu. ulti. quod ſecit ad inſtructionem diſcipulorum, vt ſcilicet inſtantius inuitaretur ab eis, & oſtenderetur ſe longe eſſe ab eis quo ad fidẽ ſuæ diuinitatis. ¶ Quarta ſimulatio eſt duplicitatis, cum quis ſcilicet per opera ficta intendit decipere de qua Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Et iſta vltima eſt peccatum, non aliæ priores. Hęc Tho. Hinc Hieroni. ait. Vtilem ſimulationem & in tempore aſſumendam Hyeu regis Iſrael non doceat exemplũ, qui cum non potuiſſet interficere ſacerdotes Baal, niſi finxiſſet ſe velle idolum colere dicens. Congregate mihi omnes ſacerdotes, Baal, rex Achab ſeruiuit ei in paucis ſibi, ego ſeruiam ei in multis. Et Dauid quando mutauit faciem ſuam coram Abimelech & dimiſit eũ & abijt. Nec mirũ quãuis iuſtos homines tñ aliqua ſimulare p̃ tẽpore ob ſuã & aliorũ ſalutẽ cũ & dñs noſter nõ habẽs peccatũ nec carnẽ peccati ſimulationẽ peccatricis carnis aſſũpſit ut cõdẽnans in carne peccatũ nos in ſe faceret iuſtitiã Dei. Hæc ille. 22. q. 2. utilem. ¶ Sed nota ſcđm be. Tho. 2. 2. q. 3. quod Hiero. ſumit ſimulationẽ largè pro qua cũq; fictione. ſicut ẽt ſumpta eſt cũ ſupra diſtincta eſt quadrifariè. Nã ſtrictè ſumendo ſonat in vitiũ cũ ſcilicet fit ad decipiendũ. Vnde Hieu in illa ſimulatione peccauit remuneratus autẽ fuita Deo temporalibus nõ p̃ ſimulatione, ſed pro zelo quo deſtruxit cultũ Baal, ut. 4. Re. 10 Dauid aũt in ſimulando ſe fatuũ, ut habetur. 1. Regum. 21. non peccauit, quia fuit fictio illa ſeu ſimulatio figuralis. ſicut gl. exponit ſuper illud pſ. 33. Benedicã dominũ dicit enim Augu in li. de quæſtionibus euan-

Quadruplex ſimulatio.

Dauid ſimulando ſe fatuũ non peccauit

geliorum quòd non omne quod fingimus mẽ dacium eſt, ſed quando illud quod fingimus nihil ſignificat tunc eſt mendacium. Cum au tem fictio noſtra refertur ad aliquã ſignifica tionem non eſt mendaciũ, ſed figura uerita tis. Et ſubiungit exemplum de figuratis locu tionibus in quibus fingitur aliqua res non ut aſſeratur ita eſſe, ſed eam proponimus ut figuram alterius quod aſſerere uolumus, ut illud quod habetur Iudi. 9. quod ligna uoluerunt ſibi conſtituere regem &c. Sic eſt de fictione operis ſcilicet cum fit ad aliquod ſignificandum non eſt ſimulatio propriè ſicut cũ Chriſtus finxit ſe longius ire Lu. ulti. ideſt cõ poſuit motum ſuum quaſi volentis lõgius ire ad aliquid figuratè ſignificandum ſecundum Augu. cum eſſet receſſurus aſcendendo in cæ lum per hoſpitalitatẽ tamẽ retinebatur quodammodo in terra. ¶Item ſciẽdum quod et ſi nunquam liceat mendacium dicere, qa sẽper eſt peccatum. 22. q. 2. mihi. Tamen licet ueritatem occultare cum expedit, ad pruden tiam pertinet. Sic Abraham interrogatus de Sarai ab Egyptiis dixit ſororem ſuam eſſe, nõ autem dixit vxorem ſuam, ne ab Egyptiis occideretur, ut libere eã poſſet habere, ut habetur Gene. 12. In quo facto vt dicit Aug. veritatem celare voluit non mendacium dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris erat. 22. q. 2. quæritur. Tũc enim tales. ſ. neptis & nepos dici conſueuerant fratres auunculi. Saray autem neptis erat Abrahę, ſicut & Loth qui germanus Saray erat dixit Abraham fratres ſumus Gen. 13. Ita etiam cum plures ſint cauſę mouentes ad aliquid agendum abſque uitio mendacii poteſt una aſſignari etiam minus eficax cęteris, aliis tacitis, ſicut Samue cũ miſſus fuit a domino ad iniugẽdũ Dauid regem Iſrael cum eſſet in Bethleem, interrogatus a ſeniorib. de cã ſui aduẽtus tacita cauſa principali. ſ. de unctione ſienda reſpõdit ſe uenisse ad imollãdum ſacrificium, quod & fecit quamuis illa non eſſet cauſa principale. 1. Reg. 16. ¶Videtur etiam poſſe abſque vitio mendacii, uti uerbis ſophiſticis ſeu locutiõe duplici ad obuiãdum malis cum. ſ. quis dicit aliqua verba quę intelligi poſſunt dupliciter & ad unũ quidẽ intellectum dicit, aliũ intellectum intẽdit imprimere in mente auditoris, vt ſi de aliquo qui ad mortem quæritur interrogatus vtrum tranſiuerit per illam uiã qui hoc nouit dicat non tranſiuit hac intendens loqui de loco in quo ipſæ eſt quod utiq; uerum eſt. Similiter ſi quis clericus interrogatus in porta ciuitatis utrum habeat aliquid de quo debet ſolui gabella, & ille habens reſpondit quod non, intendens quia nõ obligatur ipſę ad gabellam ſoluendã, non dicit mẽdacium quamuis ille aliter intelligat verbũ quam proferens. Vnde & angelus Raphael interrogatus a Thobia quis eſſet & de quo genere. Reſpondit, ex filius Iſrael ego ſum. Azarias. Ananię magni filius. Thob. 5. Quod uerum eſt ſecundum interpretationem illorũ nominum ſecundum magiſtrum in hiſtoriis, & non aliter. Iſrael enim interpretatur uidẽs Deum Azarias vero adiutor, Ananias autem gloria Dei interpretatur. Erat utiq; angelus ex uidentibus Deum p ſpeciẽ adiutor. Thobię, Ananiæ filius. i. dignus gloria Dei Thobias tamen aliter intellexit. Cauendum tamẽ a ſcandalis quando talia poſſunt detegi, ſed nec in iudicio poteſt quis loqui, iuridicè interrogatus. Sic Abraham dicens ad ſeruos ſuos. Expectate hic cum aſino & poſtquam adorauerimus reuertemur ad uos, loquẽs de Iſaac quem intendebat immolare. Gene. 22. Non dixit hoc mendacium, quia uel ipſæ intendebat reuerti cum filio ſperans illum immolatũ a domino reſuſcitãdum. Vel locutus eſt figuratè ſecundum Tho. vbi ſupra, ad ſignificãdũ quod Deus receſſurus erat a populo Iudæorũ ſeruilis conditionis propter perfidiam eius pacta paſſione filii ſui & demum reuerſurus in fine mundi, cum cõuerterentẽ. Interim expectãt meſſiã cũ aſino. i. ſenſu aſinino & ſuperficiali. De hoc ẽt. 22. q. 2. §. phetauit Abrahã inquit Amb. qd ignorabat. Ipſæ ſolus diſponebat redire, ſed dominus fuit locutus per os eius & ſic fuit ibi ꝓphetia ſed largè nõ p. priè ut dicit Nico. de Ly. ex quo non intellexit reuerſionem.

¶Secundo videndum eſt de multiplici mõ mendacii. Omnes enim qui loquuntur mendacium variè ipſum pronunciant. ¶Triplex autem diuiſio ponitur de mẽdacio ſm diuerſas cõſiderationes eius ſm Th. 2. 2. q. 110. Poteſt enim cõſiderari primo modo ex ipſa ſui falſitate quæ ueritati opponitur, ſecundo ex parte finis qui ibi intenditur. Tertio ex parte criminis qđ ibi augetur vel minuitur. ¶Secũdum primam conſiderationem ſic diuiditur mendacium a philoſopho in quarto ethicorum. In mendacium quod tranſcendit ueritatem in maius & illud quod deficit in minus. Primum pertinet ad iactantiam quod prohibet ſapiens dicens Prouerbiorum. 30. Non addas quicquam uerbis illius & arguaris inueniarisque mendax. Et Ambroſius. Veritatis ea regula eſt, ut nil faciat quis commen-

Quod licet ueritatem celare.

Euitanda ſunt ſcãdala.

§. 2.

Menda ciũ tripliciter dicitur.

Licet ẽt aliqñ uti uerbis Sophiſticis

cõmendandi sui gratia, quo minus alius fiat, 11.q.3.si quis uero non obediat. Aliud mendacium quod deficit a veritate in minus, pertinet ad ironiam dicendo scilicet minus quã se veritas habeat, de quo in ps. 11. Diminutæ sunt veritates a filiis hoium, & Aug 22.q. Nõ ita. Nõ ita çaueatur iactantia vt veritas desereatur. Et Gre. Incanti sunt humiles, qui mẽdacio se illaqueant. 22.q.2. scilicet dicẽdo aliquẽ defectũ quem in se nõ recognoscũt. Hęc diuisio mẽdacii est per se: quia mendaciũ inquantum hmõi opponitur veritati. Veritas autem est quædam çqualitas: dum scilicet ita

Incauti. dicitur sicut in mẽte habetur. Aequalitati autem opponitur per se maius & minus. De iactantia aũt & de ironia dicitur in ti. de inani gloria. Et dicit philosophus. in 4. ethico. q̃ iactator qui mentitur in laudando se vltra id quod vituperabilior est quã ironicus qui de se negat bona quæ in se recognoscit, & hoc magis recedit a medio veritatis. Ratio huius est secundum. Bonauen. in 3. di. 38. q̃a virtus est de bono & difficili. Sed difficilius est homi nem accedere ad negandum bonum quod in se est, quam ad dicendum bonum de se quod non habet. Magis enim appetit homo reputari & exaltari quam despici. Item iactator se reddit hominibus magis onerosum quam iro nicus. Si tamen ironicus negat de se bona quę cognoscit habere, vt inde laudetur, tunc magis peccat quam iactator, quia vtrunque ibi

Mendacium pnitiosũ. est ironia & iactantia. Secundum secundam considerationem, scilicet ex parte finis sic diuiditur a magistro sen. in 3. dis. 38. mendaciũ in pernitiosum, iocosum, & officiosum. Aut enim intendit quis ex mendacio malignitatem seu nocumentum, & sic est pernitiosum, aut delectabilitatem proximi, & sic est iocosum, aut vtilitatem, & sic est officiosum. Et mendacio pernicioso vsi sunt illi duo senes qui accusauerunt Susannam falsè die adulterio vt occideretur. Vnde vni eorum dixit. Daniel. Mentitus es in caput tuum. Danielis 3.

Mendacium locosum. ¶ Mẽdacio iocoso videtur vsus fuisse Ioseph quando dixit per procuratorem suum fratribus suis. Nesciebatis, quia non est similis mei in Egypto in auguriandi scientia? Gene. 44. Vbi dicit Augustinus quòd quia non seriò: sed ioco dictum est, ut exitus docuit: non est habendum mendacium. Mendacia enim a mendacibus seriò aguntur non ioco. 22. quæstione secunda. Quod ait. Ista tamen videtur obscura locutio, cum mendacium iocosum sit mendacium & peccatum: nisi dicatur ea intentione, ut qui audit perpendat non verè: sed iocosè dici seu fabulosè: quod non ibi contingit. Sed potest dici secundum Gratia. q ea. §. Item quòd dicitur. Quòd sunt quædam mendacia, quæ & si culpa leui non careant, tamen non sunt damnabilia, immo non tanquam mẽdacia habenda sunt: quia scilicet non nocent, & isto modo potest intelligi dictum Augustini. Posset tamen dici secundum magistrum in historia. Illa verba dixit loquens secundum opinionem Egyptiorum qui credebant eum habere auguriandi scientiam. ¶ Mẽdacium officiosum dixit Raab Iericontina cum dixit de exploratoribus quos in domo habeat abscon ditos quòd recesserãt. Iosue. 2. Et obstetrices Egyptiæ Scephora & Phua Pharaoni. s. q̃ mulieres Hebreæ haberent obstetricandi scientiã &c. Et circa hoc dicit Gre. in 18. moral. quod nonnulli obstetricum fallaciam çonantur asserere hoc mendacii genus non esse peccatũ, maximè quia de illis mentientibus scriptum est qđ ædificauit eis dominus domos, in qua magis recompensatione cognoscitur quid mendacii culpa mereatur. Nam benignitatis earum merces quæ eis in æterna potuit vita retribui præmissa culpa mendacii in terrena est recompensatione declinata. 22. quæstione secunda. Si quælibet. Ex quo modo loquendi posset videri illud mendacium obstetricũ fuisse mortale: quia nullus priuatur æterna remuneratione nisi pro mortali. Sed Thom. se-

Officiosum mẽdacium.

Mendacium obstetricũ Pharaonis. cun. quæstio. 110. artic. ult. dicit quòd illud mendacium potest dupliciter considerari. Vno modo quantum ad effectum benuolentiæ in Iudæos, & quantum ad reuerentiam diuini timoris ex quibus commendatur in eis indoles virtutis. Et sic eis debetur remuneratio æterna. Vnde Hiero. exponit quòd dominus ædificauit eis domos, scilicet spirituales. Alio modo potest considerari quantum ad ipsum actum exteriorem mendacii, quo quidem non potuerunt æternam remunerationem mereri, sed fortè aliquam remunerationem temporalem, cuius merito non repugnabat illa deformitas mendacii, sicut repugnabat meritis remunerationis æternæ, sic intelligenda sunt verba Gregorii, non q̃ merentur per illud mendacium amittere remunerationem æternam quam iam ex præcedenti affectionem meruerant. Ex his patet mendacium fuisse veniale. ¶ Et nota quòd quamuis interrogatus a iudice secundum formam rectam iuris, & de pertinentibus ad potestatem eius teneatur ex legis necessitate non mentiri, aliàs peccaret mortaliter, secun

dum Thomam & Bonauent. in 3. ideo obſtetrices mentiendo non peccauerunt mortaliter ſecundum Bona. quia fuit ibi opus miſeri cordiæ, cuius inquiſitio, vel reprehenſio ad poteſtatem Pharaonis non pertinebat, quia non eſt data aliqua poteſtas homini ad agendum contra Deum. ¶ Secundum tertiam conſiderationem ſcilicet inquantum augetur culpa vel minuitur in mendacio, ſic Aug. in lib. de mendacio ponit octo genera mendaciorum. 23. quæſtione. 2. cap. primum.

Octo genera mẽdaciorũ.

¶ Primum eſt ergo in doctrina religionis, ut cum quis diceret aliquid contra fidem vel bonos mores, vt fornicationem vel vſuram non eſſe peccatum mortale, omnes in fine ſaluandos chriſticolas & huiuſmodi. ¶ Secundũ eſt quo lædit quis proximum iniuſtè, ita ꝙ nulli prodeſt & alicui obeſt, vt detrahendo famæ alterius, vel falsè accuſando. ¶ Tertium eſt qđ prodeſt vni, ſed nocet alteri contra iuſtitiam, vt ſiquis deneget quod debet ſciẽter ipſe vel alius proximo. ¶ Quartum eſt quod ſit ſola mentiendi libidine procedens ex habitu, vñ & philoſophus dicit in 4. ethic. ꝙ mendax eo ꝙ talis eſt ſecundum habitum ipſo mẽdacio gaudet. Quintum quod ſit placendi cupiditate, vt ſcilicet quis delectet alium. In quo etiã comprehendi põt non ſolum iocoſum, ſed ẽt adulatio: cum quis laudat aliquẽ de eo quod non eſt in eo. ¶ Sextum quo intenditur vtilitas alicuius ſine nocumento alterius quo ad ſubſtantiam temporalem, ut quis interrogatus de pecunia alterius quam vult iniuſte auferre dicit ſe neſcire cum ſciat. ¶ Septimum quod nulli nocet & prodeſt alteri quo ad euadendum mortem, cum quis quæritur ad occidendum iniuſtè, & ille qui nouit dicat ſe neſcire vel alibi eſſe, quam vbi eſſe ſcit. ¶ Octauum cum nulli obeſt & prodeſt alicui ad honeſtatem virtutis, vt ad conſeruandam pudicitiam ne violetur. Et in d.c. primũ dicit Aug. ꝙ ad ſalutem æternam nullus ducendus eſt opitulante mendacio, concludens in finẽ nullum mẽdaciũ eſſe abſque peccato. Et rectè eſt ꝙ inter iſta octo genera primum eſt grauiſſimum. Alia tanto grauiora quanto magis appropinquant in ordine ad ipſum cæteris paribus, & econtra tanto leuiora quantomagis diſtant a primo. Et idem ponit b. Th. 2. 2. q. ubi ſupra dicens prima tria pertinere ad mendacium pernitioſum, tria ultima ad officioſum, quintum ad iocoſum, ad quod forte põt educi & quartum, & vtrunque peccatum. Quod ergo dicit venerabilis Caſſia. in collatione Ioſeph diffinitionibus, ꝙ licet aliqñ mendaciũ dicere ob aliquam vtilitatem magnã, vel magnum malum vitandum, cum inde nulli nocumentum infertur: non videtur verum, ſed eſt contra doctrinam ſancti Aug. in d.c. primum, & c. mihi, & cõtra doctrinã beati Tho. vbi ſupra. ¶ Et quę inducit ad hoc probandũ. ſ. promiſſa facta a ſanctis nõ ſeruata fuiſſe abſque peccato quod videtur pertinere ad primum mendacium, & de pluribus mendaciis in quibus patres antiqui non dicuntur peccaſſe. Reſpondetur ꝙ promiſſio facta quocunq; poteſt aliquando non ſeruari ſine peccato ẽt de rebus licitis: ut dicetur infra nec ibi erit mendacium. ¶ Quæ autem dixerunt Abraham & Iacob, & ſi videantur mendacia, non tamen fuerunt mendacia, ut cum Iacob dixit patri ſuo ſe eſſe Eſau primogenitum. Geneſis. 27. Erat enim Eſau iure primogenituræ quæ ſibi debebatur ſecundum Tho. vbi ſupra Vſus eſt autem illo modo loquendi per ſpiritum prophetiæ ad deſignandum myſtetium, quia. ſ. populus minor. ſ. gentilium ſubſtituendus erat in locum maioris ſcilicet populi Iudęorum. Idem Bona. in 3. ſic & Gra. 22. q. 2. §. Item opponitur. Dicit ꝙ Iacob non eſt mentitus, quia non dixit ſe eſſe primogenitum naſcendo, ſed ius primogenituræ ſubintrando ſicut & Chriſtus dixit Iohanni baptiſtæ eſſe Heliam, non perſona: ſed imitatione virtutis. Matthæ. 11. In quo facto non mentiendo ſibi profuit, & alteri non nocuit, quia benedictionem debitam accepit non alienum ſurripuit. De Abraham dictum eſt ſupra. ¶ Quod autẽ dicit Nico. de Lyra ſuper dicto c. quòd non neceſſitas excuſandi patres veteris teſtamẽti a mendacio officioſo, vt hic & in aliis locis: cũ tale mendacium ſit veniale, & apoſtoli qui fuerunt perfectiores eis poſt aduentum ſpiritus ſancti non fuerunt abſque veniali, iuxta illud 1. Io. 1. ſi dixerimus quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Tamen quia doctores ſancti qui creduntur habuiſſe ſpiritum ſanctum in expoſitione ſcripturarum cum eos excuſent (ut dictũ eſt,) nec ignorauerunt ipſos non fuiſſe immunes a venialibus, ideò magis pium eſt ſentire quòd ipſi ſentiunt, & aliter dicere eſt ſapere pluſquam oportet ſapere, nõ ad ſobrietatẽ quod Apoſtolus prohibet Ro. 12. Vñ & Aug. dicit. Credendũ eſt illos homines qui prophetici tẽporibus digni auctoritate habiti ſunt, omnia quæ ſcripta ſunt de illis propheticè geſſiſſe atque dixiſſe. Verũ eſt tñ dicit Th. ubi ſupra, ꝙ quidã cõmendant in ſcriptura nõ ꝓpfectã virtutẽ: ſed indolẽ quandã virtutis, qa

Quo antiqui patres excuſanẽ a mendacio.

ſcilicet

scilicet apparebat in eis aliquis laudabilis affectus ex quo mouebantur ad quædam inde bita facienda & hoc modo Iudith laudatur, non quia mentita est Holoferni, sed propter affectum quem habuit ad salutem populi, ꝓ qua se periculis exposuit, quamuis dici posset quod vera eius secundum aliquem intellectum veritatem habent. ¶ Notandum etiam quod ex hoc quod euangelistæ narrantes eas dē historias, vel doctrinas saluatoris diuersimodè scribant, nullo modo dicit Tho. vbi supra phas est opinari in euangelio vel in aliqua canonica scriptura aliquod falsum asseri quod scriptores mēciti sunt, quia periret certitudo fidei quæ auctoritati inititur scripturæ. argu. ad hoc. distin. 9. vbi dicit Aug. & Hie. Si ad scripturas sacras admissa fuerint officio sa mēdacia quod in eis remanebit auctoritatis. q. d. nulla de scripturis illis sniā profertur scilicet ad probandum aliqd certe nulla posset. Vnde Aug. in li. de cōsensu euangelistarū ait. Nullo modo laborandum esse iudicat qui prudenter intelligit ipsas sniās eē necessarias cognoscendę veritati quibuslibet verbis fuerint explicatę. Et in hoc apparet non debere nos arbitrari mentiri quamquam ſ pluribus reminiscentibus rem quam audierunt vel uiderunt non eodem modo atque eisdem uerbis eadem res fuit iudicata. Hæc ille. Siqua autē aliquando videtur contrarietas in scripturis superficialiter est tm̄, & apparenter secūdum corticem non realiter. Et Hiero. dicit. Nō putemus in verbis scripturarū esse euangeliū, sed in sensu nó in cortice, sed in medulla, non in verborū foliis, sed in radice rōnis. j. q. 1. Marchion. sicut verbi gratia ꝙ Lucas refert. 8. c. Archisinagogū rogasse Christum ut ueniret ad domū suā ad sanādū filiā infirmā. Matthæus narrans eādē historiam. 9. c. dicit Archisinagogū seu principē Christo dixisse. Filia mea modo defuncta est, cum tamen adhuc non esset mortua, sed qa dū Christus iret ad domū eius mortua ē. Matthęus abbreuiās historiam dicit illum dixisse quod demū factum est quia mortua est, & ita in extremis dimiserat, quia iam mortuam iudicauit quid postea resuscitauit, vnde in sententia concordant, & alias apparentes contrarietates doctores exponendo soluunt. ¶ Nullo igitur casu licet mentiri. Ratio huius secundum Th. vbi supra est, quia illud quod secundum se est malum ex genere suo, nullo modo potest esse bonum & licitum, quia ad hoc quod aliquid si bonum requiritur quod omnia rectè cōcurrant ad ipsum, bonum enim est ex integra causa scd̄m Diony. Mendaciū autem est malū ex genere. Est enim actus cadens super indebitā materiā, cum enim uoce sint signa naturaliter intellectuū innaturale est & indebitū quod aliquis uoce significet quod nō habet in mente. Vnde & philosophus dicit in 4. ethi. quod mendacium est de se prauum & fugiendum. Ad hoc etiam facit decreta. sup eo. extra de usur. ubi dicitur quod non licet pro alterius uita mentiri. Idem Bonauētura in 3.

In scripturanulū mendaciū cotinetur.

Nulloca su licet mentiri.

¶ Quantum ad tertium. Nota seueram punitionem ipsius mendacii quę fit a Deo in eo ꝙ dicit psal. Perdes tu scilicet Deus sed Deus, non perdit creaturam rationalem nisi ꝓpter mortale, ex quo videtur mendacium esse mortale, quod verū est, sed non semper. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. 2. 2. q. 90. arti. ulti, quod mendacium est mortale secundum qd contrariatur charitati per quam anima uiuit Deo coniuncta. Contrariatur autem charitati tripliciter. §. 2.

Mendacium aliqñ est mortale.

¶ Vno modo secundum se.

¶ Alio modo secundum finem intentum.

¶ Tertio modo per accidens.

¶ Secūdū se qdē cōtrariatur charitati ex ipsa falsa significatione, q̄ si fit circa res diuinas cōtrariat charitati Dei cuius veritatē occultat vel corrūpit. Vnde hmōi mendaciū non solū opponitur virtuti charitatis, sed etiam fidei & religionis, uñ hoc mendaciū est grauissimū sicut cum fidelis in pſecutione negaret se eē christianum quod eēt in opprobriū fidei, quasi nō esset uera. Sicut etiā Petrus negauit Christum, cum negauit se esse eius discipulū Mat. 26. Si vero falsa eius significatio sit circa aliqd cuius conditio ptineat ad hois bonū, puta q̄ ptinent ad perfectionē scientiæ, vt docendo falsa sciēter in iure, vel medicina, vel alia facultate, vel quę pertinent ad pfectionē morū sicut ꝓphetæ q ꝓmittebant ppō liberationē ꝓmanenti in peccatis suis, iuxta illud Prophetæ tui uiderunt tibi falsa. Tre. 2. & Hier. 7. Nolite cōfidere i uerbis mēdacii dicentes. Tēplum dñi, tēplū dñi, tēplum dñi est, supple ꝓ teget nos a malis, ꝙ falsò promittebant ꝓphetæ. Tale mendaciū qa in infert dānū ꝓximo cōtrariat dilectioni ꝓximi vnde mortale est. Ad idē videt ptinere mēdacium pronunciātium falsas indulgentias & reliquias, & in prædicatione scienter falsa dicendo, & promittētium missas & oīones mēdaciter & dicentiū se habere auctoritatē. Si uero falsa opinio ex mendacio generata sit circa aliquid de quo nō referat vtrū sic vel aliter cognoscat, cū ex tali mēdacio nō dānificeē ꝓximꝰ fm se

Mendaciū cōtrariatur charitati.

nō erit mortale,¶Secundo modo mēdaciū
est mortale rōne finis intēti puta cū quis intē
dit iniuriam Dei uel nocumentum proximi,
quo ad personam,famam,vel diuitias,& vtrū
Est mor que est contra charitatem. Nam nocere pro-
tale pp ximo f.notabiliter est mortale.Sic est intel-
finem in ligendum quod dicit Ray.in 2.parte sue sū-
tentum mæ in dictione mendacium in fine.f. quod
qui uerbis mendacibus & in mercatoribus
vtuntur dicentes rem vilem esse caram & prę
ciosam mortaliter peccant propter nocumen
tum quod inferunt proximo, quod verū est
cum intendunt notabiliter damnificare & de
cipere si possunt.Nam de modico intēdentes
non apparet ratio quare sit mortale. Ex sola
autem intentione peccati mortalis peccatur
mortaliter. Sicut Iudæi cum dicebāt Christū
eiicere dæmonia in Belzebub ut tollerent fa
mam eius.Lu.11.Et qui testificati sunt cōtra
Naboth mentientes quod maledixisset Deo
& regi vt occideretur.3.Regum.21.& testificā
tes contra Stephanum prothomartyrem vt la
pidaretur.Act.6.& Siba occurrens Dauid fu-
gienti a facie Absalonis qui mentitus est cō-
tra Miphiboseth quod uoluisset maliciosè ac
cedere ad eum,vt haberet substantiam eius
2.Reg.16 Si vero finis intentus non sit con-
trarius charitati nec mendacium secundum
hanc rationem erit mortale, sicut apparet in
mendacio iocoso in quo intenditur aliqua le
uis delectatio,vel etiam cum intenditur parū
nocumentum proximo,& officioso in quo in
tenditur utilitas proximi, sicut fuit menda-
cium Saræ quę angelo negauit se risisse ob
quandam erubescentiam vitandam.Gen.18.
Et Michol quæ mētita ē Soli de Dauid. f. coa
cta qđ dimiserat eū recedere.1.Re.19 Et Chu
si qui mētitus ē Absaloni dicēs se amicū suū
& dās cōsiliū sibi noxiū.2.Reg 15. sed ut re-
uerteret regnū ad eū cuius erat.f.Dauid.¶Ter
tio mō per accidens pōt contrariari charitati
rōne scādali,vel cuiuscūq; dāni cōsequentis,
&sic ē erit mortale,dum.f.aliquis nō ueret
propter scādalum publicè mentiri.Et sic isto
modo scilicet per accidens non solum perni
tiosum mendacium quod de se est mortale
sed & iocosum & officiosum quæ de se sunt
uenialia possūt eē mortalia,pdet ergo Deus
damnatione,æterna omnes qui loquūtur mē
dacium quocunque istorum modorū ubi est
mortale, secundum quod intelligendū est il
lud Sapi.1.Os quod mentit occidit animam
scilicet cum mentitur mendacio. quod est
mortale,ut pernitiosum sic dicit glosa super
dicto uersu psal.perdes omnes.Ad hoc etiam
facit quod dicit Gratia.22.q.2.§. item quod
dr pdes.Pōt uniuersaliter itelligi dicti aucto
ritas psal.etiā de mendacio ueniali. Nam cū
uenialе disponit ad mortale sic quis etiā per
ditur mendacio uenialі inquantum disponi
tur ad mortale propter quod quis perditur,&
sic intelligendum est illud.1. nec artificioso.
22.q.2. ¶Sciēdum autem quod opinio quo
rūdam fuit vt refert Hug.car.super illud ps.
perdes omnes &c.& glo.super c.ne quis arbi
tretur.22.q.2.&.b.Tho.2.2.q.ubi supra ar.fi.
quōd omne mendacium etiam officiosum in
uiris perfectis est mortale quōd Hugo.ea nō
approbat quinimmo bea.Tho. ubi supra ex-
prēsse reprobat ut falsam,idem Bonaventura
in tertio.Et ratio huius est secundum ipsum,
quia nulla circustantia aggrauat in infinitū,
nisi quę transfert in aliam speciem. Circun-
stātia autem personæ non transfert in aliam
speciem nisi forte ratione alicuius annexi,
puta si sit contra uotum ipsius quod non po-
test dici de mendacio officioso & iocoso,&
ideò neutrum eorum est mortale in iuris per
fectis nisi ratione scandali. Et ad hoc potest
referri quod dicit Augustinus Perfectis esse
præceptam non solum non mentiri, sed nec
uelle mentiri, quamuis hoc non assertiuè,
sed sub dubitatione dicat. Nec obstat quōd
ponunt in statu conseruandæ ueritatis,quia
ueritatē tenētur ex suo officio in iudicio uel
doctrina conseruare.Contra quę si mentian-
tur ut iudicando,uel prædicando erit morta
le.Aliter uerò non oportet quod sit mortale.
Est autemcontra præceptum octauum illud
scilicet.Non loqueris contra proximum tuū
falsum testimonium secundum magistrum
sententia.in 3.distin.37.& hoc cum est mor-
tale præter autem præceptum cum est uenia-
le.¶Ostenditur autem grauitas & detestatio
eius,quia inficit intellectum,minuit affectum
tollit Dei aspectum.¶Quod inficiat intelle-
ctum patet ex hoc,quia falsum est malum in
tellectus cui mendosus instituitur,sicut uerum
est bonum intellectus a quo mendosus rece-
dit,Vnde dicunt damnati. Errauimus a uia
ueritatis Sapien.5.Sicut autem intellectus est
nobilissima potentia præsta uoluntati, quia
bonū intellectus est qđ mouet affectū ad sui
amorē,ita corruptio eius p falsitatē est picu-
losissima,pp qđ distrahit,phibet Leui.19.Nō
loqueris mendacium¶Secūdo mēdaciū minuit
benuolentiæ affectū,nā mēdaces cōiter sunt
hoibus. Displicet enim cuilibet se decipi ab alio.
Et meritò tales abominant ab hoibus,qa mē-
daciū destruit& conturbat totā cōuersationē

hominum

hominū adinuicē. Tota .n. cōicatio hominū adinuicem instrumentaliter cōsistit in actu significatiōis. Nullus enim potest aliquid sui cordis seu conceptus mentalis alteri cōmuni care nisi per aliquid inter medium signum in quibus signis vox obtinet principatum. Corruptio ergo significatiōis quæ ꝓcedit ex lingua mendaci est corruptio totius generationis humanæ. Vnde videmus hoc sequi quod ex multitudine mendaciorum & hominum qui sunt mendaces quasi nullus credit alteri, sed semper suspectū habet. Iuxta illud Hiero. Mendaces faciunt ut verba dicentibus nō credantur. Sine mutua autem crudelitate nulla est fida societas, nulla in aliquo fides, nulla spes & confidentia firma, nulla amicitia uera nullum pactum firmum, nulla cōcordia, nulla pax, nulla denique in aliquo bono firmitas. Et sic mendacium est causa innumerabilium malorum quæ odio habentur, propter quod dicitur. Ecclesia. 7. Noli uelle mentiri omne mendacium ideſt ullo mendatio. ¶ Tertio tollit Dei aspectum secundum quod hic dicitur in ps. 5. perdes omnes &c. Et merito. Omne enim simile applaudit suo simili. Cum autē Deus sit ipsa veritas summa non potest cum mendacio quis apparere in conspectum eius. Sed vt dicit Ioan. apoca. vlt. Foras scilicet supernam ciuitatem quā vidit, canes & venefici et impudici & homicidæ & idolis seruiētes & omnis q amat mendaciū. Ego sum veritas (ait verbū incarnatū Ioā. 14) Impiissima autem blasphemia esset dicere vel sentire q̄ in eo sit aliquod falsum, vel mēdosum, aut q̄ dicit verbū, aut quicquid in eo cōtentū mēdo se aliquid exprimeret immo mirabiliter Deus diligit ita veritatē, quia seipsum. s. diligit qui est veritas q̄d scdm glo. 1. Corin. 15. Horendum est aliquid falsi de Deo dicere, & si adlaudem eius videatur pertinere, cum Iob. 13. dicat. Nunquid Deus indiget nostro mēdacio. q.d. non vtique. Constat autem quod creatura rationalis inquātum talis est eius imago & omnis eius significatiua expressio est imago illius verbi facta & creata ad hoc ut primā ueritatem semper exprimat exterius, & secūdū illius regulam se dirigat in omnibus, & omnia faciat ab ea nullatenus deuiādo, sed uenerando, laudando, & magnificando. Sed mēda eiū ē corruptela & macula, & depravatio omnium prædictorū. Et vt dicit Ansel. Ideo mēdacium est malum secundū se q̄ Deus nō p̄t dispensare q̄d hō dicat sine peccato quia non potest recedere a veritate sua de furto posset dispensare, qa dñi est terra & plenitudo eius.

Et ideo q̄d possidet vnus potest alteri dare. Vnde & Sal. prouer. 6. inter ea quæ odit Deus ponit linguam mēdacem. In huiusmodi aūt detestationem Ananias & Saphira, quia n. ēti ti sunt Petro de p̄tio agri sui venditi perditi sunt corporaliter mortem subitaneam incurrentes. Actuum quinto.

¶ De promissione simplici scilicet absq; iuramento vel uoto. Vbi sciendum quod cum q̄s promittit simpliciter aliquod illicitum vtiq; peccat, & illud seruare non debet, quia peccatum peccato adderet. Vnde Isido. In malis ꝓmissis rescinde fidem scilicet non seruādo. Si autem licitum & possibile quod promittit, sed seruare non intendit, vtique peccat, quia mendacium dicit. Si autem seruare intendit non seruando cum potest vtique peccat, quia omne promissum debitum iure naturali seruandum est adeo quod secundum Augustin. Fides etiam quando hosti promittitur seruāda est. 23 q. 1. noli. Et hæc nisi subsit vel superueniat causa rationabilis non implendi, puta nouus casus impræmeditatus. Vt dicit b. Th. 2. 2. q. 90. arti. 3. quod potest talis non seruās quod promisit excusari si sint mutatę conditiones personarum & negociorum, Vt enim dicit. Sene. in li. de benefi. ad hoc quod homo teneatur facere quod promisit requiritur, quod omnia immutata non permaneāt. Alio quin non fuit mendax in promittendo quod promisit, quia habebat in mente subintellectis debitis conditionibus. Nec etiam est infidelis in non seruando quod promisit. Vnde Apostolus. Non est mentitus nō eundo Corinthum, quo ire promisit propter impedimēta superuenientia. Hic & Gela. papa ait bea. Paulus apostolo. non ideo quod abſit fefelliſſe credendus est, aut sibi extitisse contrarius quā do cum ad Hispanias se promisisset iturum dispositione diuina maioribus occupatus ex causis quod promisit implere nō potuit, quā tum enim ipsius voluntatis interfuit hic præ nunciauit, quod reuera efficere uoluisset quā tum ad diuini secreta consilii quę ut homo non omnia potuit, licet spiritu Dei plenus agnoscere superna prætermisit scilicet accessum ad Hispaniam dispositione præuentus. Nec quia beatus Petrus pro affectu diuinę reuerentiæ ipsi domino respondit. Non lauabis mihi pedes in æternum se fefelliſſe quod abſit, aut in sua putabitur minime constitisse sēntentia, quod mox diuinæ cesserit uolūtati. 22. q. 2. Beatus. Quod ꝓmissa simpliciter aut facta vel ꝓposita seu determinatiōes cū occurrat aliq̄d melius fiēdum sint mutāda seu possint immutari

Adde q̄d mēdaces de iure ciuili graui ter puniunt in l. inde Nerati⁹. §. fin. ff. de iure iu. ī aut. possessor C. q̄ pot. ī pigno. hab. ca. Sup lit teris. de reſcr. c. 1. de de lict. puer.

§. 4.

Illicite ꝓmissa non seruentur.

immutari laudabiliter, Patet ex hoc quod habetur. 22. q. 4. ubi dicitur ex concilio Eliberta no. Diffinitio. i. promissio incauta laudabiliter soluenda est id est frãgẽda (ecũdũ gl. Nec est prẽuaricatio, sed temeritatis emẽdatio. Itẽ q̃stione eadẽ. Nõ semper ꝑmissa omnia soluenda sunt. Denique ipsæ dominus mutat sẽtentiam sicut scriptura indicat, sicut patet in Niniue, & Ezechia. Item in c. incõmutabilis. Angeli etiam apparentes Loth inuitati ab eo ut intrarent domum suam, respond erunt ne quaquam, sed in platea manebimus. Gen. 19. Qui tamẽ coacti precibus, postea intrauerũt. Nec in hoc mentiti sunt, quia non intẽdebãt intrare nisi rogati, vt in hoc commendaretur hospitalitas in Loth, & aliis ipsius daretur exemplum mutandi aliquando propositum, vt dicitur in colla abbatis Ioseph. Et hoc diffusè declarat Io. Cassia. i colla. Ioseph de diffinitionibus. Hoc tamen est verum, nisi talis promissionis mutatio fieret in ꝓiudiciũ alterius, vel promissio facta esset de necessariis ad salutem, quia tunc dicit regula. Quod semel placuit amplius displicere nõ põt, ex cõtra de reg. iur. li. 6. Quod semel. Et nemo põt mutare cõsilium i alterius detrimẽtũ, de reg. iu. li. 6. cum concor. ¶ Sed quæritur utrum ali quis teneatur de necessitate salutis implere quod simpliciter promisit licite, nec superuenit nouus casus impediens adimpletionẽ Et uidetur q̃ sic, q̃ dicit Chrys. s. 22. q. 5. iuramẽti, quòd dominus nõ facit differentiam inter simplicem loquelam. s. promissoriam, & iuramentum. s. promissorium. Sed frangens quis quòd licitè sub iuramento promisit cũ potest implere peccat mortaliter secundum doct. ergo & frangens simplicem promissionẽ. ¶ Respondeo secundum Richar. in 4. di. 38. Circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod si talis non intendit se obligare in foro conscientiæ non tenetur ad implendum tale promissum de necessitate salutis, sed ex congruitate. Et pro eis est ar extra de uoto c. Literarũ morũ. Quãuis enim ex iure naturę obligẽtur promittens ad implendum quod promisit, illa tamen obligatio nõ est necessitatis sed congruitatis, nisi se sic obligare intẽderet & ideo contra ueniens non peccat mortaliter sed venialiter. Nec mirãdum, quia ficut in lege scripta aliqua comprehenduntur ut necessaria ad salutem, aliqua alia vt expediẽtia & non necessaria, sic in lege naturæ aliqua comprehenduntur vt de necessitate obligantia, aliqua de honestate, & hoc rationabiliter videtur. ¶ Alii dicunt quod nuda promissio ex deliberatione facta promittentem obligat ad implendum de necessitate salutis, ar. pro eis est 12. q. 2. Quicunque suffragio ibi enim dicitur. Quodcunque commodum ex remuneratione, scilicet pro obsequio impenso promisit, promisi solutionem soluere oportebit, & infra. q. 5. quia Ioannes hæc ille. Huic ultime opi. assentit. Guil. di quod ex nudo pacto uel promissione oritur actio & quod mortaliter peccat recedens a pacto extra de pac. capit. 1. Anto. de Bu. dicit idem, probans hoc ibi tali ratione. Excommunicatio non debet ferri nisi ꝑ mortali vero, vel præsumpto 11. q. 3. nemo episcoporum. Sed pactum non seruans potest excommunicari, ut parte dicit ca. Antigonus, extra de pac. ergo &c. Et videtur hoc intelligendum de promissionibus alicuiusmodi portantiæ, vnde sequatur damnum alicui ex fractione promissi, quod patet ex illis ca quæ inducuntur. Nam in leuibus videtur esse veniale. Non est etiã dubium quod possint partes sibimuicem pactum relaxare, & quilibet obligationem sibi factam remittere. Sed in alternatiuis promissionibus electio est debitoris, & sufficit alterum adimpleri extra de reg. iu. lib. 6. Argumentum autem factum est pro secunda opinione, non tamen est utrumque eiusdem grauitatis peccatum. Vnde dicit ibi Io. An. quod comparatio fit ibi in genere non in quantitate, cum dicitur quod Deus non facit differentiam inter simplicem loquelam, & iuramentum, quia uidelicet uterque scilicet frangens simplicem promissionem, & promissionem iuramento firmatam peccat mortaliter, sed frangens iuramentum grauius peccat. Confirmat idem Abbas Siculus, quando scilicet promissioni simplici & iuramento datur ualiditas, cum. s. promittitur iustum & licitũ mortale est contra venire, & si non ita graue primum sicut secundum. Secus ubi promissio est nulla propter turpitudinem rei promissæ, vel recipientis promissionem, utputa quia coegit & huiusmodi. Turpium enim nulla est obligatio.

¶ De obsidibus qui sunt quasi quædam securitas super facta promissione, quæritur quis possit dari in obsidẽ utrum laicus, clericus secularis, vel religiosus etiam, & a quo possit dari? ℟ Respondeo secundum Abbatem Siculũ super ca ex rescripto de iureiur. Sciẽdum q̃ quantum ad laicos dari possunt ad Imperatore hostibus suis, & econtra. Et isti obsides hoc casu sunt quasi serui. Item puto de aliis principibus habentibus iura principis seu ius indicendi bellum. Et licẽt in feriores his

dare

Vtrũ teneat implere qd licitè ꝓmisit.

Nuda ꝓmissio.

Nõ differt simplex ver bũ, & iuramẽtũ.

§. 5.

dare non possint, tamen de facto contrarium est vsurpatum secundum Azon. in sum. Et si inter priuatos dantur obsides vbi non interuenit iuramentum, non tenet obligatio, quatenus scilicet ille teneatur stare in certo loco & non inde recedere; quia hoc uidetur quidã carcer priuatus, quem miro modo iura detestantur ut l. 1. C. de car. priua. Sed vbi interuenit iuramentum, talis potest ad obseruantiã eius cõpelli, vt scilicet stet in certo loco: prout conuentum est; non tñ aliter debet detineri inuitus. Non. n. credo tenere iuramentũ ut possit detineri inuitus, quia esset contra bonos mores, de re. iu. non est obligatoriũ lib. 6.

Clerici non põt dari, sed monachus.

¶ Quantum verò ad clericos seculares non possint tales per episcopos dari obsides, sicut possunt monachi per abbatem, quia non sunt ei ita astricti sicut monachi abbati, vnde non poterunt inuiti detineri, licet ab initio assenserint sine excommunicationis pœna. Nec potest episcopus in hoc dispensare, arg. c. si diligenti de fo. comp. A papa autem dari possunt clerici in obsides. ar. c. cuncta 10. q. 3. Quantũ ad monachos de papa non est dubiũ q̃ potest dare. ar. c. Per principalem 9 q. 3. Sed & abbas etiam pro necessitate & utilitate monasterii potest dare etiam inuitum, quia nõ potest resistere voluntati eius, vnde & detineri potest inuitus, de consensu tamen abbatis, non autem inuito abbate, quia habet beneficium canonis. Si quis suadente. 17. q. 4.

¶ De *adulatione*. Cap. 2.

QVia in adulatione frequẽter contingũt mendacia & ex auaritia aliquãdo procedit, ideo subsequenter de ea agendum, de qua loquens ps. 160 ait. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, ubi dicit glo. Falsa laus adulatoris a rigore veritatis emollit ad noxia. Vbi dicendum q̃ cũ adulatio fiat communiter per humaua colloquia, in quibus homines adinuicem viuunt, & conuersantur secundum proprietatem suæ naturæ quo ad delectare uel contristare alios, tripliciter fieri contingit humanum colloquiũ. Quidam. n. tenent mediũ in delectando, uel contristando alios ex suis locutionibus, & gestibus quærentes delectabiliter secundum debitum modum se habere cum his, cum quibus conuersantur, non tamen ita quin etiam contristent cum expedit. s. reprehendendo defectus eorum, & hi dicuntur amici vel affabiles. Ad quod hortatur sapiens dicens. Eccl. 4. Congregationi pauperum affabilem te facito

Humanum colloquiũ fit tripliciter.

Quidam alii sunt, qui recedentes a medio cõmittunt defectum in minus delectando, quã debeant, & magis cõtristãdo quam cõgruat, & hi dicuntur agrestes, seu discoli, vel litigiosi. 2. ad Thi. 2. Seruũ Dei non oportet litigare. Alii verò excedunt in delectando alios verbis plus quam debeant; & hi qui dicuntur blãditiores seu adulatores. Vnde Seneca. Laudato parcè & vitupera parcius. Et de hoc vitio adulationis ait psal. 54 Molliti sunt fermones eius, scilicet adulatoris super oleum, & ipsi sunt iacula, & alibi, oleum &c. In quibus possumus tria considerare.

¶ Primo conditionem malitiæ adulationis, ibi. oleum.

¶ Secundo infectionem conscientiæ blanditoris, ibi. peccatoris.

¶ Tertio exclusionem complacentię laudationis, ibi. non impinguet caput meum.

¶ Quantum ad primum. A dulatio apertè appellatur oleum propter conditionem materię similem oleo. Nam sicut oleum est lucidum, dulce, & lubricũ, ita laus facta alicui quæ est materia adulationis habet quandam luminositatem apparentiæ, & suauitatem complacẽtiæ & lubricositatem adherentiæ. Nam ut dicit quidam. Nulla est tam excelsa virtus quæ dulcedine gloriæ non tangatur. Gloria autẽ refultat ex laude: sed sicut oleum maculat pãnum vbi effunditur, ita adulatio eum ad quẽ dirigitur multoties, & si non semper maculat. Est ergo adulatio quoddam vitium quo quis quærit alteri placere ex laudatione facta ad ipsum, vel alio actu, sed inordinatè. Sunt ergo tria videnda pro declaratione eius. §. 1.

¶ Primum de complacendo.

¶ Secundum de laudando.

¶ Tertium de inordinatione ipsius laudis.

¶ Quantum ad primum sciendum, q̃ velle alteri placere potest fieri quadrupliciter. ¶ Primo ad Dei honorem & gloriã procurandam, Sic Hester ad complacendum regi Assuero accessit ad eum ornatissimè laudans enim magnifice dicẽs. Mirabilis es tu dñe, & facies tua plena est omniũ gratiarũ. Hester. 15. vt inde posset reuocare sententiã datã contra populũ Dei de exterminio eius, sic & Hieremias laudabat Nabuchodonosor scribens trãslatis in Babyloniã: ut orarent pro vita eius & filiis, q̃a in pace eius erat pax eorum sic & Daniel in exponendo visionem ei. ¶ Secundum põt q̃s velle & quærere placere alteri ad beniuolentiam eius habendam, & sic Paulus quærebat placere Festo iudici uocans eum optimum: & Herodi dicens se fore beatum audiri corã eo:

Alteri uelle placere fit quadrupliciter.

ut

vt ſic habita beniuolentia liberaretur a calũniis Iudæorũ, ſic & mulier illa Thecuites intercedens pro Abſalone laudãs Dauid. ¶ Tertio propter proximorũ vtilitatem faciendam. Et ſic Apoſtolus de ſe ait. Ego per omnia omnibus placeo. 1. ad Corin. 10. & iterum factus ſum omnia omnibus ut omnes lucrifacerem, primæ Corint. 9. & hoc conformans ſe moribus eorum quantum poterat ſine peccato ut eis placeret. ¶ Quarto poteſt quis alteri uelle placere non propter aliquod prædictorũ, ſed propter inanem gloriam ſui, vel propter decipiendum eum vel dãnificandum uel aliquod illicitum conſequendum, & hoc eſt malũ pertinens ad adulationem, de quo pſal. ait. Deus diſſipauit oſſa eorum. i. virtutes quæ hominibus placent ſ. adulando, & ad Gal. 1. Si hominibus placerẽ Chriſti ſeruus nõ eſſem. ¶ Quãtum ad ſecundum notandum ꝙ laudare aliquos contingit quadrupliciter. ¶ Primo ꝓput Deus honoretur, & hoc eſt bonũ. Sic ſacerdos ſumus Ioachim laudauit Iudith de occiſione Holofernis & liberatione populi dicẽs. Iudit 15. Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, eo ꝙ dilexeris caſtitatem &c. ¶ Secundo laudatur quis virtuoſè ut non deficiat in tribulatione poſitus: ſed cõſoleť, ſic laudata fuit Noemi & Ruth Moabitides afflictæ & de paupertate a Booz confortarentur Ruth. 3 ¶ Tertio ut uirtus in proximo augeatur, & in bono proficere conetur, nã ut dicit Sen. Virtus laudata creſcit, & ut ferat melius correctionẽ, ſic Apoſtolus laudat mirabiliter Corinthios i principio primę epiſtolæ di. In omnibus diuites facti eſtis in illo, ita ut nil uobis deſit in ulla gratia: & paulopoſt de multis repræhendit. Nec mendacium dixit in huiuſmodi, quia erant ualde boni inter illos in quibus erant illa perfecta dona de quibus laudauerat. Quarto laudari poteſt ꝙs ad malum finem, uel non ſeruatis debitis circunſtantiis quod pertinet ad adulationem.

Alios laudare ſit quadrupliciter.

¶ Quantum ad tertium ſit laudatio uel aliqs actus, puta honoris & reuerentiæ ad compla cendũ inordinatè & quadrupliciter. ¶ Primo laudãdo de ſibi dubio uel incerto, propter qd dicitur Eccl. 11. Non laudes uirum in ſpecie ſua gl. 1. ne iuxta ſpẽm corporis æſtimes qualitatem mentis, quia homo uidet quæ foris ſunt, Deus autem intuetur cor. & Eccl. 11. dicitur. Ante mortem non laudes quenquam gl. Stultum laudare pugnantem, quaſi iam pugnæ victorẽ. Ille enim qui uidetur bene agere neſcimus quo animo agat, aut ſi uelit uel poſſit perſeuerare in finem. ¶ Secundo laudat quis malè cum laudatur de illicito ſecundũ illud. Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuę, & Eſa. 5. Veh qui dicitis malum bonum, videlicet laudando malum tanquam bonũ. Vnde Caſſia. in quadam epiſtola ſic ait. Adulatio blanda omnibus applaudit omnibus ſalue dicit, prodigos uocat liberales, auaros parcos ſapientes laſciuos, vel prodigos curiales, garrulos affamabiles, obſtinatos conſtantes, pigros maturos & graues. Hæc ille.

¶ Tertio laudatur quis indebite cum laudat de bono: ſed vltra quam ſit, vel non ſeruatis debitis circunſtantiis: de quo poteſt intelligi illud Eſa. 3. Populę meus qui te beatum dicũt ipſi te decipiunt. ¶ Quarto cum tacet malum ꝙ videt, nec repræhendit cum poteſt. Vñ & videtur approbare & quaſi laudare eum hoc facit ne diſpliceat illi, ſed ut placeat. Vnde Beda Adulator qui tacet: & dat conſenſum ne offendat illum quem credit habere propitiũ. Impropriè tamen dicitur huiuſmodi adulatio. Hęc Alex. 2 parte ſummæ q. 35.

¶ Secundo notatur infectio ipſius adulatoris, quia ex ipſa adulatione inficitur, & peccator efficitur. Vnde dr̃ peccatoris oleo. ſ. adulationis, ꝓpter quod quis efficitur peccator & maculatur in anima. Quod aũt nõ ſolum ſit peccatum, ſed mortale & graue probatur. Nullus clericus punitur pœna depoſitionis: niſi pro mortali & graui. Et ratio eſt, quia illa eſt maxima pœna: maior ẽt excõicatione, ut patet. 22. q. 4. fortem. ſed adulator punitur hmõi pęna. Nam dr̃ di. 46. Clericus qui adulationib. & proditionibus vacare depræhenditur, degradetur ab officio, ergo &c. §. 2.

¶ Sciendum tamen quõd non ſemper: ſed tribus modis adulatio eſt mortale. ¶ Primus eſt ratione materiæ laudationis, i. cum quis laudatur de aliquo criminali, & de hac itelligit illud Eze 13. Veh qui conſumunt puluillos ſub oi cubito manus: & faciũt ceruicalia ſub capite vniuerſę ætatis ad capiẽdas aias. Qd exponẽs Greg. in moral. ait. Ad hoc quippe puluillus ſub cubito ceruical ſub capite iacentis ponitur, ut molliter quieſcat. Quiſquis ergo male agentib. adulatur puluillũ ſub cubito: & ceruical ſub capite ponit, vt ꝙ corripi ex culpa debuerat in ea fultus laudibus quieſcat. di. 46. ſunt nõnulli. Veh aũt importat dãnationẽ ęternã, quæ pro hmõi adulatione incurrit: quia mortale. Et ratio huius eſt, quia quicunque agit contra charitatem Dei & proximi peccat mortaliter, ſed hoc facit qui adulat in hmõi malis. Nam per hoc fouet & nutrit eum in ipſo peccato: ut patet ex dicta auctoritate & experientia,

Adulatio tripliciter eſt mortale

Laudatio alterius ſit quadrupliciter.

rientia, ergo &c. ¶ Secundus modus est ratione formæ vel intentionis, cū scilicet quis per adulationem intendit nocere alicui notabiliter in temporalibus vel spiritualibus, vt cum intēdit ad aliquod illicitum inducere, vel decipere ipsum in temporali substantia, cum viderit eum in se confidere, vel vt indicet se creta cordi sui, vnde adulator possit ei nocere, sicut fecerunt Pharisei cum miserūt discipulos suos ad Christum interrogandū, vtrū licebat dari cēsum Cęsari dicentes Mgr scimus qa verax es. &c. Math. 22. ei adulādo. Et de huiusmodi dicitur prouer. 22. Meliora sūt vulnera diligentis, quam oscula fraudulenta odientis. q.d. meliores sunt increpationes duræ & verbera amici, seu prælati, etiam si uulneret sensualitatem contristando, & inferat pro demeritis pœnas, & plagas, quam fraudulenta oscula. i. quam applausus, & adulatiōes nocere intendentis, vel dissimulantis. Patet hoc etiam ratione. Nam qui intendit alicui nocere temporaliter vel spiritualiter, mortaliter peccat, quia contra iustitiam agit & charitatem, Sed q adulatur modo prędicto nocere intendit per hoc &c. ¶ Tertius modus est ratione circunstantiæ vel occasionis cum uidelicet ex hoc quod aliquis laudatur supra modū, inde superbiam incurrit, vel inanem gloriā, taliter quod peccat mortaliter, tum & si per accidēs seu pter intētione hoc eueniat, tum quia adulās est occasio illius ruinę, ideo peccat mortaliter si tn occasio sit data non accepta. Nam si ex parua laudatione & si inordinata & incauta quis supbiat mortaliter peccat, Videtur enim occasio magis accepta ex se quā data ab alio multum ergo temperādū est opus laudatiōis humanæ in pntia hoim. Aug. in l. 13. de tri. ait. Magis optabo a quolibet reprhēdi, quam ab adulatore laudari. Nullus. n. reprhensor formidandus est amatori ueritatis, laudator vero errat & confirmat errorē, pbatur hoc rōne per regulā illā. Qui occasionem damni dat, damnum quoq; dedisse videtur extra de iniu. & dā. da. si culpa. Sed q laudat alium ita excessiuè, & ita inordinatè, quod dat ei occasionem ruinæ peccati mortalis, sufficienter dat sibi damnum peccati mortalis ergo ipsæ mortaliter peccat. ¶ Sententias conclusiuas prædictas ponit. b. Thō. 2. 2. q. 115. Extra prędictos tres modos uel casus adulatio est veniale, cū videlicet quis adulatur sola intentione placendi & delectandi & non in malis, vel cum quis adulatur sola intentione euitandi aliquod malum sine alterius detrimento, vel intentione consequendi aliquod bonum in necessitate enim horum de se est contra c in his casibus intelligendum gu. quando ponit adulatio lia di. 25. §. alias ea.

¶ De grauitate huius peccati parationem ad alia. Nota prime est ita graue quod per eū incurritu ledictio, sequitur hominū erga ipsum tio, & Dei iræ prouocatio, produc rum obstinatio. ¶ Pro primo di per propheram adulatoribus. Ma nedictionibus vestris, quia vt expon Qui iniquè agunt, benedicūtur ab eis, tur q peccatoribus dummō diuites fiāt multi. Ad quod etiam facit quod ait propheta 20. Maledictus qui annuncia tri meo dicens, natus ē tibi puer masculus, quasi gaudio lætificauiteū. Pater de quo nas mur ē mūdus, puer masculus mūdi ē op9 magni sceleris. Filij mūdi sunt opera q fiūt a mūdo. i. mundanis. Annunciat autem patri. i. mūdo masculum natum, & lętificat quando adulator laudat hominem de magno scelere, & sic lætum facit, quia de huiusmodi gaudet mūdus. Hic autē scilicet adulator est maledict9 a domino, quādo enim aliquis perpetrat aliquā notabilē vindictā vel malum aliud solet ei dici ab adulatorib9, fecisti sicut masculus. ¶ Pro secundo dicitur prouer. 24 Qui dicūt impio iustus es, maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus. Vnde Aug. super illo uerbo. Iniquus benedicitur scilicet ab adulatoribus. Exacerbauit dominum peccator sic ait. Hęc est magna ira Dei vt desit correctio & adsit adulatio. Et subdit causam. Adulatiū enim linguæ alligant homines in peccatis, delectat enim ea facere in quibus non solum metuitur reprhensor, sed laudatur operator. ¶ Pro tertio scilicet q inducit obstinationē dicitur figuratè de Dyna filia Iacob violata, designante animam suggestionibus diaboli assentientem, quod Sichen constuprator eius ipsam tristem affectam blanditiis deliniuit. Gen. 34. Cum enim peccato commisso conscientia mordeat, & tristitiam menti inferat bladitię & adulationes procuratæ opera diaboli detinent animam in malo. Vnde dominus per Ezech. propheram contra adulatores dicit. Aedificabant ipsi parietem, & illi liniebant eum. Quod exponens Greg. in moral. ait. Aedificare parietē est quēlibet cō tra se obstacula, & duriciē peccati construere. i. committere peccata quæ reddunt hominē durum, sed parietem liniuit qui peccata perpe-

ibus adulãtur, vt quem illi puersi
ant, ipsi adulãtes quasi nitidum
4. sunt nonnulli. ¶ In compara
ad alia peccata occurrunt
dio est. An peccatum adula
is peccato homicidij, & videt
tali ratione ostendo. Peccatũ
mentem corrumpit, & plus ali
tanto est grauius, sed ita facit adula
homicidij, quod dupliciter pro-
a super illud verbum. ps. 9. Quo-
ur peccator in desideriis animę
erbauit dominum peccator. Hieron.
Nihil est quod tam facile corrũpat
s hominum vt adulatio. Secundo probo
n, quia super illud psal. 69. Conuertã
im erubescẽtes. Dicit glo. Sic plus no-
lingua adulatoris, quã gladius psecuto-
s. Vñ Aug. Noli putare te non esse homici-
am, cum fratri tuo malè persuades. Si n. ma
è psuades occidis, de pœ. dist. 1. noli. Ergo
detur adulatio esse grauius peccatũ homici
dio. Respõdeo quòd adulatio & homicidiũ
in grauedine se habẽt sicut excedẽtia & excess
a, qđ patet, quia homicidium est grauius pec
catum adulatione duplici ratione. Prima est,
quia lingua adulatoris non nocet ita efficaci
ter sicut gladius persecutoris, quod patet, qa
gladius psecutoris affectiuè occidit, ut sit suf
ficiẽs causa mortis. Lingua autem adulatoris
nõ ita efficaciter nocet, quia nullus potest al
teri esse sufficiens causa peccandi, ergo cũ gla
dius persecutoris sit causa mortis sufficiẽter,
& lingua adulatoris sit causa peccandi nõ ef-
ficaciter sed occasionaliter, ideo homicidium
est grauius peccatum adulatione. Secunda ra
tio est, quia malum irrecuperabile est grauꝰ
malo recuperabili, Sed nocumẽtum homici
dii est irrecuperabile, nocumẽtum verò adu
lationis est recuperabile, ergo &c. Ex alia vero
parte adulatio est grauius peccatũ homicidio
duplici ratione. Prima est, quia peccatũ quan
to plus nocet in prẽcioſioribus bonis tanto
grauius est, sed lingua adulatoris plus nocet
in pciosioribus. s. in bonis spiritualibus quam
gladius psecutoris qui nocet in corporalibus
tantum, ergo &c. Secunda ratio est, quia pec
catum quanto occultus nocet & minus caue
ri potest tanto est grauius, sed peccatum adu
latoris occultius nocet, magis. n. caueri potest
a manu persecutoris q̃ a lingua detractoris,
ergo &c. ¶ Secũda quæst. est. An adulator ita
grauiter peccet, sicut ille cui adulatur. Et vi
detur quod grauius tali ratione. Quicunq; ver
bis alii nocet non minus nocet sibi qua aliis.

An adulator, & cui adulatæqua liter peccent.

Sed ille q̃ alteri adulat inducit eum ad peccã
dum mortaliter, quod patet, quia super illud
psalmistæ. Oleum autẽ peccatoris &c. dicit
glo. Falsa laus adulatoris a rigore veritatis e-
mollit ad noxia, ergo multo magis adulator
in se peccat. Respõdeo duobus modis. Primo
simpliciter, & absolutè sine aliqua distinctio
ne, q̃ ille qui adulatur alteri & nocet ei plus
peccat & plus nocet sibi q̃ illi cui adulatur.
Cuius ratio est, quia sibi nocet tanquã sufficiens causa peccandi, aliis autem nocet & est
causa peccandi occasionaliter tantum. ¶ Secũ
do modo respondeo cum distinctione. Distin
guendum est enim de illo cui aliquis adula-
tur, aut enim ille non assentit adulationi, aut
assentit. Primo enim cũ quis nõ assentit adu
lationi, tunc adulator peccat mortaliter ex
intentione inducẽdi illum ad peccatum mor
tale quantum in eo fuit, licet adulationi ille nõ assenserit. Secundo vero cũ aliquis adulationi assentit & acquiescit, tunc de tali distinguo, quia aut est quidam qui decipit credẽdo adulatori plus de se quã sibi, & talis cũ
decipitur ab adulatore minus peccat quam
adulator. Est alius qui nõ solũ credit adulato
ri, sed etiã fouet adulatorẽ, & procurat ut fiat
adulatio, & talis plus peccat quam adulator,
de tali loquitur Hier. ad Cellãtiam sic dicẽs.
Isto maximè tempore regnat vitium adula-
tionis quod est grauissimum, quia humanita
ti ac beniuolentię loco ducitur. Et ita fit ut
qui adulari nescit aut inuidus aut supbus re
putetur. Hæc beat. Tho. 2. 2. q. 150. & Rayne
rius in summa.

¶ Quantum ad tertium principale. s. exclusio §.4.
nem complacentiæ quæ oritur ex adulatione
quę notatur cum dicitur. Non impinguet ca
put meum. i. mens mea nõ delectabitur. Cõsi
derandum est enim remedium contra ipsam. Quinq; reme-
¶ Quinque autẽ sunt remedia quibus adula dia con
tionis peccatum excluditur, & uitatur. s. dece tra adu
ptio, redargutio, detractio, bonæ conscientię lationẽ.
conditio, propriæ miseriæ cõsideratio. ¶ Pri-
mum remedium ad adulationẽ uitãdam est
deceptionis consideratio, Ab illo enim semp
cauendum est, qui semper decipit, sed omnis
adulator est talis, ita dicit Aug. super ps. Adu
lator est fallaci laude seductio. Vñ puer. 11.
Simulator ore decipit amicum suum. i. adula
tor, Qui autem uerbis blandis allicit ad pec-
candum, aut blandicijs, & fauoribus instruit
qualiter peccata fiant, aut in bono blandimẽ
tis extollit, ideo talis decipit amicũ suũ, huic
non est credendum. Hier. 12. Non credas eis
cũ locuti fuerint tibi bona. ps. 140. Oleũ pec

catoris

Adulatoribus non est credendum.

catoris non impinguat caput meũ, glo. i. simulata dilectio & falsa laus adulatoris non impinguet caput meum. i. mentem meam non delectabit, nec a uigore veritatis mouebit. Videmus enim manifestè quod adulatores cum aliquem falsè irriserint de illo dicunt. Vide quomodo illi vnxi caput. ¶ Secundum remedium contra adulationis peccatum est melioris redargutio. Nam redargutio viri iusti multum valet ad circunspectionem nostrorũ operum ne adulatione aliqua in bonis quæ facimus extollamur Ecclesiast. 7. Melius est a sapiente corripi, q̃ stultorum adulationibus decipi. Ratio huius est, quia cum sapiens hẽat rectum iudicium rationis, ideò est aliorũ regula directiua. Stultus autem vel vitiosus cũ extortum habeat iudiciũ rationis, & per consequens appetitum inordinatum, non est sequendus, sed potius detestandus. Prouerb. 1. Fili mi, si te lactauerint peccatores. s. adulando præterita, extollendo præsentia, inclinãdo ad futura, nec acquiescas eis. Ad qđ Sene. Quasi dat bonum documentum dicens. Sit tibi tam triste si laudaris a turpib. q̃ si laudaris ob turpia. ¶ Tertium remedium contra adulationis vitium est detractionis consideratio, & impugnatio. Nam ab illo cauere debemus, qui velut hostis nos semper persequitur, sed talis est adulator, vñ Aug. super ps. Duo sunt genera persecutorum. s. vituperantium, & adulantium, sed plus nocet lingua adulatoris, q̃ gladius persecutoris. Et G eg. dicit quòd remedium contra adulationem est detractio. Sciẽdũ est (inquit) quòd ne immoderatis laudib. eleuemur, plerunque nostri rectoris moderamine a detractoribus lacerari permittimur, vt quos vox laudantis eleuat: lingua detrahẽtis humiliet. Idẽ 6. q. 1. sunt plurimi. Et Ambrosius de officiis. Non est vera amicitia vbi est adulatio fallax & Sen. in epistolis. Malum hominem blandè loquentẽ agnosce tuum lacum esse, habet enim suum venenum blanda oratio. ¶ Quartum remedium contra adulationem est bonæ conscientiæ conditio. Nã bona cõscientia semper minus de se æstimat, & in agendis suis semper metuit, ne aliquid reprehensibile inueniatur. Et Greg. Bonarũ mentium est ibi culpam agnoscere. i. timere, vbi culpa non est, distin. 5. ad eius. Hinc inde Greg. Inter verba laudantium & uituperantium ad mentem semper recurrendum est, & si in ea non inuenitur bonum quod de nobis dicitur, magnam nobis tristitiã generare debet. Et rursum si in ea non inuenitur malum, quod de nobis homines loquũtur, in magnã debemus lętitiam prosilire. ii. q. 3. Inter verba. ¶ Quintum remedium cõtra adulationẽ est propriæ miseriæ inspectio uel cognitio. Qui enim cogitat qualis est intus, non extollitur dum laudatur exterius. Vnde Seneca in epis. 77. sic ait. Intus teipsum considera, non qualis sis aliis credas. Et beatus Gregorius super Ezechielẽ sic ait. ¶ Quid enim prodest si omnes laudent, & conscientia accuset? Aut quid poterit obesse si nobis omnes derogent, & cõscientia sola defendat? q. d. nihil. Idem 11. q. 3. In cunctis.

¶ De *iuramento*. Cap. 3.

IVramentum sic diffiniri potest. Iuramentũ est affirmatio vel negatio de aliquo. s. de facto, vel fiendo sacræ rei attestatione firmata.

Iuramẽtum diffinitur & exponitur.

¶ Quantum ad primam partem diffinitionis huius nota quòd hic dicitur affirmatio, vel negatio non solum prout ore profertur: sed ét tactu, puta si aliquis dicatur: iurat super librum istum si tale negotium sic se habet, vel quòd dicens veritatem de tali materia, & ille tangit librum iurabit tangendo aliquando: & tamẽ ille contactus habetur pro iuramento seu locutione iuratoria. Et nota secundum Io. An. in cle. circa iuramentum quod fit ex ordinatione iuris multipliciter fit. Quædam enim iura dicunt simpliciter debere iurari, quædã corporaliter, quædam super sancta Dei Euangelia, quædam addunt ipsorum tacturam, ut 1. q. 7. quotiens. Apud italicos interpretatur consuetudo, q̃ sufficit quemlibet librum, vel quantumlibet scripturam tangere, quod satis puto procedere vbi etiam de iuramento corporali exprimitur. Non sic ubi de tactu euangeliorum ponitur. Vt extra de hære. in c. multorũ in cle. super verbo tactu. ¶ Quantum ad secundam partem scilicet dicitur de alicto, vel fiendo. Nota secundum b[illegible] 2.2 q. 89. & Ray. q̃ iuramenti s. assertorii. m. Et hoc est de aliq[illegible] senti uel preterito, cum. s. quis sic fuisse factum vel sic modo esse mendacio dr[illegible] ũ. s. quis iuro promitto se facturũ. Iste quodlibet horũ si qua vel per simplicẽ attestationẽ, [illegible] citer iurat aliqd fuisse vel esse uel esse facturũ, vel nõ facturũ aliqd, [illegible] cratione, ut cũ iurat si nõ est ita ut si nõ faciet qđ promittit, q̃ Deus eũ, uel non saluet, vel eueniat sibi [illegible] lum uel filiis suis, & hmõi. Et sic [illegible] per quod sic iurat ut diuinum iudi[illegible] exerceatur, vel diuina vltio si non iu[illegible]

Fit iuri- dicèmul tipliciter.

¶ Qua[illegible]

¶ Quantum ad vltimam partem cū. ſ. dicitur ſacræ rei atteſtatione firmata. Sciēdum quod cum iuratur per creaturas non aſſumunt creaturæ in teſtimonium ſecundum ſe, ſed inquātum diuina virtus aliquo modo in eis manifeſtatur. Vt cum iuratur per fidem, per euangelium, vel per ſanctos, intelligitur per Deum cuius veritas continet in fide eius, vel in euāgelio eius, & ſancti hanc veritatem prędicauerunt & tenuerunt. Vnde & Aug. dicit. Quod iurare eſt Deum in teſtem inuocare, quia ſcilicet principaliter inuocatur teſtimoniū eius. Diffinitur autem hic iuramētum cōmuniter prout. ſ. fit illicitè, vel licitè: quamuis cum fit illicitè potius debeat dici periurium, qa iuramentum importat actum virtutis, periurium vero vitii. Et dicitur iurm quasi iuris aſtringimentum, vel quia pro iure; ſumitur vt habeatur pro vero quod ſic iuratur ſecundum Tho. ubi ſupra. Dicitur etiam ſacramentum ob ſacra aſtringimentum ſecundum Nico Siculum. Litè alio modo & communius dicitur. Abbas de Sicilia, ſed in hoc titulo vbi frequēter allegatur dominus de Nic. de Sicu.

§. 1. ¶ De iuramento quomodo ſit licitum ſi fiat cum debitis modis, quod totū notatur, & p themate accipi poteſt in auctoritate quæ hr Hiere 4. ſ. Et iurabunt in nomine meo. Viuit dominus in veritate, iudicio, & iuſtitia. Vbi tria notātur. ¶ Primo actus licitus religionis, ibi. Et iurabunt. ¶ Secundo modus congruus locutionis, ibi. Viuit dominus. ¶ Tertio effectus neceſſarius huius actionis, ibi. in veritate, iudicio, & iuſtitia.

§. 2. Quod ſit ¶ Quantum ad primum, p iuramentum ſit licitum & bonum oſtēditur ex ratione, ex fine, ex ſcripturæ ſerie ſeu narratione. Ratio autem qua probatur iuramentum in ſe licitū iſta. Ille qui iurat inuocat diuinum te ad confirmādum ea quæ dicit ut ditione Auguſtini dicentis Iura in teſtem inuocare. Nihil autem niſi per aliquod quod eſt certius ideò in hoc ipſo quòd homo per fatetur eum potiorem, vtpote cui ſt infallibilis, & cognitio vniuerſi quo modo Deo reuerentiam prę ſiero. dicit ſuper Matth. quòd qui neratur aut diligit eum per quem iloſophus 6. Meta. dicit p iuſiurā onoratiſſimum. Exhibere autem rē & reuerentiā pertinet ad virtutē religionis. Vnde & Deutero. 6. ubi ſeruitute latriæ, dicitur. Illi ſoli. ſ. ues, & per nomen eius iurabis. ¶ Vñ Licurgus gentilis cū dediſſet leges Lacedemoniis multum utiles, illis tñ viderentur multū graues, finxit Licurgus eas accepiſſe ab Apolline, & ideo non uellet minuere uel mutare ſine conſilio eius, vnde exegit iuramentū ab eis p non eas tranſgrederentur quouſque rediret ad eos cum reſponſione. Sicq; inde receſſit, nec vnquam reuerſus eſt: vt haberent cām obſeruandi æſtimans in tanta reuerētia & obſeruatione habituros iuramētum, quòd nunquam trāſgrederentur. ¶ Secundo patet hoc idem ex fine. Nam cuius finis bonus eſt ipsū quoque bonum eſt niſi materia de ſe ſit mala. Vt fœnerari, vel furari propter eleęmoſynā faciendam, quia tunc finis ſeu intentio bona excuſat. Finis aūt propter quod inductum eſt iuramentum, eſt ad certificandum hoſes, & ſic ad tollendum cōtrouerſias, nec materia de ſe mala eſt, ſed bona, ut dictum eſt. ¶ Tertio patet ex hoc ſcripturæ auctoritate, vbi ponuntur exempla ſanctorum a nobis imitanda: Ibi autem inuenimus & Deum & angelū, & hominem ſanctum pluries iuraſſe, per memetipſum iurauit dicit dominus. Ge. 22. Vt. n. dicit Apoſtolus ad Hæb. 6. Hoſes per maiores ſuos iurant. Deus aut quia ſuperiorem nō habet, per ſemetipſum iurauit, & in pſ. 109. Iurauit dñs & non pœnitebit eum, &c. Iurare aūt Dei eſt a ſeipſo nullatenus ordinata conuellere: Pœnitere verò eadem ordinata cum voluerit immutare. 22. q. 4. incommutabilis. Ipſæ etiā Deus incarnatus in euangelio legitur iuraſſe cū videlicet dicebat. Amen dico uobis. Quod ipſæmet exponens ſubdit Luc. 4. In veritate dico vobis, p multi leproſi erant in Iſrael &c. Quæ locutio eſt iuratoria ſm Inn. extra de iureiu. c. & ſi Chriſtus Poſſet tñ dici p talis locutio ſit potius q̄dā firma aſſeueratio veritatis, q̄ iurm, ſicut cū qs diceret. Certe ſic ſe hēt iſtud, & talis expoſitio magis eſt prędicanda.

¶ Iurauit ét angelus bonus p uiuentē in ſęcu la ſęculorū, p tps non eſſet amplius, ut habet Apoc. 10. Multi ét ſancti in nouo & ueteri te ſtamēto inueniūtur iuraſſe, ut Apoſtolus Paulus cū dicebat: Quotidie morior p gloriā veſtrā fratres. Quæ locutio fuit iuratoria, ut dicit Aug. 22. q. 1. nō eſt. Et ad Ro. 1. Teſtis eſt mihi Deus. Et in plurib. aliis locis ſuarū epiſtolarū. Sed & Abrahā, Iſaac, Iacob, & Ioſeph, ſanctiſſimos viros inuenimus iuraſſe, ut patet in Gen. Verū ut dicit b. Tho. 2. 2. q. 89. Nihil prohibet aliquid ſm ſe eſſe bonum, p tñ cedit in malū vtentis eo, qa. ſ. nō utitur cōuenienter, ſicut ſumere euchariſtiā eſt in ſe bonū, & tñ qui indignè ſumit iudiciū ſibi mādu

Angela ét iurauit, & ſancti ſimiliter.

cat

eat & bibit, ut dicitur. 1. Cor. 11. Sic & iuramentum quamuis in se sit bonum, si quis ꝓ tantur falsò, vel in re illicita, aut indiscretè & leuiter, cedit in malum eius. ¶ Iuramentum igitur, & si sit bonum, non tamen est cõnumerãdũ inter illa bona quæ per se sunt appetenda, vt sunt actus dilectionis, obedientiæ & humilitatis, orationis & huiusmodi. Nec tamen cõnumerandum inter illa quæ de se sunt mala, vt blasphemia, homicidium & huiusmodi. Sed inter bona licita: quæ tamen per se sunt appetenda vt prima, sed in necessitate exercẽda. Tho. vbi supra & Bonauen. in 3. Et si inter bona necessaria, quæ. s. sunt ordinata ad subuenien dũ alicui defectui, sicut medicina quæ non per se quæritur, sed propter necessitatem ad subueniendum videlicet humanæ infirmitati, & inquantum ad hoc iuuat si quis vtitur ea & non aliter, sic & iurm vtendum est in necessitate. Et ideò dicitur Eccle. 23. Iurationi non assuescat os tuum, multi. n. sunt casus in illa. Quod autem dominus prohibuit iurare omnino, vt Matth. 5. intelligitur prohibuisse, non quia ex se malum sit iuramentum, vt furtum, adulterium, & huiusmodi, sed ex causa, ne. s. ex frequenti & leui iuratione contingat periurium, ut dicit Inno extra de iureiu. c. & si Christus. Prohibuit ergo ut. s. quis nõ iuret ex se delectabiliter, sed cõactus ex necessitate, ut ponit Aug 22. q. 1. c. ita ergo.

§. 3. ¶ Quãtum ad secundum cum dicitur. Vïuit dñs, ponitur modus cõgruus locutionis, vt. s. nõ iuretur per idola, vel per creaturas in hoc eas, vt Deum venerando, sed cum per eas per iuratur ad eum se referendo, nec per Deum iuretur modo opprobrioso ut ribaldi. Et de his dicendum in c. sequenti.

Et si sit bonum nõ tñ nisi in necessitate exercendum.

Nota ꝓ dicit Alexan. & Guiber. in Auth. Alearũ vsui. C. de relig. sump. Quod blasphemato-res committunt crimẽ lę sę maiestatis.

Iurãdo ꝓ falsos Deos.

¶ *De iuramento per modum prædicationis. Cap.* 4.

Iurare per mẽbra Dei.

DE iuramento per membra Dei, vel per creaturas, vel per falsos Deos. ¶ Quãtũ ad primũ nota ꝙ cũ quis iurat per membra Dei vel sanctorũ, aut iurat per mẽbra inhonesta, vt periculum Dei, vel per membra pudenda virginis Mariæ aut sanctorũ, & est mortale, quia sonat blasphemiam & notabilẽ irreuerentiã, & sic intelligitur. c. Si quis per capillũ. 22. q. 1. Aut iurat per membra honesta, ut per corpus, per sanguinem, per caput Dei & huiusmodi, & tunc de se ex modo iurandi non est peccatum, sed esse posset si ex contemptu vel irreuerentia hoc ageret. ¶ Quantum ad secundum iurare per creaturas, vt scilicet per fidem, euangelia, crucem, corpus suum, cęlum & huiusmodi, non est de se illicitum, sicut nec ẽt iurare per creatorem. Quod aũt prohibuit dominus Matth. 5. dicens. Nolite iurare per cęlum neque per terram &c. duplex fuit causa huius ꝓhibitionis, ne videlicet ad creaturam transferretur honorificentia creatoris, cum scilicet crederent aliquod numen deitatis esse in creaturis per quas iurarent ut gentiles faciebant idololatriæ dediti ad quã erat proni Iudæi, vel ne creaturas contemptibiles iudicando per eas iurando promissa pro nihilo ducerent ac si non tenerentur. Et vtramq; causam huius ponit Gratianus. 22. q. 1. §. ex præmissis. Et sic intelligendum est illud. ca. Clericum per creaturas iurantem si perstiterit in vitio excommunicandum. 22. q. 1. clericum. Videlicet cum in hoc honor latriæ exhiberet creaturæ. Vt dicit Tho. Vnde & sanctus Ioseph iurauit per creaturã cum dixit fratribus per salutem Pharaonis non exibitis hinc &c. Gen. 43. Quod potest intelligi dictũ per execrationẽ sic. Si nõ faciam quod dixi, Deus non saluet Pharaonem. Vel potest intelligi iuratum esse per contestationem sic. Sicut est verum Deũ dare vel cõseruare saluté seu statum temporalem Pharaonis ad exercendam iustitiam cum ab eo sit omnis potestas, ita est verum quod dicit b Tho. vbi supra & 22. qõ. 1. §. ex præmissis. ¶ Quantum ad tertium. s. iurando per falsos Deos hoc est simpliciter ꝓhibitum: quia ad idololatriam pertinet. Vñ dr Exo. 23. Per nomen æternorum deorum non iurabitis. Tenetur tñ talis seruare quod licitũ iurauit per falsos Deos ut habetur. 22. q. 1. Monet quia de iure naturali est seruare fidelitatem in promissis, alias adderet peccatum peccato, scilicet quod commisit in iurando per falsos Deos secundum Ray. & Thom. Licitum tñ est vti iuramento illius qui iurauit per falsos Deos: seu recipere iuramentum eius qui ex se paratus est iurare per hmõi. Vnde & Iacob vsus est iuramento Laban qui iurauit per Deum Sochoth, idest idolũ. Et Machabei cum fecerunt pacem cum Romanis vsi sunt iuramento ipsorum, quod videtur fuisse per idola quæ colebant, ut habetur. 22. quæstione 1. monet. & §. 2. scilicet non licet inducere eum ab hoc secundum Thom. Inn. & Hostien.

Iurare ꝓ creaturas.

De tribus quæ concurrere debent in iuramento ad hoc vt licitè fiat & de causa institutionis eius dicit Hiero. super illo verbo Hiere 4. iurabis &c. Animaduertendũ, ꝙ iusiurandũ hos hẽt comites, veritatẽ, iudiciũ, & iustitiã. Si ista defuerint nequaquã iuramentũ, sed ꝓ

§. 1. Veritas dẽt iuro concurrere.

iurium erit. ¶Primũ quod requiritur & principale est veritas,& hoc magis in corde quam ore, hoc est ꝙ iuret quis secundum ꝙ dictat sibi cor seu cõsciẽtia. Nam si iuraret quod verum realiter esset: cuius tamẽ contrarium crederet,periurus esset formaliter. Sed iurando mendaciosè periurus esset formaliter & materialiter secundum Bonauen. in 3. & vtrumque mortale. In quod incidit Petrus Apostolus cum iurauit se Christum nõ cognoscere, vt habetur Matth.26. Et propter veritatẽ quę debet esse in iuramento adduntur quasi alia. Nam ideo iudicium.s.discretionis & maturæ considerationis, vt bene perpendat esse verũ quod iurat. Iustitia requiritur iurando licita ne illicitum iurando: cuius contrarium oportet eum facere si reperiatur falsum dixisse. ¶Vbi nota secundum Tho.2.2.q. 89. ar. 1 ꝙ iuramentum est institutum ad confirmationem seu ad certificationẽ veritatis eius quod dicitur. Confirmatio aũt & certificatio alicuius rei in scibilibus fit per rationem quę procedit ex aliquibus naturaliter notis,quę sunt infallibiliter vera,sed facta particulari hominum non possunt per rationem confirmari, sed solent quæ dicuntur de his confirmari ꝑ testes. Humanum autem testimonium præcisè non est sufficiens ad huiusmodi confirmãdum. Primo propter defectum humanæ veritatis,quia plurimi labuntur in mendaciũ,iuxta illud ps. Os eorum locutum est mendaciũ. Secundo pp defectum humanæ cognoscibilitatis, quia homines non possunt cognoscere futura,nec absentia,nec cordiũ occulta, iuxta illud.2.Paral.6.Tu solus nosti corda filiorũ hominũ, & de his tamen homines loquuntur,& expedit rebus humanis, vt aliqua certitudo de his habeatur. Et ideò necessariũ fuit recurrere ad diuinum testimonium per iuramentum inuocando in testem Deum qui mẽtiri non potest,sed habet in se veritatem infallibilem: cõtra primum defectum. Nil eum latet,sed habet omnium cognitionem vniuersalem: contra secundum defectum. Ac etiam est Deus vnitatis & pacis amans summæ charitatem,& hoc contra alium,idest tertiũ defectum communem hominum.s. dissensionis & litigiositatis qui etiam tollitur per iuramẽtum,secundum illud ad Hæb.6.Omnis controuersiæ finis est iuramẽtum. Manifestat autem Deus inuocatus in testem in iuramento an illud sit verũ quod prolatũ est: vel reuelando per internã inspirationẽ inspirando. s. mẽti iudicis & partis aduersę, vt credant iuro, vel facti denunciationẽ dum perducit in publicum quæ erant occulta, vel per pœnã mentientis dum puniendo mendacẽ manifestat mendaciũ quæ quidẽ & si aliqñ non facit in præsenti,i futuro iudicio pro certo faciet manifestando,iuxta illud. Illuminabit abscondita tenebrarũ & manifestabit consilia cordiũ 1.Cor.4. Illud si quidẽ testimonium nulli deficiet, vel pro eo vel contra eum. ¶Secundum quod exigitur est iudicium.s. discretionis, ut s. bene examinet,& discernat quod iuratur: & si est sufficiens & vrgens causa. Sicut.n. irreuerentiam faceret principi qui vellet eum inducere in testimonium alicuius friuolæ rei, ire & qui iurat exleui causa, & si verum dicat,in hoc igitur debet esse iudicium discretionis, vt uideatur si est necessariũ iurare: puta quia est aliquid quod dicitur necessarium est multum vtile ad credendum, quod tamen nõ crediturnisi iuretur,& sic intelligitur quod dixit Christus Matthæ. 5. Sit sermo vester est est, nõ non,quod amplius est, a malo est. i. siue affirmando siue negãdo aliquid loquimini simpliciter, ita tamẽ vt sicut habetis in corde, ita proferatis & ore,& non si est, idest in corde, & non in ore,vel econuerso, quia hoc pertinet ad mendacium. Quod aũt amplius dicitis quam simplicẽ sermonẽ, puta cũ oportet iurare a malo est,idest procedit hoc ex incredulitate audientiũ, cũ.s. nolunt credere quod eis est vtile, & habetur.22.q.1.ita ergo. ¶Vnde & Iosue cum senioribus Israel: quia fuerũt nimis celeres ad iurandum in promittendo, scilicet immunitatẽ & societatẽ Gabaonitis quando venerunt ad eos simulantes se in remoto multum habitare terra promissionis, nec habuerunt sufficiens iudicium discretionis in examinando negotium: decepti sunt & indiscretè iurauerunt, tamen ob reuerentiam iuramenti noluerunt cõtrauenire, nec in hoc fecerunt cõtra præceptũ domini qui præcepit illas nationes omnes deleri, quia intellige bat illud tale præceptum non simpliciter: sed in casu in quo ille gentes permaneret incorrigibiles. Gabaonitæ aũt submiserunt se correctioni, hoc ſm Bonauent. in 3. ſniarum. Et nihilominus Iosue tradidit illis seruituti cuidam. Seruitus aũt æquiperatur morti secundũ iura. Et sic aliquo modo occidit eos & utilius. Hæc Amb.22.q.4. Innocens. Vel potest dici ꝙ familiari cõsilio ſpiritusſancti seruauerũt ad qđ obligari non erant. Quod ideò factũ erat propter reuerentiã iuramenti ostẽdẽdam. Historiam habes. Iosue.9.c. Qñ aũt quis sine iudicio discretionis iurat. i. ex quadam leuitate sine aliqua cã, & necessitate vel vtilitate

Iurm ẽ institutum.

Vrgens cã iurm ꝑcedat.

Iurm Iosue Gabaonitis

Iurare ex leuita teest peccatum.

tate vtique peccat etiam dicendo veritatem, quia irreuerentiam Deo facit, nō tamen mortaliter si dicit veritatem, vel quod credit verum, nisi hoc faceret in contemptum Dei ad quem aliquādo inducit frequens vsus alicuius mali. Similiter si illud de quo dubitat esse est verum iuraret pro vero ex quadam leuitate, & præcipue in iudicio vel in casu, vnde sequit damnum alterius. Debet enim in huiusmodi non leuiter vel precipitanter duci, sed maturè & benè prouisus & premeditat⁹, & secundum quod recolit sic iurare cū expedit scilicet certe vbi est certus, & dubiè vbi est dubius. Vñ dicūt Guil. & Hosti. & Bern. quod mulier adultera quamuis cōfessa sit de adulterio sacerdoti, non tamen potest nec debet iurare marito super hoc suspicanti vel q̄renti se hoc peccatum in se non habere, quia quamuis credere pie possit peccatum sibi remissum per confessionem, non tamen de hoc certa esse potest quod sit sibi dimissum, vt extra de purga. ea. c. accepimus, & sic de aliis rebus dubiis. ¶ Tertium quod exigitur in iuramento est iustitia quod habet locum in iuramento promissorio, vt scilicet cum quis promittit se aliq̄d facturum promittat quod iustum est & licitum. Nam si promittit iniustū & illicitum quid, vtique peccat. Et si illud illicitum quod promittit & iurat facere est desse mortale, ut cum iurat occidere, adulterā nō relinquere & huiusmodi, peccat mortaliter, siue intēdat illud facere siue non, sed inducere timorem vel uitare malum sibi intentatū quia tenetur contrarium facere eius quod iurauit, alias iterū peccaret mortaliter scilicet illud malū adimplendo, & sic deest veritas in ipso iuramento de necessitate, quia sine mortali alio peccato & grauiori non potest illud seruare. Semper autē cum deest veritatis iuramento & scienter est mortale, quia propriè & perfectè tunc est periurium, vt patet ex diffinitiōe eius. Vñ Herodes qui iurauit puellæ saltanti dare quod peteret, malè & indiscrete iurauit, & peius impleuit, caput Iohā. Badando illi puellę primo postulanti ut habetur Marci. 6. Si enim intendebat simpliciter dare quod postularet etiam malum ut mortē Ioānis peccauit mortaliter, nec tenebatur implere. Si hoc nō intēdebat, sed de temporalib. qui postulasset & licitis, sic nō peccauit saltem mortaliter in uitando. Nec ad aliud obligatur ex iuramenti, quod nō intendebat, & de hac habes. 22. q. 4. c. Vnusquisque, & c. Est etiam. Vnde & Dauid & si iurasset occidere Nabal propter contumelias verborū

In iustitia licitum debet iuramētum cō currere.

illātas nunciis suis, ad intercessionem tamen prudentissimæ mulieris Abigail uxoris dicti Nabal mutauit propositum, nec sibi conscię tiam fecit quod illicitum iuramētum nō seruasset, vt habetur. 1. Reg. 25. & habetur. 22. q. 4. iurauit. Si autē quod iuratur illicitum est ueniale de se, vt bibere ter uel quater, cū hoc bibere sit sibi nimis, vel aliquod indifferens, vt ire ad villam sui solatio, vel aliquod licitum in se uel utile alteri, nullus tamen ſportantię vel paruissimæ, vt uerberare filium uł accusare pro leui defectu, dare alicui aliquid paruum pomum & huiusmodi. Si non seruet tale iuramentum, quamuis tunc intenderit seruare non tamen videtur esse mortale. Et rō huius est, quia nō deest veritas de necessitate, Non enim tenetur cōtrariū facere eius quod iurauit de necessitate salutis, quia si seruet puta faciendo illud quod iurauit illicitū, ut bibendo aliquantulum, plus quā debeat, peccabit uenialiter secundum Guil. Venialia autem non tenetur de necessitate salutis uitare. Et cum melius vel minus malè faciat in non seruando illud tale, ergo non plus quam uenialiter peccauit ex ipso actu in se. ¶ Si promittit iurando quod licitū & alicuius importantiæ ut dare alicui pecuniam debitam ex contractu, vel per modum doni aut eleemosynę, & in certo termino vel intraturum religionem, iturum ad aliquam peregrinationē & huiusmodi. Aut intendit non facere, & tunc peccat mortaliter, quia iurauit contra ueritatem eius quod erat in mente, vnde ibi mendacium, & tamen tenetur implere si potest saltem in foro iudiciali, sed in foro conscientiæ secundum quosdam non tenetur. Secundum verò alios tenetur & obligatur etiā in foro coscientię. Bonauentura in tertio sententiarum ponit vtramque opinionem & neutram reprobat secunda tamen tutior, & consulenda. Aut intendit facere, & si nullo modo potest illud implere propter diuersos casus contingentes non tenetur ad illud nisi quod potest, puta si iurauit dare decem & non potest nisi quinque, quia plus non habet ad illa quinque tenetur. Si iurauit in certo termino, & in illo non potest, sed in futurum, tunc quam citius postea poterit tenetur. Si autem potest seruare, sed cum multa sui incommoditate, non potest contrauenire propria auctoritate nisi ille cui promisit relaxet uel dilationē det si ad ipsum spectet præcisè promissio, seu etiam relaxari & absolui potest a superiore quando iuramentum & si de

Iurans licitum diuersimodè tenetur

de re licita tamen per metum & dolum fuisset extorum. Sed & si cum promisit poterat, postea superueniat inopinatus casus, puta iu rauialicui restituere gladium suum eum re perierit, & in furia ipsæ repetit, nõ debeo red dere ne abutatur eo, nec in hoc sum periurus quia cum promisi non cogitabam de furia q̃ superuenit, de qua si cogitassem non promi sissem. Similiter cũ quis cum promittit est di ues postea efficitur pauper & impotens ad il lud non simpliciter, sed cum multa incõmo ditate, poterit petere a superiori scilicet epi scopo vel papa secundum materiam relaxa tionem vel absolutionem vel commutationẽ de quo vide infra in c. 6. in cor. & §. 1. cum se. Si vero aliquid iurauit sub conditione non extante illa conditione quam expræssit uel intẽdit non tenetur quo ad Deum. Quædã ex se subintelliguntur secundum Hosti. & si de eis in promissione non cogitetur seu intenda tur ut si iuro restituere tibi pecuniam ad cer tum tempus, subintelligitur si mutuaueris, alias non teneor. Item si iuro tibi dare dotem subintelligitur si nuptiæ sint secutę alias non teneor. Item si iuro soluere tibi ad certum tẽ pus, intelligitur nisi iudex percipiat contra rium & iuri dice vt in sequestris. Item si iuro alicui tanquam regi vel episcopo deposito a dignitate non teneor obedire. Item si iurat p̃ latus alicuius ecclesiæ aliquid se facturũ vel daturum vt prælatus priuatus prælatura nõ tenetur & sic si iurauit restituere pecuniam mutuatam ut prælatus, nam priuatus prælatu ra non tenetur. Si tamen pecunia versa est in utilitatem ecclesiæ. 15. q. 6. Auctoritatẽ ali⁹ successor tenebitur quo ad mutuatam pecu niam. Idem videtur quo ad rationabiles pro missiones. Si autem promittit vel mutuo ac cipit ut priuata p̃sona, tenebitur ipsę etiam priuatus prælatura. Item cum quis iurat ta re mãdatis alicuius p̃ offensa facta sibi uel a liis intelligit nisi mandauerit iniustũ, immo deratum uel impossibile, & huiusmodi. ¶ Itẽ Raymundus addit etiã quod in huiusmodi cum contra iuramentum uult quis venire, debet hoc facere auctoritate ecclesię idest su perioris, ut episcopi u̇ papæ. In quibusdam tamen ex prædictis superfluum uidetur. Itẽ cum iuro tibi reddere bladum uel uinum, in telligitur eiusdem bonitatis. Item cum iurat pater uel mater uel alius dare alicui filiam, uel aliam consanguineam in uxorẽ intelligi tur q̃ bona fidẽ laborabit qd̃ habeat eam, & ad plus nõ tenetur. De huiusmodi iuramen tis p̃missoriis habes multa infra. c. 6. in corpe.

De iura mẽto in quo im possibi litas uel dãnum sequit.

¶ Excluduntur autem a iuramento præcipue tria genera personarum secundum Thomã. 2. 2. q. 89. sed diuersimode. ¶ Et primi sunt pueri ideſt ante decimum quartũ annũ. Hi. n. nõ admittuntur ad iuramentum ideſt nõ coguntur in iudicio. 2. 2. q. 5. Pueri. Et hoc ideo qa p̃sumitur a iure quod defit eis iudi cium discretionis plenum quod requiritur in iuramento, vñ & ꝓpter hoc etiam statu tũ est q̃ non accedant homines ad iuramen tũ scilicet solemniter faciẽdum, nisi ieiuni. 22. q. 5. Honestũ. Et hoc ut magis sobrii ha beant melius iudicium discretionis. Verum si iurãt habentes vsum ratiõis siue in iudicio siue extra iudicium in communi sermone, ita peccant mortaliter, vel uenialiter secun dum qualitatẽ periurii sicut & cæteri de de lict. pu. c. 1. ¶ Secundũ sunt periuri quod in telligo de periuris conuictis in iudicio de p iurio. Hi autem repelluntur in iudicio, & cõ tractibus, ut infames nisi per eum qui potest fuerit abolita macula infamie & hoc quia præsumitur quod defit in eis ueritas locutio nis quæ maximè requiritur in iuramento. ¶ De periuris notoriis ex facto mihi dubium est, si repellantur in iudicio, cum innumeri sint tales in quotidianis locutionibus com munibus in emendo, & uendendo, & huiusmodi. Dicitur enim. 22. quæstio. quinta. Decreuit, quod non debent fieri iuramentum supra sacra euangelia in quadragesima, in aduentu usque in octauam epiphaniæ, in ieiuniis quatuor temporum, & rogationum, & dominicis diebus nisi de concordia & pacificatione. Et dicit ibi glosa quod his diebus causę exerceri non debent, & subdit quod huic capitulo decreuit, & capitulo præcedenti, vbi dicitur quod a ieiuniis fiat iuramentum obuiat consuetudo præscripta, & sic uidentur abrogata. ¶ Tertii sunt sacerdotes & prælati, hi excluduntur a iuramento, non quia non possint iurare, immo in q̃busdam casibus debent iurare. Sed quia sine urgente causa & magno non debet exi gi iuramentum ab eis in iudicialibus contractibus sicut a laicis secunda quæstione quarta. Si quis præsbyter. Nec ipsi de facili debent iurare extra necessitatem ut faciunt laici. Et hoc quia præsumitur, quod in eis sit respectu status perfecti iusti tia conuersationis, quæ nec mendacia sim pliciter dicit, nec illicitum promittit. Pro pterea enim exigit ab homine iuramen tum quia dubitatur ne simpliciter loquen do diceret mendacium, uel non seruaret promissum

§. 2. Qui nõ debent iurare uide de hac ma teria. Ange. in trac. malefi. in tit. de rest. & Bar. ff. de rest.

promissum. Ipsi enim debent magis cauere a iuramento nō necessario, vt exemplo doceāt nomen domini reuereri, non in vanum assumi. ¶ Ponit autem Ray. septem casus in quibus debent sacerdotes & prælati iurare. ¶ Primus ne defectu probationum quis lędatur, vel rem suam amittat, tunc enim debent & possunt iurare, vbi tamen non sint causa sanguinis. ¶ Secundus pro fide, vt cum quis abiurat hæresim promittens se non amplius relapsurum, vel schisma. de conse. di. 2. Ego Berengarius, & 1. q. 7. Quotiens. Tertius pro obedientia, prout iurant episcopi, & abbates Romano pontifici, extra de elec. Significasti. ¶ Quartus pro pace. 22. q. 1. Omne. ¶ Quintus pro immediate ecclesiæ. 28. di. Syracusane. Sed hic casus pt̄ reduci ad primū. Sextus cum absoluitur quis ab excōicatione. ¶ Septimus cum infamatus debet se purgare deficiē tibus, scilicet probationibus. 2. q. 5. Si quis p̄sbyter. ¶ Addūtur & alii duo casus in sexto. Primus cum sacerdos litigat, siue in causa tēporali siue in alia, debet iurare de calumnia. ¶ Secundus. s. est, quia debet iurare de veritate dicenda, extra de iura. calum. c. si de calumnia li. 6. Quod aūt clerici, & religiosi hodie iurent in cōi sermone pro leui causa, sicut laici, non excusat consuetudo quæ verius dicenda est corruptela, & auget peccatum nō minuit. 24. q. 1. schisma, & grauius peccant ipsi, quā laici, tum quia scandalizant suo exemplo, tū quia eis specialiter prohibetur per ius canonicum.

Casus vbi sacerdotes debent iurare.

De formis iuramentorum. Cap. 5.

De forma seu modo iurandi cōmuni dicit Ray. Quod aliter in veteri lege, aliter in ecclesia primitiua, alitēr hodie iuratur. Nam in veteri testamento iurabatur in ista forma. Viuit dominus, & viuit anima tua. 4. Reg. 4. & 22. q. 1. Et iurabunt in nomine meo viuit dominus. Hiere 4. &c. Quod iuramentum est per simplicem attestationem. Et est sensus. Ita hoc est verum sicut est verum, quod Deus viuit & anima tua viuit. Vel iurabatur per istum alium modum. Hoc faciat mihi Deus & hæc addat, 1. Regum. 4. & c. 25. Et est per execrationem hoc iuramentum sub hoc sensu. Si non fecero hoc: faciat mihi hæc mala & illa. ¶ In primitiua ecclesia sic iurabatur. Testis est mihi Deus. Ro. 1. Testis est mihi conscientia mea. Ro. 10. vel coram Deo loquor & huiusmodi. Hodie iuratur multis modis, vt per Deum, per sancta Dei euangelia, per fidem, per corpus vel sanguinem Christi, per crucem sanctam, per altare benedictum, per aliquem sanctum vel sanctam, per aliquas reliquias. Et hoc quantum ad iuramentum quod fit per simplicem attestationem. Nam quantum ad iuramentum quod fit per execrationem iuratur. Sic adiuuet me Deus. s. quod istud est verum, vel si non est sic sicut dico, vel si non faciam hoc quod dico quod veniat mihi tale vel tale malum, aut Deus non misereatur mei, aut diabolus ferat animam meam & huiusmodi. Et vt dicitur extra de iureiuran. c. Et si Christus Modica vel nulla est differentia ex modo iurandi quātum ad peccatum si male iuretur, & quantum ad uim obligandi. Ita enim quis obligatur per vnum modum sicut per alium si licitum iuret secundū Ray. Et quādo quis iuramentum parti defert iurandum est secū dum quod placet ambabus partibus, ff. de iureiu. l. 3. In iuramētis quę in iure præcipiuntur, ut est iuramentum testis, & iuramētum calumnię, semper est iurandum super sancta Dei euangelia vt in c. fi. de iura. calum. Et idē in omnibus aliis iuramentis, quæ a iure vel a iudice vel a partibus ex necessitate deferuntur. Idem est si promisit aliquid iurare Hosti. & Bernardus.

Qualiter in veteri lege iurabat.

Qualiter i primitiua ecclesia.

¶ De forma iuramenti quod facit imperator papę hoc habetur in clementina. Roma. de iureiurand. vbi dicitur in textu & glo. Quod facit duo iuramenta fidelitatis imperator Romanæ ecclesiæ. Vnum tempore suæ approbationis, aliud tempore coronationis. Et forma primi habetur in decre. distinctione 63. c. Iohanni papæ. Ego rex. Otho promittere & iurare facio per patrem filium & spiritum sanctum, & per hoc lignum viuificæ crucis, & per has reliquias sanctorum, quod si permittente domino Romam uenero, sanctam Romanam Ecclesiam, & te rectorem eius exaltabo secundum meum posse. Nunquam vita aut membra, neque ipsum honorem quem habes mea uoluntate, aut meo cō sensu, aut meo consilio perdes, aut mea exortatione. Et in Romana ciuitate nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus quę ad te aut ad Romanos pertinent sine tuo consilio. Et quid de terra sancti Petri ad nostram potestatem venerit tibi reddam. Cuicunque regnum Italicum commisero, iurare faciam ut adiutor tuus sit ad defendendum terram sancti Petri secundum suum posse. Hæc ex constitutio. §. 1. Iuramē tum Imperatoris.

Otho. Vbi dicit glo. Quod qui habet feudum ab ecclesia non tantum ecclesia: sed etiam prę lato ecclesiæ præstare debet iuramentum. Et dicit facio iurare tex. Huiusmodi potentes in propria persona non iurãt, sed tamen ipsi qui per eos iurant: in animabus illorum pro quibus iurant. Vnde ipsi incurrent periurium si illud nõ seruaretur quod ꝓmittitur. ¶ Aliud iuramentum facit imperator tempore coronationis, & forma illa ponitur in clementina illa Romani, & est talis. Ergo rex Romanorũ domino annuente futurus imperator, promitto, spondeo, & polliceor, atque iuro coram Deo, & beato Petro, me de cætero protectorem, procuratorẽ, & defensorẽ fore summi Pontificis, & huius sanctæ Ro. ecclesiæ, & in oĩbus necessitatibus & vtilitatibus suis, custodiendo & cõseruando possessiones, honores, & iura quantum dtuino fultus adiutorio fuero secundum scire & posse meum recta & pura fide, sic, Deus me adiuuet, & hæc sancta Dei euãgelia, hæc ibi glo. ibi futurus. hoc est contra Io. dist. 93. Legimus, Vbi dicit ꝙ sola electio principum facit imperatorem. Vides n. hic ꝙ ẽt approbatus ab ecclesia ante coronationẽ non est imperator. Item dicit gl. Ioan. An. ꝙ Inno. in decre. ca. Venerabilẽ, de elec. dicit, ꝙ si imperator non possit accipere coronã iu loco debito, nihilominus auctoritatem ad ministrandi recipere potest ab episcopo Colon. ad quem spectat, uel ex ipsa electione habet ea. Et Host. dicit, ꝙ vidit per principes iudicari & teneri, ꝙ rex Romanorum post electionem concordem habeat omnem potestatem quam imperator, & ꝙ vnctio nihil addit. Et facit quod notat Inno. 93. di. c. Legimus. Et quod plus est vidi formas quarundã literarum, de regesto Inno. tertii extractas referentes, ꝙ inconcussa consuetudo imperii tenet facta: certa rationi cõsona iure subnixa per patientiam sedis apostolicæ tolerata, & ꝑ tolerantiã approbata, quod electis duobus in discordia vterque administrat, vt rex & oẽm imperii iurisdic. exercet. Quod declarat ibi papa locum habere donec per papam electio alterius fuerit approbata vel reprobata, hæc ibi. Item gl. ibi dicit: ꝙ multum disputant vtrum donatio facta per Constantinum imperatorẽ Romanæ ecclesiæ in persona Siluestri (de qua di. 96. Constantinus. & palea est) ualuerit, & an successor illã reuocare potuerit, Acursius tenuit quod donatio non ualuerit. Sed Io. contra qui hoc notauit dist. 63. c. Ego Ludouicus. Sed quòd ualuerit & sit irreuocabilis ostendit Hostiensis in summa.

Iuramẽtum tẽpore coronationis.

¶ De forma iuramenti quod faciunt episcopi papæ qui sunt exempti habetur. in ca. Ego epiſcopus, extra eo. ti. Nam non exempti episcopi iurant suis archiepiscopis ut in c. dilecti de ma. & obe. Hodie tñ omnes recipientes dignitates a papa sibi iurant etiam abbates in benedictione sicut episcopi in consecratione. Cõprahendit aũt hoc iuramentũ septẽ capitula, seu articulos. Primus est quòd iurat fidelitatem sancto Petro & Ro. ecclesiæ & papæ, tunc existenti, & successoribus suis. Et intelligitur secundũ Inn. seruare fidelitatẽ sancto Pet. quando seruat fidẽ & doctrinã quam seruauit b. Pe. i. catholicam fidem. Seruat aũt fidelitatem Romanæ ecclesiæ quando tenet eam matrem & magistram præ omnibus præcellentem, & dominam. In ea etiam intelligũtur Cardinales secundum Ioan. An. cum ipsi cum papa constituunt ecclesiam Romanam. Intelligitur etiam ibi papa, sed tamen fit mẽtio specialis postea de papa, & sic iurans non astringitur cuilibet particulari: sed ipsi collegio. Secus in papa cum specialiter nominet. Quinimmo ponitur specialiter nomen proprium papæ. Et in eo ꝙ iurant ẽt successoribus. intelligitur canonicè intrantibus, & non de aliis. 12. q. 2. Alienationes. Nico. Sy. Ista sunt verba capituli, quæ sunt extracta ex regesto Greg. Ego episcopus N. ab hac hora in antea fidelis ero sancto Petro sanctæque Romanæ ecclesiæ, dominoque meo Papæ N. eiusque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut facto, vt vitam perdat, aut mẽbrum, vel capiatur mala captione. Cõsilium quod mihi, aut per se aut per literas, aut per nuncium manifestabit nulli pandam. Papatum Romanæ ecclesiæ & regulas sanctorum patrum adiuctor ero ad defendendum, & retinendum saluo honore meo contra omnes homines. Vocatus ad synodum ueniam nisi impediens fuero canonica præpeditione. Legatum apostolicæ sedis, quem certum esse cognouero in eundo & redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo. Apostolorum limina singulis annis visitabo aut per me, aut per certum nuncium, nisi eorum absoluat licentia, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia, hæc ibi. Glo. ibi. Vitam perdat. Hoc non sufficit, immo vbicunque senserit dominum periclitantem ad prohibendas insidias occurrere debet. 22. quæstione. 5. capitu. De forma, quæ hic minus dicuntur ibi supplentur & econuerso. Consilium nulli pandam. Glo. Hoc intelligo de consilio honesto, quoniam cõsilium mali

§. 2. Iuramẽtum epi scoporũ Papæ.

tenetur

tenetur reuelare ei qui possit prodesse, & nō obesse. 22.q.5. Hoc videtur. Saluo meo honore secundum quod pertinet ad meum honorem, quia non cum armis. Glo. supple in propria persona. Nam per alios potest secundū Ioan. And. Tractabo. Glosa. Si constiterit mihi per litteras suæ legationis. C. de mandatis principum l. 1. Singulis annis. Glo. vel rarius iuxta chirographum suum 94. distinct. capit. Iuxta. Et hoc intellige de episcopis & archiepiscopis qui subsunt domino papæ sine vllo medio, ut de ma. & obe. cap. Dilexi. Vbi dicitur quod archiepiscopi debent esse contenti simili iuramento, cum eis iurant sui suffraganei, & non plus exigere in iuramento. Et dicit ibi glo. quod inseri debet etiam de iuramento, & obedientia vt in cap. Antiqua, de priuil. Papatum, idest principatum tam in spiritualibus, quam in temporalibus secundum Innoc. Regulas sanctorum patrū, idest canones summorum pontificum, & aliorū sanctorum patrum per ecclesiam Romanam approbatas, distinct. 17. per totum, secundum Innocen. Et ex hoc concludit Nico. Sy. quod episcopus non seruans, aut non faciēs seruare canones est periurus si hoc agit ex cō temptu. Et est hęreticus quando scilicet non crederet Papam habere potestatem condendi canones 19. distin. cap. Nulli phas. Item tenetur episcopus ex iuramento iuuare Papam cōtra principem suum. Vocatus ad synodum Si ergo non vocatur non tenetur, etiam si uidet alios ire secundum Ioan. An. Et sufficit vna vocatio secundum Ioan. And. Ad actum enim extra iudicialem sufficit vna requisitio regulariter extra de hære. Si quis episcopus. Et sumitur synodus pro consilio. Et econuerso aliquando. Et tenetur ire personaliter nisi sit infirmus, & tunc tenetur mittere legatum, vt distinct. 18. Episcopus. Apostolorum limina. Vbi est Papa ibi intelliguntur limina apostolorum esse & curia Ro. etiam si non sit Romæ. Non tamen debet sine causa papa transferre sedem de ciuitate Romana. Et cum papa indigit portare uel mittere subsidium debet. s. episcopus, quia fidelitatis debitum hoc expostulat. Nicola. Sycu. Item dicit Nicolaus Sycu. quod quando cardinales ante creationem summi pontificis aliqua statuunt, & promittunt per iuramentum illa seruare, si contingat aliquem horum assumi ad summū pontificatum, non puto iuramento astringi ad illud iuramentum, tendit in præiudiciū pontificalis dignitatis argum. extra c. sicut. de iureiuran.

Limina apostolorū sunt ubi ē sumus pōtifex.

¶ De forma iuramenti quod faciūt rectores & curati suis episcopis dicit Host. quod secūdum diuersitatem locorum diuersa seruātur, Hæc tamen videtur congrua & per iura „pbari. ¶ Iurabit primo quod erit fidelis episcopo & obediēs eo. ti. Nullus. Sub quo intellige q̄ seruabit sententias eius & faciet seruari. ¶ Secūdo quod mandata sancta & honesta implebit, de offi. archi. c. fi. ¶ Tertio quod nihil alienabit de bonis ecclesię sine eius licentia 17. q. 4. in uenditionibus. ¶ Quarto quod nomine ecclesiæ vltra certā summā quæ arbitrarie determinetur nō contrahet mutuū. ¶ Quinto quod ecclesiam nō relinquet, nec ad aliā se transferret sine sui licentia extra de renū. c. admonet. ¶ Sexto quod iura ecclesiæ pro posse petet & defendet, utilia ei „procurabit, & nociua vitabit, art. 16. q. 1. qui uere. ¶ Septimo iurabit q̄ nihil dedit vel dabit, nec aliq̄ pactum faciet, nec aliquod illicitum commisit per se, vel per alium pro adipiscenda dignitate sciēcia vel ecclesia extra de pac. c. 1. Et q̄ si hoc vitium ad eum peruenerit ānunciabit, & ad uoluntatem eius renūciabit ex illo vitio. ¶ Octauo quod ordines suo tempore recipiet si non dū recepit extra de æta. & quali. ca. quęris. ¶ Nō quod in ecclesia personaliter residebit & deseruiet in ordine suo de cle. non resi. ca. Relatum. ¶ Decimo q̄d nō soluet ultra antiquam, & solitam pensionem, seu censum, ut in c. tua nos, eo. ti. Et hoc intellige de clerico bñficiato. Nam alij clerici. s. nō beneficiati nō tenentur iurare episcopo nisi sint administratores rerum ecclesiasticarum, vt dicit in c. nullus, eo. ti. Cum dicta autem forma transeūt communiter Doct. in tali materia. Sed dicit Nic. Syc. quod licēt ad omnia superius cōtēta obligetur promotus, tñ iure nō probatur q̄d ad omnia hæc clericus debeat obligari. Et ad hoc allego tex. & glo. vbi ponitur directe forma huius iuramenti, nec inserūtur tāta sicut hæc. 23. di. 100. q̄q̄, in d. c. q̄q̄, si dī. Solet plus timeri quod singulariter pollicetur quā q̄d generali spōsiōe concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio quod vnusquisq; qui ad ecclesiasticos gradus est accessurus, nō antea honoris consecrationem accipiat, quā placiti sui ānotatione. i. scriptura promittat ut fidē catholicā, syncera cordis contritiōe ac deuotione custodiēs iustē, & pie uiuere debeat, & in nullis operibus suis canonicis regulis cōtradicat, atq; ut debitum per omnia honorē, atque obsequij reuerentiam præminēti, sibi dependat. Ibi dicit glo. quod electus præstat iuramentum suo maiori de fide, & canonib.

Iurm curatorū epo.

obſeruandis,ut hæc. Et de indēnitate rerum eccleſiæ vt diſ.28.de Siracuſane. Et de immo derata exactione non facienda.15.q.fi.c.1. Et de infidelitate & penſionibus non augendi de iureiur.c. tua.&.ca.ego.Suſpectus autem de inobedientia iuramentum prēſtat de inobedientia ſeruanda.de ma.& obed.cum in eccleſijs.

§.4. Iurm uaſalli. ¶De forma iuramenti quod præſtat vaſallus domino ſuo habetur 22.q.5. De forma. vbi dicitur. Qui fidelitatē domino ſuo iurat iſta ſex ſemper in memoria debet habere. Incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, poſſibile. Incolume,ne ſcilicet ſit in damnum domini ſui de corpore ſuo. Tutum ne ſit ei in damnū de ſui iuſtitia,vel de aliis cauſis, quæ ad eius honeſtatem pertinere videntur. Vtile ne ſit ei in damnum de ſuis poſſeſſionib. Facile ne id bonum quod dominus ſuus leuiter facere poterat, faciat ei difficile. Poſſibile ne id qđ poſſibile erat, reddat ei impoſſibile, vt fidelis hęc documenta caueat iuſtum eſt. Sed qa non ſufficit abſtinere a malo niſi fiat quodbonum eſt, reſtat vt in eiſdē ſex ſupradictis cōſilium,& auxilium domino ſuo fidelis præſtet ſi beneficio dignus vult videri,& ſaluuſeſſe, de fidelitate quam iurauit. Dominus quoque fideli ſuo in hijs omnibus vicem rependere debet, quod ſi non fecerit merito cenſebitur malefidus, hęc ibi. Non eſt dominus cōtra hæc faciendo periurus, quia hęc ipſæ nō iurat ſeruare ſicut vaſallus.

¶De *abſolutioue, & diſpenſatione iuramentis.* *Cap.* 6.

DE iuramento promiſſorio multæ occurrūt difficultates & dubia,& in quibuſdam caſibus obligat ad obſeruandum, in quibuſdam non. Et quando obligat aliquando poteſt peti abſolutio ſeu relaxatio,& fieri licitè poteſt hoc, aliquando non, & quando poteſt licitè peti abſolutio ſeu relaxatio, ad hoc aliquando ſufficit auctoritas epiſcopi, aliquādo requiritur auctoritas papæ. Vnde circa hæc notabuntur decem caſus in hoc §. quos ponit Nicolaus Syculus in lectione ſua, quibuſdam additis.

Qñ qs pōt a iuramēto abſolui. ¶PRIMVS CASVS eſt quando iuramentum ex omni parte eſt licitum tā ex parte iurantis quam ex parte incipientis, quam etiam ex parte materiæ ſup qua præſtatur, & tunc abſolutio non eſt impedienda, ſed cōpellendus eſt iurans ad eius obſeruationē, de iureiuran.ca.& ſi Chriſtus. Quinimmo nulla cauſa apparente intrinſeca etiam Papa a tali iuramento abſoluere non poſſet. Et remittit ad notata p eum in c. quanto eo. tit. Ibi autē ponit talem diſtinctionē pro huiuſmodi declaratione. Aut tale iuramentum fuit prēſtitum per inferiorem in materia ſpectanti principaliter ad papam, vt ſi iurauerunt canonici non recipere aliquem ultra numerum, tunc poteſt papa abſoluere a tali iuramento ſine cauſa, quia in tali iuramento intelligitur excepta auctoritate papæ, & ſic debet intelligi c. Venientes, eo. tit. vt ibi no. Hoſti. Aut fuit prēſtitum in alia materia,& tunc ſubdiuiditur, quia aut in materia concernente Dei honorem & reuerentiam, puta fabricandi eccleſiam, vel intrandi religionem, & ſic hoc nullus poteſt remittere ſine cauſa præter Deum. Papa enim non poteſt remittere obligationē Deo quæſitam ſine cauſa vt 24.quæſt.1. Manet,& 23.q.4.ſi is qui. Et ſi in hoc papa non poteſt abſoluere, multofortius ſeipſum, ſi autē papa alium abſoluit, prēſumitur in dubio abſolutus quo ad eccleſiam militātem, ſed ſi ſubeſt iuſta cauſa, papa poteſt abſoluere vt in cap. ſi vero eodem tit. Et eſt iuſta cauſa ſi turpitudinem continet iuramentum ex parte recipientis, puta ſi iurauerit ſoluere vſuras. Eſt etiam iuſta cauſa propter ſcandalum vitandum, ut not. glo. Inno. Vel etiam cum maior vtilitas imminet in commutatione, ſicut dicitur etiam de voto. Et non ſolum papa in his caſibus, ſed etiam epiſcopus poterit abſoluere, ſicut & uotum commutare vt dicit Innocen. in cap. debitores eodem titu. Sed in hoc eſt differentia inter papam & dioeceſanū quia in factis magnarū perſonarum vel multum dubiis debet recurri ad papam, & ſic poteſt intelligi, cap. Venerabilem. Sed in alijs poterit epiſcopus reſpectu ſolius ſuę dioeceſis, papa autem reſpectu totius orbis, vt ſentit Specu. poteſt vel commutare uel abſoluere, alius citra epiſcopum non poteſt qui non habet epiſcopalem iuriſdictionem vt puto. Aut iuramentum reſpicit principaliter commodum hominis, & tunc ſine cauſa papa remittere non poteſt, ſed cum cauſa ut notat Archidiaconus in capit. Auctoritatem decima quinta quæſt. ſexta. Is etiam de cuius cō mō agitur tem ittere poteſt, ut in cap. primo. de iureiuran. & de ſponſ. capitulo ſecundo. Quod procedit etiam ſi iuramentum concernat utilitatem utriuſque contrahentiū tantū ut quia aliqui iurant ſibiinuicē aliquid facere ut in d.c.de ſpōſa. Secus puto vbi quis ſimpliciter

Papa nō pōt dimittere obligationem Deo factam.

Papa & eps pñt abſoluere, ſed differenter.

pliciter iurat ad commodū proprium Nam poterit ſibi remittere ſcilicet papa ſine cauſa ut notat Specul. In licitis etiam licet contrauenire ꝓpria auctoritate ex iuſta cā, nō habita auctoritate ſuperioris urgente neceſsitate ſi nō poteſt haberi ſuperior a quo petatur abſolutio ſecundū Ioan. ¶ Circa diſpenſationē iuramenti ſicut dicit b. Tho. 2.2.q. 89. Illud quod cadit ſub iuramēto promiſſorio aliquā do eſt peccatū manifeſtè, uel eſt maioris boni impeditiuū, & tale iuramentum diſpenſatione non indiget ſed propria auctoritate debet & poteſt contrauenire. Aliquando eſt dubium utrum ſit licitū, uel illicitum, proficuū, uel nociuum, aut ſimpliciter uel in aliquo caſu, & in hoc poteſt quilibet epiſcopus diſpenſare. Cum autem promittitur aliquid in iuramento quod eſt manifeſte licitum & utile, in tali iuramento non uidetur habere locum diſpenſatio uel commutatio, niſi aliquid melius occurrat faciēdum ad communē utilitatē, quod maximè uidetur pertinere ad ptātē papæ qui habet curam uniuerſalem eccleſię. Similiter & iuramēti abſoluta relaxatio quæ dicitur diſpēſatio. Poteſt ergo diſpenſare uel commutatio fieri in iuramētis ſicut in uotis. Hęc b. Tho. Nico. Sycu. dicit ꝙ ſpeculator in ti. de lega. dicit ꝙ inferior a Papa poteſt interpretari iuramentū quando dubitatur de eius ualiditate. Quod autem. c. Venerabilem. de elect. uidetur contrariū dici. Reſpondet dupliciter iſtud habere locum. ſ. ꝙ nō poſsit inferior interpretari. Vno modo cum proceditur in arduo negocio, & inter magnas perſonas. Alio modo quando uult dare licenciam contrauenienti ſine aliqua commutatione in aliud. Et hoc dictum Spec. ſequitur Antonius in cap. quanto. Idem Innoc. quia ſi poteſt ſecundum eum diſpenſare multo fortius interpretari.

Diſpenſatio iuramēti.

Qñ eſt cōtra ſalutem.

¶ SECVNDVM Caſus eſt quando iuramentum ſine diſpendio ſalutis æternę ſeruari non poteſt, & tunc nulla competit abſolutio. Peccatum enim fuit in iurando non in cō traueniendo, ut in c. quanto. eod. tit.. & 22.q. 4. per totum. Sed iuramentum etiam quod uergit in interitum ſalutis corporalis, non uidetur ſeruandum. Quemadmodum enim nō ualet ſeu obligat iuramentum qđ tendit in mortem alterius 22.q.4.c.1. cum quatuor ca. ſeq. Ita & fortius non debet ualere ſi tendit in mortem propriam. ar. in c. ſi non licet 23.q. 5. Intelligit tamen hoc glo. in c. ſi uero. de iureiur. quando directè uergit in mortem, ſecus ſi occaſionaliter. Ponit exemplum de ultramontano qui iurat moram trahere Romæ de menſe Auguſti nā ſic iurans tenetur iuramē tum ſeruare. q. d. Etiam ſi aliquando accidat ultramontanis mors ex tali mora. hoc tamen non ſemper accidit & ſic non directè tendit ad mortem. Sed occaſionaliter. Sed Ioannes Andreas dicit dictum gloſſ. verum. vbi ex imminenti infirmitate, uel ex complexione iudicatur ſic iurans moriturus ex tali mora. Et per hoc dicerem quod ſi aperitus medicis diceretur Cartuſienſem mortem non poſſe euadere aliter niſi per eſum carnium, qđ non obſtante uoto ſeu regula deberet carnes comedere. Sicut enim iuramentum non ligat vbi eſt periculum mortis ita nec votum cum paribus paſſibus ambulent iuramentū & votum, vt notatur in c. Magne de voto. Concludit ergo glo. ſic quę habetur in d.c. ſi uero. Juramentum non eſt ſeruandum quando ſine interitu ſalutis corporis ſeruari non poteſt. Nicolaus Sycu. idem dicit quod iuramentum de redeundo ad carcerē, uel de non fugiendo carcerem obligat niſi detentio eſſet iniuriosa, vt ſcilicet quia bellum captiuantis erat iniuſtum, & cum timeretur de periculo perſonæ. vigeſima ſecunda quæſtio. ſecunda. §. fi.

Iuramē tū non ligat ubi eſt pi culum mortis.

¶ TERTIVS Caſus eſt quando totum iuramentum ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, ſed eſt contra bonos mores, tunc etiam nulla requiritur abſolutio vt in regula. Non eſt obligatorium, de regulis iuris libro ſexto, & intellige de bonis moribus naturalibus. Nam de ciuilibus infra dicetur. Ad hoc facit quod dicitur. vigeſima ſecunda quęſtio tertia. Si aliquid fortaſſe incautius nos iurare contigerit quod obſeruatum peiorem vergat in exitum, libere illud ſalubriori conſilio mutandum nouerimus. Vbi notat Arct. poſt Guil. Quod iuramē tum vergit in peiorem exitum ſex modis. Primus eſt qui dictus eſt in ſecundo, cum ſcilicet iuratur quod eſt mortale.

Iuramē tum cō tra bonos mores.

¶ Secundus quando iuratur quod eſt uenia le vt iurando comedere, vel bibere pluſquam deberet. Et quamuis non debeat illud ſeruare, non tamen peccaret mortaliter ſi ſeruaret pr out dixit Hugo. ſed tantum venialiter ſecundum Guilielmum.

¶ Tertius modus eſt quando iuratur aliquid quod eſt ex ſe indifferens, tamen ex circunſtantia efficitur ueniale. Ponit exemplum Archidiaconus de eo qui iurat non negociari, vel non accipere mutuum, & huiuſmodi, ſi talis uenit ad caſum in quo non

poteſt

poteſt aliter uiuere niſi negocietur, vel mutuũ accipiat niſi veniat contra iuramẽtum fuiſſet temerariũ,& ideo propria auctoritate frãgendum. Arch. tamen dicit hic quærendã ab ſolutionem a iuramento illo, ꝙ præcipue videtur dicẽdum cum poſſet viuere ſine huiuſmodi,ſed non commodè.¶ Quartus modus eſt qñ iuramentum excludit opus neceſſitatis,vt cum iurat ꝙ non dabit indigenti. Non enim eſt veriſimile ꝙ Deus acceptet talia iuramenta cum ipſæ præcipiat opera charitatis exercere,& non debet iuramentum eſſe vinculũ iniquitatis. 22. q. 4. inter cętera. ¶ Quintus modus eſt cum excludit opus de genere bonorũ ut cũ quis iurat qđ nũquam erit clericus,vel monachus,vel epiſcopus. Contrariũ tamen ſentit gl. 22. q. 4. c. Innocens. & Hug.& Gra. videntur hoc ſentire §. fi. 22. q. 4. Sed Archi. poſt b. Thom. 2. 2. q. 89. ſentit contrarium ſcilicet pro propria auctoritate poteſt contra uenire. Nec ob. tex. c. Archi. vel ſecundum aliam literam incipit Florẽtinum. diſt. 85. ubi propter tale iuramentum quis prohibeẽ promoueri ad epiſcopatum,quia illud non fuit ex eo qđ eſſet obligatoriũ, ſed q̃a temerariũ mortaliter peccando in iurando. Primũ placet quando vult contrauenire propter bonũ publicum. Secundum quando uult venire cõtra propter bonũ priuatum.¶ Sextus modus eſt quando excludit opus indifferens pia intẽtione ꝓ Deo ut proximo faciendum, vt ſi quis iurat qđ nõ loquetur alicui,vel qđ non intrabit domum eius vel aliquid ſimile. Nõ. n. tenẽ talis ad obſeruantiam talis iuramẽti ſi uult contrarium facere pia intentione propter Deum vel ꝓp proximũ.¶ Ex his decidit̃ quęſtio,quæ fit cum quis iurat de non fideiubendo vtrum ualeat? Et Lau. tenuit quod ſic, quia ſicut quis poteſt iurare pro utilitate ꝓximi,ita & pro ſua,vt recitat Archi. c. Nõ eſt 22. q. 1 Sed Io. An. dicit qđ ubi ſalus ꝓximi periclitaretur niſi fideiuberetur non tenetur ad obſeruantiam eius, quia iuramentum nõ exinde ad hunc caſum inexcogitatum. Sed etſi excogitauit tunc hunc caſum iuramẽtũ fuit temerarium,& per conſequens nõ ſeruãdum. Ego pro indubitato habeo hoc dictum. Et plus ſentio quod etiam vbi ſalus proximi non periclitaret ur ſi uerẽ proximus indiget ñ obligatur ad obſeruantiam eius, q̃a ex præcepto tenemur diligere proximos ſicut noſipſos. Et quamuis cum proximus non ita indiget tali fideiuſſione quod periclitaretur ex hoc ſalus ſua,& per cõſequens qui ſic iurauit non teneatur ex prȩcepto fideiubere ſicut nec dare eleemoſynam,ſecundum b. Tho. 2. 2. q. 32. tamen eſt de conſilio & ideo ſeruatum illud iuramentum peiorem vergit in exitũ, vnde non obligatur. Et idem per omnia puto qñ quis iurauit non mutuare pecuniam eadem ratione. Ex his poſſunt decidi multæ ſimiles queſtiones.

Iurans nõ uelle fideiubere.

¶ QVARTVS Caſus eſt quando iuramẽtum proceſſit ex cauſa iracũdiæ, poſſet tamẽ ſeruari ſine diſpendio animæ. Et remittit ꝓ declaratione huius ad notata per eum in c. ſi cum literis,ibi ſic dicit Io. An. ꝙ iuramẽtum de quo agitur in illo c. Sic. videlicet ꝙ quidã monachus ex iracũdia iurauit cũ fuiſſet abſolutus a prioratu ꝙ nunquam rediret clauſtrũ non obligat illum,etiam ſi non fuiſſet profeſſus ex quo ſic temerariè iurat & calore iracũdiæ. Secus ſi ex cauſa & cum deliberatione. Dominus Antonius putat quod ſi calor iracũdiæ fuit tãtus quod illud deliberate non iuraſſet,tale iuramentum non eſt obligatoriũ, quia huiuſmodi voluntas nõ eſt diſcreta,vel eſt de facili per epiſcopum eſt commutanda. Et remittit ad ſummam Ray. in c. de iuramento. Sed Io. An. in c. Dudum. de conuer. cõiuga. dicit glo. ſuper dicto c. tenẽtem ꝙ uotũ emiſſum calore iracundię nõ obligat habere ueritatem quando eſt talis & tanta turbatio quod ſapit quandam mẽtis alienationem ex multo furore,aliàs votum ex iracundia obligat,quia ea quæ in ſe ſunt bona non indiget deliberatione, & ſic idem erit dicendum de iuramẽtis. Quod tamen dicit Ioan. An. ꝙ nõ requiritur deliberatio intelligendum videẽ multa ſicut in dubijs fit. Hæc ſubita fieri põt & hæc ſaltem requiritur & ſufficit. Nã ſecundum Thom. 2. 2. q. 88. deliberatio requiritur de neceſſitate in voto. Vt patet ex eius diffinitione,& ſic credit Io. An. intellexiſſe ut alibi dicit.¶ Cõcludit qđ iuramẽtũ ex abrupto factum non obligat,quia non habet in ſe conſenſum,tamen poterit peti abſolutio ad cautelam quæ de facili eſt,indulgenda. Hæc Nicol. Sy quod præcipue faciendũ eſt cũ dubitat̃ ſi habuerit cõſenſum ſeu deliberationẽ.¶ Itẽ nota quod cũ quis iurat tenere hoſtagia ſeu hoſpicia in certo loco,nec hebet ibi quod comedat uel vnde ſoluat,vtrũ ne teneatur implere? Dicit ad hæc Hoſt. quod ſi tempore obligationis erat non ſoluendo,tenetur ſeruare iuramentum,quia ad hoc videtur ſe obligaſſe victum quærat manibus ſuis uel mendicando. Sed ſi laborare non poſſet & mẽdicando non ſufficienter inueniret,non tenetur ultra poſſe, de reg. iur. c. Nemo. Sed ſi tempore obli-

Iuramẽtum factum in ira.

Iuramẽtũ ex abrupto, non obligat.

obligationis erat ſoluendo, & poſtea deuenit ad paupertatem, tunc diſtinguendũ eſt, quia ſi eſt talis quòd poſſit mendicare ſine verecũdia dico idem quòd prius. ar. 93. diſt. c. Diaconi. Et ratio poteſt eſſe, quia videtur intẽdiſſe obligare ſe ad hoc. Sed ſi eſt nobis & in dignitate tunc ſubueniendum eſt ei iuris beneficio, extra de iureiur. c. Quærelam. Et quamuis non faciat ad propoſitum materiæ huius §. niſi cum fieret iuramentum hoc in iracundia, & tunc ſecundum prædicta decidendum, tamen uerum eſt.

Iuramẽtũ doloſè extortum.

¶ QVINTVS Caſus eſt quando iuramẽtum eſt dolo aduerſarii extortum, & tunc cõſiderandum ſi contractus ſuper quo præſtat eſt aliàs reprobatus fauore ipſius iurantis, & tunc tale iuramentum nõ eſt obligatorium, Caſus eſt in c. cum contingat in contrario literæ. Nam ibi dicitur q̃ mulier quæ conſentit alienationi rei dotalis, & iurauit non contrauenire, vbi nõ ſuperuenerit dolus nec metus nod eſt audienda. ſ. quo ad relaxationem iuramenti vel annullationis contractus. Ergo ſi interuenit dolus ſecus. Nam tex. excipit dolum & ſic etiam in c. 2. de pac. lib. 6. & c. licet eo. ti. & li. in auten. Sacramenta impuberum. Et idem dicendum cum interuenit metus. Ex quo enim talia iuramenta contra legem ſunt non ligant niſi ſit voluntaria omnino, q̃ etiam tenet Bar. Fateor tamen quòd in his caſibus tutius erit ſi peratur abſolutio, vt ſentiunt multi doctores. Sed primum verius & notabilius. Si verò iuramentum non venit contra diſpoſitum a iure, & interuenit dolus, tunc ſubdiſtingue, quia aut tantus eſt dolus, quòd excipit mentem iurantis, puta ceſſante dolo nullo modo ſe obligaſſet, & tunc iuramentum non ligat, & poteſt contrauenire nulla petita abſolutione. ar. per id quod no. Ioã. An. c. unico. de commo. Et ſic intelligit Fede. de Sen. conſi. 193. vbi hoc expreſsè ſentit ponendo terminos in minore 25. annor. & in muliere ſeducta a fratribus hæreditati pater næ renunciando, quæ valebat longè plus quã habuit in dote, quòd eſt notandum pro limitatione c. 2. de pac. li. 6. ſ. quod non procedat quando dolus dedit cauſam contractui. Nam vbi dolus dat cauſam contractui, ibi excluditur uoluntas. l. 1. ff. de dolo. Et iuramentum non obligat intentionem iurantis ut in c. veniens. eo. ti. Sed vbi dolus non excludit conſenſum, vt quia non dat cauſam cõtractui tũc exigitur abſolutio quæ debet præſtari nõ obſtante aduerſarii contradictione propter eius turpitudinem & dolum. Et idem ubi interuenit metus q̃ requiratur abſolutio quæ debet impendi ſine difficultate in odium aduerſarii metum inferentis in c. Verum, eo. tit. Et licèt ibi glo. intelligat de metu qui cadit in conſtãtem virum quod. ſ. debet relaxari vel abſolui ab eccleſia non ab alio metu. Hoſt. tamen dicit etiam de vano metu hoc habere locum: & hoc in odium cogentium ne reportent commodum ex dolo ſuo, quod magis placet Nic. Sy. ¶ Et ſi quæratur vtrum tale iuramentum, ſcilicet per metum factum ſit obligatorium, & tranſgreſſio eius ſit mortale? Nico. Sy. tractat hanc materiam diffusè, in c. Si vero, eo ti. Et quantum ad primum dicit q̃ Ioã. An. tenet quod in foro conſcientiæ non eſt obligatorium ſi ille qui iurauit per metum non intendit ſe obligare: ſed tẽpus redimere & euadere malum ſibi intentatum, ſed in foro iudiciali ſibi hoc non crederetur. Sed Io. Cal. poſt b. Tho. quem allegat tenet q̃ ſit obligatoriũ ſimpliciter in foro conſcientiæ. Et idem glo. 15. q. 6 Auctoritatem. Quantum ad ſecundũ aliqui tenent q̃ tranſgreſſio huius iuramenti non habita relaxatione ſit veniale pro eo qđ dicitur in decretali. Verum eo. ti. q̃ pro tali tranſgreſſione non eſt imponenda pœnitentia ut pro mortali. Sed Io. Cal. b. Thom. & Archi. tenent q̃ ſit mortale, quia periurium ex genere ſuo eſt mortale nec excuſatur non impledo q̃ coactus iurauit. Et ad d. c. Verum. Reſpondet Io. Cal. tripliciter. ¶ Primo q̃ loquitur cap. poſt abſolutionem a tali iuramẽto. Sed hoc non placet. Ioan. An. & bene: quia poſt abſolutionem vel relaxationem cum in nullo peccet non ſeruando non eſt imponenda pœnitentia. ¶ Secundo rñdet, q̃ procedit in foro iudiciali, ſecus in foro pœnitentiali. ¶ Tertio & melius, quia tex. non dicit contra uenientẽ non peccare mortaliter: ſed non puniendum tanquam pro mortali. ſ. voluntariè cõmiſſo, quia metus licèt non excuſet: tamẽ alleuiat culpam. Nico. autem Sycu. dicit q̃ ſi non intendit ſe obligare, nõ obligetur, & per conſequẽs non peccet cõtrauentẽdo. Sed peccavit ſic iurando, quod fuit veniale tantũ uel nullũ. Si intendit ſe obligare, tunc contrauẽiendo relaxationẽ peccat mortaliter, & in hoc caſu intelligitur dictum b. Tho. Sed non ita grauiter puniẽdus, vt pro voluntario periurio vt in d. c. verum. Vbi autem ſumus in dubio vtrum habuit animum obligandi uel nõ dico, q̃ tunc propriè loquitur. c. Verum. Nã in dubio præſumendum eſſet, q̃ non habuit animum obligandi. Sed quia poſſet accidere contrarium ne eccleſia daret materiam deierandi,

Iuramẽtum ex metu factũ non obligat de iure ciuili docto. in l. 1. ff. qđ me. ca.

rādi voluit quòd in dubio ſeruaretur tale iuramẽtum: quaſi uoluerit ſe obligare, ſed poſt factum reſpectu pœnæ eſt reſtringendum in minorẽ partẽ, vt nõ puniatur tanquã ꝑ mortali. Hæc Ni.Sy. Sed primũ non videtur verũ, ſ. ut ſit veniale iurando quod non intendit, quia cum iuret mendaciosè hoc ſemper eſt mortale cũ aduertit ſecundũ beatũ Thomã.

Iuramẽtũ turpitudinẽ cõtinẽs nõ obligat.

¶SEXTVS Caſus eſt quando iuramentũ continet turpitudinem ex parte recipientis, & maximè cõcurrente turpitudine ex parte materiæ ſuper qua præſtatur, ſed ex parte iurantis nullum imminet peccatũ iuranti, & tunc iurm obligat, ſed põt peccati abſolutio non obſtante cõtradictione aduerſarii. Et iſtę eſt proprius caſus c.1.& c. Debitores. eo.ti. Et per iſtum caſum poteſt decidi quid dicendũ ſit in filio fa. renunciante Macedoniano, & iurante non contrauenire, & Bar. in d.l. ſi quis decidit quòd iuramentum obligat, ſed petatur abſolutio. Sed Ioan. An. poſt Iaco. de Bel. plus ſentit ſcilicet, ꝙ iuramentum non obliget: quia contra bonos mores. Item quia iuramentum reprobatur non ſolum cum continet in ſe peccatum, ſed etiam quando poteſt eſſe occaſio peccati arg. c. Cum ab omni, de vi. & ho. cle. Et nota ſecundum b. Tho. 2.2.q. 89. Quod votum eſt magis obligatorium q̃ iuramentum ex ſui ratione, & rationem huius habes infra de voto ibi vid. Et quia maior eſt obligatio voti, quam iuramenti, Hinc eſt quòd ſi quis voucat caſtitatem: etiam ſimpliciter, ſi poſtea iurat alicui mulieri quod ducet eam in vxorem, debet potius votum ſeruare quam iuramentũ, & ad hoc tenetur: alias peccaret mortaliter. Et quòd dicit Gra. 22.q. 4. §. Vnde datur quòd talis non prohibetur ſeruare iuramentum, illud falſum eſt nec tenendum ſecundum Bonauent. in 4. & Glo. in dicto capitulo.

Iuramẽtũ prẽſtitũ cõtra legem.

¶SEPTIMVS Caſus eſt quando nulla alia turpitudo eſt, niſi quia eſt præſtitum cõtra legem. Et in hoc diſtingue. Aut enim lex reſiſtit in fauorem reipublicæ principaliter, & tunc non eſt neceſſaria abſolutio, quia iuramentum illud non valuit, vt in c. Si diligenti de for. compe. Aut principaliter in fauorem iurantis: licèt ſecundario in fauorem publicum, vt in muliere, & in minore, & tunc ſumus proprie in caſu. c. Cum contingat, & c. 2. de pac. li. 6 & in autenti. Sacramenta impuberum. Et puto quòd in hoc abſolutio ſit deneganda. Primo facit ad hoc regula generalis ꝙ iuramentum eſt ſeruandum quod ſeruari poteſt ſine periculo animæ. ¶Item nulla hic reperitur turpitudo. Nam ex quo lex prouidit fauore perſonæ: & talis perſona iuramento renunciat iuri ſuo, nulla turpitudo reperitur in contrahente. Nam lex Dei non habet pro turpi quòd ſeruetur iuramentum, Nec ex parte contrahentis poteſt argui dolus vel aliqua alia deceptio. Nec materia de ſe eſt turpis, & ſic ſumus extra terminos capitulo. debitores, & capitulo primo eodem titulo. Ibi enim reperitur turpitudo ex parte recipientis. Et materia etiam in ſe eſt turpis ſeu prohibita: Et ſi qua culpa inuenitur ſatis punitur in retractione actus iuramento non accedente. Nec in hoc videtur dictum. Fed. de Sen. probabile, quod ſcilicet fiat abſolutio, qa contractum eſt contra legem vel ſtatutum. Nam ſi hoc eſſet verum de facili euacuaretur diſpoſitio, capitulo. Cum contingat, & ſecundo de pac. libro ſexto & auten. Sacramenta, & in ſimilibus petendo abſolutionem a iuramento. Nec eſt veriſimile in aliquo iſtorũ iurium quæ emanuerũt, ita ſolemniter quòd nulla fuiſſet facta mentio de abſolutione a iuramento ſicut fit in cap. Verum, & in capitul. primo eodem titulo. Nec obſtat ſi dicatur quòd turpitudo eſt ex parte recipientis in eo quod contra legem, vel ſtatuto diſpoſitum contraxit. Diſponit enim in fauorem perſonæ principaliter, cui fauori propriè renunciat, & ſic nulla turpitudo. Ex ſolo ergo contractu contra legem edito in fauorem perſonæ non præſumitur dolus. Pactum ergo patri factum a filia dum nuptui traderet quòd dote contenta nullum a paterna bona regreſſum haberet, quamuis improbet lex ciuilis, tamen ſi firmatum ſit iuramento hoc pactum non ui nec dolo præſtito debet ſeruari: Prout in capitulo quamuis de pac. libro ſexto. Similiter dos & donatio propter nuptias: & ſi alienari non poſſint etiam conſentiente vxore, vt dicitur. ff. de fun. do. l. lex Iulia, nec valet talis alienatio, tamen ſi vxor iurat non contrauenire valet vt de iureiu. c. Cum contingat, & de pac. c. quamuis lib. 6.

Iuramẽtum lęſiuum.

¶OCTAVVS Caſus eſt quando retentis terminis ſupradictis eo quod ſtatuto reſiſtente contrahitur, & datur læſio in contractu, vel datur læſio vltra dimidium iuſti prætij ſtatuto non reſiſtente, vt in capitulo cum dilecti, de emptio. & ven. Nunquid tunc poterit peti abſolutio a iuramẽto? Et dico quòd aut læſio eſt modica, & tunc nõ poteſt peti: quia pro modica læſione iura non curant dare remedia ſpecialia. Ad hoc ca. Abbas extra de his quæ ui metuſue cauſa fiunt.

Aut

Aut lęsio fuit enormis,& tunc si iuramẽtum fuit simpliciter præstitum de non veniendo contra,audietur allegando enormem lęsionẽ quia in tali enormi læsione præsumitur dolus.l. Qui testiũ.C. de proba.Non enim psumitur iurans hunc casum cogitasse.argu.eo. quæ notantur,eo.ti.c.Quintauallis,&c.Veniens eo.ti.Item quia iura communiter exci piũt dolũ a talibus iuramentis.Sed paria sũt quod dolus interueniat,ex proposito, vel re ipsa.l.si qs .ff.de uerbo.obliga.Et hac viden tur vera nõ solũ si verba vel iuramenta sũt in dissnita,sed etiam si sunt generalia vt si iura uit q̃ non veniet cõtra ulla ratione vel causa. Si autem sunt verba magis specifica & latavt quia apertè videãtur excludere remedia, ꝙa s.iurat non venire contra rationẽ enormis lę sionis,tunc si verba excludũt vnum remediũ tm̃ poterit habere recursum ad aliud,vt si iu rat non contrauenire rõne minoris ætatis po terit contrauenire tãquam maioris.Sed si ex cludit omnia remedia,vt quia iuret non cõ trauenire vlla ratione,nec tanquã maior,nec tanquam minor,tunc tenet gl.domini Anto. in minori quo ad enormẽ læsionem nõ vale re cõtractum & iuramentum,sed poterit pe tere absolutionẽ a iuramento quantuncunq; iuret non contrauenire ratione enormissimę læsionis,& sm̃ Bar.etiam si minor iuraret,q̃ si plus valet q̃ vendit,dat & donat contrahẽ ti secum,quia cum fraus præsumatur ex par te recipientis iura canonica nõ adsistũt tali bus iuramentis.Itẽ si iuraret omnia illa uẽdita eẽ ad verũ pretium rei,quia cum cõstat de oppositio talia possunt reuocari,quia iura mentum illud censetur prędstitum sub cõfidẽ tia quod illud sit iustum pretium de quo est conuentum vnde cõstito de cõtrario nõ erit periurus contraueniendo 22.q.2.Beatus . In maiori aũt contractus manebit validus iura mento firmatus sm̃.Anto.sed Nic.Sicu. put at quod etiam maior poterit cõtrauenire læ sione data enormissima quantuncunq; illa uerba iurata fuerint latè concepta,quia nota rii illa apponere solent ad maiorem validita tem contractu tm̃ contrahentes putant illud esse uerum pretium rei nec in aliquo decipi, vnde pnt̃ cõtrauenire saltem petẽdo absolu tionem,& hoc nisi appareat ex aliqbus circũ stantiis uere ualuisse contrahentem illud do nare in quo lęs⁹ est.Cũ ergo notarii,& cõtra hentes soleãt ad cautelam ponere uerba ual de lata excludentia omnia remedia,nõ vide tur illos p talia verba generalia uoluisse pati enormissimã lęsionem,sed potius fuisse pas sos illa verba apponi ad seruãdũ notariorum consuetudinẽ.Et idem vr̃ sensisse do.Ant.in c.quintauallis,vbi dicit se de facto cõsuluis se,q̃ quantũcũq; verba late concipiãt in pso nas arbitrorũ,vtputa q̃ possint de iure uni⁹ dare alteri in totũ vel in partẽ&c.q̃ nihilomi nus enormiter læsus poterit cõtrauenire, li cèt nõ appareat de dolo ex ꝓposito,sed ex re tãtũ,qa talia verba effuso sermone ꝓlata vi dẽtur sub quadam confidentia pson̄,& ami citiæ arbitrorum,vt capiant benuolentiam eorũ ad non lædendum,& idem tenuit dispu tando.Pe.de Anch.licèt multi contra hoc sẽ tiant.Vnde hoc non est sine dubio. Nic. Sic.

¶NONVS CASVS est quando turpi- Iurm turpitu dinis.
tudo reperitur ex parte recipiẽtis iuramẽtũ, ita quod locus est petitionis absolutiõis, sed iurans antequam absoluetur incidit in periu rium,nunquid poterit absolutionẽ petere a iuramento,sicut ante petisset q̃ incidisset in periurium?Et remittit pro declaratiõe huius ad notata per eum in cap.1.eod.ti.Ibi autem facit talem distinctionem.Quia cũ hoc petit, aut iam est elapsus terminus solutiõis,& tũc non debet audiri petens absolutionem a iu ramento cum iam inciderit in periurium, quia frustra postulat legis auxilium qui com mittit in legem vt de usuris.cap. Quia frũ stra.Et hoc sensit Fęder. de senis ī cõcil.288. & hoc ne pseueret in periurio, sed debet sol uere vsuras & postea repetere,vt in c. Debito res,extra de iureiurãdo.Aut nõ ẽ elapsus ter minus,sed mora committitur ex sola inter pellatione,& sic instante termino solutionis non potest peti relaxatio a iuramento,ne in termino incidat periurium secũdum Ioann. An.Solum ergo potest petere huiusmodi re laxationem antequam constituatur in mora soluendi.Nico.Sicu.dominus Antonius . Il lud quod dicit Exdericus supra, scilicet qd̃ qui incidit in periurium non debet audiri pe tens ab eo relaxationem,asserit sibi non pla cere,quia iurans erat obligatus ad duo,sci licet ad soluendum in termino,& ad soluẽ dum simpliciter,& quia nõ soluit i termino incidit in periurium,sed quatenus remanet obligatus post terminum potest petere absolutionem.Quod Nic.Sicu.putat verum si pe tẽdo absolutionem nõ pseueraret i peccato, tunc possit petere absolutione etiã post ter minũ licèt inciderit in periurium,de quo pę nitentia sibi imponenda est , alias secus si perseueret in peccato cogendus,est q̃ citius liberetur a peccato.Vtrum autem sit uocãda pars aduersa cum petit qs sibi relaxari iura-

mentum.

Vtrum possit relaxari parte aduersa absente

mentum factum ad instantiã ipsius? Nic. Sic. dicit, q̃ vbicunq; iuramentum est obligato rum ex parte obligãtis, & aliquam vtilitatẽ continet ex parte recipientis nunquã debet relaxari nisi vocata parte. Ratio huius cõclu sionis est, quia ex quo per absolutionis actũ præiudicium irrogatur parti in eo quod sibi utilitas amittitur, debet pars vocari, quia ni hil fieri debet in præiudicium absentis, c. 1. extra de causa poss. & si aliter fiat absolutio nõ ualet. Et hoc verũ nisi votorie cõstet iura mentum continere turpitudinem ex parte re cipientis, ita quod parti absenti certũ sit nul lam defensionem competere in hoc. Nam pu to valere absolutionem etiam parte nõ voca ta. Nam si hoc casu valeret sentẽtia sup prin cipali vbi agitur de maiori ꝑiudicio fortius valebit absolutio vbi nõ agitur de tanto ad hoc ca. bonæ. de elect. Si ergo quæstio iuramẽ ti est coram eo & notorie cõstet de illius tur pitudine ab illo iuramẽto absoluere poterit parte non vocata. Sed si non constat manife stẽ de turpitudine, ut quia nõ constat qd iu rauit soluere vsuras, puta q̃a cõtractus erat sub forma licita cõceptus, & sic nõ poterit cõ stare de turpitudine ante finem termini, vel propter absentiam partis, vel quia terminus instabat, tũc non fiet absolutio parte non vo cat, in c. Debitores, eo. tit. Ioan. An. Fæder. de senis & Car. dñt in huiusmodi partem vocã dã cũ agatur de eius ꝑiudicio. Dominus Ant. dicit qd quãdo est tanta turpitudo ex parte recipientis iuramentum quod nulla ei acq ratur actio, nec contractus iuramento firma tur nõ esse necesse partem vocari, quia nullũ interesse potest prætẽdere. Sed præsupposito quod debeat pars uocari si tamen fiat absolutio parte non uocata tenet absolutio, sicut dicitur de absolutione ab excõmunicatione.

Iurm nõ repe tendo.

¶ DECIMVS CASVS est quãdo quis iurat nõ repetere quod alter turpiter recepit puta per usuram, vel per metum, & iurat ẽt super hiis nullam quęrimoniã deponere. Pro huius declaratione remittit ad notata per eũ in ca. 1. eo. tit. Ibi autem sic dicit distinguẽdo quod videlicet aut adhuc nõ soluit quod iu rauit, aut iam soluit. ¶ Et in primo casu sub distingue, q̃a aut iurauit simpliciter idest so lũ hoc scilicet soluere vsuras, aut iurauit nõ solum soluere, sed etiam nullam super hoc quærimoniam mouere, nec etiã iudici denũ ciare. Et in primo casu habet plura remedia taliter iurans. ¶ Et primum est facile scilicet ut soluat, & sic impleat iuramentũ & postea repetat vt in ca. Debitores eo. tit. ¶ Secũdum remedium est vt petat creditorem compelli ad relaxationem iuramenti. Vt isto. ca. 1. eo. tit. Et hoc verum nisi instaret terminus solu tionis, ita quòd ex mora incideret in periu rium, tunc enim non audiretur, sed prius sol uat & postea repetat. ¶ Tertium remediũ est ut petat debitor absolutionem ab episcopo. ¶ Sed dubium est utrum istud remediũ sit ꝑ se subsidium idest quod etiam nõ seruato se cundo remedio possit absoluere episcopus, aut sit subsidium subsidiariũ idest qd̃ prius cogantur creditores ad relaxãdum, & in quo casu nõ possint ad hoc induci, tũc episcopus absoluat. Et Innoc. videtur uelle hoc secũdũ quod sit subsidium subsidiarium, cui assẽtit Io. An. Sed An. tenet contrarium scilicet qd̃ sit subsidium per se, & hoc magis placet Nic. Sic. Et ratio est secundum eum, quia si epi scopus absoluit a iuramento metu prẽstito, nec est necesse recurrere ad iuramẽta recipiẽ tis ut in c. Ad aures, extra de his quæ vi metus causa fiũt. Ergo multofortius in casu. nostro scilicet a iuramento facto pro solutio ne usurarũ. ¶ Quartum remediũ est ut debi tor conuentus ratione iuramẽti excipiat qd̃ non debet cogi ad obseruantiam iuramẽti cũ ipsæ creditor teneatur propter turpitudinem suam illud relaxare, & sic illud relaxari pe tit. Hoc tñ facere debet ante terminũ elapsũ promissionis suæ. ¶ Quintum remediũ est ut iudex ex officio suo compellat creditorẽ desistere ab exactione usurarum. ¶ In secũdo autem casu. s. cum iurat soluere, & nullã quę stionem super hoc mouere, dico quod habet istæ primum remedium dictum. s. ut soluat, & postea repetat. Nam non iurat nõ repetere. Et hoc iuramentum strictẽ est intelligendũ, vt in c. ad audientiam, quod metus vi causa fiunt. Secũdum remedium ut denũciet eccle siæ. Nam nullum iuramentum potest obliga re quin possit quis denũciare criminosum ecclesię, ut in c. quemadmodũ eo. ti. Debet tñ denuncians fundare se super salute proximi, & non super interesse suo principaliter, quia tunc obstaret illi iuramentum. Sed do. Ant. dicit quod potest uenire istæ denuntiãs, aut per viam denunciationis euangelicæ, & tũc habet seruare prius monitionem ipsius 2. q. j. si peccauerit. Aut per viam cuiusdam ītimationis vt iudex auisatus instet contra correctionem peccati, & in hoc nõ credit monitio nem necessariam, ar. ad prædicta, c. 2. de spon sa. tunc etiam uidet q̃ possit intendere prin cipaliter interesse suum. ¶ Tertium remediũ est de iuramento. s. quòd faciat se absoluere

Iurans nullam q̃onem facere.

ab sq;

absque hoc quòd faciat citare creditorẽ suum quod placet Io. And. Sed hoc non videtur Ni co. Sy. Quia vī hoc implicite quærelã contine re quam iurauit non facere. ¶ Quartum reme dium est, vt iudex ex officio suo cõpellat creditorem iuramentum relaxare, vel ab exactio ne desistere. ¶ Quantum ad secundum principale. i. si iam soluit potest repetere. Sed si iurauit non repetere ac etiam nullam quærelã ponere, nisi denunciare: semper remanet sibi uia denunciandi quæ per iuramentum exclu di non potest. Item alia via est vt iudex ex officio suo compellat ad restituendum etiam si nulla ponatur sibi quærela de hoc, dummodo ei cõstet. ¶ Nota etiam secundũ Nico. Sy. super c. peruenit. ꝙ si prælatus metu iurat su per rebus alienatis non repetendis, distinguẽ dũ est, quia si super rebus proprii, & vbi est dã num eius præcisè non debet contrauenire ni si prius habita relaxatione vel absolutione, quando videlicet est notabiliter damnifica tus. Et vbi agitur quòd quis absoluatur a iu ramento, oportet ꝙ adeatur iudex ecclesiasti cus per hoc quod notat Inno. in c. Debitores. eo. ti. Si autem agitur vt turpiter recipiens co gatur relaxare iuramentum, poterit hanc cõpulsionem facere etiam iudex secularis, vt no tat Fede. de Sen. consil. 263. & hoc qñ nõ dubitatur de turpitudine recipientis. Sed si dubi taretur de iuribus iuramenti, tunc debet adiri iudex ecclesiasticus. Si aũt iurauit super rebus ecclesiæ, tunc ecclesia si est dãnificata ẽt si metus non interueniret non vī obligatoriũ. Inn. tamen dicit quòd si hoc egit violentia & dolo in damnum ecclesiæ absoluitur prius vt repetere possit, vt in c. si vero. eo. tit. Si non ꝙ violentiam vel dolum, tunc superior facit ab solui prælatum qui iurauit, vel dabit curato rem bonis ecclesiæ, vt repetat res ecclesiæ, & ille non veniat contra iuramentũ, sed Nico. Sy. di. simpliciter ꝙ non est obligatorium, vñ per ipsum prælatum qui sic iurauit absq; eo quòd petat absolutionem, potest repetere siue per se siue per alium, quia iuramentũ non potest esse vinculum iniquitatis &c. Item su per c. Ex referipto eo. ti. dicit Ni. Sy. quòd mo nachus ꝙ vtilitate monasterii se obligare vti liter potest etiam cum iuramento. Et cũ hoc facit cum consensu abbatis pro vtilitate mo nasterii etiam ciuiliter potest obligari, quia eorum consensus vt voluntas dependet ex vo luntate abbatis vt in c. si religiosus. de elec. li. 6. Sine consensu aũt abbatis nec ciuiliter nec naturaliter obligatur ex promisso, quia ius re sistit huic obligationi ut in c. Non dicatis. 12. q. 1. Item in obligatione monachi sine cõsen su abbatis non põt procedere fideiussor. l. 1. & 2. ff. de fideiusso. Item non improbatur ꝙ cleri ci etiam religiosi iurant super contractu obser uando. ¶ Item nota ꝙ iurans laicus etiam tã quam fideiussor super contractu põt corã iu dice ecclesiastico conueniri, vt in c. de fo. cõpe. lib. 6. Hæc omnia Ni. Sy.

¶ De cõmutatione iuramenti. In c. peruenit, summatim dicitur quòd nõ deierat. qui iura menti complementum in melius commutat. Circa cuius declarationem Ni. Sy. ibi. sic di stinguit. Aut iuramenti implementum con cernit honorem Dei aut vtilitatẽ priuatã. Et in primo casu si illud in quod vult commuta re est dubium vtrum sit maius bonum req ri tur super hoc auctoritas superioris secundum Anto. in commutatione. Item etiam si illud est maius bonum manifestè & euidenter, sed obseruatio eius quod iurauit nõ impedit vel perturbat maius bonũ, puta quia iurauit ire ad sanctum Anto. & tunc intendit ire ad sepulchrum, potest enim implere primũ, & po stea ad sepulchrum ire. Vnde in tali commu tatione si vellet primum in secundũ cõmuta re requiritur auctoritas superioris saltem epi scopi. Nam sicut episcopus potest votum com mutare, ita & iuramentum, vt notat Inno. in c. Debitores eo. ti. Si autem non potest serua ri iuramentum sine perturbatione vel defer tione maioris boni, tunc propria auctoritate commutari potest secundum Anto. Puta si iu rauit ire ad sepulchrum vel contrahere matri monium cum aliqua propria auctoritate po test contrauenire intrando religionem, quia impedit pro tali obsequio perpetuam domi no seruitutem. ar. de voto. c. Scripturæ. In se cundo autem casu cum. s. iuramentum cõcer nit vtilitatem priuatam, dico ꝙ sine consen su illius cui præstitũ fuit etiam in melius cõ mutari non potest. Nec prodest in hoc supe rioris auctoritas, ex hoc quòd notatur. eo. tit. c. quanto, & per Inn. in c cum inter. de renũ. Pro quo facit, quia debitor non potest vnam rem etiam meliorem pro alia soluere inuito creditore, vt institu. quibus modis tol. obli. in principio.

¶ De irritatione iuramentorum. No. secundũ §. 2.
b. Tho. 2. 2. q. 89. cum ad vnumquenque perti neat irritare iuramenta: quæ a subditis facta Patres
sunt in his quę subsunt eius potestati si vult, pñt irri-
ideo mater & pater irritare filiorum iuramen tare filio
ta, & viri iuramenta vxorum ut dicitur Nu rũ iura.
me. 30. Hæc Tho. quod videtur intelligẽdum secundum Guil. in his quæ non possunt fieri

sine

prelatus iurãs ex metui.

Mutare iurm in melius, non est deierare

Monachus pt se obligare ciuiliter.

sine scandalo & prejudicio virorum. Idem de filiis & seruis videtur. Ad id quod di. Anto. facit quod dicitur sumatim. in c. Venientes. De iureiuran. videlicet quòd non valet iuramentum præstitũ in præiudiciũ iuris superioris. ¶Et super dicto c. quærit. Nico. Sy. Si clericus existẽs in studio alicuius ciuitatis iurauit nõ exire districtum illius ciuitatis antequam suo creditori esset satisfactum, si ante solutionem reuocatur ex iusta causa per episcopum, nun quid iuramento non obstante teneatur mandato superioris parere? Et videtur quòd sic p illud c. Venientes. Quia non potuit se obligare in præiudicium iuris & auctoritatis superioris. Et post multa quæ allegat Io. An. de regu. iur. In malis. Concludit q; nõ tenetur ibi manere, sed parere mãdato superioris. Et hoc nisi cum licentia episcopi fuisset in studio, & pro necessitate studii contraxisset talem obligationem. Videtur enim tunc se obligasse cũ licentia episcopi qui dedit licẽtiam standi in studio, quia vno concesso videtur omnia concessa sine quibus illud expediri non potest, vt in c. prudentia de officio dele. Et idem concludit per omnia de patre reuocante filium qui eodem modo iurauerat. Item in d. c. Peruenit. Ponitur ista alia conclusio summaria. Nõ astringitur quis iuramento ad implendum quòd iurauit si ab alia parte non impletur.

¶Circa huiusmodi declarationem. Nico. Sy. sic distinguit, quando duæ obligationes respectuantur ad inuicem, vt quia ego promisi tibi certũ quid pro eo quod tu promisisti mihi aliquid aliud: si tu non adimples ex parte tua, nec ego teneor implere. Et sic loquitur istud. c. peruenit, & regula Fruſtra, de reg. iur. lib. 6. Idẽ qñ solus me obligaui, sed obligatio mea fuit cõditionata per te respectu alicuius implendi per te, puta promisi ire pro te Romam si dederis mihi. 10. si nõ das non teneor. Promisi non expellere de domo mea tibi concessa in emphiteosim, certe tacite intelligitur si mihi canonẽ solues, vnde si non soluis possum te expellere. Si verò obligationes non respectuantur adinuicem: nec reflectuntur ad idem factum: sed diuersum, puta promisi tibi dare certum librum & iurauit, tu postea iurasti aliquid pro me facere, licèt ego nõ impleã promissionem, tu tamen non vitabis periuriũ differendo, quia tu non promisisti rõne promissionis meæ: sed simpliciter & in hoc casu loquitur. c. Quod Deo. 33. q. 5.

¶De iuramento facto ab aliquo alicui vtrum obliget eum ad successorem eius cui iurauit. Et vtrum successores iurantis obligentur ex illo ei cui iuratum est? ¶Respondet vtrum quæ Nico. Sy. super c. veritatis eo. ti. Quantũ ad primum per distinctionem, quia aut quis iurat alicui & successoribus eius, & certũ est quod tenetur, nec amplius tenetur iurare successoribus eius, licèt teneatur se cognoscere liberum, seu vasallum, seu subditum. Et de hac recognitione loquitur c. Longinquitate. 12. quæstio. 2. Quod fit ne longinquitate têmporis pareat memoria originis. Aut nullam mentionem facit in iuramento de successoribus, & tunc iterum subdiuiditur, quia aut iurat simpliciter personaliter, & tunc cuilibet successori iurare tenetur. Ad hoc facit. l. imperialem, de prohi. feu. ali. Sed hoc facere videtur. c. istud veritatis. Aut fuit simpliciter appositum aliquod verbum personale, puta promitto tibi. &c. Et tunc procedat opinio promissa. Si tamen is cui iuratum est remoueret a dignitate non teneretur ei iurans ad obseruantiam iuramenti amplius: quia intelligitur iuramentum personæ præstitum ratione dignitatis & de hoc est infra. c. Venerabilẽ, de elect. Aut fuit simpliciter præstitum ratione dignitatis, & tunc transit ad successores quantumcunq; non fuerit facta mentio de successoribus, vt si dixi promitto obedire episcopo Florentino, vel Ro. pon. quia dignitas non variatur ex varietate personarũ, vt in c. Liberti. 12. q. 2. ¶Quantum ad secundũ dicit Host. & communiter doc. Quod iuramentum non transit in hæredẽ uel successorem iurantis ẽt si quis iurasset pro se & successoribus suis seu hæredibus, quia licèt quis possit obligare hæredem temporaliter, immo etiam non faciendo mentionem de hæredibus pactum regulariter transit in eos: Spiritualiter tamen nõ potest, quia licèt sit honestum: vt in spiritualib. obligationibus filius sequatur voluntatẽ patris, non tamen necessarium. Vt in c. 1. de despon. impuberum, unde filius uel hæres nunquã est periurus ex iuramento defuncti, licèt tamen iurãs si non seruat cum debeat: Et siquidem fuit iuratũ simpliciter nõ habito respectu ad dignitatem eius cui iuratur, nec ad dignitatem seu aliã qualitatẽ iurantis, semper obligat iurantẽ, si hoc pñt importare uerba iuramẽti. ar. 32. q. 8. c. Vnico. Sed si iuratur habito respectu ad dignitatem eius cui iuratur, puta iuro tibi vt episcopo cum sis priuatus nõ teneor. Similiter iurando respectu qualitatis alicuius ipsius iurantis, puta iurat qs seruare statuta ecclesiæ tanquam clericus vel canonicus cum nõ est amplius clericus vel canonicus nõ tenet iuramẽto obligatus ar. d. c. Venera-

Vtrum successores obligent iuramẽto antecessoris.

Iuramẽtum nõ trãsit in hæredes.

Venerabilem. Ratio autem quare quis potest se alicui obligare & successoribus suis, non autem potest obligare se & successores suos, est ista, quia in prima agitur de obligatione propria quam quis facere potest prout vult. In secunda agitur de obligatione aliena quā non facere potest in spiritualibus aliquis pro alio: quia anima sine proprio consensu ligari non potest, vt 32. q 8. cap. vnico. Et hanc conclusionem firmat Ioan. Andreas in c. fin. de sepulturis.

§. 4. ¶ De iuramento vniuersitatis seu societatis, cum scilicet iurant se aliquid facturos vel nō facturos nunquid pñt sibi dimittere? Ad q̄ respondet Guil. q̄ hoc potest esse quatuor modis. ¶ Primo quidem si sit de his quæ pertinent ad cultum Dei seu ad religionē vel pietatem, & tunc nō possunt remittere, vt si duo iurent quòd ibunt vltra mare militare pro Deo, scilicet bellando cōtra infideles, vel intrabunt religionem, vel dicent duo vel tria psalteria adinuicem: aut si qui artifices iurent quòd de lucro dabunt certam portionem fabricæ alicuius ecclesiæ, vel in alios pios vsus. Vbi tamen aliqui iurāt quòd ibunt vltra mare simul, possunt quidem sibi remittere inuicē ne vadant simul, sed nō possunt sibi remittere q̄ non vadant, quia quasi duo iuramenta sunt scilicet & quòd vadant, & quod simul vadant. ¶ Secundo si iuramentum sit de temporalibus, & sit tale q̄ absque iuramento tenentur facere, q̄ iurant, & tunc etiā nō possunt sibi remittere, quia propter salutem animarū videtur esse iuramētum, vt si carnifices iurent quòd non uendant carnes infectas, q̄ sanis, aut quòd non sophisticabunt merces suas & huiusmodi. Ad hoc enim tenentur ēt sine iuramento vnde non possunt sibiinuicē remittere iuramentum. ¶ Tertio potest contingere q̄ iuramentum sit super re temporali, ad q̄ tñ absque iuro non tenebantur facere q̄ iurant, & tunc si obseruantia iuramenti spectat tñ ad commodū, uel incommodum iurantium, pñt sibi remittere, ut si unus iurat alteri q̄ faciet sibi librū aliquē vel donum dabit, & alter iuret q̄ dabit ei mercedē. Similiter qñ duo socii iurant adinuicē q̄ cōicabūt sibi lucra omnia. Sed si spectat ad cōmodum aliōrum q̄ iuratum est non possunt sibiinuicem remittere, ut si artifices iurent q̄ in mercibus. 20. solidorū non accipient de lucro vltra unum solidū vel q̄ non vendent de materia sic parata, vel q̄ non trahent pecias pannī vltra tm & hmōi. ¶ Quarto pōt contingere si iuratur q̄ aliis est dānosum, nā tale iurm non est obligatorium, vt si iurent sutores qđ certo tempore non laborabunt, & hoc ut propter raritatem carius vendant, vel carnifices quod non præparabunt carnes nisi ad certum numerum, vel aliqui opifices quod non operabuntur pro minori pretio quam tanto, & huiusmodi. Hæc iuramenta quamuis nō sint obligatoria: tamen non expedit ut quod propria auctoritate contraueniatur, sibi remittant, sed quod auctoritate episcopi reuocentur, potius denuncientur ea non tenuisse, vel dic quod sufficit auctoritas propria quando fuit iuratum de eo quod est manifeste peccatum vel maioris boni impeditiuū hæc Guil. ¶ Item nota quando multitudo iurauit aliquid facere vel nō facere cum quæritur vtrū aliquibus contrauenientibus possint alii licitè contrauenire? Rñdet Guil. quod si absolute & in omnem euentum iuratum est, quilibet tenetur seruare, cum scilicet non sit de se illicitum quod iuratum est. Si uerò sub conditione vel ob determinatam cām, puta si alii seruarent & huiusmodi non tenentur nisi ex tante conditione. ar. 32. q. 8. Non solum extra de condi. appo. ca. verum, vnde si omnes alii vel plures nō seruant in hoc casu absoluti uidentur alii. Si vero pauci sunt qui non seruāt recurrendum est ad intentionem iurantium, videlicet si intendebant quod quocunq; non seruante ipsi non tenerentur, & tunc non tenentur, aut solum si multi essent qui uō seruarent & tunc tenentur. Quod si de intentio ne nescitur tutius est seruare, hæc Guil.

Iuramētum dānosū nō pōt obligare, q̄ cōtra bonos mores.

¶ De iuramento quod quis facit de parendo mandatis alicuius quomodo sit intelligendū. §. 5.

Circa hoc: Ni. Sy. colligit talem di. ex verbis Inno. Aut. n. iurm fuit gñaliter præstitum de parendo mādato alicuius. Aut specificè & determinatè, sed oritur ex post facto dubitatio super intellectum & interpretatione eius.

Iuramētum de parēdo mādatis

¶ In primo casu dicit quod nō extenditur iuramentū nisi ad ea de quibus cogitatū fuit, vel debet meritò cogitari, vt in c. quintaual. eo. tit. Refert ēt alios dicere & non malè sm eum, non sufficere si iurās dicat ego nō cogitaui q̄ tu mihi hoc ꝓciperes dūmō pœna nō excedat culpā immo oīno pt ꝓcipere quatenus culpa patitur nisi sit contrarius ut in c. quinta uallis, vel q̄ non sit contra prius iurm illud, q̄ imponitur. Dē. n summariè in c. uenientes. eo. ti. q̄ si alicuius mandato iurauī parere: aliquid mihi præcipit contra iurm per me prius licitè factum illud seruare non teneor, vel ēt nisi esset tale quid illud q̄ mandatur, q̄ sm cōem æstimationē nunquā iurāsset si credisset

disset sibi illud mandari.ar.c.petitio. eo. titn. ¶In secundo casu principali dicit q̃ in consilio animæ suæ seu in foro pẽnitẽtiali ſm intentionẽ iurantis non est interprætandũ. Sed in iudicio seu foro contentioso recipit interprætationẽ ſm ius ut c. venientes.eo. ti. Qualiter aũt ius interprætabitur uide. 22.q. 5.humane. & ca. ex literis de spõ.mat. & c. tua. Et per hoc determinatur qõ qua quæritur. Cũ clericus stare mandato episcopi iurat & episcopus præcipit ei vt resignet beneficio, & nõ appellet, certe ex quo non erat verisimile hoc intendere, põt non obstante præcepto appellare, nec opus est petere absolutionẽ seu relaxationem iuramenti: cum iurm nõ extendat vltra consensum iurantis. Firmat Ioã. An. in c. Vnico. de cõmo. vbi dicit, q̃ generalis renũciatio casuum fortuitorũ non validatur iurõ ex defecta consensu. ¶Item per hoc decidit alia qõ qũo cum videlicet, q̃ iuratum est obseruando non obuiet priori iurõ, sed aliàs solenniter promissio. Quamuis. n. Innoc. dicat, q̃ seruandũ sit iurm & de promisso debet aliter satisfacere. Host. dicit contrarium allegãs plures rõnes, ar. 22 q. 5. iuramenti. An. dicit q̃ si prima promissio est præcisa, vt quia est obligatio dandi non arctaretur ad præceptũ in contrarium, q̃ quis iurat seruare nisi pars de alio cõtentaretur cui facta est promissio. Sed si non esset præcisa obligatio: nec in obligationibus facti in quibus pars præcise non obligatur ad factum, sed ad interesse, tunc q̃ potest implere primum & secundum debet iuramentum seruare, vt si vni promitto tradere aliquã rem, postea eandẽ rẽ alteri promitto & iuro, teneor seruare iurm: quia possum seruare iuramentum tradendo rẽ & promissum satisfaciendo secundo de interesse, & hanc dicit putare fuisse de mente Inno. in supradicta sententia eius. Sed Ni. Sy. tenet cõtrarium valet quòd per iuramentum sequens in quo aliquid promisit non potest quis infringere promissionem prius simpliciter factam licitam vt obseruet iuramentum, & sic cõcludit quòd obligatur quis ad factum illud implendum quòd licitè promisit, siue sit ꝓmissio simplex siue iuramento firmata de iure diuino & canonico, de pac. c. 1. & 22. q. 5. Iuramenti; nec sufficit satisfacere quo ad interesse, scilicet aliud dando, etiam si iurauit postea aliquid quòd habet impedire simplicem promissionem, quia non tenetur illud seruare. Inno. etiam uidetur sibi esse contrarius in ca. sicut, de spon. vbi dicit quòd si quis simpliciter promisit contrahere cum aliqua & postea idem promittit alteri mulieri & iurat ſm non primum contractũ: quòd tenetur potius primæ quasi non valeat iuramentum contra promissionem alteri factam. Cum dominus facit iurare suos subditos quòd dicent ei si q̃ sciuerint vel audierint surripuisse aliquid de rebus suis. Dicit Guil. Circa hoc credo distinguẽdum quòd si talis dominus communiter habetur truculentus. & ferus non tenetur seruare, quia illicitum fuit quòd iuratum est. Si autem creditur & habetur mansuetus & non nisi rationabiliter processurus, tunc subdistinguendum: quia aut sunt tales quòd pertineãt ad custodiã eius, qui sic iurauit seruare dẽt, puta si quis viderit furem asportantẽ res quę eius custodiæ comendatæ sunt, potest prosequi res furtiuas: aliàs tenetur restituere. Si autem nõ tenentur ad custodiã illarum rerum, tunc si non potest probare non debet reuelare nisi talibus personis, quæ possunt prodesse & non obesse. Et si alio modo iurauit, nõ fuit licitum iuramentũ, nec per consequens obligatorium.

Hãc materiã uide ꝓ no. in l. non aſr. ff de lega. 3. & in l. fabeo. ff. de supel. leg. & in c. ad audient. extra de deci.

¶De iurãdo seruare statuta alicuius ecclesiæ vel ciuitatis. Circa q̃ sic distiguit Io. An. Aut quis iurat seruare statuta edita, & tunc ex vi iuramenti non tenetur ad statuta quæ post modum fiunt, ut in c. Clericus eo. ti. Aut iurat seruare edita & edenda, & tunc tenetur ad futura, & hoc nisi ibi essent aliqua illicita, quia ad illa non tenetur ut in c. 1. eo. titu. lib. 6. Si enim sciebat aut credebat aliqua ibi esse illicita temere illud iurauit. Nec tamen obligatur ad obseruantiam. Si nesciebat non peccauit in iurando, & intelligitur de licitis obligatio non de aliis. Aut talis iurauit simpliciter seruare statuta exprimens edita uel edenda, & tunc secundum Io. An. & Fran. tenetur ad edita & edenda. Quod dictum non placet Nico. Sy. ex eo quod propter metum periurii iuramentum est grauius præiudicii, & strictæ interprætationis, & ideò nõ est extendendũ: sed potius restringendũ, vt non cõprehendat quod ex lata verborum significatione cõprehendere põt, vt in ca. ad nostrã & c. quintaualis. eo. ti. quòd vult Archi. Posset tamen distingui quòd aut statuta quę post modum fiunt non sunt multum præiudicialia, & tunc extenditur iuramentum ad illa. Aut sunt grauis præiudicii, & ad illa nõ extẽditur iuramentum, vt ca. Fęli. de pę. lib. 6. vbi habetur quòd publicatis bonis alicuius simpliciter non veniunt bona futura, & hoc propter grauitatem præiudicii. Si autem tale qui iurauit seruare edita statuta postea promit-

§. 6. Iurãs seruare statuta quę seruare teneãt.

tit

tit per illud iuramẽtum quod prius fecit ser uare edenda non aliter iurando ex ui iuramẽ ti non tenetur, vt in c. Clericus. Circa cuius declarationem. Nico. Sy. dicit distinguendũ, auris qui primo iurauit intendit nunc exten dere. Illud iuramentum ad obseruãtiam alte rius actus, non autem intendit de nouo iura re, vt qa dicit volo teneri virtute primi iura mẽti, vel ꝓmitto ꝓ primum iuramentum, & tunc non fit extensio nec tenetur ex nouo iu ramẽto, qa hoc non intendit & de hoc intel ligitur dictũ. c. Clericus. Vnde Abb. dicit hic, quod si quis asserit domino aliquid per sacra mentum quod prius fecit, non est periurus si cèt illud sit falsum, quod intelligit. Ioan. An. & bene quando ad hoc primum iuramentũ non extendebatur scilicet ex sua intentione, alias secus tenetur tamen talis ad illud ꝓ mo dum simplicis promissionis. Aut talis intẽdit per hoc iurare adhibendo primum iuramen tum ad quod postea promittit, quod potest intelligi dupliciter. Vno modo quod intẽdat iurare per primũ iuramentũ sicut ꝓ rem spiri tualem, vt quia dicit iuro per euangelium & huiusmodo. Secundo modo quod intẽdat p relationẽ ad primum iuramẽtum exprimere formam prioris iuramenti quasi dicat iuro ꝓ primum iuramentum. i. secundum formã ex præstam in primo iuramẽto, & tunc de nouo obligatur ad iuramentum, non quod extẽda tur antiquum ad nouam promissionem. Nã video quod vbi requiritur notabilis expssio non refert an exprimatur nominatim, an per relationem ad aliud, ut in sententia quãdo iu dex dicit cõdemno uel absoluo prout in actis continetur, & prẽcipue, quia Deus cui fit iura mentum respicit ad mentem non ad formam verborum. 14. q. 5. Si quid. ¶ Item notandum quod cum quis iurat seruare statuta commu nitatis vel alicuius collegii si qua sunt abro gata per contrariam consuetudinem, quę sit rationabilis & prẽscripta, ut in c. fi. de cõsue. non utdetur obligatus ad illa, quia iam non habẽt uim statuti, ar. ad hoc dt. 4 §. leges ubi dicitur quod leges instituuntur cum ꝓmul gantur, firmantur autem cum moribus uten tium approbantur. Nonnullæ autem per con trariam cõsuetudinem abrogatæ sunt quod probatur per ca. sequentia.

§. 7. Iuramẽtũ in ar bitros fa ctum.

¶ Quæritur utrum possit peti reductio eius qđ per arbitros est iudicatũ ad arbitriũ boni uiri & maximè ubi interuenit iuramẽtũ uel pœna. Dicit ad hoc Hosti. qđ nisi arbitramẽ tum esset contra Deũ quo casu nullo mõ est parendũ, ut in c. Iulia. & c. qui resistit. 11. q. 3. debent partes arbitramẽtum obseruare, neo possunt conuenire sine metu pœnæ uel periu rii quasi partes uoluerint se in hoc ligare qđ iuri suo in hoc renunciare, ut in c. 1. & 2. de pac. & 7. q. 1. Quã periculosũ dicit quod for tè iudex deberet occurrere & obuiare iniqui tati ex officio suo pensatis personarũ & causę qualitatibus extra de trãsac. c. fi. ¶ Sed an ua leat pactum seu renunciatio, uel reductio ad arbitrium boni uiri nõ sit locus respectu om nis læsionis. Et si non ualeat ex se solũ, an firmetur iuramento uel pœna. Ad quod sic re spõdet Nico. Sy. Aut quis absente parte, & ex tra iudicium renunciat petitioni huius redu ctionis, & non ualet, quia iuris futuri renun ciatio non tenet, ut in l. 1. C. de pac. & deci. c. Ex multiplici. Aut hoc fit i iudicio uel extra in prẽsentia partium in quibus casibus tenet iuris futuri renũciatio, quia habet uim pacti de non petendo iuxta notata in d. l. 1. C. de pac. per Bar. Aut obligauit se per pactum, qa ad non petẽdum hanc reductionẽ & sumus in casu dubii nostri Dyn. de re. iu. in regula. Scienti in 6. loquens in simplici pacto, aut re nunciatio non tenet, quod hoc nõ obstante poterit ratione magnę læsionis petere redu ctionem hanc, quia id per pactũ debet intel ligi si ut bonus uir fuerit arbitratus ar. in l. q ro. ff. de interlocu. idem Bar. per dictam. l. Et Ioan. An in regula scienti de reg. iur. in 6. di cẽs etiã illud ꝓcedere si interuenisset ibi iurá mẽtum seu pœna. Nã iuramentũ secũdũ Bar. habet in se illam conditionẽ quam habẽbat pactum perambulum scilicet non uenire cõ tra si æquum fuerit arbitratus. Operetur aũt illud pactum seu renunciatio respectu modi cę læsionis. Et idem tenet dominus An. & ui detur quasi communis opinio Tamẽ Fẽderi. contrarium sentit respectu cuiuscunq; lęsio nis, quando. s. pactum, uel renũciatio esset iu ramẽto uallata, nisi dolus ex animę ꝓcedat. Bal. dicit cõiter obseruari, qd nõ obstãte qua cunq; cautela uerborũ pp enormẽ læsionem põt peti reductio ad arbitrium boni uiri, qa nõ ẽ ueri simile qđ arbitrator posset eos enor miter lædere. Ego dicerẽ qđ aut deceptio ue nit ex ꝓposito, & tũc respectu quãtęcũq; lęsio nis põt peti reductio ad arbitriũ boni uiri nõ obstãte quocũq; pacto, qa sic ut expssè non põt renũciari dolus futurus, ita & fortius ta cite & sub inuoluto verborũ Itẽ si arbitriũ re tractai ꝓ dolũ multofortius per arbitramen tum, & in hoc uidentur communiter cõueni re doctores. Et dicitur i teruenire dolus ex ꝓ posito quãdo scienter per odiũ, uel fraudẽ, ut

Bart. in d. l. 1. ff. de pac. amplè hãc materiã tra ctauit et post eũ Paulus de Castro.

gratiam grauauit alteram partem. Aut decē ptio uenit re ipsa, sed sine dolo arbitratoris, & tunc si modicè lædat non fit reductio etiā si nō sit facta renūciatio, si aūt fuit facta renūciatio huius reductionis, tunc non solum modicæ, sed etiam respectu magnæ quantitatis lęsionis non potest peti reductio ista. Secus respectu enormis vel maximæ lęsionis, quia illud semper videtur exceptum. ¶ Ad secundum membrum. Aut quis renunciat seu pactum facit de non petendo huiusmodi reductionem, etiam prætextu magnę læsionis, aut renunciat & paciscitur multum gñaliter ut. s. possit arbitrator altè & basse in totum, vel in partem auferre ab vna parte & dare alteri prout sibi videbitur. Et in primo casu si dolus interuenit ex proposito poterit nihilominus peti non obstante illa renunciatione, quia dolus futurus remitti nō potest. Aut deceptio venit re ipsa, & sic peti non potest reductio respectu magnæ quantitatis læsionis, quia potuit pars ex pacto sibi præiudicare vt in regula scienti. de reg. iuris libro sexto. Sed respectu maximæ & enormis lęsionis potest peti reductio ex quo de tali non fuit expræssum, quia renunciatio non debet trahi extra intentionem agentis vt in capitulo Cum voluntate de senten. ex commu. Idem do. Anto. & Pe. de Ancha. Et dicit Bal. qđ magna quantitas vel parua dicitur respectu personarum & causæ. In secundo casu tunc, aut præceptū arbitratoris est contra Deum & non ligat quātumcunque sit pęna appolita secundum Hostien. & Bene in c. Qui resistit. 11. q. 3. Idem puto vbi sit contra ius commune non remissibile per partes, vt in capitulo si diligenti de foro competenti. Aut est cōtra ius priuatum ipsius partis. Et si deceptio ueniat ex proposito, & dolo arbitrii potest peti reductio per rationem supradictam. Et hoc tenent Ioannes Calderinus, & Ioannes Andreas, & Bartolus, & est commune dictum. Aut interuenit sine dolo, & valet ita quod non potest peti reductio. Ita tenuit Ioannes Calderinus, & Ioannes Andreas, & hoc satis hic constat de renunciātis, vel paciscentis intētione. Sed tu aduerte latius, quia aut sumus certi quod non interuenit dolus, aut sumus dubij. Et in primo casu cum sumus certi & tūc quamuis respectu enormissimæ læsionis secundum Pe. de Ancha. possit peti reductio, quia paria sūt dolum interuenire ex proposito, vel re ipsa. ff. de doli exceptio. lege secunda. Tamen communis opinio est in contrarium. Quod contrarium tenet Barto. Ioann. Cal. & An. allegātes, quia non est opus coniecturę de tacita voluntate, ex quo habemus expręssam & certā, & quilibet iuri suo potest renunciare. 7. q. 1. quam periculosum. Et hoc verum nisi in pacto, vel renunciatione fuit positum aliquod verbū potestatis restrictiuū. Dicit tamē do. Anto. qđ si aliqua causa legitima fuit arbitrator deceptus de quo constaret, qđ tūc saltem ex clausula generali, scilicet qđ possit altè, & basse &c. ut iudicis officio subueniret læso, ar. l. ambigo. ff. re. du. Et hoc casu puto procedere illud notabile. Hostien. quod supra in principio dixi, s. qđ maxima quātitate possit iudex occurre, alias non video quomodo possit se iudex ad utilitatem priuatam contra pactum expręssum impedire. Dominus tamen Anto. videt uelle in parte alia illius ca. Quintaullis. e. ti. qđ quātuncunq; verba sint concepta latè nihilominus data enormi læsione re ipsa peti reductio poterit. Mouetur ex hoc quia talia verba in genere, & confusio sermone prolata sunt sub confidentia discretionis & amicitiæ arbitrorum ut captent ipsorum beniuolentiam ad non lædendum, ideo non debent ita latè intelligi sicut sonant Et si iuratum fuit quia verba iuramenti obuiāt, absolueretur, vel iudex ex officio prouidebit, & sic refert se de facto consuluisse. Et in hoc cō cordat cum Pe. de Ancha. hæc opinio habet ęquitatem. Sed alia opinio supra Io. Cal. & Io. An. videtur verior de iuris subtilitate, ar. optimū. 7. q. 1. Quam periculosum. In alio membro cum. s. dubitatur vtrum interuenerit dolus, tunc ratione enormissimæ lęsionis potest peti reductio saltem iudicis officio, quia præsumitur dolus in tanta læsione, ut in l. Lutius. ff. de his quæ fi. in frau. cre. Et in hoc etiam potest intelligi illud dictum Hostien. supra. Idem sentit Ant. & Frā. de Are. Bar. & Pe. de Anch.

¶ De periurio. Cap. 7.

DE periurio sciendum quod grauitas huius pecati ex quatuor ostenditur, vnde summopere uitandum.

¶ Primo quia ex eo Deus inhonoratur.

¶ Secundo quia omni lege vetatur.

¶ Tertio quia ipsæ proximus damnificatur.

¶ Quarto quia pæna multiplici castigatur. §. 1.

¶ Quantū ad primū intelligēdū oportet videre quid sit periurij. Ad quod dicit magr in 3. sniarū. dis. 39. qđ est mēdacium iuramēto firmatū, ista ergo duo requirit. s. q; aliquo modo sit ibi mendaciū in locutione, & cū eo iuramentum Periurij quid sit.

ramentum'. Et mendacium quidem dicitur formaliter, quando de aliquo præterito, præsenti vel futuro cõtrarium pronunciat ad id quod habet in corde, verbi gratia. Cum dicis merces quas vis vendere constitisse tibi. 10. & tu mente habes ꝙ non tantũ constiterunt, vel si dicis merces illas esse bonas, & sine aliquo defectu, & tu scis habere plures defect', vel cum dicis te daturum pecuniam, vel certũ opus in certo termino facturũ, & tu intendis vlterius protrahere terminũ. Et si id quod dicis esses, vt tu dicis, tu tamen in corde credis contrariũ. ſ. ꝙ non sic sit, mendacium formaliter est, & grauius peccas quam si diceres falsum, credendo tñ dicere verũ, quia vt dicit Au. Reã linguã non facit nisi rea mens. Iurare aũt est ſm Au. Deum testẽ inuocare. ſ. suę locutionis. Qñ ergo iuras, ꝙ credis esse mendaciũ periuriũ cõmittis, & ex hoc valdè Deũ inhonoras, quia ipsum qui est summa veritas & mentiri non põt inducis in testẽ tuæ falsæ locutionis, & sic facis eum iniquum & iniustum testẽ quantũ in te est dum in falsum testimoniũ inducis, ꝙ est magna blasphemia. Certè nõ faceret quis hoc in vilem hominẽ sine magna iniuria eius si talis esset cui displiceret mendacium vel periurium. ¶ Deo autẽ summè displicet, sicut ergo Christus Iudæis multa blasphemantibus in eum dixit. Vos inhonoratis me. Io. 8. ita istis periuris dicere põt, & multo magis turpiter iurantib. per mẽbra inhonesta, & quia inhonorare Deũ, & irreuerentiã facere pertinet ad contemptũ, iõ secundũ b. Tho. 2. 2. q. 98. periurium ex genere suo est mortale. ¶ Et si diceres. Cum iuro per euangelia, vel fidem, vel per corpus meũ, aut per sanctos non induco Deum testem, cũ ipsum non nominẽ. Respondet b. Th. & Alb. ꝙ cum quis iurat per prædicta non intelligitur illa inducere in testimoniũ sui dicti, quia nulla creatura habet infallibilem veritatem, & omnem cognitionẽ, & ideò in illis iuramẽtis inducitur Deus testimonium, cuius veritas vel virtus relucet in illis creaturis quę nominãtur. Nec excusatur a mortali, vt dicit b. Th. ex hoc ꝙ iocosè periurat, quia non euitat diuinam irreuerentiam, immo quantum ad aliquod magis auget. Similiter nõ excusatur a mortali qui ex lapsu linguæ seu ex vsu peierat dummodo aduertat se iurare, & aduertat falsum esse quod iurat, quia nec a cõtemptu, secus si non aduertat se iurare, idem Bonauen. in 3. distinctio. 39. Tribus autem modis propriè quis periurium incurrit, vnde & mortaliter peccat. ¶ Vno modo cum quis iurat aliquid esse vel fuisse & contrarium habet in mente sua, ẽt si verum esset quod diceret, ut dictum est sup. ¶ Secũdo cũ iurat se aliquid facturũ illicitũ & criminale, vt occidere: quia ipso facto tenetur cõtrariũ facere, alias aliud cõmitteret mortale implendo tale iuramentum, vel ẽt cum promittit rem licitam & non intendit obseruare, iurat enim contra id qđ habet in mente, vel ẽt si intendit obseruare, & est res alicuius importantiæ, & postea non seruat eo modo quo promisit cum possit etiã si sit magnũ incõmodũ in seruando, nisi relaxaret ei', vel prolongetur terminus ab eo qui põt, de hoc habes supra, immo secundum b. Thom. non excusatur a mortali si non implet iuramentum metu extortum de re in se licita. Habet tamen diuersa remedia ad prouidẽdum sibi non tñ propria auctoritate põt contrauenire. ¶ Tertio cum quis iurat ita leuiter, & sine cõsideratione vtrum sit verum, vel falsum quod dicit, quia exponit se periculo iurãdi mendacium, & præcipue in iudicio, vel in his quibus proximus damnificatur. Debet. n. diligenter examinare quod dicit, & tunc adhibita diligentia etiam si iuraret falsum, qđ tamen ipsæ credit verum in iuramento assertorio non est mortale secundum Pe. de Tharan. in 3. Ergo si non adhibet diligentiam nõ videtur excusari a mortali'. Et multomagis peccaret mortaliter si iuraret asserendo sic esse vel non esse, de quo in mente sua dubitat. Sed in promissorio iuramento si omittit implere quod promisit pp legitimum impedimentum excusatur a mortali ſm Pe. de Tharan. Idem Bonauen. in 3. 39. di. ergo a contrario non excusatur cum deest legitimũ impedimentũ. Iurãdo aũt verũ sine aliqua necessitate, vel vtilitate veniale est non. n. ibi vr esse irreuerentia & contemptus Dei, quia non fit ex deliberatione, sed ex qbadã surreptione & leuitate ſm Bona. in 3. vbi supra. Est ergo illud pter præceptũ, quia Deũ nõ honorat, sed non contra præceptum, quia non est notabilis irreuerentia, & hoc nisi fieret in contẽptu vel inhonesta locutione: quia tunc mortale. Vnde iurationi non assuescat os tuum. Multi. n. sunt casus in illa. Eccl. 23. Vir multum iurans replebitur iniquitate. Eccl. 23.

¶ Secundo ostẽditur periuriũ esse peccatũ & magnũ: quia oĩbus legibus prohibetur. Prohibet. ſ. in trinseca. Mosayca euangelica, canonica, & politica. ¶ Lex. n. intrinseca seu naturalis sicut dictat homini, ꝙ Deũ suum honore summo reuereatur, & rebus vtatur, ad quod institutæ sunt a natura, & fidelis sit in promissis.

Periuriũ Deo summè displicet.

Triplici ter ꝙ peierat, & mortr.

Iurare leuiter dr peieratio.

§. 2.

Periuriũ oĩb. legibus ꝓhibet.

missis. Ita prohibet ecōtra Dei irreuerentiā, & abusum rerum, ideſt vsum ad id, ad quod non sunt ordinatæ & infidelitatem erga proximum. Cum ergo periurium sit contra reuerentiam Dei, & honorem & abusus linguæ, quia locutio homini est data natura ad manifestandū conceptū cordis. Periurus aūt dicit contra id quod hēt in corde, & aliàs vt in promissoriis iuramentis non seruat fidelitatē, sic agit cōtra legem naturalē periurus. Vñ & b. Tho. vbi supra dicit q̄ ēt iurans per idola licèt peccet in iurando tenetur tñ seruare iurm factum de re in se licita. Fidelitas. n. in promissis est de iure naturali. Et licèt non sit licitum exigere ab infideli vel inducere ad iuramentū per idola, tñ ad firmādū pacem, vel pactum cum eo de re licita non est licitū vti ea ratione. s. fidelitatis ad quam ille tenetur. Et sic Machabei cum fecerunt ligam cum Romanis vsi sunt iuramento eorum, vt creditur per idola quæ colebant. vt dicitur. 22. q. 1. § sicut etiā. Vnde & philosophus dicit in primo Meth. Infidelis loquens de infidelib. q̄ iusiurandum apud eos honoratissimū erat. Vnde & Marcus Regulus & si Gētilis & Romanus voluit potius sustinere crudelē mortē a Carthaginensibus quā non seruare ꝓmissum factum sub iuro. s. ipsis in redeūdo ad eos si nō posset obtinere a senatu permutationē Carthaginensium plurimorū captiuorū a Romanis in ipsum Marcum, qui postea fuerat captus a Carthaginensibus, cum tñ nō posset redire, qa liber erat postquā venit Romā dimissus ab illis super hoc, vt ponit Aug. in 1. de ci. Dei, & narrat Valerius & Aul. Gellius. ¶ Cōtra legē Mosaycam ostenditur esse quantū ad illā partē quæ moralis est, vñ & semper obligauit oēs & semper durat: patet, qa in prima tabula decalogi scripto digito Dei, secundū præceptū est illud. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Exo. 20. quod idem est qđ dicitur Leu. 19. Non periurabis in nomine meo. ¶ Et ex hoc probant quidē magnitudinē huius peccati, & q̄ grauius est homicidio quod horribilissimū est. Nā peccata q̄ sunt directè contra Deū sunt ſm se grauiora, q̄ ea q̄ sunt contra proximū, quia Deus sine cōparatione est maior proximo. Sed transgressiones præceptorū primæ tabulæ sūt directè cōtra Deū vt patet ex se quorū ſm est prohibitio periurii. Transgressiones præceptorū secundę tabulæ q̄ sunt septē, sunt directè cōtra proximum quorū ſm est prohibitio homicidii. Ergo ex ordine ipsorū præceptorū pōt esse grauius periurium quam homicidiū. ſm b. Th. in quodlibet. Firmat hanc sniam per hanc rōnem Apostolus dicens ad Hæb. 6. Homines per maiores suos iurāt. & oīs cōtrouersiæ eorū finis est iurm. Frustra aūt in cā homicidii controuersiæ finis esset iuramentū si homicidiū esset grauius periurio. Præsumeretur. n. q̄ qui maiorem culpā s. homicidii non curauit cōiter nō vereretur minorem in currere. s. periurii, vnde ex hoc ipso, q̄ in causa cuiuslibet peccati defertur iuramentum manifestè ostenditur, q̄ periuriū pro maximo peccato debet haberi, nec immeritò: qa periurare nomen Dei videt quædā diuini nominis abnegatio: Vnde ſm locum tenet periuriū post idolatriā, vt patet ex ordine præceptorū. Bona. in 3. dist. 39. non placet ista opinio: nisi in periurio qđ procedit ex odio Dei, aliàs dicit maius esse homicidium. Et licèt primā rōnem videatur destruere, non tamen destruit, nec ponit rationē beati Tho. quæ efficax multum videtur. Sed o miseri homines cum ita horreant homicidiū, quod horrendū est periuriū quod est grauius pro nihilo quotidie incurrunt. Verum est tamen quòd considerando grauitatem peccati secūdum nocumentū quod inde sequitur cōmuniter homicidium grauius est: qa grauius nocumentum proximis infertur. Et iō in iudicio humano grauius homicidium quā periuriū punitur. ¶ Contra legē euangelicā est. Nam dicit Christus Mat. 5. Nolite iurare omnino &c. quod tñ sane intelligendum est. Nō enim vult Christus dicere q̄ in nullo casu debeat quis iurare cum in casu necessitatis & magnæ utilitatis rationabiliter possit homo iurare debeat, vnde & sanctos homines legimus iurasse. Dauid & Abraham & Paulū in epistolis suis, hoc aliàs ꝓtineret ad hæresim credēdo pertinaciter, q̄ nunq̄ liceret iurare. Sed ꝓhibet Christus ex illo mō loquēdi iurationē leuem & indiscretā. Nam secundum Bona. in 3. ubi supra. Negatio præposita signo vniuersali æqpollet particulari negatiuæ. Sic ergo cum oino sit signum uniuersale. i. oī modo & in nolite includatur negatio sensus est. Nō iuretis oī modo, quia nō sine cā & necessitate, & si aliquo mō. i. cū debitis circunstantiis. ¶ Cōtra legē canonicā & ciuilē est. Vtraque periuriū prohibet, vt 22. q. 4. per totum. extra de iureiuran. Et si Christus. Et ff. de iureiurand. l. iusiurandum. Et dicit Chryso. q̄ qui periurare paratus est antequam iuret per iurus esse uidetur, quia Deus iudicat non solum ex operibus, sed ex corde. 22. qō. 5. periurare. Et quanto cum maiori solemnitate iuratur, tāto grauius est periurium. Quod autē dicit

Eſtcōtra legem Moyſi.

Cōtra legē canonicam.

dicit Chrysost. q̃a iurare per Deũ est maius quã iurare p euãgelia vel alia sacramẽta. 22. quæstione prima. Si aliqua. Et per cõsequens videtur grauius periurium per Deũ quam p alia. Intelligẽdũ est cęteris paribus, idest quã do iuratur cum solẽnitate eadem vtroq; iura mẽto, vel sine solemnitate & super simili ma teria & eodem contemptu, Alias iurare cum solemnitate, vt coram iudice super libro, reli quiis, & huiusmodi est maius. Et periuriũ in huiusmodi est grauius peccatũ quã iurare p Deum simpliciter, idest sine solemnitate tum ratione maioris deliberationis, tum ratione scandali sequentis, hæc b. Tho. Pe. & Inno.

§. 3. ¶Tertio propter periurium proximus dãnificatur, quia in iudicio peierando iniuriatur iudici cui non obedit cũ præcipit sibi iuridicè ut ueritatẽ dicat super eo de quo interrogat. Et sic ẽt lædit bonũ cõmune vnde tenet dicere veritatẽ, ẽt si ide sequeretur sibi mors sm beatum Thomam sine dãno alicuius particularis personæ. Damnificatur etiam cum accusatus peierat, quia actor vel testis in contrarium efficitur infamis tanquã falsus accusator uł testis. Et in cõtractibus similiter cũ iurat rem bonam esse quam nouit defectuosã, uel restituisse pecuniam quam scit non restituisse. Nec excusatur a mortali periurio loquẽdo sophisticè, ut ad suũ intellectũ uerborum suorum videatur dicere verum cum ĩtẽdat decipere, cum alius aliter intelligat. Vñ Isido. Quacũq; arte verborum qs iuret, Deus sic accipit sicut ille cui iuratur intẽdit. 22. q. 5. Quacũq; &c. Ecce. Qđ intelligit. b. Th. vbi sup. qñ dolus est parte iurãtis tantum. Tunc enim interprætãdum est & intelligendũ secũdum intellectum accipiẽtis iuramẽtũ. Sed si dolum iurãs non adhibet, obligatus est secũdũ suam intentionem obligãdi. Vñ scđm Hostiensem si quis iurat aliquid generaliter, cũ generalitas obscuritatem pariat non videtur cogitasse super his sup quibus specialiter non iurasset. Et sic secũdũ intentionem iurãtis est interprætãdum quando sine dolo iurat. Vñ si casus inopinatus eueniat de quo si cogitasset, tũc iniurãdo nullo modo iurasset nõ tenetur ad illud. Idem Rayn. & Guil. Sicut fecit christianus qui pecuniam sibi mutuatã a Iudæo asserebat reddidisse, ex quo vocatus ad iudicium pecuniã illã in baculo concauo dedit in manibus Iudei seruandam cum iuraret, & sic iurauit reddidisse, intendens de pecunia in baculo absconsa, quem postea repetiit. Sed diuina ultio manifestauit suã fraudem per mortem superuenientem, ut habetur in legenda beati Nicolai. Et nota quod dicitur in Leuitico quinto cap. Anima quæ audierit vocem iurantis quem nouit falsum iurare si non indicauerit rea erit peccati. Dicit, Augustinus. 25. quæstione quinta. Ille qui qđ cum non indicat cui debeat iudicare, Intelligendum videtur quod debeat his qui magis possunt prodesse quam obesse periuro siue corripiendo siue pro eo orando, & hoc sufficit dicit Ray. & hoc tenetur. Sed Bonauen. in tertio ubi supra dicit quod hoc etiam potest intelligi quando per viam testimonii, qui audiuit & scit falsum iurasse potest per suum testimonium subleuare innocentem a damno temporalis rei uel corporis in iudicio uel extra, quod intelligendum videtur quando hoc potest sine suo magno periculo uel sine maiori scandalo inde sequendo. Scandalizat etiam periurus proximos suo malo exemplo prouocans ad similia & ad odia & huiusmodi. Sed quid dicendum est de exigente iuramentum vtrum peccet? Et videtur quod sic, quia occasionem dat illi peierandi. Ad quod dicit be. Tho. 2. 2. q. 89. quod exigens iuramentum, aut est publica persona, puta officialis aut priuata. Si publica tunc exigendo iuramentum secundum quod exigit ordo iuris in nullo peccat siue sciat illum falsum iurare siue uerum, quia non videtur illud exigere, sed ipsæ ad cuius instantiam iurat. Si priuata persona exigit hoc faciens, quia dubitat de veritate loquentis, & ideo ut sit magis certus exigat, non peccat, sed humana temptatio est. Si autem scit uel credit probabiliter illum falsum iuraturum peccat mortaliter, quia dat illi occasionem ruinæ in hoc casu non autem in aliis. Vnde Aug. in sermone dicit hunc homicidam duarum animarum scilicet suæ & proximi quem inducit ad hoc. 22. q. 5. Ille q. Hęc Th. Simr ille q aliquid q̃ scit uel credit alicui psonæ sibi positũ secretũ aliquod sub iuramẽto uel cõsiliis cõitatis, uel a psona particulari stimulat eũ psuasionibus & amicitia ad sibi reuelãdũ mortr peccat q̃a occasionẽ efficacẽ dat illi peccãdi mortaliter ẽt si ex tali reuelatione non oriatur scandalũ. Cũ ergo dãnificetur proximus multipliciter p periuriũ, mirum est quomodo miseri homines ita frequentant, & cum cætera peccata ob quãdam reuerentiam sacra fugiant. Faciens enim fornicationem cauet sibi a locis sacris. Committens furta si potest parcit rebus ecclesiasticis. Sed scelerati periuri ingerunt se audacter ad sacra, scilicet nomen domini corpus domini, reliquias, altare, & huiusmodi.

Periuriũ valdè dãnificat.

Periur⁹ Scãdalizat ꝓximum.

iusmodi. Et merentur a nullo sacro iuuari, sed absorberi, sicq; inhonorant Deum & sanctos eiusdem.

§.4. ¶Quãtum ad quartum puniũtur vtiq; multipliciter periuri. Et primo quidem efficiuntur infames. 5.q.j. infames. Et cõuicti ad testimonium in iudicio non admittuntur, etiã si egerint pœnitentiam. 6.q.j. infames, & extra de testi. c. Testimonium nisi fuerint absoluti a dicta infamia p̃ principem. Puniuntur quoque in foro ecclesiæ pœnitẽtia septemni secundum antiquos canones. 22.q.1. Ptędican dũ & licèt cõfessor nõ teneatur iungere talẽ pœnitentiam, tamen perpendi potest ex hoc magnitudo peccati. In foro ciuili periurium in iudicio punitur corporaliter & variè. Sed & Deus per iudicia sua terribilia ostẽdit horrorem huius vitii. Nam ut habetur. 2. Re. 21. superuenit sterilitas terræ seu fames tẽpore Dauid quę perseuerauit tribus annis, & cum Dauid a domino quæsisset causam huius flagelli ut remedium adhiberet. Respondit dominus quod euenerat propter periurium Saulis, quia scilicet fregit promissionem firmata iuramento factã Gabaonitis a Iosue senioribus Israel super reseruatione eorum in uitã. Ipsæ autem Saul quasi zelans pro filij Israel, quia Gabaonitæ deceperant eos fingentes in remotis habitare, & cum eis quærere pacem, occidit fecit multos ex eis, dictũq; est Dauid quod fames illa non cessaret quousque satisfaceret iniurię Gabaonitarum. Misit ergo pro eis & quæsiuit quid uellent sibi fieri. Qui petierunt omnes descendẽtes ex Saul mares sibi dari & crucifigi, qđ & factũ est, excepto Mifiboseth filio Ionathæ cui pepercit vt seruaret ipsę suũ iuramẽtum quo se astrinxerat Ionathæ se eius generationem seu filios seruaturum. Similiter vna ex causis, q̃ assignatur in scriptura de captione regis Iuda Sedechię & destructionis Hierosolymorum fuit, quia ipsę rex iuramentum fidelitatis quod fecerat Nabuchodonosor fregerat se rebellans, vt hꝫ. 4. Regum. 25. In alia autem vita pœna sibi reseruatur in igne æterno. Nã dicitur apoc. 1j. de mendacibus quod pars illorum in stagno ignis & sulphuris. Periurium propriè semper includit mendacium, & addit contẽptũ Dei, vnde multo magis ei debetur.

Per punitum multiplr

Fames ex periurio prouenit.

¶De *adiuratione*. *Cap.* 8.

DE adiuratione quæ habet similitudinem ad iuramentum, vnde licitè faciẽdo ideſt cum debitis circunſtantijs actus uirtutis latriæ est. Vnde & Apostolus vtitur adiuratione cum dicit Roma. 12. Obsecro uos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra &c. Et etiam ecclesia cum dicit. Per crucem tuam, vel per misterium incarnationis tuę libera nos domine, & huiusmodi.

¶Est ergo adiuratio inducere aliquam personam, vel creaturã ad aliquid faciendũ vel non faciendum ex inuocatione alicuius rei sacrę, & fieri põt secundum b. Tho. 2.2.q.90. ad creaturam rationalem, intellectualem & irrationalem. Et cũ fit ergo creaturam rationalẽ, aut intendit necessitatem imponere faciendi, quod petiit illi quem adiurat, sicut imponit sibi necessitatem faciendi q̃ iurando promittit, aut nõ intendit imponere necessitatẽ, sed potius per modũ depræcationis intendit ex inuocatione illius rei sacrę expręsse inducere illum ad faciendum. Et in isto secundo casu licitum est adiurare quacunq; personam super re licita etiam ipsum Deum sicut & licitum est depræcari. Non tamẽ leuiter faciendum est & in rebus friuolis, sicut nec leuiter iurandum ob reuerentiam rerum sacrarũ. In primo autem casu aut adiurat personã subditam & secũdum debitum modum, ut puta in casu in quo licet sibi recipere & exigere iuramentum, aut non. Si primo modo licitum est adiuratus subditus tenetur sicut ex præcepto & iuramento exacto facere vel dicere ad quod adiuratur. Si secundo modo tũc peccat mortaliter adiurãs, quia vsurpat sibi potestatem in alium quam non habet, & sic facit contra iustitiam & lædit ius cõmune. Vnde princeps sacerdotum Cayphas cũ dixit Christo. Adiuro te per Deum viuũ vt dicas &c. Mat. 26. grauiter peccauit, quia nõ habebat potestatem super eũ. Similiter si esset subditus adiuratus & adiuraretur super aliqua re facienda de qua adiurans non posset sibi pręcipere nõ tenetur sibi obedire, sicut si adiuret vt diceret si commisit aliquod crimen occultum de quo non præcessit infamia vel probatio aliqua, & peccat adiurãs. ¶ Ad creaturam intellectualem potest fieri adiuratio, vnde ecclesia vtitur exorcismis quæ sunt quædã adiurationes contra dæmones & hoc est verum si fiat ad hoc vt per uirtutem diuini nominis, vel rerum sacratum eos tãquam inimicos expellamus ne nobis nocere possint spiritualiter vel tẽporaliter secũdũ potestatẽ a Christo traditã. Luc. 10. Ecce dedit uobis ptãtẽ calcãdi supra serpẽtes, & scorpiones, & cõtra oẽm virtutẽ inimici, & sic dicit. 33.q.j. Si per sortiarias Quod cũ aliqui sunt malefici ati possunt fieri

Adiuratio.

Adiuratio Dęmones.

erga

erga nos exorcismi, sed nō est licitum eos ad iurare ad aliquid sciendum uel obtinendū ab eis sicut fit per artē magicam vel notoriā, & huiusmodi, quia hoc pertinet ad societatē cum eis habendum & pactum, ꝙ nō licet nisi speciali instinctu spiritus sācti, vel reuelatiōe diuina aliqui sancti ad aliquos effectus operatione dæmonum utantur, Sicut fecit be. Iaco. apostolus erga Hermogenem, & be. Domini cus pluries. ¶ Ad irrationalem creaturā potest dupliciter fieri adiuratio. Primo vt adiuratio feratur ad ipsam creaturam irrationalē secūdum, se & sic uanum esset. Alio modo vt referatur ad eum a quo creatura illa agitur & mouetur. Et tūc dupliciter. Vno modo p modum deprecationis quod pertinet ad eos qui diuina inuocatione miracula faciūt. Alio modo per modum cōpulsionis aduersus diabolum qui in nocumētum nostrum utitur creaturis irrationalibus. Et talis est modus adiurandi i exorcismis ecclesiæ, & sic licet. Sed ad iurare eas ita quod dæmonum auxilium imploret nō licet. Hæc omnia beatus Thomas.

Adiuratio irrationaliū creaturarum.

TITVLVS VNDECIMVS.

¶ *De uoto & uoti transgressione de exhortatione ad uotum eiusdem impletione & intentione uouentis.* *Cap.* 1.

VOuete & reddite domino Deo vestro in ꝙt ps. 75. Cū omnia ꝙ possidem⁹ dñi sint & ab eo receperimus iuxta illud qđ dixit ipsę Dauid. i. paralip. ul. Quæ de manu tua accepimus dedimus tibi, tua sunt oia dñe. Decet ipsi dño offerre munera & uota in recognitione dñi sui ac beneficii recepti. Ipsum. n. uouere aliquid est quodāmō dare illud. Dicitur. n fieri aliquid cum fit causa, quemadmodū faciens instrumētū quo alicui detur certum quid dicitur iam illud ei dedisse, quia instrumētum est causa recipiendi illud. Si qui promittit per uotum in quantum se obligat ad illud faciendum, iam quodammodo dat, & hinc est quod non solū dāti sed & ꝓmittēti gratię agūtur, plenius tamen confertur cum promissum soluitur. Vnde Esa. 19. dicitur de ueris fidelibus. Colent cū in hostiis & muneribus, & vota uouebūt domino & soluent. Et ad hoc etiam saluator nos instruit dicens. Reddite quę Dei sūt Deo Mathæ. 22. Per maximè dicuntur Dei esse ea ꝙ sib per uotum promittuntur. Et ad hoc idē exhortat̄ ps. dicēs. Vouete &c. vbi tria notāt̄. ¶ Primo quod hortamur ad meliorem promissionem ibi. Vouete.

¶ Secundo quod necessitamur ad promissorum solutionem ibi. Reddite.

¶ Tertio quod regulamur circa uotorum intentionem ibi. Domino Deo uestro.

¶ Quantum ad primum. Sciendum quod uotum est promissio de meliori bono opere quā fit illud ad quod tenemur de necessitate salutis, ut patet in diffinitione uoti. Et ideo nullus cogitur ad vouēdum sicut nec ad alia opera supererogationis, sed cōsulit̄ & exhortatur ad huiusmodi Et sic exhortatoriè psal. ait. Vouete. Vbi gl. ait. Vouere consulitur uouenti, Propterea autem exhortamur ad uouēdum, & nobis consulitur vt maiora merita acquiramus. ¶ Nam opus factum cū voto est melius & magis meritorium, quam idē factum sine uoto, secundum be. Tho. 2. 2. q. 88. quod probat ipsæ triplici ratione. ¶ Primo quidē quia uouere est actus latriæ siue religionis quę virtus ē nobiliſſima inter morales virtutes. Quā to autem virtus est nobilior tanto actus eius est melior & magis meritorius, vñ actus inferioris virtutis est melior & magis meritorius ex hoc quod imperatur a superiori virtute cuius actus fit per imperium, sicut actus fidei vel spei est melior si imperatur a charitate. Et ideo actus morallum, puta ieiunare qđ est actus abstinētiæ, & cōtinere qđ est actus castitatis, & dare eleęmosynam qđ est actus aliquando liberalitatis sunt meliora & magis meritoria si fiant ex voto quam sine uoto, qa sic iam pertinēt ad cultū diuinū quasi quędā Dei sacrificia. Vnde Aug in li. de virginitate. Neq, ipsa uirginitas, qa uirginitas est, sed qa Deo dedicata ē honoratur ꝙ vouet, & seruat cōtinētia pietatis. ¶ Secūdo qa ille qui uouet aliquid & facit, plus se Deo subiicit ꝙ ille q solū facit, subiicit. n. se Deo nō solū quātū ad actum illud faciēdum ꝙ vouet, sed ēt quo ad potestatē, quia dē cætero nō pt aliud facere. s. de iure. Quod etiam ꝓbat Anselmus in li. de similitudinibus, exemplū ponēs de duob. seruis vnius dñi, quorū quilibet habet arborē fructiferā, puta ficū in orto suo ꝓducētē gratiosos fructus. Et alter quidā dictorū seruorū fructus suæ arboris annuatim dño suo elargitur. Alius aūt eidem domino donat arborem cum fructibus. Nam clarum est ꝙ opus illius qui dat arborem cū fructibus debet esse magis gratum domino quam illius qui tantum donat fructus cęteris partibus eo quod plus dat, & qui plus dat plus meretur accipere.

§. 1.

Opus cū uoto ē melius se ipso sine uoto.

Ieiunare ex voto melius est quā sine uoto.

pe. ¶ Tertio quia per votum immobiliter uo
lũtas firmatur in bono. Facere autem aliquid
Votũ im mobili firmatin bonum. ex voluntate firmata in bonum pertinet ad perfectionem virtutis, vt ostẽdit philosophus in 2. ethi. Sicut etiam peccare ex mente obstinata in malum aggrauat peccatũ, & quia ne cessitas ad implẽdi illud nõ est necessitas coactionis quæ causat inuoluntarium & deuotionem excludit & meritum, sed est necessitas spontè assumpta per propositum immutabilis voluntatis, & ideo nõ tollitur vel minuitur meritum, sed confirmat voluntatem & auget deuotionem. Sicut etiam nõ posse peccare non diminuit libertatẽ, ita & necessitas firmatæ volũtatis in bonum nõ diminuit libertatem, vt patet de beatis & huiusmodi est necessitas voti habens aliqam similitudinem cum confirmatione beatorum. Vnde Aug. in epistola. Fælix necessitas (inquit) q̃ in meliora compellit. ¶ Exhortamur autẽ ad uouẽdũ exẽplis beatorũ seu sanctorum veteris & noui testĩ. Nam & Iacob votum vouit domino,
Exhortamur ad uouẽdum. d. Si dominꝰ fuerit mecũ & custodierit me in uia ista ĩ qua ego ambulo, &c. erit mihi dominus in Deũ, & cunctorum quę dederis mihi, decimas offerã. Gene. 28. Quod intelligi potest secundũ b. Th. q̃ vouerit se habere dominum in Deũ per specialem cultum ad quem non tenebatur, sicut p decimarum oblationẽ & alia huiusmodi quę ibi subduntur. Dauid etiam ait. Votũ uoui Deo Iacob. Apostoli ẽt ꝟm b. Th. vbi supra intelliguntur vouisse, pertinentia ad perfectionis statum quãdo Christũ relictis omnibus sunt secuti. Au. ẽt dicit de
B. Maria uouituir ginitatẽ uirgine Dei mẽ fic. Beat. Maria proposuit se conseruaturam votũ virginitatis in corde, sed ipsum votũ virginitatis nõ expressit ore. Post quam vero filium genuit quod corde cõcepe rat simul cũ uiro labiis expressit, & uterq; in virginitate permãsit. 27. q. §. 1. Et multi quotidie fieles per vota recipiunt a domino multas gratias sanitatũ sui & aliorũ, & plura huiusmodi. Expedit ergo vouere, nec ẽ piculosũ ex natura facti, sed ex culpa nõ faciẽtis. Et licèt melius sit nõ uouere, q̃ uouere & ꝓmissa nõ reddere, melius tñ ẽ vouere q̃ nõ uouere. Et ió rõne periculi s. nõ faciẽdi, nõ debet dimitti emissio noti, sicut nec ẽt dãt dimitti alia bona ꝓpter periculũ supbiæ, vel inanis glorię, quę inde possũt exurgere, propter qd' dr. Qui uotũ obseruat nũquã seminat. Eccle. 11. i. nunquã bene operatur si timet. s. sibi supuenire ventum superbiæ vel inanis glorię. Quantũ ad secundũ. s. necessitatiõe adimplẽdi votũ factũ. Nota cũ dr, reddite, q̃ ẽ impati ui modi. Et qd̃ imperatur dicit Hiero. necesse est fieri. Quãuis igitur vouete sit exhortatorium. Reddite tamen est præceptoriũ sic dicit gl. ibi. s. q̃ reddere. i. votũ implere ẽ necessitatis. Idẽ ẽt cõfirmat Inn. in c. Magnæ. de uo. & uoti redẽpti. Qd̃ intelligit nisi ĩ voto dispensetur uel cõmutet vel irruetur per eum qui potest vel ipsæ nullo modo implere possit sicut vouens iei unium si grauiter infirmetur &c. ¶ Et quia omittere necessaria ad salutem fieri nõ põt sine mortali, ex quo uoti implẽ tio est necessitatis vt dictũ est. Seq̃tur q̃ trãsgressio eius aduertenter sine causa rationabili facta sit mortale. Patet etiã hoc ex eo q̃ fractio uoti scdm b. Th. vbi sup. ar. 3. est quædã species infidelitatis, cũ nõ soluit ea q̃ Deo promisit, sicut ad fidelitatem hominis pertinet, vt soluat promissa. Vñ Greg. inq̃t. Si bonæ fidei contractus solet inter homines nulla rõne dissolui, quantomagis illa pollicitatio quã cũ Deo pepigit. s. p uotũ solui sine uindicta nõ poteri t. 27. q. 1. viduas. Hiero. etiã ait qd̃ uouẽtibus uirginitatẽ nõ solũ nubere, sed uel le dãnabile ẽ. 17. q. 1. Sunt quædã. §. Vouentibus. Dãnatio ãt non incurritur nisi p mortale, hoc ẽt firmat gl. sũmaria in princ. c. illius Reddite ergo si uouistis iuxta illud ps. Reddã tibi uota mea q̃ dis. la. m. Et Eccl. 5. ĩq̃t Salomõ Si q̃d uouisti Deo ne moreris reddere, displicet. n ei infidelis & stulta ꝓmissio. Vbi notat, qd̃ sit reddẽdũ, & quomõ. s. tripliciter, p quodlibet horũ omissũ offendit Deus circa uotũ factũ. ¶ Primo reddite cũ debita acceleratiõe. ibi. ne moreris. ¶ Scõo reddite cũ pfecta solone. ibi, displicet ei infidelis. ¶ Tertio red cũ dite recta discretione, ibi stulta ꝓmissio. Quãtũ ad primũ cũ qs facit uotũ si statuit si bi tpsinfra q̃ illud debeat ĩplere, eueniẽte termino illud soluere debet nisi impossibilitas eũ excusaret. Si aũt simpliciter sine tẽporis determinatione, tenetur quãcitius põt cõmodè adimplere. Si tñ feciſſet uotũ sub cõditione aliqua, puta si recipiat gr̃am quã petiit, ut sãtitatẽ & hmõi tenet obseruare ĩpleta cõditione quãcitius põt. Et ió dicit. Salomõ. Ne moreris reddere, nec. n. debet tardare uouens ultra quã intẽdit se obligare. Dicitur. n. Deute. 23 Cum uotũ uoueris domino Deo tuo non tardabis reddẽ, quia requiriẽ illud dominus Deus tuus, & si mora tus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Datur tamen ei tempus ad arbitrium boni uiri ad disponendum de rebus secundum materiam uoti secundũ Tho. & Guil. qui scilicet Thoma super. 4. dicit qui uouit intrare religionem si ex mora circa di-

Trãsgressio uoti scienter est mortale.

Votum debet impleri tẽpore statuto.

ca diſpẽſationẽ per alium probabiliter timet perpetuum impedimentum, puta contrahendo matrimonium & huiuſmodi, talis tenetur vlterius non differre. Et ex hoc videtur quòd talis in huiuſmodi dilatione peccet mortaliter, quia exponit ſe periculo mortale ſ. tranſgrediendo votum. Et idem videtur de differẽtibus impletionem aliorum votorum ꝑ multa tempora, cum tamen commodè poſſint & recordentur, & ex ipſa nimia dilatione vel obliuiſcuntur, vel impotentes redduntur, vt ſenes ad lõgam peregrinationẽ & huiuſmodi. Non ſic egit Anna mater Samuelis, ſed votũ quod fecerat ad templum. ſ. offendendi filiũ domino ſi ei cõcederet, cum ſterilis eſſet, ſed ipſo ſuſcepto & ablactato ſubito votum impleuit adducens illũ, & ibi dimittens ut hꝝ 1. Reg. 1. Et ꝙ in dilatione implendi votũ requiratur auctoritas ſuperioris habes de vot. & vo. reden. ꝙ ſuper his. ¶ Secundo eſt reddendum votum perfectè & integrè non diminutè, puta ſi quis vouit ieiunare per annum omni hebdomada per vnum diem, nõ ſufficit ꝙ obſeruet duobus menſibus reſiduum dimittendo. ſed totũ impleat. Adhuc. n. obligat ad decem menſes ſi poteſt, quamuis trãſgreſſus ſit ieiuniũ illud per plures hebdomadas, non tamen teneretur quod iam fecit niſi intendiſſet ſe obligare cõtinuando annum. Deut. 23. Facies ſicut promiſiſti domino Deo tuo propria voluntate. ſ. ſecundum intentionem. Vnde Ananias: quia Deo pecunias vouerat quas poſtea diaboli victus perſuaſione ſubtraxit. ſ. quo ad partem ipſarum morte mulctatus eſt. Gre. 17. q. 1. Ananias. Et hiſtoriã habes Actu. 5. Et multomagis peccat qui ex toto frangit votum nihil adimplẽdo. Vnde dicit Salomõ. Diſplicet ei. ſ. Deo infidelis promiſſio. i. nõ ſeruare promiſſum per votum. Vnde Aug. Tanto miſerior es, ſi fidẽ Deo fregeris, quãto beatior ſi perſolueris, & Vrbanus papa. Quod qs domino pollicitus eſt fideliter cuſtodiat, ne dãnationẽ, ſed prẽmium ſibi acquirat, qm̃ ſatius eſt non vouere, quàm votum prout melius poteſt non perficere, quantũ. ſ. ad ſubſtantiam voti, grauius. n. puniuntur qui votũ fecerunt & votum non perfecerunt. 12. q. 1. Scimus. Qui autem per impotentiam totũ non poſſet implere, quod vouit partem quam poteſt exequi debet, puta in diuite qui fecit votum magnæ eleæmoſynæ, poſtea ad paupertatem deueniente, & in ſano ieiunia plurima vouente poſtea debilitato & huiuſmodi. Recurſus tamen debet haberi in ſimilibus ad ſuperiorẽ. Vbi ẽt ſciendum eſt, ꝙ plures ſunt quorũ vota non ſunt obligatoria niſi ratificẽtur a ſuperioribus eorum ſecundum b. Tho. vbi ſupra, vt votum religioſi quo ad ſuũ prælatũ Clerici præcipue circa peregrinationẽ, quo ad ſuum epiſcopũ. Epiſcopi circa ea per quæ haberent eccleſiam ſuam dimittere, quo ad papam. Impuberũ in omnibus votis quo ad parentes eorũ, vel tutores ſi parentib. carent. Puberum quo ad peregrinationẽ, eleæmoſynas, & hmõi, quæ pertinent ad curã domus, quo ad parentes eorũ, cum ſunt in poteſtate ipſorum. Vxorum in abſtinentiis, eleæmoſynis, peregrinationib. quo ad viros earũ. Seruorũ quo dominos eorum. De his tamen vide infra plenius declararatione in plurib. §. ¶ Tertio reddendum eſt votũ cum diſcretione. Nam ſi quis vouit aliquid ſtultum vanum, vel ridiculoſum, vt de nõpe ctinando caput die ſabbati, de non comeden do de capite animalium ob honorem bea. Io. decollati, de non filando, vel de non faciendo ablutionem pannorum in ſexta feria, vel ſabbato, de non comedendo panem in dominica, & huiuſmodi. Talia ſecundum Tho. & Alber. in ſcriptis potius ſunt deridenda quàm ſoluenda. Vnde dicit Salomon ſupra diſplicet ei ſtulta promiſſio. Hinc ẽt. 22. q. 4. ca. Neceſſe. §. Non periurabis dicitur. Stulta vota frangẽda ſunt. Tale fuit votum Iepte de quo dicit Hieronymus ꝙ in vouendo fuit ſtultus, quia diſcretionem non habuit, & in reddendo impius, quia filiam occidit. Vt enim dicit Iudic. 11. Ipſæ Iepte votum vouit Deo dicẽs. Si tradideris filios Amon in manus meas, qcunque primus egreſſus fuerit de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuerenti in pace, eum offeram holocauſtum Deo. Habita ergo victoria venienti ad ciuitatem, primo occurrit ei filia eius vnica quam ille etſi cum dolore, tamen in holocauſtum obtulit.

¶ Circa quod dicunt Hæbrei, quòd votũ ſtultum fuit ſi ſimpliciter intellexit de omnibus vt per effectum oſtendit. Nam ſi occurriſſet ei primo canis, vel aſinus illud offerrenõ licuiſſet. Si autem intellexit de his quæ offerri poterant non includebatur de voto filia eius. Et quãuis quantum ad votum poſſet excuſari de peccato ſanè ipſum votum intelligendo, ſ. de licitis propter quod præmittitur ibi & dicitur, quod factus eſt ſuper eum ſpiritus domini, ſ. in vouendo, quia fides & deuotio ipſius ex qua motus eſt ad vouendum fuit a ſpiritu ſancto. Propter quod ponitur in Cathalogo ſanctorum. Ad Hæbreos 11. vel etiam propter victoriam quam obtinuit. Iniquè

Votum debet reddi ꝑfectè.

Votum dẽt reddi diſcretè.

què tamen & impiè fecit occidendo filiam p impletione voti. Nec obstat quod ait Augustinus. 23. quæstione 5. Si non licet, vbi videtur dicere, quòd fecit hoc ex instinctu spiritusancti, sicut Samson, Nam ibi loquitur dubitatiuè non assertiue, vt patet ibidem. Probabile est etiam eum pœnituisse de facto iniquo: Hoc secundum Thomam secunda secundæ vbi supra artic. 2. & sic potuit esse. Nicolaus tamen de Lyra super dicto capitulo, videtur eum excusare a peccato di. opinatiue secũ dum quosdam quòd filiam non occidit corporaliter habito super hoc consilio a peritis legum, sed quodammodo morti tradidit, scilicet ciuili eam dedicando in virginitate. Sed ex quo doctores communiter tenent q̃ corporaliter eam occiderit, & ipsum reprehendant de parricidio: Non debemus sapere plus quàm oportet sapere, ut admonet Apostolus Romanorum. 12. Quod sit dum quis doctrinis ab ecclesia approbatis, & quæ communiter tenentur non acquieſcit nouas inueniẽs. Quod prohibetur distin. 37. Relatum. Ambrosius etiam concordat cum doctoribus præ dictis dicens de Iepte. Miserabilis necessitas quæ soluitur parricidio. Melius est non voue re illud quod sibi is cui promittitur nolit exolui, 22. quæstio. 4. Vnusquisque. Et multo magis frangendum est votum & non seruan dum quod quis facit de re manifestè illicita, sicut si quis uoueret occidere aliquem & huiusmodi. Sicut legitur de quibusdam Iudęis, qui fecerunt votum se non comesturos aliquid nisi prius occiderent Paulum Apostolum ut habetur Actuum. 23. Et hoc est quod dicit Isidorus. In turpi voto muta decretum, scilicet non faciendo. Nec hoc indiget dispẽsatione, sed propria auctoritate debet contrauenire. Si autem est dubium vtrum sit melius obseruare vel dimittere vel si potest face re: recurrere debet ad superiorem pro commutatione vel dispensatione vel declaratione. vt in ieiuniis, & huiusmodi.

§. 3. In vouẽdo sit recta intẽtio.

¶ Quantum ad tertium principale regulatur intentio nostra in vouendo, cum dicitur Domino Deo vestro. Non enim votum fiendum est nisi Deo propriè. Et ratio est: quia votum est actus virtutis religionis, ad religionem autem pertinet offerre cultum, & ceremonias Deo secundum Tullium. Verum est tamen secundum b. Tho. vbi supra ar. 5. quòd quamuis votum fiat soli Deo, promissio etiam potest fieri homini quæ includitur in voto. Et ipsa promissio boni, quæ fit homini potest cadere sub voto: inquantum est opus quoddã dam virtuosum, & per hunc modum intelligendum est votum quo quis vouet aliquid sanctis & prælatis: vt sit in promissionibus religiosorum, vt s. ipsa promissio facta sanctis vel prælatis cadat sub voto, inquantum scilicet hõ vouet Deo se impleturum quod sanctis vel prælatis promittit. Hæc Tho. Et sicut cũ oronem alioquin dirigimus ad sanctos p aliqua gratia obtinenda debemus sic regulare & dirigere intentionem, vt speremus illam gratiam obtinere a Deo principaliter, sed mediante præce, & merito illius sancti, vt dicit idem Tho. 2. 2. 83. Ita in votis quæ facimus sanctis pro diuersis gratiis obtinendis, vt sanitate, & euasione periculi & hmõi, debemus sperare gratiam illam a Deo mediante sancto illo. Laici tamẽ qui actualiter non ita dirigũt intentionẽ suam in votis sanctorũ ad Deum, sed innituntur mori fideliũ non sunt in hoc condẽnandi, sed piè interpretanda eorum intentio prout ecclesia intendit, & docet fieri in huiusmodi. Multa. n. vota quotidie fiunt ad sanctos, vnde recipiũtur magna beneficia tpalia, vt patet in legendis. B. Dñici. B. Pet. martyris Cum. n. triplicẽ bonorũ dr̃iam habemus, s. tpalem substantiã, corpus, & aĩam, de quolibet horum põt fieri votũ Deo & sanctis eius.

Vouens tpalia.

¶ De tpali substantia, vt cum quis vouet dare certam eleæmosynã vel facere aliquod ornamentũ ecclesiæ, vel certã offerre & hmõi, & si determinat personã, vel locũ cui faciat illud nõ põt mutare sua auctoritate ẽt si psona sit malæ uitæ, vel ecclesia malè officiata, vel nec indigens tali ornamento, quia qd̃ semel placuit amplius displicere non põt de re. iur. lib. 6. Nec eps põt dispensare in tali permutatione nisi sit vrgens cã, puta quia ecclesia est destructa, & hmõi, & rõ est, quia iam est illius acquisitũ ex promissione qd̃ auferre non debet.

Exẽplũ Iocosũ.

¶ Quidam rusticus cũ trãsiret quendã latum fluuiũ cum vitula & vitulo, & immineret ei periculũ submersionis vouit beato Michaeli dare ecclesiæ suæ vitulum si euaderet. Transacto aũt periculo dixit, certe Michael vitulum non hẽbis. Et cum post modicũ aqua inundante simile periculũ subiret, vouit bea. Michaeli dare vaccam cum uitulo, sed liberatus ex eo quasi deridendo dicebat. Vere Michael nec vitulũ, nec vaccam habebis. Et paulo post in simili casu constitutus non fuit auditus, sed submersus cũ vacca & vitulo. Nec etiam debet rem mutare. Exemplum de illo qui vouerat Scyphum. b. Nicolao, & aliud voluit offerre &c. Vide in legenda. ¶ De corpore fit votum per ieiunia vel abstinẽtias varias,

ut

ut a carnibus & huiuſmodi, per peregrinationem ad eccleſias, per diſciplinas, per obſeqa infirmorum, per caſtitatē, & huiuſmodi. Votum autem de eundo nudū, non videtur multum commendabile, quia nec honeſtum & periculoſum tempore hyemali, & ideo potius eſt cōmutā dum in aliud, auctoritate tamē ſuperioris. Ad hoc autē vt iſtud, & quæcūq; alia vota ſint meritoria oportet ea facere in ſtatu gratię, vt legitur in legenda b. Iacobi de quodam qui ex voto ibat ad ſanctum Iacobum, & cum itinere lapſus fuiſſet in fornicationē fuit ſibi reuelatum, q̄ Deo non placebat, nec b. Iacobo, quia in peccato illud exequebatur. Si quis etiam uouerit ire ad aliquam eccleſiā non poteſt propria auctoritate alium mittere niſi omnino nō poſſet. Quod ad animam, de uouemus cum quis vouet ſe alicui religioni, ubi offert voluntatem ſuam Deo per obediē tiam, quæ ſcilicet volūtas eſt domina & regina aliarum potentiarum animæ, vnde ipſam animam offert. Vñ ſicut holocauſtū excedebat omnia ſacrificia ita votum religionis excedit omnia alia vota, vnde dicit Greg. in ul. moral. q̄ rectè obedientia victimis prēponit, quia per victimam aliena caro, per obediētiā verò voluntas propria mactatur, vnde omnia alia vota ſoluuntur per iſtud. Et ipſum includit & paupertatem, & caſtitatem, & totū exercitum corporis ſui. Sed no. q̄ dicit Aug. Sicut meliores difficile ſum expertus, quam qui in monaſteriis profecerunt, ita nec peiores, quā qui in monaſteriis defecerunt diſt. 47. quantumlibet Defectus autem huiuſmodi cōtingit per tranſgreſſionē precipue uotorum religionis. Et q̄ habēt votū religiōis & nō intrāt, vel egrediunt̄ male fortunātur, vt quotidie cernit. Qui in religione vota non ſeruāt ad p̄fundū inferni deſcēdūt. Exēplum de quodā q̄ ductus ad iudicium vidit matrē impropera tē ſibi & dicentē. Fili vbi eſt verbum quod dixiſti, volo ſeruare animā meam? Et de alio qui ſub aliis omnibus vidit in inferno malos religioſos, nec mirum, quia quantum gradus altior eſt, tanto caſus eſt periculoſior.

Votum de aīa.

¶ De materia uoti, & ibi multum diffuſè de materia uoti, & qui non poſſit uouere, & qui s poſſit irritare, & quis poſſit diſpenſare, uel commutare. Cap. 2.

NVnc autem de uoto uidendū eſt. Sic aūt diffinitur magiſtraliter. Votū eſt p̄miſſio melioris boni animi deliberatione firmata. Vbi nota primo qd̄ cum dicitur promiſſio, ad votum non ſufficit propoſitum cum deliberatione, ſed adiungatur & promiſſio extra eo. Literaturam. Nō tamen eſt neceſſaria expreſſio uocis in promiſſione, ſed ſufficit p̄miſſio corde facta ſic intelligendū eſt cap. illud. Qui bona 17. q. 1. vbi dicitur qd̄ q̄ bona facit & meliora facere proponit ſi illa non facit in conſpectu domini cecidit hoc enim intelligitur non de propoſito ſolum, ſed de propoſito cum intentione ſe obligandi, Hoc enim habet rationem uoti, & licèt non exprimatur obligat ut uotum, & non implendo dicitur cecidiſſe in conſpectu domini, quia peccat mortaliter. ¶ Verum eſt tamen quod propoſitum ſolum remanendi in religione, & p̄petuo Deo ſeruiendi cum ſuſceptione habitus ipſius religionis ęquipollet uoto ſimplici extra de regula. c. Conſulti. Et quamuis quidam intelligant dictam decr. de illo qui intrat cum uoto. Tamen Pe. de Pal. dicit quod quia decre. Loquitur indiſtinctè dicens quod qui intrat animo perpetuo renunciādi ſęculo nō poteſt ad ſæculum redire, ſed uel ad illam uel ad aliam religionem debet tranſire, ideo primo dicto magis uidetur ſtādum. Idē ſentit Fra. Zā. immo Henricus Boich ſuper c. ſtatuimus. de reg. dicit hoc æquipollere uoto ſolemni, & allegat Hoſt. in ſumma. & Archi. ſuper d. c. Qui bona. 17. c. 1. Sed Pet. de Pa. negat quod qui æquipolleat uoto ſolemni, ſed tantum uoto ſimplici, & hoc etiam magis ex ui ſtatuti eccleſiaſtici, quam ex ipſa eſſentia uoti. ¶ Nota ergo ſecundo, quod quia ſolemnes doctor. non ſolum prædicti, ſed & Ioannes Antonius de Butr. & alii dicunt quod talis ſuſceptio habitus habet uim ſolemnis uoti, ideo talis inducendus eſt ad reuertendum ad illam de qua egreſſus eſt, uel ad aliam religionem, quia obligatur in genere religioni, quod ſi nullo modo acquieſcit inducendus eſt ad procurandum diſpenſationem a papa, qui Epiſcopus non poteſt cum hoc diſpenſare, quod ſi obtinere non poteſt diſpenſationem paratus ſit uotum implere, aliàs durante propoſito nullo modo implendi uotum, etiam ſi obtineret diſpenſationem non eſſet in ſtatu ſalutis. Obtenta autem diſpenſatione de contrahendo matrimonium, nec peccat mortaliter contrahendo, nec eſt dirimendum matrimonium, etiam ſequendo opinionem illam ſcilicet quod illud habeat uim uoti ſolemnis, quia quod habeat uim uoti eſt ex ſtatuto eccleſiæ ſiue ſimplex ſit illud

Votum diffinit.

Suſceptio habitus habet uim uoti ſolemnis.

ſiue

siue solemne,& in statutis ecclesiæ papa habet plenitudinẽ potestatis in dispensando.Si autem contrahat & consumat matrimonium ante dispensationem peccat mortaliter,& secundum illam opinionem quę dicit quod est solẽne nullum est vnde nec exigere,nec reddere debitũ potest nisi fornicarię,alter tamẽ quia nescit excusatur a peccato exigendo & reddendo,sed si sciuisset cum contraxit, peccasset mortaliter,etiam si illud esset uotũ simplex,quia cooperatur peccato alterius secundum glosam in decre.Vnde petere debet ille ui habebat tale votum dispensationem exprimẽdo plenè casũ,sed antequam obtineat reddat & non exigat.Quod autẽ dirimat nisi ecclesia per sententiam illud declaret non decerem,sed sequeret opinionem Petri de Palude.s.quod sit illud ut votum simplex si de cõmuni cõsensu velint manere frater & soror,vel ingredi religionẽ tutius esset.Vidi cũ pluribus in huiusmodi casu fuisse a papa dispensatum.Sed cũ ista solemnizatio voti per hunc modum sit ex iure humano,nõ naturali,vel diuino,sicut papa põt dispensare cum ordinato in subdiaconatu.s.de contrahendo secundum omnes,ita & cum isto etiam tenẽdo opinionem illam.s.quod cum professo solemniter non posset papa dispensare,quę tamen opinio cõiter non tenetur,quia illa solemnitas nõ est ita essentialis voto religionis sicut illa quę fit alio modo.Si ergo dispensatur cum tali non est condemnandus. ¶Nota tertio ex eo quod dicitur in diffinitione uoti promissio boni quod uotum de re illicita nõ tenet,sicut nec etiam iuramentum.22.q.4.In malis.Et magis placẽt Deo in huiusmodi trãsgressores quam obseruatores,sicut qui uouerent non comedere nisi occideret suum inimicum & huiusmodi. ¶Nota quarto eo quod dicitur melioris,quod votũ de re minus bõa non obligat ut uotum,vnde siquis uouerent non intrare religionem nõ ualet uotum. Nec obstat quod uotum sicut & iuramentum de eo quod potest seruari sine detrimento salutis eternæ est seruãdũ s.n decretalẽ,quia hoc est verum,si illud habuit tres comites.s.iudicium,iustitiam,& ueritatem, vel dicendum quod detrimentum salutis est nõ solum qđ intermit salutem,sed & quod impedit perfectionem salutis, uel etiam dicendum quod illud intelligitur quando uotum habet materiam propriã & sic non est in proposito casu. Pro cuius maiori declaratione nota qđ quando p uotum directè & principaliter excluditur aliquod bonum conferens ad salutem, & nõ includit aliquod bonum quod per se posset esse materia uoti,nullum est & non obligat,licèt possit seruari cum salute.Sed quãdo votũ principaliter includit aliquod bonũ, quod põt esse materia voti, licèt illud bonũ excludat ex consequenti meliora bona, tñ ligat.Vnde si quis uoueat se intraturum & p seueraturum in religione laxiori licèt ex hoc melior via præcludatur, quia tamen religio præmissa est sufficiens materia uoti respectu sæculi,licèt non respectu aliarum religionũ perfectorum valet & tenet.Et idem dicendũ est de iuramẽto.Itẽ si quis iuret vel uoueat iurare hanc religionem si quam intrat valet quia non per hoc principaliter excluduntur aliæ,sed principaliter includitur ista, & si nõ purè tamen sub cõditiõe.s.si velit intrare aliquam,sed si promitteret se nullam aliam intraturum & nõ promitteret istã intrare, nec purè nec sub conditione, non valeret,& peccaret sic uouẽs vel iurãs & inducens ad hoc. ¶No.quinto,q; ꝑmissio q̃ fit in voto fit Deo principaliter & finaliter, licèt fiat aliquando in manu hominis,vnde si aliquis ꝑmittit alicui quod intrabit religionem nõ illi,sed Deo facta est obligatio vnde Dei est remittere nõ illius.Itẽ si aliquis promittit intrare religionem ad requisitionẽ alicuius,illo non requirẽte intrare non tenetur,sed illo mortuo videtur quod teneatur nisi per modum conditionis dixerit,si me requisierit &c. Sed si dixerit promitto intrare quandocunque me requisieris, videtur promissio in diem,vnde illo mortuo non plus habet dilationem,quia nõ expectatur requisitio.Item promissio homini facta metu mortis suæ uel filii non obligat cum effectu.Sed promissio facta Deo etiam metu mortis sic,quia Deus iustè mortẽ infert, nec tenetur non inferre,nec intentatã ab alio propulsare,vnde sicut ꝑmittere in alicui dare ut me liberaret a morte in casu in quo nõ teneat puta medico,obligaret.sic q̃ ꝑmittit Deo ff. qđ me.cã l.3.¶Nota sexto qđ requirit deliberatio.s.ad se obligandum,vnde dr̃ deliberatione &c.qa uotũ subitum non obligat ad peccatum ꝓfectũ,nec ad bonũ perfectum.Vota autem quæ fiũt a mulierib. in partu,vel in infirmitate,uel urorum in quibuscũq; angustijs propriis,uel suorum aut turbatiõe,si habuerit tales intentionem obligãdi se Deo cogitates etiam de causa quæ mouebat eos ad uouendum s.infirmitate,uel periculo,& de fine.s.euatione periculi propter quod euitandũ uouebant tenenda sunt.Idem Tho. Si autem dubitant utrũ intenderint se obligare tutius est

Votũ de re illicita non tenet.

Votũ de re minꝰ bona nõ obligat.

In uoto fit ꝑmissio Deo principaliter.

Votum factũ in ira & ebrietate non tenet.

est quod impleant, secundum Tho. ¶Item nota quòd qui iratus patri vel magistro, vel benè potatus vouet, vel iurat intrare religionem quod non tenetur, quia quod calore ira cundiæ fit pro non facto haberi debet, quod verum est si sic fit subito quod non fecisset p deliberationem & sentẽtiam rationis quę nõ requirit magnam moram tẽporis. Sed quãdo sciens quid iurat vel vouet hoc agit: tenetur nisi cum eo dispensetur ratione minus plenæ deliberationis. Sicut etiam qui calore concupiscẽtiæ inflammatus, aut bene potatus, non tamen ebrius iurat vxorem ducere, compellitur eam ducere, nisi omnino ebrius esset. Cõfirmatur quod dictum est per sequẽtem rationem. Sicut enim requiritur deliberatio ad votum, sic ad peccatum mortale, & tamen licet iratus aut potatus occidat hominẽ excusatur a tanto, sed nõ a toto quin sit mortale, ex quo sic non fuit ex se quin sciret quod faceret, licèt tñ postea pęniteat & nõ fecisse, ꝙa esse ista tim pœnitẽtem de peccato bene arguit quod illud non sit factum ex habitu, sed nõ arguit ꝙ non sit factum ex electione, licèt passione turbante iudicium rationis. Illa ergo deliberatio tpis vel ætatis, quæ sufficeret ad obligandum diabolo per peccatum mortale sufficit ad obligandum Deo per votũ. Tho. 2. 2. q. 88. dicit tria concurrere ad essentiam voti, scilicet deliberationem, propositum voluntatis, & promissionem Deo, quæ etiam solo corde fieri põt. Expræssio aũt per verba est ad bene esse & glo. super c. Literaturam extra de vo. & vo. redemp. dicit ꝙ cum non interuenit intẽtio obligandi se non est obligatus. ¶Nota septimo ꝙ ut dicit. Tho. in quodlibet. 3. Si quis ex certa causa pro aliqua hora impediret aliquem intrare religionem possit aliquando excusari a peccato. Sed ꝙ quis impediat hominẽ, ne vnquam possit intrare religionem est spiritui sancto resistere, quia propositum intrandi religionem est a spiritu sancto. 19. q. 2. Duæ vnde non solum parentibus, sed omnibus aliis inducentibus ad iurandum, vel vouendum se nõ intraturos religionem est peccatum mortale. Hæc oia. Pe. de Palu. in 4. dis. 38. Dicit etiam. Pe. de Palu. ꝙ ille qui impedit votum impleri ab alio de ingressu religionis, si licitè hoc facit, vt pater propter necessitatem, vel ut traheret ad meliorẽ religionẽ, vel pp suum profectum spiritualem non peccat, nec tenetur ad aliquam emendam, si aũt illicitè tunc non sufficit, ut tantam instantiã faciat de reducendo, quantam fecit in retrahendo, sed ęquivalentem vel se loco eius red

Impedies volentẽ ingredi religionẽ mortaliter peccat.

dere debet, sicut si suo consilio furtum factũ est, aliàs non faciendum non liberatur furẽ mouendo de restitutione, sed tenetur de suo æquipolens reddere. Quidam tñ intelligunt hoc vt Scotus quando tam fuisset religionẽ ingressus. s. quod tenetur si non potest illum reducere quem induxit, nec alium æquivalẽtem, tunc ipsæ tenetur intrare si potest.

¶De diuisione voti, nota secũdum magistrũ sententiarum, in 4. & Ray. q. 1. quamvis alio ordine ponat, & Host. ꝙ votorum aliud commune seu necessitatis, aliud singulare seu voluntatis. Votum commune & necessitatis, qđ impropriè dicitur votum est de his quę sunt necessaria ad salutem, & ad quæ quis aliàs tenetur. Et sic isto modo promissio, quæ fit in baptismo de credendo & diabolo abrenunciãdo largè dicitur votum, & in huiusmodi potest vnus alium obligare ignorantem, vt patrinus puerum quem tenet ad baptismũ. Tenetur enim baptizatus, & cogitur seruare fidẽ in adulta ætate quam pro eo patrinus promisit. Et huiusmodi votum commune quãdo non est proprium est expræssum, sed solũ ritus susceptiuus sacramenti, sicut in baptismo transgressio eius non videtur esse alia species peccati, sed circunstantia aggrauans peccatũ. Eodem enim genere, scilicet peccati plus peccat fidelis quam infidelis. ¶Sed si est votum commune expræssè per modũ propriæ & singularis obligationis, tunc mutat speciem, vt si quis voueat, vel iuret non amplius fornicari, non solũ peccat peccato luxuriæ fornicando, sed etiam peccato periurii vel fractionis voti. Nam secundũ docto. circunstantia agrauans quę per se, & non ex suppositione primi importat deformitatem mutat speciem, vel addit nouam speciem peccati. Fractio autem voti de se habet deformitatem, quia ẽt in re ad quam quis aliàs non tenetur. Idẽ Th. vnde & votum singulare facit de nõ peccato peccatum, ergo & commune mutat speciem factum scilicet per modũ singularis obligationis. ¶Votum vero singulare & voluntatis est de his quæ sunt superrogationis ad quę quis aliàs non tenetur, & in huiusmodi votis non potest vnus alium obligare nisi consentiat, vnde mater quantumcunque vocat pro puero infirmo, quòd ieiunet nõ tenet ieiunare nisi consentiat cum habeat legitimam ætatem. Filius etiam quem pater posuit in religione cũ ad annos discretionis venerit, nisi cõsenserit pót exire. Et sic loquitur canon. 20. q. 1. Sicut qui. Subdiuiditur autem istud, quia voti singularis aliud simplex, aliud solẽne. ¶Voti autem

§. 1. Votũ necessitatis.

Tenetur baptizatus seruare fidẽ patrini.

autem solemnis aliud est quod solemnizatur per professionē approbatæ religionis. Aliud quod solemnizatur per susceptionē sacri ordinis, scilicet subdiaconatus & supra. De his agitur infra in tertia parte. Omne autem votum quod non est solemne est simplex, siue illud fiat publicè, siue priuatim, siue ore, siue tātum corde. ¶ Voti autē simplicis, aliud cōsistit in faciendo, vt cum quis vouet orare, ire ad sanctum Iacobū, & huiusmodi. Aliud in non faciendo, vt cum quis vouet non contrahere matrimonium. De quo est dubium vtrum qui sic vouet post matrimonium contractum possit debitum petere, quia si simpliciter vouisset castitatem non posset. Et aliud videtur vouere castitatem, aliud vouere non contrahere matrimonium, quia secundus scilicet vouens non contrahere fornicando non frangit votum. ¶ Primus econtrario, quia vouendo vnum vouet quod implicatur in illo. ¶ Et quodcunque horum votorū aliud est cōditionatū vt cum quis vouet ieiunare si liberetur ab infirmitate, & tale tenetur implere adueniente cōditione & non aliter. Aliud absolutū, vt cum simpliciter vouet aliquod facturum, vel non facturum sine aliqua conditione vel sine aliqua determinatione temporis, & tūc tenetur ad statim qñ commodè pōt implere, vnde si qui vouit intrare religionem, tenetur statim intrare quando commodè potest, nec sufficit q̄ intret in fine vitæ, qa quando sic vouit, scilicet intrare religionem residuum vitæ suę Deo dedicauit, sicut qui vouet certo die illa die tenetur, sicut aliquis promisit contrahere cum quadam, non sufficit semel cōtrahere ante mortē, quia ad hoc fit matrimonium, vt simul conuiuant. Si autem promisit dare pro Deo aliquid & huiusmodi, videtur q̄ sufficiat hoc semel facere ante mortem nisi ratio alia pactum reformet, qui pro nihil aliquid sine dre licèt statim teneatur: non tamen ad statim, nec quando primo potest commodè nisi ab illo cui promisit requiratur, sed potest requiri quamcito commodè potest soluere, & extunc est in mora. Cum aūt dicat scriptura ex ore Dei prodiens. Si quid vouisti Deo ne moreris reddere, ergo Deus interpellat in omni voto, & sic quamcitius potest & recolit debet omne votum, q̄ scit implere, quia quoties Deus ei ad memoriam reducit ipsum votum & possibilitatem & congruitatem pro tunc implendi, ipsum interpellat, & in mora constituit. ¶ Item notā, q̄ talis qui scilicet vouit intrare religionē, nō debet remanere in sæculo vel differre pp debita quæ habet, vt in scribendo vel operando lucretur ad soluendum, quia profitendo cedit bonis, & hæc sufficit, vnde talis nec in religione tenetur operari manibus ad soluendum sicut nec in sęculo teneretur si cessisset bonis. Item si promisisset talis operari manibus aliquid, posset hoc nō obstante intrare religionem, sed si bona sua sufficiunt ad hoc debet illi cui promisit solui interesse: immo ēt videtur quòd nec ad interesse teneretur sicut iura ad nihil restituendum obligant coniugē qui matrimonio non consumato intrat religionem altero inscio vel inuito: qui tamē in multis propter hoc sæpe damnificatur. Hæc Pe. de Palu. vbi supra.

¶ De transgressione voti. Not. primo q̄ transgressio volūtaria voti est mortale peccatum secundum omnes. Vnde & decre. dicit q̄ solutio voti vsque adeò est necessaria, vt sine p priæ salutis dispendio alicui non liceat præsidere, de vo. & vo. redend. c. Licet. Vnde secundum thomam 2.2. qō. 88. grauius peccatum est transgressio voti, quam transgressio iuramenti. Nam votum innititur fidelitati quam Deo debemus, iuramentum verò reuerentiæ ipsius Dei, vnde magis obligatorium est votū quam iuramentum cæteris paribus, & plus peccat agens contra votum quam contra iuramentum. Sed Io. Nea. dicit hoc esse verum in iuramento assertorio. In promissorio aūtē quātum ad ea quæ pertinent ad Dei honorē grauius vī periurium, quia tale iuramentum includit votum. ¶ Nota secundo secundum Pe. de Palu. q̄ quotiens quis frangit votum totiens peccat mortaliter, dum tamē actus interior & exterior iteretur. Secus si exterior tātum, quia peccatum per se est in actu interiori, vnde qui vult vno actu furari & mechari, vel plura furari vnum peccatum committit quo ad Deum. licèt plura furetur quo ad iudicium hominum. Et hoc in voto negatiuo, quo quis vouet non bibere vinum, secus in affirmatiuo, vt cum quis vouet ieiunare, tūc enim totiens peccat quotiens comedit, sed secunda vide, tertia autem vice, & deinceps non, maximè si non in contemptu: sed quasi non reputans sibi possibile plus illa die ieiunare: paratus ieiunare, si iam non fregisset & esset paratus ieiunare alia die integra proxima. Sed in contemptu vt non frustra fregerit, idem facturus si non fregisset, nec intentione ex integro alias ieiunādi, tunc secus maximè in voto singulari, & secreto in quo non est scandalum. Nam secus esset de illo qui ieiunium ecclesiæ fregisset. Nō enim propter hoc liceret

Votum simplex.

Votum absolutum.

Intrare religionē nō tenetur de debitis.

§. 2. Transgressio voti est peccatū mortale

Votum frangēs totiens peccat.

liceret ei extra horam consuetam comedere intentione aliàs redimendi in scandalũ aliorum. Hæc Pe. de Palu. ¶ Nota tertio secundũ eundem dis. 15. in 4. q cum quis vouet non bibere vinũ distinguẽdum videtur, quia aut vouit in perpetuum aut certo die. Si in perpetuum tunc totiens peccat mortaliter quotiẽs bibit vinum: ẽt si eadem die. Est enim obligatus omni hora diei ad non bibendum vinũ. Vnde quotiens bibit totiens facit contra promissum. Nec potest dici quod obligatione vnius diei fracta obligatio illius diei transeat ad aliam diem, quia omnes dies erant in obligatione æqualiter. Sed si votum est temporale, tunc si die certa & determinata puta die sabbati, sexta feria & huiusmodi vouit: tunc prima vice illius diei bibendo vinum peccat mortaliter, non autem secunda vice nisi ex contemptu faceret. Quando enim vouit non bibere certo die vouit non bibere qualibet hora diei, præsuppositq in priori non bibe rit; sed quia votum eius secundum interpretationem iuris intelligitur: ex quo vna hora vinum bibit, est obligatus ad non bibendum alia die, & ex tunc illa die non est plus obligatus. ¶ Dat super hoc exemplum de indulgentiis, quia si est perennis totiens consequi tur quotiẽs vadit ad ecclesiam vbi posita est, etiam eadem die, Si in certo die tunc tãtum semel. Vel aliter, quia cum votum est temporale. i. de aliquo die, si determinat diem, vt sabbatum vel alium; tunc totiens quotiens, tenetur. n. post primam vicem adhuc in residuo diei facere quod potest. Si non determinat diem, puta vnam diem in hebdomada, tunc si vna die qua volebat votum implere semel vinum bibit, transfertur obligatio post alterum diem post transgressionem, nec frangetur secunda vice bibendo vinum. Pe. ¶ Itẽ qui vouit tenere virginitatem si cõtrahit matrimonium consumando matrimonium frãgit votum; non autem postea reddendo debitum petenti expræsse, vel interpretatiuè, sed exigendo totiens peccat mortaliter quotiens exigit, quia non põt dici, q ex quo perdidit virginitatẽ, q translata sit ad alteram diem obligatio eius quia omni tempore æqualiter tenebatur, & ideò debet soluere, sicut primo vt saltem non petat quod est ei liberũ. Pe. Et q̃uis dispensatio, vel cõmutatio voti sit reseruata diœcesanis, non tñ transgressio voti. Nã cõiter cõfessores possunt absoluere ab huiusmodi peccato.

Vouens non bibere uinum vel simile.

Vouens virginitatem & postea contrahẽs quo ties exigit debi tum peccat mortaliter, reddendo non.

§ 3. ¶ De vtilitate voti nota quòd magis meritorium est facere aliquod bonum ex voto quã sine voto cæteris paribus, puta cũ æquali charitate, quòd probat. b. Thom. 2. 2. q. 88. Et hoc habetur supra in corpore huius c. Et nota, q prout dicitur extra de vo. & vo. redẽp. c. Scripturæ. Reus fracti voti non habetur qui tem porale obsequium in perpetuum noscitur religionis obseruantiã commutare. Vnde secũdum b. Tho. in 4. di. 38. de obligatur quis per ingressum religionis a votis factis in sæculo. Quod videtur intelligendum de votis personalibus non realibus æret, puta de eleæmosynis fiendis, vbi haberet faculatem. Intelligit etiam in casu q perseueret. Nam egrediens religionem ante professionem ad vota priora remanet obligatus. Ar. ad hoc. 1. qõ. 7. Quod pro remedio. Et secundũ aliquos: ut dicit idẽ Tho. ex ipsa vi voti religionis absque alia dispensatione. Et ratio est, quia per introitũ religionis moritur priori vitæ, & ideò non tenetur ad ea, quæ fecit in sæculari uita. Et hoc tũ propter secularitatẽ vitandam, quę grauis est cõiter conuiuentibus, tum propter onus religionis assumptæ quod sufficere videtur. Alii tñ dicunt, q hoc fieri debet auctoritate superioris ipsius religionis, vnde declarare seu exponere debet ipsæ qui vouit vota quæ fecit in sæculo, & ipsæ prælatus pensatis conditionib. personæ & aliis circunstantiis valet irritare, seu dispensare vel commutare, aut illa dimittere seruare. Et nota ẽm Petr. de Palu. q si qs pẽniteat de voto aliàs non facturus, nisi quia nõ vult votum frangere adhuc est maius meritũ. ¶ Primo quidẽ: quia secundum Ber. Bona uoluntas sufficit ad meritum. Vnde a principio quando vouit & non soluit, tantum meruit quãtum qñ sine voto soluit: & huic merito additum est meritum iustitiæ quo vult soluere quod promisit. ¶ Secundo: quia licet sit tristitia in hoc quòd vouit, & quædam voluntas; tamen in soluendo quod vouit, & in venerando votum est voluntarius. ¶ Tertio etiam videtur quòd non demeretur in hoc quòd uellet non vouisse: quia sicut a principio non tenebatur vouere, ita nec ex post facto tenetur velle vouisse licèt teneatur soluere, vel dato quòd pẽnitere sit peccatum, non propter hoc impeditur quin vouẽdo bonum mereatur, Hæc Petrus. Item quanto votum est solemnius tanto est maioris meriti. ¶ De obligatione voti. Nota quòd votum, aut est de re de se illicita, aut est de re licita. Si de re illicita quæ scilicet est peccatum; vel maioris boni impeditiuum, vt non ingredi religionem peccat sic vouendo, & aliquando mortaliter, nec tenetur immo nec debet ser-

§ 4. Votũ de licita & illicita & qualr in multas particulas diuidatur.

uare secundum Tho. sed etiam sine dispensatione prælati contrauenire. Si de relicita tũc, aut de re inutili, & quasi vana, vt non lauare caput die sabbati, non comedere de capite ob decollationem Ioan. Baptist. & huiusmodi, quæ dicuntur vota stulta secundum Albert. & Ray. potius frangenda sunt quam seruanda, tutius est tamen, ut fiat dispensatio eius per eum qui potest. Aut est de re utili, & tunc aut pro turpi causa, vt vouet se ieiunaturum si in furto, vel in fornicatione prosperatur. i. si potest committere, & tunc peccat vouendo, nec tenetur implere secundum Ioan. Neapoli. in quodlibet, & Ricar. in 4. Aut pro causa honesta, & tunc aut de re impossibili, & tunc si erat ei impossibile non tenetur, & peccauit vouendo. Si autem prius fuit possibile quando scilicet vouit, & postea factum est ei impossibile, vt cum vouet eleæmosynam; sed postea ita efficitur pauper quòd nullo modo potest, non tenetur nisi cum veniret ad pinguiorem fortunam secundum Pet. de Palud. Si autem partem vnam implere potest illam partem impleat, nec excusaretur a peccato si non impleret quantum potest, nisi secum dispensaretur; sed cum omnino non potest, non indiget dispensatione. Thom. Aut de re possibili, & tunc aut potest irritari: vt votum pupilli, religiosi, & huiusmodi, & si irritatur ab eo qui potest non peccat, absque dispensatione contraueniendo secundum Ray. & alios. Si non irritatur, & multomagis si ratificatur a superiori, qui scilicet potest irritare peccat contraueniendo. Si ibi non habet locũ irritatio; vt quia ille per se potuit voto obligare, tunc contraueniendo propria auctorita te peccat mortaliter, si autem hoc facit cum dispensatione, vel commutatione, nisi subsit iusta causa dispensationis, vel saltem dubia peccat vtens tali dispensatione & dispensans. Thomas. Pet. de Pal. aliàs non peccat. Item quando quis dubitat vtrum possit votũ implere, vel vtrum sit melius implere vel nõ implere, puta ieiunare vel non ieiunare cum sit debilis, & dubitat de nocumento, debet petere commutationem, vel dispensationem, & nõ propria auctoritate cõtrauenire. Tho. Item qui vota diuersa fecit vno tempore qui si potest vtrunque facere tenetur, si verò sunt impossibilia debet seruare quod maius est, & de minori satisfactionem facere ad arbitrium prælati. Thomas. item si fecit conditionatum. i. sub aliqua conditione, non adueniente conditione non tenetur implere, quando vna est conditio vel plures: sed si ipsæ intenderit obligare se aduenientibus omnibus illis cõditionibus. Si autem intendebat se obligare aduenientе una ex conditionibus tenetur. Si super hoc non cogitauit & nescit discernere de intentione tutius est implere. 33. qõ. 8. Non solum extra de con. ap. c. Verum. Item si vouit absoluere aliquid & nimis distulit cum posset: quia peccauit. Debet enim quã citius implere si ipsæ tempus sibi non imposuit determinatum. Datur tamẽ ei tempus ad arbitriũ boni uiri ad disponendum, vt votum possit implere. Thomas. 2. 2. vbi supra, item si fecisset votum intrandi religionem, & ex mora quam fecit in sæculo sine necessitate imminet ei periculum votum frangendi, puta per matrimonium, tenetur quamcitius aliàs pec cat mortaliter. Tho. 2. 2. vbi sup. item si parẽtes fecerunt pro eo, vt scilicet ipsæ aliquid faceret, & ipsæ postea approbauit intendens se obligare ad votum factum pro illis tenetur, & ideò transgrediendo peccat mortaliter, aliàs si ipsæ se non obligauit non tenetur plusquam velit. Raymun. quamuis bonum sit facere si potes.

§. 5. Vtrũ hæres teneat ad vota defuncti.

¶ De hærede quomodo teneat ad vota eius cuius est hæres. Nota secundum Petrum de Pal. in 4. quod si est votum tantum reale, fun dandi monasterium, vel dandi tantum pro Deo, aut oblationem mittendi, aut tot arma tos ultra mare, tunc hæres tenetur sicut in aliis debitis. Si autem est tm̃ personale, vt ieiunare, continere votum crucis, vel ire vltra mare hæres non tenetur, nisi spontè obligauerit se siue sit filius, siue sit extraneus, extra eo. cap. Licet. Si autem est simul reale & personale & expræssum vtrumque tunc tenetur ad reale, vt si vouit ire ad sanctum Iacobum, & ibi offerre vnum equum, hæres non teneẽ ire: sed mittere vnum equum. Similiter si vouit fundare monasteriũ & intrare, tenetur hæres monasterium fundare, sed non intrare. Si autem est personale & reale, sed personale est principaliter expræssum, reale tacitum & accessorium, vt ire ad sanctum Iacobum non tenetur hæres expẽsas quas fecisset ille eundo, stando, offerendo, & redeundo dare, sicut nec tenetur ire. Et si vouit intrare religionem nõ tenetur bona tradere hæres, qa sublato principali tollitur accessorium. Similiter si susceperat crucem defunctus: non tenetur hæres mittere expensas quas fecisset nisi hoc ordinasset. Si verò vouit mittere certas personas vltra mare qđ reputatur reale, & ad illud tenet hæres. Pe. Item si fecit votũ ire vel mittere in subsidiũ terræ sanctę supueniẽte impedi

medio

mento eundi tenetur mittere loco sui uel sal
tē expensas quas facturus esset, & si hoc mo-
riēs nō disponeret tenerent hęredes nihilo-
minus facere si hæreditas esset sufficiēs ad
hoc. Si aūt fecerat votū causa deuotionis eūn-
di, supueniēte impedimēto non tenetur ire
vel mittere nisi forte fuerit in mora, & sic est
in culpa q̄a cū potuit noluit. Cautius tn̄ est
in vtroq; casu q̄n nō potest. s. ire q̄ dispensa-
tionē vel cōmutationē petat. Si aūt moriens
de hoc nō disponit nō tenetur hęres implere
nisi se obligasset, & si hoc nō egit rōne hęredi
tatis & postea nō vult eā adire, timet d uoto.

§.6. ¶ Nota quod sunt quædā personæ quarum
vota non sunt obligatoria nisi ratificentur ab
Personæ aliis, & irritari possunt. Nam nullus potest se
quædā obligare ad id quod est contra volūtatē alte-
quarum rius, quicūq; autem est alteri subiectus quan-
uota nō tū ad id in quo est ei subiectus nō est suæ po-
obligāt. testatis, & ideo nō pōt se p votū firmiter o-
bligare sine cōsensu superioris, nō tn̄ peccat
talia vouendo. Th. Primo ergo episcopus non
pōt sine licentia papæ emittere votū vel emis
sū implere per q̄ dissoluatur matrimonium
spirituale q̄ est inter ipsum & ecclesiā suam
ut religionē intrare. Tenetur tn̄ talis implere
tale votū sicut pōt. s. petendo licentia resignā
di, qd si papa nō vult dare uel irritat votum
excusat. Si dat licētiā tenetur. Pe. de Pa. Item
nec aliud p quod fieret graue præiudicium
ecclesiæ suę, vt de lōga peregrinatione, Votū
abstinentię, & alia huiusmodi potest facere.
8. q. 1. eleemosynas. Idem Pe. de Pa. ¶ Secūdo
Pueri. pueri ante annos pubertatis. s. masculus ante
14. annum fęmina ante. 12. completum, tum
quia in pluribus patiuntur defectum ratiōis,
tum quia sunt in potestate parentum vel tuto
rum, & si vouent non habet effectum, sed uo-
ta eorum possunt irritare parentes. Tho. Et si
cundum Guil. si pater vel tutor primo cōtra
dixerit & postea consentit non reuiuiscit vo-
tum. Pe. autem de Pa. sic dicit. Minor annis si
non habet usum rationis nil ualet uotum. Si
aūt habet usum rationis sed est impubes, pa-
ter vel tutor omne uotū eius personale quod
s. respicit personam ut de abstinentia & in-
gressu religionis, aut etiam votum reale qd̄
s. fit de rebus dandis, vt eleemosyna potest ir
ritare. Et idē est minore 25. annis habent cu-
ratorem vel existente in potestate patris quo
ad votum reale quod pater uel tutor irritare
potest. Sed quando pubes est intrat religionē,
quod facere potest inuitis parentibus & cura
toribus, & eo ipso dedicat omnia bona sua q̄
nisi esset maior. 25. annis non possit alienare.
Nec possunt parentes aut curatores bona re-
trahere quæ possent, si illa bona vouisset, quia
non potest talia sine illis alienare nisi seipsū
alienando, quia quædā cum vniuersitate trā
seunt quę alias non transirent. Idem est si im
pubes intrauit nec persona eius retracta fuit
quia nec bona retrahi possunt. Si autem ha-
bens vsum rationis non habeat parentes aut
tutorem aut curatorem, & uoueat res suas
non se Deo, licet in hominem non posset alie
nare, tamen videtur quod in Deum possit, nī
si q̄d si inueniatur læsus aut deceptus notabi
liter p̄t restitui. ¶ Et nota quod si impuberes
intrent religionem parentes vel tutores pos-
sunt votum irritare vsque ad annum & diem
a tempore scientiæ computandum si uolunt.
ulterius autem non possunt. Et licēt Hugo di
xerit quod statim cum malitia supplet ętatē,
possit se uouere Deo, sic & dare diabolo, tamē
contrarium tenent & communiter canonistę.
¶ Item cum impubes hēt patrem, p̄ potest re
uocare ipsum a religione, non autem mater
nolente patre, patre aūt mortuo, tunc mater
& auia si habent tutelam eius, vt quia non
transierunt ad secunda vota, quia tunc non
potest, cum perdat tutelam, sed tutor pot est.
Sed si impubes intret religionem, vel emit-
tat votum simplex, aut solemne inscio patre,
uel inuito, si pater reuocat ante annum, &
diem, an puer post pubertatem teneatur in-
trare? dubitatur. Et videtur quod non. Nume
ri. 30. Patre irritante uotum puellæ, in ætate
puellari ipsa ammodo voto non tenetur. Th.
contra, quia ex quo habuit vsum perfectum
liberi arbitrii quo ad Deum est obligatus. Il
lud autem. Numeri intelligitur in puella
non habente usum rationis, vel dum est in
puellari ætate, vnde & seruus retractus a do-
mino de religione postea si fiat liber tenetur
redire, coniunx retractus ab vxore, ipsa mor
tua tenetur redire. Hæc Pe. ubi supra. ¶ Ter-
tio filijsfamilias post annos pubertatis pos- Filijfa-
sunt quantum ad ea, quæ pertinent ad perso milias.
nam suam vouere, & tenentur etiam imple-
re inuitis parentibus, puta de ingressu reli-
gionis, vel cōtrahere matrimonium & huius
modi. Sed quantum ad ea, quæ pertinent ad
dispensationem domesticam nō possunt sine
consensu patris, puta de eleemo syna. Pe. Th.
De peculio tamen castrensi sue quasi possunt
uouere, & tenentur implere inuitis parenti-
bus, secundum Pe. de Palu. ¶ Quarto serui q̄
sunt in potestate dominorum quantū ad per
sonales operationes nō possunt uotū obliga-
torium facere contra uolūtatem ipsorum de

ingreſſu religionis,& pegrinationis,& huiuſ modi,per quę ſubtraheretur ſeruitus eorum Tho. poſſunt tamen uouere continẽtiam, nec domini poſſunt tale votum irritare ſec ũdum Pe. de Pa. ¶ Quinto clerici beneficiati nõ poſ

Clerici bñficiati.

ſunt vouere peregrinationem, aut aliud per quod habeant relinquere eccleſiam ſine licentia prẽlati ſui de conſe. di. 5. c. Non oportet, & extra eo. Magnę, niſi votum religionis qđ poſſunt facere ſine licentiam prælati, & tenetur factum implere,etiam contradicente epiſcopo. Vota etiam abſtinentiæ,& orationum tenentur implere. Ray.& Pe. de Pal. Inno. vero dicit,quod ſi uouet aliquid,quod non habet eum impedire a religione, & obedientia prælati ſui debet illud ſeruare vt dicere aliquos pſalmos ¶ Pe. autem de Palu. dicit qđ ſi religioſus votum emittit tenetur implere niſi prẽlatus irritet illud votum. Rich. vero ordi. mino. dicit,quod religioſus non poteſt uouere,& ſi vouet quod nõ tenet. Ratio eſt qa penſata humana fragilitate,& religiõis onerẽ nõ poteſt ſe ad aliquid vltra ſuam profeſſionẽ obligare quod poſſit implere ſine qualicũque prẽiudicii periculo obſeruationis cuiuſlibet eorum quæ ex ſua profeſſione tenetur, & abſque periculo reddendi ſe oneroſum interdum prẽlato ſuo vel alicui ex fratribus ſuis. Item quia tantæ altitudinis eſt religionis votum,quod omnia alia in ipſum commutari poſſũt,& ideo eccleſia conſiderans hãc altitudinem religionis & humanam fragilitatẽ uoluit auctoritate Dei ad religionis votũ nullum aliud poſſe ſuperaddi propter periculum tranſgreſſionis vitandum. Ad hoc etiam faciunt iura. 33. q. 5. Noluit. &. 20. q. 4. Monacho in glo. Hæc ille. Tutius vero quod dicit Tho. & Pe. ¶ Et nota ſecundum Pe. de Pa. quod in his omnibus caſibus in quibus poteſt votum irritari quouſque votum irritet pẽ q̃ poteſt votum tenet & obligatur, poſtquam autem fuerit irritatum non tenetur vouens ſeruare immo nec debet contra uoluntatẽ irritantis.

Irritatio & diſpenſatio differunt.

¶ Item nota, quod eſt differentia inter irritationem, & diſpenſationem. Nam irritatio poteſt fieri ſine cauſa & ad libitum irritantis, ſicut vir ad libitum irritat uotum coniugis, ita q̃ nec ipſę peccati irritando, quia nemini facit iniuriam qui vtitur iure ſuo, nec illa votũ omittendo cum fuerit inefficax a principio. Sed diſpenſatio in uoto non fit propter inefficaciam voti, ſed propter aliam cauſam, unde requiritur non ſolum auctoritas, in diſpẽſante, ſed etiam cauſa ex parte diſpenſati ſcilicet neceſſitas vel utilitas eius vel reipublicæ in omni genere diſpenſationis,& in omni diſpenſante, etiam papa, quia nec Pe. nec alteri cõmiſſa eſt auctoritas ſeu poteſtas in deſtructionem, ſed in ædificationem, q̃ eſt verũ in propoſito, quia voti obligatio iuri naturali,& diuino innitur. Nã in his quæ non ſunt mala niſi quia prohibita iure poſitiuo ad libitũ abrogare poteſt,& per conſequens ad libitum in illis diſpenſare. Hęc. Pe. de Pal.

¶ De redemptione commutatione & diſpenſatione uotorum. Nota primo, quia redemptio & commutatio uoti videntur differre, ſicut emptio & permutatio quia in primo requiritur pretium in numerata pecunia, vnde ſi ille qui uouit ad ſanctum Iacobum ire habet illuc hoſtes,& non uerſus Romam, liberetur a peregrinatione ſancti Iacobi,& obligetur ad viſitandum limina apoſtolorum, commutatio eſt. Si uero impeditus ire abſoluatur & prẽcipiatur ſibi dare tantum pro Deo quãtum erat expenſurus eũndo,& redeundo, redemptio eſt, quæ etiam debet eſſe iuſti prætii,& æqualis, extra eodem. cap. Magnæ. Hęc Petrus de Palude. Sed inter diſpenſationẽ & commutationem Thomas dicit hanc eſſe differentiam, quia abſolutè determinet prælatus aliquod votum non eſſe ſeruandum erit diſpenſatio uoti, ſi autem pro hoc q̃ obſeruandũ erat aliquid aliud imponitur dicitur commutatio uoti, unde maius erit diſpenſatio, quam commutatio. Vtrunque poſſunt prẽlati eccleſiæ, vt declarabitur. Hęc Thomas ſecunda ſecundæ.

§ 7.

¶ De commutatione voti. Nota primo quod auctoritate iuris in uotum religionis omnia commutantur, etiam ſine diſpenſatione, quia tãquam perfectum alia includit. Vnde ſi quis ex voto emiſſo ad arctiorem religionem intrandam non eſſet obligatus ad profitendum nec ad remanendum, ſed ſolum ad intrandum & experiendum ſicut frequenter contingit, liceret tali uouere & ad uouendum inducere laxiorem religionem ad profitendum & remanendum, quia primum uotum tanquam temporale includitur in ſecundo tanquam in perpetuo. Et plus eſt experiri,& profiteri laxiorem, qđam ſolum tantum experiri arctiorem. Vnde Decretalis quæ dicit imponendam pœnitentiam profitenti laxiorem poſt votum arctioris. de regul. iuris. Qui poſt uotum. lib. 6. intelligitur de illo qui uouit animo remanendi, qui tenetur remanere, vnde talis, vſq; ad profeſſionẽ in religiõe laxiori ſi ea in traret eſt in mora uotũ implẽdi, cũ de iure &

§ 8.

Vtrum religioſus vouens intrare ſtrictiorẽ religionẽ manere teneat.

de

de facto possit & debeat redire ad arctiorem, Post professionē aūt absoluitur: non q̄ plus fecerit quā vouerat, sed quia votū solemne de re minori derogat voto simplici: de re etiam maiori ¶ Nota secundo q̄ licèt uota personalia commutentur in religionem, quia uerbo commutari utitur decre. de uotis. c. Scripturæ, vel soluantur per professionem, & ēt realia quo ad personam non tñ quo ad monasterium. Sicut nec debita quādiu aliquis est nouitius excusatur a voto p̄sonali, puta ieiuniorum & huiusmodi: nō autem a reali, puta de dando eleæmosynam, immo per se debet soluere debita, sed per professionē qua bonis cedit & mundo moritur vota personalia extinguuntur, sed & realia debita in monasterio transferuntur quòd obligatur sicut hæres. s. non ultra valorem bonorum, quę recipit monasteriū de illo fecit inuentarium, vel si non fecit ex ignorantia iuris sicut nec quicunque alius hęres. Item nota tertio q̄ qñ uotum est reale speciale, puta q̄ aliquis vouit equū suū determinatum Deo, tunc ipsæ quidem non potest commutare auctoritate propria, sed auctoritate eius, qui equum iam traditum cum non sit res sacra posset alienare ante traditionem potest commutare. ¶ Nota quarto q̄ q̄ filium suum determinatum vouit religioni ad persuasionem alicuius, non potest vnū pro alio commutare nec auctoritate propria, nec etiam illius consensu qui induxit ad vouendum. Sed si vouit simpliciter tenetur statim puerum cum in religione potest educari offerre etiam inuitum, sicut ēt inuitum ad sacras p̄ponere & ad artificium, sed puberē inuitum ponere non potest. Sed si vouit sub cō ditione. s. si puero placeret ingredi, tunc nō tenetur offerre antequam ille habeat vsum rationis & consentiat. ¶ Item nota quinto q̄ si vouet pater filium, uel filiam ablactatos: p̄t & debet mr̄ inscia, vel ēt inuita offerre monasterio. Sed si vouit pater filium in vtero existē tē, vel quamdiu sub lacte est, quia partus est pars viscerum, & cum est sub lacte est magis sub cura matris non potest voueri cum effectu a solo patre quin & mater possit notū irritare Petrus de Palude.

P̄r filiū puberē inuitū i religione mittere non potest.

§. 9. ¶ De dispensatione votorū. Nota primo q̄ quāuis ius diuinū & naturale papa nō possit tollere vel mutare, tñ quia iuris diuini & naturalis determinatio pertinet ad ius positiuū, iō sicut in p̄nis p̄t hō dispensare quāuis ius naturale dictet delicta puniri, quæ naturalis equitas dictat ēt aliqñ maleficia non puniri p̄p bonum reipublicæ, & ēm arbitriū eius iustum qui reipublicæ p̄est, vnde qñque est melius non puniri, tunc in hoc casu nō est cōtra ius naturale dispensare. Similiter de iure naturali & diuino est reddere votum p̄pter honorem Dei. Sed si aliud magis cedat ad honorem Dei p̄t dispensari: quamuis ista dispensatio sit magis iuris declaratoria quā relaxatio. Nota secundo de forma dispensandi, quia requiritur q̄ sit expressa vel saltē intenta: vnde siue in votis, siue in aliis nunquā factū superioris dispensat nisi hoc ipsæ exprimit, vel saltem dispensare intendat, & in episcopo quidem, & alio inferiori a papa videt canonistis: quia subsunt iuri q̄ non sufficit q̄ intendant dispensare nisi exprimant. Sicut dicitur de concess. p̄ben. c. literas. Sicut ēt episcopus non sine verbo absoluit a sentētia excommunicationis quantumcunque intēdat. Sed de papa qui præest iuri cum facit aliquid animo dispensandi, & licèt non exprimat eo ipso sufficienter dispensat, sicut etiam simplici saluatione absoluit excōicatum: si hoc ex certa scientia facit, & per hoc facere intēdit. Videtur tamen verius quòd prælati dissimulando etiam dispensant quod est sine verbo: quod multomagis in omnibus in quibus nō est ei taxatus modus cū formula dispensandi, quòd eoipso dispensant quòd faciunt effectum non dispensandi, vel sciunt & non contradicunt quando facilè & liberè contradicere possunt. ¶ Nota tertio de causa dispensationis. Equidem in positiuis. Sic uolo sic iubeo sit pro ratione voluntas, quia quod principi placuit legis habet uigorem, quāuis Isid. contra quia lex est quod ratione constituerit, di. 1. consuetudo. Sed in his quæ sunt iuris diuini secus extra de uo. c. Non est. Et debent cōsiderari tria ut in c. magnę, quid s. licet, q̄d decet, q̄d expedit. Debet aūt esse talis causa q̄ melius sit recedere a iure cō, quam tenere non sufficit quòd ęque bonum, aliter erit dissipatio, & peccat vterque, scilicet dispensans etiam papa, & is cum quo dispensatur si sciat. Vnde Hosti. Peccat papa si sine causa in uotis dispensat, nec est ei obediendum si manifestè liqueat quòd si contra domini uoluntatem: aliàs in dubio obediendum est, vnde si dispēsat sine iusta causa in solemni uoto cōtinentiæ uiri vel mulieris, qui si crederet iustam causam excusaretur, non autem ille q̄ sciret iniustam. Esset tamen uerum matrimonium quantum ad utrumque, quia claudica re non potest. Sed sciens non posset petere, sed reddere. s. debitum. ¶ Nota quarto de ministro dispensationis, q̄ episcopus potest dispen-

Causa dispensationis uoti.

De forma dispēsādi.

Minister dispensationis.

ſpenſare in omni voto continentiæ temporali,puta ſi quis voueret per annum continere. Item in omni voto perpetuo niſi continentiæ & religionis. Item in omni voto temporali. Pet. de Palu. Hinc tamen oportet excipere illa tria de quibus dictū eſt ſupra.f. terræ ſanctæ,& S.Iacobi.& apoſtolorum Petri & Pauli. Papa enim ſibi reſeruat ſecundum morem curiæ. De voto autem religionis temporali, puta cum quis vouet intrare religionem intētione probandi ſi ſibi placebit, vel etiam vouet ſimpliciter intrare non ſpecialiter cogitans vel intendens de remanendo vel non remanendo,talis enim & ſi tenetur intrare,non tū tenetur remanere, ex quo enim nō habuit ſpecialem intentionem ad remanendū obligatur ſecundum formam iuris quæ eſt, q̄ per annum probet, & ſi non placet liber egredit ſm Tho. In tali ergo voto religionis ad quam quis non obligatur remanere,non pōt epiſcopus diſpenſare ſm Pe. de Palu. quod probat vltra alias rationes per hoc, quia ſummus pēnitentiarius plus pōt in diſpenſando quā ep̄s, ſed ipſe non pōt diſpēſare in voto religionis, ita vt liceat in ſeculo remanere, ſed ſic ut liceat ad aliā laxiorē trāſire ēt facta ꝓfeſſione, ſicut licētiat apoſtatas, ergo nec ep̄s pt. Hoc aūt vī q̄ ſi exiſtēs in laxiori vouerat arctiorē, q̄ epiſcopus poſſit diſpenſare:quia nō eſt votum perpetuæ continentiæ, nec votum religionis ſimpliciter cum iam ſit obligatus ad vtrunque:ſed ſolum eſt ſurrogatio voti. Vnde vī q̄ ep̄s poſſit diſpenſare. Et ſimiliter in voto ſimplici religionis arctioris, q̄ liceat,ad laxiorem tranſire,licentia non petita, ſi tamē tranſeat petitione omiſſa tenet ingreſſus. Sic ēt de uoto ſimplici arctioris non debet tranſire ad laxiorem,ſi tamen tranſeat tenet. Idem vī q̄ profeſſus in laxiori non debet ad arctiorem vouere, niſi licentia petita, ſed ſi vouerit tenere:nec alius pōt irritare, ſed tenetur licentiare. Sed poteſt epiſcopus diſpenſare,ſicut abbas poteſt diſpenſare in profeſſo arctiorem, q̄ intret laxiorem,non tū ſine conſenſu conuentus pōt alienare perſonam conuentus niſi hoc hēat ex priuilegio ſpāli. ¶Sed archidiaconus non pōt iure ſuo vti auctoritate diſpenſandi cōtra ius cōe niſi inquantū cōpetit ſibi ex conſuetudine legitimē præſcripta per quā ius ep̄ale pōt acquirere,non aūt papale,quia eſſet corruptela. ¶Item abbas vel prior nil pt in diſpenſando in votis, licēt poſſit irritare plus quam epiſcopus, de ſen.excom. Cum illorum. Nam religioſi aut ante profeſſionem votum emiſerunt, & ſic per profeſſionem liberantur,aut poſt profeſſionem,& tunc eſt locus irritationis,non diſpenſationis. ¶Itē nō poteſt abbas hoc in ſeculatibus ſibi pleno iure ſubiectis niſi conſuetudo daret. ¶Archiepiſcopus inquantum huiuſmodi nil pōt, vel habet in ſubditis ſuffraganeorum ſuorum, licēt ipſos poſſit abſoluere viſitando. Non.n.ſequitur poteſt abſoluere a uoti fractione, ergo & diſpenſare, videtur tamē q̄ ſicut poteſt abſoluere a ſententia epiſcopi; licēt non debeat ſed ad eum remittere,ita & diſpenſare, & cū ſuffraganeis ſuis poſſit diſpenſare cūſit ſubditi,quamuis cōfeſſores ab eis, & ab abbatibus electi poſſint cum eis diſpenſare, ſicut & abſoluere a caſibus etiam epiſcopis reſeruatis. ¶Item pœnitentiarii quoruncunque non habent poteſtatem diſpenſandi, niſi inquantū cōmittitur eis ſpecialiter. Nā poteſtas diſpēſandi reſpicit iuriſdictionem. Vnde pōt committi homini inferioris ordinis. Sed vtrū, an nō ſacerdos poſſit diſpenſare in votis ſuo vel alieno iure, vel diſpenſationem committere dubium eſt. ¶Summus aūt pēnitentiarius diſpenſat in voto religionis commutando vnā religionem in aliā,ſicut patet in literis quas apoſtatæ ab eis deferunt. Papa autē poteſt diſpenſare in omni voto voluntario ſimplici, & ſolēni, tpali,& ppetuo,& cū oī hoīe. Et de voto ſolēni p ſacri ordinis ſuſceptionē, patet: quia caſtitas illi eſt annexa ex ſtatuto eccleſiæ ēt particulari,puta oriētalis, quia Græci ēt in ſacerdotio coniugio vtunt. Papa aūt diſpenſare pt in ſtatuto cōcilii vniuerſalis. De voto ſolēni per profeſſionē ēt pōt, quia licēt papa nō poſſit facere, q̄ ꝓfeſſus nō fuerit profeſſus, pōt tū facere q̄ non ſit obligatus religioni,& ad votū religionis,quia in omni voto intelligitur excepta auctoritate papæ. hæc Pe. de Palu. vbi ſupra. Idem tenet Rich. in 4. Tho. in 4 & Io. Neap. in quodlibet, & Hugo. cardi. Inn. & Hoſt. cōmuniter canoniſtæ. ſ. q̄ papa pōt diſpēſare in uoto ſolēni religionis, nō quidē tm̄, vt ſit religioſus, & nō ſeruet vota, ſed de religioſo poteſt facere laicū ex magna cauſſa vrgente. Sed ipſe Th. 2.2. q. 88. ar. 11. tenet contrarium ſcilicet, q̄ non poſſit cū tali diſpenſare. Idem Alber. primum communius tenetur. Et Ioan. in ſum. confeſſ. dicit ſe vidiſſe hoc factum a papa cum aliquo. Dicit ēt Ricar. q̄ omne votum quod eſt de his quæ ſunt ſuperogationis diſpenſabile eſt,quia diſpenſationis in quolibet tali voto poteſt inueniri rationabilis cauſſa. ſ. profectus maioris boni, vel vitatio mali,ſiue per cōparationem ad rēpublicam:ſiue per cōparationē ad vouē

tem.

Sūmus pēnitentiarius.

Archidiaconus.

Abbas.

Pēnitentiarii.

rem. Reformatio enim pacis inter regna maius bonum est communitati, quam continentia vnius personæ In tali enim casu si persona quæ continentiam vouerat nubat p obedientiam domini papæ, sua obediētia magis meritoria est sibi, quā continere quātū ad præmium substantiale. Vitatio enim communis mali, vt vitatio discordię inter regna q̄ sunt in pace, & vitatio probabilis transgressionis voti, si probabilitas sit vehemens potest esse rationabilis causa dispensandi in quocunq; superogationis voto. Aliter enim non video quomodo obligatio pro castitate facta quandoque contra castitatem non militaret. Et si dicis quod hoc non esset per se, sed per accidens, scilicet propter infirmitatem personæ, hoc non obstat. Recta enim ratio dictare videtur aliquem esse loco Dei in ecclesia qui periculis communitatum & personarum pensatis infirmitatibus, utilitatibus, & damnis possit rationabiliter obuiare. Et dico rationabiliter, q̄a vbi nō est, dispēsandi rōnabilis causa si dispēsaretur non esset dispensatio, sed dissipato scd̄m Ber. 3. de cōsideratione ad Eugeniū papā. Dicit iterū quod quāuis manente obligatiōe de iure naturæ sit soluere, tamen ipsa obligatio nō fuit de iure naturæ absolutè sed sub hac cōditione. s. quousq; per superiorē ex causa rōnabilis fuerit relaxata. Naturale enim iudiciū rationis dictat quod per aliquem superiorem possit talis obligatio relaxari ex rōnabili causa. ¶ Circa hanc materiā

De dispensatiōe uotī castitatis.

s. de dispensatione votorum dicit b. Tho. in 4. di. 38. quod diuersę sunt opiniones. Quidam .n. dnt qd̄ quodlibet votum potest per prælatos ecclesiæ dispensationem habere pro libito prælati, q̄a vt dicūt in quodlibet uoto intelligitur conditionaliter uoluntas prælati superioris. s. papę, ad cuius dispensationem pertinent actus omnium subditorum, & sic cum uoluerit ille summus prælatus relaxare pōt ut non teneatur. Sed hoc non videtur bene dictum, quia quædam sunt in quibus est homo ita liber sui, quod etiam contra præceptū papæ potest illa facere, sicut continere & alia similia, vnde absolutè sine conditione uoluntatis alicuius prælati pōt talia uouere. ¶ Alii dixerunt quod nullum uotum recipit dispen-

Quidā dnt qd̄ uotum nō recipit dispensationem

sationem, secundum quod dispensatio est iuris relaxatio, sed solum secundum quod est iuris declaratio, q̄a papa potest declarare hoc ius quod fit quādo recompensatio fit maioris boni, & tūc potest, dimitti minus bonū ad quod quis obligauit se. Sed hoc etiam nō videtur uerum, quia declarare ius nō est ius nouum facere, sed illud quod erat in iure manifestare. Vnde secundum hoc nunquam per dispensationem voti fieret ut non sit contra ius quod erat prius cōtra ius, sed solum qd̄ videbatur esse contra ius & non erat. Et ideo aliter dicendum. s. quod in uoto dispēsari potest, etiam secundum quod dispensatio est iuris relaxatio ex aliqua legitima causa. Quia n. votum de illicito esse non potest, non autē licet subtrahere alicui quod ei debetur, ideo per uotum alicuius non potest fieri præiudicium suo prælato, quin debeat eius mandatis parere cum fuerit oportunum. Vnde si prælatus videat expedire ex aliqua causa rationabili, vel propter ipsum qui uouit, uel propter alios quod uotum non seruet, potest eum ab obseruatione uoti deobligare, qui alias de iure erat obligatus. Nec ex hoc dici potest papā dispensare contra ius diuinum vel naturale. Nam obseruare votum tunc est de lege naturali uel diuina cum durat obligatio uoti, cessante autem tali obligatione obseruatio non est de iure naturali uel diuino, quæ obligatio cessat per dispensationem legitimam, vel cōmutationem, aut irritationem. Nec etiam ex hoc mendacium incurrit quod uotum non seruat dispensatus, quia homo de futuris debet habere pias conditiones adiunctas explicitè, vel implicitè, ut patet Iacobi. 5. ¶ De uoto continentiæ dicunt aliqui quod nullus potest dispēsare in eo propter diuersas rationes a diuersis assignatas. Dicunt enim aliqui hoc accidere, quia uotum continentię non potest prætermitti nisi ad contrariū dilabēdo, quod nunquam licet. Alii dicunt hoc contingere eo quod uotum continentię non recipit recompensationem melioris, eo quod non est digna ponderatio animæ continentis, vt dr̄ Ecclesiasti. 26. Vel ideo quia per continentiam homo de domestico inimico triumphū capit secundum quosdam, vel quia per religionem homo perfectè cōformatur Christo, unde in uoto continentiæ & aliis essentialibus uotis religionis non potest dispensari secundum quosdam. ¶ Sed hoc etiam non uidetur sufficienter dictum, quia bonum commune est multo melius quam bonum priuatum. Et ideo ut alii dicunt probabilius si communis utilitas totius ecclesiæ aut unius regni, uel prouinciæ ex poscere t, posset conuenienter & in uoto continentiæ & in uoto religionis dispensari quantumcumq; esset solemnizatum. Non enim per uotum potest se deobligare ab eo in quo alteri tenetur (ut dictū est) unde talis esset necessitas immunere,

De dispensatiōe uoti religionis.

quod posset alicui iustè prohiberi ne uoueret. Et necessitate manente potest etiam in uoto dispensari iam facto. Periculum autè mortis corporalis, vt dicitur imminere ex quibusdam infirmitatibus quibus remediatur per coitum secundum medicinā, nō est sufficiēs ratio vt in voto continentię dispensetur, nec peccat talis vouendo continentiam exponēs se periculo propter Deum, & bonum virtutis. ¶Itē nota secūdum Richar. ordinis Minorum in 4. di. 38. quod uotum de nunquam petendo dispensationem a domino papa in aliquo voto, nō est specialiter obligatorium. Rō est, quia materia voti nō solum debet esse necessaria, sed ēt vtilis ad salutem. Quædā enim & si sint licita, non tamen expediūt ad salutem alicui. Sed nunquam petere dispēsationem a papa non est aliquid vtile ad salutē, immo quandoque multum expedit petere, ergo &c. Votum de non petendo illud quod esset vtile animæ uouentis non est obligatoriū, sed quandoq; est utile animæ uouentis, vt dispensetur in illo voto, quia quandoq; est nimis graue votum illi qui uouit ad obseruandum ita quod probabiliter timet transgressionis periculum, ergo votum de non petendo dispensationem a papa non est vniuersaliter obligatorium. In casu tamen in quo esset utilius animæ uouentis non petere dispēsationem quam petere, obligatus esset ad nō petendum, quia cum a liquis uouet aliquid quod in vno casu potest esse utile ad salutem in alio non, obligatur in illo casu in quo est utile ad salutem, non etiam in alio casu in quo est inutile, nisi fuerit intentio vouentis quod si non obligat in omni casu quod in illo obligetur, hęc ille.

Votū de nō petēdo utile.

§. 10.

Triplex ieiuniū.

¶Quæritur vtrum vouens ieiunare in festo alicuius sancti si illud festum est in dominica teneatur illo die ieiunare? Respondet Ioan. Neapoli. in quodlibet. 8. q. 35. per distinctionem quadrimembrem, videlicet aut talis uouens intendit uouere ieiunare ieiunio afflictionis, vt videlicet affligendo carnem suam, satisfaciat Deo de peccatis, & subiiciat carnem spiritui & præseruet se in posterum, aut intendit uouere ieiunare ieiunio exultationis ideſt vt magis sit dispositus ad spirituale gaudium, & contemplationem diuinorum, aut de neutro intendit, quia de neutro cogitauit quando uouit, aut de vtroque intendit, quia intendit vouere ieiunare propter vtrumque prędictorum. In primo casu talis non debet ieiunare in dominica, sed in sabbato præcedenti. Cuius ratio est, quia ieiunium afflictionis ad quod quis se particulariter obligat debet conformari & regulari secūdum idem ieiunium ad quod obligat ecclesia vniuersalis. Sed ieiunium afflictionis ad quod obligat ecclesia vniuersalis si est in dominica transfertur in sabbato, ergo &c. Talis etiam incongruè uouit ieiunare in festo, non in vigilia. In secundo casu dicendum quod debet ieiunare, in dominica. Cuius ratio est, quia uotum licitum & uirtuosum obligat, hoc autem est huius modi ar. di. 76. Vtinam. Nec ob. qđ tali die prohibetur ieiunare di. 30. Si quis tanquam, &c. si quis præsbyter, quia hęc prohibitio fit contra illos, qui ieiunant in contemptū diei dominici, vel ex aliqua erronea hæreticorū superstitione. Nam ex deuotione licet. In tertio casu dicēdū est quod debet ieiunare in dominica. Cuius ratio est, quia cum uouerit ieiunare in die festo, & non in vigilia festi, Magis probabile est quod intendāt implicite ieiunare ieiunio exultationis, quam ieiunio afflictionis, & per consequens idē iudicium est in hoc tertio casu quod in. 2. In quarto casu uideretur quod magis consulendum esset tali quod ieiunaret in sabbato prędicto, quam in festo, vt sic magis cōfirmaret se aliis fidelibus in ieiunando. Cæteris autem paribus magis consulendum est vnicuique cōformet se quantum ad diem vniuersali ecclesiæ in ieiunādo, quam quod sit singularis. ¶Quæritur vtrum uouens nō comedere carnes seu panem in festo beati Laurentii, quia fuit assatus ad ignem sicut panis, & ieiunare in pane & aqua feria sexta, si tale festum scilicet sancti Laurentii euenerit in sexta feria teneat adimplere votū facilius seu difficilius de duobus prędictis? Rn. secūdū Io. Neapoli. in quod libet. 17. per distinctionē, quia aut talis potest ambo vota implere sine periculo mortis, vel grauis infirmitatis, aut non potest, aut est dubius, verum possit aut non. In primo casu dicendum est quod talis tenetur ambo implere. Cuius rō est, qa obligatus ad duo præcepta tenet ambo implere, sed adimplere votū est præceptū, ergo &c. In secūdo casu nō tenetur ambo implere, sed unum solum. Cuius rō est quia per nullum uotū obligatur homo ad faciendum contra præceptum Dei, s. occidere seipsum, ad quod disponit grauis infirmitas continuata est contra illud præceptum. Non occides, vt dicit Augu. in 1. de ciui. Dei. Nō ergo tenetur talis mīs ad unum illorum.

De uoto ieiunii.

Vouens non comedere carnes in festo S. Laurentii.

¶Sed quæritur ad quod illorū magis teneaī? Respondetur quod si talis fęcit illa duo uota

quodam

quodam ordine ſucceſſiuo temporis.ſ.unum ante aliud, tenetur implere illud quod prius fecit. Cuius ratio eſt, quia ſemper obligatio prior tollit poſteriorem ſibi ꝙualem & in cõ poſſibilem. Exemplum patet in matrimonio & in aliis promiſſionibus. Si autem fecit ambo uota ſimul ideſt in eodem tempore, tenetur illud de duobus adimplere ꝙ ſibi placet. Cuius ratio eſt, quia obligatus ad duo aliqua propter indifferentiam, nec magis ad unum quam ad aliud ſe obligauit. Non tenetur ergo plus implere unum quam aliud, ergo &c. Conſulendum tamen eſſet aliquod adimpleret illud de duob-quod eſſet melius & uirtuoſius, vnde ſi unum illorum eſſet maioris deuotionis, aliud maioris afflictionis, cũ deuotio mentis ſit præferenda afflictioni carnis ex eo quod eſt actus perfectioris virtutis ſcilicet religionis & bona per ſe ſcilicet deuotio, afflictio vero carnis bona per accidens, & actus minoris uirtutis, quia temperantiæ, Vnde cõſulendum eſſet quod illud eligeret in quo haberet maiorem deuotiomẽ. Et talis ſ. qui eſt certus non poſſe niſi alterum duorum implere pro illo alio quod dimittit non tenetur aliud opus uirtuoſum facere, in alio die illud reſtaurare, quod probari poteſt multipliciter. ¶Primo quidem, quia idem iudiciũ eſt de impoſſibilitate adimplendi præceptũ & votum, ſed ille de quo eſt certum ꝙ nõ poteſt adimplere præceptum de ieiunio eccleſię utpotè quia infirmus ad mortem, nõ tenetur tale ieiunium in aliud bonum commutare, uel in alium diem prolongare, ergo &c. ¶Secũdo patet a ſimili, quia qui uoluiſſet ieiunare in omni ſexta feria in pane & aqua & in aliqua dictarum feriarum non poſſet, quia infirmus ad mortem non tenetur tale ieiuniũ commutare in aliud bonum aut in aliud diẽ prolongare, ergo idem in propoſito. ¶Tertio ex uoto nullus tenetur niſi ad id quod uouit, ſed talis uouit certũ quid & certa die ergo ſi ex impoſſibilitate non implet votum ad aliud non tenetur. ¶In tertio uero caſu quando eſt dubius utrum poſſit uel non poſſit. Dicendum qđ talis vouẽs illud ieiunium quod non poteſt implere, tenetur in alium diẽ prolongare, aut in aliud bonũ cõmutare. Cuius ratio eſt, quia exiſtens in dubio an trãſgredia

De exiſtẽte in dubio.

tur votum & per conſequens peccet mortaliter tenetur ſe ponere in tuto ut.ſ. votum non tranſgrediatur. ſed talis uouens ſi dubitat an poſſit ambo ieiunia adimplere, dubitet etiam conſequenter an alterum non implendo trãſgrediatur uotum & peccet mortaliter, quod peccatum uitat prolongatio, aut commutando in aliud votum, non quidem auctoritate propria, ſed prælati ſui quæ requiritur ad omnem diſpenſationem vel commutationẽ uoti, ut patet 2.2 q.88. Commutans autem uotum ſcilicet auctoritate ſuperioris nõ eſt trãſgreſſor uoti. Tenetur ergo in tali dubio talis uouens ieiunium, quod non implet prolõgare in alium diem, vel in aliud cõmutare auctoritate ſuperioris.

TITVLVS DVODECIMVS.
De Infidelitate.

¶De ſuperſtitionibus, & ibi de multis generibus diuinationum, & ſortibus, ſomnijs, breuibus, & incantationibus. Cap. 1.

DEMVM de infidelitate agendum. Sed quia vitium ſuperſtitionis quod eſt quaſi quædam proteſtatio infidelitatis eſt communius, quod reperitur etiam infidelibus, ideo prius de eo agẽdum, poſtea de infidelitate ipſa.

¶Superſtitio eſt uitium contrarium uirtuti religionis. Sicut enim irreligioſitas quæ conſiſtit in irreuerentia Dei, & rerum ſacrarum opponitur religioni ſecundum defectum. Ita ſuperſtitio quę importat ſuperfluum ideſt indebitum modum cultus diuini opponitur ei ſecundum exceſſum. Exceditur autem modus debitus cultus diuini non ſolum cum exhibetur vero Deo, ſed non ut debet, ſicut ſiquis ſeruaret legalia in honorem Dei, ul faciunt Iudæi, ſed etiam & permaxime cum exhibetur ei cui non eſt exhibendus, ut creaturæ. Cultus autem diuinus ordinatur ad tria. ¶Primo ad reuerentiam Deo exhibendam. ¶Secũdo ad hoc, ut hõ inſtruatur a Deo quẽ colit, puta de ſciendis, ſeu credẽdis, & agẽdis. ¶Tertio ad directionem humanorum actuũ ſecundum inſtitutum Dei quẽ colit, puta ut ieiunia, ſacrificia, feſta, remedia contra infirmitates, & huiuſmodi faciat ſecundum ordinationem Dei & Eccleſię. Secundum hoc ponitur triplex genus ſuperſtitionis. Et per primũ quod dicitur idololatria non exhibetur reuerentia Deo, ſed creaturæ. Per ſecundum quod dicitur diuinatio non quæritur inſtructio a Deo, ſed a diabolo, per conſultationes, & pacta expreſſa, uel tacita. Per tertium quod dicitur obſeruantia nõ dirigit homo

§.1.

Cultus Deiordinatur ad tria

Triplex genꝰ ſuperſtitiõis.

homo actus ſuos ſecũdum inſtitutũ Dei, ſed diaboli dum obſeruat dies,& incantationes, & huiuſmodi.Et de his tribus generibus dicit Auguſti.Superſtitioſum eſt quicquid inſtitutũ eſt ab hominibus ad faciẽda Idola & colẽda pertinẽs, vel ad colẽdã ſicut Deum & creaturã partenue ullã creaturæ quo ad primũ,vel ad cõſulationes & pacta quædam cũ dæmonibus quo ad ſcm. Et paulopoſt. Ad hoc genus pertinẽt oẽs litigarę, & remedia quæ medicorum diſciplina cõdemnatur ſiue in præcãtationibus, ſiue in quibuſdã notis quas characteres vocãt,ſiue ĩ qbuſcũq; rebus ſuſpẽdẽdis atq; ligãdis &c.26.q.2.illud. De ſingulis agendũ eſt.Nõ eſt aũt ſupſtitio ipſa infidelitas,ſed poteſtatis infidelitatis,Sicut religio contraria ſuperſtitioni non eſt fidei uirtus,ſed uirtus per quam fit proteſtatio fidei per actus exteriores in Deũ ordinatos b.Tho. ¶Idololatria eſt cũ cultus diuinus exhibetur creaturę repræſentatæ per aliquam ſenſibilẽ formam ſeu figurã q̃ dr idolũ ſcm Tho.2.2. q.94.Diuerſimodè aũt cultus diuinus idol exhibeat.Quidã.n.ipſis imaginibus exhibeãt cultũ diuinũ.Nam partem quãdam nephariã fabricabant quaſdã imagines quæ uirtute dęmonum habebant aliquos effectus putabant dare reſponſa & remedia ſanitatum,propter qp putabant homines aliquid deitatis eſſe in illis imaginibus, vñ eis exhibebant cultum diuinũ & hæc fuit opinio Hermetis Trimegiſti.ut po.Aug.in octauo de ci.Dei.Alii veroex hibebãt cultum diuinum non ipſis imaginibus,ſed creaturis quarum erãt imagines, horum tamẽ fuit triplex opinio. Quidam enim exiſtimabant quoſdam homines fuiſſe deos quos per eorum imagines colebant,ſicut Iouem,Mercurium,& huiuſmodi,& hoc ratione alicuius excellentiæ in eis, vel ratione ſciẽtiæ, vel fortitudinis uel intentionis alicuius artis uel beneficii. Quidam uero exiſtimabãt totum mundum eſſe unum Deum non propter corporalem ſubſtantiam , ſed propter animam ipſius mundi quam Deum eſſe credebãt dicẽtes, nil aliud eſſe Deum quam animam mundi . Vnde putabant toti mundo & omnibus partibus eius cultũ diuinum exhibẽdũ,quæ,aeri,cælo,& huiuſmoodi , ad hæc referebant nomina & imagines ſuorum deorum.Sicut Varro dicebat & narrat Augu. in 7.de ci.Dei.c.6.Alii uero ut Platonici poſuerunt unum eſſe ſummum Deum cauſſam omnium,poſtquã ponebant quaſdam ſubſtãtias ſpirituales a ſummo Deo creatas, quas deos nominabãt participatiõe.ſ.deitatis,quos nos dicimus angelos,poſt quos ponebant animą cęleſtium corporũ,& ſub his dęmones quos dicebãt eſſe aerea animalia, & ſub eis ponebant animas hominum quas per virtutis meritum ad deorũ vel dæmonum ſocietatem aſſumi credebant,& hominibus his cultum diuinum exhibebant, ut narrat Aug.in 8.de ci. Dei.c.7.& 8.Has autem duas opiniones ultimas dicebãt ptinere ad theologiã, quam philoſophi cõſiderabãt in mũdo , & docebãt in ſcholis, & appellabãt phiſicalẽ. Aliã de cultu hominũ dicebant pertinere ad fabularẽ theologiã,q̃ ſcm figmenta poetarum repræſentabãt in theatris. Aliã opinionẽ de imaginib. dicebant pertinere ad theologiã ciuilẽ, q̃ per pontifices celebratur in tẽplis Et omnia hæc ptinebant ad ſuperſtitionẽ idololatriæ. Vnde Aug.Superſtitioſũ eſt quicquid inſtitutũ eſt ad colẽdũ ab hominibus,ſicut Deum creatu ram,partemve ullam creaturæ. 16.q.2.illud. ¶Eſt aut idololatria nõ ſolum peccatũ mortale qa cõtra illud Exo. 20. Nõ adorabis ea.ſ. idola,neq; coles.ſ.exterius,ſed ẽt eſt grauiſſimum peccatum ex parte ipſius peccati, quia ſicut in terrena Republica grauiſſimum videtur,quod quis honorem regis alteri exhibeat quam uero regi,quia quantum in ipſo eſt totum ordine reipublicę confundit, & perturbat.Ita grauiſſimum eſt peccatum quod quis honorem Deo debitum exhibeat creaturę.Ex parte autem peccãtis poſſunt aliqua eſſe grauiora inquantum quis ex maiori contemptu peccat. Errauerũt autem circa huiuſmodi homines tripliciter. Quidam enim putauerunt quod offerre ſacrificium , & alia ad latriam pertinentia non ſolum ſummo Deo ſed etiã ſuperioribus eſſet debitum,& per ſe bonum. Sed hoc eſt irrationabiliter dictum. Nam &ſi omnes ſuperiores reuereri debeamus, nõ eadẽ reuerẽtia debetur oibus. Sicut enim Deus excellit omnes ita & quidam modus ſingularis ei ſoli debetur,& hic eſt cultus latriæ. Alij putauerunt uiſibilia ſacrificia aliis diis congruere. Alii vero ſummo Deo, tanquam melíori meliora ſcilicet mentis puræ officia.Sed & hoc eſt irrationabile,quia ſicut uerba ſunt ſigna rerum quæ uerſantur in corde,ita ſacrificia exteriora ſunt ſigna interiorum ſacrificiorum. Vnde ſicut orationes uocales , & laudes ſunt ad Deum dirigendę,ita & ſacrificia exteriora ei offerenda. ſecundum. Aug. de ci. Dei.li. 10.c.4. & 5. Alii exiſtimauerũt latrię cultum exteriorem idolis exhibendum, non tanquam debitum & per ſe bonum,ſed tanquã uulgari conſuetudini cõſonũ.Et hęc opi

nio

Cultus diuinus diuerſimodè ex hibetur idolis.

Platonicis ſũmũ bonum in Deũ poſuerunt.

Eſt mor. idololatriæ.

Graue peccatũ exhiber creaturæ qđ ad Deũ ptinet.

nio videtur fuisse. Sene. vt refert Aug. 6. de ciui. Dei. c. 10. & 11. Et hunc errorem secuti sũt quidam hæretici putantes q̃ tempore persecutionis liceret idola exterius colere fidem seruando in mente. Sed hoc est falsum, quia sicut mendacium pernitiosum, idest mortale est cum quis verbo dicit aliquid contra veritatem fidei, ita pernitiosa falsitas est, cum q̃s cultum exteriorem Deo debitum alteri exhibet, hæc omnia. Tho. 2. 2. q. 94. Imagines autem sanctorum fiunt in ecclesia, non ad exhibendum eis cultum latriæ: sed ad imprimendum efficacius excellentiam eorum mentib. hominum. Vnde dicuntur. libri idiotarum. de conse. dist. 3. venerabiles.

§. 3. ¶ De diuinatione quæ est secundum genus superstitionis. Et est mortale, qui contra illud præceptum. Deu. 18. Non sit qui consulat diuinos, & valde graue; quia vsurpat quod est propriũ Dei. s. p̃cognitionẽ & prænunciationẽ futurorũ contingentium, quæ per certitudinẽ scire est proprium Dei. Vnde Esa. 41. dr. Annũciate quæ futura sunt in futurũ, & sciemus, quia dii estis. Prophetæ aũt si futura annunciant ex Dei reuelatione hoc faciunt, & ideo orum præcognitio, vel p̃nunciatio non est superstitiosa. Nec pôt dici diuinatio, quia non vsurpant sibi quod Deo conuenit: sed suscipiunt per reuelationem. Diuinatio aũt sumitur semper in malam partem, vt di. Hier. 1. q. 1. Iudices, vnde Isid. in libro ethimol. dicit q̃ diuini dicuntur quasi Deo pleni, quia diuinitate se plenos simulant. Importat ergo diuinatio præcognitionẽ, vel prenunciationẽ futurorum euentuum, seu effectuum ex falsa & vana opinione, & per consequens consilio vel auxilio dæmonis tacitè, vel expræsè inuocato. Q̃cunque enim quis innititur falsę vel vanæ opinioni ad præcognoscendum futura, tunc operatio diaboli se ingerit etiam si non inuocetur ad implicandas animas hominum falsitate vel vanitate. ¶ Sciendum igitur quòd causſæ secundæ in productione suorum effectuum se habent tripliciter. Nam aliquæ producũt effectus suos semper & ex necessitate. Et ex consideratione huiusmodi causſarũ, si quis prænunciat tales effectus, etiam per certitudinem non est superstitiosum, nec illicitum: sicut prænunciant astrologi ecclypsim solis. Aliquæ vero causæ producunt suos effectus, & si nõ de necessitate & semp, tñyt in plurib. Hmõi effectus ex cõsideratione suarũ causſarum p̃nt prænunciari per coniecturas, & si non per certitudinem absque superstitione sicut medici ex dispositione infirmi prædicunt de morte, vel sanatione. Et Astrologi siccitates, & pluuias, ex consideratione corporum cœlestium. Aliæ causæ sunt quæ ad vtrumlibet se habent in producendis effectibus. s. ad esse & non esse: sicut sunt potentiæ animæ rõnalis quæ causant actus humanos liberè: quia p̃t homo facere, & nõ facere hoc, vel illud quantum est in se, & ẽt euentus fortuiti qui non habent causſam naturalẽ, sicut q̃ quis fodiendo terram inueniat thesaurũ, & huiusmodi, quæ ut in pauciorib. eueniũt. Huiusmodi ergo effectus, antequam sint scire est proprium Dei, cui omnia sunt p̃sentia, quantũcunque distantia in futurũ. Et iõ procedentia ex actibus hoĩum & casus fortuitos velle præcognoscere, vel prænunciare absque Dei reuelatione pertinet ad diuinationẽ, vbi interuenit operatio dæmonum. Quærere autem consilium vel auxiliũ a diabolo est mortale. ar. 26. q. 2. §. fi. ¶ Est autem triplex genus diuinationis. Vnum q̃ fit per expræssam dæmonis inuocationem, & dicitur largè negromantia. Secundum quod non fit per manifestam inuocationem, sed tacitam, idest ex cõsideratione motus, vel dispositionis alicuius rei præcognoscere velle futura actuum humanorũ vel fortuitorũ, & dicitur largè augurium. Tertium est cum ex consideratione eorum, quæ eueniũt ex quibusdam, quæ fiunt ab hominibus secundario inquiritur quid occultũ vel futurum; & dicitur sortes. Hæc Tho. 2. 2. q. 95. & de his. 26. q. 4. per totum. Dicit Vin. in spe. histo. allegans plures doctores, q̃ primus inuentor artis magicæ & mathematicæ fuit Zoroastes qui dicitur fuisse Cham filius Noe: hic secundum Aug. de ciui. Dei solus risit nascendo, hic cum esset rex superatus a Nino filio Beli qui ædificauit Niniuen, vel amplius sub quo cedit regnum Assyriorum tempore Abrahæ. Hic Ninus ob inordinatũ amorem patris fecit fieri imaginẽ patri mortuo; ad quam quicunque cõfugiebant malefactores liberi erant ab omni punitione debita, & ex hoc cœperunt homines adorare imagines in Deos, & sic ab isto cœpit idololatria. Ipse aũt Zoroastes cum esset intentus consideratioĩ astrorum: tandem succensus est a diabolo. ¶ De negromantia vbi expræssè dæmones inuocantur ad manifestandũ futura. ¶ Nota q̃ dæmones expræssè inuocati aliquando p̃stigiosis apparitionibus se ingerũt aspectui, vel auditui hominum prænunciãdo futura, sicut cum dabant responsa per idola, vel cũ apparent diuisis formis, & dicitur præstigiũ. Aliq̃n expręssè inuocati per somnia, & futura

Diuinatio mortale.

Triplex genus diuinationis.

Zoroastes inuentor artes Magicę.

Cauſſę secundę tripliciter se habent.

Qũo dę mones inuocari apparent.

prędicunt

prædicũt,& dicitur diuinatio per ſomnia. Ali quando expræſsè per ſuſcitationem mortuorum inuocati prænunciant futura,non quòd verè ſuſcitẽt mortuos,ſed opere dæmonũ vidẽtur aliqui ſuſcitati ex quibus prænunciãt, & dicitur ſtrictè necromantia. Aliquando inuocati prænunciant futura ex figuris variis aſpectui hominum ſe ingerentibus in diuerſis rebus. Et hoc ſi fiat in viſceribus animaliũ immolatorum,dicitur auſpiciũ. Si in corpore terreſtri,vt vngue,ferro,vel lapide polito, dicitur geomantia. Si appareant in aqua tales figuræ vel ſigna, vnde quæritur prænotitio futurorum dicitur hydromantia. Si in aere aeromantia. Si in igne pyromantia Tho.2.2. q.95.& 26.q.4.igitur,& q.5.Nec mirum.

Necromantia. Phytonia. Geomãtia. Hydromantia. Aeromãtia. Pyromãtia.

§.5. ¶ De inuocatione dæmonum pro conſilio, & auxilio. Nota quòd nullo modo hoc eſt licitũ nec expræſsè,nec tacitè. Et hoc duplici ratione. Primo quia ibi fit pactum cum ipſo per ipſam inuocationem hoc autem reprehendit. Vnde cõtra quoſdam dicitur:dixiſtis percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Secundo quia & ſi diabolus aliquando in talibus reſponſis vera prænũciet, tamen non intendit niſi perditionem hominum finaliter,vt ſcilicet per illa vera quæ dicit inducat homines ad aſſuefaciendum ſe vt ei credãt,& aliquid falſum vel nociuum proponat. Et propterea Chriſtus dæmones dicentes illam magnam veritatẽ. Quia tu es Chriſtus filius Dei,iuſſit ſilere,vt doceret nos non inquirere veritatem a diabolo, nec multum curare quando ipſam ex ſe enũciat, præcipue cum habemus teſtimoniũ ſcripturarum cui magis credendum eſt. A diabolo captiui tenentur qui relicto creatori diaboli auxilia q̃runt.36.q.5.epiſcopi. Sciendum tamen quod aliud eſt inuocare dæmonem ad aliquid ſciẽdum vel agendum ab eo quod nunquam licet. Aliud eſt ab ipſo non inuocato occurrente aliquid inquirere propter vtilitatẽ aliorũ, & maximè quando virtute diuina poteſt cogi ad dicendum aliqua vera, ſicut aliquando fecerunt ſancti.

§. 6. ¶ De aſtronomia ſeu mathematica quæ pertinet ad ſecundum genus diuinationis per q̃ quis ex conſideratione aſtrorum prænoſcit, vel prænunciat futuros euentus. ¶ Sciendum ergo quod ex conſideratione corporum cœleſtium, ſeu conſtellationum, poteſt quis verè prænoſcere triplex effectuum genus. ¶ Primo naturales qui ſubdunt diſpoſitioni ſtellarum,& cauſantur ab eis, ſicut eclipſatio ſolis,ſiccitates,pluuiæ, & huiuſmodi. Et tales euentus prænoſcere, vel prænũciare ex cõſideratione aſtrorũ nõ eſt ſuperſtitioſum, ſed pertinet ad ſcientiam aſtrologiæ. ¶ Secundo effectus fortuitos, vt quod aliquis ſodiẽdo debeat inuenire theſaurũ, vel eundo debeat cadere lapis ſuper eum,vel occidi morte violenta,& hmõi. Et tales euentus prænoſcere velle vel prænunciare ex cõſideratione conſtellationum eſt vanum & ſuperſtitioſum: qã virtus corporũ cœleſtium cũ ſit naturalis eſt terminata ad vnũ effectũ producẽdũ cũ natura vnũ intendat. Illi aũt effectus poſſunt euenire & non euenire, vt in pluribus & raro eueniunt. ¶ Tertio effectus ſeu actus pceden tes ex libero arbitrio hois,& hos velle præcognoſcere ex conſtellationibus eſt ſuperſtitioſũ & falſum plerũque. Et rõ eſt. Quia liberũ arbi. & volũtas non ſunt corpus, nec actus, ſeu potẽtiæ affixe organis corporeis, vñ cum res corporea nõ poſſit imprimere in rẽ incorporeã impoſſibile eſt, q̃ actus humani ſubdant diſpoſitioni corporũ cœleſtiũ de neceſſitate, ita q̃ ſint cauſæ ipſorũ per ſe, ſed diſpoſitiue pñt inclinare effluentiæ corporũ cęleſtium ad actus. Nã ipſa corporea cœleſtia imprimunt in corpus humanũ,& per conſequens in potẽtias ſenſitiuas, quæ ſunt affixe corporeis organis. Vires aũt ſenſitiuæ vbi ſurgunt paſſiones inclinãt ad actus rationẽ,non tñ cogunt. Sed quia aptæ natæ ſunt potẽtiæ ſenſitiuę ſubiici imperio rationis,ideo remanet hõ liber ad agendum, vel non agendum ea ẽt ad quæ inclinaret ſenſualitas ex influentia conſtellationum. Tho.2.2.q 95 Vnde & Ptholomeus maximus aſtrologus dixit, q̃ vir ſapiens cominabitur aſtris, ideſt paſſionibus, & vitiis ad quæ eſt conſtellationibus eſſet inclinatus, & hoc vtendo rõne. Aug. etiam de ciui. Dei libro 5.c. 10. dicit q̃ non vſquequaque abſurde dici põt ad differentias corporũ valere afflatus quoſdam ſydereos non aũt voluntates animi ſyderum poſitionibus ſubdi, & ibi tractat iſtam materiam oſtendens per rõnes, & exempla falſitatem, eorum qui ex cõſtellatione ſub qua quis eſt natus volunt prænunciare eius conuerſionem,& mores. Hoc autem eſſe prohibitum oſtendit Aug 15.quæſtio.4. Igitur. Vnde & mortale eſt,arg. de pœni. di. 2.ſi enim.

Ex conſtellatione pt qs cognoſcere tri plices effectus.

¶ De diuinatione per ſomnia. ¶ Nota q̃ duplex eſt cauſa,ſomniorum, ſcilicet intrinſeca & extrinſeca. Intrinſeca eſt duplex,ſcilicet animalis,& corporalis. Cauſa animalis ſomniorum eſt cum fantaſiæ dormientis repſentantur ea circa quæ imoratu eſt cogitatio, & affectatio

§.7.

affectatio eius in uigilando. Et talis causſa sõ niorum futurorum euentum non poteſt eſſe cauſa, Et quod aliquãdo concurrant ipſi euẽ tus cũ ſomnijs, hoc erit caſu & per accidens. Cauſſa intrinſeca corporalis inquãtum ex di ſpoſitione corporis ſit motus aliquis in phãta ſia dormientis cõformis diſpoſitioni corpo rali, puta ille in quo abundant humores frigi di in corpore ſomniabit quod ſit in niue, uel aqua, & in quo abũdat colera, quod volet & huiuſmodi. Vnde & medici dicunt eſſe intẽ dendum ſomniis infirmorum ad cognoſcen dum diſpoſitionem interiorem infirmi Cau ſa igitur huiuſmodi ſomniorũ põt eſſe cauſ ſa futurorum euentum qui concurrunt cum ſomniis. Cauſſa extrinſeca eſt duplex ſcilicet corporalis & ſpiritualis. Corporalis quidem inquantum immutatur imaginatio dormien tis ab aere continenti, vel corporum cęleſtiũ impreſſione, vt ſic dormienti aliquæ phãtaſię appareant conformes cœleſtium diſpoſitioni. Et quia (ut dictũ eſt) uirtus aſtrorum non eſt cauſſa per ſe humanorũ actuum ꝓcedentiũ ex libero arbitrio, nec caſuum fortuitorum, ideo euentus huiuſmodi non poſſunt proce dere ex tali cauſſa ſomniorum. Cauſſa extrin ſeca ſpiritualis eſt duplex, quia uel a Deo eſt qui miniſterio angelorũ aliqua facit, & reue lat in ſomnis hominibus, & hoc pertinet ad prophetiam. Vel eſt a diabolo cuius operatio ne aliquæ phantaſiæ dormiẽtibus apparent, ex quibus quandoque futura quædam reue lat his qui habent pactum cum ipſo. ¶ Cũ igi tur ſomnia quandoque ſint ſigna futurorum euentum inquantum reducuntur ad aliquã communem cauſam ſomniis, & futuris euen tibus poſſunt præcognitiones futurorum ex ſomniis fieri. Et ſi quis utatur ſomnii ad prę cognoſcendum aliqua futura ſecundum qđ ſomnia procedunt ex diuina reuelatione, uel ex cauſſa naturali intrinſeca, ſeu extrinſeca quantũ ſe põt talis uirtus cauſſæ extẽdere, nõ erit illicita diuinatio, ut ſi medicus ex ſomniis infirmis pnũciet de aliquo euẽtu infirmi tatis ꝓcedẽte ex cauſa illius ſomnii. Sed ſi qs utatur ſomniis ad præcognoſcendũ futura, ꝑut cauſſant ſomnia ex diabolo, uelẽt cauſſa naturali intrinſeca, uel extrinſeca uelit præco gnoſcere, uel prænunciare futuros euẽtus ad quos ſe non poteſt extẽdere uirtus illius cauſ ſæ ſomnii erit ſuperſtitioſum, & operatio dia boli ibi ſe ingerit. Vnde ſi quis ſomniat aliq̃d ex eo quod multũ cogitatio eius morta eſt circa illud, uel ſomniat aliquid ꝓtinens ad ca ſus fortuitos, ut ꝙ inueniat theſaurũ, uel qđ occidat ab aliquo, uel aliquem actuum ꝓce dentem ex libero arbitrio cum cauſſa ſom niorum naturalis non poſſit eſſe cauſſa horũ ideo per huiuſmodi ſomniis præcognoſcere futura, vel prẽnunciare eſt ſuperſtitioſum, & huiuſmodi obſeruatio prohibetur Deute. 18. Non inueniatur in te qui obſeruet ſomnia, & 26. q. 7. non obſeruetis.

Ex ſom nijs futura præ dicere.

§. 8. Augu-- ria qua- liter cõ ſiderãt.

¶ De auguriis quæ pertinent ad ſecundã ſpe ciem ſuperſtitionis, & prohibetur Deute. 18. Non inueniatur in te qui obſeruet auguria. Et largè ſummẽdo fit multis modis, præci pue tamen dum ex conſideratione & motũ vel uocum auium, uel quorumcunq; anima liũ, vel ſternuationes hominum, vel ſaltum membrorum vult homo præcognoſcere fu turos euentus fortunii, vel infortunii, vel cũ ex conſideratione verborum alicuius alia in tentione dictorum aliquis retorquet ad futu ra q̃ vult præcognoſcer ut dicitur iſtud omẽ, vel cum ex liniamẽtis manus conſideratis, vel figuris inſpectis in ſpatula animalis vult præcognoſcere futura, & dicitur chyrom an tia primũ, ſecũdum ſpatulamantia. ¶ Scien dum igitur ſecundum Tho. 2. 2. q. 95. Quod omnis præcognitio futurorum ſi extendatur vltra id ad quod illud, vnde ſumitur talis p̃ cognitio poteſt pertingere ſecundum ordinẽ naturæ, uel diuinę prouidẽtię erit ſuperſtitio ſum. Motus autem vel garritus auiũ, uel alię diſpoſitiones in huiuſmodi conſideratæ non ſunt cauſſa futurorum euentuum. Vnde cũ fu tura non poſſint in eis præcognoſci, ſicut ex cauſſis oportet, qui ſi aliqua in eis præcogno ſcantur hoc ſit inquãtum huiuſmodi motus vel uoces, uel diſpoſitiones ſunt affectus ali quarũ cauſſarũ q̃ ſunt cauſsãtes, uel & præco gnoſcẽtes futuros euẽtus. ¶ Notandũ igitur ꝙ inſtinctus naturalis, vñ mouẽtur bruta ad ſuas operationes cãri põt ex duplici cã. Vno mõ ex cã corporali. Cũ. n. bruta nõ hẽant ni ſi animã ſenſitiuã, cuius oẽs potẽtiæ ſũt actus corporaliũ organorũ ſubiacet eorũ anima di ſpoſitioni cõtinentiũ corporũ, & primordia liter cæleſtiũ, & iõ nihil prohibet aliquas eo rũ operatiões eẽ futurorũ euẽtuũ ſigna inq̃tũ cõfirmant diſpoſitionibus corporũ cæleſtiũex aeris cõtinẽtis ex quib. ꝓueniunt tales futuri euẽtus. Sed in hoc duo ſũt cõſiderãda. Primũ ꝙ hmõi operatiões nõ extẽdant, niſi ad ꝓco gnoſcẽda illa futura q̃ cãnt ꝑ motus cęleſtiũ corporũ. Secũdũ ẽ ut nõ extẽdat niſi ad ea q̃ aliqualiter põt ad hmõi aĩalia ptinere. Cõſe quunt. n. ꝑ cęleſtia copa cognitionẽ quãdã turalẽ & inſtinctũ ad ea, q̃ eorũ vitæ ſũt neceſ ſaria,

Inſtin-- ctus na- turalis cauſa- tur a duobus.

fāria, ſicut ſunt immutationes quæ fiunt per uētos, pluuias, & huiuſmodi. Alios euētus, q̄ huiuſmodi uelle ex motu, uel garritu animalīū præcognoſcere, ut caſus fortuitos & actus hominum pertinet ad ſuperſtitionem. Aliomodo inſtinctus horū cauſatur a cauſa ſpirituali, & hoc vel ex Deo ut patet ex colūba ſuper Chriſtum deſcendentem, & in coruo. Helyam paſcente, & cete Ionam continente, uel ex dæmōe qui vtitur operationibus brutorū ad implicādum homines uanis opinionibus. Eadem ratio uidetur eſſe de omnibus aliis huiuſmodi præter quām de hominibus, quia uerba humana quæ accipiuntur pro homine non ſubduntur diſpoſitioni corporum cæleſtium, ſed diſponuntur ſecundum diuinā p̄ uidentiam. Et quandoque ſecundum operationem dæmonum. Quod autē Ioſeph dixit per diſpenſatorem ſuum, quod non eſſet ſimilis ei in auguriandi ſcientia ſecundum Aug. locutus eſt ioco non ſerio. 22. q. 2. Quod ait. Et fortè hoc referens ad opinionem uulgi qui ſic credebat de eo. Tho. Auguria prohibentur. 26. q. 4 per totū, & ſpecialiter. 26. q. 5. in ca. Auguriis, de multis modis auguriorum habes. 26. q. 2. c. j. Ad omem pertinet, quod Gedeon obſeruauit recitationē ſomnii, & expoſitionem, ſed quaſi ordinata a diuina p̄uidētia. Et ſic Eliezer uerba Rebechæ obſeruauit pro omine accipiens. Tho. ubi ſupra Aug. 26. q. 4. ſciendum oſtendit, qđ dęmones futura cōtingētia cognoſcunt aliquādo per coniecturas. Et hoc multipliciter, partim ex ſubtilitate naturæ & acumine intellectus, partim ex lōga experientia, quæ ē magiſtra rerū. Aliquādo ēt ex prænūciatis a philoſophis. Aliquando prædicunt quæ ipſi ſunt facturi. Cogitationes etiam hominum ex ſignis exterioribus in corpore aliquando prouident.

Quaſr Dęmones futura cognoſcant.

¶ De ſortibus qđ eſt tertiū genus diuinatiōis & hoc fit cū aliq̄d ſerio fit ab hoībus, ut eius euētu cōſideratio inde aliquid occultū inotēſcat, ut uel quid alicui exhibendū, ut in ſorte diuiſoria, vel quid agendū ut in ſorte cōſultoria, ſeu quid futurū, & dr̄ ſors diuinatoria & fit multipl̄r, quia p̄ p̄tractionē punctorū, vel p̄ conſiderationē figurarū, quæ prouenīunt ex plūbo liquefacto in aqua p̄iecto, uel ex q̄buſdā cedulis ſcriptis in occulto repoſitis cōſiderādo quis accipiat, uel ex feſtucis inæqualibus quis quā accipiat, minorē, uel maiorē vl̄ ex p̄iectiōe taxillorū, q̄s plura pūcta p̄iiciat, vel ēt cōſiderādo q̄d aperiendo librū occurrat & hmōi. Euētus aūt ſortiū pōt expectari triplici cā, qa ex diſpoſitione corporū cæleſtium uel ex fortuna, vel ex cauſa ſpirituali. Si aūt expectetur a diſpoſitione corporum cę leſtiū ita quod ea intentione fiant quaſi actus humani qui requiruntur ad ſortes ſecūdum diſpoſitionem ſtellarum ſortiantur effectum eſt opinioni falſa, & per conſequēs ex ſuggeſtione dæmonum & ſic eſt ſuperſtitio. Si aūt expectetur euentus ſortium ex fortuna quod videtur habere locum in ſorte diuiſoria, non uidetur habere uitium, niſi forte uitium uanitatis, ſicut ſi aliqui non ualētes aliquid cōcorditer diuidere, uelint uti ſortibus ad diuiſionem, quaſi fortunæ exponentes quis quā partem accipiat. Si uero expectetur euentus a cauſa ſpirituali hoc eſt dupliciter, quia uel a diabolo, uel a Deo. Si a diabolo ſuperſtitioſum eſt & illicitum, & hæ ſortes ſunt q̄ prohibentur per canones. Vnde Leo papa. Sortes quibus cuncta uos ueſtris diſcriminantes, p̄uinciis quas patres damnauerunt nil aliud quam diuinationes & maleficia eſſe decernimus. 26. q. 5. ſortes, & eſt mortale, quia prohibentur in d. c. ſub pęna excommunicationis. Et quod inſtitutæ ſunt ab apoſtolis quædam ſortes quibus aliqui utuntur falſum eſt, quia a diabolo inuentæ ſunt, ut dicitur 26. q. 1. c. j. Si autem expectetur earum euentus a Deo, & tunc ſecundum ſe non eſt malum uti huiuſmodi. Et de his intelligitur illud Aug. 26. q. 1. Sors nō eſt aliquid mali, ſed in re dubia diuinam iudicans uoluntatem. Et tales fuerunt ſortes quibus uſi fuerunt patres, vt Ioſue in deprælienſione Acham de furto. Ioſue 7. Saul in depræhēſione Ionathæ ſup̄ eſu. 1. Reg. 14. & Ionas & Zacharias ſorte exiit ut incenſum poneret. Luc. 1. & Mathias ſorte electus. ¶ Poteſt tamē in ſortibus hmōi peccatū quadrupliciter reperiri. ¶ Primo a abſq; ulla neceſſitate ad ſortes recurrāt, hoc. n. videt̄ p̄tinē ad tentationē Dei. ¶ Secūdo ſi in neceſſitate, ſed abſq; reuerentia. Vnde dicit Beda ap̄li p̄miſerunt oſonem in electione Mathiæ p̄ ſortē. ¶ Tertio ſi diuina oracula ſcilicet ſortium ad ſeculari negotia, & uanitatem huius uitæ conuertantur ſecundum Augu. 26. q. 2. hi q. ¶ Quarto ſi in electionibus eccleſiaſticis q̄ę fieri debent ex inſpiratione ſpirituſſancti aliqui ſortibus utantur. Secus autem eſt in ſecularibus dignitatibus, quæ ad terrena diſponēda ordinantur, in quarum electione plures utuntur ſortibus, ſicut in temporalium rerū diuiſiōe, & uulgariter dicunt̄ ſcrutinia. Aliàs imminente neceſſitate licitū eſt diuinum iudicium implorare ſortibus cum reuerētia. Et ponit. Aug. exemplū cū tpe perſecutiōis eſſet

In ſortibus eſt peccatū quadrupliciter.

Sors expectatur ex triplici cā.

diſceptatio

disceptatio inter ministros Dei qui debebāt fugere ne omnes occidantur,& sic ecclesia deseratur,& qui remanerent ad consolationem aliorum,& si non potest alio modo determinari dicit in huiusmodi posse vti sortib. Tho. per totum. 2.2. q. 95. ¶ Ad sortem etiā pertinet vulgaris purgatio, scilicet iudicium ferri candentis, vel aquæ bulientis, vnde prohibetur: 2. q. 4. consuluisti. Tho. Gratianus. 26. qō. 2. §. His ita dicit in veteri testamento fuisse permissas sortes, sed tempore gratiæ tanquā perfectioris status prohibitas ne sub hac specie diuinationes hoies ad alium cultum idolatriæ transirent. De sorte Mathiæ dicit Dionysius quòd fuit quidam radius cęlitus immissus super Mathiam ad ipsius electionē.

Sortilegii purgatio.

§. 10. ¶ De obseruantia quæ est aliud genus superstitionis. Et primo de arte notoria in qua fiūt quædam ieiunia & orationes cum quibusdā obseruantiis vanis ad acquirendum scientiā, de qua dicit Tho. 2.2. q. 96. quòd est illicita & ineffica x. Ratio quare est illicita: est quia vtitur quibusdam ad scientiam acquirendā quæ non habent secundum se virtutem causandi scientiam; sicut inspectione quarundā figurarum, & prolatione quorundam ignotorum verborum & aliis huiusmodi. Et ideò huiusmodi ars non vtitur his vt caussis, sed vt signis, non autem vt signis diuinitus institutis, sicut sunt sacramentalia signa, vnde relinquitur quòd sint superuacua signa,& p cō sequens pertinentia ad pacta cum dæmonib. quę ut aliæ nugatoriæ artes noxiæ superstitionis repudiandæ sunt secundum Aug. 26. q. illud, & est mortale. Est etiam inefficax ad acquirendum scientiam. Et ratio est, quia p huiusmodi artem eum non attendatur acqsitio scientię per modum hmōi connaturalē. s. adinueniendo vel addiscendo: consequens est quòd istæ effectus expectetur uel a Deo vel a diabolo. Non a Deo potest dici quòd expectetur, quia & si aliquibus Deus dederit sciētiam & sapientiam per infusionē, vt Salomoni & apostolis, non hoc facit cum certa obseruatione, nec quibuscunque, sed diuidit singularis prout vult. 1. Cor. 12. Si expectatur a diabolo acquisitio sciētiæ per huiusmodi arte tunc cum acquisitio sciæ fiat per illuminationē intellectus,& ad dęmonē nō pertineat intellectum illuminare, sequitur p nunquam aliquis per dæmones scientiam acquisiuit. Quod etiam videtur dicere Porphirius, vt refert Aug in 4. de ciui. Dei. Possunt tamen dęmones hoīb. loquētes exprimere aliqua scia sine documēta, sed hoc nō ꝗrit̄ p artē notoriā.

Ars notoria est illicita.

¶ De obseruantia per incātationes, & aliquæ fiunt ad causandum sanitatem. Circa qđ dicit Tho. 2.2. qō. 96. q in his quæ fiunt ad aliquo effectus inducendos considerandum est si ista habent, vel putantur habere virtutem naturalem ad producendum illos effectus,& tunc non erit superstitiosum, nec illicitū vti talibus caussis, puta si quis teneat super se iaspidem, pro restrictione sanguinis & huiusmodi. Si aūt non videatur, q illa possint naturaliter illos effectus caussare, sed per adiunctionem aliquorum characterum, vel nominum ignotorum, vel alicuius vanæ obseruantiæ expectatur ille effectus erit superstitiosum & illicitum. Vnde Aug. dicit. Ad genus superstitionis pertinent oia remedia quæ medicorum disciplina condemnat siue incantationibus, siue in quibuscunque notis quas characteres vocant. 26. q. 2. illud. Et nota quòd dicit Tho. Quod si hoies in hmōi obseruationibus aliquid veri experti sint, a casu fuit, Sed postmodum cum homines huiusmodi obseruantiis animum implicant,& multa per huiusmodi obseruationes eueniūt per deceptionem diaboli, vt his obseruantiis implicati curiosiores fiā,& sic multipliciter illaqueantur, secundum Aug. 26. q. 5. Nec mirum. Et sunt reliquiæ paganorum. Quāuis ergo ēt efficatiā haberent non tñ licet facere, quia opere dæmonum fiunt. 26. q. 2. illud. Colligere tñ medicinalem herbam cum symbolo, vel oratione dominica ex deuotione sine alia superstitione & ea vti non reprobatur. 26. q. 5. Nō liceat ſm Rayn. ¶ De incarnatricibus dicit Guil. q si nil superstitiosum dicunt vel docent, vel faciunt: sed tm̄ vtuntur licitis p̄cib. & adiurationibus, sicut per passionem, & crucē Christi,& hmōi: non credo quòd peccent mortaliter, nisi fecerint hoc post prohibitionē ecclesiæ eis factam. Sed credo q sint phibendi viri & mulieres a talibus; quia multa inutilia solent admisceri & superstitiosa, nisi forte sit sacerdos, vel religiosus, & discretus, aut etiam laicus excellentius vitæ, qui fusa oratione licita super infirmū manū imponat. Sed si exemplo eorum timeatur, q alii superstitiosi carminationis sibi sumant abusum, forte etiam deberent a talib. abstinere, iuxta illud. Ab omni specie mala abstinere vos, extra de uita,& hone. clerico. Cum ab omni.

§. 11. Incantationes p sanitate sunt illicitæ.

De incarmina tricibus

¶ De incantationibus serpentum, vel aliorū animaliū Dicit Tho. q si habeatur respectus præcisè ad verba sacra, & virtutem diuinam non erit illicitum, si non immiscētur cū verbis sacris aliquæ vanæ obseruationes, quia tunc

§. 12. Vtrū incantare serpētes sit licitū.

tunc illicitum. ¶Et nota quòd hii qui vtũtur huiusmodi incantationibus vel breuibus superstitiosis, etsi fortè excusentur a mortali, cum ista faciunt simpliciter putando fore licita: cum ibi nõ apparet manifestè inuocatio dæmonũ, vel pactio cũ dæmone, vel adoratio creaturæ, nec audierunt esse prohibita. Tũ illi qui audierunt hmõi esse illicita, & prohibita a p̃dicatoribus, vel confessoribus, vel a discretis personis, & eis vtuntur, non vr̃ q̃ possint excusari a mortali, cum sint cõtra reuerentiã diuini cultus, & faciant scienter. ar. 8. di. Ignosci. Et idem de consulentibus, & permittentibus quorum interest prohibere. 2. q. 1. Notũ.

¶Quædam aliæ incantationes fiunt ad nocumentum hominũ, vt quòd aliquis paulatim consumatur, vel quòd non possit cognoscere vxorem, & huiusmodi. Et hæ incantationes dicuntur maleficia. Et dicit Aug. quòd turbãt mentes hominum minus cõfidentiũ in Deo, & sine veneni hausti violentia carminis interimunt. 26. q. 5. Nec mirum. Dicuntur etiam hi cõuertere hoies maleficiis suis in bestias, non tñ rei veritate, sed vel ludificatione dæmonũ, vt faciunt hoies bestias videri, vel fictione poetica hæc referuntur. Tales aũt vltra mortale & grauissimũ s̃m leges morte puniũtur, & secundum canones debet eis negari cõmunio, ac etiam eiici de parrochiis, & aliis modis puniri secundum Raynaldum.

§.13. ¶De obseruantia circa breuia, & adiurationes. Dicit Tho. 2. 2. q. 96. esse cauendum q̃ nõ reperiatur in eis aliquid horum. ¶Primo, ut non sit ibi aliquid pertinens ad inuocationẽ dæmonum: quia sic esset superstitiosum. ¶Secundo, ut non contineat nomina ignota, ne sub illis aliquid lateat illicitum. ¶Tertio ne aliquid falsitatis contineat: quia sic eius effectus non posset expectari a Deo, qui nõ est testis falsitatis. ¶Quarto cauendum ne cũ uerbis sacris contineantur aliqua vana, puta characteres scripti & huiusmodi signa præter signum crucis. ¶Quinto vt spes non ponatur in modo scribendi aut ligandi, puta q̃ scribatur in charta virginea, vel in ortu solis, vel dũ legitur euangelium, vel quòd oportet ligari cum tot filis, vel appendi per virginem hominem, vel q̃ nullus debet uidere, & hmõi vanitatibus quæ ad Dei reuerentiam non pertinent, quia illicita essent & superstitiosa. ar. 26. q. 5. nõ licet, & q. 2. c. illud. vbi dicit Aug. q̃ ad superstitionem pertinent omnes ligaturæ, & remedia quæ medicorum disciplina cõdemnat: in quibuscũque rebus suspendẽdis, atque ligandis. ¶Dicit etiam Guil. quòd illa breuia, quæ continent huiusmodi. Si quis portauerit hæc non peribit in igne vel aqua, non morietur morte subitanea: vel consequentur tale bonum, talia sunt reprobanda non portãda. Et peccant facientes & vtentes, & cõsulentes: & vendentes: nisi fortè fuerint adeò simplices q̃ ignorantia debeat eos excusare, cum huiusmodi non fuerint edocti. Et de his intelligo dictum Gre. 26. q. 5. c. 2. Si quis ariolos, aut incantatores, obseruauerit aut philacteriis vsus fuerit anathema sit: philacteria dicuntur schedulæ. De portantibus aũt reliqas ad collum dicit Tho. vbi supra, q̃ si hoc fit ex reuerentia Dei & sanctorum, in quibus habẽt fiduciam nõ adiuncta aliqua vanitate licitũ est de se. Sed si addatur aliqua obseruantia, ut q̃ vas earum debet esse triangulare, & huiusmodi superstitiosum erit & malum.

De breuibus & adiurationib.

¶De obseruantia temporum vel dierum. Nota q̃ si obseruaretur tempus, vel dies ad aliqd faciendum ex causa naturali puta cauet quis sibi a sumptione medicinæ vel minutione in fine lunaris, arbores etiam incidit, vel plantas s̃m dispositionẽ lunæ quæ multum operatur in ista inferiora non est superstitiosum nec illicitum. Sed si non mouetur aliqua causa naturali, sed falsa opinione, quia putat aliquos dies fortunatos, & alios infortunatos: superstitiosum est & friuolũ: vt si quis vtitur herbis collectis in mane ascensionis, vel balneat se in nocte natiuitatis b. Io. Bap. vel in Klendis non vult aliquid dare vel hmõi; oia sunt vana. Vnde Aug. 26. q. 7. sic ait. Non obseruetis dies, qui dicant egiptiaci aut Kalendis ianuarii, in quibus cantilenæ quædam comesationes, & adinuicem dona donantur quæ in principio anni boni fati augurio, aut aliquot menses, aut tempora, aut dies, aut annos, aut lunæ solisque cursum; quia qui has aut quascũque diuinationes, aut fata, aut auguria obseruat aut attendit, aut consenti t obseruantibus inutiliter, & sine causa magis ad sui dãnationem quàm salutem tendit. Vnde Apostolus. Dies obseruatis & mẽses & annos: timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis Ga. 4. ¶Nota s̃m Ni. de Ly. dicuntur dies egyptiaci, vel quia illis dieb. fuit percussa egyptus & plagata, vel quia egyptii primo inuenerũt tales dies cauendos, tanquã infaustos. De inuestigatione rerum perditarũ per inspectionẽ astrolabii, quamuis aliquis dicat licitum si fiat absque superstitione: tamen Host. Gui. & Gof. dicunt simpliciter cõtrarium, scilicet q̃ nunquam est licitum extra eo. ex tuarum.

§.14. Obseruatores tẽporũ vel dierum.

Dies Egyptiaci

¶De quibusdã aliis superstitionibus: & primo

§.15.

mo de mulieribus credentibus se cum Diana vel Herodiade nocturnis horis æquitare vel se in alias creaturas transformari, vt dicitur de his quæ vulgariter dicuntur strigæ vel ianuaticæ. Dicit concilium Aquil. quod hæc fiunt illusione diabolica. Sathanas enim diuersas formas & similitudines creaturarū repræsentat phantasiæ dormientis, qui huiusmodi sectatur, & sic illudit vt videatur illi esse in corpore vigilantis quod est in spiritu. i. phantasia dormientis. 26. q. 5. episcopi vbi in fine c. dr. Qui credit vel asserit posse fieri aliquā creaturam aut in melius deteriusue immutari aut transformari in aliam speciem, vel similitudinem quam a Deo creatore infidelis est. Et dicit gl. Guil. hoc verum est, post quam audiuit quis super huiusmodi veritatē, & credit hęc: & qui pertinaciter asseuerit: tunc est mortale. ¶ Nota de fascinatione paruulorum dicit Pet. de Taran. super epistolas Pauli, ꝙ fascinare dupliciter intelligit. Vno modo pro ludificare: cum scilicet arte magica non vt res, quæ est ante oculos. Alio modo malo oculo alicuius inspici, & inde lædi. Sunt enim aliqui qui habēt oculos vrentes, q respicientes paruulos teneros lædunt: ita vt cibum ex stomacho eiiciant & nauseam patiantur. Et hoc secundum naturam possibile est. Anima enim vehementer affecta immutat oculum, oculus immutatus immutat aerem, aer autem immutat teneram carnē pueri, & sic lædit, vt cibum euomat, primum in faciente mortale est in patiente nullum, secūdum in agente peccatum non est, ex quo naturale est, nisi studiosè se fieret ad nocendū. Non tamen facienda est aliqua incantatio, vel superstitio ad hoc remouēdum, vt faciūt mulieres & frequenter. ¶ De illis verò clericis, qui altaria induunt lugubribus vestibus, vel consueta luminaria extinguunt, & hmōi, si faciunt hoc ad imprecandum alicui malū propter priuatum odium mortaliter peccāt. Et similiter si dicunt vel dicere faciunt missā de requiem pro persona viua vt moriatur. Sed si fiant ad humiliationem prius dicta scilicet vestire altaria vestibus lugubribus, uel etiam expoliare non est prohibitum 27. quæstio. 5. quicunque. De sacrificantibus Deo nummorum, scilicet Mammonæ vt diuites fiant. Et de facientibus sortilegia cum aqua baptismi, vel oleo sancto, vel crismate: dicit Guilielmus, quòd talia sunt enormia ꝓpter idololatriam, & per enormen superstitionem, non tamen præcisè dicendum est eis, quòd aliàs non sit eis salus si pęniteant, sed absoluendi sunt. Est tamen hic casus episcopalis, & secundum quosdam incurritur irregularitas etiam si occultum sit. Et idem videtur dicendum de illis qui tradunt se diabolo vel ex desperatione, vel ut aliquid obtineant ab eo, etiam si instrumentum fecerent, sicut legitur de quibusdam. De imaginibus astronomicis dicit Thomas vbi supra, quòd non habent effectum a corporibus cęlestibus, sed a diabolo, quia necesse est ibi scribi quosdam characteres, qui naturaliter ad nihil operanē.

De mulieribus de nocte æquitantibus.

De fascinatione paruulorum.

Qui induūt altare lugubrib.

¶ De triplici infidelitate. Cap. 2.

DE infidelitate nunc agendum. Quod infidelitas sit peccatum sic probatur: qa uirtuti contrariatur vitium, sed fides est virtus, ergo infidelitas est vitium, quæ ei contrariat. ¶ Sed pro huius declaratione dicit bea. Tho. 2. 2. q 10. quòd infidelitas potest accipi dupliciter. ¶ Vno modo secundum puram negationem, vt scilicet dicatur infidelis solum ex hoc quod non habet fidem. Et secundum hoc infidelitas non habet rationem peccati, sicut in illis qui nil audierunt de fide, sed magis hēt rationem pœnæ, quia scilicet talis ignorantia diuinorum ex peccato primi parentis consecuta est, qui autem sic sunt infideles damnentur quidem secundum illud, qui non crediderit condemnabitur Mar. vl. Damnantur autem tales propter alia peccata, quæ sine fide remitti non pūt, non aūt damnantur propter peccatum infidelitatis. Vnde Aug. tractans illud quod ait Christus Si non venissem, & locutus eis non fuissem pc̄tm non haberent, dicit ꝙ loquitur de peccato quo non crediderūt in Christum. s. infidelitatis. Tñ ut dicunt docto. pie credēdū est, ꝙ si quis in loco esset vbi nil audisset vel audire posset de fide si ꝑm rationē naturalē viueret, & non implicaret se aliis vitiis, Deus eū non defereret, sed aliquo modo eum illuminaret per se, vel per aliquē ad credendū. Gui. n. vult Deus miseretur, & quē vult indurat. Non ergo inuiti sunt saluādi, sed uolentes, sicut hō proprii arbitrii volūtate serpenti obediens periit, ita vocāte se gra Dei quisq; propriæ mentis conuersione saluatur di. 45 de Iudæis. ¶ Secundo mō accipit ꝓt infidelitas ꝑm contrarietatē ad fidē, quia. s. aliquis repugnat audiui fidei, vel contemnit eā ꝑm illud Esa. 53. Domine quis credit auditui nr̄o? Et in hoc ꝓpriè ꝑficitur rō infidelitatis, & ꝑm hoc est infidelitas speciale peccatum. Nec est contra hoc quod dicit Dama. s. ꝙ pec

Infidelitas capitur dupliciter.

catum est cõtra naturam cum habere fidem non sit in natura humana, quia supra rationem est per Dei infusionẽ, quia quãuis hoc sit tñ vt idem Thom. dicit in natura humana est, vt non repugnet diuino instinctui & exteriori veritatis prædicationi. Sic.n. infidelitas est cõtra naturã. Oritur aũt infidelitas ex peccato superbiæ ex superbia enim procedit, q̃ hõ nõ vult subiicere intellectum suum regulis fidei, & sano intellectui patrum. Posset ẽt dici q̃ sicut virtutes theologicę non reducuntur ad cardinales, sed sunt priores eis. Ita & vitia opposita virtutibus theologicis nõ reducuntur ad vitia capitalia, sicut opposita vitia cardinalibus virtutibus b. Tho. vbi supra. Est autem hoc uitiũ in intellectu, sicut in proximo subiecto, in voluntate verò sicut in primo motiuo, scilicet ad dissentiendum ab his quæ sunt fidei. ¶Est autem triplex infidelitas scilicet Paganorum, Iudæorum, & Hæreticorũ. Et Pagani neutrũ testm̃ recipiunt, nisi qa Samaritani tñ quinq; libros Moysi. Saraceni aliquas cerimonias legis. Iudæi vetus testm̃ quantum ad corticem. Hæretici vtrũq; testm̃ communiter recipiunt, sed falsè exponunt.

¶Item nota secundum Tho. ibidem q̃ quãuis opera infidelium quæ sunt de genere bonorum, vt ieiunia, eleæmosynæ, & huiusmodi non sunt eis meritoria propter infidelitatẽ quæ est grauissimum peccatorũ, tamẽ quia peccatorum non corrumpit totum bonũ naturæ, sed remanet in eis lumẽ naturale: ideò non omnis actus eorum est mortale peccatum, sed actus procedens ex ipsa infidelitate, vel relatus ad ipsam: etiã sit sit de genere bonorũ: puta Saracenus ieiunat, vt seruet legem Machometi de ieiunio mandantem, Iudæus celebrat suas festiuitates & huiusmodi, in his est mortale. Et de his intelligitur illud dictũ. Aug. Omnis infidelium vita peccatorum est 28. q. 1. §. 2. Sed ieiunando ob castitatẽ seruãdam, & alia faciendo ex dictamine rõnis naturalis non peccat dicendo verbũ ociosum ex se non nisi venialiter peccat. ¶Item nota q̃ dubitare de aliquo eorum quæ sunt fidei ex deliberatione rationis, quia scilicet vult dubitare non magis declinans ad vnam partem quam ad alteram quod est prpprie dubitare est peccatum mortale, quia infidelitas extra de hæreti. c. 1. Dubius in fide infidelis est, secus si aliquando uacillaret circa ea quæ sunt fidei per modum tentationis, & cũ displicentia rõnis, quia tunc veniale vel nullũ peccatum est. Et similiter si quis crederet, q̃ quilibet in sua fide, vt Iudæus, Saracenus, & hmõi saluaretur, dummodo seruaret legem suã, & viueret sm rõnem naturalem: hoc enim est dubitare de fide sua immo non credere Christo dicenti Marci ultimo. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Qui verò non crediderit condemnabitur. Non. n. quis saluari põt nisi in fide catholicæ ecclesiæ. 24. q. 1. Quia ex sola.

Infidelitas oritur ex superbia.

Quæ opera infidelium sint peccata.

Dubitare de fide ẽ peccatum mort.

¶Ad fidem suscipiẽdam nullus Iudæus, vel gentilis debet cogi, rõ est sm beatus Thomã vbi supra, quia credere est voluntatis. Vñ dr distinct. 45. De Iudæis præcepit sancta Synodus nemini vim inferre ad credendũ, cui enim vult miseretur Deus, & quẽ vult indurat, non ergo inuiti sunt saluandi, sed volentes, vt integra sit forma iustitiæ, sicut hõ proprii arbitrii uoluntate serpenti obediens periit, ira uocante se gratia Dei quisquam credendo propria mentis conuersione saluatur distinct. 45. de Iudæis. Sed susceptam etiam metu tormentorum, & mortis cogendus est retinere, vt dicto capitulo. De Iudæis. Et qui redeunt ad Iudaismum etiam si infantes fuerint baptizati, vel metu mortis ad baptismũ adducti debet procedi contra eos sicut contra hæreticos. Et similiter contra talium fautores extra de hære. contra Christianos libro sexto. Si qui tamen infideles cogerentur absoluta coactione, & per uiolentiam non susceperent sacramentum, vnde nec essent cogendi ad retinendum ex quo non susceperunt, secus de coactione conditionali, vt dictum est. Debent verò Iudæi, & alii infideles adduci ad fidem rationibus persuasionibus, & auctoritatibus, ostendendo ex eorum libris eorum errorem, & dulcibus modis vt Greg. distin. 45. Qui syncera. Possunt ẽt ad fidem adduci secundum Guilielmũ promissis & muneribus non quidem factis pro fide suscipienda: quia hoc esset symonia, sed ad captandũ benuolentiam, & excludendum ab eis timorem inopiæ & huiusmodi. 1. qõ. 2. quampio. Possunt etiam adduci ad fidem secundum Ray. per grauiorem exactionem pensionum ab eis: in principio tamen locationis nõ post. 24. q. 3. debet. Item nota quòd possessiones & alia bona mobilia & immobilia Iudæorum vel aliorum infidelium ad fidem conuersorum non dicunt auferri ab eis: nisi sint vsuraria vel de vsuris empta obnoxia restitutioni extra eo. de Iudæis. Vsuraria autem eorum dicunt restitui eis a quibus extortæ sunt vsuræ, vel eorum hæredibus. Qđ si non inueniuntur poterunt ipsis ad fidem conuersis per episcopum tanquam pauperibus

§. 1. Iudæus an sit cogendus ad fidẽ.

Iudæi ad fidẽ adduci debent.

Iudæis conuersis dñt auferri vsuraria

bus diſpẽſari. Ray. & hoc in votũ vel inparte ſecũdũ quantitatem ipſorum bonorum, & qualitatẽ conuerſorũ plus vel minus indigẽtium, extra de uſuris cum iu. Si a uté inuitis parentibus tales baptizati eſſent, videtur qđ ſint cogendi ad ſecundum fidem receptam in baptiſmo. Guil. etiam dicit quod non licet nutricibus occulte baptizare paruulos Iudęorum, ſed ſi in articulo mortis hoc facerẽt credit quod non peccarent &c.

§.2. ¶ De diſputando de fide cum infidelibus dicit Tho. 2.2.q.10. quod in huiuſmodi diſputatione ſunt duo conſideranda. Vnũ ex parte diſputantis, quia ſi diſputat tanquam de fide dubius volens experiri per rationem & veritatem, tunc peccat proculdubio tanquam infidelis. Si autem diſputat ad confutãdum errores vel cauſſa exercitii laudabile eſt. Aliud eſt conſiderandum ex parte audientiũ, quia aut ſunt inſtructi in fide & firmi, & tunc nullum periculum eſt diſputare coram eis. Aut ſunt ſimplices & in fide titubãtes, & tũc diſtinguẽdum eſt, quia ſi ſollicitãtur ab infidelibus nitentibus in eis fidem corrumpere, tunc neceſſe eſt publicè diſputare, dummodo inueniantur aliqui ad hoc idonei, per hoc enim ſimplices in fide firmabuntur, & tolletur infidelibus decipiendi facultas. Si vero non ſunt ſollicitati, tunc periculoſum eſt coram eis diſputare de fide quorum fides. ſ. ſimplicium ex hoc redditur infirmior, quod nihil aduerſum audierũt. Et ideo nõ expedit eis ut audiant uerba infidelium diſputãtium cõtra fidem. Hæc Tho. Et ſic intelligendum eſt illud Gelaſij. 24. q.3. cum quibus. Vbi dicitur. Canonum magiſtris, atq; cuſtodibus noſtris nullũ phas eſt inire certamen cum hominibus cõditionis, alienę. Vbi glo. cũ hęreticis nõ ẽ diſputandũ, nec cum aliquo de fide. C. de ſum. tri. l. Nemo. Sed ad hoc poteſt diſputari cum eis ut conuincantur, non ut in dubium reuocent fidem noſtram. Prohibentur autem omnes laici diſputare de fide occultè, uel publicè extra de hæreticis quicunq; libro. 6.

§.3. ¶ De conuerſatione fidelium cum infidelibus quomodo ſit prohibitum. ¶ Nota primo qđ cum hęreticis prohibita eſt ẽt locutio fidelibus & hoc quia excommunicati ſunt, extra de hæret. excommunicamus, & 11.q.3. cum excommunicato. Sed cum alijs infidelibus ut Iudæis, & Saracenis non eſt prohibita locutio, ſed nimia familiaritas, & conuerſatio. Vnde 28.q.1 dicitur. Omnes deinceps clerici ſiue laici Iudæorum conuiuia uitent, nec eos quiſquam ad conuiuium excipiat, quia cum apud chriſtianos communibus cibis nõ utantur, indignum atque ſacrilegum eſt eorum cibos a chriſtianis ſumi, cũ ea quæ apoſtolo permittente nos ſumimus ab illis iudicentur immunda, ac ſi inferiores incipiant eſſe chriſtiani, quam Iudæi ſi utamur cibis eorum, & ipſi noſtros contemnant. Et dicit ibi glo. quod idem eſt de gentilibus, ut Saracenis quia & ipſi hodie iam cibos diſcernunt, licèt enim non contineantur verbis edicti. ut 11.q.3. ad menſam continẽtur tamen in alijs. ff. de peti. hære. l. Item ueni. Ita ſic. 3.q.1. multi. Et aſſignat ibi glo. rationem quare non eſt phibitum loqui cum Iudæis, & eſt prohibitũ comedere cum eis, quia. ſ. maior familiaritas ẽ in cibo ſumendo quam in colloquendo. Et facilius qui decipitur inter epulas. 22. q.4. Vnuſquiſq; Th. autem. 2.2.q.10. dicit, qđ illi qui ſunt firmi in fide ita quod ex cõuerſatiõe cum infidelibus non timetur de eorum ſubuerſione, ſed ſperari poteſt ex hoc infidelium conuerſio, non ſunt prohibendi cum illis cõmunicare. Sed infirmi de quibus timeri poteſt prohibendi ſunt extra caſum neceſſitatis ne cum illis conuerſentur Tho. Sed & firmi etiam cautè debẽt illud agere ne infirmos ſcãdalizant. 12.q.1. Nolo.

Comedere cũ hæbreis phibet.

Diſputãtes cũ hæreticis puniti de iure ciuili.

Loqui cum hęreticis prohibetur.

¶ Pueri Iudæorum, & aliorum infideliũ non ſunt baptizandi inuitis parentibus ſecũdum Tho. 2.2.q.10. ait. ult. quod probatur triplici ratione. Prima eſt propter periculum fidei. Si enim pueri nondum uſum rationis habentes fidem ſuſciperent cum poſtmodum ad perfectam ætatem peruenirent poſſent de facili a parẽtibus induci ut relinquerent, quod ignorantes ſuſceperant, quod vergeret in fidei detrimentum. Secunda ratio eſt, quia hoc repugnat iuſtitię naturalis, filius enim naturaliter eſt aliquid patris, & primo quidem a parentibus non diſtinguitur ſecundum corpus quãdiu in utero matris continetur. Poſtquam uero ex utero matris egreditur antequã uſum liberi arbitrij habeat continetur ſub cura parentum, ſicut ſub quodam vtero ſpirituali. Quandiu enim puer non habet vſum rationis non differt ab animali irrationali. Vnde ſicut bos & equus & huiuſmodi eſt alicuius ut utatur eo cum uoluerit ſecundum ius ciuile, ſicut proprio inſtrumento, ita de iure naturali eſt qđ filius antequã habeat uſum rõis ſit ſub cura patris, vnde contra iuſtitiã naturalẽ eſſet ſi puer antequam habeat uſum rõis a cura parẽtũ ſubtrahatur, uel eis inuitis de eo aliquid ordinet. Sed poſtquã incipit hre uſum liberi arbitrij, iã ẽt incipit eẽ ſuus & pt quãtũ

§.4. Pueri Iudeorũ inuitis parentibus nõ ſunt baptizandi.

ad ea quę ſunt iuris naturalis vel diuini ſibijpſi prouidere. Et tũc poteſt indici ad fidẽ, non coactione ſed perſuaſione, & poteſt inuitis parentibus baptizari. ¶ Tertia ratio eſt cõ ſuetudo eccleſiæ quæ habet maximã auctoritatẽ, vñ eſt ſemper emulanda. i. imitanda, quę inducta eſſe credenda eſt ex prædictis rationibus aſſignatis, Tanta enim eſt auctoritas ecclesię ut ab ipſa doctrina doctorũ habeant auctoritatẽ. Vnde magis ſtandum eſt auctoritati eccleſiæ quam doctrinę cuiuſcunq; doctorum Gre. Agu. Hiero. & aliorum. Vſus autem eccleſię qui ad auctoritatẽ eius pertinet hoc nunquã habuit q̃ filii Iudæorum inuitis parentibus baptizarentur quamuis fuerint retroactis temporibus multi principes catholici, & potentiſſimi vt Conſtantinus & Theodoſius, quib. familiares fuerũt ſantiſſimi epiſcopi, ut Syluester Conſtantino. Ambroſius Theodoſio, qui in nullo mõ prætermiſiſſent hoc ab eis impetrare, ſi uidiſſent hoc eſſe conſonũ rõni. Et ideo periculosũ videtur contra hanc aſſertionem de nouo introducere cõtra conſuetudinẽ in eccleſia hactenus obſeruatã, q̃ Iudæorum pueri inuitis parentibus baptizentur, & qa non ſunt facienda mala ut eueniant bona ſcđm Apoſtolũ ad Ro. 3. Facere. aũt iniuriam alteri eſt malũ, fit autem iniuria parẽtibus ut eis inuitis eorũ pueri, q̃ ſunt ſub eorũ cura baptizentur, & ideo non debet, hoc fieri etiã propter bonum ſequendum ut liberentur a periculo mortis eterę, rumpitur enim ordo iuris naturalis. Sed nec prędicatoribus, uel prælatis committitur cura talium, ſed parẽtibus ſuis q̃ habẽt eis prouidere de ſacramẽtis ſalutis antequã habeãt vſum rõis. Vñ de pueris antiquorũ dr̃, q̃ ſunt ſaluati in fide parẽtũ & ideo nõ imminet aliquod periculum ipſis prælatis & prędicatoribus ſi patiantur illorum paruuli detrimentum ſalutis propter ſubtractionem ſacramentorũ, ſed parentibus eorum qui hoc non procurant. Idẽ Tho. Guil dicit q̃ non licet nutricibus Iudęorum paruulorum inuitis parentibus baptizare eos, ſed ſi in articulo mortis hoc faceret credit qđ nõ peccarẽt. Ex his aũt q̃ dicit Th. & præcipue in prima ratiõe, videtur ſatis clarè elici, q̃ quãuis baptizati tales. ſ. nõ debeãt inuitis parentibus, tamen ſi contrarium fiat recipiũt verè baptiſmũ quod mihi placet, quã uis Pe. de Pa. in 4. teneat contrarium, ut patet in tertia parte titu. 14. c. 42. §. 9. Qui autem ſuſceperint fidem, ſeu baptiſmum ex infidelibus ſeparandi ſunt a parentibus, & ſic intelligit glo. ibi, & bene illud capitulum. Iudęorũ filios, vel filias ne parentum ultra inuoluantur erroribus, ab eorum conſortio decernimus ſeparari, vigeſimaoctaua quæſtione prima Iudæorũ. Vbi gl. p baptiſmũ enim ſoluit. ius patriæ poteſtatis, nec tamen priuabuntur illi paterna ſucceſſione extra de iu. c. Iudæi.

Pueri antiquarum fuerunt ſaluati in fide Iudæis.

¶ *De infidelitate Iudæorum & ritibus aliorum in fideliũ, & de participatione cum eis, & de exactionibus in eos, & de ſeruientibus eis. Cap. 3.*

PRohibetur habitatio cum Iudæis, & balneatio. Vñ 28. q. 1. dicitur, Nullus eorum q̃ in ſacro ordine ſunt aut laicus azyma eorũ manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus ſuis uocet, aut medicinã ab eis percipiat, aut ſecum eis in balneo lauet. Si quiſquam hoc fecerit ſi clericus eſt deponatur, ſi laicus excommunicetur. Et dicit ibi glo. niſi ſit miſſus ad prædicandum eis, extra de Iudæ, quam ſit laudabile. Debent autem puniri contrafacientes modo prędicto ſecundum Ray. Si poſtquam fuerint admoniti ſe nõ abſtinẽt ab huiuſmodi. Guile. tamen dicit quod in neceſſitate poſſunt emi, & comedi azima Iudęorũ. Idẽ videtur ſentire Hugo. de medicinalibus in caſu neceſſitatis, cũ. ſ. alius nõ inuenit ſufficiens medicus. Hoſti. ẽt dicit, qđ chriſtiani nõ debent eſſe ut aſſidui intra duorũ Iudæi, nec tãquã famuli, aut nutrices, aut obſtetrices, alias ſi ipſi chriſtiani nolunt diſcedere, debẽt excõmunicari extra de Iudę. c. iudæi. Sed extra domũ poſſunt eis, ſeruitia facere, & poſſunt eſſe coloni eorũ, extra. eo. Multorum. Nota etiam ſecundum Hoſtien. qđ poſsẽt chriſtiani Iudæos habere in ſeruos & emere extra eo. Et ſi Iudęos, nõ tñ debent cum eis morari, ita qđ habẽt eos tanquã familiares. Iudęi enim ut dicit Ioan. An. ſunt difficiliores ad conuertẽdum, & peritiores, alias promptiores ad ſubuertẽdum quã Gentiles. Si autem uoluerint fieri chriſtiani ſiue Iudęi, ſiue Gẽtiles nõ poterũt domini eorũ prohibere. 10 q. 2. duæ ſunt. Tamen ſecũdũ Ray. & Tho. per baptiſmum nõ liberant a ſeruitute ſed remanẽt ſui, quia ſeruitus ẽt introducta ẽ de iure diuino. ar. di. 35. ſexto. Et p iuſ gentiũ di. 1. Iuſgẽtium. Et per ius canonicum approbata 12. q. 2. Eccleſiarũ ſcđm Hoſtiẽ. & Gof. Et addit Ray. quod ubi de bona cõſuetudine non ſolẽt chriſtiani eſſe ſerui, cõſulendũ ẽ dño, q̃ i remiſſióe pctõrũ ſuorũ manu mittat, vel ſaltẽ pecũia mẽdicata vt fuitio ad tps pſtito ſe redimat. 12. q. 2. Cum redẽptor. Sed qa hoc cõſiliũ eſt & piũ, ſi qs cõtrariũ faciat, ſ

Balnearе cum Iudęis prohibẽtur.

Non debẽt chriſtiani ſeruire Iudęis.

retinendo

retinendo talem cõuersum ad fidem in serui tutem, vel etiam alteri vendendo non credo, q̃ peccet, quia q̃d non est prohibitum intelligitur esse concessum. arg.13.q.2.Ebron. §.sequenti in fine. Sed hoc non reperitur prohibitum. Hoc etiam asserit dñs Ioan.do.in libro qui dicitur Lucula noctis.

§.1. Iudei priuant officiis publicis

¶A quibus Iudæi sunt prohibendi inter christianos conuersantes. ¶Primo secundũ Ray. ne habeãt aliqua officia publica, ne occasionẽ habeant seuiendi in eos vt di.54.Nulla.& 17. q.4.Constituit, q̃ si Iudæus talia officia susceperit debet ei denegari christianorum communio, donec quicquid acceperit ex tali officio per prouidentiã diœcesani cõuertatur in vsus pauperum, & ipsæ officiũ dimittat. ¶Itẽ nullus fidelis põt aliquid congregationi Iudæorum vel Iudæo, vel Pagano in testamẽto relinquere & si fecerit etiam post mortem iudicatur anathema.vt 24.q.2.sane. Et intelligẽdum videtur nisi legaret ad subueniendũ magnæ necessitati. ¶Item non debent permitti Iudei nouas exigere synagogas, sed veteres reficere dũmodo ampliores, vel pciosiores non faciãt solito. Et ritus & solẽnitates suas sunt prætermittendi facere extra eodem cõsuluit. ¶Itẽ in diebus lamentationis & dñicæ passionis nõ debent in publicum prodire extra eo. in nonnullis. Quod etiam in die parasceues non debent habere hostia vel feneſtras apertas extra eodem: Quia super his. Item cogendi sunt tales habitum deferre cõtinuè, quòd ab aliis manifestè distinguantur extra eodẽ.

Iudæus non fert testimonium.

In nonnullis. ¶Itẽ cogendi sunt ad decimas prædiales præsoluendas extra de deci. De terris. Item cogendi sunt christianos testes recipere contra se, sed Iudæus non potest ferre testimonium contra christianum, extra de testibus. c. Iudæi. Item Iudæis permittitur agere, & conuenire apud iudices nostros & nõ apud seniores eorũ. Arbitriũ possunt eligere etiam Iudæum, cuius sentẽtiam exequatur ordinarius. C. eodem ti. Iudæi. ¶Itẽ in sabbatis suis non debent trahi ad iudicia, nec ipsi alios trahant. Sed nec in aliis festiuitatibus suis dẽnt turbari, nec sepulchra eorum obtentu forte pecuniæ effodi, vt C. eodem ti. die sabbati, & extra eo. sicut Iudæi. ¶Pro maiori declaratione eius quod dictum est in præsenti. §. in prin ci. Nota secundum Thomam secunda secundæ.q.10.art.10.q̃ dominium & prælatio infidelium super fideles potest dupliciter considerari. Vno modo quantum ad dominium, & prælationẽ de nouo instituendã & hoc nullo modo debet permitti, hoc enim cederet in

Prælatio Iudæorum super fideles.

scãdalum, & periculum fidei. De facili enim illi qui subiiciuntur iurisdictioni aliorũ immutari possunt ab eis quibus subsunt, vt sequãtur eorũ imperiũ, nisi illi subditi sint magnæ virtutis. Similiter ẽt infideles contemnerent fidem, si fidelium defectus scirent. Et iõ Apostolus.1.Corin.6. prohibet fideles cõtendere in iudicio coram iudice infideli. Et sic ecclesia prohibet infideles præfici in quocunque officio super fideles, vt in d.c.Constituit. 17.q.4. ¶Alio modo potest cõsiderari dominium infidelium super fideles prout est iam præexistens. Vbi sciendum dominiũ & prælatio introducta sunt iure humano: Sed distinctio fidelium ab infidelibus est ex iure diuino. Ius aũt diuinum quod est ex gratia nõ tollit ius humanũ, quod est ex naturali rõne. Et iõ distinctio fidelium & infidelium ſm se cõsiderata non tollit dñium infidelium super fideles, potest tñ iustè per ordinationem ecclesiæ auctoritatem habentis de ipsis infidelibus super tale dominium auferre ius dñii, & prælationis, quia infideles merito suæ infidelitatis merentur amittere ius prælationis q̃d habent super fideles, qui transferuntur in filios Dei. Sed hoc ecclesia q̃nque facit q̃nq; non facit. In illis enim infidelibus qui tẽporaliter subiiciũtur ecclesiæ & membris eius, hoc ius ecclesia statuit, ut ſ. seruus Iudæorũ factus christianus statim fit liber nullo ptio dato, vt dist.54.Fraternitatem & huiusmodi. Nec in hoc ecclesia iniuriam facit eis; quia cum Iudæi sint serui ecclesiæ: potest ecclesia de eorum bonis disponere. In illis verò infidelibus qui temporaliter nõ subiiciuntur ecclesiæ vel membris eius, prædictum ius non statuit, licèt posset instituere de iure, & hoc facit ad scandalum vitandum, sicut & dominus mandauit pro solui tributum cum non teneretur ad scandalum eorum uitandum, ut habetur Matthæi 7.

¶De ritibus seu cerimoniis infidelium quare & q̃ tolerantur. Pro cuius declaratione dicit Thom. secunda secundæ quæstione decima artic. vndecimo, quòd humanum regimẽ deriuatur a diuino regimine, & ipsum debet imitari. Dominus autem cum sit summè bonus & omnipotens pmittit tamen aliqua mala fieri in vniuerso quæ posset prohibere ne eis sublatis maiorum bona tollantur aut maiora mala sequantur. Sic & in regimine hominum hii qui præsunt rectè aliqua mala tolerant, ne aliqua bona impediantur, vel etiã ne aliqua mala peiora incurrantur, sicut dicit Augustinus in libro de ordine. Auſer

meretrices a rebus humanis,& turbabis omnia libidinibus.Sic igitur infideles quãuis in ritibus suis peccent, tñ tolerari possunt, vel propter hoc bonum quod ex hoc puenit, vel propter aliquod malum vitandũ. Ex hoc autem quòd Iudæi ritus suos obseruant in quibus figurabatur olim veritas fidei quã tenemus, hoc bonum prouenit quod testimoniũ fidei nostræ habemus ab hostibus,& quasi figura repsentantur nobis per illos ea quę credimus, & ideò in suis ritibus Iudæi tolerant, vt patet dist.45.de Iudæis & extra eo.c. Consuluit. Aliorum verò infidelium ritus, quia nil vtilitatis vel veritatis afferunt nõ sunt ali qualiter tolerandi, nisi fortè ad aliquod malũ vitandũ, vt scandalũ vel discidium qd inde posset prouenire, vel impedimentum salutis eorum qui tolerati paulatim conuertunt ad fidem & propter hoc etiam hæreticorũ,& paganorum ritus ecclesia aliquando tolerauitqñ erat magna multitudo infidelium.

§.3. Punitio participantiũ cum hæreticis.

¶Quomodo sint puniendi participantes cũ Iudæis circa casus prædictos, & ipsi Iudæi facientes contra prædicta. Participantes si sunt clerici & admoniti nolunt se emendare secũdum Ray. debent priuari officio & beneficio. Si sunt laici vt principes qui nolunt exequi prædicta, vel alii qui aliquod impedimentũ afferunt admoniti non satisfaciũt, debẽt excommunicari.28.q.1.nullus.Sed Iudæi contra prædicta facientes sic puniuntur vt christiani ab illorum cõione & consortio seu cõmertio tandiu separentur sub pœna excommunicationis donec illi emendauerint & satisfecerint,vt patet extra eod.tit.Et si Iudęos. Possunt etiam Iudęi per ecclesiam verberari, vel alio modo corporaliter mulctari & præcepto episcopi vel principis,ar.17.q.4. Constituit,& etiam alia pœna possunt puniri, extra de vsu.cap.Post miserabilem. Quod ergo dr quòd ecclesia non iudicat de his qui foris sunt dicit glo 28.q.1.Sæpe hoc esse verũ quo ad spiritualem pœnam, quia ecclesia nõ excõmunicat Iudęos vel gentiles, sed quo ad corporales pœnas bene iudicat de eis, vnde si nimis conuersentur cum conuersis ex eis ad fidem vel peruertere nituntur debent flagellari dicto cap. Sępe. Si autem Christum blasphemauerint dicit Hostien.quod secundũ leges debent decapitari. Vnde principes seculares Iudęos Christum blasphemantes grauiter punire debent pœna pecuniaria, vel etiã grauiori extra eo. In nonnullis. ¶Et nota secundum Thomam in quadam epistola ad duciſſam Lothoringiæ quòd cum Iudęus delinquens nil habet præter vsuras, debet nihilominus,& potest puniri pœna pecuniaria secũdum delictum,ne ex sua iniquitate reportet commodum,& maiori vtique pęna quã quicunque alius nõ vsurarius in simili casu quãto pecunia quæ ab eis aufertur minus ad eos pertinet. Potest & insuper addi alia pęna ne ad pœnam sufficere videatur quòd pecuniã aliis debitam desinant possidere.Pecunia tamen ab eis ablata pœnę nomine non potest retineri a dominis,seu officialibus punientibus,sed debet de ea fieri vt dicetur in §. sequenti.

§.4. Iudęi dicuntur serui.

¶De exactionibus factis in Iudæos a dominis terrarũ quid iuris? dicit Tho. in dicta epistola,quòd quamuis sicut iura dicunt Iudæi merito culpæ suæ seruituti sint addicti, & sic dñi res eorum possint accipere, tanquã suas, ita tamen quod non subtrahantur uttæ necessaria,quia tamen oportet nos ambulare honestè ad eos qui foris sunt, ne nomen domini blasphemetur,hoc obseruandũ videt ut in exactionibus quas facere non consueuerunt non prægrauentur,sed ad consuetas cogi possunt. ¶Sed nota secundum Tho. in dicta epistola, quèd cum Iudęi nihil habent pter vsuras cum non possint ipsi illa retinere licitè: nec consequenter dñi recipientes collectas a talibus possint ea sibi retinere licitè, nisi forsan essent talia quæ ab ipsis vel antecessoribus dñorum ipsi Iudęi extorsissent. Si qua verò alia habent quæ ab eis extorserunt, illis dẽt restituere quibus ipsi Iudęi tenebantur si inueniuntur. Alioquin in pios vsus secundum consilium diœcesani vel aliorum proborum, vel in communem utilitatem terræ (si necesse est) sunt erogãda. Nec esset illicitum si de nouo domini exigerent talia a Iudæis seruata tñ consuetudine prædecessorum suorum hac intentione vt in pios vsus expendantur.

§.5. Licitè possumus qd a Iudęis accipere

¶De donis & mercedibus quas dant Iudæi personis pro labore suo, vtrũ possint licite recipi & retineri? Rñdet Guil. q̃ de his quæ habent Iudęi per alium modum quam per vsuras & rapinas puta de aliquo artificio acquisita non est dubium q̃ & dona & merces laboris possunt accipi, & retineri. Sed si non habent præter vsuras,tunc si recipiens certat de damno suo vitando,sic accipiens non peccat sicut qui a fure vel a raptore damnificatus est,puta per incendium non peccaret si acciperet ab eo damnum suum,licèt ipsę fur, vel raptor nihil haberet nisi quod acquisiuit ex furto vel rapina, dum tamen non recipiat pro damno suo in specie res ipsas alienas. Et

addit

addit etiam. Tho. in supradicta epistola, si Iudęus vsurarius vltro cōferat pecuniā, vel encenium expedit recipe, ut pecunia sic recepta reddatur hiis quibus de iure debet seu aliis, & dicit Guil. quod dona & eleemosynę, non sunt recipienda ab usurariis, quādo per hoc efficerentur non soluendo, nisi (ut dictū est) si reciperentur ad restituendum creditoribus eius usurarii. Modicum autem pro nihilo reputatur & sic possunt recipi.

§. 6. Seruus Iudęi efficitur Christianus conseqtur libertatē.

¶ De seruis Iudeorum seruientibus eis. Nota secundū Ray. quod si seruus Iudęi est uernaculus i. de illius ancilla nat⁹ si uult effici christianus statim eripitur in libertatem nullo p̄tio dato. C. de epi. & cle. l. dominus nobis. ar. dist. 54. fraternitatem. Idem si seruus fuit emptus qui erat Christianus vel eē volebat. dist. 57. mancipia, quia tales non licet Iudęo emere vel in seruos tenere. Idem si seruus emptus erat Paganus, & fuit emptus causſa seruiendi, & tunc fieri Christianus, ut in dicto. c. Fraternitatem. Idem etiam si emit eum causſa mercimonii, & non exposuit eum intra tres menses uenalem, quia p̄sumitur quod emerit eum causſa seruiendi. Si vero exposuit eū uenalem infra tres menses & per eum non stetit quinuendiderit, & ipsę uult effici Christian⁹ infra illud uel postea, liberabitur dato p̄tio. 12. solidorum ab aliquo Christiano ut in dicto ca. Fraternitatem. & extra eo. tit. c. 1. Et erunt illi. 12. solidi vsuales monetæ illius loci, extra de maledic. statuimus, & hoc intellige nisi dominus eum nolentem circuncideret vel alterius sectæ signaculum imprimeret. Tunc enim propter iniuriam corporis nullo pretio dato liberabitur. di. 54. Nulla. Et nota secundum. Ray. quod talis redēptus non erit propterea seruus redimentis, sed erit liber & restituet illi pretium solutum pro eo Et si nō habet pretium quęrat mē dicādo uel seruiat ei tātum quod seruitium compenset cum pretio, & postea eat quo vult ar. 36. q. 1. De raptorib. Et hoc intellige nisi causſa pietatis emptus fuit, tunc enim non tenetur ei reddere aliquid uel seruire, quia q̄ pro pietate dat̄ prohibet ius ne redeatur, & sic dedisse p̄sumitur nisi contrarium fuerit protestatus, con cor. Host. Gof. q̄ si nullus emptor compareat secundum Bar. nihil ominus erit liber & p̄tium hostiatim quærit aut operas p̄stet. Si autem plures sunt qui uolunt emere, tunc se cūdum Goff. episcopus loci eliget magis idoneum. ff. de accu. l. si plures, vel si sunt pares episcopus gratificet cui uult. ar. extra de iure pa. Cum autem idem Hostię. Si erga dicit Hosti. prohibitum est q̄ nullum mancipium Christianum seruiat Iudæo, multo minus liberi Christiani debent eis seruire nisi extra domum ut in laborando terras & huiusmodi, non autem intra domum alias si ipsi Christiani qui seruiunt Iudęis in domo ut famuli nollent discedere ab eis debent excōicari, ut extra, eo. tit. & si Iudæos Iudæi nollent eos dimittere, prohibetur fidelibus commertiū cum eis, ut in d. c. etsi Iudæos.

¶ De hæresi & de penis hæreticorum. Cap. 4.

DE hæresi sciendum secūdum Pe. de Tharan. in 4 Ad hoc ut quis propriè dicatur hęreticus duo requiruntur. Primum est error in ratione. s. de his, quæ sunt fidei. Secundum est quasi complementum scilicet pertinacia seu obstinatio in voluntate, vt scilicet non solum eligat voluntate assentire falsę doctrinæ, sed etiam pærtinax est ad non assentiendum, ueritati sibi manifestatæ. ¶ Vnde quantum ad primum Augustinus sic diffinit hæresim. Hęreticus est qui alicuius commodi temporalis, & maximæ glorię principatusque sui gratia falsas ac nouas opiniones gignit vel sequitur. 24. quæstione tertia, hęreticus. Et intelligitur de opinionibus quæ sunt contra riæ fidei. Nam si quis habet falsas opiniones in philosophia, vel geometria, hic non dicetur hæreticus prout hęresis est species infidelitatis secundum Thom. secunda secundæ quæst. 11. Ad fidem autem pertinet aliquid dupliciter. Vno modo directè & principaliter, sicut articuli fidei. Alio modo indirectè & secundario sicut ea ex quibus sequitur corruptio alicuius articuli, sicut dicere quod aliquid contentum in scriptura sacra non sit verum, quod est corruptio articuli de spiritusancto qui locutus est per prophetas, vel dicere quod aliquod determinatum ab ecclesia in fide non esset verum, quod esset corrumpere illum articulum. Sanctam ecclesiam catholicam & huiusmodi, circa vtraque ergo potest esse hæresis. ¶ Quantum ad secundum scilicet quod aliquis uoluntariè assentit erroni. Hieronymus sic dicit. Hæresis Græcè ab electione dicitur, eo quod unusquisq; elegit disciplinam quam putat meliorem. 24 quæst. tertia hęresis, & intelligitur in doctrina fidei. Nam secundum Thom. secūda secundæ q. 11. sicut qui rectam fidem habet christia-

Hęreticus dicuntur.

Hęresis latinè electio.

nam voluntate ſua aſſentit Chriſto,& exin de his q verè ad eius doctrinam pertinent.Sic a rectitudine fidei Chriſtianæ dupliciter pōt aliqs deuitare.Vno modo,quia ſi ipſi Chriſto non vult aſſentire & hic habet quaſi malam uoluntatem circa ipſum finem, & hoc ptinet ad ſpeciem infidelitatis Iudęorum & Paganorum.Alio modo quia licèt intendat Chriſto aſſentire,tamen non eligit ea quę ſunt uerè a Chriſto tradita,ſed quæ ſibi propria mēs ſug gerit,& hoc pertinet ad hęreſim per quā quis profitetur fidem Chriſti,ſed dogma eius cor rumpit. ¶ Quantum ad tertium.ſ. pertinaciā in voluntate.Dicit Aug.qui in eccleſia Chriſti morbidū aliquid prauū qđ ſapiunt, ſi cor recti vt ſanū rectumq; ſapiant reſiſtant contumaciter ſuaque peſtifera & morbida dogmata emendare noluerunt,ſed defenſare per ſiſtunt,hæretici ſunt. 24.q.3.qui in eccleſia. Qui ergo erraret in materia fidei putās eccleſiam ſic credere paratus corrigi & emendare cum audierit veritatem non cenſetur hęreticus.Vnde abbas Ioachim quamuis libellus eius quem fecit contra Petrum Lombardum fuerit damnatus vt doctrina hæretica,tamen quia ſe & opera ſeu ſcripta eius ſubmiſit correctioni eccleſiæ ipſæ non fuit hæreticus iudicatus,extra de ſumma trinitate & fi.catho.c. dānamus.Et ad hoc facit qđ dicit Auguſtin. Si qui ſuam ſententiam quamuis falſam atque peruerſam non pertinaci animoſitate defendunt,quęrunt autem cauta ſollicitudine ueritatem parati corrigi cum inuenerint, nequaquā ſūt iter hæreticos deputādi. 24.q. 3.dixit apoſtolus.Nota ergo ſecundū Th. ubi ſupra quod ſi aliqui doctores eccleſię diſſenſiſſe videntur,hoc eſt vel de illis circa quę nil intereſt ad fidem utrum ſic uel aliter teneatur,vel in quibuſdā quæ & ſi pertinebant ad fidem,tamen adhuc non erant per eccleſiam determinata. Poſtquam eſſent auctoritate vniuerſalis eccleſię determinata ſi quis tali ordinationi repugnaret pertinaciter hæreticus cenſeretur.Quæ quidem auctoritas principaliter reſidet in ſummo pontifice ut habetur.24.q.1.quotiēs.Cōtra huiuſmodi auctoritatē nec Auguſtinus nec Hieronimus, nec alius doctor ſuam ſentētiam defendit.ut.24. q.j.Hæc eſt fides,hęc Thomas.¶ Et idem dicit in prima parte quod in his quæ non ſunt determinata per eccleſiam ubi ſunt variæ opi.doct.ſine præiudicio,uel periculo hæreſis, poteſt quæcūq; illarū partium teneri. Quod autem dicitur de hęreticis ca.Dubius in fide eſt infidelis intelligitur de eo qui ſpōt è uult dubitare,ſecus de illo qui aliquando vacillat circa fidem ex temptatione, ſed cum diſplicentia rationis ſecundum Guilielmū. Quod etiam dicit Hieronymus,quod quicūque ſcripturā ſacrā aliter intelligit quam ſenſus ſpiritusſancti efflagitat a quo inſpirata eſt hæreticus appellari poteſt vigeſima quarta quæſtione tertia hæreſis. Intelligendum eſt ſecundum Thomam, de tali expoſitione quæ eſt contraria ei quod eſt per ſpiritumſanctum reuelatum. Dicit etiam idem Thoma quod ſi quis erraret in his ad quę explicitè non tenetur credere,vt ſi credere aliquis Iacob fuiſſe patrem Abraham paratus corrigi cum audiret contrarium continere ſcripturam non reputatur hæreticus.

¶ In puniendo autem hęreticos eccleſia utitur iuſtitia & miſericordia. Et quantum ad ſpiritualia ſuffragia ideſt collationem ſacramentorum penitentię & euchariſtię quantum eſt ex parte ſua ſemper utitur, miſericordia, quia quantumcumque relapſi admittit eosad pænitentiam, & euchariſtiam ſi conuertantur ad fidem, de hęre. capitulo ſuper eo. libro ſexto. Quantum autem ad temporalia ut uitam, dignitates, officia, & ſubſtantiam, etiam eccleſia utitur miſericordia ante relapſum in hæreſim. Cum enim meruerint per ipſum lapſum per mortem corporalem excludi de mūdo,quia grauius eſt corrumpere fidem per quam eſt animæ uita quam falſare pecuniam per quā uitæ temporali ſubuenitur. Vnde ſi falſarii pecuniæ uel alii malefactores ſtatim per ſeculares poteſtates iuſtè morti traduntur, multomagis hęretici ſtatim quod de hæreſi conuincuntur poſſet iuſtè occidi. Ex magna miſericordia, ſi reuertuntur ad ſyncieritatem fidei abiurantes hæreſim pro primo lapſu parcitur eis. Et aliquando etiam ſi clerici ſunt diſpenſatur cum eis in officiis plus & minus.Aliquādo etiam in prioribus dignitatibus præcipue ad tollendum ſcādalum, ut 23.q.4.ipſa pietas.Quod autem hæretici ipſo facto ſint excommunicati,etiam hoc fit ex miſericordia,quia medicinalis eſt excōmunicatio non eradicās, ut dicitur.24.q.3.§. aliud eſt,ſed ſanans,quia ad hoc fit ut ſpiritus ſaluus fiat,vt dicit.10.q.3.Audi.Sed ſi hæretici relabantur in hęreſim quo ad uitam & bona temporalia exercet contra eos eccleſia ſeueram iuſtitiam nullo modo in his parcens eis quantumcumq; pęniteant eo.tit. Ad abolendam.Et hoc fit rationabiliter ſm Tho.vbi ſup.qa p hoc ꝓuidet bono cōi.Nā ſi hæretici

Pertinacia facit hęreticum.

Hic probat qđ Ioachim non fuit hæreticus.

Dubius in fide.

§. 1.

Pœna hæreticorum.

Adde q habet in l.Manicheos C. de hęticis & Manicheis & in c. uer gentes e. tit.

ci reuersi sæpe reciperentur ut conseruarent in uita & aliis tẽporalibus bonis posset hoc esse in præiudicium salutis aliorum, tamẽ qa si relaberentur alios inficerent, tum etiã quia si sine pœna euaderent, alii securius in hæresim laberentur. Ex relapsu etiam ipsorum pſumitur de inconstantia eorum circa fidem, & ideo iustè occiduntur, vnde Hiero. 24. q. 3. Resecãdæ Resecãdæ sũt carnes putridæ & sca biosa ouis a caulis repellẽda, ne tota domus massa corpus & pecora ardeãt, corrũpatur, pu trescat, intereãt. Arrius i Alexãdria una scin tilla fuit, sed quia nõ statim oppræssus est to tum orbem eius flãmã populata est. Hæc ille. ¶ Puniuntur hæretici quadruplici pœna secũ dum Ray. Primo quidẽ excommunicatione, quia omnis hæreticus siue occultus siue ma nifestus est excommunicatus, de qua excom municatione habes in. 3. parte. tit. 24. c. 4. ubi plura dicuntur de ista materia. ¶ Secundo de positione, qa indistinctè siue clericus siue lai cus, etiam si Papa, uel Imperator, & quilibet alius debet deponi ab omni dignitate dist. 11. Si papa. 24. q. 1. Qui contra pacem, & omni bus officiis & beneficiis spoliari debet, & si clericus sit debet degradari. Sed & vasalli do minorũ soluti sunt a debito fidelitatis homa gij, & totius obsequij & quocũq; pacto quacũ que firmitate vallato, si ipsi domini incurrũt hæresim eo. titu. c. fi. Item hæretici cum fauto ribus & defensoribus suis, & receptatoribus & ipsorum filij vsque ad secundum generatio nem per lineam paternam, per lineã uero ma ternam vsque ad primum gradum ad nullũ beneficium vel officiũ ecclesiasticum admit tuntur, aliàs est irritum, vt eo. titu. Quicunq; &c. statutum lib. 6. Item omnes uiri eccleſia stici qui ad præces talium receperunt digni tates & bñficia ecclesiastica sunt priuati, & si receperint scienter non debent in posterum admittit ad alia uel. similia dicto c. quicun que. ¶ Tertio rerũ ablatione, quia omnia bo na eorum ipso iure sunt confiscata di. 8. quo iure, & 23. q. 7. c. 1. & sequen. Sed executio ip sius confiscationis, vel bonorum occupatio non debet fieri per principes seculares ante quam per iudicem ecclesiasticũ sententia su per eodem crimine fuerit promulgata eo. ti. Cum secundum lib. 6. Et quamuis ipsi hæreti ci haberent filios catholicos, tñ priuabunt pa terna hæreditate in detestationem criminis. Insuper & si post mortem aliquis declaretur hæreticus qui in uita non fuit declaratus pñt bona eius occupari eo. titu. accusatus libro. 6. Nota tamen quod propter hæresim maritorũ non confiscantur dotes vxorum, nisi partici pent hæresim. Si autem reuerterentur ad fidẽ non tamen eis restituuntur, vel filiis eorum bona ipsorum, sed omnia ipso iure sunt confi scata extra eo. ti. Vergentes. Quod si aliter fie ri nõ põt manu armata sunt omnia bona ab auferenda, ut 22. q. 7. Quicunq;. Et ut dicit Ray. & Gof. licèt ecclesia uideat dare generalem auctoritatem, ut omnes expolient eos ta men satis uidetur tutũ quòd non fiat nisi spe ciali edicto uel principis uel ecclesiæ nẽ aliter uideatur potius ex cupiditate vel ultione q̃ ex iustitia, & obediẽtia pugnare. 23. q. 1. Quid culpatur, & q. 2. per totum. ¶ Quarto puniũ tur morte. Continuo enim post deprẽhensio nem erroris nisi ad fidem reuerti uelit, & hæ resim suam abiurare & satisfactionem exhi bere, si laicus est subito debet cõburi, clericus autem post solemnem degradationem relin quitur curiæ seculari occidendus. Si autem reuertatur ad fidem detrudi debet in perpe tuum carcerem eo. ti. Excommunicamus, de rigore iuris. Mitius tamẽ agitur cum eis. Re uertentes autem ad fidem dñt abiur are ad ar bitrium episcopi sui hæresim suam, & ꝓmit tere per scripturam quod firmiter tenebunt fi dem catholicam vt. 1. q. 7. Quotiens, & de cõ se. dist. 2. Ego Berengarius, & extra eodem ti. ad abolendam.

Arrius hæreticus.

Hæretici quadr upl̃r puniunt

¶ De pœna quam incurrunt credentes, recep tatores, fautores & defensores hæreticorum. ¶ Primo quidem quilibet talium excommu nicatus est ipso facto, ut de sen. excom. noue rit, de qua excommunicatione habes infra. 3. parte tit. 24. ca. 5. vbi etiam habes plenam declarationem horum terminorum, qui scili cet dicantur credẽtes & alii prædicti. Et ple nius in capitulo sequenti. ¶ Secundo quilibet prædictorum si nõ satisfecerit infra ãnum ex tunc ipso iure est in famis, nec ad publica offi cia seu consilia, nec ad eligendum aliquos & huiusmodi, nec ad testimonium debet admit ti, nec potest condere testamentum, nec ad ali cuius hereditatem successione accedere. Nul lus quoque ei sr̃ quocunq; negocio, sed ipsę alijs cogitur respondere. Si iudex est eius sen tentia non valet. Si aduocatus non amittitur ad patrocinium. Si tabellio non ualent eius instrumenta, & sic in similibus. Si vero sit cle ricus ab omni officio & beneficio debet de poni. Et illi qui tales postquã ab ecclesia fue rint denotati euitare cõtemperint debent ex communicari, probantur hęc omnia eodẽ titu. excommunicamus primo. ¶ Item om nes clerici qui talibus exhiberẽt ecclesiastica

§. 2.

Recipiẽ tes hęre ticos pu niun tur

Hæreti ci nõ re cipiunt officia publica no. in l. j. ff. de insa.

sacramenta,

sacramenta, vel traderent ecclesiasticę sepulturę, aut eleemosynas, aut oblationes recipe rent, debent priuari suo officio ad quod nun quam restituuntur sine indulto sedis apostoli cæ speciali. Similter & regulares quorũ etiam priuilegia in illis locis non seruentur eis, ut in dicto. c. excommunicamus. Item ipsi credẽ tes hæretici sunt dicendi. eo. ti. Excommunicamus. 2. Sepelientes etiam tales sunt excom municati. De qua excõmunicatione habesple ne infra in 3. parte. ti. 25. c. 6. ¶ Nota etiam qđ si aliqui dum in ægritudine de cumberent petierint hæreticos consolat ores, ut ab eis se cundum eorum consuetudinem cõsolationẽ reciperent, & si decesserint. Postmodum vero filij vel hęredes volunt probare, quod ipsi de functi non sanę mentis effecti susceperint uł post perditam iam loquelam, vtrum debeant audiri tales filii, vel hęredes? Ad hoc dicitur eo. ti. c. Filij. li. 6. q. 9 si tales dum viuerent erãt diffamati vel suspecti de hæresi, uel si constiterit qđ ipsi sanę mentis existentes petierint consolatores huiusmodi, hæredes non debẽt audiri. Aliquin admitti possunt ad probandum non per vxores, filios vel familiares aut aliquos de suis, sed per testes fide dignos, & si dei zelatores. Suspectus de hæresi, & ob hoc ci tatus & quia non comparuit excommunicatus, si excommunicationem per ãnum sustinet extunc velut hæreticus est condemnãdus c. ti. Cũ contumacia, li. 6. Contra Christianos qui efficiũtur Iudæi, vel redeũt ad Iudaismũ etiam si infantes, vel metu mortis fuerint ba ptizati procedendum est ut contra hæreticos & eorum fautores eodem titulo. Contra, lib. 6.

Infirmũ petẽtes consola tores hę reticos.

§. 4. Rẽlapsi in hæresim debẽt tradi iudicio secu lari.

¶ De relapsis ĩ hęresim. Nota quod tales post abiurationem hæresis, vel etiam ex eo quod suspecti de hoc postquam se ad antistitis exa minationem purgauerunt si deprehensi fuerint iudicialiter recidiuasse sine ulla audiẽtia relinquuntur iudicio seculari puniẽdi. Sed si in foro pœnitentiali hoc fatentur non possunt per hoc puniri. Accusatus autẽ de hæresi uel suspectus vehementi suspitione qui hæresim in iudicio abiurauerit, & postea incurrit in ip sam relapsus censetur, licẽt antea crimen ipsum nõ fuerit plenè probatũ. Sed si leuis fuit suspicio nõ debet iudicari relapsus, sed aliàs grauiter puniri, eodem titu. Accusatus, lib. 6. Item qui in una specie hæresis, se in uno ar ticulo vel sacramẽto lapsus est, & postea abiu rauit simpliciter hæresim, si postea erret in alio relapsus est iudicãdus. e. ti. Accusatus li. 6. Ille de cuius lapsu ĩ hęresim ante abiurationẽ constiterat, vel nunc constat, si postea hęreticos deducat, receptet, vel associet, aut donet munera, siue mittat, vel fauorem impendat, quod accusari non possit, iudicari debet re lapsus, eodem titulo. Accusatus li. 6.

¶ De inquisitione hęresis, nota quod excommunicati & participes atque socij criminis ad testimonium admituntur præsertim in defectũ aliarum probationum contra hæreticos credentes, fautores, & defensores eorum, si ex numero testium aut personarum tam deponentium quam contra quos deponitur quali tate & aliis circunstantiis non falsa dicere p̃ sumantur, e. ti. In fidei. lib. 6. Similiter admit tuntur illi sup facto hęresis qui iurauerunt di cere ueritatem tam de se quam de aliis & eã celando periurauerunt & postea uelint corri gere dictum suum contra se & alios, si manife stis indiciis apparuerint tales non leuitate aut odio aut pecunia, sed zelo fidei uelle reue lare. e. ti. accusatus. li. 6. Item præsidentes regi mini alicuius loci, licẽt sint excõmunicati, vł de facto non de iure iurisdictionem habeant ad requisitionẽ ordinariorũ ipsorum, vel de legatorum, vel inquisitorum possunt, & dñt contra hæreticos credentes, receptatores, fa tores, & defensores eorum suum officiũ exer cere, & illi qui requirunt eos non incurrunt aliquam sentẽtiã. Tamen dictis præsidentib. propter hoc in aliis nullum ius est conces sum uel commissum. eodem titulo. præsiden tes. libro sexto. Statutum loci per quod im pediretur negocium inquisitionis hæretico rum non valet. Et omni tenentur exhibere & corrigere. e. ti. statutum lib. 6. Sacerdotes, q̃ instruunt hæreticos de celanda veritate & huiusmodi possunt & dñt pœna debita casti gari. Religiosi etiã hęretici sunt grauius aliis puniendi. e. ti. accusatus lib. 6. ¶ Inquisitores in certis prouinciis possunt procedere simul uel separatim, prout negocii utilitas suadebit eo. ti. Vt officium li. 6. Inquisitores dñt absol uere uolentem conuerti, & iniungere eis pœ nitẽtiam ut in dicto. c. In examinatione te stium contra hæreticos debent interesse duę personæ religiosę, & si fieri potest per publicã personam conscribi testium dicta eo. ti. Vt of ficium lib. 6. Et religiosi qui fuerunt notarij, & alij quibus iniunctum fuerit tenentur ad scribendum, ut in dicto capitulo. Vt officiũ. ¶ Item inquisitores si opus fuerit inuocare, possunt auxilium brachij secularis & contra dictores per censuram ecclesiasticam compel lere non obstantibus quibuscunque priuile gijs concessis a quibuscunque personis, uel re ligiosis

§. 5. Oẽs ad mittuntur in te stimoniũ con tra hęre ticos.

Inquisitores qualiter possunt procedeŕ.

Inquisitores dñt inuocare brachiũ seculare cõtra hę reticos.

ligiosis, vel vniuersitatibus, nec etiam consti tutione de duabus dictis, vt in dicto c. Vt offi cium lib. 6. ¶ Item in negotio hęresi procedi potest simpliciter & de plano, & si periculum esset non nominatis accusatoribus vel testi bus publicè nisi corā aliquibus prouidis præ cipiēdo eis de tenēdo secretū & huiusmodi, sed cessante periculo publicentur, vt in aliis iudiciis eo. ti. Statutum li. 6. Est autem dictis hæreticis inhibita appellatio eo. ti. Vt inquisi tionis li. 6 ¶ Omnes rectores locorum requi ti a diœcesanis vel eorum vicariis aut ab in quisitoribus tenentur iurare seruare & cōseruari facere constitutiones contra hæreticos credentes, fautores, receptatores, & defenso res, & eorū filios & nepotes, & qui iurare no luerit habetur vt infamis & hæreticorū fau tor, & de fide suspectus. Nec haberi debet p domino: nec ad aliquod publicum officium admitti seu assumi vlterius, & ea quę interim vt rector fecerit, nullam habent firmitatem eo. ti. vt officium lib. 6. Inquisitoribus concess sum est committere citationes & denunciationes sententiarum. Item auctoritas aduocā di peritos & clerum & populum loci: prout uiderint expedire negotio fidei. Item proce dendi contra illos qui in prouincia eorū com miserint ipsum crimen hæresis si ad aliam se transtulerint. Item faciendo sibi assignari a quibuscunque libros, in quibus essent aliqui processus contra hæreticos, & circa hęreticos incarceratos vnà cū prælatis quibus subsunt pœnam eorum mutandi vel mitigandi. Item priuandi vel priuatos nunciandi dignitatibus, & aliis beneficiis ecclesiasticis & officiis publicis & honoribus omnes hęreticos & fau tores. Sunt autem diœcesani requirendi, & de eorum consilio faciendum nisi ipsi scien ter talibus contuliſſent. eo. ti. Vt commissi. lib. 6. ¶ Quando negocium hæresis committitur alicui, vel aliquibus generaliter in certis locis, non adimitur episcopis eorum auctoritas ordinaria procedendi, vel etiam delegata, si eam habeant & vterque eorum de facto inquirere possunt cōmuniter, vel diuisim, & si diuisim procedant tenentur sibi cōmunicare processus, & per vtrosq; simul sententia proferatur, nisi alter alteri deferat. Qđ si in sententia non concordant ad sedem apostolicā mittant, extra. eo. Per hoc lib. 6. Quod etiam vnus sine alio non possit ad sententiā procedere, vide expressius infra. c. sequenti Et intellige q̄ post dictam communicationē processuum oportet fieri quando nihil aliud restat agendum, nisi quòd sententia promul getur. Quod si alter non posset commodè p cedere, nisi visis actis alterius, tunc semel tan tum communicatio tribuatur vt in extrauaganti. Benedicti. 11. quæ incipit ex eo. ¶ Itē nota quòd tam episcopus quā inq̄sitor vnus sine alio potest citare & capere & dirę custodię vel pedibus mancipare. Sed deputare duo carceri, & qui magis ad pœnam quam ad custodiam uideatur, vel tormentis exponere vel ad sententiam procedere non potest episcopus sine inquisitore, nec inq̄sitor sine episcopo, aut eius super hoc delegato, aut episco pali sede vacante delegato capituli si sui possint ad inuicem copiā habere infra octo dies postquam se requisierint possunt tamen qui libet prędictorum committere alteri vices suas, & per litteras significare suum consiliū, & consensum, extra eo. Multorum in Clem. ¶ Quilibet carcer vel murus hæreticorū de bet esse communis episcopo, & inquisitori, & debet habere duos custodes, vnum quem vo let episcopus & ei prouidebit, alterū quem vo let inquisitor & ei prouidebit, & vterque eo rum potest habere sub se vnum fidelem mi nistrum, & illius loci erunt duæ claues, quarū vnus custodum vnam, & alius aliam tene bit, & poterit officium ministrandi incarcera tis committere suo ministro, & tenentur præ dicti custodes antequam exequantur officiū coram eis a quibus assignantur iurare tactis sacrosanctis euangeliis, quòd in custodia om nem diligentiam quam poterunt adhibebūt & quòd alicui incarceratorum nihil loquetur vnus nisi audiente alio, & quòd ipsis incarce ratis fideliter conferant prouisionem quam ipsi recipiunt ex ordinatione cōmuni, & qđ a parentibus vel aliis personis cōfertur eisdē nisi episcopi vel inquisitoris vel suorum cō missariorum ordinatio refragetur, & eodem modo iurabunt prędicti custodum ministri, & coram eisdem extra. e. multorum in clem. ¶ Notarii inquisitoris coram episcopo cū in quisitore vel substitutis ab eis iurabunt suū officium fideliter exercere. Et idem fiet de aliis personis ad dictum officium necessariis. extra. e. multorum. in Cle. Nullus aūt inqui sitor potest procedere contra officialem ali quem vel nunciū Romanę curię, vt in extra uaganti Ioannis. 22. quę incipit, cum frater. De excōicatione contra inquisitores, & eorū vicarios in certis casibus habes. in 3. par. titu. 24. c. 7. & 8. De multis hęresibus determina tis per ecclesiam damnatis, habes. 24. qō. 3. Quidā. & ext. e. Excōicamus, & de sum. Tri. & fi. ca. c. 1. li. 6. & eo. tit. Ad nostrum, in cle.

Quis po test hęre ticos ci tare & capere.

Notarii dńt iura re quod officiū fi deliter exequē tur.

De qua-

¶De quadam remissione, & materia hæresis. Cap. 5.

SCiendum quòd circa ea quæ sunt fidei vel etiam morum quorum notitia necessaria est ad salutem ista tria habent se per ordinē scilicet temerarium, erroneum, & hæreticū. Non enim omne quod est temerarium est erroneum. Nec omne quod est erroneum est temerarium & hæreticum. Sed econtra quod erroneum est temerarium. Et quod est hæreticum est erroneum & temerarium. ¶Temerarium ergo in huiusmodi est asserere tanquā certum illud quod non potest ratione vel auctoritate probari efficaciter. Sicut asserere, ꝙ mundus terminetur post centū vel ducentos annos, quamuis enim hoc possit esse verū, tñ hoc asserere tanquam certum est temerariū, quia ad hoc nec auctoritas nec ratio efficax habetur. ¶Erroneum autem addit super temerarium falsitatem, quia errare est recedere a via recta. Et quia habere veritatem in talibus pertinet ad viam ducentem ad beatitudinem, omnis autem falsa assertio recedit a rectitudine veritatis, ideò falsa assertio in talibus vocatur error. Sicut erroneum est dicere quòd Christus fuerit homo in triduo sepulturæ suæ, quod tamen magister sen. asserit. in 3. sen. ¶Hæreticum autem addit super errorem simplicem quòd falsitas sit notoria: & ꝙ tali falsitati adhæreatur pertinaciter. Non enim omnis error est hæresis alioquin nō diceret Aug. Errare potero hæreticus non ero. Non solum errauerunt: sed pertinaciter erroribus adhæserunt omnes illi de quibus habetur. 24. q. 3. c. pe. Et ideò omnes pro hæreticis habentur. ¶Ad cuius euidentiam est sciendū quòd ad hoc quòd aliquis sit propriè hæreticus quinque requiruntur. ¶Primum est vt sit error in ratione. ¶Secundum est quòd error ille sit circa ea quæ sunt fidei, vel cōtra veritatem determinationis ecclesiæ in his, quæ pertinent ad fidem vel bonos mores, & necessaria ad consecutionem vitæ æternæ. ¶Tertium est quòd error talis sit in illo, qui catholicam fidem professus est aliàs esset Iudæus, vel Paganus non hæreticus. ¶Quartū est quòd talis error in eo qui fidem suscepit sit taliter quòd aliquam veritatem de Christo confiteatur pertinentem ad humanitatē, vel diuinitatem: aliàs si totum discederet esset apostata. ¶Quintum est vt talem errorē pertinaci voluntate & obstinata eligat & sequatur:

Temerarium, erroneū, & hæreticū differunt.

Ad esse hæreticū quinque requiruntur.

§. 1. ¶Quantum ad primum scilicet quòd requiritur error in ratione ad hoc vt quis sit hæreticus patet ex hoc, quia dicit Augustinus. Hæreticus est qui falsas opiniones gignit vel sequitur. Et ratio huius est: quia hæresis est species infidelitatis. Sed infidelitas est in intellectu subiectiuè sicut & fides sibi contraria, Vñ factum sine errore nunquam facit hominem hæreticum, vt puta si quis fornicatur, aut mechatur, licet agat contra veritatem quę dicit, Non mechaberis, ex hoc non est hæreticus ni si credat vel opinetur fornicari esse licitum. Et ratio est: quia quandocunq; aliqua requiruntur ad constitutionem necessariò deficiente altero eorum impossibile est illud esse, qa dato oppositō qđ sine illo possit esse, iam non necessariò requireretur ad constitutionem illius, sicut quia ad constitutionē domus necessariò requiritur fundamentū, paries, & tectū, ideò altero deficiente, non potest esse domus. Sic ergo ad hæresim constituendā requiritur error in intellectu necessariò, nullum factum absolutè sine errore in intellectu facit hæreticum. ¶Et propter hoc dico quòd baptizare imagines, adorare dęmones, eis thurificare, conculcare corpus Christi in luto & omnia huiusmodi, quæ sunt valdè horrenda peccata, nisi sit error in intellectu non faciunt hominem hæreticum. Et ideò si quis facit ista, vtputa baptizare imaginem, non malè sentiens de sacramento baptismi, nec de eius effectu nec credens istum baptismum esse aliquem nec habere effectum ex ui sua, sed facit hoc propter aliquem finem facilius assequendum a dæmone, cui quærit propter hoc complacere, ita ꝙ aliquo pacto implicito, vel expresso illud agat vt demon sibi vel alicui faciat quod petit secundum quod caracteribus, & figuris secundum artes magicas ab hominib. dæmones pacto expresso vel tacito inuocātur ad desideria eorum explenda dūmodo non petant a dæmone aliquid quod sit supra facultatem eius, nec quantum ad potentiā nec quantū ad cognitionē, sic. s. ꝙ non malè sentiat de potestate, aut cognitione dæmonis. Sicut essent illi qui crederēt, vel ꝙ dæmon possit necessitare liberum arbitrium hominis vel mulieris, vel illi qui crederēt, ꝙ dęmon omnino ex tali pacto, & in omnem euētum quantūcunq; a Deo nō permissus posset facere quod petunt, vel qui crederēt, ꝙ posset scire determinatè alteram partē futuri cōtingentis, vel effectum aliquē facere qui est proprius soli Deo. Tales enim non est dubiū, ꝙ haberent errorem in intellectu, & malè de potestate dęmonis sentirēt, & per cōsequēs suppositis

Error in rōne requiritur ad hæresim.

Baptizare imagines ni si error sequat nō facit hæreticum.

positis aliis conditionibus q̃ requiruntur ad hæresim essent hęretici. Sed si ex causſis prędictis facerent non male sentiẽtes de baptismo & aliis p̃dictis, & si peccarent grauissimè, nõ tñ essent hæretici. Et rõ est, quia nõ malè sentiunt de sacramẽto licèt eo malè & sacrilegè utantur. Vnde sunt magis sortilegi q̃ hæretici. Et eodẽ mõ de adorãtibus dęmonẽ, & sacrificantibus ei, quia si hoc faciunt credentes diuinitatẽ esse in dæmone, vel credẽtes q̃ cultus latriæ sit ei exhibendus, vel q̃ omnino ex exhibitiõe talis cultus assequãtur qđ req̃rũt a diabolo non obstante Dei prohibitione tales essent hęretici. Sed si hoc faciunt non ista sentientes de dæmone, sed ut aliquo pacto cũ dæmone p ista facilius exequãtur ab ipso q̃ intendũt tales nõ sunt hęretici ex natura rei, licèt grauiter peccent. Non obstat q̃ ſm iura symoniacus dicitur hæreticus, ut 1. q. 1. Quisquis p̃ pecuniã & tñ non hẽt errorẽ in intellectu. Nã symoniacus nõ est hæreticus ꝓpriè, sed largè dicitur hęreticus ꝓpter quãdã similitudinẽ, quia ex quo vẽdit uel emit sacra, ita agit ac si æstimaret donũ gratiæ pecunia posse possideri ſm Th. Sed non hoc æstimãdo sicut cõiter accidit nõ est hęreticus, qa nõ hoc credit. s. donũ gratię posse pecunia possideri, sed benè verũ esset si hoc crederet. ¶ Item nõ obstat q̃ dicitur de hæreticis, quicũq; &c. ac cusatus lib. 6. vbi dicitur; quod adorans hęreticũ est hæreticus. Sed grauius peccat, qui adorat dæmonẽ, q̃ qui adorat hæreticũ, ergo &c. Nã adorans hæreticum est tunc hæreticus, si adorat ipsum credens esse adorandum. Si aũt adoret ipsum propter aliquod commodũ tẽporale sine aliquo errore fidei i intellectu nõ est propriè hæreticus, sed iuris fictione, uel p̃ sumptiõe seu similitudinarie, quia agit sicut male sentiret de fide sicut ille quem adorat.

¶ Item si arguatur in contrarium sic. Qui iudicãdus est ut hæreticus videtur esse hæreticus, qa iudiciũ debet sequi rei veritatem. Sed talis iudicandus est ut hæreticus. Nam ecclesia non potest iudicare nisi de hijs quæ patẽt. Occultorũ enim cognitor est Deus & iudex dist. 33. Erubescant. Sed ea quę sunt in intellectu non possunt patere nisi ex factis extrinsecis uisis vel probatis, ergo talis faciens talia est iudicãdus hęreticus. Præterea impossibile videtur quod aliqs faciat talia. s. conculcãdo corpus Christi & huiusmodi, nisi malè sentiat de corpore christi, probatur hoc, quia impossibile est malitiam esse in uolũtate quin sit error in intellectu. Nam secundum philosophum omnis malus est ignorans seu errãs.

¶ Cum ergo talia facientes habeant malitiã in voluntate, ergo habent & errorẽ in intellectu. ¶ Respõdetur ad ista. Ad primũ. Duplex est iudiciũ Dei qui videt interiora hominum qui non possunt iudicare de interioribus nisi per exteriora. Modo ille qui iudicatur hæreticus iudicio Dei est verè hęreticus ex natura rei. Deus. n. nullum iudicat hæreticum nisi habẽtem errorem fidei in intellectu. Sed ille qui iudicatur hæreticus iudicio hominũ, nõ oportet quod sit hæreticus ex natura rei, sed quod fecerit tale factũ per quod appareat male sentire de fide, & per consequens iuris prę sumptio hęreticus reputatur. ¶ Et si queratur si ecclesia habet statim iudicare tales q̃ sic adorant dæmones vel baptizant imagines hæreticos & punire sicut hęreticos? Respõdeo, quod istud magis ptinet canonistas q̃ theologos, tñ primo iudicio sub correctiõe sedis apostolicæ, dicẽdũ quod nõ, quãtũ ex natura rei qc quid sit iuris p̃sumptione. Et rõ põt esse ista, qa q̃ cũq; aliqs effectus depẽdere põt ex duplici causſa nũquam ex natura rei ex illo effectu põt iudicare p̃cisè altera cã. Cũ igitur istę effectus qui est adorare dæmonẽ, vel baptizare imaginẽ põt procedere ex duplici cã. s. vel credo dęmonem adorandum, & imaginẽ capere sacramentales effectus, vel quia aliquo pacto facto cum dęmone tacito vel expræſſo hoc facio, ut facilius obtineã, quod uolo a dęmone in hiis quæ non sunt supra facultatem suã, nõ debeo statim iudicare ex tali effectu p̃cisè alterã causſam. s. quod hoc faciat male sentiens de fide. Et ideo quando constat de huiusmodi effectu ulterius inquirẽdũ est de causſa, & si ex errore & peruersitate fidei hoc faciat iudicãdus est hæreticus. Si ex alia causſa iudicãdus sortilegus, & uilissimus pecca.

¶ Sed dices, qũo ecclesia iudicabit aliquẽ hereticũ si ex facto statim nõ potest iudicare, cũ interiora uidere non possit? Respon. Hæreticus cognoscit per actus & distinctos habitus, p distinctos actus. Sicut habitus fidei cognoscitur p actũ fidei qui est credere & confiteri ea quæ sunt fidei & habitus castitatis per caste uiuere. Sic ecclesia põt iudicare aliquem hęreticum inquirendo si habet actum discredẽdi seu male sentiẽdi de aliquo articulo fidei. Itẽ etiam si aliquem instruxit publicè, uel occultè de oppoſito articulorum fidei & aliis modis p̃cisè tamẽ ex causſa adoratiõis dæmonis, iudicare nõ potest ex natura rei esse hæreticũ aliquẽ, nisi prius inuestigata causſa adoratiõnis & inuẽto qđ hoc fecerit credẽs aliquod diuinũ esse in eo, aliàs si hoc feciſſet non propter

Adorare dæmones.

Adorãtes dæmonem an statim siue iudicandi hęretici.

Argumentũ in contrarium de adoratione hæreticorum.

Qũo ecclesia iudicabit hęreticũ esse.

pter hoc sed ut pacto illu facto cum dęmone aliquid ab eo consequeretur, & iudicaret hæreticus cum tamen sit sortilegus, non distinguereturtur sortilegium ab hæresi, cum tamen sint diuersæ species peccatorum. Nō ergo ex natura rei talis iudicandus est hęreticus, & si iuris præsumptione secundum glosatores iuris iudicetur. Posset tamen ecclesia statuere valde rationabiliter, quod talia facientes scilicet adorantes dæmones, vel imagines baptizantes & huiusmodi, & si non haberent errorem fidei in intellectu vt hæretici punirētur. utrum autem hoc sit statutum per aliqua iura nouerunt canonistæ. ¶ Ad secundum respondeo ꝙ nō est impossibile quod aliqs conculcet corpus Christi absque hoc quod male sentiat, vel peruersitatem fidei habeat decore Christi, quia potest hoc facere sciens se peccare, & credēs firmiter ibi eē corpus Christi, & ꝓpter hoc ut placeat dæmoni & facilius obtineat quod vult ab eo. Et licet ois malus erret, non tamen errore intellectus, qui est hęresi. sed errans mali sentiens de his quæ sunt fidei. ¶ Secundum quod requiritur ad hęresim est qđ error sit circa ea quæ sunt fidei, uel contra veritatem determinationis ecclesiæ in his quæ pertinent ad fidem & bonos mores, & necessaria ad consecutionem vitę æternæ. Si enim error sit de his quę pertinent ad fidē, puta quod credat quis solem nō esse maiorē terra & huiusmodi non est periculosus error. Error contra sacram scripturam, contra articulos fidei, contra determinationem ecclesię in his quę pertinēt ad fidem vel bonos mores, est hæres. arg. 34. q. 1. hæc est fides. Item determinatio dubiorum circa fidem pertinet principaliter ad ecclesiam, & pręcipue ad pontificem summum Christi uicariū Petri succesſorē, ut expręsse dicitur. 24. q. 1. quotiens. Et contra auctoritatem ecclesiæ nullus doctor vel sanctus suam sententiā defendit secundum Tho. nec Hiero. nec Aug. nec alius. Sicut ergo asserens pertinaciter contra fidem est hęreticus. Ita & contra determinationem ecclesię in his quæ pertinēt ad fidē & necessaria ad salutem pertinaciter asserēs est hęreticus. Ipsa enim ecclesia nū quā errasse in fide probatur ut dicitur. 24. q. 1. a recto & aliis ca. Signanter autem dicitur quia asserens determinationem ecclesię nō simpliter, sed in his dumtaxat quę pertinēt ad fidem & saluté est hęreticus. Nam in aliis contrarium sentiens non est hæreticus, sicut ius nō potest separari ab usu in rebus usu consumptibilibus quod determinauit & declarauit Ioh. 22. in extraua

Error circa fidem facit hęreticum.

ganti, ad conditorem. Vbi dicit contradicentis huic sentētię esse cōtumaces, & rebelles ecclesiæ non hæreticos. ¶ Tertium quod requirit ad hęresim est, ꝙ error sit in illo qui catholicam veritatem est professus. Si quis. n. nunquā esset professus fidē christianā, & male sētiret de fide nō esset propriè hæreticꝰ, sed simpliciter infidelis, vt Iudæus, & Gētilis qui foris sunt. Vnde dicit Aug. de ci. Dei. ꝙ videns diabolus genus humanum a cultura dęmonū liberari hęreticos mouit qui sub vocabulo christiano doctrinæ resisterent Christianę. Oportet ergo qđ error sit in illo qui in baptismo susceꝑit fidem christianā ad hoc vt sit hęreticus. ¶ Quartum quod requiritur est, qđ sit in eo qui fidem susceꝑit taliter errans circa fidem quod aliquam veritatē de Christo confiteatur pertinentem ad diuinitatem vel humanitatem. Si enim nullam veritatem penitus de Christo confiteretur, magis propriè apostata quam hęreticus censeretur. Et signāter dico proprie, quia largè accipiendo etiam hæreticus dici potest, & grauius peccat quam hęreticus, & grauius esset puniendus si grauius puniri posset. Hęreticus enim aliquam veritatem de Christo confitetur. Apostata a fide non, sicut Iulianus apostata & sic possunt distingui hæreticus & apostata licēt aliquando unum sumatur pro alio. ¶ Quintum qđ requiritur est vt quis talē errorē firmata uolūtate & obstinata eligat & pertinaciter sequat opi. Vñ scđm Hie. hæresis ab electione est dicta. Et ideo scđm Aug. nō ꝙ falsas opiniones gignit uel sequitur, sed qui ptinaciter defendit hæreticus ē cęnsendus. Vñ si quis nō pertinaci malitia sentiret aliquid cōtra fidē, sed ignorantia paratus corrigi si quod sentit falsū ostēderetur sibi eē cōtra fidē, vel sacrā scripturam, vel determinationē ecclesię, talis nō esset hæreticus. Hoc dicit Augu. 24. q. 3. dixit Apost. Et ideo ipsę Aug. dicebat. Errare potero hæreticus non ero, quia. s. erat paratus corrigi cum sibi fuisset ostensus error. Et ideo cōstat quod quotidie inter doctores circa diuina sūt uariæ opiniones & aliquādo contradictoriæ, ita ꝙ necesse est alteram esse falsam, & tñ nulla earū reputatur falsa donec per ecclesiā altera pars fuerit determinata. ar. 24. q. 3 q in ecclesia. ¶ Sciendum tñ qđ ptinacia non est tñ iudicāda in exteriori actu, utputa qđ ille solus reputetur pertinax in erroes q. uerbis aut scriptura monitus resistit, immo etiam videtur ille pertinax qui contra prędicatam in ecclesia ueritatem latenter diu pśistit, vel vsque ad mortem perdurat, quia talis non

Error christianum facit hęreticum.

Error fit matus uolū tate.

Pertinacia facit hęreticum.

lis nō videtur per ignorantiam, sed per obstinatam malitiam in tali errore tanto tempore perseuerasse, & iō ecclesia tales præsumit hæreticos. ¶ Et ex his patet q̄ opinio Fraricellorum dicentium Christū, & apostolos non habuisse aliquid ēt in communi quantū ad ius & dominium, est hæretica vt clarè dicit Io. 22. in extrauaganti, cum inter nonnullos. Certum est. n. q̄ Christus & apostoli habuerunt aliq̄d quantū ad vsum facti, & oppositū pertinaciter asserere est hæreticū: quia directè contra sacram scripturam. Certum est ēt q̄ nunc asserere pertinaciter, q̄ in rebus quas habuerūt Christus & apostoli habuerunt vsum facti denudatū omni iure est hæreticū, alioquin fuisset vsus non iustus. Quod patet sic, quia asserere pertinaciter contra determinationē ecclesiæ in his quæ ad fidē & salutem pertinent est hæreticum, vt supra dictū est, sed hodie per ecclesiam est determinatū q̄ Christus & apostoli in rebus quas habuerūt nō potuerunt vsum nudū facti habere de nudatū omni iure, altoquin fuisset nō iustus, quod de Christo & apostolis nephas est dicere, ergo patet nunc illam opinionē esse hæreticam. ¶ Sed dubium est an ista assertio, q̄ Christus & apostoli nihil habuerunt in communi quantum ad iustum dominium añ determinationem ecclesiæ esset hæreticum. Posset. n. videri q̄ nō, tum quia dominus noster scilicet Io. 22. dicit in dicta constitutione. Deinceps habeatur hæretica dicta opinio, ergo vī supponere quod ante non erat. Tum quia istud non erat contra aliquod contentum ex præsse in sacra scriptura, nec contra determinationem ecclesiæ, immo prima facie determinatio ecclesiæ videbatur magis ad hoc declinari in decretali exiit. Tum quia licēt hoc posset deduci ex scriptura assumendo vnā ꝓpositionem quæ uidebatur euidens. s. q̄ vlus denudatus omni iure est vsus non iustus, & aliam propositionē quę habetur in scriptura. s. q̄ ipsi habuerunt iustum vsum, tum cōclusio. s. q̄ haberent ius & dominiū non negabat propter propositionem cōtentam in scriptura, sed propter aliam propositionem quā reputabant falsam, quæ non habetur ita clarè ex scriptura. s. q̄ vsus denudatus omni iure sit non iustus. Et ideò sicut negare istam non videbatur hæreticum, sic nec negare illā quæ sequebatur ex ea uidebatur hęreticū añ determinationē ecclesiæ. Quicquid aūt sit de hoc: certum est q̄ nunc est hæreticū Et q̄ semper illud fuit falsum. s. q̄ Christus & apostoli nihil habuerunt ēt in cōi quantum ad ius & dominium. ¶ Circa illam constitutionē exiit, de verb. sig. li. 6. quę fuit Nicolai Papæ, qua dī q̄ expropriatio oium rerum in cōi, & in particulari propter Deum, est sancta & meritoria, & q̄ Christus & apostoli nil habuerunt in cōi quantū ad dñium. Dicunt aliqui q̄ ipsa est reuocata per ipsam extrauagantē Io. 22. q̄ incipit, quia nonnunquam, & iō argumentum sumptum ab illa decretali, exiit, in contrarium non concludit. ¶ Verum est q̄ aliqua decretalis pōt dici reuocata dupliciter, Vno modo tanquam falsa, sicut q̄n determinatur expræssè esse falsum quod in illa decretali continebat. Et sic dicunt q̄ illa decretalis exiit non est reuocata per illam Ioā. 22. quia nonnunquam. ¶ Alio modo pōt dici reuocata, q̄a dubia. s. contenta in illa sub dubio reuocantur, & sic dicunt q̄ fuit reuocata, quod declarant sic. Illa Deo est talis dī reuocata tanq̄ dubia circa quā & contenta in ea cōingit cōtrario opinari. Sed sic ē de illa decretali, exiit, vt patet per constitutionē, quia nonnunquā, ergo est tanquam dubia reuocata, & per cōsequens eius auctoritati non est necessario standum. Sed ista responsio non euadit difficultatem rationis quæ inde elicitur posito. n. q̄ sit reuocata siue tanquam dubia siue tanquam falsa, q̄d fortè nō est verū simpliciter: adhuc tñ remanet difficultas. s. q̄ ecclesia aliq̄n diffiniuit in fide & morib. aliqua esse vera & postea diffiniuit oppositū, & ꝓ cōsequens ecclesia aliq̄n errauit, & alios errare fecit. Nec per consequens semper fuit virgo immaculata, & sine ruga, q̄d vī absurdum. ¶ Et iō rñdetur alter ad c. exiit, quia sicut dī extra de bap. & eius effec. c. maiores, q̄n occurrit aliq̄d dubiū in articulis fidei vel in scriptura sacra, licēt declaratio magistratis possit pertinere ad doctores, tñ declaratio & determinatio auctoritatiua & finalis cui cōs hñt acquiescere pertinet ad dñm papā, q̄d clarè demonstratū est. Act. 15. vbi orta dissensione vtrū legalia deberent seruari cū euangelio, consuluerunt Petrū, & alios apostolos quī erāt in Hierusalē, & Petrus sicut princeps apostolorū decreuit legalia non esse seruāda. Nec obstat q̄d ibi dē dicit. Ego iudico non inquietari eos, &c. quia Petrus primo decreuit post modū Iacobus sicut loci illius episcopus: ad ostendendū, q̄ Petrus ibi, sicut & in tota ecclesia iurisdictionē ordinariam habebat. Iacobus autem in loco illo non quidem æqualem, sed subordinatā, quia illa erat sub illa Petri, & successorū eius. Alii aūt apostoli ibi iurisdōnē nō hębant. Itē certū est, q̄ snia Iacobi nō potuit arctare extra terminos

Hæresis Fraticellorum.

An Christus & Apostoli aliq̄d habuerunt in cōmuni.

Decretalis aliqua reuocatur dupliciter.

Determinationi papæ est standum.

terminos fuę iurisdictionis: sicut sententia vnius episcopi nō ligat homines in altera dię cesi manentes. Sed illa sententia Petri obligauit vniuersos per totū mundum constitutos, ergo sententia fuit in toto orbe vniuersaliter prędicentis. Ille autem erat solus Petrus, quare &c. Si ergo cum occurrunt dubia circa sacrā scripturam, vel articulos fidei declaratio & determinatio ad dominium papam pertinet, multò fortius cum dubia occurrunt circa intellectum alicuius constitutionis per ipsum vel prędecessorem suum editę: declaratio & determinatio pertinet ad ipsum. Et hoc expręssè dicit Gratianus. 2. q. 1. §. ex his omnibus, videlicet. Ille solus habet potestatē interpretandi canones qui habet ius condendi. Cum glo. Modo circa dicta illius constitutionis exiit, contingebat dubitare de paupertate Christi & apostolorum. Et ideò Io. 22. & rei veritatem, & verum intellectum illius cō stitutionis uoluit declarare. Et ideò quantum ad hoc non contradicit illi cōstitutioni exiit, sed declarat. ¶ Cum ergo dr ꝙ in illa decre. diffinitur quòd Christus & Apostoli non habuerunt nec in proprio, nec in communi aliquid quantū ad dominiū. Dico quòd non est verū simpliciter, vel si alicubi hoc diceret, intelligendum esset quantum ad bona immobilia. Et hoc videtur dicere tex. Lu. 9. cum dicitur. Filius hominis non habet, ubi caput suū reclinet. Christus enim & apostoli non habuerunt domum, agrum, vel prędia, sed bene eorum prætia. Et credo quòd ista glo. sit ita bona sicut illa quam dant doctores communiter super verbo illius constitutionis, extra de sta. mo. cum ad monasterium, ꝙ. s. contra castitatem, vel paupertatem monachorum papa non potest dispensare non potest. i. non debet, sic multi solemnes doctores glosant. Qđ ergo dicitur in illa constitutione exiit §. porro. dicimus, ꝙ abdicatio omniū rerum in proprio & in communi propter Deum est sancta & meritoria quam primi fundatores &c. Dico ꝙ intelligendum est omnium rerū. s. immobiliū. Et eodem modo ad illud quod ibi dicitur ꝙ hanc expropriationē Christus verbo docuit & exemplo firmauit. Dico ꝙ intelexit quantum ad immobilia quæ ecclesia primitiua habere noluit, quia futuram in gentibus ecclesiam pręuidebant, ut dicitur. 12. q. 1. Futuram, nō autem quantum ad mobilia. ¶ Vel potest aliter glosari. s. ꝙ aliquid potest dici proprium dupliciter. ¶ Vno modo inquantum distinguitur cōtra commune, & sic abdicatio omnium rerum etiam mobiliū est meritoria, & sancta. ¶ Alio modo, vt propriū distinguatur cōtra alienum. Et sic abdicatio omnium rerum in proprio sic, ꝙ homo semper viueret de alieno in quo nullum ius haberet saltem, sicut pars communitatis nō est meritoria nec sancta. ¶ Item abdicatio in cōmuni potest sumi dupliciter. Vno modo sic, ꝙ cō munitas nihil habeat quantum ad ius, & dominium: nec in mobilibus nec in immobilib. pro nullo tempore. Et sic dico, ꝙ abdicatio rerū in cōi non est meritoria nec sancta. ¶ Alio modo ꝙ communitas sic nihil haberet quantum ad ius, & dominium ꝙ singuli de communitate haberent illud pro libito voluntatis ac si haberent in proprio, & non secundū distributionem superioris. Et sic dico ꝙ abdicatio in communi est meritoria & sancta, qua primi fundatores ecclesię seruauerunt, ut patet Act. 4. s. ꝙ bonis illius communitatis non vtebantur singuli ad votum, sed arbitrio superioris Et ex his patet, ꝙ per dñm Nicolaum in constitutione exiit, & per dominum Io. 22. in constitutionem, quia inter nullos, non fuerunt cōtraria diffinita circa paupertatē Christi & apostolorum. Sed per Io. fuerunt aliqua magis explicitè declarata.

Qūo intelligit Christū & apostolos ñ habuisse aliquid propriū.

Aliquid dr ꝓpri um dupliciter.

Abdicatio rerū in cōi fit dupliciter.

De apostasia multiplici. *Cap.* 6.

DE apostasia. Nota sm Ray. & Host. quòd apostasia est temerarius a fidei statu uel obedientię vel religionis recessus, & dicitur quasi post statio secundum Thom. 2. 2. q. 12. apostasia importat quandam retrocessionem a Deo, quę fit per diuersos modos quibus homo coniungitur Deo. Cōiungitur. n. hō Deo p fidem. Secundo per debitam, & subiectam voluntatē ad obediendū mādatis eius. Tertio p aliqua specialia opa pertinētia ad supererogationem, sicut per religionem vel clericatū. Remoto autem priori remouetur posterius, sed non econuerso. ¶ Contingit ergo aliquē recedere, seu apostatare a Deo retrocedendo a religione vbi est, pfessus, vel a clericatus ordine ptęcipue maiori. Et hęc dr apostasia ab ordine uel a religione. Et de hac 47. di. quantumlibet & 16. q. 1. Non debet tñ sm Ray. iudicari apostata seu fugitiuus ēt si ad longinqua diu euagetur, nisi postquam sic uiuit, ꝙ animum redeundi se deposuisse ostendit. ff. de re mili. l. desertorem. ¶ Contingit etiā mētem apostatare a Deo per mentem repugnantem pręceptis eius ecclesię, & prælatorum. Et hęc dicitur apostasia inobedientię cum. s. spōtè contēnit pręcepta. Et de hac 3. q. 4. alieni.

Apostasia fit diuersis modis.

Et

Et talis infamis efficitur: & repellitur a teſtimonio, & debet excõicari 11.q.3 ſi autem.

¶ Tertio recedere poteſt quis a Deo dimittẽdo fidem eius, & tũc ſimpliciter & ex toto recedit. Et hæc quæ eſt apoſtaſia perfidiæ ſimpliciter & abſolutè dicitur apoſtaſia, vt fuit Iulianus apoſtata, & de hac. 2.q.7. nõ poteſt. Talis cum ſit hæreticus eſt excommunicatus & idem de ipſo ſicut de aliis hæreticis. Nam repellitur a dignitatibus & aliis. Nota ſecundũ Ray. q̃ illi cum ſint fideles & mente ipſam fidem teneant aliquem tamen actum exteriorem faciunt infidelitatis, puta reuerentiã idolis, ſicut Salomon diis ſuarum vxorum, licèt non ſint apoſtatę, nec hęretici, tamen mortaliter peccant quantũcunque ex metu hoc facerent, quia ſecundum Aug. ſatius eſt mori fame, quam veſci idolothitis. 3 2.q.4. ſicut ſatius. Sumere autem chriſtianũ habitum infidelium ſi ex rationabili cauſſa fieret, puta ad confortandum fideles captos & huiuſmodi, ſicut fecit bea. Sebaſtianus ſub clamide militari Chriſtum abſcondens, liceret ſecundum Guil. Et hoc niſi eſſet inſtitutum aliquod determinatum ſignum ad dinoſcendum pfeſſores alicuius idololatrię, tunc enim non liceret. Itẽ nota ſm Thom. vbi ſupra q̃ quamuis ad eccleſiam non pertineat punire infideles, qui nunquam fidem ſuſceperunt Iudęos & Paganos: vnde non priuabit eos dominio tẽporali quod prius habuiſſent, tamen ad eam pertinet punire eos, qui iam fidem receperũt & dimittunt vt apoſtatas, quod & facit. Vnde quamcito aliquis denunciatur excommunicatus propter apoſtaſiam abſoluuntur ſubditi eius & iuramento fidelitatis. Iulianus autem apoſtata, quia potens erat & eccleſia quo ad hoc non habebat compeſcendi poteſtatem principes terrenos de facto, ideò tollerauit eũ eccleſia, & fideles obediebant in his quę non erant contra fidem, vt dicit Ambr. 11.q 3. Iulianus, & hoc ad vitandum maius ſcandalũ perſecutionis.

Adde q̃ not. in l. aſsũptio. ff. ad muni. & gl. in d. c. ſi autem.

De Iulia no Apoſt.

¶ De *infidelitate in genere.* Cap. 7.

PRotexiſti me Deus a conuentu malignãtium: a multitudine operantium iniquitatum, quia exacuerunt vt gladium linguas ſuas, vt dicit glo. ſuper ti. pſalmi 63. Hęc verba totius Chriſti. i. & capitis, & membrorum eius, quæ ſunt eccleſia. Recogitãs enim Chriſtus in paſſione ſua quomodo Iudęi contra eum conuenerant conſilium faciendo malignantes contra eum, ideſt malo ignę inuidię & furoris moti: quomodo multi & quaſi omnes operati ſunt iniquitatem cõtra eũ iniuſtè perſequentes, & mortem procurantes, quo acuerunt linguas ſuas ad detrahendum, irridendũ, & blaſphemandum. recognoſcit ſe in omnibus habuiſſe protectionem a Deo, & defenſionem & Deo regratiatur. Et ex hoc fiduciam ſumens orat in principio pſalmi in futurum protegi & liberari. Sic & corpus eius ecclęſia ab infidelibus præſſa, ſicut in pręteritũ ſemper a Deo fuit protecta & defenſata ab ipſis ſic orat in futurum protegi & eripi de manu inimici ne pręualeat contra eam in filiis & membris ſuis. Vnde & dicit protexiſti, &c. Vbi tria notantur.

¶ Primo vigoroſa defenſatio, ibi. Protexiſti me Deus.

¶ Secundo odioſa congregatio, ibi. a conuentu malignantium.

¶ Tertio pernicioſa locutio, ibi. quia exacuerunt vt gla. lin. ſu.

¶ Quantum ad primum meliorem, & fortiorem non poteſt habere eccleſia protectorem, quam Deum. Nam ſecundum Apoſtolũ. Roma. 8. Si Deus pro nobis quis contra nos? q̃ ua ſi dicat nullus poteſt pręualere. Et Iob. 17. Pone me iuxta te; & cuiuſuis manus pugnet cõtra me. Protegit autem Deus fideles nõ quidem vt non tribulentur, quinimmo ſecundũ Apoſtolũ: oẽs qui piè volunt viuere in Chriſto, neceſſe eſt vt perſecutionẽ patiantur uel ab infidelibus vel malis fidelibus criminoſis exemplis & blanditiis, vel a dęmonibus, vel a paſſionibus carnis. Sed protegit ne ſuccumbant animo a gratia & veritate recedẽtes, iuxta illud Cant. octauo. Multæ aquę ſcilicet tẽtationum & tribulationum non potuerunt extinguere charitatem. Quinimò ſicut Iſraelite in Aegypto quantomagis opprimebant a Pharaone tanto magis creſcebant. Exod. 1. Sic fideles quantomagis oppręſſi ſunt a tyrãnis & perſecutoribus tantomagis multiplicati ſunt & roborati. Protexit autem & protegit Deus eos triplici ſcuto. ¶ Primo beniuolentię internalis. ¶ Secundo patientię vniuerſalis. ¶ Tertio ſapientię veritatis. ¶ De primo pſalmus. Scutò bonę uoluntatis coronaſti eum. Cum enim odirent infideles fideles, & ſummè perſequerentur: econtra illi diligebant & quęrebant ſalutem eorum. ¶ De ſecundo ſcribitur Tren. tertio. Dabis eis ſcutum laborem tuum. Conſiderantes enim paſſionem domini in qua maximè laborauit p eis: animabantur ad cõſtantiam. ¶ De tertio ait pſal. Scuto circundabit te veritas eius.

§. 1. Sũmus ptector Deus.

Triplex cõuẽtus infidelium.

¶Quantum ad ſecundum dicit pſal. in perſona Chriſti 21. Conſilium malignantium obſedit me. Eſt autem triplex conuentus infidelium, ſcilicet Paganorũ Iudæorum, & hæreticorũ. Hi oẽs malignãtur, ideſt malo ignæ iræ & inuidiæ affectabant & cupierunt nocere ec cleſiæ. Qui vtique multo ſunt plures quam fideles, & omnes operantur iniquitatem, non ſolum in eo q̃ perſequuntur nocẽt fidelibus & occidunt, ſed etiam in his quæ faciunt in proteſtationem ſuæ fidei, vel potius perfidiæ. ¶Et in hoc quòd errat in fide committunt iniquitatem per excellentiam, quia infidelitas eſt maximum peccatorum. ¶Et hoc probat b. Tho. 2. 2. q. 10. & ſic. Cum omne peccatum cõſtat formaliter in auerſione mentis a Deo tanto peccatũ eſt grauius quanto per ipſum magis animus ſeparatur a Deo, per infidelitatẽ aũt hõ maximè elongatur a Deo, q̃a nec veram cognitionẽ de Deo habet, per falſam autem cognitionem ipſius nõ appropinquatur ei, ſed magis ab eo elõgatur. Et ſic maius eſt peccatum infidelitatis omnibus aliis quæ continentur in peruerſitate morum. Secus de his quæ opponuntur aliis theologicis virtutibus: vt odiũ Dei & blaſphemia in ſpiritum ſanctum. Vnde & Aug. tractans illud quod Chriſtus ait Io. 15. Si non veniſſem &c. peccatũ nõ haberent. Magnũ (inquit) quoddam peccatum ſub generali noĩe vult intelligi, hoc eſt peccatũ infidelitatis quo tenentur cuncta, nec obſtat quod ait Aug. 6. q. 1. c. Quęro dicens. Vtrum catholicum peſſimis moribus alicui hæretico, in cuius vita præter id qđ hæreticus eſt nõ inueniunt homines qđ reprehendant p̃ponere debeamus non audeo præcipitare ſententiam, hæc ille. Nam vt dicit b. Tho. vbi ſupra ad hoc rñdendo. Nihil prohibet aliqđ peccatum quod eſt grauius ſm genus ſuum eſſe minus graue ſm alias circunſtantias. Et iõ noluit Aug. præcipitare ſniam de hęretico tali & malo catholico, q̃a peccatũ hæretici & ſi ſit grauius ex genere ſuo, põt tñ alleuiari ſm alias circunſtantias & econtra, peccatum catholici ex aliqua circunſtantia aggrauari. ¶Dicit ẽt idem. Tho. q̃ infidelis p̃ infidelitate grauius punitur q̃ alius peccator pro quocunq; alio peccato cõſiderato peccato in gñe. Sed pro alio peccato puta adulterio, homicidio, & hmõi, ſi cõmittatur a fideli & infideli cæteris paribus, grauius peccat fidelis q̃ infidelis, tum pp noritiã veritatis ex fide, tum pp ſacramenta fidei quibus eſt imbutus quibus peccando contumeliã facit, quod tangit Apoſtolus ad Hęb. 10. dicens. Deteriora mereri ſupplicia qui filium Dei conculcauerit &c. Et ſecundum b. Tho. 2. 2. q. 10 grauius peccatum eſt infidelitas Iudæorum, quã Paganorũ, & grauius hæreticorũ quã Iudęorũ. ¶Quod etiam oſtenditur per exemplum inuitis patrum, vbi Macharius inueniens in deſerto caluariã hominis interrogauit, quis homo fuiſſet in vita? Qui dixit ſe fuiſſe Paganũ vnde & damnatũ in ignẽ æternum. Et interrogatus ab eo ſi ſub eo alii erant. Reſpondit q̃ Iudæi, & ſub Iudæis hæretici & mali chriſtiani &c. Probatur etiam auctoritate 2. Pe. 2. dicentis. Melius erat eis non cognoſcere viã iuſtitiæ, quam poſt cognitam retrorſum conuerti. Quod faciunt Iudæi & hæretici. ¶Rõnẽ aſſignat b. Tho. vbi ſupra dicens, q̃ grauius peccat contra fidem qui fidei ſuſcepte renititur quã qui renititur fidei quam nunquã ſuſcepit, ſicut grauius peccat qui non implet quod promiſit quã ſi non implet quod nunquam promiſit. Sed hæretici profitentur fidẽ euangelii, & ei renituntur eam corrũpentes, ideò grauius peccant quã Iudæi. Et quia Iudæi ſuſceperunt figuram eius in veteri teſtõ quam male interprætantes corrumpunt, iõ grauius peccant, quam Pagani qui nullo modo fidem euangelii ſuſceperunt. Et ſic ſimpliciter loquendo infidelitas hæreticorum eſt peſſima, & iudæorum peior, & paganorũ mala quamuis pagani aliquando in pluribus errant circa ea quæ ſunt fidei. Scuto ergo veritatis protegit Deus eccleſiam contra infideles, quod ſcutum habet quaſi tres angulos. i. modos. Nã veritate rõnis naturalis in multis defenditur fides eccleſiæ cõtra paganos. Veritate ſcripturæ ꝓpheralis. i. veteris teſtamẽti cõtra iudæos. Veritate ſcripturæ euãgelicalis cõtra hæreticos, & horũ veritatibus cõfundunt & eccleſia defenditur. Vnde Can. 4. dr. Millæ ſcuti pendent ex ea: Omnis armatura fortiũ & hoc patebit infra.

Infidelitas maximum peccatorum.

Quorũ infidelitas ſit peior.

¶Quantum ad tertium. Exaeuerũt ut gladiũ linguas ſuas loquendo. Pagani errantes circa Deũ. Iudæi erga Chriſtum. Et hæretici circa animum noſtrum. ¶Circa Deum errauerũt aliqui quantum ad eius eſſentiam, alii quantum ad eius efficientiã, alii quantũ ad eius ꝓuidentiã, ſed ꝓtecta defenſa & liberata ẽ ecclefia ſcuto veritatis ab oi errore ifidelitatis.

Fidelis grauius peccat ĩ fideli.

¶Quantũ ad diuinã eſſentiã errauerũt peſſime antiqui gentiles dicentib. aliquib. nõ eſſe Deũ: aliis aſſerẽtib. pſes eẽ Deos, aliis Deũ eẽ aiam mũdi. Sed oĩa hæc ſũt falſiſſima. Dicere aũt vel credere Deũ nõ eẽ: ſtultũ eẽ oſtẽdit pſ. 13. dicẽs. Dixit inſipiẽs ĩ corde ſuo nõ ẽ Deꝰ.

Error circa Dei eſſentiam.

Vere

Verè talis insipiens est, quia negat quod philosophi rône naturali, & theologi scriptura diuinali demonstrat. Et cũ pluribus modis rône hoc possit demõstrari, ꝑ tunc tantũ una ratio assignabit, quã ponit prolixè. be. Tho. i. contra gentiles. c. 13. & est talis. Omne quod mouetur ab alio mouetur, patet autem sensu moueri puta solem ergo altero mouente cum ipsæ mouetur, aut ergo illud mouens mouet aut non mouetur. Si non mouet habetur propositum scilicet quod necesse est ponere aliquod mouens ímobile, & hoc dicimus Deũ. Si autem illud moũs mouet ergo ab alio moũete mouet, aut ergo est ꝓcedere in infinitũ, aut est deuenire ad aliquod moũs immobile. Sed nõ est procedere in infinitum, ergo necesse est ponere aliquod primum mouens immobile, ꝙ dicimus Deũ. ¶ In hac ãt ꝓbatiõe duæ sunt propositiones probãdæ. ¶ Prima scilicet qd omne motum ab alio mouetur. Secunda quod in motis & mouentibus non est ꝓcedere i infinitũ. Et primã ꝓbat philosophus pluribus modis, sed tantum unus hoc ponit, videlicet sic. ¶ Nihil ẽ idẽ simul ĩ actu & ĩ potẽtia respectu eiusdem, sed omne quod mouetur inquantũ hmõi ẽ in potẽtia quia motus est actus existens potentia secundum quod huiusmodi. Et omne quod mouet est in actu inquantum huiusmodi, quia nihil agit nisi secundũ quod est in actu, ergo nihil est respectu eiusdem motus mouens & motum, & sic nihil mouet seipsum ¶ Sciendũ tamẽ qđ Plato q posuit omne moũs moueri cõmunius accepit nomen motus quam Aristoteles. Nominauit. n. Plato omnẽ operationẽ motum. Aristoteles autem accepit propriè motum secundũ qđ ẽ actus existẽs in potentia ſm qđ hmõi, Qualis non est nisi diuisibiliũ & corporum, probatur in 6. phisicorum ſm ãt Platonẽ moũs seipsum non est corpus. Accipiebat. n. motum pro qualibet operatione, ita ꝙ intelligere & operari sit quodã moueri, quẽ ẽt modum loquẽdi tangit Arist. in 3. de anima. Secundum hoc dicebat primum mouens mouere seipsum, eo quod intelligit se & vult uel amat se. Quod in aliquo non repugnat rationibus Arist. Nihil. n. differt deuenire ad aliquod primum quod moueat seipsum secundũ Platonẽ, & deuenire ad primum quod omnino sit immobile ſm Arist. ¶ Quia aũt quantum ad secundam conclusionem. s. in moũetibus & motis non sit procedere in infinitũ sic probat Arist. In mouentibus & motis ordinatis quorum. s. vnum per ordinem ab alio mouetur, hoc est necesse inueniri, quod remoto primo mouente vel cessante a motione nullum aliorum mouebit neq; mouebitur, quia primum est causa mouẽdi oĩbus aliis. Sed si sint mouentia & mota per ordinem in infinitum non erit aliquod primum mouens sed omnia erunt quasi media mouẽtia, ergo nullũ aliorũ poterit moueri, & sic nihil mouebit ĩ mũdo. Et ex his patet ex naturali rône Deũ esse. Vnde & Apostolus, Inuisibilia Dei ideſt ꝓfectiões Dei, ꝙ ea quæ facta sunt a creatura mundi intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius ac diuinitas. Ro. 1. i. ęternitas eius & essentia eius. ¶ Quantũ ad secũdum. s. non esse plures deos vt gentiles credebant, sed tantum vnum Deũ ostenditur nõ solum scriptura dicẽte. Deut. 6. Audi Israel dñs Deus tuus vnus est. Et Apost. 1. Corin. 8. Et si alii sint dii multi & dñi multi nobis non est nisi unus Deus. Sed rationi naturali secundũ b. Tho. 1. contra gentiles. c. 42. primo sic. Impossibile est esse duo summè bona, quia ꝙ ꝙ superabundantiam dicitur in uno solum inuenitur, Deus autẽ est summum bonum tam secundum doctrinam philosophorum, quam sacras scripturas. Vnde dixit Moysi. Exod. 33. Ego ostendam tibi omne bonum, i meipsum. Secundum rationem etiam clarum est, ꝙ maximum in uno quoque genere est causa illorũ quę sunt in illo gener. Causa enim potior est effectu suo. A dño autẽ Deo omnia habẽt esse & rationem boni, ergo ipsæ est summum bonum & per consequens vnus. Secundo sic. Deum esse quid perfectum omnino cui nulla perfectio desit dicere oportet, cũ Deus sit quo melius excogitari nõ potest. Si ergo essent plures dii oporteret esse plura huiusmodi perfecta, hoc autem est impossibile. Nam si nulli eorum deest aliqua perfectio, nec aliqua imperfectio admiscetur quod requiritur ad hoc quod aliquid sit simpliciter perfectum, non erit in quo ad inuicem distinguantur, sed vnum & idem erit. Si autem unus habeat alliquem defectum quem alius non habet non erit ille Deus, ergo impossibile est esse plures. Quia ergo gentiles coluerunt plures ut Deos, aut aliquos homines ut Iouẽ Mercurium, Venerem & huiusmodi, aut corpora cœlestia, ut Solem, & Lunam, aut elementa, vel moti sunt ex aliqua uirtute supereminenti vel speciositate quam inuenerunt in illis nescientes oculos erigere ad eum qui dedit eis illam virtutem, & pulchritudinem scilicet Dominum Deum. Et ideo stulti facti sunt opinantes illa Deos quæ creaturę erant, & ali-

Probo. Quaſr oẽ motũ mouet ab alio.

Error circa unitatem Dei.

Deus ẽ ſumm ũ bonum.

Gẽtiles plures deos colere uñ mouentẽ

qua diabolus in illis adoperabatur mira. Vnde pſ.95.Omnes.dii gentium dæmonia,dominus autem qui unus eſt cœlos fecit.¶Errauerunt alii dicentes Deũ vnum eſſe,ſed hunc Deum eſſe animam mũdi motu ſcilicet & ratione mundum gubernantem, quod tenuit Varro ſicut narrat Aug.7.de ci. Dei.c. 6.& b. Tho.ſe.ſe.q.94.ar.1.Sed hoc eſſe falſum oſtẽditur ex hoc,quia anima ei cuius eſt anima coniungitur & componitur cũ eo, ut forma ſubſtãtialis ipſius rei,ut hõ qui cõponitur ex anima & corpore,Deus autem non cõponit cum aliqua materia uel forma.Quãuis enim Deus vbique ſit per eſſentiam,præſentiam,& potentiã,non tamẽ vnitur rebus ſicut anima corpori,ut ſit ſcilicet forma ſubſtantialis rerũ ut aia corporis.Non.n.ſubſtantia ſua immiſcetur rebus cum ſimplicisſimus ſit.Vnde Aug. eum ibi reprobat.Sciendum eſt autem q̃ in uita præſenti de Deo ſcire non poſſum⁹ quid eſt,ſed tantũ quia eſt.Vnde Iob.36. Ecce Deus magnus uincens ſcientiam noſtram. Et Eſa.45.Vere tu es Deus abſcõditus.¶Secũdus error Paganorum fuit circa efficientiam ſeu opus Dei,videlicet creationis.Circa creatione mũdi antiq philoſophi oẽs errauerunt quorũ triplex fuit ſecta magis noiatorũ.ſ.Epicureorũ,Platonicorũ,& Ariſtotelicorũ,ut declarat.b.Tho.in li.de articulis fidei.¶Fuit ergo primus error Epicurorũ qui dixerũt nec mũdi materiã nec cõpoſitionẽ mũdi a Deo eſſe,ſed ipſũ mũdũ fuiſſe factũ a caſu ex cõcurſu corporũ indiuiſibiliũ ad inuicẽ.i. athomorũ.Et hoc dicebat Anaxa.Sed hoc falſũ oñdit pſ.32.dicẽs.Verbo dñi cęli firmati ſunt, ideſt rõne æterna q̃ eſt in mẽte diuina non a caſu. Et Sap.1.Creauit Deus oĩa ut eſsẽt &c. Probat aũt creationẽ eſſe a Deo per tale exẽplũ.Si quis intraret domũ alicuius & in ipſo introitu ſentiret magnũ calorem, & quãto ulterius procederet tanto ſentiret maiorem calorẽ.Iſtę ſine dubio crederet ibi eſſe aliquem ignẽ cauſſam illius caloris quãuis nõ uideret ipſum.Effectus enim naturaliter manifeſtat ſuam cauſſam. Caliditas autem eſt effectus ignis.Sic in propoſito conſiderando mundi diſpoſitionem videmus omnes res eſſe diſpoſitas ſecundum varios & diuerſos gradus nobilitatis & pulchritudinis.Et quanto aliqua ſunt Deo propinquiora tanto ſunt nobiliora. Vnde videmus corpora cęleſtia pulchriora eſſe & nobiliora terrenis,& ſpiritus nobiliores corporibus. Cum ergo iſta ſint nec a ſe eſſe poſſint, quia ex nihilo nihil fit. Creatura ergo quę ex nihilo eſt ſeipſam facere non poteſt. Oſtendunt enim iſta creatæ vnum eſſe actorem omnium, a quo cuncta facta ſunt & ipſę a nullo factus, & ſic ueritas fidei fatetur in ſimbolo dicens. Credo in Deum &c. creatorem cœli & terræ &c.

Paganorum Error circa creationem mundi.

Error Platonicorum.

¶Fuit ſecundus error Platonicorum dicẽtiũ Deum eſſe creatorem mũdi,ſed feciſſe cũcta ex materia præiacenti quemadmodũ figulus facit diuerſa vaſa ex materia terræ ſibi præſuppoſita.Quod falſum eſſe tenet fidei ueritas,& teſtatur ſcriptura 2.Mach.7. Inquit ſãcta illa mulier filio.Reſpice in cęlũ & in terrã & in omnia quæ in eis ſunt. Et vide quia ex nihilo fecit ea Deus & hominũ genus. Ratio erroris illorũ fuit,quia voluerũt mẽſurare virtutem Dei & operationem ad ſimilitudinem virtutis & operationis creaturæ.¶Nam cum unumquodque agat per formã ſuam,& creatura ſit forma particularis & virtutis finitę & determinatæ non poteſt agere niſi ad etiam formã cuius eſt cauſſa.Materiã autem producere non põt,ſed inducit formam in materia ſibi pręſuppoſita ab alio agente ſicut faber introducit formam cultelli in ferro ſibi pręſuppoſita tali materia & huiuſmodi. Deus autẽ eſt forma ſupernaturalis & virtutis infinitæ, & ideo poteſt producere formam,& materiã ex nihilo præſuppoſito. Vnde ſicut poteſt illuminare cęcum, reſuſcitare mortuum, quod natura non poteſt, ſic ſi totus mundus diſiceret, totum iterum facere poſſet. Sapientię. 12. Subeſt enim ibi poſſe, cum uolueris. Vnde Salomon eccleſiaſtici. 18. Qui uiuit in ęternum creauit omnia ſimul. Creare autem eſt ex nihilo aliquid facere.

Error Ariſtotelicorũ.

¶Tertius fuit error Ariſtotelicorum dicentium mundum non habuiſſe principium,ſed fuiſſe ab æterno. Quem errorem elidit ſpirituſſanctus per Moyſen dicens Geneſ.1.In principio creauit Deus cælum & terram,in principio ſcilicet temporis.

A principio mũdi uſque ad Chriſti Natiuitatẽ dixerunt quinq; millę cẽtum nonaginta ſex Anni.

¶Et ſi q̃ris quando fuit illud principium.Dicit magiſter in hyſt.ſchol.quod a principio mundi uſque ad Chriſti natiuitatem fluxerunt anni quinquies millæ centum nonaginta ſex. Dicit aũt Rabbi Moyſes,q̃ his philoſophis qui poſuerunt mundum ęternum accidit ſicut puero qui mox natus poneretur in inſulam, vbi nullam unquam videret prægnantem mulierem vel puerum naſci. Iſtæ talis ſi cum diceretur ſibi,quomodo puer concipitur,& per tempus moratur in utero matris,& poſtea naſcitur in mundo nullo modo uellet credere,ſed uideret ſibi impoſſibile quia nunquam vidit hominem naſci, utiq;

ſtultus proteruus & duruseſſet quòd nō velit credere: quia nō vidit tale quid. Multa enim ſunt quæ non videmus, & tamen credimus. Sic illi philoſophi, quia non viderunt exemplū in aliqua creatura, quæ ex toto de nouo incipiat eſſe putauerunt res ſemper ſic fuiſſe, & ideò ſtultos appellat Apoſtolus Rom. 1. dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Non minus errauerūt circa opus creationis Mani chei hæretici ponētes duo principia rerum. Vnum creatorē inuiſibiliū. ſ. Deū. Alium viſibiliū. ſ. diabolum. ¶ Tertius error Paganorū, qui acuerunt linguas ſuas, vt gladium fuit circa prouidentiam. Vbi ſciendum ſecundū beTho. in prima parte di. 39. q. 2. ꝙ Plato. vt dicit Greg. Nazanzenus, poſuit triplicem prouidentiam. Primam. ſ. Dei erga ſubſtantias intelligibiles & totum mundum quo ad genera & ſpecies & cauſſas vniuerſales. Secundā angelorum bonorū circa res ſingulares generabilium & corruptibiliū, & ad hoc forte fuit motus dicere, quia ipſi angeli mouent cœlos, ex quo motu ſequitur generatio & corruptio inferiorum. Tertiam dæmoniorum circa res humanas, & ad hoc forte motus: quia omnes dii gentium dęmonia, dęmones autem dabant reſponſa per illa idola de agendis, & ſic videbantur habere prouidentiam hominum. Sed ſcuto protegitur veritatis reuelatæ eccleſia ad repellendū talē errorē, dicente Iob. 34. Quem alium conſtituit ſuper terrā, aut quē poſuit ſuper orbem terræ quē fabricatus eſt, quaſi diceret, nullum. Nam ut dicit Greg. in moral. mundum ipſæ omnipotens qui condidit gubernat. Et Aug. de ciu. Dei. Prouidentia vtique diuina regna conſtituuntur humana. Nam qūo eſt poſſibile dæmones habere ꝓuidentiam hominum & curam qui nō quærūt niſi eorum interitum & malum? vt dicit 16. q. 2. viſis. Homines quoque virtuoſi ſuperiores ſunt eis, vnde & ipſis ſubiiciūtur, vt patet de b. Dominico, & aliis. Quod aūt darent rñſa dæmones per idola totum erat ad decipiēdum, vt patet in legenda beati Bartholomei. ¶ Angeli verò boni nō ſunt gubernatores mū di, ſed executores diuinæ prouidētiæ, iuxta illud Benedicite domino omnes angeli eius potentes virtute &c. Exemplum de dño temporali qui ponit officialem in ciuitate & imponit quid faciat officialis, vtiq; talis non dicit dominus: ſed executor domini. Quædā ergo ipſæ Deus per ſe immediatè facit, quædā mediantibus angelis, & aliis cauſſis ſecundariis, vt corporibus cęleſtibus & aliis. Et hoc nō facit ex impotentia, ſed ex maxima ſua bonitate, quia voluit illis dare & cōmunicare ſimilitudinem ſuæ virtutis, vt ſcilicet ſint cauſſæ, ſed ſecundariæ ad aliquos effectus, ſicut ipſa eſt cauſſa primaria omnium. Extēditur ergo prouidentia Dei ad omnia, & maximè ad actus humanos, quod videtur negaſſe Tullius, vt refert ipſæ b. Tho. in prima parte diſt. 39. qō. 2. In quorum errantium perſona dicebat Boetius lib. 1. in metro. 5. O ſtelliferi cōditor orbis omnia certo fine gubernās. Solos homi num reſpuis actus. Ad quod moti ſunt ad dicendum ex eo ꝙ videbant bonis mala, & malis bona frequenter accidere cum videtur debere eſſe contrarium. Sed vt dicit Sap. 12. Tu autem dominator virtutis domine omnia cū tranquillitate iudicas, & cum magna reuerētia diſponit nos. Et Pet. in can. Ipſi eſt cura de nobis, prouidendo de omnibus neceſſariis ad ſalutem. Quare autem mali bona, & boni mala ſuſtineant, vide aliquam rationem de pœni. diſt. 3. quid ergo. Poſſent etiam plures alię rationes induci, ſed cauſſa breuitatis hic dimitto.

Errorcirca prouidētia Dei.

Angeli nō ſunt gubernatores mundi.

¶ Exacuerunt Iudæi, vt gladiū ad occidendū animas ſuis erroribus infidelitatis linguas ſuas dicentes falſiſſima contra veritatem fidei. Finis fidei meæ inquit Ambr. Chriſtus eſt. Vñ Petro dicenti in confeſſione ſuæ fidei & ſocio rum. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Reſpondit Chriſtus. Beatus eſt Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pr̄ me us & infra. Super hanc petram, ideſt confeſſionem fidei ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam ideſt errores inſurgentes & peccata. Mat. 16. Vbi oſtendit hanc veritatem confeſſionis fidei a Deo reuelatam, & ideò infallibilem, & ad vitam, & beatitudinem perductiuam. Errant autem multi circa Chriſtum, & præcipue Iudæi in tribus. Primo, quia non credūt Chriſtum meſſiam ſuum verum eſſe Deum. Secundo, quia non credunt Chriſtum Ieſum fuiſſe meſſiam eis promiſſum. Tertio, quia non credunt eum æterna, ſed temporalia collaturum, ſed oſtenditur eis falſitas primæ cō cluſionis ex multis auctoritatibus ueteris teſtamenti, quod ut ueriſſimum credunt, ut illud pſalm. 44. vbi loquens de meſſia Chriſto ait. Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi, & paulopoſt. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Appellat ergo Deum ipſum inunctum, ſcilicet meſſiam, qui ſcilicet inunctus fuit, quantū ad humanitatē aſſumptam oleo gratiæ pleniſſimè. Et bis ponit Deum ungentem vt notet perſonam patris

§. 4.

Quia chriſtus ſit verus Deus.

& ſpiritu ſancti. Ex auctoritate ẽt Eſa. 9. appa ret meſſiam eſſe Deum & hominem: vbi ait. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis Deus &c. Vnde in hoc ꝙ dicitur paruulus na tus eſt nobis oſtenditur eius humanitas. In eo aũt ꝙ dicitur vocabitur nomẽ eius Deus, oſtendit eius diuinitatem. Non enim dicitur Deus de homine pũro propriè, ſed vt cætera omnia, quæ multa ſunt dimittamus: pcipue ad hoc facit quod habetur Hiere. 23. videlicet. Ecce dies veniunt dicit dñs, & ſuſcitabo Dauid germẽ iuſtum. Et hic apparet Chriſti humanitas, quia hęc auctoritas ſecundũ omnes expoſitores Hæbraicos intelligit de Chriſto ſecundum literam. Et ſequitur in eadem ſerie textus. Et hoc eſt nomen quod vocabũt eum dominus iuſtus noſter. Vbi innuitur vera Chriſti diuinitas, quia vbi habemus nos dominus iuſtus noſter, in Hæbreo habeẽ nomen domini Thetragramaton. Quod quidẽ nomen eſt propiiſſimum Dei inter omnia nomina diuina. Et propter hoc de nullo dicitur niſi de Deo vero. ¶ Quia autem aliqui dicũt quòd hoc nomẽ Thetragramaton dicitur nõ tantum de Deo vero: ſed etiam de aliis, quia Ezech. vlt. dicitur de ciuitate ibi deſcripta. Et nomẽ ciuitatis dominus ibidem, vbi loco huius quod dominus habemus, in Hæbreo habetur nomen Thetragramaton, & ſic de ciuitate illa dicitur Thetragramatõ, & tñ nõ idẽ quod Deus eſt. Item Gen. 22. vbi nos habemus. Et vocauit Abraham nomen loci illius dominus videt, Hæbrei habent nomen domini Thetragramaton: ergo &c. ¶ Reſpondeẽt, ꝙ nullum prædictorum nominatur nomine Dei proprio, qđ eſt nomen dñi Thetragramaton, ſed noiatur quodlibet prædictorũ a quodam effectu Dei: quia ſolus Deus nominatur hoc noĩe. Et hoc non eſt inconueniens, ſicut aliquis homo bene vocatur. A Deo datus, vel Deus dedit, vel aliud hmõi non tamẽ vocaẽ Deus abſolutè, quod eſſet impium. Sic cum dr in auctoritate inducta. Ezech. nomẽ ciuitatis dominus, loco cuius ponitur nomẽ domini Thetragramaton: non dicitur abſolute dominus, ſed dñs ibidem, vbi oſtenditur denominari ciuitas illa à diuina inhabitatione, qđ clarius patet per trãslationem Chaldaicam. Similiter quod dicitur in Gen. 22. Vocauit Abraham nomen loci illius dominus videt, nõ dicit ſimpliciter & abſolutè dñs, ſed dñs, videt, quia. ſ. ille locus non eſt denominatus niſi a diuina viſione: quia. ſ. ibi vidit humilitatem & afflictionem Iſaac liberans eũ a morte, & ſic hoc nomẽ Thetragramaton non dr niſi de Deo vero. Et hoc etiam expræſsè dicit Rabbi Moyſes in libro directionis perplexorum, oſtendens ꝙ omnia nomina diuina deriuata ſunt ab operibus diuinis pręter nomẽ dñi Thetragramatõ quod eſt appropriatum altiſſimo creatori. Et ſecũdum ipſum ſignificat diuinam eſſentiam cum proprietatibus ſuis intrinſecis. Cætera autem nomina diuina impoſita ſunt ab operibus eius: ſicut patet de hoc nomine Hęloy, & Adonay. Nam Hæloym vel Hely impoſitũ eſt ad ſignificandum Deum a gñali prouidentia, vñ & hoc nomen cõicatur aliis. Nam iudices & ſapientes aliqñ dicuntur dii, vt illud pſal. 31. Ego dixi dii eſtis, vbi in Hębreo dicitur Hęloym. Et hoc nomen Adonay impoſitum eſt ab vniuerſali pſidentia. Sed hoc nomen Thetragramaton, qa ſignificat nudam & puram diuinam eſſentiã abſque reſpectu ad extra. ideò non eſt alteri communicabile. Ex quo patet ſecundum dictam auctoritatem, quod meſſias Chriſtus eſt verus Deus. ¶ Sed peruerſi Hębrei, vt habere poſſent cauſſam fugæ peruerterunt in Hębreo dictum paſſum corrumpentes literam. Nam vbi nos habemus, & hoc eſt nomen quod vocabunt, ſcilicet homines eum, ideſt meſſiã dominus iuſtus noſter, ipſi nũc habent, hoc eſt nomen eius quod uocabit eũ nomen domini Thetragramaton. Ita quòd nomen domini Thetragramaton loco, cuius habemus dñs Deus iuſtus noſter, non refertur ad meſſiam filium Dauid, ſed ad ipſum verum Deum qui vocabit ipſum meſſiam ad liberationem populi Iſrael quando ſibi placuerit. Sed corrupta eſt hæc litera ab eis, quod quidem fide digni bonæ conſcientiæ & vitæ iuramento affirmauerunt ſic vidiſſe in antiquis bibliis, ſicut habet translatio noſtra, vt ſcilicet referatur ad meſſiam illud nomen dominus iuſtus noſter, loco cuius in Hæbreo habetur Thetragramaton, vt refert Nicola. de Lyra, hoc etiam patet ſcilicet falſitas Iudæorum ſuper dicto paſſu ex translatione Chaldaica quæ apud eos auctentica habetur. Nam ibi dicitur. Ecce dies veniunt dicit dominus, & ſuſcitabo meſſiam iuſtum, vbi nos dicimus: Dauid germen iuſtum. Ex quo apparet quòd intelligit de Chriſto hæc auctoritas ad literam. Et ſequitur. Et hoc eſt nomen quod ipſi appellabunt eum dominus iuſtus noſter, & ibi ponitur nomen domini Thetragramaton vbi poſitum eſt nomen hoc dominus. Et ſic patet ꝙ nomen domini Thetragramaton refertur ad meſſiã, quo nomine dicit

Thetragramaton propriũ nomen diuinitatis.

Heloym vel Hecly Deus eſt.

Fuga Iudæorũ.

dicit Hieremias appellandum a populis scilicet subditis. Est ergo Christus verus Deus, & hó. ¶ Secundus error Iudæorum est qđ nõ credunt Iesum Christum esse verum messiã in leges ꝓmissum. Quod autem Iesus Christus quẽ nos adoramus vt verum Deum & hominem sit ille messias eis promissus in lege quem ipsi adhuc expectant ostenditur ex scripturis eorum. Vnde ipsę Iesus dixit eis. Scrutamini scripturas, & ipsę sunt q̃ testimonium prohibent de me. Io. 5. Loco autem eius susci pient antichristum pro suo uero messia, ꝓut ipsę Christus prædixit eis Io. 5. dicens. Ego ue niũ nomine patris mei scilicet eius gloriam quęrens, & non me susscepisti. Alius veniet in nomine suo illum suscipiẽtis scilicet antichristum. Et prophetia Iacob quæ habetur Gen. penul. Non auferetur sceptrũ de Iuda &c. do nec veniat qui mittẽdus est, vbi alia trãslatio habet, veniat messias quod implerũ fuisse ostẽdit Mathæus euãgelista cũ ait. Cũ natus esset Iesus quẽ messiã credimus in diebus Herodis regis Iudeę, q̃ fuit alienigena. s. de Idumea. Et sica blatũ erat sceptrũ, & ducatus de tribu Iuda, & nũquã reassũptus. Hoc plenius habes declaratũ in tertia pte. Sed adhuc magis determinatè p̃dixit tẽpus aduẽtus ipsius messiæ. Daniel. 9. loq̃ns de. 70. ebdomadib. & de morte eius ibi occidẽ Christus &c. Quæ oĩa falsè, & extortè exponũt de Herode, ut enitẽt uerita ẽ. Sed rõne ostenduntur falsæ ex positiones eorũ ut habetur infra. Præterea ꝓphetæ pronunciauerũt de ipso aduẽtu messiæ, non solũ in generali, sed multũ distinctè de mysteriis eius scilicet natiuitate, vt patet Micheæ. 5. Tu, Bethleẽ terra Iuda &c. De adoratione Magorũ. Esa. 90. & ps. de prædicatione eius, de miraculis, de discipulis, de passione qualitate passionis, & qualitate resurrectionis, ut patet Isa. 53. & Ps. 22. & aliis locis. Omniaque illa euangelistæ ostendunt impleta, & ab apostolis prædicata, & cõfirmata miraculis continuatis, mirum est & obstinatissimum in eis quod non assentiant tam radioſę ueritati. Sed & ipsa obcæcatio eorum & infidelitas prænũciata est a prophetis permaximè Isa. ¶ Tertius error eorũ est, quod nihil aliud expectant a suo messia uenturo nisi tẽporalia, liberationem scilicet a seruitute & collectionem ex dispersione per orbem, & quod sit eos reducturus in Hierusalem materialem, & collaturus eis magnam pacem, & abundantiam rerum non autem credunt quod si eos uel alios redempturus, & a peccato mundaturus, & gloriam collaturus, aut pro eis passurus. Nec enim credunt hominẽ nasci cum peccato originali, cum tamen ps. 50. dicat cõtra eos. Ecce in iniquitatibus conceptus sum. Non enim dicũt patres fuisse uel esse detentos in limbo, sed ad cęlum subito euolasse, cum tamen expræsse sit contra eos, quod ait Iacob patriarcha. Gen. 37. Descendam lugens ad filium meum in infernũ, quiutiq; filius scilicet Ioseph, quia sanctissimus secundum eos non ad infernum, sed ad cęlos debuisset ascendere immediatè, & Iob. 17. Si sustinuero infernus domus mea est, & aliud ps. 67. Ascendisti in altum cepisti captiuitatẽ accepisti, vel dedisti dona in hominibus. Sed quid aptius dici potuit pro assertione fidei catholicæ & de liberatione humani generisquã illud Zach. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui scilicet confirmatione effuso in passione, eduxisti uinctos. n. i. patres qui erãt uincti. i. detenti reatur culpę originalis a diabolo de lacu, in quo non erat aqua ideſt limbo inferni. Si enim messia nil aliud haberet facere nisi dare libertates temporalem bona terræ ut quid oportebat implere libros prophetarum promissionibus eius, qui tantum terræ natribueret, uel etiam scientiam quę est cõmunis bonis & malis. Cum uiri non solum fideles, sed etiam infideles philosophi contempserint ut lutum terrena, ut quid tãto desiderio flagitassent sancti patriarchę huiusmodi aduentum, iuxta illud. Rorate cęli desup &c. Esa. 45. & illud Aggei. Veniet desideratus cunctis gentibus &c. nisi qa credebant ex Dei reuellatione salutem ęternalem per ipsum cõcedendam non temporalem. Et hoc est quod ait Petrus Act. 10. Huic. s. Christo Iesu oẽs ꝓphetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius. Esa. 53. Dominus posuit iniquitates omnium nostrũ super eum. Attritus est ꝓpter scelera nostra cuius liuore sanati sumus. Hanc ueritatem fidei confirmauerũt sãcti inumeris miraculis. Ipsi autẽ Iudæi postquã i Christũ credere noluerunt nunquã habuerunt prophetã, uel miracula facientem, sed pleni sũt omnib. utiis ¶ Exacuerunt quoq; hæretici linguas suas, ut gladium contra doctrinam & ueritatem fidei. Qui & si recipiunt scripturas noui, & ueteris testamenti eas tamen peruertunt falso exponentes & licèt plurimi fuerunt uarios inuenientes errores, tres nunc sufficit ponere circa animum nostrum multũ periculosos. Aliqui quãtum ad' ĩmortalitatẽ dixerunt animam ipsam cũ corpore mori. Alii quãtum ad arbitrii libertatem, alii quãtũ ad

Quod Christ' sit uerus messias.

Qđ christus æterna largiatur.

Iudei a tempe denegationis Christi non habuerunt miracula.

Dicere aīam mori cū corpe ẽ error.

futuram miſeriam vel fælicitatē,& hæc omnia falſa.¶Quantum ad primum animam.ſ. humanam mori cum corpore tanquā falſiſſimum non ſolum negat veritas fidei,& ſacra ſcriptura dicens.Sapien.5.Iuſti in perpetuum uiuent.ſ.quo ad animam,& apud dominum eſt merces eorum,& Dan.12.Euigilabunt de puluere terræ alij in vitam æternam, alij in opprobrium vt videant ſemper. Sed etiā doctrinę paganorum philoſophorum,ut Ariſtotelis & Platonis qui fuerunt ſolemniores,Senece.Tullii && poetarum Iudæorum Saracenorum,ut patet in doctrinis eorum.Et de hoc ſupra in prima parte.ti.2. de immortalitate animæ Beatus etiā Tho.2.contra gētiles.c.78. inducit plures rationes,quarum tres facilio res intellectui hic ponuntur.Et prima eſt talis.Impoſſibile eſt appetitum naturalem eſſe fruſtra.Sed homo naturaliter appetit perpetuo manere,qđ patet ex hoc qđ eſſe eſt quod ab hominibus omnibus appetitur,homo autem per intellectum appręhendit eſſe non ſolum ut nunc ut bruta animalia, ſed ſimpliciter.Conſequitur ergo perpetuitatem ſecūdū animā,qua eſſe ſimpliciter,& ſecundum omne tempus appręhendit.Secunda ratio eſt. Faciens eſt honorabilius facto,ut etiam Ariſtoteles dicit.Sed intellectus agens facit intelligibilia actu,ſicut lux materialis facit colorē videri.Cum ergo intelligibilia actu inquantum huiuſmodi,ſicut incorruptibilia multo fortius intellectus agens,qui eſt potentia aīæ erit incorruptibilis,ergo & humana anima cuius lumē eſt intellectus agens eſt incorruptibilis.Tertia ratio eſt,nulla forma corrumpitur niſi ex actiõe cōtrarij,vel per corruptionē ſui ſubiecti,val p defectū ſuæ cauſſæ. Per actionem quidē contrarii,ſicut calor deſtruitur per actionem frigidi, per corruptionē ſui ſubiecti,ſicut deſtructo oculo deſtruitur potētia viſiua,p defectum autē cauſſæ,ſicut lumen aeris deficit deficiente potētia ſolis quæ erat ipſius cauſſa.Sed anima humana nō poteſt corrumpi per actionem contrarii. Nō eſt enim aliquid ei contrarium cum per intellectum poſſibilē ipſa ſit cognoſcitiua & ſuſceptiua omniū contrariorū.Similiter nec p corruptionem ſubiecti ſui.Nam humana anima non eſt forma dependens a corpore ſecundū ſuum eſſe. Similiter autem nec per deficientiam ſuæ cauſſę,quia non poteſt habere aliquā cauſſam niſi ęternam.Et ſic nullo modo anima poteſt corrumpi. Vnde quod dicitur Eccl.3.Vnus eſt interitus hominis,& iumētorum &c.loquitur ibi Salomon in perſona hęreticorū huiuſmodi,qui reprobantur in hoc 23.q.3.c.penul.¶Exacuerunt linguas ſuas quantum ad libertatem animi. Quidam enim ſubtraxerunt animæ humanæ liberum arbitrium dicentes omnes homines operari bonum vel malum ſecundum coſtellationē ſub qua natus eſt,nec poſſet aliter agere niſi ad quod inclinat illa conſtellatio. Et hos ut hæreticos peſſimos condemnat eccleſia,& dicuntur Mathematicis.24.q.3.c.pe. Ab his eccleſia ſcuto ueritatis protegitur & conuincit. Nam cum liberum arbitrium ſit potentia ad cuius actum concurrunt uoluntas & ratio,& hæ potentiæ.ſ.voluntas & ratio non ſint affixæ organo corporeo,ut ſenſitiuæ corpora celeſtia non pñt habere influxū & uirtutem ſuper eas directē,quia ignobilius non agit in nobilius,ſed econuerſo. Nobilior eſt autē anima omni corpore cęleſti, operari autē uirtuosè uel peccare procedit libero arbitrio, falſum eſt ergo qđ cogatur a conſtellatione. Vnde & gentilis Ptolomeus ait.Vir ſapiens dominabitur aſtris i.inclinationibus malis quas ſm ſenſualitatē haberet cōſtellationibus. Nam per rationē & voluntatē pōt homo reprimere paſſiones inſurgentes in ſenſualitate. Expreſsē hoc oſtenditur.Eccl.15.ubi dicit. Deꝰ ab initio conſtituit hominem & reliquit eum in manu ſui cōſilii,poſuit ante eū malū & bonum &c.ad quodcunq; uoluerit extēdet manum ſuā,& Gen.4.Sub te erit appetitus eius ſ.peccati,& tu dominaberis illius.Alii econuerſo libero arbitrio nimiam libertatem attribuerunt afferentes hominem per ſua naturalia poſſe ſaluari & gratiā non fore neceſſariam,niſi ad cognoſcendum quod debeat fieri,non autem ad uolendū vel faciendum bonum.Et hoc cōdemnat eccleſia,quia hæretici ſunt,& dicūtur Pelagiani 24.q.3.c. penul. Contra quos Apoſtolus Ipſæ operatur in nobis uelle & perficere.Et Io.15.Sine me.i. ſine meæ gratię adiutorio nihil poteſtis facere. Ratio huius eſt ſecūdū b.Tho.in quarto,quia cum prēmium gloriæ ſit infinitum,& uirtus creaturæ finita non poteſt creatura per ſe agere opus qđ attingat ſcilicet per meritum ad prēmium infinitum.Sed adiuncta Dei gratia operi noſtro quę eſt ualoris infiniti cum ſit quædam participatio diuinæ bonitatis, facit ipſum opus meritorium boni infiniti ideſt gloriæ ſupernæ.¶Alii peruerterunt liberi arbitrii uſum afferentes homines poſſe uenire ad quendam ſtatum perfectionis ab eis fictum, in quo eis omnia licerent & ſubditi non eſſent alicui legi inducentes illud Apoſtoli

Dicere liberū arbitriū conſtellationibus poſſe cogi errorē.

Beghardi.

Animas post uitam nō posse pati error est.

Exēplū.

ſtoli i. 1. Thimo. 1. Iuſto non eſt poſita lex &c. Hos reprobat eccleſia in Cle. ad noſtram de hęreticis. Et uocantur Beghardi Omnis anima (inquit idem Apoſtolus Ro. 13.) poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Et. 11. q. 3. ſi dominus cum c. ſe. Ad auctoritatem Apoſtoli reſpondet b. Tho. prima ſecundę dicens qđ iuſto non eſt impoſita lex intelligitur hoc ut per pęnas retrahens, ſed bene ut ſe regulans, & ordinans, nam iuſti non timore pęnæ ſeruant leges, ſed amore uirtutis ſubjciunt ſe & regulant ſe ſecundū leges. ¶ Tertius error pernicioſus circa animā eſt, qđ animę nō patiantur poſt hanc uitam pęnā, ſed omnes ſaluentur. Hic fuit error Origenis qui damnatus eſt pro hæretico ab eccleſia. Contra quos expreſsè dixit Chriſtus. Ibunt hi. ſ. mali in ignē ęternū iuſti autem in vitā ęternā. Et Eſa. ulti. Vermis eorum. ſ. remorſus conſcientiæ malorum non morietur & ignis eorum non extinguetur. Parabolam etiam veræ hiſtorię ad hoc ponit Chriſtus Luc. 16. de diuite ſepulto in inferno, & Lazaro paupere deportato ad ſinum Abrahę. i. limbum. Gentiles quoq; ponunt malos homines in alia vita torqueri, & bonos requieſcere. ¶ Exemplū ēt habetur notabile de quodam viro qui habuit vxorem valde mundanam & laſciuam uitiis deditam cum tamē uir eſſet multum uirtuoſus. Et uir quidem paſſus eſt multa aduerſa, & infirmitates cauens ſibi etiā a leuibus peccatis. Vxor autem uoluptatibus vacabat & omnia ſibi cę debant in proſperitatem, nec ſentiebat unquā moleſtiam infirmitatis. Habebant autem vnā filiam quam pater inſtruebat ſecundum Deū mater autem ad vanitates trahebat, defunctis utriſque cœpit filia vacillare animo, dubitans quod ſibi melius foret imitari, vel patrē bonum, ſed circundatum calamitatibus in uita ſua, aut matrem prauam ſed bene fortunatam in mundo. Super hoc igitur anxia & orās vidit in uiſu cœlū apertum, & ſanctos in magna gloria, inter quos & patrē aſpexit in magna lætitia & gaudio, & exinde inclinās oculos uidit terram apertā, & in profundo terræ maximum ignē in quo cruciabantur peccatores, ubi cum aliis vidit & matrem ſuā maximis cruciatibus laborantem rugitū & eiulatum emittētem, ppter immēſitatē pęnarū ad quā iterum ſupra aſpicientē pater ait. Vide filia diligēter & cōſidera quæ vidiſti, vt cognoſcas cuius uitā debeas imitari, nam ſi malos mores matris ſectata fueris ſecum ad inferna traheris, ſi autē monita mea & exempla mecum in æternū gaudebis. Quibus uiſis edocta illa rectā uitā tenuit. In quarto quoq; dialogorum multa exēpla habētur de pęna & gloria alterius uitæ. Confuſi ſunt ergo omnes qui exacuerunt ut gladium linguas ſuas & conuicti de erroribus ſuis qui omnes defecerunt. Et ſi qui adhuc remanſerunt errores omnino deficient, vt Iudęorum. De quibus pſ. 58. Gladius in labiis eorum. ſ. falſæ doctrinæ occidē tisquis eis aſſentiunt. Et quare etiam permittat Deus eos in errore permanentes uiuere, aſſignat pſal. rationem dicens paulopoſt. Ne occidas eos nequando obliuiſcantur populi mei. ſ. qui fuerunt Chriſtū occidentes, dum adhuc permanet genus eorum. Sed diſperge illos. ſ. per mundum ne poſſint nocere protector meus dñe. Demum concludit. Conuertē tur ad veſperā in fine mundi & famem patiē tur ut canes famem. ſ. uerbi ueritatis. Errores hæreticorum de tempore in tempus defecerunt, quos etiā ad tempus permiſit Deus ex fidelibus ſurgere ad exercitium fideliū doctorum, ut ſcripturas attentius perſcrutarentur & veritatem inuenirent & probationem fidelium vt dicit Aug. 24. q. 3. c. fi. Paganorum vero opinio ex toto penè defecit niſi ponantur inter Paganos Saraceni quibus legem dedit Mahometus plenam erroribus & vitiis qui adhuc durant. Sed ita clarè eſt falſa eorū perfidia ut & animalia bruta ipſam deberent deteſtari & repudiare.

¶ De *ſuperſtitionibus per modum prædicationis.* Cap. 8.

ODiſti omnes obſeruantes uanitates ſuperuacue pſal. 30. videtur hoc eſſe contra illud Sapien. 11. Diligis enim omnia quę ſunt & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Cum ergo Deus fecerit omnes homines & bonos & malos, ergo nullum odit. Sed ad hoc dicit Aug. in glo. ordi. quod aliud eſt quod facit Deus in homine, aliud quod facit homo in ſe. Facit. n. Deus in homine naturā, quæ quia in ſe bona eſt non odit, ſed diligit ipſam etiam in peccatore. Sed quod facit homo eſt peccatū, & hoc odit Deus, nec tamē odit ut homo ſicut nec turbatur ut homo. Nam homo iraſcitur & odit cum quadam alteratione & ſui immutatione. Deus autem immutabilis eſt, nec habet corpus nec ſenſualitatem corpori annexam in qua oriuntur ira & odium, & aliæ paſſiones. Dicitur autem iraſci & odire per ſimilitudinem & effectum hominis irati aut odientis. Qui enim odit aliquem non uult eum videre, ſed quērit enim punire, & ſic

ſic altiſſimus odio habet peccatores vt dicitur. Eccle. 12. quia non reſpicit eos ſua gratia, ſed punit & exteminat. Et hoc modo intelligitur iſtud. Odiſti omnes &c. Et exponit Hugardi. de obſeruantibus ideſt nimis affectuoſè quærẽtibus uanitates ideſt uanas diuitias ſuperfluè ponentibus in eis finem ſuum, & attendentibus nimis ad ſubtilitates philoſophicas, & iuridicas inutiliter, & de utentibus ſuperſtitionib. quæ plenæ ſunt uanitatibus & ſallaciis. ¶Et iſtam tertiam expoſitionem proſequendo ſcilicet de obſeruantia ſuperſtitionum tria in dicto verbo notantur.

¶Primo grauitas ſceleris, ibi. odiſti.

¶Scẽdo multiformitas crimis, ibi. obſeruãtes.

¶Tertio inutilitas operis. ibi. ſuperuacue.

Grauitas ſuperſtitionis.

¶Primum eſt grauitas ſceleris in ſuperſtitionibus, & hoc oſtẽditur in prima parte ex hoc quod dicit pſ. Deum odire tales. Odiſti &c. Non autem dicitur in ſcriptura Deũ aliquẽ odire niſi propter mortale peccatum, vnde apparet iſtud eſſe damnabile & æternali igne puniri & merito. ¶Nã iſtud uitium Dei uſurpat diuinitatem, irritat fidelitatem, agit contra Dei & eccleſiæ ꝓcepta & uolũtate. ¶Primum patet ex hoc, quia ſcire futura vel occulta eſt proprium Dei, iuxta illud. Eſa. 41. Futura & nouiſſima annunciate nobis, & dicemus quia dii eſtis. Et Salomon. 3. Regum. 8. Tu ſolus noſti corda filiorum hominum. Sanare ẽt infirmos ſine medicinis & remediis naturalib. eſt proprium Dei. Sed per ſuperſtitionẽ & obſeruantiam auguriorum & diuinationũ, quærunt homines ſcire futura & occulta, & per incantationes & breuia quærunt ſanitatem ſine medio naturali & ſine Dei adiutorio. Vñ ſequitur quod uoluit ſibi uſurpare q̃ ſunt propria Deo quod eſt maximæ ſupbiæ. ¶Secundum ſcilicet quod irritat fidelitatem ideſt promiſſionem quã fecit Deo in baptiſmo patet ex hoc, qa in baptiſmo ꝓmiſit abrenũciare diabolo, & põpis eius. Sed talibus uti & facere eſt q̃rere auxilium diaboli, & facere pactũ cũ eo, eũ uenerari ut per ea uana & falſa q̃ facit ſibi conferat qđ quærit ſanitatẽ, vel notitiam alicuius rei occultæ & huiuſmodi. Vnde Chryſ. de Chananea inq̃t. Non perrexit ad diuinos, non uocauit magos, nõ alligaturam queſiuit, non impoſtatrices mulieres adduxit, ideſt incantantes, non ad falſa præſidia confugit, ſed reliquit omnes diaboli falſitates, & venit ad dominum Ieſum ubi oſtendit hæc eſſe adiutoria diaboli. Et Apoſtolus dicit ad Gala. 4. Dies obſeruatis & tẽpora & menſes & annos timeo ne forte inuanum laborauerim in vobis ſcilicet ꝓ fidẽ vos perdẽdo. Et Aug. dicit. 26. q. 7. Non obſeruetis. poſt quam multa talium particulariter poſuit, qđ qui iſta ſectantur fidem negant & baptiſmũ, & ſunt deteriores infidelibus, & ſi ſe non correxerint ad æternam damnationem tendũt. ¶Tertium patet ex hoc, quia Deus expreſsè ꝓhibet iſta dicens. Nõ augurabimini nec obſeruabitis omnia. Eccleſia etiã prohibet iſta ut patet. 26. q. 5. per totum, & q. 7. & extra de ſortil. c. in tabulis. Vnde ad deteſtationẽ huius ſceleris ponitur inter caſus reſeruatos epiſcopis. Fiunt etiam in his maxima ſacrilegia, quia immiſcentur cum his ſacramenta uel ſacramentalia, & multa turpiſſima fiunt & comeduntur, & dicunt quę turpe eſſet dicere. Odiſti ergo &c.

Sortilegium eſt caſus epiſcopo reſeruatus.

¶De *fortuna*. Cap. 9.

BEatus uir cuius eſt nomẽ domini ſpes eius & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas pſ. 39. Beatitudinẽ quilibet naturaliter appetit, ſed eã nõ peruenit niſi ſpes eius ſit in nomine domini ideſt in uirtute Dei & auxilio eius qui in ſe non confidit, ſed in adiutorio gratię Dei, vel in nomine domini, quod nomen eſt Ieſus qui interpretatur ſaluator ideſt ſalutem animę & corporis ſperat conſe qui Ieſu ſalutari, & non reſpexit ad uanitates ideſt ad temporalia in quibus cõfidat, & inſanias falſas ideſt ſuperſtitiones uarias. Circa hoc multi errant aſpicientes ad talia & conſidentes in illis quaſi ꝓ illa ſaluãdi nõ a Deo. ¶Eſt enim inſania falſa fortunationis.

¶Eſt inſania falſa conſtellationis.

¶Eſt inſania falſa factationis.

¶Multi credunt & aſſerunt multas uanitates & inſanias ideſt fatuitates falſas. Circa iſta aliqui de fortuna aliquali de conſtellationib. alii de facto. ¶De fortuna uariè ſunt homines opinati. Aliqui Ethnici, & rudes homines opinati ſunt deam eſſe. Vnde & Romæ ei fecerunt ædem & aram & ſimulacrum, ipſamque ut deam colebant & ipſum ſimulachrũ fortunę locutum eſt pluries, quod matronę rite ei dedicauerant. Sed Auguſtinus in quarto de ciuitate Dei. capit. decimo octauo, & decimonono. Vbi iſta refert oſtendit hoc eſſe fallaciam & errorem. Nam Plato & alii Philoſophi, & ſapientes omnes deos utriuſque ſexus, ſi tamen ſexum habent, cum nec ſexum habeant, nec plures ſint ſecundum ueritatem, dixerunt eos eſſe bonos, ſed fortuna aliquando eſt bona aliquando eſt mala.

Opinio quod fortuna ſit Dea.

An fortè

An fortè eum mala eſt in malignum dæmonem conuertitur & Dea non eſt. Sed cũ ſunt multi homines fortunati, tot erunt deæ iſtæ quot ſunt homines bonæ fortunæ. Et cũ ſint plurimi malè fortunati erit fortuna ſi vna eſt ſimul bona & mala. Bonam eſſe dicunt quæ bonis & malis venit, in hoc differens a felicitate quam etiam dicebant & colebant, vt Deam, quia felicitas illa eſt quam boni habent præcedentibus meritis. Fortuna verò q̃ bona dicitur ſine vllo examine meritorũ fortuitu accidit hominibus bonis & malis, vnde fortuna nominatur. Sed quomodo eſt bona ſi ſine vllo iudicio venit ad bonos & malos? Vt quid colitur quæ ita cęca eſt paſſim in quoslibet incurrens, vt ſuos cultores plerũ que prætereat, & ſuis contemptoribus hęreat? Aut ſi aliquid proficiunt cultores eius, ut ab illa videantur & amentur iam merita ſequitur nõ fortuitu venit. Vbi eſt ergo illa diffinitio fortunę vbi eſt quod a fortuitis nomẽ accepit? Nihil enim prodeſt eam collere ſi fortuna eſt. Si ſuos cultores diſcernit vt profit fortuna non eſt. Quod ſi Iupiter ipſam quo voluerit mittit ipſæ ſolus colatur nõ illa quæ reſiſtere non poteſt ei iubenti. Falſiſſimum ergo eſt fortunam deam eſſe & verſutia dæmonum factum eſt, vt loqueretur fortunę ſimulacrum. Ad quid enim aliud locuta eſt ni ſi ut homines rectè viuere non curarent. Conciliata ſibi fortuna quæ illos ſine vllis meritis bonis faceret fortunatos. Et Lactantius dicit in lib. 3. q̃ hoc ſimulacrum cum copia & gubernaculo fingunt tanquã fortuna & opes tribuat, & humanarum rerum regimen obtineat. Sed vt dr̃ Eſa. 65. Veh qui ponitis fortunę menſam. i. aram tãquam deę. Et ſubditur. Dinumerabo vos in gladio, ſcilicet iudicii & ęternę damnationis. ¶ Alii dixerunt fortunã eſſe accidentium rerum ſubitum & inopinatum euentum abſque omni cauſſa ſuperiori, vel inferiori. Vnde aliqui opinati ſunt, vt refert dominus Iohannes dominici ſuper Eccleſiaſten. quod omnia eueniebant in mundo a caſu & fortuna ſine diuina prouidentia, vel cęlorum influentia, & ſine cuiuſcunq; rationalis creaturę ordinatione pręuia. Vnde & Aug. de ciu. Dei. lib. 5. dicit quod caſualia dicuntur quę vel nullas habẽt cauſſas, vel nõ aliquo rationabili ordine procedunt. Exemplum refert Valerius in primo libro, qđ dũ remiges quidam haurirent aquam de ſentina fluctus maris quendam e naui eiecit in mare, & mox alius fluctus contrarius illum eiectum naui reſtituit. A caſu & fortuna fuit vtrũque, quia ſine aliqua cauſſa rõnabili & prouidentia cuiuſcunque hoc euenit. Sic igit aliqui philoſophi caſum & fortunã poſuerũt in oĩbus in quorũ perſona inquit Salom. Eccle. 9. Verti me ad alia, vidique ſub ſole nec velociũ eſſe curſum, nec fortiũ bellũ, nec ſapientũ panẽ, nec doctorũ diuitias, nec artificũ gratiã, ſed tps caſumq; in oĩbus. i. aliqñ velociores a curſu impediuntur: ita q̃ tardiores p̃cedunt & corporaliter & ſpũaliter, & fortiores in bello aliqñ vincuntur a minus fortibus & ſapientes, i. magi incantatores, qui deberent ex illa arte eſſe diuites, aliqñ carẽt pane, quę oĩa videntur procedere ex eo quòd caſu cuncta perueniunt. Ad quod facit quidã Ethnicus hiſtoricus ait. Fortuna in omni re dominatur. Et q̃ Empedocles dixit mundum pluries diſtinctum in partes & in chaos quoddã redactum aduenientelite & aduenientе amicitia. Nam aduenientе lite dicebat quòd prius erat chaos, id eſt materiam confuſam diſtinctam in partes, vt hominem, equum, canem, auem, piſcem, lapidem, aurum, argentum, terram, & huiuſmodi, & tunc etiam caſualiter membra recipiebant talem ſitum in corpore qualem habent, vt quod aliàs fuit caput poſtea factum ſit manus & huiuſmodi. Et iſtę caſus dominatur in rebus quouſque iterum veniat amicitia & omnia redigat in vnum chaos. Et poſtea iterum aduenientе diſcordia ſeu lite alius caſus dominabitur toti generi rerum. Et ſic quòd vnus habẽs vxorem habeat filios, alius non habeat, vnus ſit diues alius pauper, vnus ſit ſanus alius infirmus, vnus in iuuentute moriatur alter in ſenectute, vel media ętate, vel pueritia, duobus cadentibus de aliquo loco, vnus frangat ſibi pedem alter non, vnus ſit bonus, alter malus, totum hoc dicunt eſſe a caſu & fortuna ſine aliqua prouidẽtia alicuius. ¶ Sed hoc eſſe falſiſſimũ oñdit Chriſtus dicẽs Math. 6. Si fęnũ quod hodie eſt cras in clibanũ mittit: Deus ſic veſtit floribus. i. ita viuacibus coloribus, q̃ nec Salamon in omni gloria ſua potuit habere veſtimentũ tam pulchri coloris quãto magis vos puſillę fidei. ſ. veſtiet & prouidebit. Et ſi volatilia quę non ſerunt neque metunt paſcit, quanto magis hominibus prouidet. Ipſi. n. eſt cura de omnibus. Sap. 1. Creauit enim Deus omnia vt eſſent, & ſanabiles fecit rationes hominũ: vnde non a caſu per ſe facta ſũt. Sic determinauit b. Th. in 3. contra gentiles & prima parte. q. 22. p totum, q̃ oĩa inferiora ſubſunt diuinę prouidentię. ſ. mũdus, & corporalia: motus & actus oĩum inferiorũ, actus humani

Opinio q̃ fortuna ſit euẽtus ſine cauſſa.

Reprobatio opinionis

humani & gñaliter oĩs creatura. Vñ Sal. Eccl. 9. Verti me ad alia. i. de contradictione incõ tradictionem a profundo inferni, vnde ꝓcessit falsissima opinio qua dicitur omnia euenire a casu & fortuna ad sublimitatem diuinæ prouidentiæ qua cuncta gubernantur in qua vidi ꝙ non est cursus velociũ. Veloces sunt qui cum magno feruore Deo seruire incipiunt, vel sine quacunque difficultate operibus Dei immorantur. Et ista velocitas siue conuersionis, vt Pauli & Magdalenæ siue operationis, sicut Pauli non fuit Pauli, sed Dei q trahebat. Amos. 2. Velox pedibus suis nõ saluabitur, nec fortium bella. Fortes sunt qui viriliter tẽptationibus resistũt, vt Antonius, Benedictus, Bernar. & cæteri. Sed ista fortitudo & victoria nõ fuit ipsorum principaliter, sed Dei ps. 27. Dñs fortitudo plebis suæ. Nec sapientũ panem. Sapientes sunt qui Deum scire desiderãt, & i tali cognitione versanẽ, quorum panis est verbũ Dei, vt Aug. Hiero. Tho. & hmõi. Sed hunc panem non habent nisi cũ actualiter dat & conseruat Deus. Tren. 4. Paruuli petierunt panem & non erat qui frangeret eis. Nec doctorum diuitias. Doctores sunt prædicatores, diuitiæ sunt merita quæ acquirunt in conuertendis aĩabus. Sed istæ nõ sũt a se, sed a Deo Lu. 5. In verbo tuo laxabo rete, & tunc compræhenderunt pisciũ multitudinem copiosam, vbi prius per se nihil cęperant. Nec artificũ gratiã. Artifices sunt q operibus misericordiæ insistunt & practicis exercitiis. Et isti a se nõ possunt illa exercitia, sed Deus facit in eis, & ipsi sunt sicut instrumenta, sicut ẽt malleus facit cultellum, vt instrumentũ a fabro ductum: aliter non. Omnia ergo ista subiacent tempori & casui. i. defectui quo ad hominem, sed non quo ad Deum. Nã Salomon qui fuit velox ad sciendum seu recipiendum sapientiam infusam cecidit tempore malo sibi. Sanson fortissimus cecidit tẽpore malo sibi. Dauid sapientissimus cecidit in Bersabeæ. Iudas doctor. i. prædicator. Petrus artifex in cura populi. Qualiter aũt isti casũ sustinuerunt & capti sunt ostendit in eo qđ subditur, sicut pisces hamo &c. Esca fuit amor mulierum quo ad Salomonem vel curiositas sciẽdi, hamus fuit error qui cępit. Esca quo ad Dauid fuit aspectus oculorũ, hamus fuit delectatio carnis, & sic de aliis. Et tõ bene subditur, quia nescit homo finem suũ, quia ignorat si Deus velit cooperari secum vsq; in finem vel non. Subiacent tamen omnia diuinæ prouidentiæ, & multa sub illa ẽt arbitrio & prudentiæ hominum, vt ostendit per exẽplum de ciuitate obsessa liberata per sapientiam vnius, vt ibi subditur. ¶ Alii vero dixerunt fortunã esse inopinatũ euentũ alicui circa bona exteriora vel mala nõ a se: sed a causa superiori prouenientẽ. Vel sic. Fortunã esse cãm per accidens in his quæ fiunt ſm propositum pp finem in minori parte. Ista est diffinitio fortunæ quam ponit philosophus in 2. phisicorum in qua tanguntur tria. ¶ Primũ est, ꝙ fortuna est causa per accidens. Nã esse ctus per accidens qui coniungitur causæ per se: & est præter rõnem causæ pro se, & pręter intentionẽ agentis, & est effectus fortuitus & a fortuna, verbi gra, lapidem descendere est, & hominẽ ire ad forum si hoc propositum contingit esse per se. Sed tunc cum vadit ad forũ cõtingit lapidẽ descendere, & frãgere sibi caput est per accidens. Ita ꝙ istæ effectus. s. fractio capitis oritur ex concursu duarũ causarum. s. ex descensu lapidis & ex ire ad forum quarũ causarũ licèt quælibet sit per se, tñ earum concursus ad talẽ effectũ efficiendũ qui est fractio capitis dr esse per accidens, & a fortuna, ergo fortuna nõ est aliud q̃ inopinatus euentus, & per accidens causarũ concursus. Hoc est exemplũ Egidii super libro de bona fortuna. ¶ Secundũ qđ spectat ad rõnem fortunæ est, ꝙ fortuna est causa eorũ quæ fiunt in minori parte. Hoc patet per exemplum, ꝙ n. aliquis vadat ad forũ pp aliquid aliud, & inde deportat pecuniã quã non intendebat, tunc deportatio pecuniæ cuius causa fuit aduentus ad forũ, nec est ex necessitate nec sẽper, ergo in minori parte, quia in paucioribꝫ contingit hoc. Tertiũ quod spectat ad rõnem fortunę est, ꝙ fortuna non est causa eorum q̃ fiunt a natura, sed eorum quæ fiunt ſm propositum & ab intellectu. Quia aũt non sit a natura patet: quia natura vel semper, vel vt frequenter & similiter operatur. Fortuna verò vt in paucioribus & dissimiliter. Iterũ neque inanimatũ, neq; puer neque bestia agũt a fortuna, cum non agant voluntariè quasi liberum arbitrium habentes. Vnde nec fortuniũ nec infortuniũ põt eis accidere nisi similitudinariè, sicut quidã dixit ꝙ lapides ex qb. fiunt altaria sunt bene fortunati, quia eis honor & reuerentia exhibetur, cum lapides eis coniuncti vel vicini conculcantur, quod dr p similitudinem ad hoĩes in quibus honorati fortunati dñr. Vnde fortunium dr qñ præter intentionem accidit aliquod bonum ei. ¶ Eu fortunium qñ sequitur aliquod magnum bonũ. ¶ Infortuniũ dr qñ præter intentionẽ accidit aliqđ magnũ malum, hæc Tho. in scriptis

Pauli & Magdalenę qualiter cõuersi a Deo prouenit.

Secũda opinio de fortuna.

Diffinitio fortunę secũdũ Aris.

Fortunium dr eufortuniũ, infortunium.

ptis ſuper 2. phiſicorũ. Vnde ex hoc eſt aliqs benè fortunatus, inquantũ operat aliqd quo perfecto abſq; aliqua ſua pręuiſione & ſua cognitiõe ſequit ei qđ eſt p ſe deſideratũ, & uolitũ. Dicit aũt Th. in 3. c. 89. cõtra gẽtiles, quod aliquis dr̃ bñ fortunatus qñ aliquid boni accidit ſibi p̃ter eius intẽtionẽ, ſicut cũ aliqs fodiens in agro inuenit theſaurum quem nõ q̃rebat. ¶ Vbi ſciendũ q̃ aliqd eſt p̃ter intẽtionẽ inferioris qđ non eſt præter intentionẽ ſuperioris, ſicut cũ dñs mittit ſeruũ ad quẽdã locũ, & ad eũdẽ locum mittit alium ſeruũ illũ ignorãte, tunc concurſus ſeruorum adinuicẽ eſt p̃ter intentionem vtriuſq; ſerui, ſed non eſt præter intentionẽ dñi ipſorũ mittentis eos, vñ talis concurſus licèt ſit fortuitus reſpectu ſeruorũ, nõ tñ reſpectu dñi ſed ad aliquid ordinatũ ab eo. ¶ Si licèt aliqua ſint fortuita reſpectu hoĩum, nihil tñ reſpectu Dei q̃ omnia ꝓdinat & ꝓuidet, a quo ſit effectus fortuitus. Et dicendũ qđ cauſſa qua aliquid bonũ cõtingat alicui ſecundũ fortunam eſt vel a cęlo ab Angelo, vel a Deo. ¶ Quia. n. voluntas hominis inſtigetur ad volendũ & eligendum aliquid cui coniunctum eſt aliquod cõmodũ vl̃ incõmodum quod ſcilicet eligens non conſiderat, puta qđ inſtigetur ad quęrẽdũ vbi eſt theſaurus, ex nulla hominis virtute procedit, ſed hoc eſt vel quia diſponit a cælo, vel quia illuminatur ab angelo, vel quia a Deo inclinat, ſcilicet qđ vadat ad agrum & fodiat, & ſic theſaurũ inueniat, q̃ quidẽ cauſſalitas diuerſimodè eſt in his tribus. ¶ Primo enim cælum inducit hominem ad aliquid faciẽdũ p modum alicuius paſſionis quam imprimit in corporẽ noſtra. ¶ Secũdo angelus diſponit hominem ad eligendũ non imprimendo aliquã paſſionem vt cælum, ſed per modũ cuiuſdã intelligibilis conſiderationis illuminãdo ad cognoſcendũ, qđ aliquid eſt bonum, nõ tamẽ de fine quare eſt bonum illud fieri. ¶ Tertio a Deo uolũtas hominis inclinatur ad aliquid eligẽdũ cuius rationẽ ignorat, & ſi ex his tribus dicitur homo fortunatus. ¶ Et ad maiorẽ declarationẽ horum ſciendũ primo qđ aliqd fortuitum vel infortuitũ poteſt cõtingere homini per comparationẽ ad cęlũ, & per cõparationem ad angelos, non aũt per cõparationem ad Deũ reſpectu cuius in nulla re poteſt eſſe aliqd nõ præuiſum ſeu caſuale, quia nihil poteſt cõtingere præter intentionẽ cognitionẽ Dei. Secundũ ẽ qđ non ſemper eligit illud q̃ angelus intendit aut ad quod corpus cęleſte inclinat, ſed bene illud quod Deus operatur in illo. Nã angelorũ cuſtodia interdum ceſſat ſecundum illud Hier e. 51. Curauimus Babylonẽ & nõ eſt curata, & multomagis inclinatio corporũ cæleſtiũ aliquãdo ceſſat. Diuina autem prouidentia nunquam ceſſat, ſed ſemper eſt firma, ita qđ licèt aliqđ bonũ poſſet homini contingere p̃ter eius intentionem, & præter cæli inclinationẽ, & angeli illuminationẽ non tamẽ præter Dei ordinationẽ & prouidẽtiã ſub qua omnia cõtinẽt. ¶ Tertium conſiderandum quod bñ fortunatus dicitur aliqs qñ ex Deo vel angelo vel cælo aliquis inclinatur ad eligendũ aliquid ſibi utile, cuius rationem ignorat. Et econtra male fortunatus dicitur aliqs quando ex ſuperioribus cauſſis, puta cęlo, angelo, ad cõtraria eius electio inclinatur. Sicut de quodã dr̃ Hier. 22. Scribe uirum iſtum ſterilem, qui in diebus ſuis non proſperabitur. Vbi dicas quod nunquam uoluntas hominis ad malũ inclinatur niſi permiſſiuè, non autem effectiue. Contingit enim homini benè vel malè ſecundum fortunam aliquando ſeipſo agente, ut cum fodiens in terra inuenit theſaurũ quieſcentẽ. Quandoq; occaſione alicuius alterius cauſſæ concurrentis, ut cũ quis uadit ad forum cauſſa emẽdi aliquid, & ibi inuenit debitorem ſuum quẽ nõ credebat ipuenire. Hæc Th. in 3. contra gentiles. c. 89. ¶ De quibus bonis eſt fortuna? Et eſt dicẽdũ quod circa bona corporalia exteriora, nam reſpectu bonorum ſpiritualium, ſeu mentaliũ non poteſt eſſe fortuna, nec poteſt aliquis dici bene vel male fortunatus reſpectu horũ. Cuius ratio eſt, quia homo tunc dicitur bene uel male fortunatus quando accidit ei aliquid boni uel mali præter eius intentionem. Sed bona ſpiritualia vel mala ſic ut ſunt opera uirtuoſa uel uitioſa non poſſunt alicui euenire præter eius intentionem cum cõſiſtant in electione cum qua concurrit intentio hominis, poteſt tamen reſpectu horum dici bene vel male naturatus ſcilicet ſm qđ habet inclinationes naturales ad vitia vel uirtutes. ¶ Eſt ergo fortuna circa bona exteriora eo qđ poſsũt homini euenire p̃ter eius intentionẽ & reſpectu horũ poteſt homo dici bñ naturatus, & bñ fortunatus a Deo gubernatus & ab angelo cuſtoditus, a cælo aũt ꝓpter diſpoſitionẽ relictã in corpore dicitur hoc non ſolum bñ uel male fortunatus, ſed etiam bene vel male naturatus. Thom. in 3. contra gentiles. c. 89. Contingit ergo error circa fortunã, quãdo ſcilicet qs æſtimat ẽ bona uirtualia eſſe a fortuna, & hæc eſt inſania falſa, vel cum quis ponit ſpẽ vel finem ſuũ in bonis exterioribus fortunæ & hæc ẽ uanitas. Sed beatus ait pſ. 39. cui eſt.

Reſpectu Dei nihil eſt fortuitũ

Bene fortunatus dicit quis.

Fortuna eſt circa exteriora.

est nomen domini spes eius & non respexit in uanitates & insanias falsas. Habet enim fortuna circa bona ipsa exteriora de quibus est, sex defectus & ideo non sperandum in eis.

Fortuna hēt sex defectus

¶ Primo defectum impermiscibilitatis.
¶ Secundo defectum æquitatis.
¶ Tertio defectum veritatis.
¶ Quarto defectum stabilitatis.
¶ Quinto defectum fidelitatis.
¶ Sexto defectum perfectibilitatis.

¶ Primū defectum. s. impermiscibilitatis qđ habeat fortuna patet, quia nulluseſt in hac uita ita bene fortunatus quin in aliquo sit male fortunatus. Boetius de philosophica cōsolatione. Nullus est tam compositæ felicitatis quin in aliquo tam cum sua fortuna rixetur. Salomon fuit fœlix & glorioſus, i regno suo, & tamen in senectute sua insurrexerunt guerræ contra eū, ut patet 3. Reg. 11. Octauianus Imperator fuit ita fortunatus ut diceretur de eo in prouerbio. Nec melior Traiano, nec fœlicior Octauiano, qui tamen non habuit filiū cui dimitteret imperium. Huius rationem assignat Augustinus dicens. Deus fœlicitatibus terrenis amaritudines immiscet, vt alia quęratur. s. fęlicitas, cuius dulcedo non est fallax.

¶ Secundus est defectus ęquitatis seu rectitudinis inquantum. s. boni videntur male fortunati, & mali bene fortunati secundū illud ps. 72. Ecce peccatores ipsi & abundantes in sęculo obtinueūt diuitias. Et de sanctis dr Sap. 3. Tanquam aurū in fornace. s. tribulationis probauit electos dominus. Vñ Gregor. in 15. moral. ait. Præsentis uitæ prosperitas innocentiæ testis nō est, quia multi ad perennem uitam per flagella redeūt, & pleriq; ad infinita supplicia perducendi sine flagello moriuntur. Et Augustinus. Nihil infęlicius fęlicitate peccātium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala uoluntas eius velut hostis interior roboratur 23. q. 1. paratus circa finem.

¶ Tertius est defectus ueritatis. Multa enim credimus esse fortuita quæ non sunt, ut opera bona vel mala ex quibus aliquis præmiatur uel punitur in uita ista, ut quod quis furetur unde postea suspēditur, uel quia alr quis insistat uirtutib. & scientiæ vnde exaltatur. Et econtra multa attribuūt homines industriæ humanę q̄ sunt fortuita uel ita inhærent temporalibus, ac si amitti non possint. Aug. Magnæ uirtutis est cum fælicitate luctari. Magnæ fęlicitatis est a fælicitate nō uinci.

Opera bona vł mala nō dñt dici fortuita

¶ Quartus est defectus stabilitatis. Nam bona fortunæ huius mūdi parum durant ps. 36. Vidi impium superexaltatū & eleuatū sicut cedrus libani & transiui. s. per considerationem, & ecce nō erat, quęsiui eum & non inuētus est locus eius. Alexāder Magnus in breui deuicto Dario omnium obtinuit munitiones & regna & post 12. ānos cognouit qđ moreretur, & tunc omnia amisit. j. Mach. 1. Innoc. de utilitate conditionis humanę ait. Subito cum nō suspicatur infortuniū accidit, calamitas irruit, morbus suadit, mors intercipit quā multis euadit. Et ut dicit Boetius de philosophica consolatione. In omni aduersitate fortunæ infæliciſſimū infortunij genus est fuisse fœlicē.

¶ Quintus est defect' fidelitatis uel discretionis. Nam Pagani fortunam cæcam appellāt & pingūt, eo qđ passim in quoslibet incurrens sine ullo examine meritorū & ad bonos & ad malos uenit. Tullius de amicitia. Fortuna non modicum ignaros multos excæcauit. Non autē ipsa fortuna cęca est, sed eos cæcos plerunq; efficit quos cōplexa est. Et Sen. Fortuna ei cui multū fauet stultum efficit. Econtrario facit prudens. Nam ut ait Sen. Fortunæ instabilitas prudentis animū non conquassat. Nā uirtuosus neq; bona fortuna extollitur, quia nullum bonū exterius est, quod ipsæ multum apprætietur, neq; mala fortuna deprimit, quia de nullo malo tm̄ contristatur qđ deuiet pp illud a uīa ratiōis.

Pagani fortuna cæcā appellatur

¶ Sextus est defectus perfectibilitatis. Nā p fectum est cui nihil deest. Nullus āt est in uita pſenti cui non desit aliquid & cui sufficiat quod habet. Et præcipuè q hēt bona fortunę; multis indiget ad conseruandū ea, nec desūt ei curę & timores inquietantes.

Exemplum de tyranno Siculo Dionysio qui fecit suspēdere gladiū acutiſſimū in filo tenuiſſimo super caput cuiusdā sui amici inuitati ad cōuiuiū suū nobiliſſimū, qui unū bolum nō potuit sumere sine maximo timore ne gladius desuper cadens occideret eū. Ex quo opere respōdit tyrannus ei q̄ imperfectus, & miser esset status eius, quē ille ut magnificū cōmendaret. Beat. ergo qui nō respexit in huiusmodi uanitates & insanias falsas. Ray.

De Dionysio tirranno.

¶ Itē sciendū q bona fortuna é aliquid sine rōne, quia. s. impetus ille quē bñ fortunati sequuntur, nō est factus a rōne, sed a Deo, vel angelo, uel cęlo. Quod autē ille impetus quem sequūtur bene fortunati sit sine rōne patet, qa si ab aliquo bene fortunato q̄ratur quare sequitur talē impetum, nescit reddere rōnem, sed dicet hoc facio, qa sic dictat mihi cor. Et ita pro' rōne dictamen cordis & beneplacitū volūtatis assignabit dicens, ita placet mihi, ita dictauit mihi cor.

Fortuna est aliquid sine rōne.

¶ Item secundo notandum q bene fortunatis nō expedit consiliari.

¶ Cuius rō est, quia tales

Fortunatis nō ex pedit cō filiari.

tales bene fortunati habent Deū directiorē, seu sequūtur instinctum superiorem, qui est melior omni consilio & intellectu humano. Ratio autem humana multotiens est impediti va bonæ fortunæ: quia sine ratione existentes sunt magis fortunati & magis sequūtur bonum finem ex eo q̄ magis sequuntur diuinos instinctus. ¶Item sciendū quòd bona fortuna excedit & superat prudentiā & experiētiam hominum sapiētum. Et ratio huius est, quia tales scilicet bene fortunatos oportet suscipere illam diuinatiuā quæ est a diuino instinctu quæ superat omnem sensum & intellectum, vnde tales melius diuinantur & vaticinantur de fide quàm sapientes & prudētes. Item inter homines aliqui sunt bene fortunati eo q̄ bene sequuntur diuinos instinctus. Et vnus & idem homo vno tempore erit fortunatus & fortunatè aget, aliquo alio tempore erit infortunatus & infortunatè aget. Et a natiuitate sunt aliqui fortunati & aliqui infortunati. ¶Iterū insipiētes, & simplices cōtingit magis esse fortunatos, ꝓbatur rōne & exēplo. Ratione quidem, quia ille est magis fortunatus qui magis sequitur instinctus diuinos. Sed simplices amissa rōne & non dediti exterioribus agibilibus magis percipiunt, & sequuntur interiores instinctus, & diuinos impetus quam faciunt sapientes qui rōnem sequuntur. Exemplo sic probatur. Sicut cęci amissis oculis magis memorantur & contingit virtuosius & stabilius esse quod memorātur. Sic insipientes magis sequuntur diuinos instinctus amissa rōne. Nam pluribus intentus minor est ad singula sensus. Egidius in scriptis super li. de bona fortuna. Appellantur hic insipientes & sine ratione illi qui non sequuntur rationes naturales humanas & sapientiam humanam vel acquisitam, sicut mulieres & simplices personæ.

¶De *constellacionibus, et ibi de Stella Magorum, quæ apparuit eis.* Cap. 10.

DE constellationibus etiam pōt induci illud ps. 39. Beatus vir cuius &c. qui nō respexit in ua. & insa. falsas. Multæ. n. vanitates, & insaniæ falsæ dicuntur de hmōi, sed homo rectus non respicit ad eas. Nōne vanitas est & insania falsa credere, q̄ astra seu cōstellationes cogant nos ad bene vel male faciendum, vel bene, aut male habendum. Sed & si corpora cęlestia influant in corpora inferiora, non tamen directè in animas. Sed nec etiā in corpora nisi disponente Deo. Qui cum sit caussa prima omniū, & caussa prima plus influat in caussatū caussæ secundę quam ipsa caussa secunda secundum regulam naturalē in li. de caussis sequitur, q̄ Deus ad placitū suū pōt tollere, & mutare influxū a caussis secundis, vt a corporibus cęlestibus quo ad aliquos effectus naturales, puta pluuias, siccitates, pestes, & hmōi, quæ aliqñ ſm dispositionem corporū cęlestiū & elementorū deberent euenire, ita q̄ non eueniant, & econtra q̄ veniant qñ ſm caussas secundas non deberent venire. Et ꝓpea dicit dñs. Hiere. 10. A signis cœli nolite timere, sicut gentes timent. Quādo immisit dñs pestē in populū Israel ꝓpter numerationem factam a Dauid ex quadā iactantia & vanitate, & in triduo cessauit ex toto, puto hoc non fuisse ex constellationibus, sed Dei beneplacito. Et similiter de signis corporalibus factis in Egypto per Moysen. Vnde & Gra. dicit in decretis. 26. q. 1. §. hiis ita, q̄ quibusdā constellationes, & futurorum signa custodientibus Apostolus ait ad Gal. 4. Dies obseruatis & menses & tempora & annos: timeo ne forte sine caussa laborauerim ī vobis. Sic & astronomia, vel astrologia apud catholicos in dissuetudinē abiit, quia dū propria curiositate hiis nimis erant intenti minus vacabant hiis quæ saluti aiarū erāt accōmodata. Hæc ille. Et Amb. dicit q̄ astrologia & alia huiusmodi nihil vālent ad salutem, & mittunt in errorē, & qui hiis studeant curam animæ non habent di. 37. §. hinc etiā filius, in fi. Aequidem obseruare dies secundum rationem naturalem medicinæ vel philosophiæ naturalis, puta non dare medicinas in reuolutione lunę, aut minuere sanguinem, vel plantare aut incidere arbores magis vno tēpore, q̄ alio prout dictat ratio naturalis, hoc licet. Et sic etiam dare iudicia, vel sequi de effectibus naturalibus secundum scientiam Astrologiæ, quæ tamen iudicia frequenter reperiūtur fallacia, vel q̄ ignoratur illa scientia, vel quia (vt dictum est) Deus potest immutare uirtutem, & influxū secundarū caussarum ad effectus producēdos ad placitum. Sed de actibus humanis velle certitudinaliter ex cōstellationibus iudicare ad superstitionem pertinet & infidelitatem: cum per hoc tollatur libertas arbitrii. Sed sciēdum quòd est triplex genus stellarum.

Astronomia & Astrologia idē sunt.

¶Primo est stella cometica.

¶Secundo est stella erratica.

¶Tertio est stella singularis & mirifica.

§. 1. Stella cometa q̄d sit.

¶Primo est q̄dā stella q̄ dr̄ cometa, vel comētes. Et vt dr̄ in Catholicon. ¶Cometa est q̄dam

dam ſtella crinita emittens de ſe radios flāmarū ad modū criniū. Et ſemp qñ apparet ſignificat mortē vel mutationē alicuius principis, vel alicuius patriæ deſtructionē, & ſemp diriigit radios ſuos ad illā partē, cui minat. ¶ Qui dā tñ dicūt, qꝓ nō eſt ſtella, ſed eſt quædā nubes ignea claritate accēſa qđ magis credim⁹. ¶ Papias aūt dicit, qꝓ cometes eſt ſtella ſic dicta eo qꝓ comas luminis ex ſe fundat. Qđ genus ſyderis qñ apparet peſtilentiā, famē, bellū, aut regni mutationē ſignificat, quā latini crinitē vocant, eo qꝓ in modū criniū flāmas ſpargit. ¶ Alii dicūt cū quibus ego qꝓ cometes nihil aliud eſt, q̄ vapor terreus & groſſus, cuius partes ſibi paulatim cōiacēt, aſcendēs ab inferiori parte æſtus multū ad ſuperiorē partē eiuſdē, vbi cōcauitate ignis cōtingit, & ibi diffuſus eſt, & inflāmatur, & iō vī longus frequēter, & diffuſus ¶ Itē ſcias, qꝓ ſtellæ hñtes comas efficiēter, & ſm locū ſuæ generationis, ſunt pp aerē inflāmatū ex vicinitatē ignis, q̄ continet materiā cometæ; & ipſum cometem aerē dico propinquū ignis, qui in ſe continet calorē ignis, qa qñ in ipſo vapor ſiccus inflāmatur, tunc continuatio fit cū lumine flāmæ cōmoto ab inferiori aere vbi ſtat vapor eiuſdē naturæ, & ita diffuſo illo qđ cōtinuat ei fit oblongū, & hic eſt cometes. ¶ Et ſi quæras cū cū dicat cometes ſe hīe ad bellū, vel mortem alicuius an ſit hoc ſignū cā vel effectus? Dico qꝓ ppriè eſt ſignū, quia ſicut dicit Ariſt. in li. de ſom, & vigi. Talia ſunt ſicut cōſiliarii, cuius conſiliū melioribus inuentis mutari pōt. Ita dū Martis bella & mortē cōtinentiū & regentū turbas ſignificat, ſicut inclinans plurimū ad hoc per irā & calorē & ſiccitatē ex qb. puenit aīoſitas & concitatio populorū ad inuicē. Et iō ſignatum cometę prius eſt per Martē, qui eſt cā belli & deſtructionis populorū, cā dico inclinans non neceſſitans, & ideō illa ſignificare dī cometes, cum tñ eius ſignificatio proxima nō ſit ſup illa. Et ſcias, qꝓ ut dicit Ptolomeus. Vir ſapiens dñabitur aſtris, quia p ſapientiā ſuā pōt vitare ea, quæ aſtra diſponunt. ¶ In morte beati Thomæ de Aquino (vt dī in legenda eius) apparuit cometes ſup monaſterium. Foſſæ nouæ vbi iacebat infirmus, & hoc per triduū ante mortē eius, & ipſo mortuo non fuit viſa amplius, vnde creditur ſignificaſſe mortē eius. Anno dñi 1400. apparuit cometes per longū tempus habens comas nigras, & dī ſignaſſe mortē ducis magni Mediolan. qui tunc mortuus eſt. in principio papatus. Euge. 4. apparuit cometes cum crinibus quaſi argenteis, & inde ſecuta ſunt mala bellorum & mutationes. Non ergo cometæ habēt inducere ad malum vel bonum, ſed ſignificare tribulationes, quæ ēt poſſunt Deo operante & hominibus pœnitentib. auferri. Non ergo reſpicit ad vanitates, & inſanias falſas iuſtus homo: ſed ad Deum.

Origo cometę.

¶ Secundo ſunt ſtellæ erraticæ & dicūtur. 7. planetæ, quorū quilibet hēt ſuū cœlum per quod facit curſum ſuum. Et primus planeta eſt Luna, ſecūdus Mercurius, tertius Venus, quartus Sol, quintus Mars, ſextus Iupiter, ſeptimus Saturnus. Poſt hoc eſt octaua ſphera cęlum vbi ſunt oſa ſydera fixa. Et dicit Aug. in li. de natura dęmonū, qꝓ aſtrologi dicti sūt quidā eo qꝓ in aſtris auguriantur. Generalia ci appellati ſunt pp nataliciorum conſiderationē dierum. Geneſes. n. hominum per 12. ſigna cęli deſcribunt ſyderumq, curſus, naſcētium mores, actus, & euentus prædicere conantur. i. quis quali ſigno fuerit natus, aut quem effectū hēat vitæ, qui naſcitur interpræ tantur his ſunt qui vulgō mathematici dicū tur. Cuius ſuperſtitionis genus cōſtellationes latini vocant, ideſt notationes ſyderum quomodo ſe habeant cum quiſque naſcitur. Primi autem ſtellarum interpræs, Magi nuncupantur. Sicut de hiis legitur qui in euangelio Chriſtum natum annunciauerūt, poſtea hoc nomine ſoli mathematici dicti ſunt, cuius artis ſcientia, vſque ad Chriſtum fuit cōceſſa, vt Chriſto edito nemo ex inde natiuitatē alicuius de cætero interpretetur. Habentur hęc 26. q. 3. igitur genus. ¶ Sciendū igitur qꝓ ſtellę ſeu corpora cęleſtia habent vtique influentiā ſuper corpora humana, ſicut ſuper alia corpora, ſed non ſuper animas hominum vt cogātur homines ad aliquid faciendum boni vel mali ex conſtellatione. Et hoc probatur triplici via. ſ. ratione, auctoritate, & exemplo. Ratione quidem ſic. Diuina prouidentia ſecundum Dyo. ita diſpoſuit ordinē vniuerſi, vt inferiora regantur per ſuperiora, & minus nobilia per nobiliora, & non ecōuerſo. In homine autem ſunt duo, anima, & corpus. Et corpus quidem, quia nunc mortale eſt, & paſſibile, eſt inferius & ignobilius corpore cęleſti, vnde recipit influentiam diſpoſitionē, & motum, & variationem a corporibus cęleſtibus. Sed anima humana eſt nobilior quolibet corpore cęleſti. Et ratio eſt ſecundū Tho. contra gentiles, quia effectus aliquis tāto eſt nobilior, quāto magis ſuæ cauſſę aſſimilatur. Deus autem eſt prima cauſſa omnium rerū. Vnde quāto aliqua creatura ei magis aſſimilatur, tanto eſt nobilior. Et qa Deus ſpiritus eſt.

§. 2. Stellæ erraticę.

Primi ſtellarū interpręte fuerūt Magi.

Corpora cœleſtia influūt in corpora inferiora.

est Ioann. 4. Ideò anima nostra quæ spiritus est magis assimilatur Deo quam Sol, Luna, stellæ, cœli, quæ oĩa corporalia sunt. Cum ergo sit nobilior quolibet corpore cęlesti nullum corpus cœleste pôt directè in ipsam agere vel influere. ¶ Sed angelus qui est superior aĩa agit in ipsam. s. in partem intellectiuã ipsam illuminando, & multomagis Deus gloriosus qui omnibus est superior agit in ipsã intellectũ illuminando, & voluntatem mouẽdo. Non ergo directè constellationes possunt per se mouere voluntatem, vel intellectũ directè, sed ex ipsis constellationibus, sub quibus nascimur recipimus qualitatem, dispositionem, & complexionem corporum partim etiam ex cõditione parentum generantium. Vnde Damasus dicit quod alii & alii planetæ diuersas complexiones & dispositiones & habitus constituunt. Nam secundum qualitatem complexionum excitantur in potentiis sensitiuis quæ sunt affixæ organis corporis: diuersi motus passionum & inclinationes ad diuersa vitia. Et sic potest dici, ꝙ ex constellationibus habet ꝙs inclinationes ad diuersa vitia. Sed insuper multotiens habet malas inclinationes ad vitia ex aliis caussis, quia vel ex mala sui custodia vel ex praua consuetudine quæ vertitur in naturam vel ex diabolica suggestione. Verumtamen quantuncunque quis habeat motus, & sentiat in se inclinationes ad vitia, & quacũque ex caussa, quia peccatum mortale non consistit in sensualitate, sed in ratione & voluntate quæ semper manent liberæ ad assentiendum vel dissentiendum peccato, & ideò nunquam aliquis ex necessitate cogitur ad aliquid bene vel male faciendum ex cõstellationibus cœlorũ vel aliis occasionib. Vnde & Ptolomeus maximus astrologus dicit in centiloquio, ꝙ vir sapiẽs dominabitur astris, idest inclinationibus ad vitia quas haberet a planetis. ¶ Hinc ẽt legitur de discipulis Platonis, vel Socratis, ꝙ cum se mel ostendissent faciem sui magistri pictam cuidã magno magistro in philonomia, ꝙ ex effigie vultus iudicabat de cõditionib. hoĩm & interrogarent, cuius cõditionis esset ille nõ repræsentatus per illã figurã. Rñdit luxuriosus est & corruptor puerorũ. Qđ illi irriserũt scientes castitatẽ maximã sui magistri. Nam si Plato fuit, ille virgo permãsit. Retulerũtq; ipsi discipuli hoc magistro suo. Quib. ille. In clinationes vtique ad hæc vitia habui, sed sapientia & virtute me continui ¶ Probat hoc idem quòd ex constellationibus non cogitur homo ad malefaciendum auctoritatibus diuinæ scripturæ & sanctorum. Nam vt habetur Gen. 4. dictum fuit Cayn postquã cępit fratri suo Abel inuidere. Sub te erit appetitus tuus & tu dominaberis illius, idest tu poteris dominari ratione si volueris peccato inuidię, & odii ad quod inclinaris. Et Ecclesia. 15. dicitur ꝙ Deus ab initio constituit hominem, & relinquit eum in manibus consilii sui, idest in libertate arbitrii. Posuit ante eum bonum & malum: ignem & aquam; mortem & vitã, ad quodcunque voluerit extendet manum suam, scilicet operis. Hinc Aug. in 5. li. de ci. Dei. Non vsquequaque absurdè dici pôt ad differentias tantum corporum afflatus quosdam valere syderos, non autem animi volũtates syderum positionibus subdi. Hiero. etiã ait in li cõtra Iouinianũ. Liberi arbitrii nos cõdidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia trahimur: alioquin vbi necessitas, nec corona: de pę dist. 2. si enim. Si enim homo ex constellatione cogeretur ad aliquod malum nõ posset illud euitare. Iniusta autem esset illa lex quæ prohiberet sibi illud facere quod nõ pôt agere, quia lex debet esse possibilis vt di. 4. Erit aũt lex. & per consequens nõ obligaret ad obseruantiam eius, vnde non peccaret ipsam transgrediendo. Frustra etiam essent omnes doctrinæ morales & exhortationes ad virtutes fierent & pœnæ a legibus imponerentur si necessitarentur homines ex constellationib. ad bene vel male agẽdum. Ad idem facit qđ ait Ambr. Non est quòd cuiquam nostrum ascribamus erumnã. Nemo nostrum tenetur ad culpam nisi propria voluntate deflexerit. Volũtarium sibi militem elegit Christus: voluntarium seruum diabolus actionatur. 15. q. 1. non est. ¶ Confirmatur hoc idem exẽplis. Nam Iacob & Esau gemini fratres vno concepti geniti, & vno partu ex Isaac & Rebecca editi sunt, vnde vt videtur sub vna constellatione nati sunt, & tamẽ fuerunt valde diuersorum morum. Nã Iacob lenis & delicatus, Esau hispidus & ferus, Iacob simplex & quietus, Esau venator & agrestis, Iacob bonus: Esau malus. Si ergo constellatio necessitaret hoĩem ad opera sua, cum sub vna cõstellatione nati fuerint debuerunt esse oĩno simili cõditionis. Et quia non fuerunt similes in vita: valde contrarii, ideò clarè ostenditur non ex constellationibus, sed propriis voluntatib. haberi vitia. Similiter Aug. in 5. de ciui. Dei, vbi diffusè reprobat a principio illius libri quinti per multa. c. hũc errorem. Narrat de duob. partu vno natis, vno mari altero fęmina, qui fuerunt valdè diuersæ conditionis, nam

Angelus agit in animã.

Exẽplũ.

Ex constellationib. non cogitur homo.

Deus nos liberos creauit vñ liber homo non recepit extimatione ĩ l. liber hõ. ff. ad l. Aql. ĩ l. qua actione. §. si ꝙs in colluctatione. ff. eo. in l. 1. §. sed cum hõ. ff. de his qui eie. vel effud.

naſculus deditus coniugio: militiæ & negociis mundi: fœmina ſeruata caſtitate totaliter ſe tradidit Deo, quod non fuiſſet ſi conſtellatio neceſſitaret ad conuerſationem tenendū, cum ſub eadem conſtellatione nati eſſent. Et ſi dicatur vt reſpondent ad hoc mathematici quòd conſtellatio eſt momētanea ſub qua quis naſcitur. Et quia duo cum oriuntur ex vno partu nō ſimul naſcuntur, ſed vnus poſt alterum: vnde nec in momento, ſed per interuallum, & ſic habent diuerſas conſtellationes. Sed ad hoc repellendū dicit ipſe Aug. q̄ ſi ſic eſſet cum vnus ſolus naſcitur, nō in momento totus egrediatur ex vtero, ſed de parte in partem ſucceſſiuè, ſequeretur q̄d vnus, & idē homo tot conſtellationes haberet quot membra corpus ſuū continet, quæ paulatim eduxit ex vtero, q̄d eſt abſurdū dicere Gre. ēt in homil. ad idem improbādū inducit aliud exemplū videlicet. Contingit in vna ciuitate eadem hora & momento naſci filiū regis & filium ruſtici vel artificis, vnde ſub eadē conſtellatione, & tñ in proceſſu vitæ filius regis ſuccedit in regno, & erit glorioſus & diues & ſciens, & alius cultor terrarū, & ignarus pauper & mercenarius. Si ergo conſtellatio induc it conuerſationē, ſtatū, & mores & oīa, quæ pertinent ad vitā præſentem, qūo eſt tanta diuerſitas inter hos natos ſub eadē conſtellatione dicunt? Dicunt illi mathematici, q̄ ſi quis naſcitur ſub ſigno aquarii erit piſcator. Sed cum in quibuſdam partibus non ſint piſcatores, & tñ ibi naſcuntur aliqui ſub illo ſigno, qūo habebit effectum conſtellatio in illo nō recedente de partibus ſuis? Concludunt ergo tam philoſophi quam ſancti theologi falſum eſſe, immo & hæreticū credere quod homo cogatur ad bene vel male faciendū ex conſtellationibus. ¶ Notandum ēt prout dicit. bea. Tho. in ſum. contra gentiles li. 3. c. 89. q̄ cum homo habeat eligere & proſequi quæ elegit in operibus ſuis in vtroque horum cauſſis ſuperioribus adiuuatur interdum ēt impediē. Et ſm electionem quidem iuuatur ad eligendum aliquid, vel inquantū inclinatur a Deo per operationem diuinam & intellectū & uoluntatem. Ab angelo inquantū illuſtrat intellectus ad cognoſcendū ſolum q̄d eſt bonum aliquid fieri, & ſi neſciat aſſignare cām, vel ēt cū illuminatur ab angelo ad cognoſcendū ēt cām, quare bonū eſt illud ab eo fieri. A corpore aūt cœleſti non iuuatur hō ad electionē faciendā alicuius operis: niſi inquantū corpus cęleſte imprimit in corpus ipſius hoīs ex qua impreſſione hō incitatur ad eligendum per modum quo paſſiones inducūt ad eligendū, videlicet trahendo rōnem ad ſe ex vehementia ipſius paſſionis, & ſuaſione obfuſcante ipſam. Vnde illa incitatio quæ eſt in nobis ex corporibus cęleſtibus eſt per modū alicuius paſſionis, ſicut cum quis inducitur ad eligendū aliquid per odium, vel amorē, vel irā, vel aliquid hmōi. Secundo vero executionē eius q̄d eligit iuuntur hō ex ſuperiori cā inquantū conſequitur ab ipſa cauſa ſuperiori robur & efficaciā ad implendū q̄d eligit. Quæ quidē non ſolū a Deo & ab angelis: ſed ēt a corporibus cęleſtibus eſſe pōt inquantū talis efficacia in corpore ſita eſt. Manifeſtū eſt. n. q̄ ēt corpora inaiata quaſdā vires & efficaciā a corporib. cęleſtib. cōſequunt̄ pter eas ēt q̄ ad qualitates actiuas & paſſiuas elementorū conſequunt̄ quas nō eſt dubiū corporib. cęleſtibus eſſe ſubiectas, ſicut q̄ magnes attrahit ferrū, hoc hēt a corporibus cęleſtibus & lapides q̄dē & herbæ hñt alias virtutes occultas. Vñ nihil prohibet, q̄ ēt hō habeat ex impreſſione corporis cęleſtis aliquā efficaciā in aliquib. corporalibus faciendis quā alius non hēt, puta medicus in ſanādo, agricola in plantando, miles in pugnando. Hanc ēt efficaciā multo perfectius Deus hoībus largit̄ ad ſua opa efficaciter exequenda. Et quantū ad primū auxiliū, q̄d eſt in eligendo dī Deus hoiem dirigere. Quantū ad ſm quod eſt in exequendo dī Deus confortare. Primū tangit pſal. 25. cū dicit. Dñs illuminatio mea &c. Secundum cum ſubdit. Dominus protector vitæ meæ. Non ergo conſtellationes per ſe, & directè mouēt voluntatem ad eligendum vel exequendum bonum meritorium, ſed Deus, nec vitioſum, ſed per ſemetipſum.

Hō a ſuperioribus.

¶ Pro tertio eſt alia ſtella ſingularis, & mirifica, quæ. ſ. apparuit Magis ad manifeſtādum Chriſti natiuitatē. Vñ dixerūt veniētes Hieroſolimā. Vidimus ſtellam eius in oriente, & venimus adorare eū. Math. 2. ¶ Et mathematici dixerunt illam fuiſſe cōſtellationem ſub qua natus eſt Chriſtus quæ fecit eum ita pfectè cōuerſari in mundo, & tāta mirabilia facere. Sed hoc falſiſſimum eſt. Nō enim vt ait Aug. in ſer. de epiphania illa ſtella fecit Chriſtū mirabiliter viuere, ſed Chriſtus fecit eā mirabiliter apparere. Et ī alio ſermone. Quid n. erat illa ſtella niſi mirifica līgua cęli q̄ enarrat gloriā Dei. Certū eſt ergo illā nō fuiſſe cō ſtellationē Xpi. Nā cōſtellatio ē influxus ꝓce dēs a ſtellis q̄ ſūt in cęlis ab initio creatę. Iſta aūt quæ apparuit erat in medidulio aeris de nouo creata. Et aliq̄ dē dixerūt eā fuiſſe angelum

§. 3.

De ſtella Magorum.

gelũ q̃ apparuit pastoribus ad Christi natiui tatẽ nunciandam. Sed quia pastores erant de populo Iudęorum ratione vtentium in cultu ueri Dei, ideo congruum fuit vt eis appareret in forma rationalis creaturę ideſt hominis. Magi vero erant de populo Gentilium, qui non vtebantur ratione colentes etiam in sensibilia ut solem, lunam, stellas, & huiusmodi, ideo apparuit eis ad manifestandum Christũ in forma creaturæ insensibilis scilicet stellę. ¶Alii opinati sunt quod stella illa esset spiritussanctus qui quidem apparuit super Christum baptizatum. Lu. 3. sub specie columbę, quia columba est animal fęcundum, ad ostẽdendum spiritualem fæcunditatem inde sequẽdam ex Christi baptismo. Et super Christum transfiguratum sub specie nubis lucidę ad innuendum veritatem sapientiæ effundendam, iuxta illud Iob. 37. Nubes sparserunt lumen suum. Ita ipse spiritussanctus apparuit in forma stellæ ad significandum Christi natiuitatem, qui etiam in cælis dominaretur. ¶Tertii dixerunt stellam illam nõ fuisse nec angelum nec spiritum sanctum, sed stellã de nouo creatam, & hoc verius secundum Aug. & Leonem papam in sermone, & Tho. in 3. parte. q. 36. quæ postquam peregit officiũ propter quod fuerat de nouo creata. s. ad manifestandũ Christi natiuitatem in terra & dirigẽdum Magos quibus apparuit in uia, & perducẽdum ad locum natiuitatis, resoluta est post in prętiacentẽ materiam, vnde sicut nec prius unquam apparuit antequam magi uiderent, nec post adorationem Magorum amplius uisa est. Triplici autem ex causſa Christus se p stellam manifestauit illis.

Tertia opinio melior.

¶Primo propter prędcedentem de signationẽ.
¶Secundo propter congruentẽ attractionem.
¶Tertio propter rectę uitæ expræssionem.

§. 4. Gñatio duplex Abrahę.

¶Quantum ad primum quando fuit facta p missio Abrahę de Christo ex eo nascituro, domino dicente. In semine tuo ideſt Christo ex genere tuo nascituro benedicentur omnes gentes terræ. Gene. 22. Fuit etiam promissa sibi multiplicatio generis sui sicut stellarum cęli & arenæ maris. Suspice inquit dominus Abrahę quodam sero aere sereno. Dinumera stellas si potes, sic erit semen tuum. ¶Duplex est semen seu generatio Abrahę. ¶Vna carnalis, & hęc ẽ Iudęorũ quæ figurata est p multitudinem arenæ maris, propter sterilitatem suã in bonis operibus, & quia terrenis totaliter dediti sunt, & terrena eis promissa sũt & hęc utiq; sine numero multiplicata est vsq; in hodiernũ diẽ. ¶Altera generatio Abrahę est spiritualis eorum scilicet qui per fidem uera eam eum imitantur. Et hæc est Gẽtilium ad fidem conuersorum, quę per multitudinem stellarum cum inumerabiles sint figuratur, quia sicut stellæ sunt radiosę & in cœlis, sic Gentiles conuersi ad fidem fuerunt illuminatissimi amantes cælestia & tenentes cælestẽ conuersationem. Vnde Abraham vocatus est secundo, quod interpretatur pater multarum gentium. Magisque sunt filii Abrahæ qui secũdũ spiritũ ideſt imitationem filii sunt quã qui sunt secundum carnem, ut ostẽdit Apostolus Gal. 4. Ad ostẽdendum igitur; quod hi tanquam fideles pertinebant ad generationem Abrahæ cui facta est promissio terræ p missionis, ideſt vitę æternæ, ideo per stellam vocati sunt ad Christũ. Baruch. 3. stellę quoque dederunt lumen in custodiis suis, ideſt isti Magi in regnis suis qui custodiebãt lumẽ scilicet fidei annunciantes natiuitatẽ Christi vocati sunt scilicet per stellam ad Christum adorãdum & dixerunt, assumus scilicet eundo ad locum destinatum ¶Aliqui alii dicũt quod isti Magi fuerunt descendentes ex Balaam propheta qui designauerat Christi natiuitatem prophetando per stellam dicens. Orietur stella ex Iacob & homo exurget de Israel, & percutiet duces Moab. ideſt principes dæmonum. Ista stella fuit Iesus ſm illud Apoc. vlt. Ego Iesus radix yesse, stella splẽdida, & matutina. Vñ & declarãs ipsã stella subdit, & p. i. hõ exurget ex Israel igit Balaã suos ꝓpinquos edocuit de aduẽtu dñi sũmi i mũdũ qui omnes alios sibi subiugaret. Et signũ eis dedit de apparitione nouę stellæ, vñ singulis ãnis in monte quædã eminẽte ascẽdebãt certo tẽpore vt attenderet si noua stella orta esset, & ipsi filiis suis de generatione in generationem intimabant, & obseruare faciebant. Ex quibus isti Magi descendentes, & hoc obseruantes uidentes nouam stellam ortam illuminati sunt ad cognoscendũ Xpi ortum, hoc refert Chrys. quosdã tenuisse sup Mat. ¶Secundo manifestauit se p stellam pp congruẽtẽ attractionẽ, dicit Sap. 8. qđ diuina sapientia disponit omnia suauiter, quia uidelicet unicuiq; creaturæ indidit inclinationẽ naturalẽ ad exequẽdũ illud, qđ sibi congruit & pertingendũ ad suũ finẽ. Et qa trahit creaturã humanã per modũ sibi conuenientẽ, & magis usitatũ. Nõ enim inuitus trahitur animus, sed amore. Vñ cõuertit hominem ad se ostendit menti eius se esse illud bonũ in summo gradu ad q̃ q̃s magis afficit. Vñ Aug. rahær cæpit p sapiẽtiã & eloquẽtiã Amb. cui &

Magi cũ orti sũt.

Magi p stellã sũt attracti.

ipſæ deditus erat, licet erraret. Et exemplo Victorini maximi rhetoris Catherinā attraxit: oſtendens ſe illum pulcherrimū & nobiliſſimū ſponſum quē affectabat habere. Symeoni & Annæ prophetiſſæ ſe manifeſtauit occultis illuſtrationibus, vtpote qui aſſueti erāt viſionibus ſecretis & monitionibus internis ſpiritusſācti. Iſtos aūt Magos i. iſtos aſtrologos, ita eos appellat Aug. dicens. Vidit tunc Magus, & obſtupuit aſtrologus, quia erant aſſueti ad conſiderandum motus aſtrorum per aſtrum nouiter apparens ſe eis manifeſtauit & per ſtellam eos adduxit: Et quia erant primitiæ gentiū vnde & quaſi doctores cæterorū congruit per ſtellā eos illuminari, qui ut ſtellæ alios habebāt illuminare, ſm ill. Dan. 12. Qui ad iuſtitiam erudiunt multos quaſi ſtellæ in ꝑpetuas æternitates, & ſic per aſtrologiam ſcientiam ſuam ad ſe traxit.

§. 6. ¶Tertio manifeſtauit ſe per ſtellā, vt ex proprietate eius oſtenderetur recta vita hominibus q̄ hēt cōducere ad Chriſtū, ſicut illa ſtella de qua dr̄ q̄ ſtella quā viderāt in oriēte antecedebat eos vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Nunquid non dicere videbatur, vt dicit Maximus in ſer. Ecce iſtæ eſt ad quē adorandū vos induxi & conduxi. Et ꝑpea me firmaui, vt oſtenderē ipsū, ꝑpea vos dimiſi ſeu lumē meū ſubtraxi vobis cū acceſſiſtis & intraſtis Hieruſalē ciuitatē regiā ab hoībus q̄ſituri q̄ vobis oſtēdebatur e cœlo. Meretur. n. hō perdere diuinā directionē, ex quo videns ſe illā hr̄e quærit humanā. Vel ēt ex cęlo & mundo habetis teſtimoniū de ſtella cęleſti exorta. Apoc. vl. Ego Ieſus ſtella ſplēdida & matutina: ego libenter deſcenderem ad adorandū ipſum qui me fecit, ſed non eſt meus actus latriæ q̄ ſum creatura irrōnalis. Sed vos qui tōnales eſtis, vos ergo intrate, & ego deſup vobis lumē faciā, qa obſcurus eſt locus tugurii. ¶Erat aūt differens ab aliis ſtellis iſta in tribus q̄ deſignant cōditiones virtuoſas iuſtorū. Erat aūt differēs. Primo in motione. Secundo in apparitione. Tertio in figuratione. ¶In motione quidē, qa vbi aliæ ſtellæ mouentur oēs motu circulari de oriēte in occidens ad motū primi mobilis, vel econtra de occidente in orientē ad motū propriū, iſta mouebat motu animalis ꝓgreſſiuo. ſ. aliq̄n per rectū, aliq̄n ad dextera, aliq̄n ad ſiniſtrā declinādo. Sic cōuerſatio iuſtorū ſeu opatio eorū, q̄ ducit ad Xp̄m non eſt circularis. ſ. circa terrena ſe inuoluēdo a terra inchoando intētionē, & in terrā finiēdo operationē. Hęc eſt opatio malorū, ſm illud pſ. 11. In circuitu impii ambulāt. Et diabolus Iob. 1. circumiui terram. Sed incedunt iuſti per conſiderationem & obſeruationē mandatorū Dei, quę eſt via recta. Aliq̄n conſiderando pœnas infernales, & hæc eſt a ſiniſtris. Aliq̄n gloriā paradiſi, & hæc eſt dextera. In apparitione differebat, qa vbi aliæ ſolū de nocte apparēt hoibus. Sol aūt ſolū de die, iſta ſemper & de nocte & de die. Sic aliqui lucent in bona conuerſatione in nocte aduerſitatis, alii in die proſperitatis. Sed iuſti ſemper lucent bona conſcientia & exemplo, & in nocte aduerſitatis per patiētiā, & in die proſperitatis per temperantiā & humilitatē, ſm illud pſ. 198. Nox ſicut dies illuminabitur. Occultabat aliq̄n ſe ſtella malis hoibus & bonis apparebat. Sic iuſti opera bona palam faciunt paratis imitari, ocultant aūt malis diſpoſitis ad calumniandum. Sicut Chriſtus aliq̄n ſe occultauit Iudęis & Herodi. ¶In figuratione differebat, quia ſtellæ sūt in colore ſm apparentiā rubeæ. Hæc aūt ſm quod refert Chryſ. ſuper Math. habet formā pueri paruuli cum ſigno crucis in fronte, & ſignificat: quia recta conuerſatio hoc debet habere. ſ. paruitatē humilitatis, & innocentiā paruuli Math. 18. Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli &c. Et crucem mortificationis in corpore. Vnde Apoſtolus ad Gal. 5. Qui Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis.

Differt ſtella magorū ab aliis.

¶De *fato*. Cap. 11.

BEatus cuius eſt nomē domini ſpes eius, & nō reſpexit in vanitates, & inſanias falſas pſ. 39. Vana ſunt & inſaniæ falſæ q̄ dicūt & credunt multi de fato. ¶Aliqui. n. dixerūt fatū nihil eſſe. Sed illud eſſe falſum oſtendit ex eo q̄ Boetius. in 4. de conſo. diffinit ipſum vt dicetur infra. Sed ſm Thomā in 1. par. qō. 116. quod non eſt diffiniri non pōt, cum diffinitio dicat eſſentiā ipſius diffiniti. Fuerunt aūt aliqui qui fortuita & caſualia quę in iſtis inferioribus accidunt in nullam ſuperiorem cauſſam reducere voluerunt, & hi fatum & prouidentiam negauerunt, vt de Tullio. Auguſtinus recitat. in 5. de ci. Dei. Quam opin. eſſe falſam oſtenſum eſt ſupra, cum omnia ſubdantur diuinæ prouidentiæ. ¶Alii aūt dixerūt fatū eſſe diſpōnem ſyderū ſub qua q̄ſq; conceptus vel natus eſt. Iſti enim ea quæ in iſtis inferioribus accidunt ſiue rebus naturalibus ſiue rebus humanis reducere voluerunt in ſuperiorem cauſſam, ſed nō aliam niſi corpora cęleſtia quod ēt vanum & falſum eſt.

Opiniones de fato.

Quod

Qđ ſenſit ille ethnicus q̃ ait. Fatis agimur credite fatis. Nã actus hũani nõ ſubduntur actioni corporũ cæleſtiũ niſi indirectè & p accidẽs. Cauſſa aũt fatalis cum habeat ordinationẽ ſuper ea quę fato agũtur neceſſe eſt qđ ſit cauſſa eius qđ agitur directè & per ſe. Eſt etiã impoſſibile q̃ aliqua virtus actiua cęleſtis corpis ſit cauſſa eorũ quę hic agũtur a caſu & fortuna. Et ſecũdũ, qđ dicit Gre. in homilia epiphaniæ. Abſit a fideliũ cordibus ut fatũ aliq̃d eſſe dicant. 1. qđ ſit verum q̃ ſubdãtur humani actus cõſtellationibus, quas gẽtilles fatũ dicebãt hoc. n. falſum ẽ. ¶ Alij vero oĩa quæ hic agũtur ſiue in rebus humanis, ſiue in rebus naturalibus reduxerunt in aliquã cãm præordinantẽ, quæ eſt diuina ꝓuidẽtia. Et hi omnia quę hic agunt diuinæ ꝓuidentiæ ſubdẽtes tanquã per eã præordinata, & ꝓlocuta ipſam Dei prouidẽtiã fatũ dixerũt. Et hoc modo eſt uerè ſentire, ꝓut ſentit Boetius. Sed quia cũ infidelibus nõ eſt cõmunicandũ in omnibus vbi error poſſit cõtingere, iõ ſancti doctores dixerunt fideles nõ debere uti nomine fati ne. ſ. ſub hoc nomine intrarẽt errorem infideliũ dicentiũ fatũ eſſe cõſtellationẽ ſub qua naſcitur q̃s, vnde poſtea efficitur bonus uel malus. Et iõ Aug. in 5. de ci. Dei. ait. Si ꝓpterea res humanas fato tribuit, qa ipſã Dei voluntatẽ vel poteſtatẽ fati nomine appellat, ſententiã teneat linguam corrigat. Hæc Tho. ¶ Nota qd ſit fatum, & qũo differat a diuina ꝓuidentia ꝓpriè, & quæ ſubdãtur fato. Quãtum ad primum dicit Boe. in 4. de cõſo. q̃ fatum eſt inhærẽs rebus mobilibus diſpoſitio p quã ꝓuidentia ſuis quæq; nectit ordinibus. In qua diffinitiõe ſm Tho. in 3. cõtra gẽtiles. c. 90. diſpoſitio ꝓ ordinatione uel ordine ponitur quæ eſt relatio. Qui quidẽ ordo ſi conſideretur ad ſuum principium eſt unus, & ſic unum fatum. Si cõſideretur ꝓ cõparationẽ ad cauſſas medias uel effectus earum ſic multiplicantur & dicuntur fata, per quẽ modum dicit poeta. Te tua fata præmunt. Rebus inhęrens ponitur in diffinitione ut diſtinguatur fatum a prouidentia. Nam ipſa ordinatio ſecundum quod eſt in mente diuina nondum rebus impreſſa ꝓuidentia eſt. Secũdũ uero qđ iam eſt explicata in rebus fatum nominatur. Mobilibus autem dicit ut oſtendat q̃ ordo ꝓuidentiæ rebus contingentiam & mobilitatẽ non auſert ut quidam poſuerunt. ¶ Et ꝓ maiori declaratione dictorum dicit Tho. in 1. parte. q. 96. ar. 2. quod diuina prouidẽtia ꝓ cauſſas medias ſuos effectus exequitur. Poteſt ergo ipſa ordinatio effectum dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum qđ eſt in ipſo Deo & ſic ipſa ordinatio effectuum vocat̃ ꝓuidentia. Alio mõ ſcđm qđ ipſa ordinatio cõſiderat̃ in mediis cauſſis a Deo ordinatis ad ꝓducendum aliquos effectus, & ſic habet rõnẽ fati. Et hoc eſt quod Boe. dicit in 4. de conſo. Siue famulantibus quibuſdam prouidẽtię diuinæ ſpiritibus fatum exercetur, ſeu anima ſeu tota inſeruiente natura ſiue cæleſtiũ ſyderum motibus, ſeu angelica virtute, ſeu de monum, uaria ſolertia, ſeu aliquibus eorum, ſeu omnibus, fatalis ſeries texitur. Et ſic manifeſtum eſt qđ fatũ eſt in ipſis cauſſis creatis in quantũ ſunt ordinatæ a Deo ad ꝓducendos ſuos effectus. Et quia ipſa ordinatio cauſſarũ ſecũdarũ quã Aug. ſeriẽ cauſſarũ nominat, nõ habet rõnem fati, niſi ſm qđ dependet a Deo iõ cauſſaliter fatũ Dei poteſtas uel uoluntas nominari põt. ut dicit Aug. Sed eſſentialiter fatũ eſt ipſa diſpoſitio ſeu ſeries. 1. ordo ſecundarum cauſſarum. ¶ Notandũ q̃ circa fatum reſpexerũt aliq̃ ad uanitates & iſanias falſas dicentes omnia ex neceſſitate uenire ex fato. Alii fatũ diuinam ꝓuidentiã intelligẽtes, dixerũt fatũ. i. diuinam ꝓuidẽtiam poſſe mutari. Et utrumq; eſt falſũ. ¶ Procuius declaratione dicit Th. in 1. parte. q. 116. quod diſpoſitio ſecundarum cauſſarũ quam fatũ dicimus põt dupliciter cõſiderari. Vno mõ ſm ipſas cauſſas ſecũdas q̃ ſic diſponũt ſeu ordinãtur. Alio mõ p relationẽ ad primũ principiũ a quo ordinant. ſ. ad Deũ. Quidã ergo poſuerũt ipſã ſeriẽ ſeu diſpõnẽ cauſſarũ eẽ ſm ſe neceſſariam ita q̃ oĩa ex neceſſitate cõtingerẽt ꝓp hoc q̃ qlibet effectus hẽt cauſſã ſuã. Cã ãt poſita neceſſe eſt poni effectũ. Sed ſcđm philoſophũ in methaphiſica, vt dicit Tho. in 3. cõtra gẽtiles non eſt uerũ q̃ poſita cã ſit neceſſe ſemp ponere effectũ, quia aliqua cã põt deficere. Deus autẽ qui eſt gubernator uniuerſorum intendit quod effectum eius aliquis quidem ſtabiliatur per modum neceſſitatis, alius autem effectum contingenter eueniat, & ſecundũ hoc diuerſas cauſas effectibus adaptat, his quidẽ neceſſarias, alias autem contingentes. Cadit ergo ſub ordine diuinæ prouidentię, nõ ſolũ hunc effectũ eẽ, ſed hũc effectũ eẽ, cõtingẽter, aliũ neceſſario Et ſm hoc q̃ ſubdunt diuinæ ꝓuidẽtię q̃dã ſũt neceſſaria, quædã cõtingẽter eueniẽtia & nõ oĩa ex neceſſitate eẽ. Alii uero dixerũt fatũ eſſe mutabile ẽt ſcđm qđ a diuina ꝓuidẽtia depẽdet. Vñ Egyptii dicebãt q̃buſdã ſacificiis fata poſſe mutari ut Nyzenus dicit. Sed hoc eſt falſum, quia immobilitati diuinæ prouidentię repugnat.

¶ Eſt

Fatum quid ſit diffiniti ue & ſub dantur fato.

Fatum duplici ter cõſiderat.

Fatum immutabile.

¶Est enim immutabilis diuina prouidentia. Malach.3. Ego Deus & non mutor. Et Boe-ius. Stabili sq; manens das cuncta moueri. Di cendum ergo q̄ fatum secundum considera tionem secundarum causarū mobile est, sed secundum q̄ subest diuinę prouidētię sic im mobilitatem sortitur, non quidem absolutę necessitatis, sed cōditionatę, secūdum quod dicimus hanc conditionalem esse veram vel necessariam, si Deus p̄sciuit hoc futurū erit. Vnde cum Boetius dixisset seriē fati esse mobilem. Post pauca subdit, quæ tamen ab immobilis prouidentiæ proficiscatur exordiis, ipsamq; esse mutabilem necesse est. Quę autē subdantur fato declarat b. Th. ubi supra. ar. 4. Dicit enim quod fatum sit ordinatio secū dum causarū ad effectus diuinitus prouisos, quęcunq; causis secundis subduntur ea fato subduntur. Vnde & Boe. dicit, quod fatum cælum & sydera mouet, elementa in se inuicem temperat & alterna format transmutatione eadem nascentia & occidentia omnia per similes sętum seminumq; renouat progressus. Sed actus fortunasq; hominum indissolubili causarum cōnexione cōstringit. Hæc Boe. Quæ omnia cum fiant a Deo mediantibus causis secundis ideo sub fati serie continentur. Sed quia sunt quędam quæ Deo immediatè fiunt, cum non subdantur causis secundis, non subduntur etiam fato, sicut creatio rerum, glorificatio spiritualium substātiarum & alia huiusmodi. Et hoc est q̄ Boet. dicit. Et quæ sunt primæ diuinitati propinqua fatalis ordinis mobilitatē excedunt. Et iterū quædam quę sub diuina prouidentia locata sunt fati seriem superant. Ex quo etiam patet q̄ quanto aliquid longius a pura mente discedit nexibus fati maioribus implicatur, quia magis subiiciunt necessitati secundarū causarum. Et quamuis Aug. dicat fatum esse aliquid secundum quod ad diuinam potentiā uel uoluntatem refertur quæ uoluntas Dei causa est omnium quæ fiunt. Non est ergo hoc cōtra p̄dicta. Nam fatum quidem refert ad uoluntatem Dei sicut ad primum principium, nō quod fatum essentialiter sit ipsa uoluntas Dei, sed ipsa ordinatio quę est in causis secundis ad suos effectus producendos. Respicit ergo in uanitates & insanias falsas, qui fatum diuinam prouidentiam intelligēs credit vel dicit ipsam prouidentiam esse mutabilem, vel omnia ex necessitate euenire hic, vt non omnia subesse diuinæ prouidentię, quę omnia falsa sunt. Laus enti in diuinis.

¶Pars hæc summę Secunda beati Antonini Archiantistitis Florentiñ. p̄clarissimi ordinis fratrum prædicatorum.

REGISTRVM.

¶ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. A a B b C c D d E e F f G g H h I i K K L l M m N n O o P p Q q R r S ſ T t V u X x Y y Z z. A aa B bb.

Omnes Quaterniones Præter Bbb Duerniones.

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL - PALENCIA -

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL - PALENCIA -

144